



BIBLIOTECA V. EMANUELE
FONDO EBORENSE
37
45 A
14

LAMPAS, SIVE FAX ARTIVM LIBERALIVM,

HOC EST,

THESAVRVS CRITICVS,

IN QVO INFINITIS LOCIS THEOlogorum, Iurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Oratorum, Historicorum, Poetarum, Grammaticorum, scripta supplentur, corriguntur, illustrantur, notantur,

Tomus Quintus.

Ex otiosa Bibliothecarum custodia erutus, & foras prodire iussus,

A IANO GRVTERO.

Cum Indice & Locorum & Memorabilium.







PRODIT FRANCOFVRTI,
E Collegio Paltheniano, Sumtibus Ionæ Rhodii Bibliopolæ.
M. DCV.



ILLVSTRIBVS AC GENEROSIS FRATRIBVS DOMINO STEPHANO, DOMINO NICOLAO TEOKELIIS BAronibus *Hereditariis in Keiſmarck; Dominis in Tſaunik, Ranovitza, &c. Ianus Gruterus.*

CVM animo meo ſæpius obuerſaretur, ſingularis illa perilluſtris Domini parentis veſtri, Hungariæ ſuæ primarii Sideris, beneuolentia, veſter item præter ſimilem affectum, incōparabilis præterea & amor & dignatio: quarum inſtinctu factum eſt, vt, tu quidem Domine Stephane, integrum triennium ab ore meo publice pependeris, auditor plus quā aſſiduus, tu vero Domine Nicolae, etiamnum pendeas, tranſmiſſus huc ante annum a magno patre, tanquam fratri optio ſuccidaneus: perpetuam mihi notam ſuſtinendā putaui, niſi qualicunq; ſignificatione, animi mei gratitudinem atque obſeruantiam & familiæ veſtræ priuatim, & ceteris mortalibus omnibus publice teſtatam facerē. Quapropter cum priores collegii critici tomos, primæ nobilitatis adoleſcentibus, iiſq;

ſratribus Germanis, inſcripſiſſem, reſtaretque tomus iſte quintus: ſtatim occurriſtis, quorum ſub honoratiſſimo nomine in lucem emitteretur. Quintus, vt dixi, ſed ordine tantum: nam bonitate ac maturitate, vt & dignitate, facile æquat, aut potius ſuperat præcedentes; quemadmodum & vos mihi etiam affectu & meritis nihilo eſtis inferiores duplici illi trigæ, quæ ceteris voluminibus ſuum commodauit auſpicium. Et tibi quidem, mi Stephane Teozeli, ex animo gratulor, quod curioſe perluſtrata Germania, Belgia, Britannia, Gallia, Italia, Orbo noſtro meliore, ſaluus & incolumis ad patrios laris redieris, omnimode theſauri in modum inſtructus animum dote literaria vere opima: quam, vt diu diuq; impendere poſſis, non parẽtum modo, ſed & patriæ, ſed & Germaniæ totius bono publico voueo & opto. Te quoque, mi Nicolae, quid in fauore, item & plauſu proſequar, quod tam ſitienter, tam conſtanter proſequaris veſtigia germani Stephani, prælucentique mihi hiſtoricam facem ita velis remiſque tendas ad portũ veræ virtutis, veræ prudentiæ, vt non tam cum ipſo, q̃ tecum certare videaris? Macte hac mente, macte hoc tenore adoleſcẽs florentiſſime? ac cito ſimul & tuto peruenies, quo deſtinaſti, vtique cum quo inſtes alacrius hinc & inde ſtimulos admoueat, non ſolum Stephanus frater, cui iam honor non vnam aperuit Aulam, interque alias, eam, quæ eſt Sereniſſimi Auſtriæ Archiducis Matthiæ, ſed magis il-

gis illustris Dominus parens: vt patriæ suæ solidum lumen, ita pietatis atque eruditionis perfortissimum columen: de quo ambiguum sit, Hungariamne suam magis opere manuq; fulciat ac propugnet, quam mente ac consiliis, vtpote cui nō tantum aliquoties Magnus noster Cæsar RVDOLPHVS exercitus sui illa prouincia curam feliciter commendauerit, sed qui ipsemet a se animo ac mente patriæ securitati atq; defensioni noctu diuque inuigilet, ideoque si non primus, at certe inter primos, inuētor auctorque stratagematis illius egregii, quo Iaurinum recuperauimus anno M IↃ XCVIII. & tanto quidem efficacior, quod huic suo consilio etiam periculum proprium vltro adiiceret, expeditioni tam piæ, vel vltimum spiritum libenter impensurus. Itaque si in seminibus arborum ac stirpium caussa est, iure etiam, post Deum & auspicium optimi Cæsaris, fructus hic exoptatissimus debitus est parenti vestro: fatemurque muneris eius, quod iterum stet a nobis vallum, illud insigne contra hostem æternum, cui mox quoque & vos, pulcræ arbores, pulcra propago, crescetis vere formidabiles maiorū, si nihil humile ac sordidum cogitaueritis, hoc est, nihil tam præclaro sanguine, nihil hac alta indole, nihil denique vestra accurata educatione indignum: sed vt hactenus, ita & porro cum eis auctoribus, qui res publice priuatim, bene maleue gestas æternis credidere monumentis, colloquia solita habueritis: gnari & sa-

pere hos consulte, & consulere sapienter, vtpote quorum ab animis longissime absint, duæ illæ consiliorum pestes, *Philautia* atque *Adulatio*. ad quos ipsos clare intelligendos cum non leue momentum adlaturi sint voluminis istius philologi præstantissimi (quorum nonnulli nunc demum publicam aspiciunt lucem, nonnulli aspiciunt solito puriorem) excipietis eos fronte serena ac grata. Qualescunque nostræ profecto in vos, & omnem vestram familiam obseruantiæ perennaturæ pignus habebitis perpetuum.

IVSTI LIPSII
DE CRITICIS OPERIBVS
Iudicium è Libro Electorum excerptum.

LIBRO huic Electorum, neque iusto plane operi, neq; exascitato, feci lucem, mi Lector: præpropere, & fortasse ante legitimæ dies partionis. Sed caussa festinandi, præter has, quibus iactamur, turbas, etiam valetudo, quæ pertinaciter aduersa, aurem mihi vellit, vt vasa colligam, & cogitem de discessu. Inscripsi Electa: non abhorrentia re nomine, quia pleraque varie elegimus & decerpsimus: Plinii exemplo, quem commentarios CXX. Electorum reliquisse, docuit me alibi eius nepos. Reperies correctiones, sed non solas. quia enim plerique delicati hoc Criticum genus adspernantur, quasi ludum aliquem nugarum: feci, quod antiquus quispiam Medicus, & callide miscui ritus. Medicum aiunt, in puella regia curanda, quæ abhorrebat sectionem, scalpellum spongia tectum intulisse. & vber dum leniter fouet, incidisse: ego velo rituum publicorum correctiones aliquot texi non publici gustus. Ita manum adsi suauiludiis istis; nec metuam formulam, Quod dolo malo. Tu fruere, bone Lector.



SYLLABVS CRITICORUM volumine isto contentorum.

FRAN-

FRANCISCI MODII NOVANTIQVAE LECTIONES, TRIBVTÆ IN EPIstolas centum, & quod excurrit.

EPISTOLA PRIMA.

Franciscus Modius illustri Comiti Carolo Egmondano S.

ITA erit mi suauissime Carole; ibit ad te propediem Silius Italicus tuus, nostra opera, si non integer, certe minus mutilus, & minus vitiosus, quam hactenus circumfertur. Interea specimen tibi esse poterunt eorum, quæ in poetam hunc meditamur, sequentes notæ. De Elephanto incensum tergo castellum ferente lib. IX. hæc sunt: I. *Silius versu auctus lib. IX. versu* ꟾↃCXIV.

Vritur impatiens, & magni corporis æstu
Donec vicini tandem se fluminis vndis
Præcipitem dedit, &c.

legendum vno versu auctius:

Vritur impatiens, & magni corporis æstu
Huc atque huc iactas accendit belua flammas,
Donec vicini tandem se fluminis vndis
Præcipitem dedit. Præcessit paulo in eadem re:
——*collectis fumantia lucent*
Terga Elephantorum flammis, raptusq; sonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur. II. *Idem emendatus versu* ꟾↃCIV.

vbi legit Marsus ——*partusq; sonoro Ignis edax vento*, id est, inquit, *comparatus & auctus.* nimirum legendum esse: *pastusq; sonoro Ignis edax vento.* Longobardicum *r* ab *s* scriptura non distinguitur. Mox est: III. *Et versu* ꟾↃCXXIII. *lib.*

——*vt qui castella per altos*
Oppugnat munita locos, atque obsidet arces,
Ausus digna viro, fortuna & digna secunda,

Extulerat dextram adq; aduersum cominus ensem
Mutius infelix ausi, sed stridula anhelum
Feruorem effundens monstri manus, abstulit acri
Implicitum nexu, diroq; ligamine torsit,
Et superas alte m serum iaculata per auras
Tellure elisit, ac fixit (flebile) membris.

recta scriptura est:

——— vt qui castella per altos
Oppugnat munita locos, atque assidet arces,
Aut tu digna viro, fortuna digna secunda.
Extulerat dextram atq; aduersus cominus ensem
Mincius infelix ausi, sed stridula anhelum
Feruorem effundens monstri manus, abstulit acri
Implicitum nexu, diroq; ligamine torsit,
Et superas alte miserum iaculata per auras
Tellure elisit affixit (flebile) membris.

dico scribendum *assidet*, non *obsidet*. quod ita & membranæ habeant, & alio loco quoque Silius loquatur hoc modo, dum ait lib. XII

IV. Item lib. XII. versu CCCCLIII. *Assesses Capua muros, claustra ipsa reuelli Portarum.* etsi etiam eo loco male editiones *obsessos*. Aio emendandum: *Tellure elisit affixit (flebile) membris.* nempe quia ductus literarum & res ipsa huc me trahebant, vulgata lectione contaminata plane & nullum commodum sensum eiiciente; posset tamen etiam *affixit* legi, vt dixit Horatius:

Atq; affigit humi diuinæ particulam auræ sed ego malui, quod a vulgata scriptura quam minimum recederet, sequi. Libro sequenti:

V. Ad versus lib. X. versu LXXXII. bis.

At coniunx Iouis, vt Paullum depellere dictis
Nequiquam fuit, & consul non desinit ire;
In faciem Mauri ru sus mutata Gelasta
Aduocat ignauum saua ad certamina Pœnum. in quibus peccat large interpres; sed quo æquior illi sis, a libris corruptis ipse quoque corruptus *consul non desinit ire* in Annibalem scilicet, inquit, vera cum sit lectio. *& consul non desinit ire* quod valet, in ira persistit. sæpe isto modo & libenter admodum loquitur Silius, qui & quarto quoque a me allegato versu emendandus est, reponendo pro vulgatis illis sordibus meris, *Aduocat ignauum saua ad certamina Pœnum.* hunc versum ex membranis depromtum: *Aduocat ignarum sauo a certamine Pœnum.* est autem imitatio Virgiliana, apud quem Iuno Turnum inducta simulacrum Æneæ, fugienti similis, & sensim cedens, a prælio subducit. Mox:

VI. Iterum ver-

Haud secus ac Libyca fœta tellure leana

Inno-

Inuadunt rapidi iam dudum, & inania tentant ſic aucti

Nondum ſat firmo catuli certamina dente. verſ. CXIV.

reſtituendus & hic mihi Silio verſus, qui neſcio quorum ſcelere ab omnibus editionibus abeſt & deeſt, correctis aliis hoc modo: & mendoſi in reliquis.

Haud ſecus ac Libycam fœta tellure leænam
Venator premit obſeſſo cum Ma[illegible] in antro,
Inuadunt rabidi iam dudum, & inania tentant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.

comparat filios Chriſtæ, pro patre ſene contra Annibalem depugnantes, catulis leænę pro matre cum venatoribus congreſſis. Poſt paucula:

——*fratrisq́; videt labentia membra* VII.
Quærentis, quem funda procul ter inane voluta Et emendatus verſ. CL.
Sopierat. nihili eſt illud *Quærentis*, faciendumque ex eo, *Quercentis*, quod Virgilio quoque nomen eſt. De Paullo conſule ita ait:

——*itq; undanti puluere anhelans* VIII.
Sedit terribilis clypeum ſuper. referunt membranæ: *atque vndanti vulnere anhelans.* & recte referunt. Sed iam, Carole generoſiſſime, Belgicæ noſtræ delicium & amor, finem facio: reliqua enim apud ipſum Silium, & toto hoc paſſim libro melius leges: nam hic tantum guſtum quendam noſtri in hunc poetam apparatus tibi præbere conſilium mihi eſt, quare vale dulce decus meum, & ad ſummum virtutum literarumque cacumen, duce eruditiſſimo & optimo viro Hieronymo Berchemio, cui multum iam nunc debes, plus etiam olim debiturus es, eniti perge. Et verſu CCXXXVIII.

EPISTOLA II.

Franc. Modius Ioanni Poſthio Archiatro VVirzburgico. S.

REmitto tibi, amiciſſime Poſthi, treſillos membranaceos manu exaratos epiſtolarum Senecæ, non vita minus, quã profeſſione philoſophi, codices, quorum mihi tua interceſſione vſus nuper conceſſus fuit, vt tu apud eorum dominos communem fidem noſtram liberes, quæris quid mihi placuerint, & cuius notæ ſint: locus hic vnicus Epiſt. XXXI. & in vulgatis, & in ſcriptis aliis libris ob obſcuritatem vitioſiſſimus, & aliter atque aliter deprauatus, integer in iis, indicio eſſe poteſt. *Itaque*, inquit, *in vanum operoſos culpauerim: rurſus ad honeſta nitentes, quanto magis incubuerint, minusq; ſibi vinci ac ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo, tãto melior ſurge, & inſpira, & cliuũ iſtum vno, ſi potes, ſpiritu exſupera* vbi q.d ſit *ſtrigare*, & vnde ſum- I. Seneca phil. emendatus epiſt. XXXI.

ea locutio ista huc inmigrarit, docebit te ex Plinio & Hygino eruditissimus Turnebus: interea dum nos tibi pauca etiam alia ex iisdem libris, ne gratuitam tuam in illorum vsu mihi impe-
II. Et epistola v. trando operam fuisse querare, concinnamus. Epist. v. *Quemadmodum eadem cathena & custodem & militem copulat, sic ista, qua tam dissimilia sunt, pariter incedunt.* nihili lectio. quis enim hic custos, nisi miles? rursus, quis miles, nisi custos? plane scribendum volentibus iubentibus membranis vestrarum bibliothecarum, *& custodiã & militem copulat.* Solebat, Vlpiano teste, æstimari, essetne reus in carcerem coniiciendus, an militi tradendus, vel fideiussoribus committendus: fereque nisi tam graue scelus admissum esset, vt supplicium carceris pœna præcedere deberet, militibus sontes assignabantur, dicti custodiæ ab eo, quod patiebantur, toto titulo ff. de reorum custodia & exhibitione. nominatim ibi: *si custodia se interfecerit, vel pracipitauerit, militis culpa adscribitur.* Et alibi: *Ne quis receptam custodiam sine caussa dimittat, mandatis ita cauetur, &c.* hinc clarum illud Suet. cap. xiv. Domitiano: *Nec nisi secreto atque solus pleraq; custodias audiebat, receptis quidem in manus cathenis.* Tibullus tamen maluit proprie magis dicere: *Sed pretium si grande feras, custodia victa est.* pro iis, qui obseruandis heris apponebantur. Porro, quod dicere supra me fugit, non recte glossographi ad allegatum iam titulum de reorum custodia exponunt *militem* pro *nuntio communis*, vt ex cap vltimo ibid. colligere licet, & D. Hadriani item constitutione, qui militem negligenter se in custodia asseruanda gerentem in deteriorem militiam dari iussit. Idem error Doctores istos habet in expositione *caligati militis.* sed nos hoc agamus.

III. Epistola III. Epist. III. *Itaque si priore illo verbo quasi publico vsus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus, quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquem, &c.* vnica litera immutata, & vocali prima in locum quartæ substituta, Senecæ suæ locutionis elegantia constabit, legendo: *hac abierit.* quod valet, hac
IV. Epistola IV. via, hac ratione, hoc modo excusari dictum tuum potest. Epist. IV. *Difficile est iniquis animum producere ad contemtum anima.* rectæ membranæ: *Difficile est, inquis, animum perducere ad con-*
V. Ead. Epistol. *temtionem anima.* recte inquam, & vide modo locum, Posthi. mecum facies. Eadem Epistola: *Hoc quotidie meditare, vt possis aquo animo vitam relinquere, quam multi sic amplectuntur, & tenent, quomodo qui a torrente rapiuntur in spinas & aspera.* non negabis veram esse lectionem membranarum: *Hoc quotidie meditare, vt possis aquo animo vitam relinquere; quam multi sic amplectuntur & tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas & aspera* amplectuntur & tenent. i.

Adhuc

Adhuc eadem Epistola: *De Pompeii capite pupillus & spado tulere sententiam.* ita etiam alii auctores tradunt. malunt tamen scripti libri omnes: *De Pompeii capite pusio & spado tulere sententiam.* q quale sit, ipsi viderint. Ibid. mox: *At si forte in manus hostium incideris, victor te duci iubebit: eo nempe momento, quo duceris.* abundat vox, *momento*, inducendaque adeo est, ex membranarum auctoritate dicit hoc Seneca: Si in hostium manus incideris, extremum scilicet malorum hoc erit, quod te ad mortem duci iubebit, ad quam alioqui natura ipsa te ducebat, nempe ignorabant vsum verbi, *ducere*, qui τὸ *momento* huc intulerunt. Epistol. v. *Asperum incultum, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quidquid aliud ambitionem peruersa via sequitur deuita.* paulo melius m. s. *Asperum cultũ, & intonsum caput, &c.* sermo de iis est, qui barba & cultus horriditate philosophum mentiuntur. Epist. vi. *Quidni multa habeam, quæ debeant corrigi, quæ extenuari, quæ attolli?* scribe: *Quidni multa habeam, quæ debeant colligi, quæ extenuari, quæ attolli?* sparsa, & dissoluta colliguntur, tumida & grandia extenuantur; abiecta, & demissa attolluntur. sæpeque adeo ita loquitur Seneca, qui & mox ait: *Mittam itaque ipsos tibi libros, & ne multum operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, vt ad ipsas protinus, quæ probo & miror, accedas.* rectum est: *imponam notulas, vt ad ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas.* sed exilius hoc, quam vt moneri debuerit. Vale, mi Posthi, IV. Kl. Augusti CIↃ. IↃ. LXXXII. VVirtzburgi.

VI. Adhuc ead. epist.

VII. Eadem rursus epist.

VIII. Epistola v.

IX. Epistola vi.

X. Eadem epist.

EPISTOLA III.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

De ara Vbiorum, cuius apud Tacitum tuum, Lipsi amicissime, mentio est, hęc nunc ad te mitto, quæ nuper totidem verbis, imo iisdem, ad me scripsit Iuris & antiquitatis peritissimus Iacobus Campius. *Aram Vbiorum*, inquit, *existimo inibi loci fuisse, vbi nunc est oppidum Bonna. Nam Tacitus aram apud castra primæ legionis posuit. Ait enim legatos ab senatu regressos apud Aram Vbiorum Germanicum adiisse: Duas ibi legiones, Primam atque Vigesimam hyemasse: Ac Plancum legationis principem a tumultu & furore militum periclitantem, in castris Primæ legionis subsidium quæsisse, illic signa & aquilam amplexum, religione sese tutatum. Ac castra Primæ legionis prope Bonnam sita fuisse, ex eodem Tacito patet, cum libro XX Bonnam hyberna Primæ legionis nominat. Cur vero initio suæ historiæ Tacitus Bonnæ mentionem non faciat, caussa est, quod locus ille, vbi nunc vrbs est, ex diuturna legionum in eo commoratione demum frequentari, & in oppidi nomen & eius, cum ante castra fuissent, formam ædificari*

Epistola Iacobi Campii IC. de Ara Vbiorum.

coeptus sit, ut de Veteribus auctor eodem libro scribit: Vallum murosq; firmabant, subuersa longa pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa. Et nosti, Modi, ex Eumenii ad praesidem Galliæ oratione, sæpe ciuitates deuotissimarum legionum hyberna, quæ resides aquas, nouosq; amnes fessis urbium visceribus infunderent, expetiisse. Iam perpetua fuisse Bonnæ Primæ legionis hyberna, quamdiu Rheni ripam Romanæ legiones insederunt, præter Tacitum etiam Ptolemæus iudicio est, qui Bonnæ legionem Primam attribuit, durauitq; ad Caroli Magni & Ludouici usq; tempora, ut urbs Bonna Castra Bonnensia diceretur, passimque in antiquis Ecclesiæ nostræ monimentis oppidum, Castrobonnense indigetatur. Quid quod hodieq; exstat certissima castrorum indicia, haud procul oppido, ubi nunc nobilium virginum collegium est, Diedekirchen vulgo dictum, ad portam, quæ Coloniam Agrippinam ducit? At non procul hinc villa ædificiumq; peruetustum imminens ripæ Rheni, quod a vigilum stationibus (nisi me fallit coniectura) nomen etiamnum retinet Vigelshouen, sub cuius fundo cum flumen siccioribus æstatibus a ripa recedit, in ipso alueo, & vineis, quas nobilissimi viniferacissimas vicinas habet, veterum numismatum ab Augusto, Tiberio, Nerone, ad Græcos usq; Imperatores Constantinos, Valentinianos, magna copia reperitur. Adhac vasa et effodiuntur antiqui plane operis, & Latinis verbis varie inscripta. Conspicitur præterea aquæductus structilis, qui in Rhenum excurrit, haud ambigua castrorum indicia. Sed redeamus iam ad Tacitum, cuius distantia inter Aram Vbior. & Vetera Bonnæ ab eisdem interstitium plane respondet: loquens. n. de Quincta & Vndevigesima legionibus, eas apud sexagesimum lapidem, in loco, cui Vetera nomen esset, hybernasse, quæ ratio nostræ ratiocinationi plane & omnino congruens est: tanto enim interuallo oppidum Xanctensium (Vetera hæc fuerunt) Bonna distat. Fuit cum existimarem hanc Vbiorum aram sitam fuisse in arce Godesberg, quæ est Archiepiscopi Coloniensis, ad V. fere lapidem supra Bonnam, quod illic fanum Æsculapii fuisse, ex inscriptione antiqui lapidis constaret, & verisimile videretur, aram in editiore loco positam. Hocque adeo mihi persuaserat illustris Nouæ Aquilæ Comes Hermannus, antiquitatis & historiarum olim peritissimus. Persuaseram & ego communibus quibusdam amicis, cum eis in ædibus meis e murorum pinnis arcem illam ostenderem. Sed errauimus, si non toto cælo, quod aiunt, certe bona eius parte: nam & nimis longe a Primæ legionis castris abest, nec alia sunt vestigia, quam lapidis istius Æsculapiani, verisimileque adeo est, Romanos longo post tempore, cum Bonnam incolerent, sanitatis Deo illic sacellum constituisse, in quo quidem ipso etiam suum quidem, sed acceptum a Græcis morem conseruarunt, quo, auctore Plutarcho, & in locis editis, & extra oppida, fana huic Deo ponebantur. Sed quo certius etiam credas

non

nos errasse, inuenimus nunc nuper Berchemius & ego lapidem Bonnæ, in publica via negligenter locatum, cuius literæ rotarum attritu excisa inscriptionem indicant huius rei magis congruentem. Testatur enim ille templum Martis inibi fuisse, tunc vetustate collapsum, ac temporibus Diocletiani & Maximiani AA. a solo restauratum. Vtriusque lapidis inscriptionem tibi transmitto, teque adeo consulo, Modi, absurdene adeo facturum putes, qui coniecarit, Vbios, cum ab Augusto in Galliam traducti, & in proximis Rheno agris collocati essent, aram constituisse, ad quam iurisiurandi Deorumque religione se adstringerent, in fide mansuros. Quod si tibi credibile videbitur, videbitur, haud dubie, & eiusdem Marti eos potissimum sacram illam voluisse. Cuius enim Dei nomine iurisiurandi formula potius conciperetur, quam eius, quem gens hæc præcipuo semper honore coluit? Sed & Tranquillus tradit, Augustum quorundam Barbarorum principes in æde Martis vltoris iurare coegisse, mansuros se in fide, & pace, quam peterent. Illud est, quod mihi non satis placet, quod adiectum hic Marti & attributum prope otiosum videtur, nisi sit tu aliter statues, & ideo ad rem facere putabis, vt per hoc significentur Vbii, non pacem tantum culturi ipsi, sed militaturi etiam ad hoc deinceps aduersus hostes Romani nominis, & scribit certe de iis Tacitus in libello De moribus Germanorum: experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocatos, vt arcerent, non vt custodirentur. Et hæc quidem de Ara Vbiorum quæ dicerem, iam habebam, quæ si forte tibi, Modi, non placebunt: dicamus sane Vbios solenni tum consuetudine Augusto aram constituisse, in memoriam beneficii, quo ab eo traducti, siue ab Agrippa militia victoriaque Augusti, vt Tacitus ait, socio, in fidem accepti, & in proximis Rheno agris collocati fuerunt, additis sacrificiis, delectisque ex primoribus gentis sacerdotibus, in quibus fuit Sigismundus Segestis filius, qui sacerdos apud Aram Vbiorum creatus, deficientibus Germanis vittas ruperat, profugus ad rebelles. Sic Augusto Ara dedicata Lugduni, sacerdote creato C. Iulio Vercondari Æduo, Iul. Antonio & Fab. Africano Coss. Sic eidem Augusto Narbone Ara in foro posita est, certisque legibus dedicata, vt statis diebus eius numini supplicaretur, hostiaque immolarentur, T. Statilio Tauro, M. Aemilio Lepido Coss. vt habet inscriptio marmoris, quam edidit Elias Vinetus in Ausonium. Sic in Britannia templum D. Claudio constitutum, quasi arrha æternæ dominationis. Denique de Augusto quidem auctor Tranquillus, plerasque prouinciarum præter templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim ei constituisse. Vt iam nihil mirum videre possit, si & Vbii Aram Augusto dicauerint, adhibitis in hoc ceremoniis, vt in speciem religionis suam erga principem, Pop. Q. Rom. probarent fidē. Nam vt eos a fœda & perniciosa adula-

Suetonius in Claudio
Florus Epitome lib. CXXXIX. historia Liuianæ.

tione, quæ postea inoleuit, vt pro Deo Augustus haberetur, eximia-mque; quid prohibet dicere, Vbios æterna memoria & reuerentia erga Augustum Aram collocasse? Quod ego tamen vt tibi, Modi, probem, non laboro: ego inquam, qui Aræ huius situm & regionem indicasse contentus, religionem, quam in ea coluerunt, Augustiq; ἀποθέωσιν, cum Arminio Germano rideo, cum Tertulliano etiam detestor. Habes mi Lipsi, doctissimi viri super hac re sententiam, quam vt tua comprobari, aut argumentis alioqui debilitari vehementer optem, ita ne quid hic deesse posset tibi, quoquo modo huc pertinens, placuit inscriptiones, de quibus agit Campius, hic subiungere, si quid forte in alterutram partem apud te valere possent. Vale. In arce Godesberg.

FORTVNIS
SALVTARIBVS∴
AESCVLAPIO HYG∴
Q. VENIDIVS RVF∴
MARIVS MAXIM∴
CALVINIANV∴
LEG. LEG. I.M. P∴
LEG. AVG. ∴ ∴ ∴ PR.
PROVINC. CL. HC∴
D∴∴

a HYGIAE Q puto fuisse. videatur Thesaurus antiquitatis H. Goltzii nostri. & Aldi Orthographia cũ alibi tum inprimis pag 171.

Bonna

IN H DD.
PRO. SALVTE. IMPP.
DIOCLETIANI ET MAXIMI
ANI. AVGG. CONSTANTI∴
ET MAXIMIANI. NOBB.
CAESS. TEMPLVM MARTI∴
ILITARIS. VETVSTATE COL-
LAPSVM. AVR. SIMITVS PRAE
SEC. I M. S. A. SOLO. RESTI
TVIT. DIE XIII. KAL. OC.
∴VSCO ET ANVLINO COS.

a. Id est, Tusco & Anulino Coss. quorũ consulatus incidit in annũ Christi 295.

EPISTOLA IV.

Franc. Modius Philippo de Croy, Domino de Santpye, &c. S.

Correxi passim, quod potuit, Philippe generosiss. in his Epist. Silium Italicum, quem mox intentiore etiam cura emendatum, & ad principes poetarum Homerum atque Virgilium, præter ceteros, collatum, Comiti Carolo Egmondano inscripturus sum. Quem Comitem Carolum quia non ignoro tibi esse in oculis, tum etiam, vt nostræ quoque amicitiæ, olim in eiusdem illustris Comitis Caroli familia Coloniæ Agrippinæ initæ

initæ, publicum aliquod exstet testimonium, has tibi in belli Punici secundi buccinatore notas dare, dedicare placuit. Lib. xv. versu 561.

I. Silius Italicus emendatus lib. xv. versu IↃLXI.

His dictis abit, atq; ascendens visa pauentem
Attrahere, & fractis turmas propellere portis,

melius erit: *atq; abscedens visa pauentem attrahere, &c.* sed pusillum hoc, vt etiam istud:

II. Et versu IↃLXXIII.

——— & Achemenio velocior arcu, Euolat. pro quo legendum est: *——— & Achemenio velocior arcu, Euolat.* Propertius:

Non tot Armeniis armatur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit amor.

III. Item versu IↃLXXXV. &c.

Vers. 585. *Scilicet Asdrubalem inuadent ad prælia soli?*
Annibali satis esse nequit, iam rursus vbi arma
Auertisse suo cognorit deuia vallo,
Hasurum portis Pœnum: venisse superbo
Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ. fremit amens corde sub vno
Ordo patrum, ac magno interea meditatur amore
Seruandi decoris, quonam se fine minanti

Seruitio eripiat, &c. locus est de trepidatione Romanorum, cum Nero ipsi Annibali impar, castra, quæ ei aduersa habebat, cum potiore exercitus parte reliquisset, vt se Liuio Salinatori coniungeret, & ita opponeret Asdrubali, qui in Italiam iam irruperat, vt fratris Annibalis copiis suas misceret, sed qui locus tum demum melius habebit, cum ita perscribetur:

Scilicet Asdrubalem inuadat, qui ad prælia soli
Annibali satis esse nequit: iam rursus vbi arma
Auertisse suo cognorit deuia vallo,
Hasurum portis Pœnum, venisse superbo
Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ, fremit amens corde sub imo
Ordo patrum, ac magno interea meditatur amore
Seruandi decoris, quo nam se fine minanti

IV. Et versu IↃXCVII. &c.

Seruitio eripiat, &c. emendationum rationes claræ sunt. Transeo igitur ad proxima illa, & vix versib. quatuor distantia de Liuio Salinatore:

Belligeris quondam, scitusq; accendere Martem
Floruerat, primo clarus pugnator in æuo:
Mox falso læsus non æqui crimine vulgi
Secretus ruri tristes absconderat annos.
Sed postquam grauior moles terrorq; periclo
Poscebat propiore virum, reuocatus ad arma
Tot cæsis ducibus, patriæ deuouerat iram.
At non Asdrubalem fraudes latuere recentum

Armorum, quanquam tenebris nox texerat astus.
Pulueris in clypeis vestigia visa monebant. corrigo locis 4. hos versus, scriboq; ex fide vetusti codicis:

Virgil. —quo non praestantior alter Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

Belliger is quondam, sciteq; accendere Martem
Floruerat primo clarus pugnator in auo:
Mox falso laesus non aequi crimine vulgi
Secreti; rures tristes absconderat annos.
Sed postquam grauior moles terrorq; pericli
Poscebat propiore virum, reuocatus ad arma
Tot caesis ducibus, patria deuouerat iram.
At non Asdrubalem fraudes latuere recentum
Armorum quanquam tenebris nox texerat astus
Pulueris in clypeis vestigia visa monebant.

V. Et versu DCXI.

Versu 620. defugiente Asdrubale cum exercitu, postquam Neronem Liuio se coniunxisset, certis indiciis cognouerat:
Accelerant, vitant socios, sed perdita falli
Sub tanto motu tellus nequit. Vitant socios, inquit interpres, eos puta, qui relictis signis passim se quieti per campos dederant. Interpretatio satis expedita, sed quae male memor videatur disciplinae militaris, cuius iure hi non tantum vitarentur, sed in soporem perpetuum collocarentur. nimirum legendum esse: *Accelerant vitantq; sonos* statim:

VI. Et versu XXCXXXII. bis.

——am tela bibunt permissa cruorem.
Hinc iussa Poenum fugientem sistere penna
Dicta volitant, hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicunq; viro, quem prendidit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactae
Consistunt acies, & spes ad praelia vertunt. manifeste corrigendum: *——am tela bibunt praemissa cruorem:*
Hinc iussa Poenum fugientem sistere penna
Dicta volitant, hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicunq; viro, quem prenderit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactas
Constituunt acies, &c. Vale.

EPISTOLA V.

Franc. Modius Francisco Nansio apud Francenates in Flandria Senatori P. P. S.

I. *Cicero prima Catilinaria notatus:*

Mitto ad te virum omnium literatissimum, cognate Nansi, haec de literis, & in literis. Prima Ciceronis Catilinaria locus est a Lambino nescio quomodo silentio praeteritus, qui tamen non satis probus videtur, atque ita passim legitur: *Nos nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, auis, maioribus.* hic dico locus non satis est integer, legendumque procul dubio ex mem-

membranarum Coloniensium consilio: *Non nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, auo, maioribus.* Vides & agnoscis opinor, tu Nansi, tu, inquam, cui Cicero est familiarissimus, Ciceronianam locutionem: scisque sæpius ea Oratorum principem esse vsum. Sequitur: *Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de caussa nondum adducor, vt faciam. tum denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inueniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.* Lambinus ait exstare in vet. cod. *te interficiam.* ego membranis fretus aio scribendum: *Tum deniq; interficere.* & ita me ames merentem, Nansi, ita te Musæ, vt hoc germanum est nostri Tullii. Præcessit: *Si te iam Catilina comprehendi, si interfici iussero, &c.* *faciam* illud, quod præcedit, imposuit vulgatæ scripturæ auctoribus, cum tamen illud ad allegata a me posterius pertineat, eoque significet Cicero nondum se posse adduci vt Catilinam comprehendi, vt interfici iubeat. post paucos versus: *Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietib. continere voces coniurationis tuæ potest, si illustrantur, si erumpunt omnia?* hic primum *voces*, non *vocem*, quod vet. libri recte imprimunt, legendum censeo, quod vt extra controuersiam futurum existimo, ita illud non futurum scio, quod libenter hic *elustrantur*, pro *illustrantur* legerim, caussa ea, quod eleganti metaphora elustrare pro palam facere dici possit a lustris ferarum, vnde illæ arte a venatoribus in lucem & in apertum eliciuntur, ac protrahuntur. aut si hoc minus placet, vt certe minus placeat præ eo, quod iam dicam, dicemus Ciceronem dixisse *elustrantur*, pro e lustris, hoc est, e lupanaribus proferuntur & accedit sane hoc prope, siue ad id, quod de priuatis ędibus, in quibus versaretur Catilina præcessit, quos Cicero lustra & lupanaria subinde appellare solet, siue ad illud, quod, vt ex Sallustio constat, meretricis indicio Cicero de Catilinæ coniuratione cognouerit. Videbitur scio hoc fortasse nonnullis ingeniosius, quam verius ac longius omnino petitum. mihi tamen, quicquid, id est, ita displicere non potuit, vt non hic adscribendum putarem, præsertim, cum Nonium videam, vbi hęc citat, non *illustrantur*, sed *lustrantur* legere, quod ille patefacere interpretatur, & hoc non parum haud dubie nostram opinionem confirmare, aut certe adiuuare videtur. Si enim lustrare patefacere significat, multo magis & rectius elustrare idem significare dicendum est. Sed longior hic fui, quam vellem, nec faciendum tamen mihi puto, vt taceam. Periodo hac sequenti in m. ff. *Meministine me in ante diem* IV.
XII. *Cal. Nouemb. dicere in Senatu, &c.* Pro quo vulgo est: *Me-*

misisti ne me ante diem XII. Calend. Nouemb. &c. Modico interuallo: *Quotiens tu me designatum, quotiens me consulem interficere voluisti? quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore, neq; tamen conari ac velle desistis. Quotiens iam, quotiens iam tibi extorta est sica ista de manibus? quotiens vero excidit & elapsa est?* apposui locum hunc, vt vulgo legitur: nunc vt eum legendum existimo, apponam, ac dein nostras emendationes refutatis aliorum opinionibus confirmabo. lego igitur: *Quotiens tu me designatum, quotiens me consulem interficere conatus es, quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod me latere possit in tempore: neq; tamen velle ac conari desistis. Quotiens tibi iam extorta est sica ista de manibus? quoties excidit casu aliquo & elapsa est?* reposui, *conatus es*, pro *voluisti*, quod ita habeant omnes tam mei quam Lambini m.ss. & plus sit *conari*, quam *velle*, vt recte ait Fuluius, qui tamen, quod pace eius liceat, male vtrumque retinet, legitque: *quotiens me consulem interficere voluisti, vel conatus es?* quod cum alienissimum sit tum ab elegantia Ciceronis, tum præcipue ab hoc loco plane pathetico, miror homini doctissimo excidisse, eique inprimis, qui, vt in m.ss. & vet. libris exercitatissimus, & versatissimus est, ita ignorare non potest, quod in libro, quem domi se habere dicit, scriptum reperiatur, *voluisti, vel conatus es*, id adeo ex eo factum, quod is exscriptus sit ex codice, in quo in textu alterum horum legeretur, alterum in margine, vel certe supra id, quod in textu esset, cum isto, *vel*, quod significaret alias legi, vt ibi esset adscriptum, de quibus, cum librarius, vtrum recipiendum esset, dubitaret, tandem vtrumque in contextum retulit, quo exemplo millies alibi peccatum videmus. Sed vt, quod sentio, libere dicam, nec in eo mihi satisfacit Fuluius, quod statim ante hunc locum legendum omnino existimat fortunam pop. Rom. obstitisse, non fortunam reip. nam quod ait in suis veterib. libris *fortuna p.r.* exstare, id permouere eum non debuit, q; notæ hæ sæpe conuerso ordine, sæpe varie legantur. vt omittam nostros libros, Lambinianos dico, & meos inprimis, quos ego, quod ex collatione aliqua multorum locorum colligi potuit, longe Fuluianis antiquiores & meliores pronuntiare non verear, omnes constanter *reipub.* referre. Neque ignoro, Ciceronem pro lege Manilia fortunæ pop. Rom. meminisse, & numos esse cum tali inscriptione: sed idem scio, alios etiam numos inscriptionesque esse, quæ consensum nostrorum librorum confirmant, ac reip. hic mentionem, quā pop. Rom. esse longe conuenien-

uenientiorem. Taciti certe est Annali 14. *cuius aduersa praui-tati ipsius. prospera fortuna reip. referebat.* sic enim ibi cum vetu-stè impresso Romano quam *ad fortunam* cum aliis editionib. legere malo. Sed nunc pergamus, & perpurgemus quod cœpi mus. emendaui: *quod me latere possit in tempore*, pro quo erat: *quod mihi latere valeat in tempore*, quod Lambinum diu torsit, qui post multa coniecit legendum: *quod mihi patere non soleat in tempore*, aut omisso illo, *in tempore*, *quod me latere queat*. vtrumque male. & prior enim scriptura nimium recedit in libris, & ad hoc inconcinnior est nostra, & quod *in tempore* posteriore scriptura putat posse abesse, quod in vno m. s. non reperiretur, frustra est. & mire enim huc facit, vt intelligunt, qui latine intelligunt. & est in optimis nostris membranis, quas etiam in sequentibus secutum me esse testificor in omissione vocum aliquot superfluarum. VI. *Tacitus Annal. XIV. notatus.*

EPISTOLA VI.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario Med. S.

NIsi me vis desiderio eorum contabescere Plautinorum manu exaratorum codicum, quorum his diebus mentionem iniecisti, fac quæso iam nunc illi ad me eant. vigilans, dormiens, legens, scribens, edens, bibens hos volo, hos cogito, hos somnio. hui, dices, ne tu homo ex iis vnice vnicus es, qui quod volunt absque more. & modo volunt. Ita est, mi Camerari, hic (vt de Plauto loquens Plautissem etiam) hic, inquam, morbus mihi maximus est in pectore, quo si non ægrotem, parum me hercule sanum arbitrarer. cui tamen tu malo, sine furor est, caue mederi postules: ne vbi exemtus sit hic mihi mentis gratissimus error, cum Horatiano illo exclamem: Pol me occidistis amici: Non seruastis. Extra iocum, & tandem vero serio: tempus, quod instat, & secessus, in quem non abscondere decreuimus, vnica, vt scis, ad hanc rem, quam paro. Non enim ignoras, quo labore qua assiduitate in simili negotio opus sit, cui patris, viri incomparabilis, præter summam eruditionem cum summa prudentia, humanitate, sanctitate coniunctam, hac quoque parte exemplum ante oculos est. mitte igitur per Musas membranas tuas, flagitatricesque earum has habe in Censorini opusculum de die Natali notas. Cap. eo, quod sextum vulgo in editionibus faciunt: *Epigenes* C X I I. *annis longissimam vitam constituit.* inserenda ex membranis præpositiua, *in*, legendumq;: *Epigenes in* C X I I. *annis longissimam vitam constituit*, quod tamen admonere prope putidum sit, nisi omnes editiones in eadem noxia essent: vt & mox, vbi de seculis Hetruscorum est: *Sextum vnum de viginti & centum.* pro quo reponendum ex I. *Censorinus de die Natali cap. VI. emendatus.* II. *Eodem cap. iterum ...*

latis, & cap. v. itemq; cap. xv. bis.

eiſdem membranis: *Sextum undeviginti & centum.* quod idem peccatum corrigatur ſupra quoque cap. v. ibi: *Fuerunt qui utrumq; reciperent numerum unum de quinquaginta, & LXXXI.* & infra cap. xv. ibi: *Praeterea ſunt anni magni complures, ut Metonicus, quem Meton Athenienſis ex annis unum de viginti conſtituit.* & rurſus ſub finem eiuſdem capitis: *Itaque hoc nunc anno, qui celebratus eſt Agon, unus de quadraginta numeratur.* omnibus inquam his locis idem peccatum peccatum eſt; quare ſcribatur primo quidem: *undequinquaginta.* altero autem: *undeviginti.* tertio denique vbi grauiſſime lapſi cuſorum operæ: *undequadrageſimus numeratur.* ſed redeo ad cap. VI. vbi

III. *Adhuc eod. cap.*

quod eſt: *Nam ita inſtitutum eſſe, centeſimo quoque anno fierent. Id tum Antias aliique hiſtorici auctores ſunt. Tum Varro de ſcenicis originibus libro primo ita ſcriptum reliquit.* emendandum qua a ſcriptura, qua ab interpunctione: *Nam ita inſtitutum eſſe, ut centeſimo quoque anno fierent, id tum Antias aliiq; hiſtorici auctores ſunt, tum Varro, &c.* in cuius Varronis verbis ſequentibus, quod de x. viris eſt potius videtur, vt cum membranis legamus: *& ideo libros Sibyllinos XV. viri adiiſſent.* his enim totidem tum, vt arbitror, illa cura, & ludorum quoque ſecularium edendorum ipſe mox Cenſorinus, & apertiſſime Tacitus, vbi de horum editione loquens ait Annali XI. *Quia collegio Quindecimvirum antiquitus ea cura.* item Horatius ibi:

Quindecim Diana preces virorum

Curet. ad cumque locum manifeſtius etiam vetus interpres, cum ait: *Quindecim viri ſacerdotes erant, penes quos erat ex libris Sibyllinis reſponſa dare, & ludorum ſecularium curam gerere.* nec ſolorum ſecularium, ſed Magnorum quoque cum tribus aliis collegiis ſacerdotum, vt eleganter ex Dione docet eruditiſſimus, & amiciſſimus vtrique noſtrum I. Lipſius Commentario ſuo in Taciti Annales, cuius verba ideo non adſcribo, quod ſcripta ipſa illius viri illis ſedulo excutienda iudicem,

IV. *Liuius apud eund. Cenſorinum ibid. emendatur.*

qui ſerio his Antiqui moris notis delectantur. Sequitur nunc inſignis in Cenſorino locus, quo ea, quæ diximus, etiam magis confirmantur. non in verba tamen Cenſorini, ſed Liuii, cuius ex lib. vt ait, CXXXVI, hæc citat: *eodem anno ludos ſeculares Cæſar ingenti apparatu fecit. Quos centeſimo quoq; anno, hic enim terminus ſeculi, fieri mos, utq; centeſimo decimo quoq; anno repetantur, tam commentarii XV. virorum, quam diui Auguſti edicta teſtari videntur: adeo ut Horatius Flaccus in carmine, quod de ſecularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignauerit:*

Certos undenos decies per annos. & quæ ſequuntur: tempeſtiuum enim videtur conſiderare, quam apte illa inter ſe conueniant, quod centeſimo quoque anno ludos ſeculares fieri ſolere ait, indeque ſtatim quaſi ſui oblitus anno centeſimo quoque

demum

demum reperi eosdem subiungat, in membranis legebatur: *his enim terminari seculi fieri mos ut contra, ut decimo centesimoq. anno repetantur.* aberatque in sequentibus *de* præpositio. hoc recte: in illis pedum visa est via, lego enim & interpunge totum locum hoc modo: *Eodem anno ludos seculares Cæsar ingenti apparatu fecit quos centesimo quoque anno (his enim terminus seculi) fieri mos. At contra ut decimo centesimoq. anno repetantur tam commentarii Quindecim virorum, quam diui Augusti edicta testari videntur: adeo ut Horatius Flaccus in carmine, quod secularibus ludis cantatum est, id tempus, &c* certa, inquã, hæc lectio, nisi forte placet, quod ad scriptam lectionem accedit propius etiam, *his enim terminari seculum*, vt intelligatur, opinio est, aiunt, aut simile quid carmen autem quod ait, & ex quo quædam huc allegat, est illud, quod hodieque carmen seculare ad Apollinem & Dianam inscriptum incipit: *Phœbe, syluarumq; potens Diana.* Augusti iussu ab Horatio scriptum, & ludis. quos post Actiacam victoriam magnifico apparatu idem Augustus edidit, a pueris puellisque patrimis & matrimis trinoctio decantatum, vnde de emendationis nostræ ratione hac quoque parte liquere potest. Plinii maioris exemplar Gesnerianum, & alterum, quo vsus optimus & eruditissius parens tuus, prima quoque occasione remittam. Vale vir amicissime. Wirzeburgi ipsis Martinalib. CIƆ IƆ. LXXXIII.

EPISTOLA VII.

Franc. Modius Lamoraldo a Claerhout, Baroni in Maldeghem, Vutkerke, &c. S.

QVid placet tibi, mi Lamoralde, Italia? iamne aeri eius, iam hominib. assueuisti? quid Roma? habere ne aliquid oculis tuis dignum visa est vrbs illa rerum domina, de cuius rebus gestis ad omnem ætatem in libris duraturis tam auide ex historico Patauino (Louanii olim, nuper et in Vbiis dicere solebas) quam gratũ erit aliquando, hæc & his consimilia ex te reuerso in patriam cognoscere? in patriam, inquã, cuius recordatione scio, pro tua in eam pietate, non posse non cõmoueri, concurrentib. in memoria tua eius & tot ante malis, quib. tantum non exanimata est, & præsentib. ærumnis, per quas reliquiæ eius, nisi quis illã melior Deus de cœlo respexerit, propediem efferendæ videntur. sed hactenus tamen, adolescens generosissime, indulge dolori, vt, quæ mutari consilio non possunt, quam moderatissime ferenda memineris, quæque ex doctissimo viro Ægidio Vliegerio, præceptore tuo in similib. malis remedia adhibenda sæpe audiuisti, his vtere, & solatium ex libris pete, ac nunc etiam hæc nostra cognosce. Mendum inest in istis Silii versibus: I. *Silius extremus lib. XV. versu CCCLXXIV his.*

Sed quisnam aduersos Phœbum tunc iungere ab vrbe
Romulea dubitaret equos, quo tempore eodem

Marcellum acciperet, letum oppetiisse sub armis?
Moles illa viridi validoq; habitata Gradiuo
Pectora, &c. dixi inesse mendum in hisce versibus, & hoc ipso mentitus sum, non enim vnum, sed duo in iis vitia sunt, ita corrigenda:

Sed quisnam auersos Phœbum tunc iungere ab vrbe
Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem
Marcellum acciperet letum oppetiisse sub armis?
Moles illa viri, calidoq; habitata Gradiuo

Pectora, &c. Frigus timiditatis, calor audaciæ caussa est. primusque adeo versus ex diuina Æneide est, in qua Dido ait:

II. Et versu CCCLXXV.

Non tam auersos equos Tyria Sol iungit ab vrbe.

Versu 375. de Marcello, cum in Pœnorum subsessam incidisset:

Forsan & euasset rapidi freta saua pericli.
Ni telum aduersos nati euenisset in artus.

Proprium magis huic metaphoricæ a mari locutioni: *Forsan & enasset rapidi freta saua pericli.* legoque altero versu: *Ne telum aduersos nati venisset in artus.* Post pauca:

III. Et versu CCCXCV. tres ex eo suppositi eiecti.

——Vos ite superba.
Exsequias anima, & cinerem donate supremi
Muneris officio: nunquam hoc tibi, Roma negabo.
Quod virtute viri titulis decorare sepulcrum
Ingentis bello liceat, nomenq; futuros
Æternum in Rutulos possis mandare nepotes,
Alterius paratq; eadem fortuna laboris

Consulis, &c. Hic ego cum viderem versum illum, *Quod virtute viri, &c.* & duos sequentes nihil facere ad rem, imo potius esse turbando huic loco, adhoc insulsos, ineptos, & nebulone aliquo, quam Silio digniores, leuiter notandos duxi, donec consultis membranis, in quibus nulli comparent, expungendos plane didici, nec arbitror sane leuiorem me a Silii manib. gratiam initurum spurios & subreptitios, suppositítiosque versus ex libris eius eiiciendo, quam legitimos, germanos, & suos ei, quod sæpe in his epistolicis feci, restituendo. Sed pergamus:

IV. Iterum emendatus versu CCCCXXIII

Et latus repetens gentis primordia ductor,
Festa coronatis agitabat laurea signis. scribo cum libris vetustis: *Festa coronatis agitabat gaudia signis.* ac mox:

V. Et versu CCCCXXIX.

Aurata puerum rapiebat in athera penna
Per nubes aquila, intexto librata volatu. non quomodo circumfertur vulgo, *intexto vibrata volatu.* Post pauca

VI. Et versu CCCCLII. quæ ter minimum.

——cadit obuius acri.
Cartulo Vasidio Libyca regnator arena.
Te quoq; Cyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Pœnis, & vix credenda furentem
Magnum Dardania Leli decus, omnia felix

Cui

Cui natura dedit, nullo renuente Deorum:
Ille foro auditus, cum dulcia solueret ora,
Æquabat Pylia Neleia verba senecta:
Ille vbi suspensi patres, & curia vocem
Poscerent, & cantu ducebat corda senatus. Totus hic locus locis quatuor interpolatus, ita ex membranis describendus est:

——Cadit obuius acri
Cartalo Nasidio Libyca regnator harena.
Te quoq; Pyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Pœnis, & vix credenda furentem
Magnum Dardania Lali decus, omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.
Ille foro auditus, cum dulcia solueret ora,
Æquabat Pylia Neleia mella senecta:
Ille vbi suspensi patres, & curia vocem
Poscerent, vt cantu, ducebat corda senatus. & *Nasidii* noti Romæ, *Vasidii* non item, iam Pyrenes terram Hispaniam vocat, vt alibi quoque, a Pyrenæis montibus, quibus Gallia illa diuiditur. Mella autem Neleia dixit exprimere cupiens Homerica ista. Iliad. α.

——τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

EPISTOLA VIII.

Franc. Modius Adriano Scheiffarto a Merode S. Romam.

SIquidem profectio tibi tua ex animi sententia successit, Adriane ornatissime, & saluus, re salua, in vrbem rediisti, est quod gaudeam, eoque magis & solidius, quo tot vndique extremis his, & calamitosissimis temporibus, motibus consurgentibus, itinera infestiora, & periculis præsentibus pleniora sunt, quæ sane in iis locis, vbi tu primum aerem hausisti, consecuta sunt, talia videntur, vt te non tam consilii tui pœnitere non debeat, quod peregrinationem Italicam hanc secundam suscipiendam tibi putaueris, quam diuino & præsago quodam instinctu factum videri possit, vt tu vltro, tale quid aduersantibus quibusdam, tamquam bonus augur futurorum, concupisceres. In Macrobio scriptore intra mediocritatem bono, non malo certe, si plagii eius fama non vapularet, hæc notata mitto. Post diuisionem somniorum, dum quale sit hoc, & quo referendum, quod pertractandum suscepit, disputat: *Ad ipsum* (inquit) *quoq; somnii species omnes referetur. Est proprium, quia, &c.* concinnior longe scripta lectio videtur: *Ad ipsum quoque somnii species omnes referuntur.* Mox, *Lares*, inquit, *omne verum*

I. *Macrobius lib. 1. in Scipionis somnium emendatus.*

II.

hoc tamen anima cum ab officiis corporis somno eius paululum libera est, interdum adspicit, nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit: Et cum adspicit, tamen non libero & perfecto lumine videt, sed interiecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. & hæc quoque posteriora longe elegantius in membranis hoc modo leguntur: *Et cum adspicit, non libero & directo lumine videt, sed interiecto velamine, quod nexu naturæ*
III. *caligantis obducitur.*

Post multa: *A dispari vero ter terna, quæ sunt nouem, superficiem reddunt, & ter terna ter, id est, ter nouena, quæ sunt* XXVII.
IV. *primum æque cubum alterius partis efficiunt.* verbum, *reddunt*, abest a libris antiquis, neque sane eo hic opus, quare inducatur, vt pendeat oratio ex eo, quod eam claudit, *efficiunt*. Non ita longo interuallo: *Vides vt hæc monas orta prima rerum*
V. *caussa, ad vsque animam vbique integra, & semper indiuidua continuationem potestatis obtineat.* membranæ: *Vides vt*
VI. *hæc monas orta a prima rerum caussa, ad vsq; animam vbiq; integra & semper indiuiduam continuationem potestatis obtineat.* statim: *Sicut Minerua solo ex vno parente nata perkibetur.* rectum est: *Sicut Minerua sola ex vno parente nata perhibetur.* Et rursum
VII. statim: *Primum quod solum ex omnib. numeris, qui infra decē sunt, de suis partibus constat.* hic quoque verum: *Primum quod ex omnibus numeris, qui intra decem sunt, &c.*

Modico interuallo: *Nec aliter tam controuersa sibi ac repugnantia, & naturæ communione abnuent apermisceri, terram dico & ignem, per tam iugabilem competentiam fœderari potuisse, nisi duobus mediis, aeris & aquæ nexibus vincirentur.* quid est illud tandem: *& naturæ communione abnuentia permisceri.* aut quis ita loquitur? mihi sane & suspectum hoc semper fuit, & intricatum valde vsque eo visum est, donec ita in membranis scriptum reperi: *Et naturæ communionem abnuentia.* omisso *τῷ permisceri*, quod sequentis verbi *fœderari* glossema ab illis huc intrusum est, qui dum in officinis typographicis censuras suas venditant, & correctorum nomine tument, nihil minus sunt, quam quod profitentur. genus hominum malo reip. literariæ natum. Ceterum dixit elegantissime Macrobius, *naturæ communionem abnuentia*, vt alibi fere Curtius Rufus meus, de nescio qua gente extremæ barbariei loquens, ait eam, *nullo commercio volentem*. Sequitur: *Vnde Homericus censor Menelaus cum Græcis imprecaretur: Vos omnes, inquit, in terram & aquam*
IX *resoluamini.* a scriptis abest Menelai nomen, videturque a Gram-
X. matico aliquo adiectum. versus autem, quo hoc dicit Homericus censor (si dicit tamen) quæretur alias: nunc enim stat pergere in Macrobio, in quo rursum est: *Harmonia mediæ coniunctionem vtriusque præstante.* & iterum: *Ergo hi duo numeri,*

meri, tria dico & quatuor, tam multiplici inter se cognationis necessitate sociati, efficiendis vtriusque corporibus, consensu ministri fœderis obsequuntur. reponendum vtrobique *vtrisque* pro *vtrumque*. Sequitur posteriora continue, *Nec solum explicandis corporibus hi duo numeri collatiuum præstant fauorem, sed quaternarium quidem Pythagorici [quem τετρακτὺν vocant] adeo quasi ad perfectionem animæ pertinentem inter arcana venerantur: vt ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint: ὐ μὰ τὸν ἁμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτὺν, iuro tibi per eum, qui dat animæ nostræ quaternarium numerum,* membranæ: *vt ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint:* XI.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Per qui nostra anima numerum dedit esse quaternum.

EPISTOLA IX.

Franc. Modius Sebastiano Neustettero cognomento Sturmero, Equiti Franco, &c. S.

PAuca hæc, quæ ope manuscripti membranacei codicis, qui in bibliotheca ab amplissimo viro fratre tuo, patrono meo, omne genus & calamo & typis expressis libris instructissima, Comburgi dedicata nuper, asseruatur, in Fabii Fulgentii Planciadis mythologiis emendare, & pristino decori restituere visus sum; tui, Sebastiane generosissime, iudicii facio. æquum enim erat fructus literarios, quos beneficio splendidissimi fratris tui capio, aut ad eum ipsum redire, aut certe ad eos, qui illi sanguine proximi sunt, redundare. sic igitur libro tertio, De Peleo & Thetide Planciades: *Denique natum Achillem velut hominem perfectum, mater in aquas intingit Stygias, id est, durum contra omnes labores munit, solum et talum non tetigit, nihilominus illud physicum significare volentes, quod venæ quæ in talo sunt ad renum femorum atque virilium rationem pertineant.* in quo quod ait *solum et talum non tetigit*, differte falsum est, constatque solo eam talo filium apprehensum stygi immersisse. sed profecto vera est scriptura membranarum: *solum et talum non tinguit, per hoc nihilominus illud physicum significare volentes.* consulat qui volet Hyginum, Ouidium, alios. De Myrrha & Adoni: *Myrrha patrem suum amasse dicitur, cum quo ebriato concubuit, cumque eam pater vtero plenam esse cognito crimine, euaginato ense persequi cœpit gladio. Illa in arborem myrrham conuersa est, quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est, quid vero sibi hæc fabula sentiat, edicamus.*

I. Fulgentius Planciades emendatus lib. III. Mythol.

II. Et alibi ter.

Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exsudat, hæc patrem amasse dicitur. istæ enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus crementur, & quia patrem omnium rerum solem esse dicebant, cuius opitulatione cunctorum germinum adolescit natiuitas, ideo & patrem amasse dicitur. non parum melius cócinnuíque membranæ. *M.p.f.a.d....*

e.c.c.q.e.p.v.p.r.c.c.e.o.p.c. gladio. At illa i.a.m. c.e. quam arborem pater gladio percussit, & inde Adonis natus est, quid vero sibi hac fabula velit, edicamus. M.g.e.a.d. q.f.u.e.h.p.a.d.I.e.a.i.l.f.q.
III. *Ac rursus quinquies.* *f.c.c.e.q.p.o.r.f.e.d.cuius opitulatu cuncta germinum adolescit maturitas, ideo, &c.* sed redeo ad Pelea & Thetidem, vbi me fugit paulo ante monere non recte habere quoque ista: *Thetidem dici voluerunt aquam. Iupiter, quasi Deus, coniungit Peleo; πηλὸς.n. Græce lutum dicitur, ergo terram cum aqua commixtam volunt homines genuisse. Vnde & Iouem cum Thetide voluisse concumbere dicunt, & prohibitum esse, ne maiorem se genuisset, qui eum de regno expelleret. Ignis enim, id est, Iupiter, si cum aqua coeat, aqua virtute exstinguitur. Ergo in coniunctione aqua & terra, id est, Thetidis & Pelei discordia sola non petitur, illa videlicet caussa, aut quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam & incompetentia illa indicat, quod Peleus vt terra, id est, caro, Thetis vt aqua, id est, humor, Iupiter, qui vtraque gignit, vt ignis, id est, anima, ergo in conceptione hominis, & elementorum iugalitates tres (vt supra diximus) vita certantur. Nam & discordia malum aureum iecisse dicitur, id est, cupiditatem, illa videlicet caussa, quod in malo aureo est, quod videas, non est, quod comedas.* monstra verborum, quibus in solas terras missis, legamus nos ex optimis omnium membranis: *Thetidem dici voluerunt aquam, vnde & Nympha dicta est, istam Iupiter quasi Deus, c.P.π.e.G.l.d.e.t.c.a. c.v.h.g.v.& I.c.T.v.c.d. & p.e.n m.f.g. q.e.d.r.e.I.e.i.e.l.f.c.a.c.a. v.e.E.i.c.a.e.t.i.e.T.e.P. discordia sola non petitur, quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam competentia ipsa indicat, quod Peleus est vt terra, id est, caro, Thetis vt aqua, id est, humor, Iupiter qui vtraque coniungit vt ignis, id est, anima: ergo in conceptione hominis, elementorum iugalitate, tres Deæ, vt supra diximus, id est, tres vita certant. Nam & discordia malum aureum iacit, id est, cupiditatem, illa videlicet caussa, quod in malo &c.* ecce nihil nunc his clarius, quibus antea Oedipo aliquo
IV. *Quater quinquies.* opus erat. sed pergamus ad Apollinem & Marsyam: *Minerua tibias ex osse inuenit, quibus cum in conuiuio Deorum caneret, cumque eius tumentes buccas Dei omnes irrisissent, illa ad Tritonem paludem pergens, in aqua faciem suam speculatur, dum turpia adiudicasset buccarum, in flumina tibias eiecit, quibus Marsya repertis, doctior factus, prouocauit Apollinem concertaturum de cantibus, sibique Midam regem iudicem deligunt, quem Apollo, cum non recte iudicasset, asininis auribus deprauauit. Ille criminis sui notam tonsori tamen ostendit, præcipiens ei, vt si crimen eius celaret, eum participem regni efficere. Ille secretum domini sui in terram fodit, & in defossa terra duxit & operuit. In eodem loco calamus natus est, vnde sibi pastor tibiam faciens, quæ cum percutie-*

batur

batur, dicebat, Mida rex aures asinales habet, nihilominus quam quod ex terra conceperat. Vnde & Petronius Arbiter:

Sic commissa ferens auidus reserare minister
Fodit humum, &c.

dignior haud dubie ipso Mida auribus asininis deprauari, qui primus hanc narrationem tam spurce deprauauit: ita, vt ne multa præter rem dicam, integritati suæ reddendam: *M.t.e.o.i. q.c.i.c.d.c. eiusq; tumentes, b. d.o.i. illa ad Tritonem pergens in aqua faciem suam speculata, dum turpia adiudicasset hiamenta buccarum, in flumen tibias iecit, quibus Marsyas repertis, d.f.p.A. c. de cantibus: vtrique ergo sibi Midam iudicem deligunt, quem Apollo, quod non recte i.a.a. d.l. c.s.n. tonsori tantum ostendit premittens ei, vt si crimen eius celaret, participem regni eum efficeret. Ille in terra fodit, & secretum domini sui in defosso terra dixit, & terra operuit. In e.l.c.n.e.v.s.p. tibiam fecit, qua cum percuteretur, dicebat, Midas rex aures asininas habet. Vnde & Petronius Arbiter ait:*

Sic commissa ferens, auidus reserare minister.


Statim post: *potest etiam lemmata subrigere & parallelos concordare, & distomas mollire, & phtongos iuuare, &c.* nihili est illud *iuuare*, quare reponatur pro eo depromtum ex thesauro membranaceo alterum, legaturque *& phtongos iugare.* Post pauca omnino verba: *Cithara enim symphoniarum gradus habet quinque. secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum rythmicos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam. Prima enim symphonia est diapason, quod est in arithmeticis diplasion, quod nos in Latinis vnum ad secundum dicimus: secunda symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos in Latinis duo ad ternum nuncupamus: tertia symphonia diatessaron, quod est in arithmeticis epitritos, id est, tertius ad quartum: quarta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos epogdous vocatur, apud nos, quintum ad quartum: & quoniam vltra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus gradus est, &c.* flagitiose corrupta omnia, quod magna ex parte iis compendiis imputari posse videtur, quibus numeros signamus, qui cum reliquis ita emendandi: *(e.s.g.k.q.s.q. P.a. dum numerorum arithmeticos modulos a.s.a.c. Prima symphonia e.d.q.e.i.a.d. q.n. Latine vnũ ad duo dicimus: secunda symphonia est diapente, q.e.i.a.h. quod nos Latine duo ad tria nuncupamus: tertia symphonia est diatessaron q.e.i.a.e. id est, tria ad quatuor: q.s.d.t.q.a.a. epogdous, apud nos dicitur quatuor ad quinque, vltra quem numerum arithmeticus o.p. n.p.p.n.l. quia decimus alterius, &c.* Iterum post pauca: *Vox vero habet gradus symphoniarum in numeris, quantum natura dotauerit ipsam vocem, &c.* legendum haud dubie: *Vox vero habet*

V.

VI.

Notatus locis sex.

VII.



VIII. ter correctum *gradus symphoniarum innumeros, &c.* Adhuc post pauca: *Vna enim symphonia quinque symphonias habet: ergo post artem Musicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonet, has propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas vero buccas ideo risisse dicuntur, &c* hic quoque legunt membranæ. *Vna enim symphonia quinq; voces habet. p. a. M. M. r. t. q. o. doctus in musicis propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas vero buccas Dii ideo risisse dicuntur, &c.* & profecto ista, *sonet, has*: a mala manu, &
IX. imperiti alicuius nebulonis glossema sunt. Statim de Mida adhuc: *ideo & asininis auribus dicitur, quia, &c.* verbo inserto ex membranis scribendum: *ideo & asininis aurib. deprauari dicitur.* Et mox de tonsore eius: *Quod aut per cannam prodidit.* nõ quo-
X. modo vulgo circumfertur: *Quod aũt per cannam perdidit.* De
XI. Orpheo: *Apud rethores v. aliud profuso & libero cursu effrenata loquacitas, aliud constricta virtutis indaganda curiosa nexilitas*
XII. mirum ni legendum. *aliud constricta veritatis, indaganda curiosa nexilitas* Post vers. omnino sex: *Vocis ergo pulcritudo interna artis secreta, virtutem etiam mysticam verborum attingit. Sed hæc quantum ab omnibus amatur sicut ab Aristæo, ἄριστον enim Græce optimum dicitur. tantum ipsa ars coniunctionem hominum vitat.*
XIII. in membranis exstat: *Vocis ergo pulcritudo delectans interna artis secreto v. e. m. v. a. S. h q. a. o. a. s. A. a. e G. o. d. tantum ipsa ars communionem hominum vitat.* In paucis: *Dicere enim possumus, quod Dorius tonus, aut coiens Phrygius torrens Saturno feras mulcens, si Ioui aues oblectet. At vero si rei expositio quæritur, cur hoc vestiganda rationis caput immoritur.* mera monstra verborum, neque Africana illa tamen, quod ferri fortasse poterat, cum soleat illa regio semper aliquid noui & prodigiosi parere, sed ipsis Africanis barbariora, quæ a nobis sic cicurari posse videntur, & ad communem normam fingi. *Dicere enim possumus, quod Dorius tonus aut Phrygius Saturno coiens feras mulceat,*
XIV. *Ioui aues oblectet. At vero si rei expositio quæritur, cur hoc fiat, vestiganda rationis caput immoritur.* tonus, inquit, Dorius aut Phrygius si cum Saturno coeat, mulcet feras, si vero cum Ioue coniungatur, oblectat aues. De Phineo. *Ideo et harpyæ cibos arripiunt. At vero quod eius prandia stercoribus fœdant, ostendit fœnerantium vitam rapinæ ingluuiem esse sordidam, sed has a conspectu eius Zethus & Calais fugant, quia rapina ei aliquid de suo comesse non permittit. Græce enim ζητῶν καλὸν, inquirens bonum dicitur.* partim corruptus, partim transpositus locus ita restituendus: *Ideo et harpyæ cibos eripiunt, quod rapina ei aliquid de suo comedere non permittit. At vero q. e. p. s. f. ostendit fœnerantium vitam rapinæ illuuie esse sordidam, sed has a conspectu eius Zethus & Calais fugant: Græce enim, &c.* iubeo te valere generosissime Sebastiane. Wirzeburgo 14. Cal. Septemb. CIↃ.IↃ.LXXXIII.

Secundus & tertius emendatus.

Verba in his emendatis.

Quæ a transpositione, & a scriptura emendatur.

EPI-

EPISTOLA X.

Franc. Modius Philippo & Richardo a Merade, DD. de Fresnis, &c. germanis fratribus S.
Moguntiacum.

PErgite porro, nobilissimi adolescentes, in ea studia totis animi viribus incumbere, quæ vos vel sola maioribus vestris dignos præstare poterunt, quoque hæc tempora difficiliora sunt, eo plura vobis ad peruadenda omnia, si ita casus ferat, parate adiumenta, vt nihil aliud, minore certa cum animi molestia ea feretis, quæ vestri ordinis hominibus syderis malignitas minari, & humano consilio non posse vitari videntur: cum enim recordabimini multorum bonorum, atque etiam principum virorum indignę sortis, facilius ignoscetis malis, quæ vos prement, ignoscendoque immane quantum leuiora eadem reddetis. sed hæc atque talia, quoniam a domestico monitore, præceptore vestro quotidie vobis occinuntur, facile mitto, & ad ista vos voco:

——Vnica nunc spes
Et pene e latebris infracto Liuius æuo
Damnatum offertur vobis caput ite agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpis finem donate senectæ.
At contra Nero quid cessas clausisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingens, nunc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temere adducto rupisti robore castra,
Ne factum absoluit victoria. sunt verba Asdrubalis, & ex parte aduersa Neronis, suos ad prælium acuentium ex Silii Italici lib. xv. vers. 650. quæ ego ita constituebam: — I. Silius Italicus lib. xv. versu DCL. bis emendatus.

——vnica nunc spes,
Et pœna, & latebris infracto Liuius æuo,
Damnatum offertur vobis caput, ite agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpi finem donate senectæ.
At contra Nero, quid cessas clusisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingens, nunc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temere abducto liquisti robore castra,
Ni factum absoluit victoria. scripsi: *& pœna & latebris.* pro vulgato: *& pene e latebris.* quod esset in m.ss. *& pœna latebris.* scripsi: *& turpi finem donate senectæ.* quod vulgatum turpis in membranis in litura cubaret, meminissemque legere apud Virgilium: *nec turpi ignosce senectæ.* denique scripsi: *temere abducto liquisti robore castra.* pro *adducto rupisti robore castrum.*

quod alterum ita faciendum moneret res ipsa, alterum, vt de eo taceam, etiam membranaceus codex. nunc pergo:

II. *Improba miscebat securus prœlia fati*

Et versu *Cen tutante Deo, ac patriis spolia improba terris*

ɔCLXXVI. *Fixurum vano tumidus promiserat ore.* emendandum insigni plane emendatione:

——ac patriis spolia Italia templis

III. *Fixurum vano, &c.*

Rursus vers. Versu 689. *Tanto transfixum telo, per membra, per arma,*

ɔCXXCIX. *Consulis ante oculos magno clamore Sabellum*

IV. *Asportabat ouans.* corrigunt scidæ:

At versu *Tum quoq; transfixum telo, &c.* Statim:

ɔCXCV. *Assistit audito tristis clamore ruina*

Asdrubal. verius est legere:

Assistit, audito tristis clamore ruina, Asdrubal.

V. Versu 703. *At Canthus Libycæ late possessor arenæ,*

Item versu *Qua celebre inuicti nomen posuere Phileni,*

ɔCCIII. *Ditem Obium obtruncat Rutilum, cui mille sub altis*

Lanigera balant stabulis. miror, ex postremis his nemini, qui Silium corrigere professi sunt, aduersum esse, legendum: *Ditem*

VI. *ouium obtruncat Rutilum.* Mox:

Versu *Iamq; per extentos alterna strage virorum*

ɔCCLXX. *Corpora fusa iacent campos, diuersaq; in vndam*

Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas. vitii manifestus locus, sed qui tantilla mutatione ita corrigi potest:

——demersaq; in vndam

Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas.

VII. Versu 775. *Omnis Naiadum plenis comitata pharetris*

Versu *Turba ruit, cursuq; leues nemora auia cingunt.*

ɔCCLXXV. *Corythi interea stridunt, ductiq; sagittis*

correctus e- *Pendentes saliunt, nymphis abeuntibus arua:*

iecto turpi *Tum per saxa fera, perq; ipsa cubilia fusa*

glossemate, *Per valles fluuiosq; atq; antra virentia musco*

& iterum e- *Multa strage iacent, exsultat vertice montis*

mendatus. *Tunc latam lustrans oculis Latonia prædam.*

Postremi hominum, qui ita libros corrigitis, vt bonis auctoribus multa mala, quorum vobis domi maxima semper copia, ita affricetis, vt ad illa tollenda & repurganda scriptorum stabula a vobis inquinata ne Hercules quidem ἀλεξίκακος satis futurus sit; pessimi, inquam, & vilissimi homines, quid vobis in huius loci tam portentosa interpolatione precer? hoc nempe, vt vitam exhinc procul a libris agatis, dum nos interea, vestras sordes hinc eiicientes Silii locum pulcerrimum, absque vobis modo esset, ita ex membranis emaculamus:

Omnis Naiadum plenis comitata pharetris

Turba

Turba ruit, strident q; sagittiferi Corythi.
Tum per saxa tera, per q; ipsa cubilia fusa,
Per valles, fluuiesq; , atq; antra virentia musco
Multa strage iacent: exsultat vertice montis
Gratam perlustrans oculis Latonia pradam.
sed iam cum lib. Silii xv. etiam epistola hæc suum hic finem habeat. Valete.

EPISTOLA XI.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio IC. S. *Coloniam Agrippinam.*

OMnino ita est, Berchemi, fuit nobis Falckenburgius, & quod quidem magis doleas, fato non suo functus est: inter equitandum enim nescio, quo pacto hoc ei malum obiectum est, quod originem morbo dedit, qui ad plures eum misit, quem ille morbum cum ab initio contemneret, neque adduci posset, vt Medicorum opera vteretur, sero postmodum cœpit velle, quod initio factum oportuit. Exstinctus est itaque in ipso ætatis flore, cum iam inibi esset, vt studiorum indefessique tot annorum laboris fructum caperet, immortalitate dignissimus ille iuuenis, abiensque hinc in communem locum, & rebus humanis valere & plaudere, & nobis amicis suis dolere dixit & plangere. Quamquam, quid est, quod magnopere in morte hominis Christiani aut affligere nos, aut plorare debeamus? maxime tot impendentibus vndique periculis: tot circumtonantibus nos hoc miserrimo & plane extremo tempore procellis, quæ cursui nauis, hoc est, vitæ nostræ, ita minantur, vt felix omnino habendus sit, qui portum eum tenere potuit, ex quo nunc Falckenburgio dulce est, ingentem nostrum spectare laborem: Non quia vexari, sed nosti cetera, & volo te ego ab his quam longissime abducere, & in Heliconа meum deducere, si operæ est, vt simitus ibi cum Castalii fontis latice miseriarum nos circumstantium memoriam ebibamus, & inde in domos superas ingressi, pulcerrimum mundi cursum consideremus, in quo quidem itinere, ne a via regia deflectamus, & cum stellis erraticis nos quoque oberremus, & ex acclini forte aliquo cœli loco in terram præcipites decidamus, bonum factum erit, si Hyginum ab inferis excitum ducem (enim, nota magis nulli domus est sua, quam Hygino cœlum) sumamus. In quo quidem vt ne gratificari forte nobis grauetur, ecce homini laboris & ductus pretium, monumenta quædam ab eo olim posita, & longi temporis vetustate collapsa, a me nunc ad æternam eius memoriam, in pristinum, quod potest, restituta. I. In limine statim operis eius inscriptum legitur, mediis quasi postibus: *Hyginus emendatur*

præfat lib. I. *Astronom.* *His positis rebus ad id loci venimus, vt exponeremus vtrum.* sed posuerat ille, haud dubie, pro ætatis suæ elegantia:

II. *Idem ibidem suppletus.* *His positis ad id loci venimus, &c.* Paulo infra:

Deinde perscripsimus, vtrum sol cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moueretur: & cum ipse per se moueatur, & contra XII. *signorum ortus eat; quare cum mundo exoriri & occidere.* quæ cum imperfecta sit periodus, ita a me, quæ exciderunt, aut erosa, e-rasaue sunt, in locum suum restituendo, eam suppleas, licebit: *Deinde ordine perscripsimus, vtrum sol cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moueretur: & cum ipse per se moueatur, & contra* XII. *signorum ortus eat, quare videatur cum mundo exoriri & occidere.* Adhuc paulo inferius:

III. *Iterum emaculatus.* *Neque enim magnitudinem voluminis, sed rerum multitudinem per nos conuenit spectare.*

Hic ego aio pro illo, *per nos*, quod a mala manu, non ab Hygino esse, certe scio, *peritos* reponendum. Nunc ingrediamur, quodque in ipso pene ingressu est:

Cum enim Sol peruenit ad eum circulū, qui hyemalis vocatur, & efficiet nobis, qui prope eum sumus constituti, nimium frigus, qui arbitramur eis locis frigoris esse, qui longius etiam absunt a nobis. genuinæ suæ formæ ita reddamus:

IV. *In principio lib.* I. *Cum enim Sol peruenit ad eum circulum, qui hyemalis vocatur, & efficit nobis, qui prope eum sumus constituti, nimirum frigus, quid arbitramur eis locis frigoris esse, quæ longius etiam absunt a nobis?* Habetur mox:

E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus. Ceterum qui Engonasin vocatur, exinde, &c. sed emendandum:

V. *Item principio lib.* II. *E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus, & eum qui Engonasin vocatur. Exinde, &c.* Sequitur post multa: *quam interficere cogitans, persecutus est in Iouis Lycæi templum, quo & qui accessisset, mors pœna erat Arcadum lege.* Vbi quis dubitabit reponendum: *quo si, qui, &c.* De Ioue Lycæo autem, eiusque templo, & horrendis in eo ritibus Pausanias Arcadis statim in principio, vbi refert in Iouis Lycæi sacris solere homines verti in lupos. vide & Strab. lib. 8.

VI. *Et rursus eodem lib. Arctophylace.*

VII. *Arctophylace.* Rursum sequitur: *quorum rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis tempore petiit, &c.*

Corrigo: *quorum rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis pater, petiit, &c.* vide Pausaniā Phocicis, Ouid. Metamorph. Silium Ital lib. XII. Statium Thebaide, alios alibi. inferius paulo:

VIII. *Ac rursus ibidem in fine.* *Ex hoc autem Pareanta demonstrat natum, qui de suo nomine Pari & oppidum Parena appellauit.*

Videtur

Videtur restituendum ex historiæ veritate, veterumque scidarum auctoritate:

Ex hoc autem Pareanta demonstrant natum, qui de suo nomine Paries & oppidum Parona appellauit. Plinius lib. IV. cap. XII. Stephanus. Strabo, alii.

Iterum post pauca:

IX. Corona suppletus & emendatus.

Itaq; comprecatus patrem petiit aliquid, vt satisfaceret se ex eo natum, statimq; tronitrum & fulgorem cœli indicium significationis fecisse. Scribe:

Itaq; comprecatus patrem petiit aliquid signi, vt satisfaceret se ex eo natum, statimq; tonitru & fulgore cœli indicium fecit. Rursum:

X. Engonasi.

Conatur interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos aperuisse somno coactus existimatur, quo magis custos esse demonstratur. quo in loco repone mea fide.

Conatur interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur. Notior res est, quam vt confirmatione egeat. Pergo igitur ad vitiosissima hæc.

XI. Eod. adhuc, quinquies sexies emaculatus.

Etsi sit qui negat hic (vt Aratus) quidquam posse demonstari, tamen conabimur, vt aliquid verisimile dicamus. Aratus autem, vt supra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem dicit esse, qui videtur vt lamentans filiam in vrsa figuram conuersam, genu nixum, palmas aduersas tendere ad cœlum, vt eam sibi Dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troezene saxum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo saxo Pelopium ensem posuisse, & Æthra Thesei matri predixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide sublato sua virtute potuisset gladium referre. Itaq; niti videtur, quam altissime potest, vt extollat. Hac etiam de caussa nonnulli lyram, quæ proxima est ei signo collocata, Thesei esse dixerunt, quod vt eruditus omnium artium lyram quoq; didicisse videbatur. Id quoq; Anacreon dicit ἀγχοῦ θησέος ἔστι λύρη. Alii dicunt Thamyrin a Musis excæcatum. vt supplicem ad genua iacentem: dicunt alii Orphea a Thraciis mulieribus interfici. & quæ sequuntur: tempus .n. videtur, vt ad emendandũ accedamus, quod ego factum iri arbitror, si totum locum ita legamus:

Et quamuis neget Aratus, quis sit hic, quemquam posse demonstrare, tamen conabimur, vt aliquid verisimile dicamus.

Araethus, vt supra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem dicit esse, qui videtur, vt lamentans filiam in vrsa figuram conuersam, genu nixus palmas diuersas tendere ad cœlum, vt eam sibi Dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troezene saxum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo saxo Pelopium ensem posuisse, & Æthra Thesei matri pradixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide sublato sua virtute, s[...]i gladium patri referret. Itaq; niti videtur, vt quã altissi-

me possit, lapidem extollat. Hac etiam de caussa nonnulli lyram, qua proxima est ei signo collocata, Thesei esse dixerunt, quod vt eruditus omni genere artium, lyra quoq; didicisse videbatur. Idque Anacreon dicit, ἀγχοῦ Θησῆος ἵσω λύρη. Alii autem Thamyrin a Musis excæcatum, vt supplicem ad genua iacentem dicunt: alii Orphea, &c. lyra didicisse, plane leg. sic enim & De senectute Cicero: *discebant enim fidibus antiqui*. sed nihil necesse est hic repetere, quomodo singula hoc loco mutauerim, cum ipsus se cuiuslibet oculis ingerat, & affirmare habeam, ita eum exceptis perpaucis in m.s. libro perscriptum exstare, perpaucis, dico, exceptis, quod quædam coniectura mea adiuuerim, & Ariethi nomen secundo loco pro Arati reposuerim, quod etiam, vt ne frustra aut temere a me factum quis iudicare possit, cur fecerim istum præcedentem huius scriptoris locum auctorem do: *Ariethes autem Tegeates historiarum scriptor, non Calisto, sed Megisto dicit appellatum: & non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem*. ex quibus verbis etiam illud liquet, recte me Megistus nomen ita scripsisse, vt fœminæ id esse, non historici, aut scriptoris, nescio cuius, quod hactenus falso creditum est, appareat. Sed te consulo, Berchemi, videorne iam persoluisse Duci nostro dignam labore suo mercedem, opinor hercle. Accingamur ergo itineri, & valeant, quæ terrena sunt, &c.

EPISTOLA XII.

Franc. Modius Annæ Pallantiæ nobili virgini S. Nouesium.

QVo feruore in studia bonarum literarum incubuerit nuper Olympia Fuluia Morata Itala, quosque in vtraque lingua assiduitate sua in illis progressus fecerit, lectissima virgo, & puto tibi subinde a clarissimo viro nobilitateque & eruditione præstantissimo Carolo Vtenhouio affini tuo, qui versus ab ea Græce scriptos plerosque Latinitate donauit, pro exemplo, ad quod te conformes, ob oculos poni, neque tu non potes, pro ista iudicii tui maturitate, ex pauculis quidem, sed tersis dii boni ingenii illius monimentis Basileæ ante annos aliquot XIII. editis ipsa coniecturam facere. Quæ ego cum his diebus forte legerem, dolerenque fructum vberrimum, qui ex eius studiis, si modo i[lla] maturuissent, ad omnes, maximeque amantes optimarum [a]rtium pariter & pietatis studiosos redundare potuisset, imma[tur]o illius obitu, quippe quæ ante XXIX. ætatis annum compl[e]tu[m] ex humanis exe[m]ta sit, tamquam calamitate quadam re[pe]ntina subito interceptum, tu mihi statim, Anna pudicissi[m]a, succurristi, quæ in locum eius succedens doctrinæ Italar[u]m fœminæ personam, Belgicarum nostrarum Nymphearum [e]t forma, pudicitia, modestia, sic erudi-

tione facile princeps, sustinere posse videaris. tantum DEVS optimus maximus vitæ tibi cursum & inoffensiorem & longiorem paulo concedat. Fulvia enim talia & tam acerba tulit, dum vix..., ve numerum malorum, cum quibus assidue conflictata fuit, ineunti, & ad casuum, quibus eam cum hominum perfidia, tum bellorum atrocitas, aliaque, quæ commemorare nihil attinet, exercuere, varietatem respicienti non anus decessisse videri non debeat, qua de re cum domi habeas, ex quo plura cognoscere possis, desino: subiecturus emendatiunculas aliquam multas Plinianas, si quid forte illæ eruditis tuis studiis iuuandis conferre queant. Lib. IX. Epist. III. *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bona mansuraq; famæ præsumtione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq; otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem contendere, & non remitti, tum hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare, vt video multos, misera simul & ingrata imagine industriæ ad mortalitatem sui peruenire*, manifestus in vitio locus, quæ enim sententia eorum verborum: *ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq; otium placeat*? quo pactoue aut cũ præcedentibus aut cum sequentibus conciliantur? sed & ipsa sequentia quam integra sint, ex variantibus scriptis lectionib. facile colligitur. aliis membranis: *& illos quidem contendere, & non remitti, hos quiescere, nec breuem vitam caducis laborib. fatigare.* aliis: *& illos quidẽ contẽdere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem, &c.* quibusdam ẽt: *& illos quidem contendere & non remitti, hos quiescere, non reniti.* referentib. ex quibus mediam amplectens, considerato superius quoque in duobus scriptis libris: *at mihi nisi præmium*, pro, *ac nihil nisi præmium*. legi. totum locum sic arbitratio iure constituo: *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bona mansuraq; famæ præsumtione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria viuit, ac mihi, nisi præmium æternitatis ante oculos pingue illud altumq; otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, & illos quidem contendere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare.* Epist. VI. vbi irridet studium hominum in hanc aut illam factionem, Circensibus. *Si tamen* (inquit) *aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant: & si in ipso cursu medioq; certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium fauorq; transibit, & repente agitatores illos equos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent.* qui tandem illi agitatores equi, qui aliis faciunt, quod ipsi pati solent, aut vnde gentium? nimirũ rectum

I. *Plinius Iunior emendatus Epist. III. lib. IX.*

II. *Epistola VI.*

esse, quod est in melioribus codicib. *Et repente agitatores illos, illos equos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent.* Epist. XIX. *Significas legisse te in quadam epistola mea, iussisse Virginium Rufum inscribi sepulcro suo:*

III. Epist. XIX.

Hic situs est Rufus, pulso qui vindice quondam
Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.

reprehendis, quod iusserit, addis etiam, melius rectiusque Frontinum, quod vetuerit omnino monimentum sibi fieri, meque ad extremum, quid de vtroque sentiam, consulis. Vtrumque dilexi, miratus sum magis, quem tu reprehendis, mirarisque, atque ita miratus, vt non putarem, satis vnquam laudari posse, cuius nunc mihi subeunda defensio est. membranæ: *Vtrumque amaxi, miratus sum magis, quem tu reprehendis, adeoque miratus, vt non putarem satis vnquam laudari posse.* quod sane concinnius, & non parum ad sententiam aptius videtur. vix enim verisimile, Rufonem admiratum, suspexisseq; eũ, cuius factum, quod, si ita esset, maxime propugnare debuisset, aperte damnat. Epist. XXVI. *Exspecto vt quadam ex hac epistola, gubernacula gemunt, & Diis maris proximus, iisdem notis, quibus ea, de quibus scribo, confodias.* m. ss libri: *Exspecto vt quadam ex hac epistola, vt illud, gubernacula gemunt, & Diis maris proximus, &c.* de quo vt nihil pronuntio, ita subducere nolui, quod in codicibus vetustis reperissem. Epist. XXIIX. *Proinde prima quaque occasione mitte, appositis vsuris, quas ego (non parcius possum) centesimas computabo.* alias, *quas ego (nec parcius possim) centesimas computabo:* nostri m. ss *quas ego (num parcius possum?) centesimas computabo.* & amat sane, vt alibi docemus, similibus interrogatiunculis vti Plinius. Epist. XXXVII. *Occurrendum ergo augescentibus vitiis, & medendum est. medendi vna ratio, si non numo, sed partib. locem.* ad oram est: *medendi vna ratio, si non vni, sed pluribus locem.* quæ scriptura rem exprimit, quã an totidem & talibus verbis extulerit Plinius, vt ignoro, ita nõ abhorreo ab ea lectione, quam in membranis Combergensib. Neustetterianis talem reperi: *medendi vna ratio, si non in summa, sed in partibus locem.* Epist. XL. quæ ead. & vltima lib. IX. *Habes æstate, hyeme, consuetudinem, addas huc licet autumnum, qua inter hyemem, æstatemque mediam. vt nihil de die perdunt, ita de nocte paruulum adquirunt.* manifestissima vitii lectio, nec multo melior tamen, sed aliquanto etiam prodigiosior, quę in margine est: *Habes æstate, hyeme consuetudinem, non addas huc licet autumnum, qua inter hyemem æstatemque mediam?* nugę meræ, ego emendo ex membranis nostris: *Habes æstate, hyeme consuetudinem, addas huc licet ver, & autumnum, qua inter hyemem æstatemque media, vt nihil de die perdant, ita de nocte paruulum acquirunt.* Vale virginum decus. Combergi. prid. non. Decembr. CIƆ IƆ.LXXX.III.

IV. Epist. XXVI.

V. Epist. XXVII.

VI. Epist. XXXVII.

VII. Epist. XL.

EPISTOLA XIII.

Franc. Modius Guidoni Laurino, Clincquerlandii & Erekeghemii Domino, &c. S.

SI quid in Plinio nos iuuare potes, vt potes profecto plurimum, Guido Laurine, is nunc mihi, & doctis aliquot præterea viris in manibus est, conferentibus clarissimis quibusque & eruditissimis Germaniæ symbolas suas, quas vestris, tuis dico, Pantini, Giselini, Cruquii, aliorum istic, crescere, non ipsius magis Plinii, quam vestra caussa velim, quorum gloriam; patriæ communis caussa, cum aliqua etiam mea laude coniunctam intelligo. aude igitur & exemplo & auctoritate tua iis, quos modo nominaui, præire, &, si modo bene viros optimos, doctissimos, & quod caput hic est, tui obseruantissimos, noui, ibunt ad me propediem plaustra in Plinianas Pandectas obseruationum, quod dum fit, hæc vide, ait Silius:

Estrage est ferrum, atq; auulsa cadauera tela. I. *Silius lib. x. Vers. CXCII. bis, ter correctus.*
Raptum Galbæ procul, neq; enim virtutis amorem
Aduersa exemisse valent, vt vidit ab hoste
Auferri signum, connixus corpore toto
Victorem assequitur, lethaliq; occupat ictu.
Ac dum comprensam cæso de corpore prædam
Auellit, tardeq; manus moribunda remittit,
Transfixus gladeo propere occurrentis Amorgi
Occidit, immoriens magnis non prosper in ausis.

Quibus versibus ne omnia repetere necesse habeam, corrigatur primum quidem: *atq; euulsa cadauere tela.* pro, *atq; auulsa cadauera tela.* lectione vitii manifesta: dein scribatur: *propere accurrentis Amorgi*, non quomodo vulgo obtinet hactenus: *propere occurrentis A.* postremo, pro istis: *immoriens magnis non prosper in ausis*, reponatur membranarum scriptura, quæ est, *immoriēs magnis non prosperus ausis.* sequitur in generosa illa Paulli, mortem iam animo pro patria præcipientis, oratione: II. *Versu CCXXCIV. rursus bis ter notatus.*

——amplius, acto
Quid superest, vita, nisi casa ostendere plebi
Paulum scire mori? ferar an consumtus eidem
Vulneribus? quantiui emtum velit Annibal vt nos
Vertentes terga adspiciat, nec talia Paullo
Pectora, nec manes tam parua intramus imago.
Ille ego sed vario quid enim te demoror ager.
Lentule conquestu? Videtur elegantior vetus lectio:
——Ferar an consumtus in vrbem
Vulneribus? quanti me emtum, &c. ac mox:
Ille ego, sed vano quid enim te demoror ager III.
Lentule conquestu? Verba sunt Scipionis ad degenerē Metel. *Versu CCCCXLIII*

e.c.c.q.e.p.v.p.r.c.c.e.e.p.c. gladio. *At illa i.a.m. c.e. quam arborem pater gladio percussit, & inde Adonis natus est, quid vero sibi hac fabula velit, edicamus. M.g.e.a.d. q.s.i.e.h.p.a.d.I.e.a.i.I.s.q.*

III. *Ac rursus quinquies.* *s.c.c.e.q.p.o.r.s e.d.cuius opitulatu cuncta germinum adolescit maturitas, ideo, &c.* sed redeo ad Pelea & Thetidem, vbi me fugit paulo ante monere non recte habere quoque ista: *Thetidem dici voluerunt aquam. Iupiter, quasi Deus, coniungit Peleo; πηλὸς.n. Græce lutum dicitur, ergo terram cum aqua commixtam volunt homines genuisse. Vnde & Iouem cum Thetide voluisse concumbere dicunt, & prohibitum esse, ne maiorem se genuisset, qui eum de regno expelleret. Ignis enim, id est, Iupiter, si cum aqua coeat, aqua virtute exstinguitur. Ergo in coniunctione aqua & terra, id est, Thetidis & Pelei discordia sola non petitur, illa videlicet caussa, aut quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam & incompetentia illa indicat, quod Peleus vt terra, id est, caro, Thetis vt aqua, id est, humor, Iupiter, qui vtraque gignit, vt ignis, id est, anima, ergo in conceptione hominis, & elementorum inæqalitates tres (vt supra diximus) vita certantur. Nam & discordia malum aureum iecisse dicitur, id est, cupiditatem, illa videlicet caussa, quod in malo aureo est, quod videas, non est, quod comedas.* monstra verborum, quibus in solas terras missis, legamus nos ex optimis omnium membranis: *Thetidem dici voluerunt aquam, vnde & Nympha dicta est, istam Iupiter quasi Deus, c.P.v.e.G.l.d.e.t.c.a. c.v.h.g.v.& I.c.T.v.c.d. & p.e.n m.s.g.q.e.d.r.e.I.e.i.e.l.s.c.a.e.a. v.e.E.i.c.a.e.t.i.e.T.e.P. discordia sola non petitur, quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam competentia ipsa indicat, quod Peleus est vt terra, id est, caro, Thetis vt aqua, id est, humor, Iupiter qui vtraque coniungit vt ignis, id est, anima: ergo in conceptione hominis, elementorum inæqalitate, tres Deæ, vt supra diximus, id est, tres vita certant. Nam & discordia malum aureum iacit, id est, cupiditatem, illa videlicet caussa, quod in malo &c.* ecce nihil nunc his clarius, quibus antea Oedipo aliquo

IV. *Quater quinquies.* opus erat. sed pergamus ad Apollinem & Marsyam: *Minerua tibias ex osse inuenit, quibus cum in conuiuio Deorum cecinisset, cumque eius tumentes buccas Dei omnes irrisissent, illa ad Tritonem paludem pergens, in aqua faciem suam speculatur, dum turpia adiudicasset buccarum, in flumina tibias eiecit, quibus Marsya repertis, doctior factus, prouocauit Apollinem concertaturum de cantibus, sibique Midam regem iudicem deligunt, quem Apollo, cum non recte iudicasset, asininis auribus deprauauit. Ille criminis sui notam tonsori tamen ostendit, præcipiens ei, vt si crimen eius celaret, eum participem regni efficere. Ille secretum domini sui in terram fodit, & in defosso terra duxit & operuit. In eodem loco calamus natus est, vnde sibi pastor tibiam faciens, qua cum percutiebatur*

batur, dicebat, Mida rex aures asinales habet, nihilominus quam quod ex terra conceperat. Vnde & Petronius Arbiter:


Sic commissa ferens auidus reserare minister
Fodit humum, &c.

dignior haud dubie ipso Mida auribus asininis deprauari, qui primus hanc narrationem tam spurce deprauauit: ita, vt ne multa præter rem dicam, integritati suæ reddendam: *M.t.e.o.i. q.c.i.c.d.c. eiusq. tumentes, b. d.o.i. illa ad Tritonem pergens in aqua faciem suam speculata, dum turpia adiudicasset hiamenta buccarum, in flumen tibias iecit, quibus Marsyas repertis, d.f.p.A. c. de cantibus: vtrique ergo sibi Midam iudicem deligunt, quem Apollo, quod non recte i.a.a.d.l. c.s.n. tonsori tantum ostendit premittens ei, vt si crimen eius celaret, participem regni eum efficeret. Ille in terra fodit, & secretum domini sui in defosso terra dixit, & terra operuit. In e.l.c.n.e.v.s.p. tibiam fecit, qua cum percuteretur, dicebat, Midas rex aures asininas habet. Vnde & Petronius Arbiter ait:*

Sic commissa ferens, auidus reserare minister.

Statim post: *potest etiam lemmata subrigere & parallelos concordare, & distomas mollire, & phtongos iuuare, &c.* nihili est illud *iuuare*, quare reponatur pro eo depromtum ex thesauro membranaceo alterum, legaturque *& phtongos iugare.* Post pauca omnino verba: *Cithara enim symphoniarum gradus habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum rythmicos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam. Prima enim symphonia est diapason, quod est in arithmeticis diplasion, quod nos in Latinis vnum ad secundum dicimus: secunda symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos in Latinis duo ad ternum nuncupamus: tertia symphonia diatessaron, quod est in arithmeticis epitritos, id est, tertius ad quartum: quarta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmetices epogdous vocatur, apud nos, quintum ad quartum: & quoniam vltra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus gradus est, &c.* flagitiose corrupta omnia, quod magna ex parte iis compendiis imputari posse videtur, quibus numeros signamus, qui cum reliquis ita emendandi: (*c.s.g.k. q.s. q.* P.*a. dum numerorum arithmeticos modulos a.s.a. c. Prima symphonia e.d.q.e.i.a.d. q.n. Latine vnū ad duo dicimus: secunda symphonia est diapente, q.e.i.a. h. quod nos Latine duo ad tria nuncupamus: tertia symphonia est diatessaron q.e.i.a.e. id est, tria ad quatuor: q.s.d.t.q.a.a. epogdous, apud nos dicitur quatuor ad quinque, vltra quem numerum arithmeticus o.p. n.p.p.n.l. quia decimus alterius, &c.* Iterum post pauca: *Vox vero habet gradus symphoniarum in numeris, quantum natura dotaueris ipsam vocem, &c.* legendum haud dubie: *Vox vero habet*

Margin notes: V. (beside "Statim post"); VI. Notatus locus sex. (beside "Post pauca omnino verba"); VII. (beside "Iterum post pauca").



VIII. ter correctus
gradus symphoniarum innumeros,&c. Adhuc post pauca: *Vna enim symphonia quinque symphonias habet: ergo post artem Musicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonat, hac propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas vero buccas ideo risisse dicuntur,&c* hic quoque legunt membranæ. *Vna enim symphonia quinq; voces habet e. p.a.M. M.r.t.q.o. doctus in musicis propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas vero buccas Dei ideo risisse dicuntur,&c.* & profecto ista, *sonat, hac* a mala manu, &

IX. imperiti alicuius nebulonis glossema sunt. Statim de Mida adhuc: *ideo & asininis auribus dicitur, quia,&c.* verbo inserto ex membranis scribendum: *ideo & asininis aurib. deprauari dicitur.* Et mox de tonsore eius: *Quod aũt per cannam prodidit.* nõ quo-

X. modo vulgo circumfertur: *Quod aũt per cannam perdidit.* De

XI. Orpheo: *Apud rethoras v. aliud profuso & libero cursu effrenata loquaci as, aliud constricta virtutis indaganda curiosa nexilitas*

XII. mirum ni legendum. *aliud constricta veritatis, indaganda curiosa nexilitas* Post vers. omnino sex: *Vocis ergo pulcritudo interna artis secreta, virtutem etiam mysticam verborum attingit. Sed hac quantum ab optimis amatur sicut ab Aristao, ἄριστον enim Grace optimum dicitur, tantum ipsa ars coniunctionem hominum vitat.*
Suppletus & emendatus.

XIII. in membranis exstat: *Vocis ergo pulcritudo delectans interna artis secreto v.e.m. v.a. S.h q.a.o.a.s. A.a.e G. o. d. tantum ipsa ars communionem hominum vitat.* In paucis: *Dicere enim possumus, quod Dorius tonus, aut coiens Phrygius torrens Saturno feras mulcens, si Iouis aues oblectet. At vero si rei expositio quaeritur, cur hoc vestiganda rationis caput immoritur.* mera monstra verborum, neque Africana illa tamen, quod ferri fortasse poterat, cum soleat illa regio semper aliquid noui & prodigiosi parere, sed ipsis Africanis barbariora, quæ a nobis sic cicurari posse videntur, & ad communem normam fingi. *Dicere enim possumus, quod Dorius tonus aut Phrygius Saturno coiens feras mulceat, Iouis aues oblectet. At vero si rei expositio quaeritur, cur hoc fiat,*
Vocis emendatum.

XIV. *vestiganda rationis caput immoritur.* tonus, inquit, Dorius aut Phrygius si cum Saturno coeat, mulcet feras, si vero cum Ioue coniungatur, oblectat aues. De Phineo. *Ideo ei harpya cibos arripiunt. At vero quod eius prandia stercoribus fœdant, ostendit fœnerantium vitam rapina ingluuium esse sordidam, sed has a conspectu eius Zethus & Calais fugant, quia rapina ei aliquid de suo comesse non permittit. Graece enim ζητῶν καλὸν, inquirens bonum dicitur.* partim corruptus, partim transpositus locus ita restituendus: *Ideo ei harpya cibos eripiunt, quod rapina ei aliquid de suo comedere non permittit. At vero q. e. p.s.f. ostendit fœnerantium vitam rapina illauie esse sordidam, sed has a conspectu eius Zethus & Calais fugant: Graece enim,&c.* iubeo te valere generosissime Sebastiane. Wirzeburgo III. Cal. Septemb. CIↃ.IↃ.LXXXIII.
Qua transpositione, quaque scriptura emendatus.

EPI-

EPISTOLA X.

Franc. Modius Philippo & Richardo a Merode, DD. de Froes-nis, &c. germanis fratribus S.

Moguntiacum.

PErgite porro, nobilissimi adolescentes, in ea studia totis animi viribus incumbere, quæ vos vel sola maioribus vestris dignos præstare poterunt, quoque hæc tempora difficiliora sunt, eo plura vobis ad peruadenda omnia, si ita casus ferat, parate adiumenta, vt nihil aliud, minore certa cum animi molestia ea feratis, quæ vestri ordinis hominibus syderis malignitas minari, & humano consilio non posse vitari videntur: cum enim recordabimini multorum bonorum, atque etiam principum virorum indignę sortis, facilius ignoscetis malis, quæ vos prement, ignoscendoque immane quantum leuiora eadem reddetis. sed hæc atque talia, quoniam a domestico monitore, præceptore vestro quotidie vobis occinuntur, facile mitto, & ad ista vos voco:

——Vnica nunc spes
Et pene e latebris infracto Liuius auo
Damnatum offertur vobis caput ite agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpis finem donate senecta.
At contra Nero quid cessas clausisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingens, nunc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temere adducto rupisti robore castra,
Ni factum absoluit victoria. sunt verba Asdrubalis, & ex parte aduersa Neronis, suos ad prælium acuentium ex Silii Italici lib. xv. vers. 650. quæ ego ita constituebam: I. Silius Italicus lib. xv. versu 1CL. bis emendatus.

——vnica nunc spes,
Et pœna, & latebris infracto Liuius auo,
Damnatum offertur vobis caput, ite agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpi finem donate senecta.
At contra Nero, quid cessas clusisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingens, nunc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temere abducto liquisti robore castra,
Ni factum absoluit victoria. scripsi: *& pœna & latebris.* pro vulgato: *& pene e latebris.* quod esset in m.ss. *& pœna latebris.* scripsi: *& turpi finem donate senecta.* quod vulgatum *turpis* in membranis in litura cubaret, meminissemque legere apud Virgilium: *nec turpi ignosce senecta.* denique scripsi: *temere abducto liquisti robore castra.* pro *adducto rupisti robore castrum.*

quod alterum ita faciendum moneret res ipsa, alterum, vt de te taceam, etiam membranaceus codex. nunc pergo:

II. *Improba miscebat securus praelia fati*
Et versu *Ceu tutante Deo, ac patriis spolia improba terris*
IↃCLXXVI. *Fixurum vano tumidus premiserat ore.* emendandum insigni plane emendatione:

——ac patriis spolia Italia templis
III. *Fixurum vano, &c.*
Rursus vers. Versu 689. *Tanto transfixum telo, per membra, per arma,*
IↃCXXCIX. *Consulis ante oculos magno clamore Sabellum*
IV. *Asportabat ouans.* corrigunt scidae:
At versu *Tum quoque transfixum telo, &c.* Statim:
IↃCXCV. *Astitit audito tristis clamore ruina*
Asdrubal. verius est legere:
Assilit, audito tristis clamore ruina, Asdrubal.
V. Versu 703. *At Canthus Libycae late possessor arenae,*
Item versu *Qua celebre inuicti nomen posuere Phileni,*
IↃCCIII. *Ditem Obium obtruncat Rutilum, cui mille sub altis*
Lanigerae balant stabulis. miror, ex postremis his nemini, qui
VI. Silium corrigere professi sunt, aduersum esse, legendum: *Ditem*
Versu *ouium obtruncat Rutilum.* Mox:
IↃCCLXX. *Iamque per extentos alterna strage virorum*
Corpora fusa iacent campos, diuersaque in vndam
Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas. vitii manifestus locus, sed qui tantilla mutatione ita corrigi potest:

——demersaque in vndam
Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas.
VII. Versu 775. *Omnis Naiadum plenis comitata pharetris*
Versu *Turba ruit, cursuque leues nemora auia cingunt.*
IↃCCLXXV. *Corythi interea stridunt, ductique sagittis*
correctus e- *Pendentes saliunt, nymphis abeuntibus arua:*
iecto turpi *Tum per saxa fera, perque ipsa cubilia fusa*
glossemate, *Per valles fluuiosque atque antra virentia musco*
& iterum e- *Multa strage iacent, exsultat vertice montis*
mendatus. *Tunc latam lustrans oculis Latonia praedam.*

Postremi hominum, qui ita libros corrigitis, vt bonis auctoribus multa mala, quorum vobis domi maxima semper copia, ita affricetis, vt ad illa tollenda & repurganda scriptorum stabula a vobis inquinata ne Hercules quidem ἀλεξίκακος satis futurus sit; pessimi, inquam, & vilissimi homines, quid vobis in huius loci tam portentosa interpolatione precer? hoc nempe, vt vitam exhinc procul a libris agatis, dum nos interea, vestras sordes hinc eiicientes Silii locum pulcerrimum, absque vobis modo esset, ita ex membranis emaculamus:

Omnis Naiadum plenis comitata pharetris

Turba

Turba ruit, striduntq; sagittiferi Corythi.
Tum per saxa tera, perq; ipsa cubilia fusa,
Per valles, fluviosq;, atq; antra virentia musco
Multa strage iacentis exsultat vertice montis
Gratum perlustrans oculis Latonia prædam.

sed iam cum lib. Silii xv. etiam epistola hæc suum hic finem habeat. Valete.

EPISTOLA XI.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio IC. S. *Coloniam Agrippinam.*

OMnino ita est, Berchemi, fuit nobis Falckenburgius, & quod quidem magis doleas, fato non suo functus est: inter equitandum enim nescio, quo pacto hoc ei malum obiectum est, quod originem morbo dedit, qui ad plures eum misit, quem ille morbum cum ab initio contemneret, neque adduci posset, vt Medicorum opera vteretur, sero postmodum cœpit velle, quod initio factum oportuit. Exstinctus est itaque in ipso ætatis flore, cum iam inibi esset, vt studiorum indefessique tot annorum laboris fructum caperet, immortalitate dignissimus ille iuuenis, abiensque hinc in communem locum, & rebus humanis valere & plaudere, & nobis amicis suis dolere dixit & plangere. Quamquam, quid est, quod magnopere in morte hominis Christiani aut affligere nos, aut plorare debeamus? maxime tot impendentibus vndique periculis: tot circumtonantibus nos hoc miserrimo & plane extremo tempore procellis, quæ cursui nauis, hoc est, vitæ nostræ, ita minantur, vt felix omnino habendus sit, qui portum eum tenere potuit, ex quo nunc Falckenburgio dulce est, ingentem nostrum spectare laborem: Non quia vexari, sed nosti cetera, & volo te ego ab his quam longissime abducere, & in Heliconа meum deducere, si operæ est, vt simitus ibi cum Castalii fontis latice miseriarum nos circumstantium memoriam ebibamus, & inde in domos superas ingressi, pulcerrimum mundi cursum consideremus, in quo quidem itinere, ne a via regia deflectamus, & cum stellis erraticis nos quoque oberremus, & ex acclini forte aliquo cœli loco in terram præcipites decidamus, bonum factum erit, si Hyginum ab inferis excitum ducem (enim, nota magis nulli domus est sua, quam Hygino cœlum) sumamus. In quo quidem vt ne gratificari forte nobis grauetur, ecce homini laboris & ductus pretium, monumenta quædam ab eo olim posita, & longi temporis vetustate collapsa, a me nunc ad æternam eius memoriam, in pristinum, quod potest, restituta. I.
In limine statim operis eius inscriptum legitur, mediis quasi postibus: *Hyginus emendatus*

præfat lib. I. Astronom. *His positis rebus ad id loci venimus, vt exponeremus vtrum.* sed posuerat ille, haud dubie, pro ætatis suæ elegantia:

II. Idem ibidem suppletus. *His positis ad id loci venimus, &c.* Paulo infra:

Deinde perscripsimus, vtrum sol cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moueretur: & cum ipse per se moueatur, & contra XII. signorum ortus eat; quare cum mundo exoriri & occidere. quæ cum imperfecta sit periodus, ita a me, quæ exciderunt, aut erosa, erasaue sunt, in locum suum restituendo, eam suppleas, licebit: *Deinde ordine perscripsimus, vtrum sol cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moueretur: & cum ipse per se moueatur, & contra XII. signorum ortus eat quare videatur cum mundo exoriri & occidere.* Adhuc paulo inferius:

III. Iterum emaculatus. *Neque enim magnitudinem voluminis, sed rerum multitudinem per nos conuenit spectare.*

Hic ego aio pro illo, *per nos*, quod a mala manu, non ab Hygino esse, certe scio, *peritos* reponendum. Nunc ingrediamur, quodque in ipso pene ingressu est:

Cum enim Sol peruenit ad eum circulũ, qui hyemalis vocatur, & efficiet nobis, qui prope eum sumus constituti, nimium frigus, qui arbitramur eis locis frigoris esse, qui longius etiam absunt a nobis. genuinæ suæ formæ ita reddamus:

IV. In principio lib. I. *Cum enim Sol peruenit ad eum circulum, qui hyemalis vocatur, & efficit nobis, qui prope eum sumus constituti, nimirum frigus, quod arbitramur eis locis frigoris esse, qua longius etiam absunt a nobis.* Habetur mox:

E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus. Ceterum qui Engonasin vocatur, exinde, &c. sed emendandum:

V. Item principio lib. II. *E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus, & eum qui Engonasin vocatur. Exinde, &c.* Sequitur post multa: *quam interficere cogitans, persecutus est in Iouis Lycæi templum, quo & qui accessisset, mors pœna erat Arcadum lege.* Vbi quis dubitabit reponendum: *quo ei, qui, &c.* De Ioue Lycæo autem, eiusque templo, & horrendis in eo ritibus Pausanias Arcadis statim in principio, vbi refert in Iouis Lycæi sacris solere homines verti in lupos. vide & Strab. lib. 8.

VI. Et rursus eodem lib. Arcto maiore.

VII. Arctophylace. Rursum sequitur: *quorum rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis tempore petiit, &c.*

Corrigo: *quorum rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis pater, petiit, &c.* vide Pausaniã Phocicis, Ouid. Metamorph. Silium Ital lib. XII. Statium Thebaide, alios alibi. inferius paulo:

VIII. Ac rursus [illegible] in fine. *Ex hoc autem Pareanta demonstrat natum, qui de suo nomine Pari & oppidum Pareno appellauit.*

Videtur

Videtur restituendum ex historiæ veritate, veterumque scidarum auctoritate:

Ex hoc autem Parsanta demonstrant natum, qui de suo nomine Pares & oppidum Parona appellauit. Plinius lib IV. cap.XII. Stephanus. Strabo, alii.

Iterum post pauca:

IX. Corona suppletus & emendatus.

Itaq; comprecatus patrem petiit aliquid, vt satisfaceret se ex eo natum, statimq; tonitrum & fulgorem cœli indicium significationis fecisse. scribe:

Itaq; comprecatus patrem petiit aliquid signi, vt satisfaceret se ex eo natum, statimq; tonitru & fulgore cœli indicium fecit. Rursum:

X. Engonasi.

Conatur interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos aperuisse somno coactus existimatur, quo magis custos esse demonstratur. quo in loco repone mea fide.

Conatur interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur. Notior res est, quam vt confirmatione egeat. Pergo igitur ad vitiosissima hæc.

XI. Eod. adhuc, quinquies sexies emaculatus.

Etsi sit qui negat hic (vt Aratus) quidquam posse demonstari, tamen conabimur, vt aliquid verisimile dicamus. Aratus autem, vt supra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem dicit esse, qui videtur vt lamentari filiam in vrsa figuram conuersam, genu nixum, palmas aduersas tendere ad cœlum, vt eam sibi Dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troizene saxum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo saxo Pelopium ensem posuisse, & Æthra Thesei matri praedixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide sublato sua virtute potuisset gladium referre. Itaq; niti videtur, quam altissime potest, vt extollat. Hac etiam de caussa nonnulli lyram, quæ proxima est ei signo collocata, Thesei esse dixerunt, quod vt eruditus omnium artium lyram quoq; didicisse videbatur. Id quoq; Anacreon dicit ἀγχοῦ θησέος ἱστελύρη. Alii dicunt Thamyrin a Musis excæcatum, vt supplicem ad genua iacentem: dicunt alii Orphea a Thraciis mulieribus interfici. & quæ sequuntur: tempus .n. videtur, vt ad emendandũ accedamus, quod ego factum iri arbitror, si totum locum ita legamus:

Et quamuis neget Aratus, quis sit hic, quemquam posse demonstrare, tamen conabimur, vt aliquid verisimile dicamus.

Araethus, vt supra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem dicit esse, qui videtur, vt lamentans filiam in vrsa figuram conuersam, genu nixus palmas diuersas tendere ad cœlum, vt eam sibi Dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troezene saxum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo saxo Pelopium ensem posuisse, & Æthra Thesei matri praedixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide sublato sua virtute, [illegible] gladium patris referre. itaq; iste videtur, vt quã altissi-

me possit, lapidem extollat. Hac etiam de caussa nonnulli lyram, quæ proxima est ei signo collocata, Thesei esse dixerunt, quod vt eruditus omni genere artium, lyra quoq; didicisse videbatur. Idque Anacreon dicit, ἀγχοῦ Θησέως ἵσω λύρη. *Alii autem Thamyrin a Musis excæcatum, vt supplicem ad genua iacentem dicunt: alii Orphea, &c. lyra didicisse,* plane leg. sic enim & De senectute Cicero: *discebant enim fidibus antiqui.* sed nihil necesse est hic repetere, quomodo singula hoc loco mutauerim, cum ipsus se cuiuslibet oculis ingerat, & affirmare habeam, ita eum exceptis perpaucis in m.s.libro perscriptum exstare, perpaucis, dico, exceptis, quod quædam coniectura mea adiuuerim, & Ariethi nomen secundo loco pro Arati reposuerim, quod etiam, vt ne frustra aut temere a me factum quis iudicare possit, cur fecerim istum præcedentem huius scriptoris locum auctorem do: *Ariethes autem Tegeates historiarum scriptor, non Callisto, sed Megisto dicit appellatum: & non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem.* ex quibus verbis etiam illud liquet, recte me Megistus nomen ita scripsisse, vt fœminæ id esse, non historici, aut scriptoris, nescio cuius, quod hactenus falso creditum est, appareat. Sed te consulo, Berchemi, videorne iam persoluisse Duci nostro dignam labore suo mercedem, opinor hercle. Accingamur ergo itineri, & valeant, quæ terrena sunt, &c.

EPISTOLA XII.

Franc. Modius Annæ Pallantiæ nobili virgini S. Neuesium.

QVo feruore in studia bonarum literarum incubuerit nuper Olympia Fuluia Morata Itala, quosque in vtraque lingua assiduitate sua in illis progressus fecerit, lectissima virgo, & puto tibi subinde a clarissimo viro nobilitateque & eruditione præstantissimo Carolo Vtenhouio affini tuo, qui versus ab ea Græce scriptos plerosque Latinitate donauit, pro exemplo, ad quod te conformes, ob oculos poni, neque tu non potes, pro ista iudicii tui maturitate, ex pauculis quidem, sed tersis dii boni ingenii illius monimentis Basileæ ante annos aliquot XIII. editis ipsa coniecturam facere. Quæ ego cum his diebus forte legerem, doleremque fructum vberrimum, qui ex eius studiis, si modo i[illegible]la maturuissent, ad omnes, maximeque amantes optimarum artium pariter & pietatis studiosos redundare potuisset, immat[illegible]o illius obitu, quippe quæ ante XXIX. ætatis annum compl[illegible] ex humanis exe[illegible]ta sit, tamquam calamitate quadam re[illegible]tina subito inte[illegible]ceptum, tu mihi statim, Anna pudicissi[illegible]a, succurristi, quæ in locum eius succedens doctrinæ Itala[illegible] in fœminæ personam, Belgicarum nostrarum Nympharum [illegible] forma, pudicitia, modestia, sic erudi-

tione

tione facile princeps, sustinere posse videaris. tantum DEVS optimus maximus vitæ tibi cursum & inoffensiorem & longiorem paulo concedat. Fulvia enim talia & tam acerba tulit, dum vixit, vt numerum malorum, cum quibus assidue conflictata fuit, ineunti, & ad casuum, quibus eam cum hominum perfidia, tum bellorum atrocitas, aliaque, quæ commemorare nihil attinet, exercuere, varietatem respicienti non annos decessisse videri non debeat, qua de re cum domi habeas, ex quo plura cognoscere possis, desino: subiecturus emendatiunculas aliquam multas Plinianas, si quid forte illæ eruditis tuis studiis iuuandis conferre queant. Lib. IX. Epist. III. *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bona mansuraq; famæ præsumtione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq; otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem contendere, & non remitti, tum hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare, vt video multos, misera simul & ingrata imagine industriæ ad mortalitatem sui peruenire*, manifestus in vitio locus, quæ enim sententia eorum verborum: *ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq; otium placeat?* quo pactoue aut cũ præcedentibus aut cum sequentibus concilientur? sed & ipsa sequentia quam integra sint, ex variantibus scriptis lectionib. facile colligitur. aliis membranis: *& illos quidem contendere, & non remitti, hos quiescere, nec breuem vitam caducis laborib. fatigare.* aliis: *& illos quidẽ contẽdere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem, &c.* quibusdam ẽt: *& illos quidem contendere & non remitti, hos quiescere, non reniti.* referentib. ex quibus mediam amplectens, considerato superius quoque in duobus scriptis libris: *at mihi nisi præmium*, pro, *ac nihil nisi præmium*. legi. totum locum sic arbitratio iure constituo: *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bona mansuraq; famæ præsumtione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria viuit, at mihi, nisi præmium æternitatis ante oculos pingue illud altumq; otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, & illos quidem contendere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare.* Epist. VI. vbi irridet studium hominum in hanc aut illam factionem, Circensibus. *Si tamen* (inquit) *aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant: & si in ipso cursu medioq; certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium fauorq; transibit, & repente agitatores illos equos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent.* qui tandem illi agitatores equi, qui aliis faciunt, quod ipsi pati solent, aut vnde gentium? nimirũ rectum

I. Plinius Iunior emendatus Epist. III. lib. IX.

II. Epistola VI.

EPISTOLA XIII.

Franc. Modius Guidoni Laurino, Clincquerlandii & Erckeghemii Domino, &c. S.

SI quid in Plinio nos iuuare potes, vt potes profecto plurimum, Guido Laurine, is nunc mihi, & doctis aliquot præterea viris in manibus est, conferentibus clarissimis quibusque & eruditissimis Germaniæ symbolas suas, quas vestris, tuis dico, Pantini, Giselini, Cruquii, aliorum istic, crescere, non ipsius magis Plinii, quam vestra caussa velim, quorum gloriam; patriæ communis caussa, cum aliqua etiam mea laude coniunctam intelligo. aude igitur & exemplo & auctoritate tua iis, quos modo nominaui, præire, &, si modo bene viros optimos, doctissimos, & quod caput hic est, tui obseruantissimos, noui, ibunt ad me propediem plaustra in Plinianas Pandectas obseruationum. quod dum fit, hæc vide, ait Silius:

I. Silius lib. x. Vers. CXCII. bis, ter correctus.

E strage est ferrum, atq; auulsa cadauera tela.
Raptum Galba procul, neq; enim virtutis amorem
Aduersa exemisse valent, vt vidit ab hoste
Auferre signum, connixus corpore toto
Victorem assequitur, lethaliq; occupat ictu.
Ac dum compransam cæso de corpore prædam
Auellit, tardeq; manus moribunda remittit,
Transfixus gladio propere occurrentis Amorgi
Occidit, immoriens magnis non prosper in ausis.

Quibus versibus ne omnia repetere necesse habeam, corrigatur primum quidem: *atq; auulsa cadauere tela.* pro, *atq; auulsa cadauera tela.* lectione vitii manifesta: dein scribatur: *propere accurrentis Amorgi*, non quomodo vulgo obtinet hactenus: *propere occurrentis A.* postremo, pro istis: *immoriens magnis non prosper in ausis*, reponatur membranarum scriptura, quæ est, *immoriēs magnis non prosperus ausis.* sequitur in generosa illa Paulli, mortem iam animo pro patria præcipientis, oratione:

II. Versu CCXXCIV. rursus bis ter notatus.

——— amplius, acta
Quid superest, vitæ, nisi cæsa ostendere plebi
Paullum scire mori? ferar an consumtus eidem
Vulneribus? quantiui emtum velit Annibal vt nos
Vertentes terga adspiciat, nec talia Paullo
Pectora, nec manes tam parua intramus imago.
Ille ego sed vario quid enim te demoror ager.
Lentule conquestu? Videtur elegantior vetus lectio:
——— Ferar an consumtus in vrbem
Vulneribus? quanti me emtum, &c. ac mox:
Ille ego, sed vano quid enim te demoror ager
Lentule conquestu? Verba sunt Scipionis ad degenerē Metel.

III. Versu CCCCXLIII

lum, fugam in nescio quas solas terras, Annibalis metu, cum sociis molientem:

Quem tremis, & cuius somnos formidine rumpis,
Annibal, hic armatus adest, maiore nec vllo
Pœnorum melior, parietur gloria caso.

manifeste emendandum:

——moriere, nec vllo
Pœnorum melior parietur gloria caso. sed & mox corrigendum.

IV. Versu XXXVII.

——sparsosq; propinquos
Agmine prosternunt lucos. pro: *sparsosq; propinquos, &c.* atque iterum:

V. Versu XXXVI.

Dura inter pauidos alitur fortuna sedendo. pro:
Dura inter pauidos aliter fortuna sedendo. addam vnum etiam locum, & alium quidem insignem vitiis suis ex libro sequenti, & in illo finis erit:

VI. Et lib. XI. Vers XX.

Idem (inquit Poeta) *etiam Locros habuit furor, ora vadosi*
Litoris Argiuos maior qua Græcia muros
Seruat, & Ionio luitur curuata profundo.
Latas res Libya, & fortunam errore secuta,
Iurauit pauitans Tyrio sua prœlia Marte
Iam vero Eridani tumidissimus accola Celta
Incubuere malis iterum. veterisq; doloris,
Tota se socios properarunt iungere mole.

Extra controuersiam legendum videtur, vt habebant membranæ veteres Agrippinenses:
Incubuere malis Italum, veterisq; doloris, &c. non, *iterum*, quod nihili hic est, & a mala, vt vides, Guido Laurine, manu. Vale.

EPISTOLA XIV

Franc. Modius amplissimo Præsuli Ioanni Abbati Banthensi, & Suartzacensis Cœnobii Administratori S.

AVdieram ex Posthio nostro, audieram ex aliis sæpe, amplissime Præsul, multa de incredibili tuo illo erga literas literatosque omnes studio, eoque nomine antea quoque & mirabar, & amabam hunc amorem tuum. nunquam tamen putabam fore, vt homo duarum abbatiarum splendidissimarum, quibus singulis vir etiam industrius & prudens vix regendis & gubernandis satis sit, administratione domi forisque assidue districtus nugas quoque nostras, &, si vere licet dicere, carminum quisquilias requireres: vt enim furtim interdum libros tangeres, & animi ex illis diuturnis laboribus quotidianisque molestiis fracti lassique leuamen peteres, qui poteram vel suspicione attingere, tantum te otii tibi facere, & temporis

nego

negotiorum moli, qua perpetuo premeris, subtrahere, vt ad nostra quoque manum tibi extendere vel liberet, vel etiam liceret? Ergo quanto inexspectatior, tanto gratior accidit mihi merito his diebus significatio voluntatis tuæ, cum apud Reuerendissimum & Illustrissimum Episcopum & Principem Bambergens. inter prandendum iniiceres, cupere te nostras quoq; lucubratiunculas propius inspicere, neque moleste laturum, si per occasionem etiam nominis tui amplissimi mentionem eis insererem. Ego vero, Præsul ornatissime, lubens merito parebo tibi, aut potius, pareo iam nunc, qui, si parum dignitatis tuæ, & grauitatis rationem habuisse videar, tibi hæc tam leuia & minuta ad te potissimum mittendo, iussisse te id fieri memineris, inque tuis culpis, (vt quidam ait) da tibi tu veniam. Ait Censorinus: *Quos solos* (CCCC. annos, qui ab Inachi regno ad Olympiadem primam intercessisse creduntur) *quamuis mythici temporis postremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos, quidam certius diffinire voluere. Et quod Sosibius scripsit esse CCCXCV. Eratosthenes autẽ septem & CCCC. Timæus CCCCXVII. Orethes CLXIV.* debebat crescere numerus annorum, non tam immane decedere a præcedentibus. quare non negabunt, quib. operæ videbitur adire ipsum Censorini librum, recte hic a me ex membranis Coloniensibus emendari: *Et quidem Sosibius scripsit esse CCCXCV. Eratosthenes autem septem & CCCC. Timæus CCCCXVII. Erethes, CCCCCXIV.* Cap. XIX. sequitur: *Deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica Censor ex aqua fecit horarium, quod & ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas horarium cœptum vocari. Horarium nomen non minus annos CCC. Romæ ignoratum credibile est. Nam XII. tabulis nusquam nominatas horas inuenies, vt in aliis postea legimus.* manifeste verum est: *Deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium, quod & ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas solarium cœptum vocari. Horarum nomen non minus annos CCC. Romæ ignoratum esse credibile est. Nam XII. tabulis nusquam nominatas horas inuenies, vt in aliis postea legimus.* notat abusum, quo Romæ vulgo solarium dictum, quod aquarium debebat, ex consuetudine horas a sole solo noscendi. De aquario autem, id est, clepsydra, sic Plinius: *Scipio Nasica collega Lænatis primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicauit, anno vrbis* IƆ.XCV. sequitur (neque enim quin τὸ *legimus* recte quoque reposuerimus quemquam sanum, aut pro sano dubitaturum confido) *Incipio a media nocte, quod tempus principium & postremum est diei Romani. Tempus, quod huic proximum est, vocatur de media nocte. Sequitur Gallicinium, cum Galli canere incipiunt, deinde Conticinium, cum conticuere: tunc ante lucem, & sic diluculum vocatur. Mane, cum lux videtur solis: post hoc ad meri-*

I. Censorinus emendatus opusculo de die Natali cap. XVII.

II. Et cap. XIX. bis, ter.

I. lib. III. c. 70.

III. Eodem cap. Varie suppletus, emendatus, notatus.

diem, tunc meridies, quod est meridiei nomen. Inde de meridie. hinc tempestas suprema: quamuis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est XII. tabulis scriptum sic: Solis occasus suprema tempestas esto: Sed postea M. Plectorius tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est: PRAETOR VRBANVS, QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVERIT, DVOS LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMVM AD SOLIS OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. *Post supremam dicitur vesper, id est, ante ortum scilicet eius stella, quam Plautus vesperuginem, Aennius vesperum, Virgilius Hesperum appellant.*: insignis mehercule, & ex media, imo penita antiquitate locus. in quo emendando, ne a solemni mihi breuitate recedam, scire licet totum eum ex membranis, quæ seruantur in Agrippina Vbiorum Colonia, ita supplendum, interpolandum, & emendandum videri, vt nunc dicam: *Incipiam a nocte media q.t.p.e.p c.d.R.T.q.b.p.e.v.d.m.n. S.G.c.g.c.t. dein cãticinium c.c. tunc ante lucem: & sic diluculum, cum sole nondum orto iam lucet. secundum diluculum vocatur mane, cum lux videtur solis: post hoc, ad meridiem, tunc meridies, quod est medii diei nomen. Inde de meridie. hinc suprema, quamuis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in XII. tabulis scriptum sic: Solis occasus suprema tempestas esto. sed postea M. Pletorius tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est:* PRAETOR VRBANVS, QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMAM AD SOLEMQVE OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. *Post supremam sequitur vesper: ante ortum scilicet eius stella, quam Plautus Vesperuginem, Ennius Vesperum, Virgilius Hesperon appellat.* sic, inquam, hæc fortasse recte constituantur: diserteque in membranis iam mihi laudatis exstant, nisi quod in scito Tribunitio ista: QVIQVE POSTHAC FVAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMAM AD SOLEMQVE OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. vitiose & confuse ita in illis legebantur: QVIQVE POSTHAC FIAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMAM AD SOLEM OCCASVM IVSQVE INTER CIVES DICITO. culpa haud dubie librarii, qui, quod non intellexit, corrupit. cum *fuat* dictum sit pro erit, sit: ad quod exemplum sunt ista Lucretiana ex lib. IV. *Vt quod aliis cibus est, aliis fuat acre venenum.* & v. *Quanta hæc quaque fuat, tanta hinc videatur in alto.* duo quoque quam *duos* dicere maluit sciti auctor, quia & illud vsitatius priscis temporib. Sed redeamus iam, si videtur operæ, ad cap. XVII. atque hæc pensiculatius aliquanto consideremus. *hic annus, cuius velut index & titulus quidam est Vlpii & Pon-*

IV. *Iterum cap. XVII. suppletus & septem acto minimum locis emaculatus.*

tiani

tiani consulatus, ab Olympiade prima CIↃ. *est & XIV. ex diet. dumtaxat æstiuis, quibus Agon Olympicus celebratur: a Roma autem condita* IↃCCCCXCI. *& quidem ex Palilibus, unde urbis anni numerantur. Eorum vero annor. quib. Iuliani nomen est,* CCLXXXVIII *sed ex die Cal. Ianuarii, unde Iulius Cæsar anni a se constituti fecit principium. At eorum, qui vocantur anni Augustani* CCLXV. *pridie Cal. Ianuarii, quamuis & ante diem* XVI. *Cal. Februarii Iul. Cæs. Diui filius Imperator Augustus sententia Numatii Planci a senatu ceterisq. ciuib. appellatus est se septimum, & M. Vipsano Agrippa consul. Sed Ægyptii quod biennio ante in potestatem ditionemque Pop. Rom. venerunt, habent Augustorum annum* CCLVIII. *Nam ut a nostris, ita ab Ægyptiis quidam anni in literas relati sunt, ut quos Nabonnagareos nominant, quod a primo imperii eius anno consurgunt, quorum hic* IↃCCCCLXXXVI. *est. Item Philippi, qui ab excessu Alexandri magni numerantur, & adhuc usque perducti, annos* IↃLXII. *consummant. Sed horum initia semper a die primo mensis eius sumuntur, cui apud Ægyptios nomen est Thoth, quique hoc anno præsente fuit ante diem septimum Cal. Iulii, cum ab hinc annos centum Vlpio & Brutio Roma conss. iidem dies fuerint ante diem* XII. *Cal. Augusti, quo tempore solet Canicula in Ægypto facere exortum.* posui totum locum, quem, ne iterum ponere necesse habeam, per partes iam examinabo, primumque quod dicitur: *Eorum vero annorum, quib. Iuliani nomen est,* CCLXXXVIII. error est in calculo. anno enim urbis IↃCCIII. qui est CCLXXXVIII. ante Vlpii & Pontiani Consulatum, adeo rerum adhuc potens non erat Cæsar, ut sequenti demum anno bellum ciuile inter ipsum & Pompeium eruperit. quare corrigatur: *quibus Iuliani nomen est* *oc octogesimo tertio.* qui fuit v.c. IↃCCVIII. sed & sequentia quoque sic concipienda. *At eorum, qui vocantur anni Augustorum* CCLXV *perinde ex Cal. Ianuarii, quamuis ex ante diem* XVI. *Cal. Februarii Imp. Cæsar Diui filius, sententia L. Munati Planci a senatu ceterisq. ciuib. Augustus appellatus est se septimum & M. Vipsanio Agrippa tertium cons. Augustorum.* n. non *Augustani* habet hic quoque liber m. l. & mox etiam sequitur. quod tamen non perinde ad rem facit, atq; illud omnino *perinde ex Cal. Ian.* non, *pridie Cal. Ian.* legendum esse. quid .n. Augusto in mentem venire potuit, cur ex a.d. pridie Cal. Ian. annum suum quam Diui patris sui exemplo ab ipsis Cal. Ianua. auspicari mallet? affinitas ergo dictionum *pridie & perinde* huic errori vulgo caussam dedisse pronunciandū est. sed & *Imp. Cæsar diui filius* legendum, quod ita velint, iubeant membranæ, & satis ex Fastis constet Augustum cum Iul. Cæsar Imperatoris prænomine anno IↃCCVIII v.c. uti cœpisset, eodem ut hereditario quoque usum ex anno saltem quod deprehendere visus sum IↃCCXVIII. iam *L. Munatium Plancum*, & hic, & apud Suetonium, aliosque auctores, non

De re vide Suetonium in Augusto.

Numatius, præter alia numi satis conuincunt, quos vide in
De re vide Suetonium in Augusto. Fastis Goltzii nostri, ex quibus etiam, quanquam refragantibus
veteribus codicibus, *Vlpianio*, pro *Vipsano* reposuimus, vt con-
sentientibus eisdem numerum consulatuum addidimus, quib.
dictis pergamus ad ista: *Ægyptii*, inquit, *quod biennio ante in po-
testatem ditionemq; populi Romani venerunt. habent Augusto-
rum annum* CCLVIII. itane vero CCLVIII? atqui iam dictum est,
Augustorum annum CCLXV. eum esse, quo Vlpius & Pontianus
consules magistratum summum gessere. ergo non detrahen-
dum aliquid summæ, sed addendum potius fuit, si annus Au-
gustorum biennio ante apud Ægyptios, quam Romæ cœperit.
& addunt sanæ membranæ biennium, referentes, *habent Augu-
storum annum* CC. *sexagesimum septimum* in sequentib. leue est,
& vix notatione dignum pro *hac*. *huic* reponendum ibi: *& ad
huc vsque perducti annos* CCLXII *consummant*. illud non omit
tendum, postrema illa monstrose vulgo corrupta. & confusa, sic
ex membranis emaculanda videri: *quoq; hic anno fuit ante diem*
VII. *Cal. Iulii, cum ab hinc annos centum Imp. Antonio Pio. & Bru-
tio Præsente Romæ cons. iidem dies fuerint ante diem* XII. *Cal. Au-
gusti* emendationis ratio clara est ex Fastis. qui anno vno a Cen-
sorini computatione dissidentes, anno v.c. ɔɔccccxc. Consules refe-
runt, Imp. T. Ælium Cæsarem Hadrianum Antoninum, Augu-
stum Pium, & Bruttium Præsentem. anno autem centesimo ab
hoc, id est, eo, qui v.c. fuit ɔɔcccccxc. M. Vlpium Crinitum, &
Proculum Pontianum, Vale Præsul amplissime.

EPISTOLA XV.

Franc Modius Iano Lernutio S.

EX Tacito, quem ad vetuste impressum adeo exemplar, vt
manu exarati vicem esse possit. collatum Lipsio nostro
cum notis passim in eundem Rodolphi Agricolæ occasione da-
ta missurus sum, hæc, mi Lernuti enotabam, quæ per te aliis
I. quoque communicarem, si cui fortasse ea aut vsui, aut volupta-
Tacitus notatus Annali XV. ti esse poterunt. Annal. XV. *At Vologesis ad Corbulonem missi
nuntii, detraheret castella trans Euphratem, amnemq; vt omnium
medium faceret*. probo Romanam scripturam: *amnemque vt
II. olim medium faceret*. Maloque mox: *Armenii sine arbitrio relicti
sunt*. quam, vt nunc passim legitur: *Armenii suo arbitrio relicti
sunt*. de quo tamen Lipsium arbitrari volo. Post multa: *Ergo Epi-
III. charis plura, & omnia scelera principis orditur. Neque Senatui
quid manere, sed prouisum quoniam modo pœnas verſæ reip. daret.*
Belgicæ nostræ delicium & amor Lipsius in Farnesiano codice
monere pro *manere* exstare professus, de vera huius loci lectione
amplius, nisi quod forte scribendum ait: *Neq; senatum quidem
manere*: at Agricola nescio vtrum soluens, an scindens hunc
nodum.

nodum, reponit: *Neq. se nouum quid monere.* tu Castor, cum IV.
Polluce tuo Giselino videsis liberes nos ab hoc æstu. Statim:
Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit, quamuis absurdum videretur & inane, aut ipsi Antoniam nomen & periculum commodasse, aut, &c. mauult idem Agricola: *quamuis absurdum videretur, aut inani spei Antoniam nomen & periculum accommodauisse, aut, &c.* neque sane absurde.

Iterum statim: *Fomenta vulnerib. nulla suffusue, sed quia cetera palam vana obiecisset, adiungere crimen visum, se pariter indicem & testem facere.* Legerim cum Rodolpho, si modo libri non nolint: *adiungere crimen, ut sese pariter indicem & testem faceret.* Adhuc statim: *clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui, & viri, & equites Romani, Senatoresq. intacti tormentis carissima quaque suorum pignorum proderent.* Romæ excusus liber ab hinc annis centum: *cum ingenui, & viri, & equites Romani, senatoresque intactis tormentis, carissima quisque suorum pignorum proderent.* sed pusillum hoc, uti & illud, quod mox etiam ex eodem exemplari scriptum: *Proximam necem Pl. lautii Laterani Consulis designati Nero adiungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breue mortis arbitrium permitteret.* sub finem: *Atilla mater Annii Lucani sine absolutione in supplicio dissimulata.* geminat Romanum exemplar τὸ *sine*, hoc modo: *sine absolutione, sine supplicio dissimulata.* Annal. XVI. *Sed qui remotis e municipiis, seueramq. adhuc, & antiqui moris retinentes Italiam, quiq. per longinquas prouincias lasciuia inexperti officio legationum aut priuata utilitate aduenerant.* Corrigit Agricola: *Sed qui remotis e municipiis, seueraq. adhuc & antiqui moris retinente Italia, quique, &c.* Histor. lib. IV. *Infestius in Vbiis, quos genus Germanica origine, eiurata patria Romanorum nomine Agrippenses vocarent.* mallit amicissimus Lipsius: *Romano nomine.* cui assentiens totum locum cum editione Romana ita lego: *Infestius in Vbiis, quod gens Germanicæ originis, eiurata patria Romano nomine Agrippenses vocarentur.* Eodem libro: *Et Sulpitia prætextata, Crassi uxor.* abest vox ultima a libro Romano, nec deest. sic, *Elisa Sechæus* a poeta dicitur. Post non ita multa: *Funusq. consortum Flauio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunæ, summaque etiam miscentis.* interpolat Rodolphus: *summaq. & ima miscentis.* de quo tu, Lernuti, videris. Lib. de moribus German. *Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.* cusus Romanus & scriptus Bambergensis lib. *cultu mitiore mansuescunt.* sed nunc Quintiliani etiam de Oratore dialogum saltuatim percurramus. Initio statim: *An ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares, &c.* editio Romana referebat: *An ideo librum istum deprehendisti.* puto veram scripturam esse: *An ideo*

Margin notes: V; VI.; VII.; VIII.; IX. Item Annal. XVI.; X. Historiarũ lib. IV.; XI. Eod. lib.; XII. Adhuc eod. lib.; XIII. Libro de morib. Ger.; XIV. Quintiliani de Oratore dialogus interpolatus.

librum istum reprehendisti. Mox: *Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam Oratorum ætatem significatione ista determinetis.* Eadem e litio: *quam Oratorum ætatem signatione ista determinetis.* Rursus mox *Concedamus C. Cæsari, vt propter magnitudinem cogitationum, & occupationes rerum minus eloquentiæ effecerit.* omnino probo Romanum: *Concedamus C. Cæsari, vt propter magnitudinem cognitionum, &c.* quę est nota iudicibus, & foro vt scis, Lernuti, vox. Post versus aliquam multos: *sed sit in apparatu eius, & aurum, & gemma, vt sumere in manus, vt aspicere sæpius libeat.* malo cum Rodolpho Agricola: *vt aspicere sæpius liceat.* Non magno interuallo: *Primus enim contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam quibus vtitur armis incompositus, & studio feriendi plerumque deiectus, non pugnat, sed rixatur.* verum est: *& studio ferendi plerumque deiectus non pugnat, sed rixatur.* erratum typographicum. Paulo ante finem: *Ipsam quinimo curam, & diligentiam styli anxietatem contrariam experimur.* Romanus: *& diligentia styli anxietatem contrariam experimur.* sed putidæ, quod sentio, diligentiæ est, hæc cusorum errata tam anxie persequi. ergo nauiget hic alia iam mihi linter aqua. tuque Lernuti carissime, cum liberis & omni familia feliciter vale.

XV. *Et iterum.* XVI. *Ac tertio.* XVII. *Quarto.* XVIII. *Quinto.* XIX. *Sexto.*

EPISTOLA XVI.

Franc. Modius Adolpho Mekercho Flandriæ Præsidi S.

DEsino mirari, cur honori atque virtuti ædes gemellas iunctim locarit antiquitas, in te enim, vir amplissime, disco ibi præmia esse honoris, vbi sunt merita virtutis. sed & illud gaudeo, Musarum hac tempestate non omnino nullam esse religionem, & iter ad capessendos magistratus, hodieque literis promoueri. Ergo & ipse quoque magis in earum studiis confirmor, & alios licet hæc res sæpe multos frustra habuerit, vt idem faciant, si consilium meum exquirant, auctor sum. Interea quin vitii manifesta sint hæc Siliana, ne eos quidem dubitare arbitror, qui de omnibus semper solent:

I. *Silius lib. IV. Vers. IↃCVI. ter emaculatus.*

Namque inhonoratam Fibrenus cernere mortem
Et fama mundam impatiens, spectabimur, inquit,
Nec, fortuna, meum condes sub gurgite lethum,
Experiar, sitne in terris domitare quod ensis
Non queat Ausonius, Tyrrhenave pernecet hasta, &c. nam quę est tandem, vt de reliquis taceam, ista mors fama munda? plane legendum ex scriptura antiqua leuiter nostra coniectura adiuta:

Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem
Et fama nudam impatiens, spectabimur, inquit,
Nec, fortuna, meum condes sub gurgite lethum.

Expe-

Experiar, sitne in terris domitare quod ensis
Non queat Ausonium, Tyrrhenaue permeet hasta, &c. perdere mortem vocat inulte mori, quod inglorium est. cum virorum fortium sit non degeneri letho, vbi extrema vrgent, & vna salus victis, nullam sperare salutem, occumbere, sed, vt alibi ait poeta, præsumta piacula manibus suis mittere, & inferias mactare; & similiter locutus Lucanus, dum ait lib. III. versu 705.

Hi super hostiles iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam, non perdere lethum
Maxima cura fuit, multus sua vulnera puppi
Affixis moriens, & rostris abstulit ictus. sequitur De Elephan- II.
te innumeris telis petito: Vers. IↃCXIX.

Stat multa in tergo & nigranti lancea dorso,
At syluam ingentem concusso corpore vibrat:
Donec consumtis longo certamine telis
Concidit, & clausit magna depressa ruina. scribatur: *& clausit magna vada pressa ruina.* Trebia enim amne mersus est.

Statim:

Nec iacto quæsita quies, turgentia membra III.
Eridano Trebia, Eridanus dedit æquoris vndis. Versu
legendum: IↃCXXXIV.

Nec letho quæsita quies, &c. ostendit enim Telgona ne in morte quidem, quæ solet omnes labores finire, quietem inuenisse, sed post fata quoque suprema fluctibus diu multumque iactatum.

Alio libro est: IV.

——lumina flammis Item in v.
Exarsere noua. furit & diffulminat omnem versu
Obstantum turmam, & clausum sub casside vulnus CCLXXV. ter,
Martia commendat manante sanguine membra. quater.
Tum vero aspiciens pauitantem, & condere semet
Nitentem sociis iuuenem, ceu tigride cerua
Hyrcana cum pressa tremit, vel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba,
Aut dumos subit, albenti si sensit in æthra
Librantem visus aquilam lepus ore citato. Vera & membranacum scriptura est:

——lumina flammis
Exarsere noua, furit & diffulminat omnem
Obstantum turbam, clausum sub casside vulnus
Martia commendat mananti sanguine membra.
Tum vero aspiceres pauitantem, & condere semet
Nitentem sociis iuuenem, ceu tigride cerua
Hyrcana cum pressa tremit, vel territa pennas

Colligit accipitrem cernens in nube columba,
Aut dumis subit albenti si sensit in aethra
Librantem nisus aquilam lepus ore citato.

Statim:

V. *Et versu CCXCIV. ter notatus.*

——galeam super exigit ictum,
Et fragilis valido conamine soluitur ensis
Ære in Cinyphio, nec dispar sortis Isalces
Vmbonem incerto detorsit futilis ictu.
Tum quod humo haud unquam valuisset tollere saxum
Ni vires trux ira daret, torquebat anhelans
Appius, & lapsu resupina in terga cadentem
Mole premit scopuli. quæ & ipsa ita emenda:
——galeam super exigit ictum.
At fragilis valido conamine soluitur ensis
Ære in Cinyphio, nec dispar sortis Isalces
Vmbonem incerto detersit futilis ictu.
Tum, quod humo haud unquam valuisset tollere saxum
Ni vires trux ira daret, contorquet anhelans
Appius, & lapsu resupino in terga cadentem
Mole premit scopuli. sic & lib. VII. est: *primum Vestæ detersit,* (male alii *decerpsit*) *honorem, vnaq; & in medium iecit libamina flammam.*

VI. *Idem Silius lib. VII. vers. CXXCIV. emendatus.*

Pagina seq.
——pluresq; in corpore nullo
Vnius hæserunt Romani militis hastæ.

VII. *Rursusq; lib. V. versu CCCXLII.*

non negabis melius esse:
——pluresq; in corpore nullo
Inuenere locum perfossis ossibus hastæ. sed solent illo modo interpolare auctores, quorum nobis temeritas librorum manu exaratorum auxilio & auctoritate sæpius quam vellem retundenda est.

VIII. *Vers. CCCLII.*

Mox etiam non recte est:
Et senioris opem Synalis vocat, ungere vulnus
Herbarum hic succis, ferrumq; e corpore cantu
Exigere, & somnum toto misisse chelydro
Anteibat cunctos, &c. hic, inquam, etiam mendum latet, quod Marsus elui posse putabat, legendo: *& somnum torto misisse chelydro,* exponens *torto,* in se replicato. bene quidem ille, nisi verum esset. *& somnum tacto misisse chelydro.* iam alibi diximus cantu, & manu veneficia perfici, ibi:
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum tactum mites iacuere cerastæ.
Sed (his enim versibus, post emendatos tot Silii versus, etiam claudere hanc epistolam) finem facio, ne in publica commoda peccem, si longo sermone morer tua tempora, Praeses.

EPI-

EPISTOLA XVII.

Franc. Modius Ioanni Christophoro Neustettero, cognomento Sturmero, Canonico VVirzeburgensi S.

SI studia tua, quæ amplissimus patruus tuus D. Erasmus Neustetterus tanta animi contentione promouere quotidie laborat, vt euidentissimum sit, nihil æque illum in votis habere, quam vt de breui quam eruditissimũ, & persona ea, quam sustinere cœpisti, dignissimũ videat, si hæc, inquam, tua literarum studia non omnibus modis mihi quoque adiuuanda pro opibus meis existimem, tum sim hercle habearque meritissimo ingratissimus innumerisque eisdem patrui tui erga me beneficiis indignissimus. Quod ingratitudinis vitium cum parare hactenus, vt mihi videor, fugerim, cauto & hic opus esse intelligo, ne nunc demum ab instituta hac vitæ meæ ratione vllam in partem deflexisse videri queam. Et cauebo profecto: iam enim adorno tibi, Ioannes Christophore, tres elegantissimos poetas, Gratium, Calpurnium Siculum, & Aurelium Olympium Nemesianum, quorum ille Augusti, isti, vt in notis meis ad eos docebo, Cari, Carinorum que temporibus floruerunt. Estque hic idem ille Gratius, cuius inter ceteros Ouidius his verbis alibi meminit:

Tityrus antiquas & erat, qui pasceret herbas,
Aptaq; venanti Gratius arma daret. quæ ideo ab ingeniosissimo poeta dicta sunt, quod plurimus hic sit Gratius, vt venatorem armis primum, & ante omnia instruat idoneis, cum simile postea argumentum tractans Nemesianus, maxime in describenda canum natura, & patria laborandum sibi existimarit. quem Nemesianum vtinam integrum ad nos siue hominum seu temporum iniuria durare passa fuisset, esset haud dubie, quo exercitatio plane ingenua, & veteribus heroibus tantopere grata, & commendata venatio non parum adiuuaretur, nunc vt & Gratius, mutilus, maximaque, vt apparet, sui parte lacer, adhoc ἀπλῶς ad nos peruenit. sic quoque tamen non negligendus mihi, qui tibi, vt dixi iam, opuscula illius nobis reliqua, bucolicas, eclogas puta quatuor, Cynegeticῶn fragmentum aliquot cccc. versuum: aliud præterea ex Alieuticῶn ipsius libro, cum Gratio de venatione, & Calpurnii bucolicon libello eclogarum septem, quem iustum hic numerum esse, licet Virgilius & Theocritus id minime obseruasse deprehendantur, veterum quidam statuerunt, scripta omnia vnica in suo genere apud Latinos, qui hæc, inquam, Ioan. Christophore, ad captum ætatis tuæ scholiis passim explicata, aliorumque poetarum, potissimum Virgilii, Theocriti, & Oppiani collatione illustrata mox in tuo nomine & ad tuum potissimum v-

ſum publicare decreui, cui etiam iam nunc iſta ex iis tanquam eorum, quæ in illis temere interpolata in priſtinum reſtituimus, ſpecimen eſſe volumus. Ecloga quarta Calpurnii eſt de Cæſare haud dubie, quicunque ille tandem fuerit, accipiendum:

I. Calpurnius Siculus Ecloga IV. bis correctus verſ. CXXII.

Ille dat vt primas Cereri dare cultor ariſtas
Poſſit, & intacto Bromium perfundere vino,
Vt nudus ruptas ſaliat calcator in vuas,
Vt quoq; turba bono plaudat ſaginata magiſtro.
Ille meis pacem dat montibus, ecce per illum
Seu cantare iuuat, ſeu ter pede læta ferire
Carmina nonnullas licet & cantare choreas, &c. hic ego exiſtimabam rationem ſcribendi veterum, qui c & g literis promiſcue fere vti ſolent, geminum errorem peperiſſe, quorum alterū tollere (& iam Comice loquor) nos vetat moduli quantitas, aliorumq; & maiorū gentium poetarum auctoritas; alterum tum hæc ead. auctoritas, tum ipſa adeo res. *ſagino* certe media longa eſt, vt & *ſagina*, nec poteſt demutare in participio hoc, vt Grammatici vocant, ideoq; recte eo vſus Propertius, cum ait:

Parua ſaginati luſtrabant compita porci. non recte noſter hic, qui tamen imitatorem patrum memoria Fauſtum Andrelinum inuenit. ideoque fuerunt, qui Calpurnium culpa eximere ſtudentes, *ſagmata* pro *ſaginata* reponerent, quod valet ſagminibus coronata. qui mos feſtum diem agitantibus, & pro frugibus aut pecore facientibus, non in hominibus tantum, ſed etiam in ruricolis, vt quidam vocat, bubus. Tibullus:

——nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.

Video doctiſſimorum hominum ſententiam, & eſt haud dubie aliquid, quod dicunt: mihi tamen magis placet ad priſcam ſcribendi conſuetudinem errorem hunc referre, eumque corrigere reponendo, *ſatiata* (quod indocti librarii in *ſaciata*, & hinc *ſaginata* mutarint) aut etiam, niſi hoc licentius videatur, *ſaturata*. nota ſunt illa eiuſdem Tibulli:

Turbaq; vernarum, ſaturi bona ſigna coloni,
Ludet, & ex virgis exſtruet arte caſas.

& hæc quidem verboſius, quam decuit, niſi tibi, Ioan Chriſtophore, & ad te ſcriberem, qui ſcire debes alterum vitium in iis, quos poſui verſibus eſſe in τὸ *carmina*: quid enim hic eſt ferire pede illa, aut quis ille pes? metricus ne? nugæ. plane emendo: *ſeu ter pede læta ferire Gramina.* pro quo l. ſcriptum fuiſſe *cramina*

II. Et verſu CXXXI. c. vt dixi, vicem g. vt ſæpe contra, ſupplente, Horatius certe dixit: ode XIIII. lib. III. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram.* Verſu 132. *Numine cæſareo ſecurior ipſe Lyæo.*

Con-

COR. *Panrecolit sylvas, & amœna Faunus in umbra* : *Securus recubat.* scribo, & distinguo:

COR. *Numine Cæsareo securior ipse Lycæus*

Panrecolit sylvas, &c. nec ignoro, quæ hic alii de Baccho (qui a curarum solutione, aut, vt Horatius loquitur, abactu, hoc, quod illi hic ponunt, cognomen inuenit) disserunt, sed nihil me mouent. Ouidius enim, Virgilius, Silius, Lucanus, breuiter poetæ ad vnum omnes a nostra lectione stant.

Mox : III. Vers. CCXLII. semel atque iterum.

Tu quoq; mutata seu Iuppiter ipse figura
Cæsar ades, seu quis superum sub imagine falsa
Mortaliq; lates, etenim hunc deprecor orbem,
Hos precor æternos populos rege. sit tibi cœli
Vilis amor, &c. expressus ad vnguem locus ex illo Horatii, Ode II. lib. I. Carm.

Siue mutata iuuenem figura
Ales in terris imitaris almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæsaris ultor:
Serus in cœlum redeas, diuq;
Lætus intersis populo Quirini, &c.

ex his inquam versibus expressit noster poeta suos, sed qui correctione huiusmodi opus habeant:

——*seu quis superum sub imagine falsa*
Mortaliq; lates. æternum hunc te precor orbem
Hos precor æternus populos rege. qui *æternos* retinent, ad Romanos referunt, quorum vrbs æterna dicta sit, sed frustra sunt, Cæsarem necessario intelligere debemus, quem rogat Calpurnius, vti æternus, id est, æternum rebus humanis contentus, orbem terrarum regere velit quemadmodum Augustum Horatius ante precatus erat vti serus saltem, id est, sero cœlum repeteret.

Versu 150.

——*quæ imparibus modo concinuistis auenis*
Tam liquidum, tam dulce canunt, vt non ego malim IV. Versu CL.
Quod Peligna legunt examina lambere nectar. satis constat legendum: *Tam liquidum, tam dulce sonant.* quis enim ita loquitur, vt dicat, quæ concinuistis, canunt? erat isti correctori in mente illud tritum: *Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.* vbi longe alia res. Sequitur statim certe apud nostrum: *Tum Melibœe sonent.* quod valet sonabunt, antique, vt alibi notaui. & eadem hac ecloga supra est: *Dulce quidem resonas,* porro quod hic de Peligno melle, hoc quidam allegoricῶs de Ouidio accipiunt: sed meminimus ipsa quoque Peligna mella a Plinio aliisque commendari.

Statim:

V. Verſ.CLV. *Vellit nam ſæpius aurem*

Inuida paupertas, & dixit vilia rura. plane ſcribo: *& dixit vilia cura.* manifeſto ſenſu. vellere aurem autem dixit exemplo Virgilii, cuius illud eſt:

——Cynthius aurem

Vellit & admonuit, paſtorem Tityre pingues

Paſcere oportet oues. & illius, qui ait: *Mors aurem vellens, viuite ait, venio.* quibus omnibus locis aurem vellere eſt admonere, commonefacere, in auribus enim memoriæ ſedes. hinc anteſtatio apud Romanos, id eſt, teſtis factio, in qua ſolent vadantes aduerſarios ſuos, apprehenſa auricula eius, quem teſtari volebant, quo ſcilicet eius rei memor eſſet, interrogare eundem, licet anteſtari? qui ſi licere reſpondiſſet obtorto collo in ius trahi reus poterat. atque in hoc more vellendi aurem eleganter luſit Plautus, apud quem cum neſcio qui lenonem in ius ambulare iuberet, interrogaſſetque ille, an non anteſtaretur, reſpondit ſcite idem: *tuan' ego cauſſa, carnufex, cuiquam mortali libero aures atteram?* verum hæc atque talia ſcoliis noſtris reſeruentur, cum tibi tantum & tuæ ætatis aliis ſeruiant, hic errores præterea duos, tres tollamus.

VI. Verſ.CLXIV. Verſu 164.

Reſpiciat noſtros vtinam fortuna labores,

Pulcrior & merita fuerat Deus ipſe iuuenta.

ſenſus clamat omnino eſſe legendum:

Pulcrior & merita faueat Deus ipſe iuuenta.

VII. Item Ecloga v. verſ. XXV. bis correctum. Sed videamus iſta Ecloga v.

Te quoq; non pudeat, cum ſerus ouilia viſes.

Si qua iacebit ouis partu reſoluta recenti,

Hanc humeris portare tuis natoq; parenti

Ferre ſinu tremulos & nondum ſtare paratos.

Nec tu longinquas procul a præſepibus herbas,

Nec nimis admota ſectabere pabula ſylua,

Dum peragit vernum Iouis inconſtantia tempus.

hic legendum: *natosq; parenti ferre ſinu tremulos*, facile omnibus me probaturum confido: illud erit fortaſſe, in quo non omnes mecum facient, quod, *Nec nimis amota ſectabere pabula ſylua*, pro, *admota* ſcribendum aio. cum ſint, qui exiſtiment hoc velle Calpurnium; verno tempore vt non nimis remota a ſtabulis paſcua conſectanda, ita ne nimis vicina quidem, in quo, me iudice, fruſtra ſunt. ſequentia ſane omnia eo faciunt, vt vnum hoc voluiſſe Calpurnium conſtet, longinqua paſcua vere fugienda, cuius rei vt rationem reddit, ita alterius quoque redditurus fuerat, ſi quidem admota etiam nimis vitanda exiſtimaſſet, aut tradere hic voluiſſet.

Sequi-

Sequitur: ——*qua nisi ferro* VIII.
Rumpitur, in miserum fragili rubigine corpus *Versu* LXXV.
Corrodet sanies, & putrida contrahet ossa. *bis, ter.*
Prouidus (hoc moneo) viuentia sulphura tecum
Et Scyllæ caput, atq; intacta bitumina porta,
Vlceribus laturus opem, nec brutia desit.
Dura tibi, liquido picis vngere terga memento,
Si sint rasa, linas, viui quoq; pondera melle
Argenti coquito, lentumq; bitumen aheno,
Impressurus ouis tua nomina; nam tibi lites
Afferet ingentes lectus possessor in aruo.

quem totum locum, qua a scriptura, qua ab interpunctione corruptissimum ita lego:

——*qua nisi ferro*
Rumpitur in miserum fragili rubigine corpus
Corrodet sanies & putrida contrahet ossa.
Prouidus (hoc moneo) viuentia sulphura tecum
Et Scyllæ caput, atq; intacta bitumina porta,
Vlceribus laturus opem, nec brutia desit
Dura tibi: liquido picis vnguine terga memento
Si sint rasa, linas, viui quoq; pondera melle
Argenti coquito, lentumq; bitumen aheno,
Impressurus ouis tua nomina. nam tibi lites
Auferet ingentes lectus possessor in arvo.

Cetera certa sunt, postrema hæc fortasse minus nonnullis placebunt, sed quæ illis in notis meis probatum a me iri confidentia est: nunc enim tempus epistolam, ne immodica sit, claudere, & in eo desinere, Vbi est versu 104. IX.
——*cum pecudes extremus clauserit annus:* *Versu* CIV.
Sic tibi nitendum est: labor hoc in tempore noster,
Grauaq; sedulitas, venit & pastoria virtus, in his, extremum annum, hyemem dixit, quæ est anni extrema pars. ceterum scribendum sequenti versu:

Dic tibi, nitendum est, labor hoc in tempore noster. quem versum ego te, Ioan. Christophore, opto in animo & ore scriptum habere, tibique adeo a poeta dictum putare, cuius ille docili ætati ita conuenit, vt in nullo aptius ad te finem huius epistolæ facere potuerim. Vale.

EPISTOLA XVIII.

Franc. Modius Ioanni Sambuco V. CL. *& Cæs. Maiestatis Consiliario S. Viennam.*

VT hic quoque tibi liberalitatis tuæ fructus constet, clarissime Sambuce, qua amicissimum mihi Ioannem Posthium archiatrum Wirzeburgicum membranaceo manu ex-

arato Propertii exemplari munificentissime donatum voluisti, ex quo pridem multa in hoc poeta carissimus olim vtrique nostrum, Ianus Mellerus Palmerius nuper immatura morte nobis studiisque ereptus emendarat; mitto nunc ecce ex eodem hæc quoque post illum notata, non magni quidem illa momenti, fateor, sed tamen talia, vt de iis silendum hic mihi non putauerim. Vt enim vel tenuissima sint, vt sunt certe, quid in Propertio sui generis extra controuersiam Poetarum principe adeo exiguum est, quod cura nostra indignum videri aut debeat, aut possit? Mihi sane consideranti interdum scriptorum nostri seculi, atque in primis poetarum infelicem prouentum, satius videtur in his quamlibet leuiusculis tempus terere, quam miseris chartis temere quælibet somnia illinere, lectorique obtrudere, vt habeat in quo bonas horas male perdat. qua in re quia existimo, imo certe scio, tuas, Sambuce, rationes cum meis congruere, hoc agam potius.

I. Elegia x. lib. I.

Propertius lib. I. Eleg. X. notatus.

Possum ego diuisos iterum coniungere amantes,

Et dominæ tardas possum aperire fores. m. s. pro *diuisos* habebat *diuersos*, quod probabam, vt sit allusio ad diuortium coniugale, coniecturamque meam illo versu elegiæ proxime præcedentis.

II. *Qui non ante patet, donec manus attigit ossa:*

Et Elegia IX. vbi eruditissimus Io. Scaliger: *donec manus attigit, ossa*, reponebat. ego vero *malus* pro *manus* legendum, & ad Amoris artes referendum putabam: hanc, inquam, coniecturam magis etiam amabam, quod in eisdem membranis: *donec cutis attigit ossa*, perscriptum est, errore, vt opinor, duplici librariorum, quorum priore factum esset, vt *carus* glossema vocis *malus*, ea eiecta in contextum reciperetur; posteriore, vt supposititium hoc ipsum in *cutis* etiam transformaretur. quicquid id est, Ouidius sane lectionem nostram non parum confirmare videtur, dum ait Amor. lib. I Eleg. II.

III. *Nam puto sentirem, si qua tentarer amore,*

Ibidem.

An subit? & tacita callidus arte nocet?

in fine eiusdem eleg. est: *Dicere quo pereas sæpe in amore iuuat.* referunt membranæ: *leuat* pro *iuuat*. quod respexit forsitan Nemesianus scribens Eleg. III.

IV. *——leuant & carmina curas.*

Elegia III.

Interdum grauiter mecum deserta querebar

Externo longas sæpe in amore moras.

habebat tuus quondam liber: *longas sæpe in amore vias.* quod monendum duxi, vt consideres cum doctis, Sambuce, an si forte grauior quam de mora hic querela subsit: & viæ significatione abutatur, vt itineris, dum ait:

Nocti-

Noctibus his vacui ter faciamus iter.

& rursus:

Natalisque tui sic (vel vt m. ſ. tuus *ter*) *peragamus iter.* neque enim hic illis aſſentio, quamuis ceteroqui doctis, mihique ſumme amicis, qui vtrobique *rem faciamus item*, legunt, inducere ſane nos poſſet ad id quod dico ſuſpicandum, quod præceſſit:

Namque vbi longa mea conſumſit tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi ſyderibus?

ſolet enim languor poſt longas huiuſmodi vias, ſiue itinera ſunt, confectas, militantes in caſtris Amoris occupare. Lib. II. Eleg. IV.

V. Lib. II. Eleg. IV.

Quippe, vbi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Vnde tamen veniant, tot mala cæca via eſt.

cæca via inquit doctiſſimus Gul. Canterus valet via obſcura, & bene ille, niſi quod m. ſ. præfert:

Vnde tamen veniant tot mala, certa via eſt.

vel certe, *torta via eſt*: quorum alterum aliam plane efficeret ſententiam, alterum quid aut vnde ſit, niſi ſi forte æque *torta via* pro obſcura, intricata, tortuoſa accipiatur, ingenue fateor me non diſpicere. Eleg. II. lib. III.

VI. lib. III. Eleg. II.

Orpheu te tenuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threicia detinuiſſe lyra.

æque refert m. ſ.

Orphea detinuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threicia ſuſtinuiſſe lyra.

vt ſuſtineo pro ſiſto, retineo, reprimo dixerit, vt Ouidius in Faſtis: Lib. [illegible]

Sæpe Iouem vidi cum iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

& lib. VI.

Obſtupui tacitus, ſuſtinuique gradum.

& ante vtrumque Cæſar lib. IV. belli Gallici. *Ac tantum vſu quotidiano & exercitatione efficiunt, vt in decliui ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & breui moderari, ac flectere didicerint.* item Cicero in Lælio: *Eſt igitur prudentis ſuſtinere vt curſum, ſic impetum beneuolentiæ.* Eleg. IV.

VII. Elegia. IV.

Nec mihi mille iugis Campania diues aratur,
Nec miſer æra peto claſſe, Corinthe, tua.

ſitne hic *claſſe*, an vt eſt in libro tuo, *clade*, legendum Sambuce ornatiſſime, in eo hic non diſputo; cum hac parte nihil noſtræ induſtriæ reliquum fecerit amiciſſimus, & eruditiſſimus Ianus Palmerius: ſed illud moneo, quod idem ille aut præteriiſſe, aut neglexiſſe videtur; in cod. illo tuo lib. *paro*, pro, *peto*, extare. quod mihi ſane mire placebat, vt quod pro compoſito

verbo *comparo* positum a Poeta videatur, allusumque ad illa Terentii:

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat alienis, atq; ex incommodis
Alterius sua vt comparet commoda?

VIII. **Ibidem.** Eadem elegia est:

Victor cum victis pariter miscebitur vmbris,
Consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes.

malim cum membranis:

Victor cum victis pariter miscebimur vmbris.

præcessitque adeo *iactamur, nectimus.*

IX. **Et iterum.** adhuc eadem eleg.

Exitus hic vita superest mihi. vos, quibus arma
Grata magis, Crassi signa referte domum.

rursum malim cum scripto codice:

Exitus hic vita superet mihi.

vt locus sit ad exemplum Virgilii, cuius est illud ex diuina Æneide:

Quid puer Ascanius, superatne & vescitur aura
Ætheria?

X. **Elegia VI.** Eleg. VI.

Natura insidians pontum substrauit auaris,
Vt tibi succedat, vix semel esse potest.

nullus mihi eripiet, quin præ vulgata hac auro contra cara non sit scripta lectio, referens apposite:

Natura insidias pontum substrauit auaris.

XI. **Elegia X.** Eleg. x.

Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili,
Accepere tua Romula vincla manus.

æque sane conuenit, si non aliquanto melius, quod est in membranis:

Fugisti tamen in tumidi vaga flumina Nili.

vt notet impotentem arrogantiam Cleopatræ, quæ, vt ante dixit, *Coniugis obscœni pretium Romana poposcit Mœnia: Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas.* etsi etiam vniuersam gentem tetigisse, tangereque adeo voluisse dici potest, cum passim ab omnib. historicis tam Græcis, quam Latinis, nec historicis tantum, sed & aliis scriptoribus Ægyptii audiant leuissimi, vanissimi, inflatissimi, tumidissimi.

XII. **Lib. IV. Eleg. VII.** Eleg. VII. lib. IV.

Sæpe Venus triuio commista est, pectore misto:
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.

m. s. codex tuus:

Sæpe Venus triuio commissa est.

quod

quod auidissime, si mei iudicii res sit, amplector: dure enim videntur inter se collidi, commista Venus, & mistum pectus, elegantissimeque transfertur hoc vocabulum a rebus Martis ad res Veneris, & a gladiatorum cruentis congressibus, ad has palæstricas luctas incruentas: nam committere prælium sane committere inter se paria gladiatorum, committere ludos qui dicit, quin quam maxime proprie, & Latine loquatur, arbitror dubitare neminem, cui modo Plautus, Cicero, Cæsar, Ouidius, Liuius, Silius, Suetonius, & quidquid est vsquam scriptorum, vel a limine salutatum est. Eleg. IX. de Herculis bobus:

Sed non infido manserunt hospite Caco XIII.
Incolumes, furto polluit ille locum Eleg. IX.

membranæ: *furto polluit ille louem.* quod de hospitali capiendum esset. Eleg. XI.

Et Persen proaui simulantem pectus Achillis, XIV.
Quiq; tuas proauus fregit Achille domos. Eleg. XI.

litera vna r addita hæc plane in aliam formam commutat m. Liber, referens Græca loquendi ratione: *Et Persen proaui stimulantem pectus Achillis.* hoc est, Persen stimulos sibi admouentem ob Achillis proaui decantatam ab Homero virtutem. neque sane mirum sit, poetam alias passim græcissantem hic quoque sui similem esse, cum ipsi etiam IC. nostri non refugerint dicere: *Si legati conditionalis relicti filiofamilias pater ab herede rem propriam eius pignori accepit.* &, *Si nemo sit, qui a parte promissoris interpellari traiectitia pecunia possit.* item, *Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, vt multi solent.* quæque alia exempla & congesta iam ex eruditissimi Antonii Augustini IC. cl. Emendationum & Opinionum lib. II. cap. I. studiosi adolescentes petere, & ipsi quoque plura ex ipsis Pandectarum libris congerere poterunt. ego redeo ad Propertii nostri locum, & ea, quæ ad eũ scribit eruditissimus Philippus Beroaldus in hæc verba: *quid si legas Persen, vt sit vocatiuus casus, talis sensus: testor te, o Perseu, stimulantem, hoc est, imbellia tua & torpedine vexantem Achillis pectus, qui scilicet dolet & afficitur, si vllus est inferis sensus, propter tam ignauum successorem; vel potius legas, simulantem. vt dicas Persen simulasse Achillis animositatem, vt illius verus successor & pronepos videretur.* quæ ego non vellico, ne videar ex viri sua ætate etiam in Italia doctissimi, reprehensione laudem isse quæsitum, monuisse contentus, lectionem, quam reponimus, ab illo certe & confirmari, & primum tentatam, adeoque loco suo motam non absurde colligi posse.

vide l. si legati, de pignorib. l. II. de naut. fœnore. l. II. de proxen.

EPISTOLA XIX.

Franc. Modius Carolo Sigonio S.

TOt & tanta sunt tua, optime & eruditissime Sigoni, cum in omne literarum genus, cum in historiam præsertim, &

antiquitatem ipsam merita, vt multum tibi hoc nomine debere eos omnes statuam, qui dignissimo homine studio quam plurima & quam vtilissima sciendi ducuntur, & rei publ. literariæ, qua per se, qua per alios, consultum volunt. In quibus cum & ipse nomen meum profitear, ingratus sim fateor, si non saltem (quando aliud nihil mihi relinquitur, & locus nullus est testandi animi erga te mei) publice & plurimum quam lubentissime debere me iam tibi, & optare, vt aliquando etiam amplius debeam, profitear; confisus, quæ est tua, præter rarissimam eruditionem, etiam summa humanitas, hanc tibi ex animi mei sententia, si quid alias vnquam, depromtam confessionem in relationis gratiarum loco tantisper saltem futuram, dum vere referendi occasionem aut casus aliquis, aut casu potentior Deus mihi obiiciat. Interea ista vide, & iudicio tuo, vbi

I. *Silius lib. XVI. versu XXX. bis interpolatus.* vacabis, dignare. *nam* (inquit Silius lib. XVI.)

——concitus Hanno
Aduentabat agens trepidantibus agmina cetris
Barbara, & indigenas secum raptabat Iberos,
Non ars, aut astus belli, vel dextra deerat,
Si non Scipiadæ concurreret, agmina ductor
Magna adeo Ausonius maiori mole premebat. putabam ego concinuiorem scriptam lectionem:

——nam concitus Hanno
Aduentabat, agens crebitantibus agmina cetris
Barbara, & indigenas secum raptabat Iberos.
Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat,
Si non Scipiadæ concurreret, omnia ductor
Magna adeo Ausonius maiori mole premebat.

II. *Vers. LV.* Versu 55.

At cum ponte ferox auersi in terga veniret,
Victor nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat,

manifeste legendum, nisi sciens fallor:

III. *At cum pone ferox, &c.*

Versu CLX. pergo igitur:

——citiusq; vel armis
Quam strata studio vincetur Scipio mentis.

& hic haud dubie scribendum:

Quam grata studio vincetur Scipio mentis.

suspicor, vt funguntur hæ literæ sæpe altera alterius vicem, *crata* pro *grata* exaratum fuisse, atq; hinc errorem manare.

IV. Vers. 165.

Versu CLXV. bis emaculatus.

Dat chlamydem, stratumq; ostro, quem ceperat ipse
Deiecto victor Magone, animumq; probarat
Cornipedem, & cum quo diuum litabat ad aras

Asdrubal,

Asdrubal, ex auro pateram.
opinor elegantius longe venustiusque esse, quod in libro antiquo reperi:

Dat ch'amydem stratumq; ostro, quem ceperat ipse † Virgil. Iustitiane prius mirer belline laborum.
Deiecto victor † Magone, animisq; probarat,
Cornipedem, tum qua diuum libabat ad aras
Asdrubal ex auro pateram.

longe, inquam, latinius hoc arbitror, & nugas egero, scio, si pluribus id tibi, Sigoni optime, probare laborem.

Sequitur in Silio: V. Vers. CCXXX.

Iamq; nouum terris pariebat lumine primo
Egrediens Aurora diem.

exiguũ hoc, sed mihi non silendum tamen, melius propter verbum. *egrediens limine primo*, quam, *lumine primo*, legetur, & non raro in aliis quoque scriptorib. hæ voces alterius altera possessionẽ inualerũt, de qua re alibi ex ꝓfesso agere memini. Statim:

Non tibi Massyla gentes, extentaq; tellus VI. Versu CCLIII. item semel atq; iterum.
Syrtibus, & latis proauita potentia campis
Amplius attulerint decoris, quam Romula virtus
Certa inuictæ fide, & populi Laurentis honore,

scribo, nisi si tibi forte, Sigoni, aliter videbitur:

Non tibi Massyla gentes, extentaq; tellus
Syrtibus, & latis proauita potentia campis
Amplius attulerint decoris, quam Romula virtus
Certa iuncta fide, & populi Laurentis honores.

vt illud, *iuncta* pertineat ad Syphacem; quemadmodũ pertinere debere arguit τὸ *Certa*, quo tacite rex Numida leuitatis & perfidiæ cum gente sua a Scipione accusatur: vt qui sæpe soleant pacta fœdera inire, sed eatenus seruanda, quatenus rebus suis expedire iudicauerint. mox:

At queis interior cura, & prudentia ciui VII. vers. CCCXL.
Altior, effusas primo certamine vires
Damnare.

poterat ferri hoc, & de Cyrni rectoris adhortationibus accipi, quibus Lampon ad cursum incitabat, nisi iuberent membranæ omnium optimæ reponi pro eo:

—— *effusas primo certamine vires.*

quod iam de Lampo ipso intelligetur. De quo statim sequitur:

Sensit & exhaustas qui proximus ibat Iberus VIII. Versu CCCLXXX.
Collatas cernit vires, nec vt ante salire
Præcipitem currum, &c.

corrupta æque scriptur. quid enim est illud, *sensit & cernit?* omnino videtur emendandum:

Sensit vt exhaustas qui proximus ibat Iberus

Callaicas Cyrni vires, nec vt ante, &c.
Callaicæ Cyrni vires sunt vires equi Callaici (erat enim, vt ante dixit poeta, Callaicus Lampon) quibus Cyrnus fretus in certamen descenderat. tale nempe est illud: *Nate mea vires, mea magna potentia solus.* Vale.

EPISTOLA XX.

Franc. Modius Ioanni Posthio, Archiatro Wirzeburgico S.

OBiisse Nicolaum Cisnerum, etsi iam pridem vitæ vsum amisisse dicebatur, perquam moleste sane tuli: neque enim concedam tibi, amicissime Posthi, vt tu eum virum magis aut suspexeris, aut dilexeris familiariter notum, quam ipse eum admirari soleo & inuisum, & incognitum, de crebis amplissimi Patroni nostri sermonibus, quem de illo in eam sententiam sæpe loquentem audiui, vt eum & inter præcipuos sui temporis IC. censeret, & in amœnioribus hisce studiis, historicis præcipue, & iis, quæ rem politicam iuuant, & ad remp. admouendo maximo esse solent non ornamento solum, sed etiam adiumento, ita versatum, vt quem cum illo compararet vix vnus & item alter occurrerent, quo ego tanti viri iudicio permotus, non paruo tangebar desiderio, hominem, vel potius imaginem eius hominis, qui aliquando fuisset, complectendi, domiciliumque illud tot, quot audieram, præter singularem eruditionem virtutum venerandi, cum nuper de morte eius ipsi fortasse optabili, sed studiosis omnibus doctorum & bonorum virorum luctuosa nihilominus affertur nuntius, ad quem ego, vt
I. dixi, indolui sane tum vehementius, testatus eũ mœrorem qualicunque ad communem Patronum carmine, quod pauculis his & leuidensibus in Macrobium annotatiunculis subiunxi. Cuius libro II in somnium Ciceronis, vbi legitur: *Quod Plotinus magis quam quisquam verborum parcus libro integro disseruit, cuius descriptio est: Quid est animal? quid homo.* corrigen-
II. dum est: *cuius inscriptio est: Quid animal, &c.* scribendumque
III. versu tertio, numero multitudinis: *desideria & animositates, vel dolores, &c.* Pagina ab hac altera: *Denique & Plotinus alio in loco, cum de corporum assumtione dissereret, & hoc dissolui posse pronuntiaret, quidquid effluit, obiecit sibi, &c.* pusillum hoc, sed non tacendum tamen ei, qui similes minutias perpetuo pene libro persequitur, inducto τὸ *hoc* scribendum: *cum de corporum absumtione dissereret, & dissolui posse pronuntiaret, quidquid ef-*
IV. *fluit, obiecit sibi.* Post pagellas aliquantas: *Illa, anima, vero vt moueatur, non sibi ipsa largitur, sed essentia sua est, quod mouetur. Ex hac quæstio, quæ sequitur, absoluta est.* repono ex membranis vestratibus pariter & nostratibus: *Ex hoc quæstio, quæ sequitur,*

Macrobius lib. II. in Scipionis somnium emendatus.

tam

tam soluta est. Sequitur in eleganti illa disputatione pro Plato- V
ne contra Aristotelem de Anima. *Si mouetur, inquit, anima, in-
ter ceteros motus etiam de loco in locum mouetur: ergo modo, ait,
corpus egreditur, modo rursus ingreditur, & in hoc exercitio saepe
versatur, quod fieri non videmus. non igitur anima mouetur.
Contra hoc nullus est, qui non sine hæsitatione respondeat, non o-
mnia, quæ mouentur, etiam de loco in locum moueri. Aptius deniq;
in eum similis interrogatio requirenda est. Moueri arbores dicis?
quod cum, ut opinor, annuerit, pari dicacitate ferietur. Si mouen-
tur arbores, sine dubio, ut tu dicere soles, inter alios motus etiam de
loco in locum mouentur. Hoc autem videmus per se ipsas facere non
posse. igitur arbores non mouentur.* egregio hoc in loco, inquam,
vt ei sua Venus constet, omnino emendandum hoc modo: *A-
ptius deniq; in eum similis interrogatio retorquenda est. Moueri
arbores dicis, quod cum, ut &c.* Statim sequitur: *Quod autem non
sæpe sub uno tempore accessum variat & recessum, facit hoc dispo- VI.
sitio arcana, & consulta natura, quæ ad animalis vitam certis
vinculis continendam tantum animæ iniecit corporis amorem, ut
amet vltro quod iuncta est.* scribo: *ut amet vltro quod vincta est.*
facilis & prona ad errorem via per dictionum affinitatem. Non VII.
longe a fine libri: *Si quis vero insita quiete natura non sit aptus
ad agendum sed solum optima conscientia dote ereptus ad supera,
doctrinæ supellectilem ad exercitium diuinæ disputationis expen-
dat, spectator cœlestium, deuius caducorum, is quoq; ad cœli verti-
cem otiosis virtutibus subuehetur.* liquet liquido probam esse
lectionem scriptam: *sed solum optima conscientia dote erectus ad
superna, doctrinæ supellectilem, &c.* Propius etiam a fine: *Soli enim
sapientiæ otio deditos, ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nesci-* VIII.
uit membranæ: *Soli enim sapienti otio deditos, ut abunde Græcia
tulit, ita Roma nesciuit.* vt sapiens otium dicatur, vt, *doctus puluis,*
& quæ similia his, placet, sed in hoc disputo, auscultandæne sint
eædem membranæ quoque in eo, quod negatiuam tollunt.
disputo, inquam, sed ei non difficulter assensurus, qui auscul-
tandas pronuntiauerit: otiosæ enim sapientiæ in vrbe a Romu-
lo condita, cuius vita virtutes nunquam deseruit, semper exer-
cuit, non tantum nullus honos, sed ne locus quidem erat, vt lo-
quuntur omnes omnium veterum libri, nisi si forte vergente im-
perio cum multa & magna vi aliorum vitiorum non tam sa-
pientia otiosa, quod optabile fuisset potius, quam negotiosam
malitiam, stultitiamque in ea regnare, quam huius profes-
sione elati fuci eo irrepserunt. de quo cogites ve-
lim, dum ego, quod pollicitus sum,
dependo.

ELEGIA

In obitum IC. cl. Nicolai Cisneri ad ampliss. & splendidiss. Erasmum Neustetterum cognomento Sturmerum, Eq. Franc.

Moestus adhuc RIDESELI *obitum, meditabar inane,*
Forsitan art: quæ sed pietatis opus:
Solabarq; tuos solandus & ipse dolores,
In tibi iam cari funere, Erasme, viri.
Altera caussa mihi cum reddita epistola luctus,
Caussa fuit luctus altera, ERASME, *tibi,*
Indicium quæ parte cita de morte GEORGI
Triste RATALERI *præsidis illa facit.*
In medio validus qui mane ex more Senatu
Dum sedet, & satagit reddere cuiq; suum:
Concidit, & subito incestata est curia luctu,
Flentq; Patres capitis tristia damna sui.
Funera quæ properata nisi manifesta bonorum
Sunt infensorum signa, notaq; deum,
Quid rear esse, equidem tibi me nescire fatebor:
Signa sed infensi sunt manifesta Dei.
Qui merito humana pertæsus crimina culpa,
Et nocuam pœnis tradere certus humum,
Eximit ante æqui mystas, & pacis amantes,
Consiliis quorum res stetit vsa diu:
Publica queis spoliata suis dein cura magistris
Nutat, & ingenti impulsa fragore ruit.
Nimirum, irato sic puppis in æquore fluctum
Rectoris decimum deuiat arte sui:
Qui vi ventorum si tandem excussus in vndas
Cesserit ignaro hoc forte magisterium,
Ilicet assuetis in aperta pericla gubernis
Sponte sua & scopulos it viduata ratis.
Quod stomachans mecum dum conqueror, & dolio amens,
Inq; bonos meditor non bona verba Deos:
Ingentem hunc auctura venit subito ecce dolorem
Tertia luctificis litera arata notis:
Nuntiat & CISNERVM *illum, quo doctior alter*
Non erat hinc populos iura ad Hyperboreos:
CISNERVM *Themidos sobolem, & virtutis alumnum,*
Illum, inquam, haud vltra & nuntiat esse mihi.
Quod potius diui o facerent, vt litera nunquam
Vlla oculis esset cognita, ERASME, *meis;*
Possem funera & assiduas nescire meorum
Mortes, & fama credere tale nihil.

Cum nunc, me miserum! notis confusa lituris,
Quas reor a mœstis scripta bibisse genis:
Nunc hunc, nunc illum ferali voce fuisse,
Meq; mei carpi parte subinde canunt.
Emoriens vt qui solis decrescit in agris,
Olim vmbrare almam late & opacus humum,
Consumtis stipes circum sua tempora ramis,
Sitis a quis mota finxerat ante coma:
Mœrens, & nudus lento tabescit amore,
Mortis & elator funeris ipse sui est.
Felices animæ quæ vos migrare putemus?
Elysiumne petis, turba sacrata, nemus?
An patrio manis cœlo, cœlo edita, reddi?
Sic est: præ Elysio cœlica regna placent.
Sed siue Elysii loca amœna, & vere perenni
Læta, augusta poli seu magis astra tenes:
Ac nisi quondam iustissima cura cateruæ,
Nunc dolor, & Themidis flebilis vmbra tubæ:
Respice quæ Neustetterus, Cisnere supremo
Te functum decorat funeris officio.
Quo tu quondam vsus si consultore fuisses,
Vt profis aliis, dum grauis ipse tibi es.
Nunc quoq; sed seras itero, Cisnere, querelas:
Hoc possum, longum, cara Deo vmbra, Vale:
Sturmeriq; tui semper memor vtere felix
Sorte tua, veniet sic sua cuiq; dies.

EPISTOLA XXI.

Franc. Modius amplißi. Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, Equiti Franco S.

DE Seneca philosopho multorum hoc est iudicium, amplissime Pastrone, vt eum adducti D. Hieronymi auctoritate, & nescio quibus epistolis, quas inuicem D. Paullus & ipse inter se salutasse creduntur, albo Christianorum, atque adeo tantum non martyrum inserendum arbitrentur. sed mihi, cum argumenta in diuersum considero, lõge alia mens est. Primum enim de epistolis, stylus ipse facile conuincit non esse eas Senecæ, planeque arbitror, aut monachi alicuius, aut ipsius D. Hieronymi esse commentum, quo auctor hic grauissimus Christianis commendatior esset communione sacrorum, & religionis. cum satius tamen cum Erasmo nostro Roterodamo putem, vt veræ religionis ignarum, quam vt Christianum eũ legi. quod & bene dicta ab ethnico qualicunque nos, quos feruentius virtutem quærere, inuentamque amplecti par est, magis afficient, & ex philosophorum sententia, secus quam nostræ profes-

sionis secta patitur credere & facere, de abrumpenda vita consciscendaque sibi morte, vbi non sit, cur viuere velis, animose disputata minus lædent. Nam quod quosdam dicere audio, quidquid de epistolis sit, satis ex morte ipsius de religione constare posse, vt propter quam a Nerone e vita abire iussus sit, hoc inuersum contra illos stabit. Nero enim cum omnes occasiones captaret, caussasque anquireret, vt posset iure mori iussus videri, frigida quædam commenta ab aduersariis Senecæ subiecta protulit in medium, hanc mille mortibus, vt tum tempora, & res erant, obnoxiam culpam ne mentiri quidem sustinuit. deinde, si qua minima suspicio huius rei philosopho huic adhærescere potuisset, dubitabimus, quin in gratiam Neronis multi vel per calumniam eum de hoc crimine delaturi fuerint? Imo, dicet mihi alius, Christianus fuit, sed ita in hoc negotio se gessit, vt etiam sagacissimis res hæc nullo vnquam modo subolere potuerit, quod quoque ipsum prudentiam eius in declinandis periculis arguit. quid ais tu? Christianus Seneca & non, quod multi, barba & pallio tenus, sed vita potius quam professione philosophus; adhæc decrepitus, & quod in illa ætate audacissimos homines & confidentissimos facere solet, orbus, dissimulauit religionem? at hoc ipsum primum vide, quam sit Christianum: qui sacramento rogati iurant vri, vinciri, verberari, ferroque necari potius, quam religionem tectam & celatam habere. dein, caditne metus & tam exilis animi suspicio in hominem philolophum, non sectæ alicuius delicatæ, sed rigidæ illius, cuius finis erat libertas in dictis & factis quocunque periculo? certe exitus ipsius, de quo narrante Tacito cognouimus, hæc quam aliena ab hoc viro fuerint, abunde testatur, qui cum tota vita liber adeo fuerit, vt hæc ipsi libertas mortis caussam attulerit, moriens tam libere & secure hinc abiit, vt merito inter fortitudinis exempla memoretur. Ethnicus igitur Seneca, sed vt in ethnicis sanctissimus, & grauissimus, dignusque me hercle qui Christianorum manibus teratur potius, quam sexcenti in religione, & de relligione nostra libri, qui monstrosis titulis alius super alium abortione ab auctoribus suis eiecti potius, quam ediri, religionis negotium ita turbant, vt nihil vsquam liqueat, intelligendoque omnia & nihil ignorando, nihil intelligamus. cum interim hic scriptor superbiæ, & auaritię, quibus plerique istorum transuersim abripiuntur, mala quomodo vitari possint, & debeant, solaque virtus admiratione digna sit, ita & verbis, & vita nos doceat, vt nullus efficacius in hoc argumenti genere versari posse videatur, quo minus etiam pudebit. Patrone optime, leuis quædam in eo hic tibi notata mittere, tempore in quo tali & tanto nihil tam pusillum sit, quod non cura intentiore a nobis in hoc nostro otio examinari ex-

pendique

pendique mereatur. Quod igitur est libro priore de Clementia: I.
Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem, vbi nihil a rege Seneca emendatus
tutum est, sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus lib. priore de
est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles e- Clementia
munire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris cap. XIX.
turribusque sepire. in eo videntur ista commodius scriptum iri ex lib. membranaceo scripto Dominicanorum Wirzeburgensium ita: *Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduo calle munire, &c.* præcipuum enim munimentum arcium in edito exstructarum difficilis ad eas, & vndique præceps, atque angustus aditus, eoque pertinet illud: *nec latera montium abscindere.* alioqui enim si vulgatã lectionem sequimur, bis quodammodo idem dicet. quid enim est aliud, instruere in altum editas arces, quam colles emunire? considerabunt, spero, hoc quod dico viri doctí diligentius, nec tu, sat scio, Patrone amplissime, qui in iis familiam ducis, iudicio tuo mihi II.
hic quoque deeris. Cap. XXI. *Perdidit enim vitam, qui debet: &* cap. XXI.
quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite suo regiamque sententiam exspectauit, in seruatoris sui gloriam viuet, plusque nomini eius confert incolumis, quam si ex oculis ablatus esset. Assiduum enim spectaculum alienæ virtutis est: in triumpho cito transisset. Si vero regnum quoque suum tuto relinqui ad eum potuit, &c. notant hic alii pro istis, quæ non satis sana videntur: *alienam de capite suo regiamque sententiam exspectauit.* in nonnullis codicibus exstare: *alienam de capite regio sententiam exspectauit.* addo ego mihi rectum videri, quod est in modo laudatis membranis: *alienam de capite regnoque sententiam exspectauit, in seruatoris sui gloriam viuit, plusque nominis ei confert incolumis, quam si ex oculis ablatus esset, &c.* hæc sententia: quisquis de capite regnoque periclitatus, sententiam potentioris exspectauit, si vitæ nudæ gratia illi facta est, viuit exemplum eius misericordiæ, cuius viuit beneficio: sin cum vita regnum quoque muneri accepit, iam non misericordiæ tantum, sed & magnanimitatis eius viuit exemplum, gloriamque eius in regium, vnde exciderat, fastigium restitutus, tanquam ex editissima specula longe lateque propagat, eodem adhuc capite: III.
Transeamus ad alienas iniurias, in quibus vindicandis hæc tria Ibidem.
lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet, aut vt sublatis malis securiores ceteri viuant. Ipsos facilius emendabis minore pœna. ecce, de tribus membris vnicum tantum ponit, magno flagitio librariorum, quorum nos peccatum corrigentes ex membranis Herbipolensibus duo omissa reponimus ita: *hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet: aut vt eum, quem punit, emendet, aut vt pœna eius ceteros meliores reddat, aut vt sublatis malis securiores ceteri viuant.* Palmaria correctio & quæ vel sola

facit, vt me laboris mei in Seneca, qui non exiguus fuit, minime pœniteat. Cap. vltimo. *Illa rationis expertia, & a nobis immanitate aut crimine damnata, abstinent suis, & tuta est etiam inter feras similitudo morum.* Non est hic vllũ omnino mendum, nisi quod venustior lectio videtur scripta Dominicana: *Illa rationis expertia.* sic.n., vt latinissimus quisque loquitur, Tacitus Annali xvi. Quique per longas prouincias lasciuiæ inexperti officio legationum, aut priuata vtilitate aduenerant. & quorum aliorum testimonia huc adducere singulaque hic adscribere, nimis longum foret. Lib. II. de Clementia cap. v. *Ergo non miseretur,* (sapiens puta) *quia & sine miseria animi facit. Ceterum omnia, quæ qui miserentur nolentes facerent, hic libens & alacri animo faciet.* elegantius longe, vt arbitror, membranæ: *Ergo non miseretur, quia id sine miseria nõ fit. Ceterum omnia, quæ, &c.* non miseretur, inquit, sapiens, quia misericordia vicina est ipsa miseriæ, adeoque animi vitium nimis miseria aliorum pauentis, adque eius malorum speciem tantum non succidentis, quæ qui a sapiente exigit, tantum non lamentationem, & in funeribus aliorum gemitum exigit, nec tamen, quia non miseretur sapiens idcirco durus, ferus, inhumanus, crudelis habendus est: nam quæ alii misericordiæ suæ, hic clementiæ mansuetudinique præstabit: atque ita vltro faciet. ad quæ illos animi imbecillitas impellit. sed iam epistolas quoque aliquot sapientissimi huius philosophi saltuatim more nostro peruagemur, & primũ quidem eam, quæ est in ordine LXVIII. in qua ita legitur: *Vt a communibus initium faciam, ver aperire se cœpit, sed iam inclinatum in æstatem, quo tempore calere debebat, intepuit, neque adhuc illi fides est: sæpe enim in hyemem reuoluitur. Vis scire, quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigido veri, adhuc vigor est eius in frigore. Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita est, mi Lucili, iam ætas mea contenta est suo frigore, vix media relegatur æstate. Itaq; maior pars in stramentis degitur.* hic alii notant alias legi: *frigido aeri,* pro *frigido veri.* & mox: *adhuc vigore eius infringor.* ego ex membranis Dominicanorum legendum putem: *nondum me committo frigido, adhuc vigorem eius infringo: Hoc est.* & sequentia, in quibus ex eisdem membranis, & omnibus omnino libris, *vestimentis* repono pro *stramentis*, quod a coniectura Pinciani est, existimantis nullum vsum vestimentorum in lectulis, quorum statim est mentio. sed humanum quid passus est hic eruditissimus alioqui vir. Terentius Heautontim. Scena, *Ego me non tam astutam:*

Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro:
Huc est intrelatus lectus, vestimentis stratus est.

nisi forte alia hæc res, quod mihi tamen, vt adhuc est, persuaderi non potest. Eadem epist. *Si fortitudo optabilis est, & tormenta*

IV. Cap. XXVI.

V. Et lib. II. cap. V.

VI. Item epistol. LXVIII semel atq; iterum correctum.

VII. Ibidem.

menta patienter ferre optabile est: nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est. Hoc enim fortitudinis pars est. succinctius longe membranæ: *Si fortitudo optabilis est, & tormenta patienter ferre optabile est. Hoc enim fortitudinis pars est.* plane concinne, vt ego arbitror. illa enim: *nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est,* videntur a bono aliquo viro adscripta, qui monere vellet, patienter ferre tormenta non ob hanc tantum, quam afferret philosophus caussam, esse optabile, sed ideo quoque quod homini Christiano religionis caussa quiduis
fortiter perpeti, cœlum aperiat, & apud Deum eum gratiosum VIII.
faciat. Epist LXXI. *Bono loco res humanæ sunt, quod nemo nisi vi* *Epist. LXXI.*
tio suo miser est. Placet, viue: si non placet, licet eo reuerti, vnde ve- *bis notatus.*
nisti. Vt dolorem capitis leuares, sanguinem sæpe emisisti, &c. parua mutatione constabit orationi sua Venus, ita ex membranis scribendo: *Placet, viue: non placet, licet eo reuerti, vnde venisti.*
Vt dolorem capitis leuares, sanguinem sæpe misisti. breuiter ait ex IX.
sectæ suæ regula, cui viuere non libeat, mori licere. Epist. LXXII. *Epist. LXXII.*
Hæc (virtus, puta) *vbicunque apparuit, omnia eiusdem mensuræ ac pretii sunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille, qui omnium animum æstimat ex suo: quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius, qui triumphat, & eius, qui ante currum vehitur inuictus animo.* In membranis, quas vidi, non sunt ista: *quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis.* & nescio quomodo mihi hic abesse posse videntur: sic tamen, vt temere nihil fecisse, aut pronuntiasse videri velim, qui iudicium de hac re omne penes collegium musicum; & in primis te Neustettere amplissime, esse cupio. Eadem epist. paulo
post: *Da mihi adolescentem incorruptum, & ingenio vegetum, di-* X.
cet fortunatiorem sibi videri, qui omnia rerum aduersarum onera *Ibidem.*
rigida ceruice sustollit, quam qui supra fortunam suam exstat. itane vero? atqui quid est amabo aliud omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollere, quam supra fortunam suam exstare? omnino insane bene abest in scripto illud *quam,* quod inepti sycophantæ alicuius elegantissimam hanc locutionem non intelligentis stabiliendo loco, quem ruere alioqui
existimaret, commentitium fulcrum est. Adhuc eadem epistol. XI.
Venio nunc illo, quo me vocat exspectatio tua, ne extra rerum na- *Adhuc ibid.*
turam vagari virtus nostra videatur; & tremet sapiens, & dolebit, & expallescet: hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est origo calamitatis? vbi illud malum verum est? illic scilicet, si ista animum distrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi pœnitentiam sui faciunt. membranæ referebant: *si ista animum detrahunt.* quod præ vulgato probo. possunt enim etiam sapientis animum fortasse afficere variæ hæ, de quibus agit, turbationes: sed sic,

vt nihil pudendum in se admittat, aut vllo modo concidat, malisue succumbat. In eiusdem epistolæ extrema periodo: *Quem vicerim quæris? Non Persas, nec extrema Medorum, nec si quid vltra Dacas bellicosum iacet, sed auaritiam, sed, &c.* nullus hic *Dacis* locus, quare cum in scripto codice sit *Adabas*, lego: *Non Persas, non extrema Medorum, nec si quid vltra Dahas bellicosum iacet, &c.* sunt enim Dahæ cum Sacis, Massagetis, aliis interioris Asiæ populi, Persis quondam tributarii, cum quibus postea a Magno Alexandro vt & alii multi, subiugati sunt. Strabo, Curtius, & quis non? Epist. LXXIII. *Non multum refert, vtrum omittas philosophiam, an intermittas. Non enim vbi interrupta est, manet, & eorum more, qua intenta dissiliunt, vsq; ad initia sua recurrit, quod a continuatione sua discessit.* emendandum mutato leuiter, & in *sed*, & omisso τὸ *sua*, posteriori. *Non enim vbi interrupta est, manet, sed eorum more, quæ intenta dissiliunt, vsque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit.* Eadem epist. *Nam cui quid accedere potest, id imperfectum est, cui quid abscedere non potest, id imperfectum est.* Dii Deæque te, quisquis es, qui negatiuam huc inseruisti primus, quæ ex oratione vera alioqui falsa concludit: quid enim magis contra rem, quam cui aliquid abscedere non potest, id imperpetuum, hoc est, minime perpetuum esse? at tu dices te legisse disiunctim, *id in perpetuum est.* hoc est æternum. vade quo dignus es, inepte, & Senecæ suam relinque sententiam, qui scripsit: *Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.* qua ratione inuenitur dixisse, me alibi corrigente, Tertullianus *imbonitas, inodor*. Arnobius, *intactus*, Lucretius, *inambitiosus*, *indeceptus*, Ouidius Metamorphosi & alibi, *indesertus*, *incallidus*. Epist. LXXVI. *Quidam hoc proficientium genus, de quo locutus sum, ita complectuntur, vt illos dicant iam effugisse morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubrico stare* interpungendum: *vt illos dicant iam effugisse morbos animi, affectus nondum.* Epist. LXXVII. *Æquo animo audienda sunt imperitorum conuicia, & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemtus.* imo, *ipse contemtus*, vt habent membranæ, & plus longe dicitur. Eadem epist. *Si vna indepravata virtus est, & sola permanet tenoris sui, vnum est bonum virtus, cui iam accedere vt non sit bonum, non potest: mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo & formidata inconsulto impetu, plerosq; calcasse.* Longe aliter membranæ, et longe ita: *Si vna indepravata virtus est, & sola permanet tenoris sui, vnum est bonum virtus, Cui iam accidere, vt non sit bonum, non potest, mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam repit, sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo & formidata, inconsulto impetu ple-*

XII. *Rursus ibid.*
XIII. *Epist. LXXIII*
XIV. *Eadem.*
XV. *Epist. LXXVI*
XVI. *Epistola LXXVII.*
XVII. *Ibidem.*

in plerosque calcasse. iudicent, quibus est iudicii copia: ego enim ampliandũ mihi censeo potius, quam temere alicui præiudicium afferendum. adhuc eadem epist. *Adijce nunc, quod, si modo soluta corporibus anima manent, felicior illis status restat, quam est, dum versatur in corpore.* membranæ: *quam est, dum mersantur in corpore.* quod haud dubie melius est. animæ enim corpus quasi tenebrosus & profundus quidam carcer est, communi omnium sententia. Paulo ante finem, vt cum epistola hac meam quoque concludam: *Nemo istorum, quos diuitiæ honoresq; in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum sua metiris: paruus pumilio, licet in monte constiterit. Colossus magnitudinem suam seruabit, etiamsi steterit in puteo.* scriptus codex: *magnus pumilio licet, &c.* vnde an forte scribendum: *magnus pumilio non est, licet in monte constiterit.* ductus sane literarum tale quid audere suadet. sed iam, vt dixi, finem facio, teque, amplissime patrone, valere iubeo. Witzeburgi VIII. Cal. Octob. CIↃ.IↃ.LXXXIII.

XVIII. Et iterum.

XIX. Iterum tertio.

EPISTOLA XXII.

Franc. Modius Adolpho Scheiffarto a Merode, Bornhemii domino S.

Est omnino Campii, quemadmodum & Berchemii nostri, tam benigna natura, vt ingenia amicorum in maius semper extollant. vnde factum sentio, vt tu quoque generosissime Scheiffarte, nonnulla de studiis nostris opinione amore me tuo & familiaritate dignum existimaueris, quam ego opinionem vtinam ne illiteratis his literis imminuere necesse haberem, facile paterer te in errore & tibi non iniucundo, & mihi perhonorifico versari: sed nunc aut de illa aliquid mihi delibandum, vel, vt proprie magis loquar, plurimum detrahendum, aut, quod vitium maxime semper detestatus sum, ingratitudinis suspicionem subeundum intelligo, accepto a te nuper beneficio maximo, in quo, si taceam, ingratus videar: si loquar, indoctus, & ei, quem hactenus esse me existimasti, plane dissimilis, magna haud dubie cum iactura mea, sed tamen cui obnoxium me præbere mauelim, vtcunque res casura est, quam turpissimæ, & homine indignissimæ notæ, qua merito signantur illi, qui acceptorum beneficiorum aut memoriam impie abiiciunt, aut gratiam maleuole dissimulant. non quo hic tibi verbis soluere parem, quod te debeo, sed vt scias differri, non auferri illud, & hæc viuæ nomine quodammodo acceptum mihi feras, dum sortem redio. Silii Italici, quem Plinius carmina scripsisse ait maiore cura, quam ingenio, lib. VI. locus est:

I. Silius lib. VI. Vers. LII. correctus.

——ipsaq; diris
Frons depasta modis, & sanguine abundant hiatus,
Nec satis est donec mandantia linqueret ora
Spiritus, &c. vbi ego, cum viderem illud, *satis est*, minus conuenire, putabam ex eo recte fieri posse *satias*. quam coniecturam meam confirmant membranæ, in quibus diserte *satia* legitur. quod addita ad finem litera *s* probum haud dubie erit: barbarum autem vide, & ciui Romano indignum facinus. Leuinus centurio, talem enim eum designat poeta, dum paulo

II. Vers. XLIII.

ante ait. *vitis Latia præsignis* (sic enim & ibi legendum, non, *persignis*) *honore*. hostem semianimis ipse & moribundus amplexus, arrosis auribus, naribusque eius, non ante dimisit, quam spiritu & vita deficeretur. vnde etiam in allegatis ante versibus *mandentia*, non *mandantia* legendum apparet. mox:

III. Versu XXCI.

Quod scelus o nimium vita, nimiumq; ferendis
Aduersis genitus cerno?
manifeste scribendum:
Quod scelus o nimium vi a, nimiumq; ferendis
Aduersis genitus cerno?
corruperant elegantissimam locutionem, qui solent omnia: Quique statim etiam male, & contra mentem Silii, qua parte

IV. Vers. XXCVII.

legendum est:
Estis vbi en iterum superi? dat pectora ferro
Regulus, ac tanta stirpem periura recidit
Surgentem Carthago domus.
mutauerant additis interrogandi notis:
Estis vbi en iterum superi? dat pectora ferro
Regulus? an tanta stirpem periura recidit
Surgentem Carthago domus?

V. Versu CXXCIIX.

post multa:
Diffugimus tamen atq; metu conamur anheli
Tollere clamorem frustra.
res & libri meliores suadent, vt legamus:
Diffugimus, tenuemq; metu conamur anheli
Tollere clamorem frustra.
hæc enim est natura metus inopinati, & magni, vt clamandi

VI. Vers. CCLI.

facultatem adimat. Statim:
Hunc medio inuadit fluctu, ripaq; relatus
(Heu genus infandum lethi) depascitur artus.
corrigatur:
——*ripaq; velatos*
(Heu genus infandum lethi) depascitur artus.

VII. Vers. CCVIII.

iterum statim:
Vtq; erat in pugnam, Martemq; & prælia & hostem
Ignarus, & magno audendi ardebat amore.

venu-

venustius erit, si legas: VIII.[a] *Vers. ccxviii*

——— & magno audiendi ardebat amore.

adhuc statim:

Perculsus immani serpens euoluitur antro. scribe:

Perculsus hinnitu serpens euoluitur antro.

præcessit enim iam:

Iamq; vbi feralem strepitu circumtonat aulam

Cornea gramineum persultans vngula campum, &c.

Pergit Silius in eadem Romanorum cum serpente Pœnico pugna: IX. *Vers. ccxxx. bis correctus.*

——— omnis anhelans

Attonitus serpente & equus, frenoq; teneri

Impatiens, crebros exspirat naribus ignis.

emenda:

——— omnisq; anhelat

Attonitus serpentis equus, frenoq; teneri

Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.

Plura his attexerē, Scheiffarte generosissime, nisi hoc scribendi genus non alia re magis, quam breuitati commendari scirem: quam iampridem aurem mihi vellere sentio, & parebitur profecto illi. Vale.

EPISTOLA XXIII.

Franc. Modius Danieli Prinzio v. cl. S. Vratislauiam.

SI, vt censent Stoici, sapientes sapientibus etiam ignotis amici sunt, cur non docti doctis, & optimarum artium in studiis dediti optimarum artium studiosis? etsi nos inter nos ignoti esse non possumus, clarissime Prinzi, qui biennio integro, quo eodem vterq; in Vbiis viximus, in templorum porticibus, in foro, alibi totiens sermones de miserabili reip. vbique hoc nostro afflictissimo seculo statu in præsens, & spe exigua in futurum, miscuimus, vt non possis non, admonitus præsertim, in memoriam redire si non nostri nominis, quod, vt obscurum ad te in tanta functione versantem, & Cæs. Maiestatis negotia procurantem minus fortasse permanauit, certe ratiocinationum & vultus adeo ipsius mei, denique certe hærent, hærebuntq; in animo scripta, totiens a te sapientissime dicta, & varii variis temporibus pro re habiti prudentissime sermones, captumq; tenebit ætatem egregia illa humanitas tua, qua in supplenda chronologia quadam & bonorum virorũ precib. ad nostri temporis annos producenda, me tibi argumentis ēt adiuuandum existimasti. quippiam quoq; tamen etsi minus tecer, an parum sit cōmunes vtrique esse amicos aliquammultos, in iisque facile principem in Agrippina Vbiorum Colonia Ioan. Metellum

Sequanum IC. tum Herbipoli Ioannem Posthium archiatrum? viros omnium, sed desino tibi eos laudare. qui, vt merito illos facis maximi, ita vt spero, in nobis in amicorum numerum recipiendis eorum quoque, vt alibi, iudicium es secuturus: interea dum ego de obseruationibus quibusdam minutis in epigrammatographorum salsissimo tuum exspecto. Lib. v. Epigr. LIV. ad Bassum:

I. Martialis notatus lib. x. Epigr. LIV.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyestem?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion, vel, si non placet hic, Phaeton

non pronuntio vllum in hoc epigrammate inesse mendum, pono tamen versum secundum in libro scripto, quem amici cuiusdam mei munus possideo sic conceptum:

Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?

vt intelligatur, scriptio est, aut simile quid. solent sane non inuiti quædam talia eleganter colligenda relinquere potius, quam exprimere poetæ, maximeque huius generis, vtpote cuius omnis laus in arguta breuitate. Epigr. XLII. cuius lemma, De Etrusci thermis lib. VI.

II. lib. VI. Epigr. XLII.

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

plane scribo ex libro scripto:

Concepto potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

ad cuius rei explicationem, plenioremque intelligentiam legantur Cornelius Celsus lib. II. cap. XVI. itemque lib. III. cap. XXVII. & M. Vitruuius de Architectura lib. v. cap. x. ibi. *Laconicum sudationesq; sunt coniungenda tepidario.* ad quæ multa apposite vir incredibilis industriæ, & eruditionis cuiusdam singularis Gulielmus Philander Castilionius. Vaporem autem, vt hoc obiter etiam addam, pro calore posuit Martialis; quo concepto siue arido, qui mos Laconum, ad ignem, vnde Dioni πυριατήριον λακωνικὸν dictum, siue vdo, qui delicatiorum ad aquas natura, aut admoto igne calidas, sudor expellitur. sicque adeo locutus Deus Poetarum, cum ait:

——lentusq; carinas est vapor.

ignem notans. & Columella, vbi lib. v. cap. x. *minusq; vaporis æstate per angustum os penetret*, dicendo, *vaporis* vocabulo calorem æstiuum signauit. Præter cetera autem huc facit, quod apud Plinium Secundum Epist. XVII. lib. II. alibi ita emendabimus. *Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus sublicis conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit, & ministrat.* sed nimii hic profecto sumus, cum for-

tasse

tasse vulgata lectio recta sit, vaporem aridum accipiendo pro sudore, vt Celsus vocat, asso, id est, ignis solius vi elicito, ad discrimen eius, quem aquæ calidæ cient. lib. VII. Epigr. XLV.

Commendare tuum dum vis mihi carmine munus, III. Lib. VII. Epig. XLV.
Mæoniaq; cupis doctius ore loqui,
Excrucias multis pariter, me, teq; diebus,
Et tua de nostro, Prisce, Thalia places.
Divitibus poteris musas elegosq; sonantes
Mittere, pauperibus munera pexa dato.

legit eruditissimus Turnebus:

Et tua de nostro, Prisce, Thalia iacet.

quod valet cum nostro damno & iactura, qua forma apud Plautum est: *Si de illarum cœnaturus vesperi es.* quam lectionem vt vel hominis caussa, vel quia a libris est, recipiendum censeo, ita hæreo in istis: *pauperibus munera pexa dato.* pro quibus cum viri docti substituant item ex libro veteri: *pauperibus munera plana dato.* quod est, inquiunt, carminibus non condita, videndum an locum habere possit, quod in laudato iam sæpe libro reperi: *pauperibus munera plena dato.* vt *plena munera* vocet, cito data, cum ea, quæ tarde tribuuntur beneficii gratiam mora sua aut plane infringant, aut leuiorem facere soleant. Lib. VII. epigr. XLVI. Ad Cestum puerum:

Quanta tua est probitas, quanta est præstantia formæ, IV. Lib. VIII. Epig. XLVI.
Ceste puer, puero castior Hippolyto,
Te secum Diana velit, doceatq; natare,
Te Cybele secum vellet habere Phryga.
Tu Ganymedæo poteras succedere lecto,
Securus domino basia sola dares.

repono ex m. s. phrasi græca:

Securus domino basia sola dare.

simili locutione vsi poetæ omnes fere, ipsique adeo IC. vt l. ait Prætor. de priu. cred. *Quod postea contractum erit, quam is, cuius bona venierint, consilium receperit fraudare.* & alibi sæpe, vt videre est exempla compluria in vnum congesta apud Ant. Augustinum Emend. lib. II. c. I. de re autem consulendus Lucian. in Iouis & Ganymedis dialogo. Lib. IX. epigr. XIV. De Earino Domitiani:

Nomen habes, teneri quod tempora nuncupat anni, V Lib. IX. Epigr. XIV.
Cum breue Cecropiæ ver populantur apes.
Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingui,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.
Nomen Erythræis quod litera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quod penna scribente grues ad sydera tollant,
Quod decet in sola Cæsaris esse domo.

VI. Epigr. LI. in m. s. est:

Quod penna stridente grues ad sydera tollant.

de quo te arbitrari, doctissime Prinzi, volo.

Epigr. LI.

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quæ breuitate placent.
Confiteor, sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prælia, magnus homo es.

in libro manu exarato est: *sed tu bis senis grandia libris. Q. s. P. p.* vt fortasse numerum eum in libris quoque suis ad ostentationem tenere voluerit hic, quisquis fuit, Gaurus, quem Virgilius in Æneide, quasi simile aliquid ei daturus quam etiam hac parte æmularetur.

VII. Lib. x. Epigr. XX. Lib. x. Epigr. XXX.

Hic summa leni stringitur Thetis vento:
Nec languet æquor: viua sed quies Ponti
Pictam phaselon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis æstatem
Multa salubre purpura venit frigus.

probo & amplector scriptam lectionem:

Mota salubre purpura venit frigus.

notius quam vt dici debeat: iactata veste ventulum sibi solere facere etiam nostras Veneres.

VIII. Epigr. LV. Epigr. LV. *Idem* (loquitur de eo, quo viri sumus) *post opus & suas palæstras,*

Loro cum similis iacet remissus:
Quanto sit leuior Marulla dicit.

m. s. liber referebat: *Loro cum similis iacet remisso.* quod mihi adhuc displicere non potest propter Petronii lorum in aqua.

IX. Epig. LXVII. Epigr. LXVII. *Tu licet ediscas totam, referasq; Corinthon, Non tamen omnino Lælia Thais eris.* oportune subiicit manu exaratus liber *Lais* pro *Thais*, vt sit etiam allusio ad nomen Læliæ græcissantis, quam ne omnibus quidem Veneribus & blanditiis meretriciis Corinthi perceptis ideo fore Laida tamen dixit, quod hoc nobile Corinthi scortum immenso pretio noctes suas addicens, prouerbio locum fecerit, Non cuiuis Corinthon adire fas esse. de quo scitû etiam illud Demosthenis, qui pretio, quod exigebat procax meretrix, deterritus, licet eius caussa Corinthon venisset, re infecta rursus decedens ait: οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Thais autem Alexandrina meretrix, quam a Menandro adamatam & decantatam, ob hoc poetarum in suo genere princeps Menandream appellauit, quæque solebat glubere magnanimos Thesei nepotes, nihil cum hoc loco commune habet.

Videatur A. Gellius, Noct. Atticar. lib. I. cap. VIII.

Vale.

EPISTOLA XXIV.

Franc. Modius Nicolao Reusnero IC. S.

QVod tanto tempore iam taceas, Reusnere, & miror, & queror. eo magis, quod non facile te pati solere officium hic tuum ab amicis requiri, & ab aliis sæpe audierim, & ipse quoque anno expertus sim. magnum igitur aliquid sit oportet, quod te tot iam mensibus a scribendo abstinuit, verum quaecumcunque etiam sit, vel furtim ad officium redi, & cum poteris, has meas in Lucano Eclogas vide.

Lib. IX. versu 627. I. *Lucanus notatus lib. IX. vers. IↃCXXVII.*

Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus

Accipit Oceanum demisso sole cadentem, &c.

rectior lectio scripta:

——*vbi feruida tellus*

Accipit Oceanum demisso sole calentem. II. *vers. IↃCXIII*

nec argumentis opus est; res ipsa clamat, quod dico verum esse.

Deleo etiam versu præcedenti 618. de serpentibus: III. *Versu IↃCXXCIV.*

Morsu virus habent & fatum in dente minantur τὸ *in.* quid enim eo opus est? Versu 684.

Vultusq; gelassent

Perseos auersi, si non Tritonia densos

Sparsisset crines, texissetq; ora colubris.

malo cum libris nostris membranaceis: *vultusq; gelassent Perseos auersi* præcessit enim:

Ipsa regit trepidum Pallas, dextraq; trementa

Perseos auersi. Cyllenida dirigit Harpen.

Versu 737. IV. *Versu IↃCCXXXVII.*

Has inter pestes duro Cato milite siccum

Emetitur iter, tot tristia fata suorum

Insolitasq; videns paruo cum vulnere mortes.

melius membranæ:

Insolitasq; videns paruo c.v.m.

Et paulo post: V. *Vers. IↃCCCLII.*

——*totaq; furens exquireret agris*

Quas poscebat aquas sitiens in corde venenum.

pro quo vulgo male est: *totusq; furens e.a.* VI.

Lib. VII. versu 143 *Lib. VII. ver. CXLIII.*

Auget eques stimulos frenorumq; optat habenas.

referunt aliquot scripti codices, quibus vius optimus & diligentissimus Pulmannus: *frenorumq; arctat habenas.* mihi tamen placebat Weidnerianum: *frenorumq; aptat habenas.* & sic Silium quoque mecum loqui memini.

Versu 312. VII. *Vers. CCCXII.*

——*vincat quicunq; necesse*

Non putat, in victos sauum distringere ferrum.
Quiq; suos ciues, quod signa aduersa tulerunt,
Non credunt fecisse nefas.
concinnius erit:
Non credit fecisse nefas.
VIII. nec aliter libri veteres, quos ego consului.
Versu CCCCLX. Vers. 460.
Vt rapido cursu fati suprema morantem
Consumsere locum, parua tellure diremti
Quo sua pila cadant, aut qua sibi fata minentur
Inde manum spectant: tempus, quo noscere possint
Facturi qua monstra forent. interpolo ex fide sex manu exaratorum librorum:
Vt rapido cursu fati suprema morantem
Consumsere locum, parua tellure diremti,
Vnde manus spectant, vultusq; agnoscere possunt,
Quo sua pila cadant, & qua sibi fata minentur,
Facturi qua monstra forent, &c.
IX. Versu 623.
Versu DCXXIII.
Quis steterit, dum membra cadunt, quis pectore tela
Transmittet, vel quos campis affixerat hasta.
plane lego legendumque arbitror:
Quis steterit, dum membra cadant, quis pectore tela
Transmuttet, vel quos campis a. h.
qui mos loquendi manauit a Græcis.
Versu 733,
X. *Protinus hostili statuit succedere valle,*
Versu DCCXXXIII.
Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror,
Non veritus graue ne fessis, ac marte subactis
Non foret imperium, non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat. probo scripturam veterum codicum, qui referunt:
Non veritus graue ne fessis, ac Marte subactis
Hoc foret imperium
XI. Versu 834.
Versu DCCCXXXIV.
——nunquam tanto se vulnere cœlum
Induit, aut pluries presserunt aera pennæ.
& hic quoque malo *nusquam* quam *nunquam*, non tantum, quia in libris melioris notæ ita legitur, verum etiam quia sententia magis poscere videtur.

EPISTOLA XXV.

Franc. Modius Iano Gulielmo S.

MIrabuntur fortasse nonnulli, Iane Gulielmi amicorum optime, quod cum alibi dixerim minus mihi eorum institutum

tutum placere, qui sola ariolandi fiducia nitentes scriptorem aliquem in integrum restituendum suscipiunt: nunc ipse coniiciendi artem in his epistolis nonnunquam tentem, tanquam, quod in aliis non probo, mihi laudi futurum existimem: quamque aliis negem, mihi veniam indulgeam. sed longe aliter se res habet, quam verba mea a quibusdam immeritissimo accepta inuitissimus post intellexi. nunquam enim non eorum industriæ faui, qui iudicii bonitate, ingenii felicitate subnixi. memoriaque multarum rerum, & eruditione plurima, ac assidua tractandi bonos scriptores consuetudine confirmata, adiuti, quamplurimos sibi auctores, emaculatis quæ passim in iis contaminata occurrebant, demerendos existimarunt; & non inuitus huc ipse quoque, quamuis tenuitatis meæ & paupertatis hic satis mihi conscius, descendo, vt experiar, an in m. s. & veterum codicum inopia, modo hos, modo illos aliqua mihi deuincire possim. sed est alia longe res aliquam multa, adde, si vis, quamplurima, aut etiam innumera loca in aliquo scriptore emendare, alia totum integrum præstare. atque hoc posterius est, quod sine libris vix fieri posse arbitrabar. Alioqui, quis Scaligeri, Lipsii, Palmerii, tuam denique felicissime positam in hoc genere operam non admitteret. ego certe, vt ante iam a me dictum est, ea in tantum delector, vt interdum, licet non ignorem, quanto me antecedatis interuallo, ingenium quoque meum coniectando periclitari sustineam, de euentu securus, quod meras coniecturas dum esse profiteor, liberum cuilibet de eis iudicium relinquam, & quidem de aliis alibi alii videbunt: tenuuc has considerare par est. Panegyrico dicto Constantino Constantii filio. *Ex quo ipso apparet, quam magnum sit vicisse tam prodigos sui: facile est vincere timidos, & imbelles, quales amœna Græcia, & deliciæ Orientis educunt: vix leue pallium, & sericos sinus vitando sole tolerantes, & si quando in periculum venerint, libertatis immemores, vt seruire liceat orantes: Romanum vero militem quem qualemque ordinat disciplina, & sacramenti religio confirmat, aut trucem Francum ferina sola carne distentum, qui vitam pronectu sui vtilitate contemnat, quanta molis sit superare, &c.* lego interpolatis duobus hic locis: *Ex q. i. a q. m. s. v. t. p. s. f. e. v. t. & i. q. a. G. & d. O. e. vix leue pallium & sericos sinus vitando sole tolerantes & s. q. i. p. v. l. i. v. s. l. o. R. v. m. q. q. o. d. & s. r. c. aut trucem Francum ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vtilitate contemnat q. m. s. s. &c. Victus sui* hic legendum etiam ab Henrico Stephano animaduersum est *vtilitate* autem ex *vtilitate* faciendum, idem, quod aliud agens fortasse hæc tractauit, aut non vidit, aut operis suis persuadere non potuit. conueniunt autem hæc verba cum eo, quod ait alibi Vegetius: contemnere maxime vitam eos potis-

I.' Panegyris dicta Constantino Constantii F. de coniectura emendata duobus locis.

II. Et latinus Drepanus Pacatus Panegyri Theodosio A. dicto.

simum, qui quamminimum in illa nouerint deliciarum. porro *vix leue pallium & sericos sinus vitando soli tolerantes*, scripsi, quod optimos quosque scriptores sic loqui viderem, nisi sæpe in similibus phrasibus a sciolis iniuriam acciperent, nominatim Lat. Drepanus Pacatus panegyrico, quem Theodosio Aug. dixit: *illos tenero pellucentes amictu, & vix leue carbasum vitando sole tolerantes, alterno concussa tinnitu sistra ducebant.* scribo: *vitando soli tolerantes.* sed iam ad priorem panegyricum nostrum reuertamur, in cuius statim initio quod est:

III. Rursus Panegyris Constantino dicta interpolata.

Experiar igitur vt possum, quamquam oppletus viribus tuis, vt sic dixerim susurrare sine æmulandi fiducia, cupidus imitandi. mutandum arbitror in: *E. i. v. p. quamquam oppletus* (siue, quod malim, *oppressus*) *virtutibus tuis vt sic dixerim susurrare sine æmulandi fiducia, cupidus imitandi.* Non longe: *Mille & sexaginta*

IV. Et tertio.

annis contracti ex toto orbe auctoritas, monstrum illud redemtus ad ciuile latrocinium maribus ingesserat, ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis passim donando, vsque ad mortem deuotionis obstrinxerat parricidas omnes. nescio quæ sit mors ista deuotionis, quare arbitrabar, maxime cum Gallum hominem panegyrici huius auctorem credere cum aliis libeat; *vsque ad mortem deuotionis*, esse legendum. qui qualis in hac gente fuerit, ex Cæsare cognoscere licet. alioqui enim passim in iure nostro, & Historicorum, poetarumque monimentis, *deuotissimi milites* & *deuotissimæ legiones* appellantur. Panegyrico, quem

V. Mamertinus Panegyrico Iuliano dicto emendatus.

Mamertinus Iuliano Imp. dixit: *Nulli gratificemini: in neminem sæuiatis: toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur: sic lectulus etiam sine inconcessis, sed legitimis voluptatibus, Vestalium thoris purior.* scribo: *sit lectulus etiam sine concessis, & legitimis voluptatibus, &c.* talis enim fuerit necesse est, vt comparationem lectuli Vestalis mereretur, nisi forte scripserat Mamertinus, quod tamen longius a libris recedit: *sit lectulus non tantum sine inconcessis, sed etiam legitimis voluptatibus, Vestalium thoris*

VI. Iterum vno atque altero loco.

purior. Paulo post: *Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia principis nostri rude, (vt vrbanis istis videtur) come, subrusticum, blandimentis adulantium repugnat, pecunia vero aliena tanquam rei innoxia, actum reformidat.* non satis placet illud, *come.* fortean scribendum, *income* ea forma, qua apud Tertullianum alibi repono ex membranis, *inbonus.* quod vt arbitrarium, ita illud certum videtur, mox reponendum: *pecunia vero aliena tanquam rei noxia tactum reformidat.* Minimi momenti

VII. Tertio.

est, quod sequitur, moneo tamen ibi: *Quis, oro vos, plura præbuit fidei constantiæque documenta? omnes, quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet Imperator affectu: nemo gradu pulsus,*

VIII. [illegible]o.

nemo habitu prohibitus. hic inquam legendum: *nemo abitu prohibitus.* Sub finem: *O mihi festinatua beneuolentia gratissimum pondus.*

pondus. scribo: *O mihi festina tua b.g.p.* præcessit: *Non abnuam: præfecturas & consulatus multis esse delatos, sed his post immensos labores honos quasi debitus restitutus est: mihi, cum iam honorem adeptus sim, nunc demum vt merear, laborandum est: versa ratione temporum, permutata munerum vice, modo enitendum est, vt præmio dignus exsistimer, cum iam præmium acceperim.* Vale. Bambergæ x. Cal. Maias LXXXII.

EPISTOLA XXVI.

Franc. Modius Iano Palmerio S.
Bonnam.

VErum opinaris, mi Palmeri, versor adhuc in adornandis Nouantiquis meis. sic tamen, vt me magis, si, quod res est fatear, exerceat, quam delectet hic labor. scis ipse, quam sint paucorum hominum, quæ in hoc genere etiam in grauissimis auctoribus notantur. ego autem hic mihi rem esse volui non cum primi census scriptoribus, sed qui sequuntur primos. vnum enim excipe Ciceronem, in quo leuiuscula quædam (quod post tot eruditissimos viros, quibus ille proprius labor, necesse fuit) deprehendere visus sum; reliqui fere, quos hic attigimus, vt tempore, ita & doctrinæ laude posteriores sunt, quam vt in maiorum gentium quodammodo auctoribus hærere possint. quo etiam minor ex ipsorum in integrum qua pote, restitutione fama exspectanda est, scio, sed nos hoc in hisce epistolis non agimus, quibus vnum illud propositum hic est, rempublicam literariam pro nostris quoque opibus in tanta ingeniorum copia adiuuare. & adiuuabimus profecto, si quo me in Curtio ante, nunc quoque in Silio iudicio aut recte sentientem confirmare, aut errantem corrigere dignaberis. quod te quæso & oro, mi Palmeri, vt notas præcipue sequentes diligenter notes, ita enim demum arbitrabor quædam tibi placuisse, si quædam displicuisse significaueris. sed ad Silium, cuius lib. v. versu 442 hæc verba sunt: I.

Silius emendatus lib. v. versu CCCCXLII. bis 441.

> *Aspirare viro propiorem q; addere mortem*
> *Haud visum cuiquam, laxo cum belua campo*
> *Incessabatur cunctis ex agmine telis.*

aio scribendum videri ex membranis:

> *Aspirare viro, propioremq; addere Martem*
> *Haud ausum cuiquam, laxo seu belua campo*
> *Incessabatur tutis ex agmine telis.*

Eodem lib. II.

Versu CCCCX... iterum...

> *Turbatos ima properans consumere peste*
> *Corripit aratam iamdudum in colle bipennem.*

sermo est de Siculis, qui mortis vitandæ in arbores suffugerant. vnde putat Marsus recte hic legi, *ima peste*, cum hac inter-

pretatione, arbore ab imo excisa, aliquid dicit, sed mihi tamen, spero etiam tibi, Palmeri, magis placet scripta lectio:

Turbatos vna properans consumere peste,
Corripit aratam iamdudum in bella bipennem.

aut certe, vt mihi hæc scribenti in mentem venit:

III. *Corripit aratam iamdudum in colla bipennem.*

Versu 10V. *rursus semel atque iterum.* quod tamen minus placet. Sequitur de arbore elegans comparatio:

Fluctuat infelix concusso stipite turba,
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronde super tremuli vix tota cacuminis harens
Luctatur, nido pariter luctante, volucris.
Procubuit tandem multa deuicta securi
Suffugium infelix miseris, & inhospita quercus,
Elisitq; viros spatiosa magna ruina.

quæ, quid est cur dubitemus, auctoribus libris scriptis præsertim ita corrigere?

Fluctuat infelix concusso stipite turba,
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronte super tremuli vix tota cacuminis harens
Iactatur, nido pariter nutante volucris.
Procubuit tandem multa deuicta securi
Suffugium infelix miseris, & inhospita quercus,
Elisitq; virum spatiosa membra ruina.

IV. Statim:

Versu 10XL. *duob. tribus item locis.*

Occubuere simul Fontanus, Bucca canorum
Transfixi guttur, pressoq; e vulnere cuspis
Prospexit terga, hunc tristes m fere Fregellæ.
Multiplicem proauis hunc mater Anagnia fleuit.

quæ ita emendare licebit:

Occubuere femur Fontanus, Buta canorum
Transfixi guttur, pressoq; e vulnere cuspis
Prospexit terga, hunc tristes luxere Fregellæ,
Multiplicem proauis hunc mater Anagnia fleuit.

Versu ab his VIII.

V. *——Viridasius armat*

Vers. 10LI. *Mille viros, nulli melius vel ponere castra,*
Vel iunxisse ratem.

vera scriptura est:

——nulli victus vel ponere castra,
Vel iunxisse ratem.

VI. Mox est:

Vers. 10CVII. *T[illegible]m præceps ruit in medium, cælumq; fatigat*
F[illegible]minium incessens, &c. sed quod ita scribi & ipsum quoque debeat:

Tam

Tum praeceps ruit in medios, solumq; fatigat VII.
Flaminium incessens. describitur Hanniba!, Flaminium, in vl- *Versu*
tionem interfecti modo ab eo Sichæi, ad singulare certamen IƆCXIX.
prouocans. Iterum mox:

Donec pulsa vages cursus ad litora vertit
Mentis inops, stagnisq; latebat Daunia pubes.

emendetur:

——stagnisq; inlata est Daunia pubes.

Et scribatur post pauca, vbi vulgo legitur:

——namq; agmina denso VIII.
Primores sumentum saxa ad discrimina Martis *Vers.* IƆCLV.
Insensi superis, dextraq;. hic, inquam, scribatur:
——saxa ob discrimina Martis
insensi superis, &c. atque ita habeat cum libro v. Silii finem
Epistola quoque nostra. Vale.

EPISTOLA XXVII.

Franc. Modius Sebastiano Neustettero, cognomento Sturmero, Equiti Franco S.

EGregia & perspecta mihi dudũ humanitas tua facit, generosissime Sebastiane, vt non verear harum quoque, quas nunc in Censorini Natalitium parturio, ineptiarum, seu quocunque alio viliori nomine appellare has non magnæ rei notas libebit, arbitrum te capere & scilicet hunc esse morbum etiam omnibus iis in pectore, qui huic criticæ se dediderunt, vt non satis habeant domi insanire, nisi & foris quoque viros primarios testes huius sui furoris magna ambitione anquirant, recte hoc, aut illud sic ab se deliratum esse adeo, vt, contra quisquis sentiat, nihil sentiat. Ergo etiam merito ridemur a plerisque, vt qui mentis parum sanæ ieiuna hæc, neque rei familiari, neque, quod proximum saltem, famæ augendæ studia consectemur. non tamen a te & tui similibus scio, vir nobilissime, qui ita existimas, & recte existimas, nos priuatim quidem nobis neque rem, neque gloriam parare, sed publice certe, si non viris doctis, tyronibus saltem in his literatis literis non parum & prodesse, & sæpius iam ab hinc annis centum, & quod excurrit, profuisse. in quorum tyronum numero cum nunc versetur, de quo magna omnia sperare te iubeo, maximus natu tibi filius Ioan. Christophorus, adiectus iampridem in amplissimum collegium nobilissimorum & reuerendissimorum canonicorum Herbipolensium, versaturaque sit mox etiã & fratris exemplum imitatura reliqua quoque tua proles mascula, quam tibi Deus opt. max. indolis optimæ, vultusque plane ingenui, & numerosam iam nunc dedit, & porro, vt spero optoque, numerosiorem etiam mox daturus est. putabis, sat scio, me

I. *Censorinus de die Natali cap. XIV. bis, ter interpolatus.*

hic in reliquis ipsorum quoque studiis, quod potuit, commodare voluisse, & fortasse etiam nonnihil commodasse, sed ad Censorinum, qui cap. XIV. libelli de die Natali ita inter cetera ait: de ætatis gradibus, quos ex Varronis sententia quinque recenset. *In quarto usque ad LX. annum, sensores vocitatos: quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde usque ad finem vitæ uniuscuiusque, quintum gradum factum, in quo qui essent, senex appellatur, quod ea ætate corpus senio laboret. Hippecrates Medicus in septem gradus ætatum distribuit finem vitæ uniuscuiusque. Primæ putauit finem esse septimum annum.* Itane vero, Censorine, finem cuiusque vitæ in gradus septem diuisit Hippocrates? at ego audieram totum vitæ cursum ad finem usque totidem quasi spatiis decurri. & profecto decurritur, neque tu aliter sensisti. sed hic quoque fœdissimæ illæ Harpyæ, omnia contactu suo contaminantes, te inficere, a quarum nos spurcis sordibus totum locum ita membranis, pro Zetho & Calai usi, repurgamus. *In quarto adusque LX. annum seniores vocitatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde usque finem vitæ uniuscuiusque quintum gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod ea ætate corpus iam senio laboret. Hippocrates Medicus in septem gradus ætatem distribuit, finemque primæ putauit septimum annum.* Ita, inquam, hæc ex m. s. codice emendamus, reliquaque omnia, quæ in vulgatis exstant, spuria & illegitima pronuntiamus. *finemque primæ*, cum dicit, ad ætatem referendum, quam septemplicem in septem partes diuisam facit. Paulo post:

II. *Eod. cap. rursus ter quater emaculatus.*

Quem terminum [LXXXIV. annorum puta] *vitæ si quis præterit, facere idem quod stadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem pracurrunt. Hetruscisque libris, fatalem ætatem hominis XII. hebdomatibus describi, Varro commemorat, quæ ad decies septenos annos posset, fatalia deprecando, rebus diuinis proferre, ab anno autem LXX. nac postulari debere, nec posse a Diis impetrare.* scribo, emendo & distinguo, siue interpungo hoc modo: *Quem terminum si quis præterit, facere idem, quod stadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem procurrunt. Hetruscis quoque libris fatalibus, ætatem hominis XII. hebdomatibus describi, Varro commemorat: quæ quidem ad decies septenos annos possit fatalia deprecando rebus diuinis proferri, ab anno autem septuagesimo nec postulari debere, nec posse a Diis impetrari.* dixi ita mihi hunc locum legendum videri, nunc dicam, quare videatur. primum illud *vitæ* a m. s. aberat, neque sane eo opus. satis enim arguit non de agri termino hic agi, quod præcedit: *spatium plenæ vitæ IV. & LXXX. annorum esse dixit.* dein, *procurrit*, erat in eodem m. s. & Aldino exemplari, neque aliud illud admittit sententia, & res, qua de hic sermo est. tum, *libris fatalibus*

non

non, *atatem fatalem*. idem adhuc m. s. refert. nec aliud hic quoque sententia patitur. quid enim vanius, quam hominis fatalem ætatem esse LXXXIV. annorū? atqui de libris Hetruscis fatalibus alibi sæpe mentio est. denique *qua quidem*, scripsi, quod in m. I extare viderem, *qua dum*, & suspicarer propter similitudinem syllabæ præcedentis *qui* ab exscriptore omissum, posteaque ab alio eo *dem* quod restaret, nihili in *dum* mutato hæc esse interpolata, vt in membranis exstant. postremo, *preferri & impetrari* reposui, quod ita partim eædem membranæ haberent, partim Aldina etiam editio. Eodem adhuc capite: *Hinc animaduertere licet, neq; post* CX. *annos, vti referuntur ludi statutum esse seculum, neq; post* XC. vitiosissima scriptura, & quidem vitiosa nuce vitiosior, quam ita emendandam aio: *Hinc animaduertere licet, neque post centum annos, vt hi referrentur ludi, statutum esse, neq; post centum decem*. nullus hic seculo locus, vbi docetur ex iis, quæ præcesserunt, satis constare posse, non semper obseruatum fuisse, vt seculares ludi centesimo quoque anno, aut, vt alii volunt, centesimo decimo celebrarentur. quod tamen subiungit deinde, vt maxime obseruatum aliquanto fuisset, non propterea statim sequatur, totidem annis seculum contineri. cum constet anno V.C. CCXLIV quod spatium temporis omnium confessione seculo minus est, ludos seculares nondum institutos fuisse. III. *Adhue eod.*

IV. *Et quarto suppletis lacunis duab. etiam emēdatus.*

Eodem XIV. cap non longe a fine *Praterea fieri potest, quod refert Varro, quod Dioscorides Astrologus scripsit Alexandria, inter eos, qui mortuos solent conseruare, hominem plus centum annis viuere non posse. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint, sine corporis tabe: ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa atatis & diminutiones conseruent. Et anniculi pendere unas drachmas: bimi: quatuor: & sic in annos singulos vsq; ad L. accedere binas. Ab his centum drachmis atque anno L. item decedere in unoquoque binas. Ex quo perspicuum sit, centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius posse produci.* elegantissimus mehercule locus, sed ita turpiter deprauatus, vt sensum ex eo commodum elicere Oedipi alicuius vix queat solers acumē. videbimus igitur nos, an ita forte possit emaculari: *Praterea fieri potest, quod refert Varro, quod Dioscorides Astrologus scribit Alexandria inter eos, qui mortuos solent conseruare, constare, hominem plus centum annis viuere non posse: id cor humanum declarare eorum, qui integri perierunt sine corporis tabe: ideo quod multis annis pendendo cor omnis atatis incrementa & diminutiones conseruent. Et anniculi pendere duas drachmas: bimi quatuor: & sic in annos singulos vsque ad L accedere binas. Ab his c. d. a. a. L. i. a. i. v. b. Ex quo perspicuum sit, centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius vitam posse produci.* constare

certe illo, quod in editionibus omissum, ex membranis in locum suum restitui plane opus esse, sensus clamat, magisque adeo opus, quam *τὸ conseruare*: quod, cum in eisdem membranis nullum esset, ideo tamen retinui, quod editiones omnes illud consentienter retinendum monerent. tum quod pronus error exscriptori, ex duobus verbis alterum omittere. vt ipse omittam Plinium quoque me huc impulisse, cuius hæc sunt mire ad totius loci emendationem facientia ex cap. XXXVII. lib. XI. *In quorum corde & boum ossa reperiuntur interdum. Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere, ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis Ægyptii existimant, quibus mos est cadauera asseruare medicata.* Faciunt hæc huc, dico, ita apposite, vt de ratione, quam tenui in reliquis porro emendandis, verbum mihi vltro faciendum non existimem, cum satis ex eis constet, illa: *pendendo cor omnis ætatis incrementa & diminutiones conseruent*, de pollinctoribus & curatoribus cadauerum apud Ægyptios accipienda, qui longa experientia omnis ætatis hominum ab anniculo puero ad senectionem centenarium corda appendendo, & ad libram explorando deprehenderint, & obseruarint, hunc vitæ humanæ quasi terminum ad quem vsque feliciter te, generosissime Sebastiane, valere opto. Wirzeburgi postridie Cal. Decembr. anni CIↃ, IↃ. LXXXIII.

EPISTOLA XXVIII.

Franc. Modius Iacobo Susio v. n. S.
Antuerpiam.

MItto ad te, amplissime Susi, pauculas has in Silium notas, & mitto, non, vt ad otiosum, quem sciam nunquam id minus esse, quam tum cum maxime est: sed vt ad illum, cui etiam occupatissimo similes commendationes adeo nihil mole-
I. *Silius lib. VIII. Vers. XLI. bis emaculatus.* stiarum afferre, vt etiam ipsas molestias plerumque solari consueuerint. Igitur eius, quem dixi poetæ libro VIII. hæc sunt Annæ Perannæ ad Iunonem verba:

Haud, inquit, tua vis nobis præcepta morari,
Sed fas sit cantum quæso retinere fauorem
Antiqua patriæ, &c.

sed quæ minus probe circumferantur, & ita a me, aut membranis potius, in quibus est *Sit fas, sit cantum*, coniectura nostra leuiter adiutis corrigi poterunt:

Haud, inquit, tua ius nobis præcepta morari,
Sit fas, sit tantum, quæso retinere fauorem
Antiquæ patriæ, &c.

cupio, inquit, o Iuno, tibi parere, precorque & opto facto meo veniam,

veniam, si patriam Romanis præfero, tametsi diuinis me illi honoribus afficiant, & inter numina sua numerent. Versu XIII. ab iis, quos modo allegaui: II. Versu LV.

Despectus tædæ regnu se imponit Hyarbas,
Et tepido figit arma rogo, quis rebus egenis
Ferret opem Nomadum late terrente tyranno?

contra mensuram est medius versus: transponunt igitur verba alii, leguntque: *Et tepido arma rogo figit*. recte quoad numeros, male quoad sententiam. quid enim armis opus fuit, cum, vt ait Ouidius:

Protinus inuadunt Numidæ sine vindice regnum,
Et potitur capta Maurus Hyarba domo.

aut si maxime opus fuisset, cur illa rogo figerentur? manifeste scribendum missis deliramentis quorundam: *Et tepido fugit Anna rogo*, vide Ouidium libro Fastorum III, elegantissime hęc eadem describentem. Ait eadem Anna de Didone sorore Æneam mox alloquens: III. Versu XCII.

Inde amens, nunc sydeream Iuliq; tuamq;
Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente
Ad vultus conuersa tuos, ab imagine pendet.

scribe versu primo:

——*nunc sydeream fulgentis Iuli*
Effigiem fouet amplexu.

bene conuenit fulgor sydereo vultui. solebant porro heroinæ virorum, seu quos pro viris haberent, effigies ex cera domi habere, hinc Ouid.

Si potes, & ceras remoue, quid imagine muta
Carperis? hoc periit Laodamia modo. De remediis amoris.

vide eundem Ouidium de eadem Laodamia, quæ contabuit viri effigiem assidue fouendo Epistolis heroidum. meminit & Virgilius, Didonem Sichæi viri sui imaginem quoque domi habuisse. Sed pergamus: IV. Versu CXXV

Quæ (somnia s.) *dum abigo menti, & sub lucem, vt visa secundent*
Oro cælicolas, ac viuo purgor in antro.

legendum:

——*ac viuo purgor in amni.*

huius enim vsus in omnis generis purgationibus: Virg.

Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

& alibi:

——*donec me flumine viuo*
Abluero. & somnia quidem mane summo expiabantur. Mox eadem adhuc narratione Annæ de Didone: V. Versus CXLI. vt surrepti- tius obelo confossus.

In portus amens rorantia flumina flexit,
Atq; hæc sparsa coma diuis in morte profudit:

Dii

Diis longa noctis, quorum iam numina nobis
Mors instans maiora facit, &c.

tibi tuas res habeto, quisquis es, qui versum illum:

Atq; hac sparsa coma diuis in morte profudit.

huc infersisti. Silius emblematis tuis non vtetur. oblitus sum monere, & est exiguum, sed tamen non tacebitur. Paulo ante quoque legendum videtur:

VI. Vers. CXV.

Contra sic infit voluens vix murmur anhelum
Inter singultus, labisq; trementibus Anna.

non quomodo vulgo circumfertur:

Contra sic infit voluens sic murmur anhelum
Inter singultus, labiisq; trementibus Anna.

VII. versu CXCI.

Sequitur in verbis malo reip. Rom. nati Varronis:

Exaudi, bone dictator, quid Martia plebes
Imperitet, bello Libys Romamq; leuari.
Hoste iubet. scribo: *pelli Libyas, Romamq; leuari Hoste iubet.* & quare scribam, res clamat. hoc igitur potius dicam, & concludam epistolam. mox, quo loco est de Varrone eodem:

VIII. Vers. CCLVIII. ter, quater interpolatus

Et metuit demens alio ne consule Roma
Concidat, e Tyrio consortem acciri senatu
Non iam sera volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes, incedere noctis
Quod tardent cursum tenebras dolet, idq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

sera, inquit interpres, id est, sero; non enim tarde, sed cito vellet Carthaginensem collegam. at illi imposuit corrupta scriptura vulgata, quæ ex membranis interpolanda est:

Et metuit demens alio ne consule Roma
Concidat, e Tyrio consortem accite senatu,
Non tam sana volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes, incedere noctis
Qua tardent cursum, tenebrasq; dolet, itq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

quo modo nihil est clarius. Vale.

EPISTOLA XXIX.

Franc. Modius Iano Duza Nordouici Domino S.
Traiectum ad Rhenum.

IN Annæo Seneca grauissimo omnium & eruditissimo scriptore q̃dam curiam & saltuatim hic annotaturus, te potissimum, clarissime & amicissime Duza, eorum arbitrũ capere decreui, qui in hoc controuersiarum genere vnus & optime censere potes, &, vt spero, vel mea, vel ipsius Senecæ caussa iudicio tuo hic iuuare me non noles. Primo igitur libro de Beneficiis, vbi con-

vbi contra eos disputat, qui Gratias solutis & pellucidis tunicis ideo inducunt, quod beneficia conspici velint; vulgo ista leguntur: *Inueniam, inquit, alium poetam, apud quem praecingantur, & spissis prodeant.* optime: si libri veteres in hanc lectionem consentirent; sed & Erasmus quoque scriptum reliquit, in omnibus, quos ipse viderit, aut, *spissis phissianis.* aut certe, *Phrygianis* perscriptum exstare, & ipse mihi testis sum, non aliter in m.s. membranaceo codice, quo ab Abbate S. Stephani Wirzeburgi vsus sum, reperiri. considerandum igitur, an forte legi debeat: *Inueniam alium poetam, apud quem praecingantur & spissis Phrygianis* (seu, quod malim, vt diuersa sint tunicarum genera, *Phrygianisue*) *prodeant.* acu pictæ sane vestes & murice auroque intertextæ, quales erant Phrygianæ, mire huc conueniunt. vt autem *spissis* & *Phrygianis* absolute dixit, subintelligendo τὸ tunicis: sic apud Trogi abbreuiatorem *lugubribus* quoque per se positum inuenias. Sed ad hoc iam: *Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorum, quæ a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas.* membranæ: *quæ proxemis accipiuntur*, referunt. ego putabam legendum *quæ pro xenis accipiuntur.* tu, Duza, optime iudicaueris. moris certe fuisse, vt xenia, quæ prioribus temporibus pretio non ita cara erant, posterioribus maxima & tenuiores plane exhaurientia mitterentur, ex historiis passim constat. Mox, *Itaque boni etiam farre, ac fictili religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint.* non ambigo, quin vera sit hæc lectio, cum Cicero primo paradoxon & alii alibi ita locuti sint; sed tamen celandum non putaui in membranis diserte *fricolis* pro *fictili* exstare, vnde quod proximum est, *friuolis* faciebam. quæ Festo vasa fictilia quassa sunt, & a IC. quoque pro tenuissima & vilissima supellectili poni videntur in leg. solutum ff. de pig. actione, cum ait: *Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur.* quid quod Satyricus quoque his ea, quæ Græcis γρυτάρια sunt, intellexisse videtur, ibi: *iam friuola transfert Vcalegon.* & alibi.

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum friuola.

Paulo post; *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cælibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit eam propriam. Agros spargere, auaritiam recolligere certant. Nihil pensi habere, paupertatem alienam contemnere, suam timere. Nullum aliud vereri malum, &c.* noster m.s. quemadmodum & Pincianus quoque (qui hunc locum in medio se relinquere profitetur) in vetustis libris se inuenisse dicit; *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cælibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit.* Item

I. Seneca lib. I. de Beneficiis Cap. III. notatus.

II. Cap. V.

III. Cap. VI.

Satyra III. & V.

IV. Cap. IX. duobus locis interpolatus.

rapta spargeret, rapta erant, agri auaritia recolligere certant. Nihil pensi, &c. ex quibus faciebam: *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cœlibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit. Iam rapta spargere: sparsa pari auaritia recolligere: nihil pensi habere: paupertatem alienam contemnere: suam timere, &c.* similis periodus est, si meministi, Duza, apud Salustium tuum. Senecæ verbis turbandis fuit in primis verbum, *certant*, quod ego huc manasse mihi persuadeo ex versu illo tritissimo:

Quærere vt absumant, absumta requirere certant.

V. *Lib.* II. *cap.* XXIX. *varie interpolatus*

ad marginem forte huius loci ab aliquo studioso, vt fit, adscripto. Sed iam ad librum secundum transitionem faciamus: *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporum & vires pares animalibus habeamus, ex diuersis accidentibus bonis hominem non esse compositum iniuriam vocant, & in negligentes nostri Deos querimoniam iaciunt, quod non bona valetudo, & virtus inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia.* rursus conuenit libro nostro cum veteribus & scriptis Erasmi, Pincianique exemplaribus in eo, quod primum illa: *pares animalibus habeamus.* deinde ista: *querimoniam iaciunt*, ab illo absunt; qui etiam, *ac desidentibus* pro accidentibus, & , *& vitiu*, pro, *& virtus*, refert. vnde totum locum ita constituebam. *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporum, & vires, ex diuersis ac dissidentibus bonis hominem non esse compositum, iniuriam vocant, & negligentes nostri Deos, quod non bona valetudo etiam vitiis inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia.* leuiter mutaui *desidentibus* in *dissidentibus*, postulante sententia, quæ etiam Senecæ suæ non constabit, si *& virtus* pro *& vitiis* retineatur. nullus hic vitturi locus, vbi illud dicitur: homines libidine & vino diffluentes conuicium Diis facere, quod non in summa hac intemperantia etiam bona semper valetudine fruantur. Eodem libro: *Sic beneficium & actio dicitur beneficii, & ipsum, quod datur per illam actionem, vt pecunia, domus, prætexta. Vnum vtrique nomen est, vis quidem ac potestas longe alia.* scribendum ariolor, cum in membranis geminetur τὸ *vt*: *Sic beneficium & actio dicitur beneficii, & ipsum, quod datur per illā actionem, vt pecunia, vt domus, vt prætexta. Vnū vtriq; nomen est, vis quidem ac potestas longe alia.* ad prætextam sane, hoc est, oblatos honores pertinet, quod mox sequitur: *detracta sordes, &c.* finem faciam. vnum etiam ex libro tertio locum si addidero, non magni momenti quidem illum, sed tamen qui qualiscunque huic epistolæ modum imponet his verbis:

VI. *cap.* XXXIV.

VII. *Lib.* III. *cap.* IX.

Beneficium vocas dedisse potentis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxisse, & defendisse capitis reum. aio recte hic illud *gradus* in veteri libro abesse, & melius intelligi, quam

quam exprimi. Vtinam tantũ superiora æque tibi, mi Duza, inprimis, & a te aliis probare possim. Vale Comburgo Id. Quintilib. CIↃ.IↃ.LXXXII.

EPISTOLA XXX.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

Atqui nugæ sunt istæ, Lipsi, de Cæsaris commentariis addubitare, horne illi omnino Cæsaris, an nescio cuius Iulii Celsi. sed audi quid nuper nonnullos, & olim etiam Grammaticos quosdam moueri:, vt hi, quæ ex hisce commentariis citarent, eorum Iulium Celsum actorem laudarent, & illi, tum a libris quibusdam, vt aiebant, veteribus, tum ab hisdem ipsis, quos dixi, Grammaticis, decepti, amplius de horum commentariorum scriptore quærendum existimarent. fuit temporibus posterioribus, dico post diuisum orbis terrarum in duo summa regna imperium, quidam Iulius Celsus, clarissimatus, vt ipse de se testatur, & comitiuæ dignitate cohonestatus, qui commentarios hos magno studio a mendis repurgauit, &, quod potuit, integritati suæ restituit, addito ad singulos libros ita, vti dictum est, recognitos hoc epiphonemate: *Iulius Celsus, vir clarissimus, & comes recensui.* hinc accidit, scilicet, vt illi fungi, qui postea eum codicem exscripserunt, nobis omnia confunderent, & male censorem huius operis auctorem eiusdem esse credentes, id Iulii Celsi nomine inscriberent. in quo quidem vt magis scias me verum dicere, iube sis Pulmannum nostrum ad te mittere eum Cæsarem, quem ego cum longe antiquissimo m.s. codice, qui est Eysterbacensis abbatiæ ad Septicolles, diligentissime collatum ei, cum nuperrime Antuerpiæ cum legatione essem, lub. meritò dedi. audeo dicere, censebis bene a me iudicatum, & male ab aliis ampliatum: sed nunc amabo iuua me etiam iudicio tuo in istis: Liuius tuus Tarquinio Seruium socerum suum apud senatum criminanti, inter cetera, hæc tribuit: *Ita natum* (Seruium s.) *ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis, ereptum primoribus agrum sordidissimo cuiq. diuisisse.* arbitrabar ego hic, cum in codice cuso quidem, sed ante aliquot xc. annos, *fanore* pro *fautorem* reperissem, vtrumque belle posse, vt ita dicatur Seruius infimi generis hominum, vt apud Terentium: rex paucorum hominum. arbitrabar, inquam, ita, nihil tamen audebam statuere, donec in membranis Coloniensibus, de quarum bonitate post dicam, nullum earum vocum vestigium exstare deprehendi. quo factum non negabo, vt quod ante posueram tantum, nunc etiam non dubitem affirmare, nisi tu Lipsi, forte aliter censeas. quod tamen non futurum inde quoque existimo, quod Ciceronem etiam sic locutum video, qui emendante

I. *Liuius notatus lib. I. v.c.*

FF

eruditissimo Victorio, in epistola nescio qua ait: *Vide quam sim antiquorum hominum.* Eodem libro praecedit: *Idem* (Tullus f.) *imperat vt hastas equites erigere iubeant.* vbi Rhenanus: *arbitror*, inquit, *scripsisse Liuium: suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat: idem (sub. vel Albanus exercitus) imperat: hastas equites erigere iubet.* in quo vere fateor II.
me non capere, quomodo ista oratio ita interpuncta possit facere ad mentem Beati. qui, (vt apparet, ex his, quae subiecit: *Porro mirum Tulli regis consilium fuit, etiam decipientis Albanos in speciem adhortantis, quo Fidenates hoste terreret*) Albanis a Tullo in ipsa etiam defectione imperitatum existimat. & sane, ita tum haec distinguenda erant: *suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat idem* [Tullus f. nisi malimus *eidem* legere, vt ad Albanum exercitum referatur] *imperat: hastas equites erigere iubet.* sed nihil est aut hac, aut illa interpunctione opus, qui enim potuit imperare Albanis Tullus, a quibus & procul constitutis & abeuntibus exaudiri non poterat? nam vt artificium hoc fuisse Tulli dicamus, ad terrendum hostem, nihil est moneri magis potuit, vt reuera motum Liuius statim post testatur, vocibus Tulli, confidenter suo iussu Albanos circumduci, vt Fidenatium terga inuadant, clamantis. vt omittam, ineptum esse, dicere suo iussu circumduci Albanos, & postea tanquam ignaris cur id fieret, quid facto opus esset imperare. Legemus igitur nos, vt ex scriptis ante laudatis legendum eum locum didicimus, hoc modo: *suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat. Idem imperat, vt hastas equites erigerent.* qua scriptura nihil verius esse, sequentia ostendunt. verbum *iubet* seu *iubeat*, quod paulo ante praecedit, hic repetitum vitii caussa fuit. Facit autem huc quod ait Vegetius: *Propterea plerique ante pedites equites posuerunt, vt discurrentes aduersarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant.* nam vt ibi hostium caussa equites pedib. praetexuntur, ita hic prudenti consilio Tullus eosdem erectis lanceis pediti suo conspectum eripere iubet, trepi-
III. dationis & consternationis vitandae. Est adhuc eod. lib. *Cum, si nihil mouerentur, infensum ira, porro inde abiturus* (Sextus puta Tarquinii F.) *videretur, benigne ab Gabinis excipitur.* aio reponendum: *si nihil morarentur*, quo pacto & scriptus codex Coloniensis habet, & Beatus testatur in veteri libro exstare, addens hanc sibi lectionem placere, quod videantur verba fuisse, quae iudex ex more proferebat, quoties reum absolueret. postrema tamen haec [ignoscant mihi Rhenani manes] probare non possum quod a te, Lipsi, didicerim, non iudicis illud solemne verbum esse reum absoluenti, sed potius consuli, seu consulibus senatum mittentibus, cui tum dicere in more habuerint:

Nihil

Nihil vos moramur patres conscripti. Iterum eodem libro est: *Iuppiter pater* (sunt verba auguris de Numa Deos consulentis) *Si fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, vt tua signa nobis certa ac clara sint, inter eos fines, quos feci.* qui locus cum videatur sanus integer, facit amen scriptura membranarum, & codicis impressi, de quo iam ante dixi, quæ est, *vti tu signa nobis certa ac clara sis.* restituendum vt ex itinere, *vti tu signa nobis certa ac clarassis.* quod verbum, vt vides, mire conuenit antiquæ huic formulæ, & ab aliis interpolatum videtur, qui similia non intelligunt, & Liuium nihil nisi vulgo tritum vti in libris suis amasse, existimant. Verbo *clarare* certe, pro clarum & conspicuum facere vsi multi, & in multis Lucretius libro III. Horatius 4 carm. Ode. 3. Ausonius. citatque ipse Cicero de Diuinatione versum suum huc omnino facientem: IV.

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. V.

ad cuius enim exemplum hic locutus Liuius videtur. In quo tamen antequam quæ illi Telchines, qua parte est in membranis: *Fremis stirps, qui quæ virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanio parentes dixere nomen.* Et mox, vbi in iisdem legitur: *Iouis Ferctri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, &c.* Hoc loco, *Iupiter* pro *Ioui*. & illo, *stirps* pro *stirpes*, ii demum bene se de Liuio mereri existimantes temere substituerunt. & tamen hi sunt illi, si Diis placet, qui cœlum terræ miscent, si quid nos, non pro nostra lubidine, sed ex librorum fide, in vulgatis iam auctoribus, & sexcentis locis eodem modo ab iis male acceptis, loco mouemus, & pro spuriis legitima in suam possessionem reducimus. Sed ad Liuium: *Numitor,* inquit, *inter primum tumultum hostes inuasisse vrbem, atque adortos regiam dicitans, cum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam auocasset, postquam iuuenes, &c.* man feste scribendum: *auocasset.* & ita membranæ fuerunt atque adeo est Beatus, qui contra ceterorum auctoritatem & libros omnes editos libro tertio legendum ea iudicat: *Consilium deinde legi perferendæ habere auocato populo ab armis.* cum etiam hic *auocato* in omnibus omnino & scriptis & editis codicibus habeatur, & ita legendum ista, quæ præcedunt: *Sed vanam imaginem belli, ad auertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium insedisse contenderent:* Rhenanum commonere potuerint. sic autem & in epistola Sulpitii ad Ciceronem est: *E iam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca.* & ait Callistratus IC. Tit. de Nundinis: *Cum auocentur agro non cultores ab opere rustico.* vbi sexcenti alieno verbo, in ista significatione. Sed quia in horum tertium Liuii incidimus, videamus etiam ista in eo: *Ios vero Sulpitium negare cunctandi tem-* VI. VII. VIII. Et lib. III. V.C. IX. Eod. lib. III. V.C.

pus esse, circumuentos interclusosque ab suis vociferans, in equestre prælium connixi omni vi perficerent, nec fugare equidem integrum satis esse: conficerent equos virosq; ne quis reuiberetur inde ad prælium, aut integraret pugnam. hic ego scio vocem illam *integrum* nihili esse, natamque ex verbo *integraret*, quod sequitur: pro ea igitur repono *interdum*, hoc modo: *Ibi vero Sulpitius negare cunctandi tempus esse, circumuentos interclusosq; ab suis vociferans, vi equestre prælium conn. si omni vi perficerent: nec fugare equitem interdum satis esse: confi. erent equos, &c.* confirmant hanc emendationem quæ præcedunt. Ad primum igitur librum reuersionem faciamus, vbi legitur: *Deinde ne vana magnitudo vrbis esset, adiiciendæ multitudinis caussa, vetere consilio condentium vrbes, qui sibi curam, &c.* quę verba in speciem recta sunt, re non item. haud dubie enim, cum in cuso codice antiquo, non *multitudinis*, sed *multitudini* inueniatur, scribendum est: *Deinde, ne vana magnitudo v. bis esset, adiiciendæ multitudini, vetere consilio, &c.* Omissa voce *caussa* a sciolo aliquo huc inculcata. talia sunt illa apud Tacitum Annal. lib. xv. *Eadum a Corbulone tuenda Syria parantur.* & lib. xvi. *per tan. um animi occulta augendis præsentibus bonis.* item statim: *Dantur triremes & delectum nauigium, iuuanda festinationi.* sed & multa alia hoc exemplo in Liuio peccata sunt. legebatur enim, legiturque in omnibus fere libris, vt alii etiam testantur, apud Liuium lib. III. *Suarumq; rerum erant amissa publica, tantum ab iniuria abesse rati, quantum, &c.* Ea forma, nempe, qua dicimus aliquem esse bonarum rerum. inuenti ecce sunt, qui vt per omnia antiquum obtineant, nobis interpolarunt. *suarumq; rerum soliciti erant, amissa publica, &c.* item alio loco eod. lib. *Et non præcidi tur spes plebeio quoq;, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris.* Et alio: *vt patricios desperatio primo, irritata plebe apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret.* quo vtroque capital credo admissuri, si Liuio suam vocem reliquissent, *adipiscendi* reposuerunt, cum *apisci* verbo Lucretius, Catullus, ipse denique cum in libris de LL. tum in Epistolis Cicero vtantur. Vale.

X. *Modium ad primum versus.*

XI. *Iterum lib. III.*

XII. *Eod. lib. III. v. c.*

XIII. *Adhuc eod. lib. III.*

EPISTOLA XXXI.

Franc. Modius Ioanni Weidnero S.

QVod de philosophia Seneca, hoc ego de linguarum scientia iudico, longum & impeditum ad eam iter esse per præcepta, breue & efficax, vt ad illam per exempla, sic ad istam per loquendi vsum, & frequentem legendi scribendique, & subinde aliquid ex vna in alteram transferendi exercitationem. Quid igitur, nulla volo Grammatices Latinæ aut Græcæ præcepta, pueris præsertim, tradi? imo maxime, sed breuia, sed perspicua,

spicua, sed quæ ingenia adhuc tenera instruant, non quæ onerent illa multitudine, aut obscuritate confundant. Large hic a maioribus nostris peccatum. primus Nicolaus Clenardus hoc correxit apud Græcos, & veram ad eorum linguam viam lassus errando vidit, aliisque monstrauit, secuti sunt multi, imo infiniti alii, in vtraque lingua, de quibus maxime probandi illi, qui, vt ante iam dictum est, breuissimi simul & dilucidissimi sunt. multa melius postea ab aliud quodammodo agentibus percipiuntur, quæ in fundamentis adhuc versantes maximo cum labore, sed paruo cum fructu ediscere fatigantes sese, frustra satagunt. Qua in re tuum cum meo, Weidnere, iudicium congruere magna ex te nuper cum voluptate audiui: hortorque te, etsi tu hortatore nullus egeas, vt pergas hac semita iuuentutem tibi commissam ad iugum Parnassi subducere, dum alios ad pedem eius ignoratio itineris recti moratur. & immortalem gloriam, quam tu tamen solum bonum publicum spectans non captas, sat scio, vel inuitus consequere. Nunc hæc a professione tua non plane abhorrentia considera.

I. Silius lib VII. versu CCVII. aliquoties interpolatus.

Vitiferis late florebat Massicus aruis,
Miratus nemora & fulgentes sole racemos:
It montis decus, atq; ex illo tempore diues
Tmolus, & ambrosiis Arnisia pocula succis,
Ac Methymna ferax Latiis cessere falernis.

qui Silii versus corrupti ita emendandi videntur: *Vuiferis* (vel vt Marsus, *vitiferis*) *late florebat Massicus aruis,*
Miratus nemora, & lucentes (Marsus, *rorantes*) *sole racemos.*]
Id monti decus, atq; ex illo tempore diues
Tmolus, & ambrosiis Arnisia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere falernis.

nec hic quidquam meum est, præterquam quod, *Id monti*, pro *It monti*. postulante sententia scripsi: & versu extremo cum m. s. esset: *ferox latibus*, ex nihili voce illud, *lacubus*. & hoc quoque ita re iubente feci, reliqua pure pure membranis sunt. bene autem ferocem Methymnam vocat, quod passim ea a poetis prædicatur & laudibus vehitur. Virgil.
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

II. Versu CCCXXIX.

Ouidius:
Gargara quot segetes, quod habet Methymna racemos. Post multa. *Huic Mago inuersa quatiens vt dispulit hasta*
Bellantis somnum, tenebris fortissime auctor,
Iras compesce, &c. longe elegantius est, nisi hic oculis male vtor:

III. Versu CCCXXXVII.

Huic Mago inuersa quatiens vt dispulit hasta
Bellantem somnum, &c. Statim:
Emergamus, & hic Fabio persuadeat astus

I. *Censorinus de die Natali cap. XIV. bis, ter interpolatus.*

hic in reliquis ipsorum quoque studiis, quod potuit, commodare voluisse, & fortasse etiam nonnihil commodasse, sed ad Censorinum, qui cap. XIV. libelli de die Natali ita inter cetera ait: de ætatis gradibus, quos ex Varronis sententia quinque recenset. *In quarto usque ad LX. annum, seniores vocitatos: quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde usque ad finem vitæ uniuscuiusque, quintum gradum factum, in quo qui esset, senex appellatur, quod ea ætate corpus senio laboret. Hippocrates Medicus in septem gradus ætatum distribuit finem vitæ uniuscuiusque. Primæ putauit finem esse septimum annum.* Itane vero, Censorine, finem cuiusque vitæ in gradus septem diuisit Hippocrates? at ego audieram totum vitæ cursum ad finem usque totidem quasi spatiis decurri. & profecto decurritur, neque tu aliter sensisti. sed hic quoque fœdissimæ illæ Harpyæ, omnia contactu suo contaminantes, te inficere, a quarum nos spurcis sordibus totum locum ita membranis, pro Zetho & Calai usi, repurgamus. *In quarto adusque LX. annum seniores vocitatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde usque finem vitæ uniuscuiusque quintum gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod ea ætate corpus iam senio laboret. Hippocrates Medicus in septem gradus ætatem distribuit, finemque primæ putauit septimum annum.* Ita, inquam, hæc ex m. s. codice emendamus, reliquaque omnia, quæ in vulgatis exstant, spuria & illegitima pronunciamus. *finemque primæ*, cum dicit, ad ætatem referendum, quam septemplicem in septem partes diuisam facit. Paulo post: *Quem terminum* [LXXXIV. annorum puta] *vitæ si quis præterit, facere idem quod stadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem procurrunt. Hetruscisque libris, fatalem ætatem hominis XII. hebdomatibus describi, Varro commemorat, quæ ad decies septenos annos posset, fatalia deprecando, rebus diuinis proferre, ab anno autem LXX. nec postulari debere, nec posse a Diis impetrare.*

II. *Eod. cap. rursus ter quater emaculatus.*

scribo, emendo & distinguo, siue interpungo hoc modo: *Quem terminum si quis præterit, facere idem, quod stadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem procurrunt. Hetruscis quoque libris fatalibus, ætatem hominis XII. hebdomatibus describi, Varro commemorat: quæ quidem ad decies septenos annos possit fatalia deprecando rebus diuinis proferri, ab anno autem septuagesimo nec postulari debere, nec posse a Diis impetrari.* dixi ita mihi hunc locum legendum videri, nunc dicam, quare videatur. primum illud *vitæ* a m. s. aberat, neque sane eo opus. satis enim arguit non de agri termino hic agi, quod præcedit: *spatiū plenæ vitæ IV. & LXXX. annorum esse dixit.* dein, *procurrit*, erat in eodem m. s. & Aldino exemplari, neque aliud illud admittit sententia, & res, qua de hic sermo est. tum, *libris fatalibus*

non, *ætatem fatalem*. idem adhuc m. s. refert. nec aliud hic quoque sententia patitur. quid enim vanius, quam hominis fatalem ætatem esse LXXXIV. annorũ? atqui de libris Hetruscis fatalibus alibi sæpe mentio est. denique *quæ quidem*, scripsi, quod in m. s. exstare viderem, *quæ dum*, & suspicarer propter similitudinem syllabæ præcedentis *qui* ab exscriptore omissum, posteaque ab alio eo *dem* quod restaret, nihili in *dum* mutato hæc esse interpolata, vt in membranis exstant. postremo, *proferri & impetrari* reposui, quod ita partim eædem membranæ haberent, partim Aldina etiam editio. Eodem adhuc capite: *Hinc animaduertere licet, neq; post CX. annos, vti referuntur ludi statutum esse seculum, neq; post XC.* vitiosissima scriptura, & quidem v itiola nuce vitiosior, quam ita emendandam aio: *Hinc animaduertere licet, neque post centum annos, vt hi referrentur ludi, statutum esse, neq; post centum decem*. nullus hic seculo locus, vbi docetur ex iis, quæ præcesserunt, satis constare posse, non semper obseruatum fuisse, vt seculares ludi centesimo quoque anno, aut, vt alii volunt, centesimo decimo celebrarentur. quod tamen subiungit deinde, vt maxime obseruatum aliquanto fuisset, non propterea statim sequatur, totidem annis seculum contineri. cum constet anno V.C. CCXLIV. quod spatium temporis omnium confessione seculo maius est, ludos seculares nondum institutos fuisse. III. Adhue eod.

IV. Et quarto suppletis lacunis duab. etiam emẽdatus.

Eodem XIV. cap. non longe a fine *Praterea fieri potest, quod refert Varro, quod Dioscorides Astrologus scripsit Alexandria, inter eos, qui mortuos solent conseruare, hominem plus centum annis viuere non posse. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint, sine corporis tabe: Ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa atatis & diminutiones conseruent. Et anniculi pendere unas drachmas: bimi: quatuor: & sic in annos singulos vsq; ad L. accedere binas. Ab hu centum drachmis atque anno L. item decedere in vnoquoque binas. Ex quo perspicuum fit, centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius posse produci.* elegantissimus mehercule locus, sed ita turpiter deprauatus, vt sensum ex eo commodum elicere Oedipi alicuius vix queat solers acumẽ. videbimus igitur nos, an ita forte possit emaculari: *Praterea fieri potest, quod refert Varro, quod Dioscorides Astrologus scribit Alexandria inter eos, qui mortuos solent conseruare, constare, hominem plus centum annis viuere non posse: id cor humanum declarare eorum, qui integri pereunt sine corporis tabe: ideo quod multis annis pendendo cor omnis atatis incrementa & diminutiones conseruent. Et anniculi pendere duas drachmas: bimi quatuor: & sic in annos singulos vsque ad L. accedere binas. Ab his c. d. a. a. L. i. d. i. v. b. Ex quo perspicuum sit, centesimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius vitam posse produci.* constare

certe illo, quod in editionibus omissum, ex membranis in locum suum restitui plane opus esse, sensus clamat, magisque ad eo opus, quam *τὸ conseruare*: quod, cum in eisdem membranis nullum esset, ideo tamen retinui, quod editiones omnes illud consentienter retinendum monerent. tum quod pronus error exscriptori, ex duobus verbis alterum omittere. vt ipse omittam Plinium quoque me huc impulisse, cuius hæc sunt mire ad totius loci emendationem facientia ex cap. XXXVII. lib. XI. *In aquarum corde & boum ossa reperiuntur interdum. Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere, ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis Ægyptii existimant, quibus mos est cadauera asseruare medicata.* faciunt hæc huc, dico, ita apposite, vt de ratione, quam tenui in reliquis porro emendandis, verbum mihi vltro faciendum non existimem, cum satis ex eis constet, illa: *pendendo cor omnis ætatu incrementa & diminutiones conseruent*, de pollinctoribus & curatoribus cadauerum apud Ægyptios accipienda, qui longa experientia omnis ætatis hominum ab anniculo puero ad senecionem centenarium corda appendendo, & ad libram explorando deprehenderint, & obseruarint, hunc vitæ humanæ quasi terminum ad quem vsque feliciter te, generosissime Sebastiane, valere opto. Wirzeburgi postridie Cal. Decembr. anni CIↃ.IↃ.LXXXIII.

EPISTOLA XXVIII.

Franc. Modius Iacobo Susio v. n. S.
Antuerpiam.

MItto ad te, amplissime Susi, pauculas has in Silium notas, & mitto, non, vt ad otiosum, quem sciam nunquam id minus esse, quam tum cum maxime est: sed vt ad illum, cui etiam occupatissimo similes commendationes adeo nihil molestiarum afferre, vt etiam ipsas molestias plerumque solari consueuerint. Igitur eius, quem dixi poetæ libro VIII. hæc sunt Annæ Perannæ ad Iunonem verba:

I. *Silius lib. VIII. Vers. XLI. bis emaculatus.*

Haud, inquit, tua vis nobis præcepta morari,
Sed fas sit cantum quæso retinere fauorem
Antiqua patria, &c.

sed quæ minus probe circumferantur, & ita a me, aut membranis potius, in quibus est *Sit fas, sit tantum*, coniectura nostra leuiter adiutis corrigi poterunt:

Haud, inquit, tua iussa nobis præcepta morari,
Sit fas, sit tantum, quæso retinere fauorem
Antiqua patria. &c.

cupio, inquit, o Iuno, tibi parere, precorque & opto facto meo veniam,

veniam, si patriam Romanis præfero, tametsi diuinis me illi honoribus afficiant, & inter numina sua numerent. Versu XIII. ab iis, quos modo allegaui: II. Versu LV.

Despectus tæda regnis se imponit Hyarbas,
Et tepido figit arma rogo, quæ rebus egenis
Ferret opem Nomadum late terrente tyranno?

contra mensuram est medius versus: transponunt igitur verba alii, leguntque: *Et tepido arma rogo figit.* recte quoad numeros, male quoad sententiam. quid enim armis opus fuit, cum, vt ait Ouidius:

Protinus inuadunt Numidæ sine vindice regnum,
Et potitur capta Maurus Hyarba domo.

aut si maxime opus fuisset, cur illa rogo figerentur? manifeste scribendum missis deliramentis quorundam: *Et tepido fugit Anna rogo*, vide Ouidium libro Fastorum III, elegantissime hęc eadem describentem. Ait eadem Anna de Didone sorore Æneam mox alloquens:

III. Versu XCII.

Inde amens, nunc sydeream Iuliq; tuamq;
Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente
Ad vultus conuersa tuos, ab imagine pendet.

scribe versu primo:

——*nunc sydeream fulgentis Iuli*
Effigiem fouet amplexu.

bene conuenit fulgor sydereo vultui. solebant porro heroinæ virorum, seu quos pro viris haberent, effigies ex cera domi habere, hinc Ouid.

Si potes, & ceras remoue, quid imagine muta
Carperis? hoc periit Laodamia modo. De remedio amoris.

vide eundem Ouidium de eadem Laodamia, quæ contabuit viri effigiem assidue fouendo Epistolis heroidum. meminit & Virgilius, Didonem Sichæi viri sui imaginem quoque domi habuisse. Sed pergamus:

IV. Versu CXXV

Quæ (somnia s.) *dum abigo menti, & sub lucem, vt visa secundent*
Oro cœlicolas, ac viuo purger in antro.

legendum:

——*ac viuo purger in amni.*

huius enim vsus in omnis generis purgationibus: Virg.

Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

& alibi:

——*donec me flumine viuo*
Abluero. & somnia quidem mane summo expiabantur. Mox eadem adhuc narratione Annæ de Didone: V. Versu CXLII. vt surreptitius obelo confossus.

In portus amens rorantia flumina flexit,
Atq; hæc sparsa coma diuis in morte profudit:

Dii

Diis longa noctis, quorum iam numina nobis
Mors instans maiora facit, &c.

tibi tuas res habeto, quisquis es, qui versum illum:

Atq; hac sparsa coma dinis in morte profudit.

huc infersisti. Silius emblematis tuis non vtetur. oblitus sum monere, & est exiguum, sed tamen non tacebitur. Paulo aute quoque legendum videtur:

VI. Vers. CXV.
Contra sic infit voluens vix murmur anhelum
Inter singultus, labisq; trementibus Anna.

non quomodo vulgo circumfertur:

Contra sic infit voluens sic murmur anhelum
Inter singultus, labiisq; trementibus Anna.

VII. versu CXCI.
Sequitur in verbis malo reip. Rom. nati Varronis:

Exaudi, bone dictator, quid Martia plebes
Imperitet, bello Libys Romamq; leuari.
Hoste iubet. scribo: *pelli Libyas, Romamq; leuari Hoste iubet.* & quare scribam, res clamat. hoc igitur potius dicam, & concludam epistolam. mox, quo loco est de Varrone eodem:

VIII. Vers. CCLVIII. ter, quater interpolatus
Et metuis demens alio ne consule Roma
Concidat, e Tyrio consortem accire senatu
Non iam sera volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes, incedere noctis
Quod tardent cursum tenebras dolet, idq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

sera, inquit interpres, id est, sero; non enim tarde, sed cito vellet Carthaginensem collegam. at illi imposuit corrupta scriptura vulgata, quæ ex membranis interpolanda est:

Et metuit demens alio ne consule Roma
Concidat, e Tyrio consortem accite senatu,
Non tam sana volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes, incedere noctis
Qua tardent cursum, tenebrasq; dolet, itq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

quo modo nihil est clarius. Vale.

EPISTOLA XXIX.

Franc. Modius Iano Duza Nordouici Domino S.
Traiectum ad Rhenum.

IN Annæo Seneca grauissimo omnium & eruditissimo scriptore q̃dam cursim & sparsim hic annotaturus, te potissimum, clarissime & amicissime Duza, eorum arbitrũ capere decreui, qui in hoc controuersiarum genere vnus & optime censere potes, &, vt spero, vel mea, vel ipsius Senecæ caussa iudicio tuo hic iuuare me non noles. Primo igitur libro de Beneficiis, vbi con-

vbi contra eos disputat, qui Gratias solutis & pellucidis tunicis ideo inducunt, quod beneficia conspici velint; vulgo ista leguntur: *Inueniam*, inquit, *alium poetam, apud quem præcingantur, & spissis prodeant.* optime: si libri veteres in hanc lectionem consentirent; sed & Erasmus quoque scriptum reliquit, in omnibus, quos ipse viderit, aut, *spissis phissianis.* aut certe, *Phryxianis* perscriptum exstare, & ipse mihi testis sum, non aliter in m.s. membranaceo codice, quo ab Abbate S. Stephani Wirzburgi vsus sum, reperiri. considerandum igitur, an forte legi debeat: *Inueniam alium poetam, apud quem præcingantur & spissis Phrygianis* (seu, quod malim, vt diuersa sint tunicarum genera, *Phrygianis*) *prodeant.* acu pictæ sane vestes & murice auroque intertextæ, quales erant Phrygianæ, mire huc conueniunt. vt autem *spissis* & *Phrygianis* absolute dixit, subintelligendo τὸ tunicis: sic apud Trogi abbreuiatorem *lugubribus* quoque per se positum inuenias. Sed ad hoc iam: *Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorum, quæ a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas.* membranæ: *quæ proximis accipiuntur,* referunt. ego putabam legendum *quæ pro xeniis accipiuntur.* tu, Duza, optime iudicaueris. moris certe fuisse, vt xenia, quæ prioribus temporibus pretio non ita cara, posterioribus maxima & tenuiores plane exhaurientia erant, mitterentur, ex historiis passim constat. Mox, *Itaque boni etiam farre, ac fictili religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint.* non ambigo, quin vera sit hæc lectio, cum Cicero primo paradoxon & alii alibi ita locuti sint; sed tamen celandum non putaui in membranis diserte *fricolis* pro *fictili* exstare, vnde quod proximum est, *friuolis* faciebam. quæ Festo vasa fictilia quassa sunt, & a IC. quoque pro tenuissima & vilissima supellectili poni videntur in leg. solutum ff. de pig. actione, cum ait: *Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur.* quid quod Satyricus quoque his ea, quæ Græcis γρυτάρια sunt, intellexisse videtur, ibi: *iam friuola transfert Vcalegon.* & alibi.

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum friuola.

Paulo post; *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cælibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit iam raptam. Agros spargere, auaritiam recolligere certant. Nihil pensi habere, paupertatem alienam contemnere, suam timere. Nullum aliud vereri malum, &c.* noster m.s. quemadmodum & Pincianus quoque (qui hunc locum in medio se relinquere profitetur) in vetustis libris se inuenisse dicit; *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cælibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit. Iam*

I. Seneca lib. I. de Beneficiis Cap. III. notatum.

II. Cap. V.

III. Cap. VI.

Satyra III. & V.

IV. Cap. IX. duobus locis interpolatum.

rapta spargeret, rapta erant, agri auaritia recolligere certant. Nihil pensi, &c. ex quibus faciebam: *Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu vidui cœlibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit. Iam rapta spargere: sparsa pari auaritia recolligere: nihil pensi habere: paupertatem alienam contemnere: suam timere, &c.* similis periodus est, si meministi, Duza, apud Salustium tuum. Senecæ verbis turbandis fuit in primis verbum, *certant*, quod ego huc manasse mihi persuadeo ex versu illo tritissimo:

Quærere vt absumant, absumta requirere certant.

V. Lib. II. cap. XXIX. varie interpolatus

ad marginem forte huius loci ab aliquo studioso, vt fit, adscripto. Sed iam ad librum secundum transitionem faciamus: *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporum & vires pares animalibus habeamus, ex diuersis accidentibus bonis hominem non esse compositum iniuriam vocant, & in negligentes nostri Deos querimoniam iaciunt, quod non bona valetudo, & virtus inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia.* rursus conuenit libro nostro cum veteribus & scriptis Erasmi, Pincianique exemplaribus in eo, quod primum illa: *pares animalibus habeamus.* deinde ista: *querimoniam iaciunt*, ab illo absunt; qui etiam, *ac desidentibus* pro accidentibus, &, *& vitiis*, pro, *& virtus*, refert. vnde totum locum ita constituebam. *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporum, & vires, ex diuersis ac dissidentibus bonis hominem non esse compositum, iniuriam vocant, & negligentes nostri Deos, quod non bona valetudo etiam vitiis inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia.* leuiter mutaui *desidentibus* in *dissidentibus*, postulante sententia, quæ etiam Senecæ suæ non constabit, si *& virtus* pro *& vitiis* retineatur. nullus hic virtuti locus, vbi illud dicitur: homines libidine & vino diffluentes conuicium Diis facere, quod non in summa hac intemperantia etiam bona semper valetudine fruantur. Eodem libro: *Sic beneficium & actio dicitur beneficii, & ipsum, quod datur per illam actionem, vt pecunia, domus, prætexta. Vnum vtrique nomen est, vis quidem ac potestas longe alia.* scribendum ariolor, cum in membranis geminetur τὸ *vt*: *Sic beneficium & actio dicitur beneficii, & ipsum, quod datur per illam actionem, vt pecunia, vt domus, vt prætexta. Vnum vtrique nomen est, vis quidem ac potestas longe alia.* ad prætextam sane, hoc est, oblatos honores pertinet, quod mox sequitur: *detracta sordes, &c.* finem faciam. vnum etiam ex libro

VI. cap. XXXIV.

VII. Lib. III. cap. IX.

tertio locum si addidero, non magni momenti quidem illum, sed tamen qui qualiscunque huic epistolæ modum imponet his verbis: *Beneficium vocas dedisse potentis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxisse, & defendisse capitis reum.* aio recte hic illud *gradus* in veteri libro abesse, & melius intelligi, quam

quam exprimi. Vtinam tantū superiora æque tibi, mi Duza, inprimis, & ante aliis probare possim. Vale Comburgo Id. Quintilib. CIↃ.IↃ.LXXXII.

EPISTOLA XXX.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

ATqui nugæ sunt istæ, Lipsi, de Cæsaris commentariis addubitare, sintne illi omnino Cæsaris, an nescio cuius Iulii Celsi. sed audi quid nuper nonnullos, & olim etiam Grammaticos quosdam mouerit, vt hi, quæ ex hisce commentariis citarent, eorum Iulium Celsum actorem laudarent, & illi, tum a libris quibusdam, vt aiebant, veteribus, tum ab hisdem ipsis, quos dixi, Grammaticis, decepti, amplius de horum commentariorum scriptore quærendum existimarent. fuit temporibus posterioribus, dico post diuisum orbis terrarum in duo summa regna imperium, quidam Iulius Celsus, clarissimatus, vt ipse de se testatur, & comitiuæ dignitate cohonestatus, qui commentarios hos magno studio a mendis repurgauit, &, quod potuit, integritati suæ restituit, addito ad singulos libros ita, vti dictum est, recognitos hoc epiphonemate: *Iulius Celsus, vir clarissimus, & comes recensui.* hinc accidit, scilicet, vt illi fungi, qui postea eum codicem exscripserunt, nobis omnia confunderent, & male censorem huius operis auctorem eiusdem esse credentes, id Iulii Celsi nomine inscriberent. in quo quidem vt magis scias me verum dicere, iube sis Pulmannum nostrum ad te mittere eum Cæsarem, quem ego cum longe antiquissimo m.s. codice, qui est Eysterbacensis abbatiæ ad Septicolles, diligentissime collatum ei, cum nuperrime Antuerpiæ cum legatione essem, sub. met. donaui. audeo dicere, censebis bene a me iudicatum, & male ab aliis ampliatum: sed nunc amabo iuua me etiam iudicio tuo in istis: Liuius tuus Tarquinio Seruium socerum suum apud senatum criminanti, inter cetera, hæc tribuit: *ita natum* (Seruium s.) *ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis, ereptum primoribus agrum sordidissimo cuiq. diuisisse.* arbitrabar ego hic, etiam in codice cuso quidem, sed ante aliquot xc. annos, *fenore* pro *fautorem* reperissem, vtrumque abesse posse, vt ita dicatur Seruius infimi generis hominum, vt apud Terentium: rex paucorum hominum. arbitrabar, inquam, ita, nihil tamen audebam statuere, donec in membranis Coloniensibus, de quarum bonitate post dicam, nullum earum vocum vestigium exstare deprehendi. quo factum non negabo, vt quod ante posueram tantum, nunc etiam non dubitem affirmare, nisi tu Lipsi, forte aliter censeas. quod tamen non futurum inde quoque existimo, quod Ciceronem etiam sic locutum video, qui emendauter

I. *Liuius notatus lib. I. v.c.*

II. eruditissimo Victorio, in epistola nescio qua ait: *Vide quam sim antiquorum hominum.* Eodem libro præcedit: *Idem* (Tullus f.) *imperat vt hastas equites erigere iubeant.* vbi Rhenanus: *arbitror*, inquit, *scripsisse Liuium: suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat: idem* (subaudi *Albanus exercitus*) *imperat: hastas equites erigere iubet.* in quo vere fateor me non capere, quomodo ista oratio ita interpuncta possit facere ad mentem Beati. qui, (vt apparet, ex his, quæ subiecit: *Porro mirum Tulli regis consilium fuit, etiam deficientes Albanos in speciem adhortantis, quo Fidenates hostes terreret*) Albanis a Tullo in ipsa etiam defectione imperatum existimat. & sane, ita tum hæc distinguenda erant: *suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat idem* [Tullus f. nisi malimus *eidem* legere, vt ad Albanum exercitum referatur] *imperat: hastas equites erigere iubet.* sed nihil est aut hac, aut illa interpunctione opus, qui enim potuit imperare Albanis Tullus, a quibus & procul constitutis & abeuntibus exaudiri non poterat? nam vt artificium hoc fuisse Tulli dicamus, ad terrendum hostem, nihil est moueri magis potuit, vt reuera motum Liuius statim post testatur, vocibus Tulli, confidenter suo iussu Albanos circumduci, vt Fidenatium terga inuadant, clamantis. vt omittam, ineptum esse, dicere suo iussu circumduci Albanos, & postea tanquam ignaris cur id fieret, quid facto opus esset imperare. Legemus igitur nos, vt ex scriptis ante laudatis legendum eum locum didicimus, hoc modo: *suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat. Idem imperat, vt hastas equites erigerent.* qua scriptura nihil verius esse, sequentia ostendunt. verbum *iubet* seu *iubeat*, quod paulo ante præcedit, hic repetitum vitii caussa fuit. Facit autem huc quod ait Vegetius: *Propterea plerique ante pedites equites posuerunt, vt discurrentes aduersarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant.* nam vt ibi hostium caussa equites pedib. prætexuntur, ita hic prudenti consilio Tullus eosdem erectis lanceis pediti suo conspectum eripere iubet, trepi-

III. dationis & consternationis vitandæ. Est adhuc eod. lib. *Cum, si nihil mouerentur, infensus ira, porro inde abiturus* (Sextus puta Tarquinii F.) *videretur, benigne ab Gabinis excipitur.* ato reponendum: *si nihil morarentur*, quo pacto & scriptus codex Coloniensis habet, & Beatus testatur in veteri libro exstare, addens hanc sibi lectionem placere, quod videantur verba fuisse, quæ iudex ex more proferebat, quoties reum absolueret. postrema tamen hæc [ignoscant mihi Rhenani manes] probare non possum quod a te, Lipsi, didicerim, non iudici illud solemne verbum fuisse reum absoluenti, sed potius consuli, seu consulibus senatum mittentibus, cui tum dicere in more habuerint:

Nihil

Nihil vos moramur patres conscripti. Iterum eodem libro est: IV.
Iuppiter pater (sunt verba auguris de Numa Deos consulentis) *Si fas est hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, vt tua signa nobis certa ac clara sint, inter eos fines, quos feci.* qui locus cum videatur satis integer, facit tamen scriptura membranarum, & codicis impressi, de quo iam ante dixi, quæ est, *vti tu signa nobis certa ac clara sis.* restituendum vt ex itimem, *vti tu signa nobis certa ac clar ssi.* quod verbum, vt vides, mire conuenit antiquæ huic formulæ, & ab aliis interpolatum videtur, qui similia non intelligunt, & Liuium nihil nisi vulgo tritum vti in libris suis amasse, existimant. Verbo *clarare* certe, proclarum & conspicuum facere vsi multi, & in multis Lucretius libro III. Horatius 4 carm. Ode. 5. Ausonius. citatque ipse Cicero de Diuinatione versum suum huc omnino facientem:

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. V.

ad eius enim exemplum hic locutus Liuius videtur. In quo tamen antequoque illi Telchines, qua parte est in membranis: *hinc stirps quoque virilis ex nomine matrimonio fuit, cui Ascanio parentes dixere nomen.* Et mox, vbi in iisdem legitur: *Iouis* VI.
Feretri, inquit, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, &c. Hoc loco, *Iupiter* pro *Iouis*. & illo, *stirps* pro *stirpe*, ii demum bene se de Liuio mereri existimantes temere substituerunt. & tamen hi sunt illi, si Diis placet, qui cœlum terræ misceant, si quid nos, non pro nostra lubidine, sed ex librorum fide, in vulgatis iam auctoribus, & sexcentis locis eodem modo ab iis male acceptis, loco moueamus, & pro spuriis legitima in suam possessionem reducamus. Sed ad Liuium: *Numitor*, inquit, *inter primum tumultum hostes inuasisse urbem, atque adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam auocasset, postquam iuuenes, &c.* VII.
man feste scribendum: *auocasset*. & ita membranæ. Fuisse atque adeo est Beatus, qui contra tantum auctoritatem & libros omnes editos libro tertio legendum ex itimat: *Consilium deinde legi perferendae habere auocato populo ab armis.* cum etiam hic *auocato* in omnibus omnino & scriptis & editis codicibus habeatur, & ita legendum ista, quæ præcedunt: *Sed vanam imaginem belli, ad auertendos ab lege curas plebis animos, Capitolium insedisse contenderent*: Rhenanum commonere potuerint. sic autem & in epistola Sulpitii ad Ciceronem est: *Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca.* & ait Callistratus IC. Tit. de Nundinis: *Cum auocentur agro suo cultores ab opere rustico.* vbi sexcenti alii eo verbo, in ista significatione. Sed quia in hoc tertium Liuii incidimus, videamus etiam ista in eo: *Ibi vero Sulpitius negare cunctandi tem-* VIII. Et lib. III. v.c. IX. Eod. lib. III. v.c.

pus esse, circumuentos interclusosque ab suis vociferans, in equestre prælium connixi omni vi perficerent, nec fugare equidem integrum satis esse: conficerent equos virosq́, ne quis reuehheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. hic ego scio vocem illam *integrum* nihili esse, natamque ex verbo *integraret*, quod sequitur: pro ea igitur repono *interdum*, hoc modo: *Ibi vero Sulpitium negare cunctandi tempus esse, circumuentos interclusosq́, ab suis vociferans, vi equestre prælium conn si omni vi perficerent: nec fugare equitem interdum satis esse: conficerent equos, &c.* confirmant hanc emendationem quæ præcedunt. Ad primum igitur librum reuersionem faciamus, vbi legitur: *Deinde ne vana magnitudo vrbis esset, adiiciendæ multitudinis caussa, vetere consilio condentium vrbes, qui sibi curam, &c.* quę verba in speciem recta sunt, re non item. haud dubie enim, cum in cuso codice antiquo, non *multitudinis*, sed *multitudini* inueniatur, scribendum est: *Deinde, ne vana magnitudo vrbis esset, adiicienda multitudini, vetere consilio, &c.* Omissa voce *caussa* a sciolo aliquo huc inculcata. talia sunt illa apud Tacitum Annal. lib. xv. *Eadum a Corbulone tuenda Syria parantur.* & lib. xvi. *per tantum animi occulta augendis præsentibus bonis.* item statim: *Dantur triremes & dilectum nauigium, iuuanda festinationi.* sed & multa alia hoc exemplo in Liuio peccata sunt. legebatur enim, legiturque in omnibus fere libris, vt alii etiam testantur, apud Liuium lib. iii. *Suarumq́, rerum erant amissa publica, tantum ab iniuria abesse rati, quantum, &c.* Ea forma, nempe, qua dicimus aliquem esse bonarum rerum. inuenti ecce sunt, qui vt per omnia antiquum obtineant, nobis interpolarunt. *suarumq́, rerum soliciti erant, amissa publica, &c.* item alio loco eod. lib. *Et non præcidi tur spes plebeio quoq́, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris.* Et alio: *vt patricios desperatio primo, irritata plebe apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret.* quo vtroque capital credo admissuri, si Liuio suam vocem reliquissent, *adipiscendi* reposuerunt, cum *apisci* verbo Lucretius, Catullus, ipse denique cum in libris de LL. tum in Epistolis Cicero vtantur. Vale.

X. *Modestum ad primum cursum.*

XI. *Iterum lib. III.*

XII. *Eod. lib. III. v. c.*

XIII. *Adhuc eod. lib. III.*

EPISTOLA XXXI.

Franc. Modius Ioanni Weidnero S.

QVod de philosophia Seneca, hoc ego de linguarum scientia iudico, longum & impeditum ad eam iter esse per præcepta, breue & efficax, vt ad illam per exempla, sic ad istam per loquendi vsum, & frequentem legendi scribendique, & subinde aliquid ex vna in alteram transferendi exercitationem. Quid igitur, nulla volo Grammatices Latinæ aut Græcæ præcepta, pueris præsertim, tradi? imo maxime, sed breuia, sed perspicua,

spicua, sed quæ ingenia adhuc tenera instruant, non quæ onerent illa multitudine, aut obscuritate confundant. Large hic a maioribus nostris peccatum. primus Nicolaus Clenardus hoc correxit apud Græcos, & veram ad eorum linguam viam lassus errando vidit, aliisque monstrauit, secuti sunt multi, imo infiniti alii, in vtraque lingua, de quibus maxime probandi illi, qui, vt ante iam dictum est, breuissimi simul & dilucidissimi sunt. multa melius postea ab aliud quodammodo agentibus percipiuntur, quæ in fundamentis adhuc versantes maximo cum labore, sed paruo cum fructu ediscere fatigantes sese, frustra satagunt. Qua in re tuum cum meo, Weidnere, iudicium congruere magna ex te nuper cum voluptate audiui: hortorque te, etsi tu hortatore nullus egeas, vt pergas hac semita iuuentutem tibi commissam ad iugum Parnassi subducere, dum alios ad pedem eius ignoratio itineris recti moratur. & immortalem gloriam, quam tu tamen solum bonum publicum spectans non captas, sat scio, vel inuitus consequere. Nunc hæc a professione tua non plane abhorrentia considera. I.

Vitiferis late florebat Massicus aruis, Silius lib VII. versu CCVII. aliquotiens interpolatus.
Miratus nemora & fulgentes sole racemos:
It montis decus, atq; ex illo tempore diues
Tmolus, & ambrosiis Armisia pocula succis,
Ac Methymna ferax Latiis ce[?]gere falernis.

qui alii versus corrupti ita emaculandi videntur: *Vuiferis* (vel vt Marsus, *vinoferis*) *late florebat Massicus aruis,*

Miratus nemora, & lucentes (Marsus, *rorantes*) *sole racemos.*
Id monti decus, atq; ex illo tempore diues
Tmolus, & ambrosiis Armisia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere falernis.

nec hic quidquam meum est, præterquam quod, *Id monti,* pro *It monti,* postulante sententia scripsi: & versu extremo cum m. ss. esset: *ferox iacibus*, ex nihili voce illud, *lacubus.* & hoc quoque ita re iubente feci, reliqua pure pute membranis sunt. bene autem ferocem Methymnam vocat, quod passim ea a poetis prædicatur & laudibus vehitur. Virgil.

Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos. II.

Ouidius: Versu CCCXXIX.

Gargara quot segetes, quod habet Methymna racemos. Post multa. *Huic Mago inuerso quatiens ut dispulit hasta*

Bellantis somnum, tenebris fortissime auctor,

Iras compesce, &c. longe elegantius est, nisi hic oculis male vtor: III. Versu CCCXXXVII.

Huic Mago inuerso quatiens vt dispulit hasta
Bellantem somnum, &c. Statim:
Emergamus, & hic Fabio persuadeat astus

Nos certare dolis, nihil hic cunctante, sed acris
Incepti la oiuuene, &c. referunt membranæ:
Emergamus, & hic Fabio persuadeat astus
Non certare dolis, nihil hinc cunctante, sed acris
Incepti la oiuuene, &c.
quomodo sensus erit, discat Fabius inferiorem se esse, quam qui possit nobiscum dolis certare.

IV. Iterum statim:

Vers. *Intentiq; docent quæ sint properanda, monentq;*
CCCXLVIII. *Quisq; suos, instant trepidi, stimulantq; ruentes*
Nauus abire timor. scribendum:
Intentiq; docent quæ sint properanda, monentq;
Quisq; suos, instat trepidus, stimulatq; ruentes
Nauus abire timor. Virgilii illud est: *pedibus timor addidit alas.*

V. Adhuc statim:

Versu CCCLXII. ter, quater interpolatus e recto quodam spurio.

Quam multa intentus cælo sub nocte serena
Fluctibus e mediis sulcator nauita ponti
Astra videt, quam multa videt feruoribus atris,
Cum Calabros vrunt ad pinguia pabula saltus,
Vertice Gargani residens incendia pastor.
Hac facie subita volitantum in montibus altis
Flammarum, quis tunc cecidit custodia sorti,
Horrere, atq; ipsos nullo spargente vagari
Credere, & indomitos pasci sub collibus ignes.
Cælone exciderint, & magna fulmina dextra
Torserit omnipotens, an cæcis terra cauernis
Fuderit egestas accenso sulphure flammas
Infelix tellus, tantis damnata ruinis,
Iamq; fugam Rutuli media in formidine quærunt
Atq; abeunt, faucesq; via citus occupat armis
Pœnus, &c. locus varie corruptus & interpolatus, quiq; vno versu hinc in solas terras relegato ita legendus videatur:
Quam multa affixus cælo sub nocte serena
Fluctibus e mediis sulcator nauita ponti
Astra videt, quam multa videt feruoribus atris
Cum Calabros vrunt ad pinguia pabula saltus,
Vertice Gargani residens incendia pastor.
At facie subita volitantum montibus altis
Flammarum, quis tunc cecidit custodia sorti,
Horrere, atq; ipsos nullo spargente vagari
Credere, & indomitos pasci sub collibus ignes.
Cælone exciderint, & magna fulmina dextra
Torserit omnipotens, an cæcis terra cauernis
Fuderit egestas accenso sulphure flammas
Infelix tellus, media in formidine quærunt.

Iamq;

Iamq; abeunt fauces; via citus occupat armis
Tu ..., &c. *affixus* dixit exemplo Virgilii, cuius illud est: *clauumq; affixus & harens Nusquam amittebat.* reliqua ita certa sunt, vt operam lusurus sim, si ea cuiquam sano, nedum tibi, Weidnere, qui hæc pro acerrimo iudicio tuo, optime æstimare poteris, probare coner. Vale.

EPISTOLA XXXII.

Franc. Modius Paulo Melisso S. Noribergam.

Silentio, quod inter nos diuturnius omnino fuit, Paule Melisse, quam debebat inter eos, quos eadem studia, & quod caput est, cum Cl. V. Ioan. Posthio Archiatro Wirzeburgico communis amicitia, tametsi longo interuallo, & multis millibus dissitos, ita coniunxerunt, vt non possent inter se ignoti, aut mutui visi videri; huic, inquam, silentio tandem aliquando elegantissimos illos tuos ad me versiculos finem attulisse, emoriar, si non ex animo gauisus sum. neque enim tam humanitate me hic a te superatum, & occupatum doleo, quam illud lætor, datam mihi vicissim a te scribendi occasionem. nolim tamen propterea carmen aliquod a me vicissim nunc quidem te exspectare; mitteretur idem alias melius, nunc eram in diuerso dicendi genere, & hæc in Cicerone nescio an emendabam, studebam certe emendare. pro lege Manilia: *At eam quoq; rem popul. Roman. non modo vidit, sed etiam studio omni visendam putauit:* auctius membranæ meæ: *sed etiam studio omni visendam, & concelebrandam putauit.* statim: *Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisq; extremarum nationum ita versari vestrum Imperatorem, vt nihil aliud quam de hoste ac laude cogitet.* locus in speciem rectus, re non item. nec melius tamen eum Lambinus, sed aliquanto corruptius, ita legit: *Difficile est in Asia, Cilicia, Lycia, Syria regnisq; exterarum nationum ita versari vestrum imperatorem, &c.* peior, inquam, hæc, quam communis lectio vulgata quis enim hic locus *Lyciæ*, regiunculæ nullius momenti, si cum multis, quas Cicero præterit, conferatur, & sola patera sua, Apollinis oraculo celebrata, notæ: quis, inquam, huic hic locus esse potest, inter *Syriam* & *Ciliciam* potentissimas & opulentissimas regiones? omnino hæc *Lycia* nobis hic ex *Cilicia* nata est. quod Lambinum non vidisse miror, existimoq; aliud agentem hunc locum ita constituisse, qui a meis libris hoc pacto corrigitur: *Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisq; interiorum nationum ita versari vestrum Imperatorem, &c.* interiores autem nationes, quas intelligat, satis clarum est, nimirum intimæ Asiæ incolas. sic auctor declamationis in Salustium: *hoc Africam interiorem obtinente* dixit. Pergit Cicero: *Difficile est dictu Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes propter*

I. *Cicero pro lege Manilia notatus.*

II.

III.

eorum, quos ad eos hoc anno cum imperio misimus, iniurias ac libidines. Scribo meo periculo sed fide membranarum: *Propter eorum, quos ad eos per hos annos cum imperio misimus, libidines ac*
IV. *iniurias.* Loquitur Cicero non de vno illo anno, sed de aliquam multis proxime præteritis. Paucis ab hinc versibus: *Vrbes iam, locupletes ac copiosæ requiruntur, quibus caussa belli, propter diripiendi cupiditatem inferatur.* habent veteres libri: *propter diri-*
V. *piendi facultatem.* quod non videtur reiiciendum. mox est: *Quare etiamsi quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen, nisi erit idem, qui se a tecunsis sociorum, qui ab eorum coniugibus, ac liberis. qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumq; mittatur.* nostri libri manu exarati locupletius referunt: *nisi erit idem, qui se a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus, ac liberis, qui ab ornamentis fanorum, atque oppidorum, qui ab auro, gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, &c.* probo. præcessit enim: *Quod enim fanum fuisse putatis in illis terris, nostris magistratibus religiosum? quam ciuitatem sanctam? quam domum, &c.*
VI.

Statim, certe non ita multo post: *Primum in te satis esse animi, constantiaq; arbitror: deinde, cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus: quid est quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus?* hæc est vulgata lectio, etiam Lambini iudicio comprobata: arbitror tamen, opinor & tu, Melisse, vbi locum inspexeris, nostrarum membranarum scripturam longe & meliorem, & veriorem esse, quæ referunt: *Primum in te satis esse animi constantiaq; arbitror: deinde, cum tantam multitudinem tanto studio adesse videamus, quantam nunc iterum in eodem homine præficiendo videmus, quid est, &c. nunc iterum,* dicit, propter illud tempus, quo eidem Pompeio bellum Pyraticum mandatum est. Porro postrema illa: *aut de perficiendi facultate dubitemus.* faciunt etiam aliquo modo ad id, quod paula ante dixi, m.ss. habere: *propter diripiendi facultatem.* vbi est vulgo, *propter diripiendi cupiditatem.* Vale, Comburgi. Id Decemb. CIƆ.IƆ.LXXXI.

EPISTOLA XXXIII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirtzburgico S.

DOno dedit mihi his diebus Io. Weidnerus noster manu exaratum Martialis codicem, non quidem vetustum omnino nimis, quippe qui Romæ anno demum CIƆ. CCCC.LXVIII. scriptus fuerit, sed haud dubie ex bonæ planæ notæ exemplari expressum, ex cuius ad nuperam editionem Plantinianam omnium,

moniorum, quæ exstant, accuratissimam, præterque Hadriani Iunii obseruationes, ex Turnebi, Lipsii, aliorumque doctissimorum virorum scriptis & vetustis membranis a diligentissimo Theodoro Pulmanno nostro adornatam, contentione, quædam deprehendere visus sum in lepidissimo poetarum notanda, de quorum genere etiam isti sunt. Lib. I. epigr. CIV. ad Scæuolam:

I
Martialis lib. I. Epigr. CIV. notatus.

Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques,
Qualiter o viuam, quam large, quamq; beate.
Riserunt faciles, & tribuere Dei.

prior pentameter in m.s. nostro sic erat perscriptus:

Dicebas nondum Scæuola iustus eques.

quod probo, quia concludit mox:

Aut viue, aut decies, Scæuola, redde Deis.

& nondum iustus eques, valet, cum adhuc tibi aliquid ad censum equestrem deesset, qui erat olim Romæ, vt ex illo Horatii:

Budæus censum equestrem ait fuisse coronatorum 125000. senatorium 30000. videatur Plinius naturalis hist. lib. XXXIII.

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Plebs eris, colligitur, quadringentorum millium, nisi quod ex his Suetonii verbis: *Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit, donatusq; quingentis sestertiis, & annulo, sessum in quatuordecim ex scena per Orchestram transiit.* videtur creuisse & ad quinquenta millia ascendisse, a quibus demum rursus descenderit redactus ad pristinum Tiberii iussu. de qua re ita in eius vita Suetonius: *Hac de caussa constitutum, ne cui ius annuli esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia quadringenta census fuissent.* deque numero horum forsasse fuit hic Scæuola, ideo a poeta dictus nondum iustus eques, quod in equitibus forsasse fuerit ratione huius Tiberianæ constitutionis, censum equestrem ipse tamen non habuerit. sed pergamus a I CVII. epigramma in Rufum:

II.
Epigr. CVII.

Interponis aquam subinde, Rufe,
Et si cogeris a sodale, raram
Diluti bibis unciam Falerni,
Numquid pollicita est tibi beatam
Noctem Næuia, sobriasq; mauis
Certa nequitias fututionis?
Suspiras, retices, gemis: negabit.
Crebros ergo bibas licet trientes,
Et durum iugules mero dolorem.
Quid parcis tibi, Rufe? dormiendum est. versu tertio erat in m.s. cod. *Lymphati bibis unciam Falerni*, quod amplector; memini enim alicubi Horatium dicere: *restinguere pocula lympha.* & scio nescio quem dicere solitum: Lymphatum vinum lym-

phatam mentem f.c re.scribo etiam mox: *Suspiras, retices, gemis, negauit.* nota affinitas literarum b.& u.suspiria, reticentia, gemitus inquit argumento sunt repulsæ tuæ. *negabit* sane plane loco huic, vt vides Posthi, conuenire non potest. Epigr.cx. de catella Publi:

III. Epigr.cx. *Collo nixa cubat, capitq; somnos,*

Vt suspiria nulla sentiantur. hic quoque malim cum nostro Weidnetiano codice: *Collo nexa cubat.* catellæ enim colli inflectione capturæ somnum tantum non nexum referunt. Legerim etiam eod.epigr. eleganti repetione, præsertim volente iubente eodem laudato nobis libro:

IV. Ibidem. *Hanc, ne lux rapiat suprema totam,*

Picta Publius exprimit tabella,

In qua tam similem videbis Issam,

Vt sit tam similis sibi nec Issa. vbi vulgo est: *Vt sit tam similis sibi nec i, sa.* Lib.II.epigr.VI.

V. Lib. II. Epig. VI. *I nunc edere me iube libellos,*

Lectis vix tibi paginis duabus,

Spectas ἐσχατοκώλιον Seuere,

Et longas trahis oscitationes.

emendo ex libro veteri:

I nunc, edere me iube libellos,

Lectis vix tibi paginis duabus,

Spectas ἐσχατοκώλιον Seuere.

Quid longas trahis oscitationes?

VI. *Hæc sunt quæ relegente me solebas*

Epigr.VIII. *Rapta scribere.* & quæ sequuntur. Epigr.VIII.

Ista tamen mala sunt, quæ si manifesta negamus

Hæc mala sunt, sed tu non meliora facis. longe, vt mihi quidem videtur, elegantius est, quod in m.s reperi:

VII. Epigr. XI. *Ista tamen mala sunt, quasi nos manifesta negemus.*

Hæc mala sunt, sed tu non meliora facis. Epigr.XI.

Quod fronte Selium nubila vides Rufe,

Quod ambulator porticum terit serus,

Lugubre quiddam quod tacet piger vultus,

Quod pene terram tangit indecens nasus,

Quod dextra pectus pulsat & comam vellit:

Non ille amici fata luget, aut fratris,

Vterq; natus viuit, & precor viuat.

Salua est & vxor, sarcinaq; seruiq;

Nihil colonus, villicusq; decoxit.

Mæroris igitur caussa, quod domi cœnat.

frigida est hæc & infaceta, quod mihi semper visa est, conclusio: quare non inuitus facio, vt eam monente scripto libro interpolem hoc modo:

Mæro-

Mæroris igitur caussa quæ est? domi cœnat.

Sed nec illa proba est Epigr. xxxvii.

Quidquid ponitur hinc & inde verris,
Mammas suminis, imbricemq; porci, VIII. Epig. xxxvii.
Communemq; duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumq; totum,
Murenæq; latus, femurq; pulli,
Stillantemq; alica sua palumbum.
Hæc cum condita sunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda:
Nos accumbimus otiosa turba.
Vllus si pudor est, repone cœnam,

Cras te Cæciliane non vocabo. hæc quoque dico, minus venusta & ingenio Martialis digna conclusio est. quo pronior sum æque in scriptam lectionem quæ refert: *Cras te Cæciliane non vocaui.* insane bene. quid malum, inquit salsissimus poeta cœnam auferri iubes, tanquam postridie reposita celebraturus, non in crastinam sed in hodiernam cœnam de vocaui. Epig. iv. lib. iii. ad librum suum: IX. Lib. iii. Epigr. iv.

Cur absim quæres (Roma puta) *breuiter. tu multa fatere:*
Non poterat vatem tanta ferre toga.

scribo mutata leuiter interpunctione:

Cur absim quæres. breuiter tu multa fatere,
Non poterat, &c. non Apollinis magis verum atque hoc dictum meum. Epigr. xx. De Canio Gaditano: X. Epigr. xx.

An delicata Sole rursus Europa
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet, ambulatue liber acribus curis?
Sternitne thermis an lauatur Agrippa
An impudici balneo Tigillini? lib. manu exaratus.
Petine thermis an lauatur Agrippa,
An impudici balneo Tigillini? quare quærendum censeo Posthi, Petusne aliquis thermas Romæ ædificauerit, atque in hoc valere te iubeo. Wirzeburgi Idib. Decemb. anno CIↃ.IↃ. LXXXIII.

Editio quoq; Basileiensis Bylingeriana anni CIↃ. IↃ XLVI. habet: Titine | thermis an lauatur Agrippæ,

EPISTOLA XXXIV.

Franc. Modius Henrico Petreo S. Francofurtum ad Mœnum.

ET ante sæpe, Henrice Petree, id operam dedi, vt me quacunque etiam ratione tibi insinuarem, & nunc nuper, cum diebus aliquot Francofurti subsisterem, fui in eo, quod quidem vere dicere possum, omnino diligenter. Sed nescio qui factum sit, vt, quod ego inprimis vellem, & tu fortasse non nolles, salutandi inter nos occasio non fuerit, nisi si quis Deus

forte hanc mihi voluptatem in alia tempora reseruari voluit, vt tanto illa tum solidior sit, quanto maiore desiderio diu fuerit exspectata: vt illi, quisquis est, videtur, nunquam tamen hoc etiam efficiet, vt non interea, dum viua voce non licet, literis meis te compellem, & iudicium subinde tuum de his aliisque consimilibus exquiram. Apud Italicum lib. II de miserando Saguntinorum exitio, inter cetera hæc verba leguntur:

I. *Silius lib. II. vers. IↃCI. bis emendatus.*

Princeps Tisiphone lentum indignata parentum,
Pressit euans capulum, contantemq; impulit ensem:
Et dirum insonuit stygio bis terq; flagello.
Inuitas maculant cognato sanguine dextras,
Miranturq; nefas aduersa mente peractum.

quæ parua omnino mutatione ita scribenda putabam:

Princeps Tisiphone, lentum indignata parentum,
Pressit ouans capulum, contantemq; impulit ensem,
Et dirum insonuit stygio bis terq; flagello.
Inuitas maculant cognato sanguine dextras,
Miranturq; nefas auersa mente peractum.

auersa mente, valet, alio versa, alienata mente. Virgilius de Pallade a Græcis iam alieniore: *auersa Dea mens.*

II. *Versu IↃCXXV. item bis, ter.*

Sequitur:

Ille iacit totis connixum viribus agrum
In flammas corpus, densum qua turbine nigro
Exundat fumans piceus caligine vertex.
At medios inter cœtus pietate sinistra
Infelix Thymbrene furis, Panoq; parentis
Dum properas auferre necem, redolentia formam
Ora tuam laceras, temerasq; simillima membra:

non dubitem affirmare esse legendum:

Ille iacit totis connisum viribus agrum
In flammas corpus, densum qua turbine nigro
Exundat fumum piceus caligine vertex.
At medios inter cœtus pietate sinistra
Infelix Thymbrene furis, Pœnoq; parentis
Dum properas auferre necem, reddentia formam
Ora tuam laceras, temerasq; simillima membra.

Ora tuam reddentia formam, dixit, vt postea ingeniosus & tersus poeta Claudianus:

Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu
Cœruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum.

sed redeamus ad Silium, qui statim ait:

III. *Versu IↃCXLI.*

Ecce simul iugulum perfoderat ense Lycormas
Sed magno quonam Eurymedon furor istat sonabat
Cum planctu, geminaq; notus decepta figura

Nomen

Nomine mutato reuocabat funera mater,
Donec, transfacto tremebunda per vbera ferro,
Cessit, & ambiguos cecidit super inscia natos.

imitatio Virgiliana de geminis Laurentibus; sed quæ tum demum proba erit, cum hoc modo legetur:

Ecce simul iugulum perfoderat ense Lycormas,
Sed magno: Quinam Eurymedon furor iste? sonabat
Cum planctu, geminaq; notis decepta figura,
Funera mutato reuocabat nomine mater:
Donec transfacto tremebunda per vbera ferro,
Tunc etiam ambiguos cecidit super inscia natos.

& est sententia postremorum versuum: donec cecidit super natos, quos ne moriens quidem, ob formæ similitudinē, discernere inter sese potuit. atque hæc quidem, vt dixi, certa est emendatio, non arbitraria. Nec dubito etiam, quin XIV. ab iis, quæ modo posui, versu legendum sit: IV. Versu IƆCLIX.

Ardens tecta Deum, resplendet imagine flamma
Æquor. non vt vulgo est: *respondet imagine flamma Æquor.* sic enim idem Claudianus ait:

——*& accenso resplendent æquore Syrtes*

sed pusillum hoc. illud moneri dignius. Lib. III. statim, quo loco est: V. Lib. III. versu XIV.

Exin clauigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis.

plane legendum, reponendumque videri:

Exin cornigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis.

est enim de Ioue Hammone sermo, qui teste Curtio meo, vmbilico tenus arieti similis est. dicetque adeo mox ipse Silius:

——*nemorosaq; regna*
Cornigeri Iouis, &c. Vale.

EPISTOLA XXXV.

Franc. Modius Philippo I. F. Camerario IC. S.
Norimbergam.

CEnsorini de die natali, consultissime Camerari, varium & reconditæ cuiusdam eruditionis opus, siue thesaurus est, quotiens in manus sumo, vt vulgo in Italia, Gallia, Germania vulgatum est post artem cusoriam, a vestratibus inuentam, totiens & miseret me pariter scriptoris non mali, qui tam malos vbique semper auspices nactus sit, & gaudeo forte fortuna eum talem demerendi mihi occasionem dari opportunitate libri olim in Vbiis mire antiqui, ex quo & alias quamplurima ipsius vulnera sanare visus sum, & hæc quoque nunc obligare conabor, de quorum curatione te postea arbitrari volo. *Iam*

I. Censorinus de die Natali cap. VII. vbi versus aliquam multis desiderantur, ipsi igniter supplentur & in aliis bis, ter correctus.

primum, inquit, *quoto post conceptionem mense infantes edi soleant, frequenter agitatum, inter veteres nondum conuenit. Hippon Metapontinus a septimo ad decimum mensem nasci posse existimauit: Nam septimo partum iam esse maturum: eo quod in omnibus numerus septenarius plurimum possit. Siquidem septimis a partu formentur dentes mensibus: additisque alteris vi ecti consistere incipiamus; & post septimum cadant annum: XIV. autem pubescere soleamus. Sed hanc a septem mensibus incipientem maturitatem vsque ad decimum perductam: ideoque in aliis omnibus hac eadem natura est, vt VII mensibus annisue, tres aut menses aut anni ad consummationem accedant.* non Hippolytum peius excusso iugo equi habuere, quam hunc locum typographi correctoresque: ita mutilatus bona parte sui vulneribus hiat vndique, sed experiar, an nouus Æsculapius Virbium ex eo facere possim, non ostensa a Dracone herba, aut nescio qua inconcessa arte, sed ope, quam illi plenis faucibus membranæ propinant. in quib. hæc ita concipiuntur: *Nam septimo partum iam esse maturum eo quod in omnibus numerus septenarius plurimum possit: siquidem septem formemur mensibus, additisque alter sis recti consistere incipimus: & post septimum mensem dentes nobis innascantur, iidemque post septimum cadant annum: XIV. autem pubescere soleamus. Sed hanc a septem mensibus incipientem maturitatem, vsque ad decem perductam, ideo, quod in aliis omnibus hac eadem natura est. vt, &c.* videntur tam in sere hunc elegantissimum locum turbasse, corrupisse, interpolasse, mutilasse, quibus a fide alienum videbatur. decimoquarto mense a quo concipi cœptus esset, rectum consistere partum. sed hi non satis cepisse videntur mentem Censorini, qui ait quosdam in ea esse opinione, vt existiment septimo mense completo partum iam esse maturum, ideoque ex eo statim tempore edi quidem posse, sed perfectionis gratia quosdam diutius in vtero contineri tamen, & hos rursus alios aliis diutius: adeo vt quidam octauo, alii nono, nonnulli etiam decimo demum mense nascantur, paremque porro esse caussam subiungit, ea vt diximus natorum, ex quib. etiam intelligi vult, septimo mense, qui celerrime, qui tardissime, decimo consistere incipere. quod in plerisque adeo verum esse experientia scimus, vt non pauci ante annum completum suo, quod aiunt, marte non consistant modo, sed & incedant quoque, & currant.

II. Iterum eod. cap. semel atque iterum interpolatus.

vnde natum apud nostrates prouerbium tritius, quam vt hic adscribi debeat, vbi nimis diu hæsi. sed pergo iam: *Ceterum* (sequitur eodem VII cap.) *XI. mense Aristoteles solus recipit. Ceteri vniuersi improbarunt. sed nunc Chaldaeorum ratio breuiter tractanda est, explicandumque cur VII. mense & VIII. & X. tantum posse nasci homines arbitrentur.* falsum est, Chaldæos VIII. mense nasci omnino hominem posse existimare, vt vel ista, quæ præcedere

eſſere ſtatim arguunt: *Nono autem & decimo menſe, tum Chalcæ tius me, & idem ſupra nominatus Ariſtoteles adi poſſe partum putauerunt.* quare reponatur hic quoque VII. *menſe* & IX. & X. *tantum poſſe homines naſci arbitrentur.* ſcribaturque omnino initio: *Ceterum XI. menſem Ariſtoteles ſolus recepit.* Cap. IX. *Natura enim a primo Zodio ad tertium, ſic a tertio ad quintum. Inde porro ad ſeptimum ac deinceps alterna linea emittantur hexagona, &c.* m. ſ. *Nam cum a primo.* & profecto illud *nam* verum & germanum eſt: τὸ *natura* ſuppoſititium, & ſpurium, natum ex eo, qui cum *na* cum linea ſupra illas literas ducta reperiſſet, compendio hoc *natura* ſignatum exiſtimaret, verueci caput, non hominis. Ego mutabo leuiter *enim* in *ſi ut* lego: *Nam ſicut a primo Zodio ad tertium, ſic a tertio ad quintum, &c.* res clara eſt, & mutationis ratio manifeſta. ad hoc ergo: *Sed non* (eſt cap. XI.) *permixta voces omnes, cum aliis ut libet iuncta, concordabiles in cantu reddunt effectus.* membranæ: *Sed non promiſcua.* nempe, rectum eſſe: *Sed non promiſcua voces omnes.* aut quod malim etiam: *Sed non promiſcue voces omnes cum aliis, &c.* Eod. cap. *Vna duorum tonorum & ſemitonii habens diaſtema, qua vocatur diateſſaron.* rurſum membranæ: *Vna duorum tonorum.* quod non diſplicet. Sequitur eodem XI. cap. de Pythagora: *Nam chordas æque craſſas, parique longitudine, diuerſis ponderibus tetendit, quibus ſæpe pulſis phthongi ad ullam ſymphoniam concordantiæ, conſiderat mutabat inter ſe collata, & identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, tunc duas chordas concinere, id quod eſt diateſſaron, cum, &c.* ingeniosiſſimum commentum viri acutiſſimi alii illi diſſimilimi narrando corrumpunt, quorum ſordibus eiectis legatur: *diuerſis ponderibus tetendit, quæ ut ſæpe pulſis, nec phthongis ad ullam ſymphoniam concordantibus, pondera mutabat, & identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, &c.* cupio te valere, clariſſime Camerari.

III. Cap. IX.

IV. Cap. XI.

V. Ibidem.

VI. adhuc ibid. a gloſſographorum ſordibus repurgatum & aliis omiſſum datum.

EPISTOLA XXXVI.

Franc. Modius Paſchaſio Briſmanno, IC. S. Spiram.

QVo grauior & præſtantior eſt ſcriptor Seneca philoſophus, eo magis refert, quam emendatiſſimum illum in manibus hominum verſari, & quamplurimos exiſtere, qui temere a monachis olim immutata, & pro captu cuiuſque interpolata, in integrū ex edicto vnde vi, & albo m. ſſ. codicum paulo minus deprauatorum, eiectis ſubrepticiis & adulterinis, reſtituant, quod, vt ipſe quoque pro opibus meis feciſſe videar, tenuia quædam, ſi quid tamen in tam ſerio & ſancto auctore tenue videri poteſt, huic meæ ad te, conſultiſſime Briſmanne, epi-

I. Seneca epist. VII. emendatus. stolæ, facto ab eius septima initio, mandabo. *Quod agris* (inquit) *euenit, quos longa imbecillitas vsq; adeo effecit, vt nunquam sine offensa proferantur: hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo inficiuntur.* malo, vt membranæ scribunt: *Quod agris euenit, quos longa imbecillitas vsq; eo affecit, vt nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur.* tota epistola est de turba, locorum subinde mutatione, & iactatione vitanda.

II. Ead. epist. Eadem epist. *Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus spectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est, quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit.* sententia postulat, & membranæ iubent, vt legatur, *lusus exspectans & sales.* Assederam, inquit, in spectaculo exspectans animi laxamenta, sed contra accidit: nihil enim ibi præter mera homicidia videre fuit. gemina est huic epistolæ Cypriani altera ad Donatum. Eam videat, qui volet, nos pergimus ad Senecæ VIII. Epistol. in

III. Epist. VIII. qua quod est: *Scitote hominem tam bene culmo quam auro tegi. Contemne omnia, quæ superuacuus labor velut ornamentum ad decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile.* mutandum videtur in: *Scitote hominem tam bene culmo, quam auro tegi: Contemnite omnia, quæ superuacuus labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogitate præter animum nihil*

IV. Ead. epist. *esse mirabile.* Eadem epist. *Philosophia seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas, non differatur in diem: Qui se illi subiecit, & tradidit, statim circumagitur.* Extrita vnica ex voce *differatur*

V. Epist. IX. litera, & interpunctione mutata, scribatur: *Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit, ac tradidit, statim circumagitur.* Epist. IX. *Si quis oculum casus excusserit, reliqua illi sua satisfacient, & erit imminuto corpore tam lætus, quam integro fuit. Quæ sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mauult. Ita sapiens se contentus est, non vt velit esse sine amico, sed vt possit: & hoc quod dico, possit, tale est, amissum æquo animo fert: sine amico quidem nunquam erit, in sua potestate habet, quam cito reperet.* lego ex ductu literarum m. s. librorum: *Si quis oculum casus excusserit, reliqua illi sua satisfacient, & erit imminuto corpore tam lætus, quam integro fuit. & vt quæ sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mauult: ita sapiens se contentus est, non vt velit esse sine amico, sed vt possit: & hoc quod dico, possit, tale est: amissum æquo animo fert, sine amico quidem nunquam erit, in sua potestate habet, quam cito reparet.*

VI. Ead. epist. Eadem epist. *Hæ sunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Qui caussa vtilitatis assumtus est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Certe florentes amicorum turba circumsedet, circa euersos ingens solitudo est, & inde amici fugiunt, vbi probantur: hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium*

tium, aliorum metu prodentium. emenda: *Hæ sunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Quæ caussa vtilitatis assumta est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. hac re florentes amicorum turba circumsedet, circa euersos ingens solitudo est, & inde amici fugiunt, vbi probantur: hac re ista tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium.* hac re, valet, ob hanc rem; hac propter. Epist. x. *Denique quod vnum solitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere iudicium, perit, stulto. Ipse se prodit.* scribe: *Denique quod vnum solitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere iudicem, perit stulto, ipse se prodit.* Epist. xi. *Nihil horum vitari potest, non magis quam accersi* corrige: *Nihil horum vetari potest, non magis quam accersi.* sequitur enim: *nec prohibetur hic, nec adducitur.* Eadem epist. sub fin. *Opus est inquam aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant.* manifeste legendum, *ad quem mores nostri se ipsi exigant*: exigere hic est idem, quod examinare. Epistol. xii. *Iurat per genium meum, se omnia facere, in nullo cessare curam suam, sed illas vetulas esse, quod inter nos sit. Ego illos posueram, ego illarum primum videram folium.* scribendum puto, inquit eruditissimus Pincian. *quid interim nobis sit?* vt mox ante: *Quid mihi futurum est? Nam vt in omnis lectio habet: Quid inter nos sit?* & non libenter dissentio ab homine doctissimo: potius tamen arbitror, vt recenta lectione librorum, & manu scriptorum, & formis cusorum, scribatur: *Iurat per genium meum se omnia facere, in nullo cessare curam suam, sed illas vetulas esse. Quod inter nos sit, ego illas posueram, ego illarum primum videram folium.* quod, inquit, soli tibi a me dictum sit, quod tu solus mecum scias. loquimur isto modo etiam Germanica nostra lingua. Vale. Combergi xi. Cal. Quintiles. ∞ I⊃. I⊃ LXXXIII.

VII. Epist. X. — VIII. Epist. XI. — IX. Ead. epist. — X. Epist. XII.

EPISTOLA XXXVII.

Franc. Modius Francisco Nansio, Franconatum in Flandria Senatori p. p. S.

IN literis ad me dandis, cognate Nansi, cessator esse cœpisti. Sed non imitabor exemplum, vt qui sciam viris in illo vestro fastigio a Fortuna, imo virtute, ne quid mentiar, positis & collocatis, non tam scribendi sæpe voluntatem deesse, quam copiam, occasionem, opportunitatem. ignoscere igitur possum hactenus, si interdum vel breuissimas ad me literas dabis, quas longissimis pensem, & his talibus animaduersionibus remunerer. Elegans omnino est iste ex Hygini Astronom. lib. IV. locus, sed in vitio manifestus, quamdiu, vt adhuc, ad hunc modum circumferetur: *Quare autem euenit, vt ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti, eius simile hæc caussa est, vt si quis in nauicula vestro sedens, inquirat ad primum transire, & nihilominus ipsa nauis iter suum conficiat. Ille quidem videbitur contra nau-*

I. Hyginus Astronom. lib. IV. aliquoties emendatus, de Sole.

cula cursum ire, sed tamen eodem perueniet, quo nauis. hoc autem sic etiã facilius intelligitur, si nauem diuiseris in partes CCCLX. quemadmodum Sol dieb. CCCLX. simul mundum transigit, eodem modo, vt ante diximus, sic diuisa, & in vna parte de CCCLX. constituatur quilibet eorum. Nauis autem habet vnius dies cursum; ille quidem contra nauim ire, sed cum ea ad locum definitum peruenire intelligeretur. Non.n. extra nauim est. quia rostro ad puppim transit, sed ipsa naui continetur, &c. egregius, dico hic, si quis in auctore locus, sed misere corruptus. præcipue in illis: *inquirat ad primum transire.* quid .n. in his significari putabimus, anteriorem nauis partem? at illa ipsa rostrum est, seu prora. plane totus locus ita interpolandus, supplendus, emendandus denique est: *Quare aũt eueniat, vt ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti, eius similis hac caussa est: vt si quis in nauicula rostro sedens hinc quærat ad puppim transire, & nihilominus ipsa nauis iter suũ conficeat, ille quidem videbitur contra nauiculæ cursum ire, sed tamen eodem perueniet, quo nauis. Hoc autẽ sic facilius intelligitur, si nauem diuiseris in partes CCCLX. quemadmodum Sol dieb CCCLX. simul mundum transigit: eodem modo, vt ante diximus, si nauis sic diuisa, & in vna parte de CCCLX. constituatur quilibet eorum, nauis autem habet vnius dies cursum, ille quidem contra nauim ire, sed cum ea ad locum definitum peruenire intelligitur. Non.n. extra nauim est, quia rostro ad puppim transit, &c.* nos .n. quoque verbis, quib. nihil in re certa & clara opus est, supersedentes, a Sole ad

II. *De Luna.* Lunam transeamus, de qua quod est: *Ne nonnullis incaute huius rationem relinquentes, aut propter magnum laborem defecisse, aut inscientia superati, non valuisse persequi videamur.* mutandum est

III. *Ibidem.* ex membranarum scito in: *Ne nonnullis intactã huius rationem relinquentes, &c.* statimq; legendum: *& quod alterius quæri volumen, hoc libro nostro perlecto, noluimus* non vt vulgo: *Sed quod alterius quæri volumen, hoc perlecto, non volumus.* hoc .n. innuere vult; ita se ad scribendum accessisse, vt qui ex his breuissimis libellis eatenus doceri quemlibet de re Astronomica posse speraret, vt, iis cognitis, aliorum ingentia volumina de eadem non

IV. *Adhuc ibid.* esset magnopere desideraturus. Statim: *de Luna & Sole dicemus ita: Lunam a Sole per alios exortus & occasus necesse est moueri, non stare.* Emendo ex veteri codice: *de Luna & Sole dicemus: Lunam vt Solem per alios exortus & occasus necesse est moueri, non stare.* probant sequentia, quæ inde, cui volupe est, petat ego

V. *Et quarto.* pergo. *Cum enim totum transegerit cursum, sola autem ad aliud signum transire intelligatur.* quomodo Luna transacto cursu ad aliud signum transire dicatur, non intelligo, putoque legendum: *sol autem ad aliud signum transire intelligatur.* quod notius, quam vt in disputationem venire debeat. & videlicet primam vocalem dictionis sequentis præcedenti adhæsisse, hinc

natam

natam mendam. In paucis verbis: *Luna enim cum ex toto mundo* VI.
& omnibus stellis maxime terra proxima videatur, & ad acies *Item quinto*
nostras perueniat, & quodam tempore torrens perueniat ad eun-
dem locum signi, quo Sol vertitur, obseruare lumen eius a nostro
conspectu videtur. Rursum: *Quod euenire sic etiam potest intelli-* VII.
gi, vt si quis alicui maxum planam ad oculos admouerit, quanto *Sexto.*
magis sic fecerit, hoc minus ille videre poterit: & quanto longius ab
eo discesserit, hoc magis illi omnia poterunt apparere. simili ratione
cum Luna ad Solis locum peruenit, tunc proxima eius videtur esse,
& radio eius obturare, vt lumen emittere non possit, quæ omnia,
vt verborum compendium faciam, ita interpolanda ex libris, vt
antiquioribus, ita melioribus. *& quodam tempore velut torrens*
perueniat ad eundem locum signi, quo Sol vehitur, obscurare lumē
eius a nostro conspectu videtur. ac: *quanto magis sic fecerit, hoc*
minus ille videre poterit. deniq; tunc proxima ei videtur esse, & ra-
dios eius obturare, &c. minuta hæc, fateor, sed sint sane, dum pro- VIII.
sint modo. Sequitur: *Hunc supra Iouis signo orbem est stella, quæ* *Septimo.*
abest a Martis hemitono. confusa & corrupta omnia. legatur: IX.
Supra hunc orbem Iouis est stella, quæ abest a Martis hemitonio. *Octauo.*
Mox: *Si enim quisquam mihi potest demonstrare quinq; stellarum*
cursum, & dicere, quod hodie quaque coram ad aliud transeat si-
gnum, &c. m. l. *quod hodie quaque earum ad aliud transeat si-*
gnum. De Venere: *Sed stellas quinque nonnulli has aiunt esse,* X.
Veneris, Mercurii, Iouis, Saturni, & Martis: e quibus esse maxi- *De Venere*
mam colore candido, nomine Hesperum, & eam appellari Vene- *ter, quater*
rem. Hac stella non abest a Sole longius duabus signis, subter eius *correctus.*
circulum collocata, sicut antea diximus. Apparens autem maxi-
me noctu, sed toto mense non plus indeficiens potest videri. varie
corrupta & interpolata scriptura, quæque ex membranis ita
restituenda videatur: *Sed stellas quinque nonnulli aiunt esse Ve-*
neris, Mercurii, Iouis, Solis, & Martis: e quibus esse maximam co-
lore candido, nomine Hesperum appellari. Hæc stella non abest a
Sole longius duobus signis, subter eius circulum collocata. sicut an-
tea diximus, apparens maxime noctu, sed toto mense non plus vnde-
uiceies potest videri. Solis hic legendum, non *Saturni*, constat ex
sequentib. interpolaratque locum, qui apud Ciceronem II. De
natura Deorum viderat Saturni stellæ, quæ Phænon vocaretur,
mentionem exstare. sed notat infra Hyginus hanc ab aliis Sa-
turni, sed a pluribus Solis stellam vocitari. omisi, *& eam Ve-*
nerem, quod horum verborum nec vola, nec vestigium in o-
ptimis membranis compareret. qui tamen retinenda censebit,
mutet ita: *& esse Veneris*. aduerti enim animo non raro in m. ss.
hæc, *ess.* & *eam*, eodem compendio exarata. denique vocem, ni-
hili hic, meo iudicio, *indeficiens* in *vndeuiceies* non incommo-

XI. De Saturno. de transfudi. Sequitur de Solis stella: *Solis stella nomine Phaeton corpore est magno, &c.* m.s. *nomine Phanon*, & ita a Cicerone appellari eam diximus. Plane sub finem : *Noctis autem spatium*
XII. De Marte. *constituerunt esse, quamdiu Sol ad occasum rursum ad exortum reuertatur. Mensem autem quamdiu Luna Zodiacum circulum perducat.* concinnius membranæ: *Noctis autem spatium constituerunt esse, quamdiu ab occasu rursum ad exortum reuertatur. Mensem autem quamdiu Luna Zodiacum circulum percurrat.* Vale cognatorum amicissime. Comburgi Non. Iuniis CIƆ. IƆ. LXXXIII.

EPISTOLA XXXVIII.

Franc. Modius Georgio Rattalero, Præs. di Vltraiectino S.

ETsi inibi sum, amplissime Rattallere, vt potius mihi tuas hoc tempore, quam a me tibi alteras exspectandas censeam: tamen, vel quod ita occasio ferret vt esset, cui recte has tibi reddendas darem, vel quod sperarem hisce te admonitum (si forte priorum dedito tibi in rebus grauioribus obrepsit obliuio) maturius cupiditati nostræ rescribendo esse satisfacturum, iterum te hic mihi compellandum, &, vt iuxta Ciceronis illud, semel verecundiæ limites transgressus, insigniter impudens sim, de sequentibus in Silio obseruationibus consulendum duxi. Locus est lib. eius XII. in hæc ni fallor verba:

I Silius lib. XII. versu IƆXI. quater, quinquies emendatus.

Perge, age, vince omnem miles virtute laborem,
Et, quantum humani possunt se tendere passus,
Arduum accelera, Romam petis, hoc iter Alpes,
Hoc Cannæ statuere tibi, et amentes muris
Vmbonem Iliacis, Capuaq; rependo ruinas,
Quam tanti fuerit cadere, vt Pallatia cernas,
Et denigrantem Tarpeia sede Tonantem.
Instructi glomerant gressus, Roma auribus hæret,
Roma oculis, creduntq; ducis solertibus actis
Aptius id cœptum, quasi duxisset ab ipso
Fatali Æneadis campo, vulturna citata
Transmittunt aluo vada, &c

satis enim multos iam versus posuimus, examinandi eos tandem tempus videtur. & primo quidem arbitrabar legendum: *hoc iter Alpes, hoc Cannæ strauere tibi,* non *statuere*. ratio manifesta est, & membranæ non repugnant. hinc pro: *denigrantem Tarpeia sede tonantem.* lego euidenti coniectura: *demigrantem Tarpeia sede tonantem.* Dii deuictis vrbibus emigrare putabanbantur. Virg.

Excessere omnes adytis, templisq; relictis
Di, quibus imperium hoc steterat.

&Ro-

& Romani, vt scis, Rattalere, certo & solemni carmine, antequam vrbem aliquam vi caperent, Deos eius tutelares euocabant promissis amplioribus etiam iis, quam illic habuissent, Romæ honoribus atque ad hanc Deorum ex vrbibus capiendis ab hoste emigrationem pertinet stultum Tyriorum factum, qui ab Alexandro obsessi, cum vnus e ciuibus pro concione narrasset, oblatam sibi per somnum speciem Apollinis, quem eximia religione colerent, vrbem deserentis, aurea catena deuinxere simulacrum, atque Herculis, cuius numini vrbem dicauerant, inseruere vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. sed pergamus iam ad sequentem Silii versum, quo cum membranis libentius: *Instincti glomerant gressus.* quam cum cusis codicib. *Instructi glomerant gressus* legerim, quod illud ad præcedentem Annibalis exhortationem melius referatur. iam: *quam si duxisset* legendum. non, *quasi duxisset*. monendum non arbitror, illud dicam, non, *Vulturna citata Transmittitur alueo vada.* sed, *Vulturna citata Transmittunt alno vada.* qui enim *aluo* pro *alueo* positum volunt, nugantur. alnum pro naui dixit, ex illa enim hæc fit, & sic nescio qui de Argo prima naue: *& pressam vegelius alnum.*

Versu 526. II. *Versu* IƆXXVI.

——Hinc Alifanus Iaccho
Haud inaratus ager.

referunt membranæ:

——hinc Alifanus Iaccho
Haud inamiatus ager.

quod potius videtur.

Versu 743. III. *Versu* IƆCCXLIII.

Itq; vicem amplexi permixta voce triumphum
Tarpeio clamant Ioui, & delubra decorant.

non ambigo, quin recte sit in m. s. *& delubra coronant.* quod in victoria fiebat.

Lib. XIII. vers. XV. IV. *Lib.* XIII. *versu* XV.

Imbres, e patria, & mixtos cum sanguine nimbos,
Et tonitrus fugio.

verum puto: *& mixtos cum grandine nimbos.* sic enim Virgilius loquitur, & præcessit apud nostrum:

——ac piceam cum grandine multa
Intorquens nubem, &c.

Versu 62. V. *Versu* LXII.

Huc intra captumq; refer penetrale parentum.

sunt verba Palladis iubentis, vti Diomedes Palladium Troianis fatale, Lauinium transferat, & Æneæ restituat, sed adeo corrupta, adeo a sciolis male habita, vt absque membranis

esset, pro depositis haberi possent, cum ita legenda & curanda sint:

Huc vittas, castumq; refer penetrale parentum.

EPISTOLA XXXIX.

Franc. Modius Raymundo Pio Fichardo, IC. S. Francofurtum.

CONferenti mihi nuper orationem omnium elegantissimam illam, quam Oratorum princeps minus constanter habuisse atque scripsisse existimatur, hæc fere digna visa sunt, etsi leuia pleraque, quæ in ea post sexcentos alios notarem, tuæque, Raymunde Pie Ficharde, censuræ facerem.

I. *Cicero pro Milone notatus.* *Sed antequam*, inquit Cicero, *ad eam orationem veniam, quæ propria est nostræ quæstionis, videntur ea esse refutanda, quæ in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe iactata sunt, & in concione. Et paulo ante ab accusatoribus*: locus haud dubie turbatus, & qui ita ex mss. restituendus videtur: *Sed antequam ad eam orationem venio, quæ est propria vestræ quæstionis, videntur ea mihi esse refutanda, quæ & in senatu ab inimicis sæpe iactata sunt, & in concione ab improbis, & paulo ante ab accusatoribus.* Viderat & Lambinus ordinem vulgo turbatum pergitque itaque quod potuit, locum ex veteribus suis libris, perpurgare autem, id vero non potuit; scilicet etiam nostræ industriæ aliquid relinquendum fuisse.

II. Sed pergamus: *Quod si XII. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impune voluerunt, quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, &c.* legendum ex fide membranarum: *quis enim, a quo quoquo modo quis interfectus sit, &c.* Sententia ita manifestissima, quæ alioqui satis intricata, & parum plena erat.

III. Sequitur: *timemus rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium atque oculos intuemur.* vbi Lambinus legit: *rumorem, fabulam falsam, fictam, leuem perhorrescimus.* credo, quod vocem, *leuem*, in veteribus suis libris esse deprehendisset, quam etiam in meis exstare profiteor, sed ita, vt in iisdem illud *falsam* non exstaret. arbitrabar igitur ita legi posse: *Leuem rumorem, fabulam fictam perhorrescimus.*

IV. Mox dixit: *C. Cassinius, cognomento Schola, Interamnas familiaris meus, & idem comes P. Clodii.* apage mihi illud *familiaris meus*, vix enim potuisse fieri arbitror, vt homo intimus Clodio, idem familiaris esset Ciceroni. scribendumque haud dubie, vt etiam libri veteres habent, *familiarissimus, & idem comes P. Clodii.* quam ego emendationem huc non retulissem, etsi diu a me notatam, & probatam, antequam cum meis animaduersionibus Lambini editionem componere cœpissem, sed, vt infinitas alias, quas ille præcepit, inducturus, quod eam quoque habebat in margine adscriptam,

nisi

niſi & ille addere omiſiſſet ex libris, an ex coniectura ita emendaret; egoque, qui eam certam ſcirem, cuperem eam omnibus probari, quod ita futurum facile exiſtimabam, ſi eam a libris eſſe profiterer. Ceterum pergit Cicero: *Sic Miloni cum is ſiſsator eſſet, ſi illum ad vrbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum atq; exſpectandum fuit.* legendum: *ſubſidendum atque exſpectandum fuit.* quo verbo ſtatim etiam poſt vtitur Orator, cum ait: *nec in eo loco ſubſedit, quo ille noctu venturus eſſet.* eſt autem *ſubſidere* vocabulum caſtrenſe, quod non ſimpliciter *ſubſiſtere* ſignificat, ſed in inſidiis ſubſiſtere. hinc *ſubſeſſa* abſolute Vegetio ſunt ipſæ inſidiæ, & *ſubſeſſa loca*, in quibus in inſidiis quis latet. verba eius lib. III. cap 22. hæc ſunt: *& pene vtrique parti in itinere ad ſubſeſſas communis occaſio eſt.* ac paulo ante: *Qui vero ſuperuentum & ſubſeſſas paſſus eſt.* ita.n. ibi nunc lego: inducta voce *verſioras*, quæ e gloſſemate irrepſerat. Seruius ad illud Virgilii II. Æneid. *deuicta Aſia ſubſedit adulter.* legitur, inquit, *& deuictam Aſiam. quod ſi eſt, ita intelligimus, vt ſubſedit ſit, dolo poſſedit. Lu. enim ſubſidere regnum Colchiaco Euboica. vnde & ſubſeſſores dicuntur, qui in inſidiis tauros interimunt. & hoſtium dolo ſubſeſſes vocamus.* quæ poſtrema corrigantur a me, & legatur: *Et hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus.* Ceterum vſus hoc verbo Cicero etiam pro commorari ſimpliciter, lib. 6. Epiſt. 8. ad Cecinam. *Quid ſim tibi auctor in Sicilia ne ſubſideas, an vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare.* Ad Att. lib. V. Ep. 16. *Itaq; ſubſedit in ipſa via, dum hæc, quæ longior m deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem.* & alii ſexcenti, in eundem modum. Sed attexit idem Cicero: *Sed tamen maiores noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inueniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & domini morte ipſa triſtius.* lego: *Sed quia videbatur indignum, & domini morte ipſa triſtius.* quomodo habent libri m. ſſ. & aperta eſt ſententia, imo non tantum aperta, ſed & peruenuſta adeo, & ſic dixit Homonœa illa coniugis mærorem ſibi morte ipſa fuiſſe triſtiorem. ſed melius eſt, opinor, vt elegantiſſime, Raymunde, verſiculos hic quoque adſcribam etſi enim ſæpius publicati iam ſint, erit tamen nonnullus fortaſſe, qui in eos neque dum inciderit, cui hæc res grata accidet. ſunt igitur iſti:

Si. perſare. animas. ſinerent crudelia. fata
Et. poſſet. redimi. morte. aliena. ſalus:
Quantulacunq;. meæ. debentur. tempora. vitæ
Perſ-ſſem. pro. te. cara Homonœa. libens
At nunc. quod. poſſum. fugiam. lucem. q; Deosq;
Vt. te. matura. per. Styga. morte ſequar.
Parce. tuam. coniux. fletu. quaſſare. iuuentam
Fat- q;. mærendo. ſolicitare. mea.

V.

VI. *Vegetius emendatus.*

VII. *Seruius ad Virgilium emendatus.*

IIX. *Reuerſio facta ad eundẽ Tullium pro Milone.*

Nil. prosunt. lacrymæ. nec. possunt. fata. moueri
Viximus. hic. omnis. exitus. vnus. habet
Parce. ita. non. vnquam similem. experiare. dolorem.
Et faueant. votis. numina cuncta. tuis.
Quodq. mihi. eripuit. mors. immatura. iuuenta
Id. tibi. victuro. proroget. vlterius.
Tu. qui. secura. procedis. mente. parumper
Siste. gradum. quæso. verbaq. pauca. lege
Illa. ego. quæ. claris fueram prælata puellis
Hoc. Homonœa. breui condita. sum. tumulo
Cui. formam. Paphie. Charites. tribuere. decorem
Quam. Pallas. cunctis. artibus. erudiit
Nondum. bis. denos. ætas. mea. viderat. annos
Iniecere. manus. inuidia. fata. mihi
Nec. pro me queror. hoc morte. est mihi. tristior. ipsa.
Mæror. Atimeti. coniugis. ille. mei.

Mox est. *Sed mirabar tamen credi popa, ebriorum confessionem seruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.* referunt membranæ: *Sed mirabar tamen credi popa: confessionem seruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari.* eleganter plane; & ducta, vt vides Raymunde, metaphora ab iis, qui opus aliquod inspiciunt, probantque an a redemtoribus iuxta leges pacti conuenti effectum sit. inscriptio vetus:

L. Fabricius C.F Cur. Viar. faciundum coerauit
idemque probauit
Q. Lepidus. M.F. M. Lollius. M.F. Cos. ex S.C.
probauerunt

item alia Ferentini:

A. Hirtius. A.F. M. Lollius C.F.
Cos.
Fundamenta Fornices
Faciendas. Coerauere
Eidemque. Probauere

& tertia:

C. MVTIVS. SEX. F
P. POPILLIVS. M. F
Q. MVCIVS. P. F
M. CORNELIVS. P. F
IIII. VIR. TVRREM. EX D. D
AD. AVGENDAS. LOCAVER
IDEMQVE. PROBAVERE.

Sed iam opinor satis hoc tibi probatum. aut, si non est, aliam quoque inscriptionem vide plenius etiam huc facientem, & ad totum hunc morem, sed prolixiorem, quam vt hic adiertur a me de-

me debuerit, apud eruditissimum Aldum P.F. Manutium libri, qui est de Orthographiæ ratione, pag. LV. Vale.

EPISTOLA XL.

Franc. Modius Ioanni Arnolto Zetwisio, Equiti Franco S.

INeo, quod sperabamus digredientes propediem inuicem re-
uidere, id quo pacto frustra vtrumque nostrum habeat, quo-
que eum erit vides, nec tu, crede mihi, molestius, quam nos æ-
grius ferimus. carere enim nos tanto tempore eius conspectu,
cuius consuetudine nihil nobis potest accidere iucundius, qui
possumus tandem non dolere vehementius? sic quoque tamen
sæpe falsi eius temporis exspectatione nos solamur, & sustenta-
mus, quo te, si Dii nos respicient, videbimus. quod longum esse
non posse, adeo hæc nobis pertinaciter spes hæret, nescio quo
pacto animus præsagire videtur: tantum vt valentes valentem
complectamur, pensabimus hanc tam longam moram optatio-
re & diuturniore conuictu, quod dum fit, vt scias te etiam ab-
sentem nobiscum esse, certe mecum, accipe hæc Macrobiana. I.
De oraculis lib. I. in somnium: *Diuulgatis etiam docemur exem-* *Macrobius*
plis, quam plane semper cum prædicuntur, futura ita dubiis obse- *lib. I. in Sci-*
rantur, vt tamen diligens scrutator, nisi diuinitus, vt diximus, im- *pionis so-*
pediatur, subesse repertas apprehendenda vestigia veritatis. recta *mnium e-*
est scriptura & interpunctio: *quam pene semper cum prædicuntur* *maculatus.*
futura, ita dubiis obseruantur, vt tamen diligens scrutator nisi diui-
nitus, vt diximus, impediatur, subesse reperiat deprehendenda ve-
stigia veritatis. post paginas admodum tres: *Hoc & Vergil. non* II.
ignorat, qui licet argumento suo seruiens heroas in inferos relegaue-
rit, non tamen eos abducit a cœlo: sed æthera his deputat largiorem,
& nosse eos solem suum ac sua sydera profitetur, vt gemina doctrina
obseruationes præstiterint & poetica figmentum, & philosophia ve-
ritatem. membranæ: *vt gemina doctrina obseruationem præstite-*
rit, poetica figmentum, philosophia veritatem. recte. etsi ne vulgo III.
quidem ita male, vt defendi non possit. iterum post multa: *Illam*
(mortem puta) *vero, quam omnibus natura constituit, regi vel*
inferri vel arcessiri vetat. verum est: *Illam vero, quam omnib. na-* IV.
tura constituit, cogi, vel inferri, vel arcessiri vetat. adhuc post sa-
tis multa: *adiecit, quæ diuinis animata mentibus, vt per sempiter-*
nos ignes corpus stellarum, per diuinas vero mentes earum animas
manifesta descriptione significet. libri duo manu exarati: *mani-fe-*
sta discretione significet. peccatumque in eadem dictione idem
a typographis peccatum lib. posteriore quoque ibi. *Nam & lu-* V.
na mensis dicitur, quia Græco nomine luna μήνη vocatur. Vergilius *Et lib. 2.*
denique ad descriptionem lunaris anni, qui breuis est, annum, qui
cursu solis efficitur, significare volens ait:

Interea magnum sol circumuoluitur annum.
hic quoque dico, *discretionem* pro *descriptionem* reponendum.
VI. sed redeamus iam ad priorem denuo librum, in quo quod est:
Iterum lib. 1. *Circus autem est hinc linea ambiens sphaeram, ac veluti semitam faciens per quam lumen vtrinq; discurrit.* emendetur certissima emendatione: *Circus est autem hic linea ambiens sphaeram, ac veluti semitam faciens, per quam lumen vtrumq; discurrit.* hic dixit, quia alibi aliter sumitur circus: lumen vtrumque vocat
VII Solem & Lunam, vt saepe alias. *vtrinq;* certe illud non tantum praeter rem erat, verum etiam contra rem. post multa: *Sol autem quanto minor sit circo proprio, deprehensum est manifestissimis dimensionum rationibus. Constat mensuram solis ducentesimam sextam decimam partem habere magnitudinis circi, per quem ipse ipse discurrit.* membranae legere & interpungere iubent: *Sol autem quanto minor sit circo proprio deprehensum est. Manifestissimis enim dimensionum rationibus constat mensuram*
VIII. *solis, &c.* sequitur: *Nam cum anima, quae incorporea est, essentia sit in motu; primum autem, &c.* corrigatur: *Nam cum anima, quae incorporea est, essentia sit in motu* sequitur iterum in Macrobio:
IX. *Postremo totidem diebus ex mitis solem denuo comprehendit, & vicinus videtur ortus amborum, quamdiu soli succedens rursus mouetur, & rursus recedens paulatim semper in orientem regrediendo relinquat occasum.* itane tandem ru sus mouetur, Macrobi? quando igitur, aut vbi moueri desiit? sed neque tu ita scripsisti, neque Dii sinunt. quare veram tibi tuam scripturam assero, quae est *quamdiu soli succedens rursus nouatur.* sciunt pueri lunam nō suo, sed alieno, Solis puta, lucere lumine, quod exhaustum eius vicinitate restauret, & renouet. poteratque sane correctores admonere hic ita legendum, quod modo praecesserit *Luna postquam a sole discedens nouata est, secundo fere die circa occasum videtur.* sed illi, dum maiorem quaestus sui, quam, non dico gloriae, quam nemo tamen magni animi contemserit, sed officii, cui satisfacere debent omnes, qui in numero bonorum virorum haerere postulent, rationem habent; nobis sterilem hanc vtilitatis, & gloriae, foecundamque contra laboris pro-
X. uinciam imponunt. sed redeo in viam, aioque vbi est, pagina fere tertia: *Ex his apparet totius a summo in imum spatii, certam ex media parte diuisionem, solis regionem non fieri.* legi in membranis *certam ex media parte diuisionem solis in regione non fieri.* in syllaba in literam *m* coaluerat, ab imperitoque aliquo ex loco suo ad finem vocis regione translata erat. Vnius pagellae in-
XI. teruallo; *Iouis tamen stella cum sole accommodatior est, & Veneris cum Luna, atque ideo vita nostra magis accommodant.* membranae: *Iouis tamen stella cum sole accommodatior est, & Veneris cum Luna, atq; ideo vitae nostrae magis commodant.* quae

est

est vera Macrobii scriptura. Mox: *Mens mundi ita appellatur, ut physici eum cor cæli vocauerint. Inde nimirum, quod omnia, quæ statuta ratione per cælum fieri videmus, diem & noctem, &c.* [illegible]cipii libri rectius: *Mens mundi ita appellatur, ut physici eum cor cæli vocauerunt. Inde nimirum, quod omnia, quæ stata ratione per cælum fieri videmus, &c.* Statim: *Hoc est ergo sol in æthere, quod in animali cor, cuius ista natura est, ne unquam cesset a motu, aut si breuis sit, eius quocunq; casu ab agitatione cessatio, mox animal interimat* melius hic quoque libri: *aut breuis eius quocunq; casu ab agitatione cessatio mox animal interimat.* sed satis huiusmodi nugarum. quarum fastidium vti tibi leniam claudam epistolam epigrammatis aliquot, quæ nuper vno impetu effudi de contemtu & vsu diuitiarum, cum forte magna ea de re nobis nuper cum quibusdam & amicis disputatio fuisset. quæ tu epigrammata cum Leio nostro communicabis. Vale. XII. XIII.

Diuitiæ sunt vt animus, qui illas nactus.

Epigr. I.

Mutato ut mutant etiam generosa saporem
Vina cado, mores sic imitantur opes.
Possessaq; bonis bona sunt, & caussa bonorum,
Possessa res sunt perniciosa malis.

Aristippi factum, dictumque Epigr. II.

Argenti quondam magno cum pondere & auri
Regius ut vectus per vada salsa canis,
Sero deprehendit medios delapsus in hostes,
Hanc prædam vitæ posse nocere suæ.
Contrectata velut ratione pecunia ducta &
Excussa in Pontum vi violente foret,
Prona repente suas irritamenta malorum,
De rate in undosum proicit æquor opes,
Addit & optata exposita regione, perisse
Te satius caussa, res nocitura, mea:
Quam me te propter iactari piscibus escam,
Nulla unquam tanti gaza futura mihi est.

Ad Cæcilianum Epigr. III.

Diuitiæ quamuis magnæ virtutis egentes
Nil prosunt domino, Cæciliane, suo,
Nil prodesse parum est domino, nocuisse leguntur,
Et magno haud paucis emta ruina sua est.
Census parte alia Virtus sine diuite manca est,
Ac veluti, cum post nubila, Phœbe, lates;
Exserere in cassum pugnat se in luminis oras,
Nec quidquam cupiens magni ubi præstet, habet.

At virtus coniuncta auro, virtutibus aurum
Quod voluere valent, quod valuere volunt.

In eandem sententiam Epigr. IV.

Quæ virtutis egent hominis teterrima pestis,
Et sunt exempli deterioris opes:
At quibus est virtus comes, atque industria, eidem
His faciles melius nil tribuere Dei.

Alterum Aristippi factum Epigr. V.

Abiicite, in Libyæ famulis portantibus aurum
Dixit Aristippus, quod nimis urget onus.
Cumque illis fuscis non parua parte leuatis
Inceptum vacuus continuauit iter.
Nostrorum exemplum o non morum. aut temporis, ipsa
Nos amimus vita, proiicit alter opes.

Ex Græco Epigr. VI.

Diuitiis hodie decus est & gloria solis,
Cetera sunt nugæ, somnia, verba, nihil.

Et Epigr. VII.

Te veneror, quem si teneo, placidissime diuum,
Vel vitio possum tetrior esse bonus.

Item Epigr. VIII.

Præcipuus fuluum sanguis mortalibus aurum est,
Huius egens viuos mortuus inter agit.

Adhuc ex Græco Epigr. IX.

Cur, Epicharme, Deos ventos, vel sydera credis,
Ignes cur credis numina, credis aquas?
DI dii sunt aliis potiores, omnibus aurum,
Splendidaque argenti lumina numen habet.
Quæ simul intuleris, tectoque arcaque locaris,
Quæ lubet hos famulos omnia posce Deos.
Omnia contingent citius dicto, arua gregesque
Vernarum, assiduo & lucida ab igne domus.
Lis est, exiguo est tuus horum munere iudex:
Et testes, quot vis, quosque, quibusque dabis,
Indulgere libet genio, præsto ecce sodales,
Qui iurent oculis te mage amare suis.
Denique vis regum rex esse, pecunia fac sit:
Rex regum vnius præsidio huius eris.

Biantis factum, dictumque Epigr. X.

Cum fugeret capta violenter ab hoste Priene,
Ex patria sapiens ipse quoque vrbe Bias,

Sed

Sed vacuus rerum, argenti vt securus, & auri,
Dum comites secum hæc cetera turba trahit.
Præsidia exemplo reliquorum ex vrbe rogatus
Cur longa efferret nulla futura fuga?
Omnia ait mecum mea sunt, sapiente, bonoq́;
Vox digna, & Pythio haud dissimulanda Deo.
Portabant alii mage nomina fluxa bonorum,
Quam bona, sed solus, quæ bona vera, Bias.

EPISTOLA XLI.

Franc. Modius amplissimo & splendidissimo Erasmo Neustetero, cognomento Sturmero, Eq. Franco S.

IN bibliothecis abditis excutiendis is meus semper ardor fuit, amplissime patrone, vt & adolescens admodum nullis aut laboribus, aut sumtibus parcerem, quin quotquot in Belgicæ nostrę monasteriis haberi vel fando audissem, diligentissime ipse obirem, intentioreque cura examinarem, & prouectior ætate paulo adeo, nihil (postquam ex Belgica fatali isto bello innolui iam cœpta me explicuissem, & in Germaniá, tanquam ex procelloso mari in tranquillissimum portum me recepissem) maiore industria persequendú mihi existimaui, quam vt eorum locorú, ad quę me fortuna mea detulisset, hoc in genere thesauros auidissime vndique inuestigarem. nec cessit sane infeliciter vtroque tempore hæc mihi mea, vt ita dicam, venatio. eos enim ex ea fructus cepi, quorum me, si sapere volo, & omissis oculiferiis istis bonis, vt appellat Seneca, in vera & solida hæc inspicere, pœnitere nequaquam debet. præter enim exustas apud nos bibliothecas olim nobiliores Thosanam & Dunensem in Flandria, Bertiniensem in fano S. Audomari, & ad idem fanum Claremarelsensem, metropolitanam Tungris, Louaniensium aliquot collegiorum, & Leodensium monasteriorum: pręter nuper lustratas Coloniæ Agrippinæ cum in vrbe ipsa eas, q̄ sunt metropolitanæ ecclesiæ, abbatiæ S. Pantaleonis, Collegii Laurentiani, & Minoritarum, tum ad tertium fere aut quartum ab ea lapidem Sigebergensem, & Aysterbacensem: præter has, inquam, & quas enumerare longum foret incredibili cum voluptate inspectas, eos præterea ex singulis, pluribusque aliis, ad quas aut belli furor iam tum aditum non permittebat apud nos, aut alibi itineris mei ratio, libros, aut ipsorum abbatum prælatorumque, & præfectorum singulari erga me studio, aut virorum amplissimorum quorundam mihi amicitia coniunctorum apud eosdem gratia, eos dico libros vtendos impetraui. ex quorum collatione, & ad culos comparatione, non parum videor mihi cum per meipsum subinde, tum per alios, quibus de laboribus hoc in genere nostris lubentissime pro

ipsorum instituto commodauimus, & commodamus sæpe, in publicum profuisse. Ex his omnibus tamen nulla æque conatus nostros adiuuit, atque ea, quæ est in Metropolitana Coloniensium ecclesia, non tam librorum copia, qua Bertiniensi longo interuallo cedit, aut bonitate, qua Bertiniensis eadem fortasse, (sint licet hi Colonienses codices ex potiori parte Caroli Magni, & primo, aut certe altero ab illo seculo exarati) ipsi æquum nacta iudicem, non sit inferior. sed quod illa potissimũ volumina in Agrippina bibliotheca exstarent, quæ maxime facerent studiis meis: & illud mihi in vrbe ea apud illustrem Comitem Carolum Egmondanum otium contigerit, in quo nunc primum iterum per te, & apud te amplissime Neustettere, cum summa animi tranquillitate acquiesco. otium dico, cuius sibi, vt spero, vtroque tempore ratio aut constat iam apud non nimis rigidos, aut certe propediem vt constet, faxo. vt enim tum Magni Alexandri res gestas a Curtio Rufo luculenter descriptas, sed & temporis, quod omnia consumit, iniuria, & correctorum etiam amplius audacia fœdissime inquinatas infinitis in locis pristino, quod potuit, restitutas primum, consequenterque inde Vegetium & Frontinum, rei bellicæ scriptores, quorum alter pugnaturum præceptis erudit, exemplis alter instruit, non paulo, vt arbitramur, meliores, emendatioresque in in lucem emisimus. Ita nunc quoque & alia quædam præ manibus habemus propediem cum populo communicanda, & præter alia has qualescunque epistolas, quas quanti alii facturi sint, vt nescio, ita illud scio, eas neque exiguo mihi labore constitisse, amissa nuper scelere quorundam meliore parte earum scidarum, quibus in varios auctores notas meas tumultuaria, qui est mos meus, scriptione mandaueram, neque omnino tales esse, vt sperui mereantur prorsus ab iis, qui se harum literarum studio duci profitentur. non quo illæ cum cura aliqua scriptæ sint, quod vt ipsæ me tacente loquuntur, adeo non captaui, vt viderentur, vt etiam fugerim & data opera nonnulla ita impolita hic inseruerim, vt accuratiores fere ad amicos priuatim mittere literas soleam, non inquam, quo character, quo in his notis notandis vsus sum, quidquam habeat, quo placere possit, sed quod in eis multa ex veteribus passim libris emendantur, & illustrantur, quæ temere nemo, cui similium codicum copia nõ fuerit, nitori aut luci suę, ceteroqui doctissimus, reddat quo de genere ista te velim arbitrari, Patrone optime, quæ nunc ex Caio Silio Italico huc allegabo. Lib. I belli punici secundi versu 548.

I. *Silio lib. I. v.* DXLVIII. *versus duo restituti & alii duo emendati.*

Sed Iuno adspectans Pyrenes vertice celsa
Vana rudimenta, & primos in Marte calores,
Inualidam duris euellit ab ossibus hastam.

Ille tegit clypeo fusum per membra cruorem, &c.

non satis proba lectio hæc, vt apparet, quomodo enim illud, *vana rudimenta*, conuenit hic cum martis caloribus? nam quod Marsus somniat, nihil est. sed vt conueniat, quomodo inualida hasta, quæ in ipsa ossa adacta sit? atque vt hoc ipsum etiam ita excuseтur, *inualidum*, hic positum pro valde validum, qua forma dixit Virgil. *incanaq; menta Cyniphii tondent hirci*, quaque ratione Symmachus lib. 1. Epist. xcv. & Martianus Capella nescio quo loco, *impotentem fortunam* pro valde potentem posuere, itaque Pii coniectura emendantis *inualidam* (quod perinde ambiguæ significationis esse vel vnus ille Ouidii versicul.

Egelidum Borean, egelidumq; Notum. abunde conuicerit) nihil opus sit, vt hæc, inquam, omnia sic se habeant, qui potuit cedo Iuno ex vertice Pyrenei montis, vt dis deabusque etiam longiores quam regibus manus largiamur, hastam ex corpore Hannibalis euellere, qui ad pedem muri Saguнthini pugnaret. omnino hic locus non vitio tantum vno atque altero coinquinatus, sed & versibus duobus defectus vulgo, ita ex optimo, antiquissimo, & elegantissimis characterib. exarato metropol. Colon. Silio corrigendus & supplendus est:

Sed Iuno aspectans Pyrenes vertice celsa
Naua rudimenta, & primos in Marte calores,
Vt videt impressum coniecta cuspide vulnus,
Aduolat obscura circumdata nube per auras,
Et validam duris euellit ab ossibus hastam.
Ille, &c.

Eodem libro versu 563. — II. *Et versu* ɔɔLXIII. *iterum versu auctus, alteroq; vario interpolatus.*

Concurrunt, lectosq; viros hortantur & orant
Defessis subeant rebus, reuocentq; Sagunthо
Sidonias flammas, nunc ite impellite puppim,
Saucia dum castris clausa est fera. videtur integer hic locus, non est tamen quod videtur. sed tum erit, cum reiectis interpolationibus sciolorum, qui eum pessimo mehercle exemplo ita deformarunt, vno etiam versu auctior hoc modo legetur:

Concurrunt lectosq; viros hortantur, & orant
Defessis subeant rebus, reuocentq; salutem,
Et Latia extremis implorent casibus arma.
Ite citi, remis, velisq; impellite puppim,
Saucia dum castris clausa est fera. remis velisq; ire. propria hic locutio, vt in illo Ciceronis Philippica 1. *Tum vero tanta sum cupiditate incensus, vt mihi nulli neq; remi neq; venti satisfacerent.* & isto Virgilii versu:

Lauam cuncta cohors remis, ventisq; petiuit.

sed quæ prouerbialiter non rarius etiam sumatur pro omni co-

natu aliquid agere, & alio transferatur. Idem Cicero Tusc. Quæst. lib. III. *Tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione velis, vt ita dicam, remisque fugienda.* Plautus Asinaria: *Remigio veloq; quantum poteris festina, & fuge.* simile huic prouerbio prouerbium: *equis velisq;* quo vtitur M. Tullius ad Quintum fratrem, & lib. 3. de officiis, quodque dixisse videtur Horatius: *nauibus atq; quadrigis,* vbi ait:

Strenua nos exercet inertia, nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere.

insignes ergo hæ vt ad institutum tandem redeam in Silio lacunarum suppletiones videri possent, nisi quam iam ponam tantum eas superaret, minora quantum Cynthia sydera. In editionibus est lib. II. versu 531.

III. *Item versu* IↃXXXI. *trib. versib locupletatus vnoque emaculatus.*

——hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumq; ferocem
Dextris sterne tuis, Iuno iubet, ipsa propinqua
Effectus studiumq; tuum, quo comprimit ora
Cerberus, ac mixto quæ spumant felle venena,
Et quidquid scelerum, pœnarum quidquid, & ira
Pectore fœcundo coquitur tibi, congere præceps
In Rutulos. sunt verba Iunonis ad Tisiphonem, sed ita malè ab hominibus male feriatis habita, vt nunquam ille Pentheus aut sæuius a Bacchis discerptus fuerit, aut crudelius sua manu Saguntini perierint, quam hæc aliena, & eorum quidem, qui nescio qua rabie in bonos auctores verissime passim bacchantur ita audacter, vt, nisi libri veteres auxilio essent, exsequias ire elegantissimis scriptoribus licuerit. sed ad nostra, quibus ita ex iisdem veteribus libris auulsa a corpore membra restituentur, vitiosaque alia curabuntur:

——hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumq; ferocem
Dextris sterne suis. Iuno iubet, ipsa propinqua
Effectus studiumq; tuum de nube videbo.
Illa deos, summumq; Iouem turbantia tela,
Quis Acheronta moues flammam, immanesq; chelydros
Stridoremq; tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, ac mixto quæ spumant felle venena,
Et quidquid scelerum, pœnarum quidquid. & ira,
Pectore fœcundo coquitur tibi, congere præceps
In Rutulos

vides, amplissime Patrone, quid sit libros quam emendatissimos habere, & quam inique, vt publice inutiles arguantur ii, qui, vt tales illi in manibus habeantur, operam dant. porro vt redeam ad emendationem huius loci, *suis* hic, non *tuis* legendum versu tertio docet mox Saguntinorum exitus, qui impellente & sti-

& stimulante Tisiphone ipsi sibi ad vnum omnes, sed, quod ferę nunquam facerent de catulis suis, interfectis prius paruis liberis, mortem consciuerunt, ac violentas manus attulerunt. operæ pretium autem hic est videre in quos errores, aut potius in quos non inducat etiam homines ceteroqui doctissimos, & vigilantissimos, deprauata alicuius auctoris scriptura. vbi cum Marsus non videret, quo referenda essent tandem ista: *propinqua Effectus*, somniauit nobis videns nouum & inauditum auribus tantum Romuleis loquendi genus: dum ait (verba enim eius apponere lubet) *Propinqua effectus, accelera id, quod potes efficere, & tuam voluntatem seruit poeta affectui Iunonis, quæ properabat ad Saguntinorum perniciem.* egregia mehercule appositaque admodum interpretatio. & tamen eius generis, aut certe non multo venustioribus, aut ad rem magis pertinentibus plena sunt istorum scholiographorum libri. sed redeo iam ad librum primum Silii: in quo quod est versu 595.

O patria, o fidei domus inclyta, quo tua nunc sunt IV. *Versu* DXCV.
Fata loco, iactans manens in collibus arces?
An cinis heu superest tanto de nomine restat?
Ferte leues auras, flatusq; citos secundos,
Si nondum insultat templorum protinus ignis
Cu.minibus, Latiaq; valent succurrere classes.

elegantissimo loco corrumpendo est illud: *protinus*. quod illi fungi in libros retulerunt, cum luscitiosis suis oculis, quod in membranis rectum exstat, *Pœnicus*, assequi non potuissent. nimirum hos tales natos rastros tractare, non libros. quid enim illo, quod vero succidaneum dederunt, absurdius? saltem cum ratione insanirent. quod ne nos quoque dedisse operam vt faciamus videamur, monito illud *Fides* primo versu maiuscula notandum, & de Dea, quam alibi *tacitum* poeta vocat, *in pectore numen*, accipiendum. transeamus ad proxime vicina ista non minus prodigiose corrupta. versu 659.

Vos etiam tandem Siculi contra arma Tyranni V. *Versu* DCLIX.
Iussisse egregium, vos & Campana tueri Mœnia, &c.

censeo Delphos, si domi est, Eurypylum scitatum oracula Phœbi mittamus; quis tandem populus, aut gens, rex, aut regina, Deus, vel Dea denique *tandem* vocetur, & Romanorum auxilio eguerit, nisi si forte in bello grammaticali, in quo tamen ego solius nominis & verbi cum suis, neque vllius extranei arma fulsisse putabam. mecumque faciunt qui illo ignorabili *tandem* hinc eiecto; *Mamertem* in locum eius substituunt legendo historiæ fiducia, qua Mamertinos a Romanis contra Gelonem Syracusanorum regem defensos, & propugnatos constat:

Vos & Man. erten Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium, &c.

sed in eo ego hic ab ipsis dissentio, quod rem esse non nimis belli exempli existimo, tam longe a recepta scriptura, etsi falsaria, ex vera tamen pro captu librariorum assimilata, & haud dubie ad ductum literarum eius expressa, recedere. ideoque reiecta eorum de reliquo non infelici ad rem coniectura, scribo a Theseo meo, membranis puta adiutus:

Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium

Zancle autem quæ sit, nemo nescit, nimirum ea, quæ & Messene. Ouidius XIV. Metam.

Liquerat & Zanclen, aduersaq; mœnia Rhegi,
Naufragumq; fretum, gemino quod litore pressum
Ausonia Siculaq; tenet confinia terra. item.
Oppositumq; petens contra Zanclæia saxa Rhegion.

Vale Patrone benignissime.

EPISTOLA XLII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

NOn frustra fui, mi Posthi, cum nuper ad mentionem eius itineris, quo istinc huc nobis hoc difficilimo anni tempore reuertendum erat, totus præter morem exhorrescerem. tale enim illud fuit, vt quamuis salui, non tamen sine præsentis vsque periculi metu, tertio demum die Cumbergum peruenerimus. Primo enim sub vesperam Mariæ Vallem ingressi sumus, vbi humanissime nos habuit in cœna illustrissimus Princeps Ordinis Teutonici Magister: senex ille quidem admodum, sed in quem illud conueniat, quod dici solet, Aquilæ senectus. Deus illum immortalitate dignissimum diu etiam suis & reip. superesse velit. Secundo, cum ante lucem itineri nos dedissemus, vix tamen multa iam nocte tria miliaria confecimus frigore tantum non (vt alia mittam incommoda, & perpetuum ne ex altissimis & vastissimis montibus in præcipitia horrenda deiiceremur metum) confecti. Sed nec tertius quidem suis molestiis caruit, quibus tamen omnibus superatis meridie fere ipso, cum horis quatuor vnum tandem miliare promouissemus, huc appulimus, Deo duce, me non tam mihi gaudente, quam
I. domino Patrono nostro gratulante finem malorum, & laborum, quibus sane quam miratus sum eum prouecta iam ætate parem fuisse. summus rerum arbiter diu nobis illum valentem conseruet. de me, redii iam ad libros, ex quibus mitto nunc ista: *Cares autem* (inquit Censorinus, vbi in opusculo de die Natali de diuersa apud diuersos anni ratione disputat) *& Acarnanes*

Censorinus de die Natali cap. XVI. bis, ter emendatum.

seme-

semestrem habuerunt, annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosq; cunctos veluti trieterida annum magnum. Sed vt hos annos omittam, caligine iam profunda vetustatis obductos, in his quoq; qui sunt recentiores memoria, & ad cursum lunæ vel solis instituti, quanta sit varietas facile est cognoscere. memoriaque referebant: *coniunctos* pro *cunctos*, & *memoria* pro *memoria*. quare interpolo & interpungo hoc totum ad istum modum: *Cares autem & Acarnanes semestres habuerunt annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosque coniunctos veluti trieterida annum magnum. Sed vt hos annos omittam, caligine iam profundissima vetustatis obductos, in his quoque, qui sunt recentiores memoria, & ad cursum, &c.* Sequitur cap. XVII. *Sed horum plerique ob odium, vel quo quis magistratu citius abiret, diutiusq; fungeretur, aut publici redemptores anni magnitudine, in lucro damnoue essent, plus minusque ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandatam vitiosè deprauarunt. Adeo aberratum est, vt, &c.* expleantur, & corrigantur me monitore hæc ita: *Sed horum plerique ob odium, vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret, diutiusue fungeretur, aut publici redemptores, anni magnitudine, in lucro, damnoue essent, plus minus ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandatam vtroq; deprauarunt: Adeoq; aberratum est, vt, &c.* res adeo clara est, vt luce verborum meorum non magis egeat, quam meridies lucerna. Statim: *Itaq; dieb CCCLV. addidit* (Iulius Cæsar puta) *x. quos per septem mensis, qui dies vndetricenos habebant, ita distribuit, vt Ianuario, & Sextili, & Decembri bini accederent, cæteris singuli: eosq; dies extremis partib. mensium apposuit, ne sui religionis sui cuiusq; mensis a loco summo verterentur. Quapropter nunc, cum in septem mensib. dies singuli & triceni sint: quatuor tamen illi ita primitus instituti eo dinoscuntur, quod Nonas habent septimanas, cæteri omnes reliqui quintanas.* membranis fretus recepi in ad meum locum hunc integritati suæ restituendum: *eosq; dies extremis partib. mensium apposuit, ne sesl religionis sui cuiusq; mensis a loco summouerentur. Quapropter n.c.t.s.in d.s. & t.s. q.t.i.i.p.i.e.d. quod nonas habent septimanas, cæteri tres quintanas. religiones* stata festa vocat, de quibus consulatur vetus Calendarium Romanum ab Aldo editum. nam quin rectum sit: *cæteri tres quintanas* omissis reliquis, conuincit, quod in scripto codice extat: *cæteri tres omnes alii reliqui*, nempe scriptum fuisse *tres*, vt coniuncta duo elementa t & r speciem vnius n gerere viderentur non nimis diligenti librario, vnde tatus compendia hæc esse vocis *omnes* ca... bis, si displacet, conixus est, est, ad quam postea alius, qui veram scripturam an in alio forte exemplari repererat, *alii* seu *reliqui* tres: quæ postea vniuersa irrepsere. quam oscitantiam exscriptorum non in hoc tantum scriptore,

II. Cap. XVII. idem ubi deficitur suppletur, & bis, seu iterum interpolatum.

III. Ibid. duobus trib. aubus locis correctum.

sed in omnibus fere accusare facilius est sane, quam libris membranaceis non suppetentibus corrigere. sed pergamus. Rursum
IV. Eod. cap. XVII. statim est: *Nam & priores alii, etiam qui decem menses fuerunt, nec Roma modo per Italiam, sed & apud gentes omnes quantum iisdem postea fuere correcti.* legendum indubitate vna voce coniunctim. *decemestres*, pro *decem menses*. loquitur enim de Romuli anno scribendumque quod & Aldus vidisse videtur: *nec Roma modo, vel per Italiam, seu, &c.* addo insignem etiam locum & mitto te honesta missione, mi Posthi. *Hic enim* [ait Cen-
V. Duae lacunae cap. eod. suppletae. sorinus de Varrone] *tria discrimina temporum esse tradit. Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem. Secundum ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon, quia res eo gesta veris historiis continentur* supplent explentque egregie membranae, quibus magna ex parte salutem suam debet, debebitque noster Censorinus. *Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum a cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia multa in eo fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon, quia res in eo gesta veris historiis continentur.* Haue Posthi amicissime. Comburgi Nonis mensis vltimi anni CIↃ IↃ.LXXXIII.

EPISTOLA XLIII.

Franc. Modius Ioanni Ellingero S.
Ihenam.

IN morte optimi & eruditissimi viri Andreae Ellingeri parentis tui peream, mi Ioannes, si lacrimas tenuerim. iam literas Posthio nostro illi transmittendas dederam, quibus illum de sororis vestrae morte, quam ipse, quod quidem ex literis eius ad Henricum Petraeum & eundem Posthium datis colligi potuit, tenerrime amauerat, consolarer: cum ecce a vobis literae, quae mihi non solandum illum iam, sed vltimo officio prosequendum significabant. ingemui, &, vti dixi, lacrymas non continui. licet. n. semel tantum Francofurti, vt meminisse potes, in Ioan. Fichardi (cuius & ipsius malo reipub. literariae ex aequo & suae paulo ante defuncti mortem adhuc deplorabamus) aedibus parentem tuum conuenerim: aliquanto tamen amplius illum amabam, quam aut ille fortasse existimauit, aut hic tibi scribere possim. & ea erat sane illius in summa doctrina modestia, ea humanitas, is morum candor, vt amari mereretur ab iis, quos nouem virgines amant. Quod vos reip. literariae nomine oro, & obtestor, vt quae siue in re medica, siue in his nostris leuioribus quidem, homine tamen dignissimis studiis affecta reliquit,

liquit, ea prima quaque oblata occasione cum omnibus vobis communia esse velitis. ipse sane nunc in his prope dixeram nugis eram. Malo versu 55 eclogæ secundæ T. Calpurnii Siculi: *Vrimur in Crocale*. quam quomodo vulgo legitur: *Vrimur in Crocalen*. sic enim & Ouidius ait: *ardetq. in virgine virgo*. I. Calpurnius Siculus emendatus Ecloga II. versu LV.

Versu 63. II. Vers. LXIII. semel & iterum emaculatus.

Nos quoq. promiseri Laribus consueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba Priapo.
Borantes fagos damus, & liquentia mella:
Nec fere grata minus, quam si caper imbuat aras.

male acceptus, si quis alius huius poetæ, locus. & qui ita in pristinum ope veteris codicis restituendus videtur:

Nos quoq. pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba Priapo,
Rorantesq. fauos damus, & liquentia mella.
Nec fere grata minus, quam si caper imbuat aras.

hactenus inquam ausculto libris veteribus. nam quod iidem *farrea liba* pro *figere liba* probare nituntur, frustra sunt. sic enim etiam nescio qui loquitur. Statim: III. Versu LXX.

Si venies Crocale, totus mihi seruiet annus.

apparet legendum ex eo, quod mox subiicit aduersarius:

Si venies Crocale, totus tibi seruiet hortus.

constat inquam, hinc supra etiam legendum:

Si venies Crocale, totus tibi seruiet annus.

Versu 80. IV. Versu XXC.

Mille rexistente dabimus tibi cerasa chias.

chiæ istæ clamant legendum: *Mille renidenti*. hoc enim faciunt illæ iam maturitati proximæ.

Versu 93. V. Ver. XXCIII.

Num precor informis videor tibi? num grauis annum? etiam poetri videant legendum: *num grauis annis?* sic ille: *pannis annisq. obsitus* dixit. mox: VI. Vers. XXCVII.

Fonsset ut in liquidu quotiens me conspicor esse.
Admiror totiens, ascioli interpolatione est illud, *esse*. pro quo recte referunt mem branæ: *ipse*.

Ecloga III. Versu 34. VII. Ecloga III. Vers. XXXIV.

——*nec, tam nobis ego Phyllida reddi*
Exopto, quam quod Mopso iungetur anhelo.

hæc vitiosa scriptura, maxime quod *anhelo* illud verbum hic esse ignorarent significans, vehementer doleo, torqueor, crucior, &c. ridiculas ab interprete & portentosas etiam explicationes extorsit. & sit sane monstri simile, si amator doleat inter riualem suum & communem amicam iras esse. sed nec hoc vult poeta, & isto modo locus hic corrigendus est:

——*nec tam nobis ego Phyllida reddi*

Excepto, quam quod Mopso iungetur anhelo.
hoc sensu, non tam inquit crucior mihi Phyllida eripi, quam
IIX. illi potissimum nuptiis iungi, cui minime omnium vellem.
Versu XXXVI. Versu 36.

——tu prior illi
Vinctas tende manus, decet indulgere puellæ,
Vel cum prima nocent. scribe:
——tu prior illi
Iunctas tende manus, decet indulgere puellæ,
Vel cum prima nocet. ita inquam scribe, & consule, si lubet,
Ouidium de arte amandi, & Amorum lib. 1. eleg. VII.

IX. Mox:
Versu LV.
Ille ego sum Lycidas, quo tu cantare solebas
Dicere felicem.
manifeste legendum:
Ille ego sum Lycidas, quo te cantante solebas
Dicere felicem.

X. Versu 90.
Versu XC.
Credere pastores leuibus nolite puellis,
Phyllida Mopsus amat; Lycidas habet vltima rerum.
nescio quid sit, quod mihi hic locus non satisfaciat, sed tamen non satisfacit. putabam igitur aliquando legi debere: *Mopsum Phyllis amat.* quod etsi ne nunc quidem plane damnare possum, non displicet tamen. quod cuidam amico meo eruditissimo viro in mentem venit forte an legendum:
Phyllida Mopsus habet, Lycidan habet vltima rerum.
vt sit argutia in voce *habet* respondente Græcæ ἔχει.

EPISTOLA XLIV.

Franc. Modius Carolo Clusio S.

Libellos, de quibus anno Francofurti te mihi narrare memini, Clusi doctissime, libenter his diebus Plantini nostri accuratis typis expressos vidi; sed non sine tacita interim temporum, in quæ incidimus, deploratione; quæ, velut calamitas quædam, multos tuos, multos aliorum sui ilis animi fructus intercipiunt, & ad maturitatem suam peruenire non sinunt. magno haud dubie cum artium omnium damno, & cui deplorando non vnus Heraclitus satis sit. quid facias tamen? ferre patienter æquum est, quæ frustra mutata velis, vtque in alea mali iactus arte corrigendi sunt, ita animi, ad perpetienda omnia compositi, æquabilitate omnia seculi nostri mala superanda sunt. remedium durum, fateor: sed pro morbo, cuius vt sensum paulisper deponam, deuerto ad libros, & te eodem, nisi iam alteri addixisti, inuito. Ait Italicus lib. XIII. versu a fine tertio:

I. *Silio versus restituitur, aliique duo interpolati lib. XIII. versu DCCCXCVI.*

Pocula furtiuo rapiet (Annibal. s.) *properata veneno.*

Has

Hac vates, Herebiq; canis seretulit umbris.
Tum latos socios iuuenis, portumq; reuisit.
corrigendum & scribendum versu auctius:
Pocula furtiuo rapiet preparata veneno,
Ac tandem terram longa formidine soluet.
Hac vates, Herebiq; canis se reddidit umbris.
Tum latos socios iuuenis, portumq; reuisit.

Lib. xiv. vers. 5. — II. *Et lib. xiv. versu v.*
Aut Macedum lustrare domos & Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia cingere fluctu.
scribo approbantibus melioris notæ libris:
Aut Macetum lustrare domos, & Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia tinguere fluctu.
Macedum certe ferri non potest: cum, *Macetum* pro Macetarum a poeta, Virgilii & aliorum exemplo dictum sit: apud quos item docti his annis hanc lectionem, erat enim apud illos etiam corrupta, reposuerunt. Versu 15. III. *Versu xv.*
Impactum pelagus lacerata viscera terra Disiicit.
Siciliæ ab Italia auulsionem significat, sed vbi legendum putem:
——*lacerata viscera terra Discidit.*
Virgilius de eadem:
——*quum protinus vtraq; tellus*
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit.
Pergit Silius de Siciliæ fertilitate: IV. *Versu xxiiii.*
Multa solo virtus, iam reddere semen aratris,
Iam montes umbrare olea, &c.
haud dubie rectius erit, si legamus:
iam reddere fœnus aratris.
quomodo est in codice manu exarato, ducta a mercatoribus metaphora qua & Ouidius vsus, dum dixit, Metamorphos.
——*armaq; iussit Fallere depositum.* V. *Versu xl.*
mox:
——*accola Minos*
Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohortes,
Da daleam repetens pennam, &c.
est illud *pennam* ab iis, qui Dædalum remigio alarum, vt ait ille, custodiam Minois euasisse didicerant: cum alioqui legendum sit: *Dadaleam repetens pœnam.* quod valet, repetens Dædalum ad pœnam.
Versu 246. VI. *Versu ccxlvi.*
Tum rapta praceps Ennea virgine cessit.
Attonitos cœli visu lucemq; cauentes
In stygaa rursus equos, & pradam condidit umbris.

de Plutone sermo est, sed qui ita constituendus, & interpungendus ex m.s. videtur:

Tum rapta praeceps Ennea virgine flexit
Attonitos caeli visu, lucemque pauentes
In Stygarursus equos, &c.

tale est illud Claudiani de hoc raptu lib. II.

——— & longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos pressis haesere lupatis,
Attoniti meliore polo, rursusq; verendum
In Chaos obliquo certant temone reuerti.

VII. *Versu* CCLXIII. Versu 263.

Seu sylvas sectare feras, seu retibus aequor
Vertere, seu caelo libeat traxisse volucrem. scripserim libentius:
Seu sylvas sectere feras, seu retibus aequor
Verrere, seu caelo, &c.

VIII. *Vers.* CCCIX. *bis emaculatus.* Versu 309.

Gliscentemq; trahens turris per viscere labem,
Perq; altam molem, & turris nascentia tecta
Scandit ouans, rapiduq; vorat trepidantia flammis.
Robora, &c. non parum melior videtur scripta lectio:
Gliscentemq; trahens turris per viscera labem,
Perq; altam molem, & tottens crescentia tecta
Scandit ouans, rapiduq; vorat crepitantia flammis
Robora. tottens crescentia tecta, vocat turrim pluribus contignationibus alte eductam. sed tu iamdudum scio, Clusi, herbas, quam huius generis nugas, legere malles. Vale.

EPISTOLA XLV.

Fran. Modius Ioanni Sambuco v. c. S.
Viennam Austriae.

I. *Ciceronis pro Milone locus.* QVaero ex te, clarissime & eruditissime Sambuce, cui adeo familiaris est Cicero, vt iam nemini familiarior esse possit, quid de isto eius e Miloniana loco censeas: *Qui, Clodius, cum ab equite Romano splendidissimo & forti viro T. Paconio non impetrasset, vt insulam in lacu pretio venderet. repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, caementa, atq; arma conuexit, &c.* quid censeam? inquies, nihil esse in eo difficultatis fateor, Sambuce, si cum vulgatis exemplaribus m.ss. libri consentire, sed scire debes, eos ad vnum omnes, teste etiam D. Lambino, pro: *vt insulam in lacu pretio venderet.* aut: *vt insulam in lacu Peralio venderet*, habere; aut certe: *vt insulam in lacu Peralio venderet.* hoc igitur est, de quo te consulendum mihi existimaui, putesne fuisse lacum aliquem, hoc, aut simili nomine. sed quando semel tibi esse molesti coepimus, sustinebimus etiam de sequentibus iudicium tuum flagitare. Ait Cicero: *Omitto socios, exteras natio-*

nationes, reges, tetrarchas (vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias) a liberis dico, a liberis medius fidius, & a coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. hic ego puto considerata nostrorum & Lambini m. ss. codicum scriptura legi oportere: *Omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota n. feceritis, vt in eos se potius immitteret, quā in vestras possessiones) a vestris tectis, vestris pecuniis, vestra tecta, vestras pecunias dico a liberis medius fidius & a coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset.* & restituit ante me ita pleraque Lambinus, nisi quod illud non vidit, plane hic *feceretis* non *feceratis* legendum esse, quod ego sane miratus sum, cum videam suum hic adeo exercitum fuisse, & illud *feceratis* contra mentem sit Ciceronis, qui non hoc dicit, pop. Rom. vota fecisse, vt Clodius in exteros potius grassaretur, quam in se (quod ridiculum est, & a vero alienum) sed futuros ea talia fuisse, si imperium is nancisci vllo modo potuisset. Præcessit iam: Cui, Pompeio, *se nunquam profecto tradidisset*, Milo, *nisi caussæ suæ confideret præsertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, non nulla credenti.* vide, Sambuce, an scripserit Cicero: *magna intuenti.* quo pacto & mei m. ss. habent, & Vrsinus in veteri libro se reperisse testatur, metus sane in Milonem eum, quem hic Cicero nobis depinxit suis coloribus, cadere non potest. Sequitur longo quidem interuallo, sed tamen sequitur: III. *Vestra tum aræ, vestræ religionas viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat.* sed malim: *Vestra tum religiones viguerunt, vestra vis valuit, &c.* omissis reliquis, quod iam ante ad ipsas aras sermonem Cicero conuerterit dicendo: *Vos enim iam Albani tumuli atq; luci, vos, inquam, imploro atq; obtestor, vosq; Albanorum obruta aræ, sacrorum Pop. Rom. socia, &c.* IV.

Statim: *Tuque ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, &c.* monet Lambinus legendum: *Latiaris sancte Iuppiter*, etsi, vt ait, in nullis omnino libris ita legitur, at ego, ne quis hic Lambino propter consensum librorum dubitet credere, plane ita in Coloniensibus membranis me hunc locum perscriptum inuenisse profiteor. testatur etiam eruditissimus Franc. Iuretus, in doctissimis illis suis ad Symmachi epistolas notis, apud eundem Symmachum *latiare concilium, latiaris lingua, latiaris facundia*, vt & apud Prudentium, *latiare munus.* & Lactantium, quod magis huc faciet, *latiaris Iupiter* constanter in membranis legi, nihil vt iam amplius hic dubitandum videatur. V.

EPISTOLA XLVI.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario, Med. S. Norimbergam.

OStendit mihi Mœcenas meus eam epistolam tuæ partem, vir cl. qua nostri mentionem facis, quam ego si negem nunc mihi placuisse, mentiar profecto. quamuis enim eorum, quæ tu, pro singulari humanitate tua, mihi plurima & maxima tribuis, in me nihil fere omnino cognoscam, iuuat tamen laudari abs te tam laudato viro: & delector sic quoque amicorum istorum, de quibus scribis, amantiore quam veriore de me iudicio: paratus, quod eruditione & doctrina (quæ quam in me nulla sint ipse sentio) assequi parum valeo, obseruantia & obsequio doctissimorum, hoc est, tui similium virorum, beneuolentiam, qua potest demereri. Quod quæso vt tibi pro illis sit, quæ fortasse quidam nostri nominis paulo studiosiores de ingenioli mei facultate, magis pro illo suo erga me semper amore, quam quod ita se res habeat, apud te prædicarunt. Obseruabo, colam, venerabor te, vt debeo, vt virtus tua multiplex, vt eruditio varia, vt denique incredibilis humanitas tua, quam hac parte non potui non admirari, vt inquam ista omnia postulant, tu vicissim, magis adeo quia ita velle videatur illa eadem humanitas tua, quam quia dignus ego, inter extremi etiam ordinis, dum non extremæ fidei amicos tuos, censeri me patieris. hæ erunt amicitiæ nostræ leges, hæc pacta conuenta, quæ ego non vereor, ne ad vltimum vsque parum seruasse merito aliquando argui possim. sed iam de hac re satis multa. Vide sis potius Camerari, si vacas, has meas in Silium Italicum notas, & quid tibi videantur, cum erit commodum rescribe. Libro primo:

I. Silius emendatus lib. I. versu CCXCVII.

Admonet abrupto flagrantia fœdere ductor,
Sidonius castra, & latas quatit agmine caussas.

suadent scribendum membranæ: *& latos quatit agmine campos.* ac recte suadent, etsi ne hic quidem commentatori defuit commoda, vt ipsi quidem videbatur, vulgatæ scripturæ explicatio. nam, *quatit latas caussas* inquit, *valet, inferendo bello Saguntinis, quærebat caussas belli cum Romanis. quæ facerent ipsum latum & compotem voti.* acumen huius literatoris vide. qui vt accusari omnino debet, quod nihil nescire voluit, ita in multis veniam meretur deceptus a libris minus emendatis. hinc plaustra illa monstrosarum interpretationum, quas deportari quo merentur, insuper etiam ægre videntur, & moleste ferre, qui hanc nostram criticen, vt infrugiferam & plane inutilem damnare non dubitant. sed iis missis pergamus nos ad illa:

II. Vers. CCCVI.

——Verba ocyus acer

Inter-

Intorto saucit iaculo, figitq; per arma
Stantem pro muro & monstrantem membra Vaicum.

hic alii libri habent: *motantem membra.* male etiam procul dubio, sed vnde faciebat eruditissimus P. Victorius: *mutantem verba* aptiore fateor lectione prioribus; sed non illa, quam referunt m.ss. codices; quæ est: *& minitantem vana Caicum.* de qua non verebor pronuntiare, Silii esse germanam. lib. XII. certe ait: *cenantem & vana minantem Circumagit, &c.* Horatius quoque ita fere dixit: *Atqui vultus erat magna & præclara minantis.* sed & Græci in eadem re verbo ἀπειλεῖν vtuntur. III.
sequitur: *Versu CCCXXXII.*

Sed dignam Ausonia mortem putat esse, Saguntum
Seruata cecidisse fide.

lego, quicquid nugentur alii:

Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunthο,
Seruata cecidisse fide;

eleganter autem Saganthum vocat Ausoniam, quod Romanorum paruum esset, vt mox Scipio Trebiam Sidonium amnem appellat, quod Pœnis fauere, & eorum victoriam adiuuare videretur. Post pauca: IV. *Versu CCCXLII.*

Nonne pudet: cœpisse pudet omneis, en bona virtus,
Primitiaq; ducis, &c.

aio reponendum, cum libri vet. habeant, *omnis* pro *omneis*, *pudet ominis.* sunt verba Annibalis milites increpantis, & credebant veteres, teste etiam Ouidio, omina principiis inesse. Iterum post pauca: V.

Surgebat cumulo certantium protinus agger. *Versu*

emendandum volentibus, & iubentibus membranis: CCCLXXIIII.

Surgebat cumulo certantium prorutus agger.

hoc enim dicit; agger paulo ante a Pœnis dirutus surgebat denuo militum hinc inde cadentium corporibus cumulatus. desino esse molestus, Camerari, hoc vnum vbi addidero. versu ab hoc LVIII. quo loco in editionibus est: VI. *Versu CCCCXXXI.*

——& quatit ensem,
Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum missum, qui carmine pollens,
Fidebat magica ferrum crudescere lingua.

hic, inquam, reponendum:

Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum Temisius.

vt & libri m. ss. referunt, & elegantissima erit locutio. cum illa vulgaris parum Latina a mala manu sit, nec digna satis Silio, VII.
aut omnino vllo alio eius ætatis scriptore. corrigimus similem *Idem Silius*
locum lib. V. quoque. & pro vulgato versu: *lib. V. emendatus.*

Obuius huic Atlas a sanguine clarus Ibero.

Vos & Mamerten Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium, &c.

sed in eo ego hic ab ipsis dissentio, quod rem esse non nimis belli exempli existimo, tam longe a recepta scriptura, etsi falsaria, ex vera tamen pro captu librariorum assimilata, & haud dubie ad ductum literarum eius expressa, recedere. ideoque reiecta eorum de reliquo non infelici ad rem coniectura, scribo a Theseo meo, membranis puta adiutus:

Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium

Zancle autem quæ sit, nemo nescit, nimirum ea, quæ & Missene. Ouidius XIV. Metam.

Liquerat & Zanclen, aduersaq; mœnia Rhegi,
Nauifragumq; fretum, gemino quod litore pressum
Ausoniæ Siculaq; tenet confinia terræ. item.
Oppositumq; petens contra Zancleia saxa Rhegion.

Vale Patrone benignissime.

EPISTOLA XLII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

NOn frustra fui, mi Posthi, cum nuper ad mentionem eius itineris, quo istinc huc nobis hoc difficilimo anni tempore reuertendum erat, totus præter morem exhorrescerem. tale enim illud fuit, vt quamuis salui, non tamen sine præsentis vsque periculi metu, tertio demum die Combergum peruenerimus. Primo enim sub vesperam Mariæ Vallem ingressi sumus, vbi humanissime nos habuit in cœna illustrissimus Princeps Ordinis Teutonici Magister: senex ille quidem admodum, sed in quem illud conueniat, quod dici solet, Aquilæ senectus. Deus illum immortalitate dignissimum diu etiam suis & reip. superesse velit. Secundo, cum ante lucem itineri nos dedissemus, vix tamen multa iam nocte tria miliaria confecimus frigore tantum non (vt alia mittam incommoda, & perpetuum ne ex altissimis & vastissimis montibus in præcipitia horrenda deiiceremur metum) confecti. Sed nec tertius quidem suis molestiis caruit, quibus tamen omnibus superatis meridie fere ipso, cum horis quatuor vnum tandem miliare promouissemus, huc appulimus, Deo duce, me non tam mihi gaudente, quam domino Patrono nostro gratulante finem malorum, & laborum, quibus sane quam miratus sum eum prouecta iam ætate parem fuisse. summus rerum arbiter diu nobis illum valentem conseruet. de me, redii iam ad libros, ex quibus mitto nunc ista: *Cares autem* (inquit Censorinus, vbi in opusculo de die Natali de diuersa apud diuersos anni ratione disputat) *& Acarnanes seme-*

1. *Censorinus de die Natali cap. XVI. bus, ter emnaculatim.*

simestrem habuerunt, annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosq; cunctos veluti trieterida annum magnum. Sed vt hos annos omittam, caligine iam profunda vetustatis obductos, in his quoq; qui sunt recentiores memoria, & ad cursum lunæ vel solis instituti, quanta sit varietas facile est cognoscere. membranæ referebant: *coniunctos* pro *cunctos*, & *memoria* pro *memoria*. quare interpolo & interpungo hoc totum ad istum modum: *Cares autem & Acarnanes semestres habuerunt annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosque coniunctos veluti trieterida annum magnum. Sed vt hos annos omittam, caligine iam profundissima vetustatis obductos, in his quoque, qui sunt recentioris memoria, & ad cursum, &c.* II.

Sequitur cap. XVII. *Sed horum plerique ob odium, vel quo quis magistratu citius abiret, diutiusq; fungeretur, aut publici redemptores anni magnitudine, in lucro damnoue essent, plus minusque ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandatam vitiose deprauarunt. Adeo aberratum est, vt, &c.* expleantur, & corrigantur me monitore hæc ita: *Sed horum plerique ob odium, vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret, diutiusue fungeretur, aut publici redemptores, anni magnitudine, in lucro, damnoue essent, plus minus ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandatam vltroq; deprauarunt: Adeoq; aberratum est, vt, &c.* res adeo clara est, vt luce verborum meorum non magis egeat, quam meridies lucerna. Cap. XVII. idem vbi deficitur suppletur, & his, iterum interpolatur.

Statim: *Itaq; dieb* CCCLV. *addidit* (Iulius Cæsar puta) *x. quos per septem menses, qui dies vndetricenos habebant, ita distribuit, vt Ianuario, & Sextili, & Decembri bini accederent, cæteris singuli: eosq; dies extremis partib. mensium apposuit, ne scil. religiones sui cuiusq; mensis a loco summo verterentur. Quapropter nunc, cum in septem mensib. dies singuli & triceni sint: quatuor tamen illi ita primitus instituti eo dinoscuntur, quod Nonas habent septimanas, cæteri omnes reliqui quintanas.* membranis fretus recepto ad me ita locum hunc integritati suæ restituendum: *eosq; dies extremis partib. mensium apposuit, ne scil. religiones sui cuiusq; mensis a loco summouerentur. Quapropter nunc, cum in d. & t. s. q. t. i. i. p. i. e. d. quod nonas habent septimanas, ceteri tres quintanas. religiones* stata festa vocat, de quibus consulatur vetus Calendarium Romanum ab Aldo editum. III. Ibid. duobus tribus aut locis correctum.

nam quin rectum sit: *ceteri tres quintanas* omissis reliquis, conuincit, quod in scripto codice exstat: *ceteri tres omnes aliter reliqui*, nempe scriptum fuisse *rñ tres*, vt coniuncta duo elementa *r* & *r* speciem vnius *n* gerere viderentur nõ nimis diligenti librario, vnde ratus compendia hæc esse vocis *omnes* casum in bis, si dis placet, conixus est, est, ad quam postea alius, qui veram scripturam in alio forte exemplari repererat, *alii* seu *reliqui tres*: quæ postea vniuersa irrepsere. quã oscitãtiam exscriptorũ non in hoc tantũ scriptore,

sed in omnibus fere accusare facilius est sane, quam libris membranaceis non suppetentibus corrigere. sed pergamus. Rursum
IV. Eod. cap. XVII. statim est: *Nam & priores alii, etiam qui decem menses fuerunt, nec Roma modo per Italiam, sed & apud gentes omnes quantum iidem postea fuere correcti.* legendum indubitate vna voce coniunctim. *decemestres*, pro *decem menses.* loquitur enim de Romuli anno scribendumque quod & Aldus vidisse videtur: *nec Roma modo, vel per Italiam, sed, &c.* ad[...]o insignem etiam locum & mitto te honesta missione, mi Posthi. *Hec enim* [ait Cen-
V. Dua lacuna cap. eod. supplota. sorinus de Varrone] *tria discrimina temporum esse tradit. Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem. Secundum ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon, quia res eo gesta veris historiis continentur* supplent explentque egregie membranæ, quibus magna ex parte salutem suam debet, debebitque noster Censorinus. *Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον Secundum a cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia multa in eo fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon, quia res in eo gesta veris historiis continentur.* Haue Posthi amicissime. Comburgi Nonis mensis vltimi anni CIↃ IↃ.LXXXIII.

EPISTOLA XLIII.

Franc. Modius Ioanni Ellingero S.
Ihenam.

IN morte optimi & eruditissimi viri Andreæ Ellingeri parentis tui peream, mi Ioannes, si lacrimas tenuerim. iam literas Posthio nostro illi transmittendas dederam, quibus illum de sororis vestræ morte, quam ipse, quod quidem ex literis eius ad Henricum Petræum & eundem Posthium datis colligi potuit, tenerrime amauerat, consolarer: cum ecce a vobis literæ, quæ mihi non solandum illum iam, sed vltimo officio prosequendum significabant. ingemui, &, vti dixi, lacrymas non continui. licet.n. semel tantũ Francofurti, vt meminisse potes, in Ioan. Fichardi (cuius & ipsius malo reipub. literariæ ex æquo & suæ paulo ante defuncti mortem adhuc deplorabamus) ædibus parentem tuum conuenerim: aliquanto tamen amplius illum amabam, quam aut ille fortasse existimauit, aut hic tibi scribere possim. & ea erat sane illius in summa doctrina modestia, ea humanitas, is morum candor, vt amari mereretur ab iis, quos nouem virgines amant. Quod vos reip. literariæ nomine oro, & obtestor, vt quæ siue in re medica, siue in his nostris leuioribus quidem, homine tamen dignissimis studiis affecta reliquit,

liquit, ea prima quaque oblata occasione cum omnibus vobis communia esse velitis. ipse sane nunc in his prope dixeram nugis eram. Malo versu 55 eclogæ secundæ T. Calpurnii Siculi: *Urimur in Crocale.* quam quomodo vulgo legitur: *Urimur in Crocalen.* sic enim & Ouidius ait: *ardetq; in virgine virgo.*

I. Calpurnius Siculus emendatus Ecloga II. versu LV.

Versu 63.

II. Vers. LXIII. semel & iterum emaculatus.

Nos quoq; promiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba Priapo.
Rorantes fagos damus, & liquentia mella:
Nec fere grata minus, quam si caper imbuat aras.

male acceptus, si quis alius huius poetæ, locus. & qui ita in pristinum ope veteris codicis restituendus videtur:

Nos quoq; pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba Priapo,
Rorantesq; fauos damus, & liquentia mella.
Nec fero grata minus, quam si caper imbuat aras.

hactenus inquam ausculto libris veteribus. nam quod iidem *farrea liba*, pro *figere liba* probare nituntur, frustra sunt. sic enim etiam nescio qui loquitur. Statim:

III. Versu LXX.

Si venies Crocale, totus mihi seruiet annus.

apparet legendum ex eo, quod mox subiicit aduersarius:

Si venies Crocale, totus tibi seruiet hortus.

constat inquam, hinc supra etiam legendum:

Si venies Crocale, totus tibi seruiet annus.

Versu 80.

IV. Versu XXC.

Mille renitentis dabimus tibi cortice chias.

chiæ istæ clamant legendum: *Mille renidenti.* hoc enim faciunt illæ iam maturitati proximæ.

Versu 83.

V. Ver. XXCIII.

Num precor informis videor tibi? num grauis annum? etiam pueri videant legendum: *num grauis annis?* sic ille: *pannis annisq; obsitus* dixit. mox:

VI. Vers. XXCVII.

Fontibus in liquidis quoties me conspicor esse.

Admiror toties, a sciolo interpolatione est illud, *esse.* pro quo recte referunt membranæ: *ipse.*

Ecloga III. Versu 34.

VII. Ecloga III. Vers. XXXIV.

——*nec, tam nobis ego Phyllida reddi*
Exopto, quam quod Mopso iungetur anhelo.

hæc vitiosa scriptura, maxime quod *anhelo* illud verbum hic esse ignorarent significans, vehementer doleo, torqueor, crucior, &c. ridiculas ab interprete & portentosas etiam explicationes extorsit. & sit sane monstri simile, si amator doleat inter riualem suum & communem amicam iras esse. sed nec hoc vult poeta. & isto modo locus hic corrigendus est:

——*nec tam nobis ego Phyllida reddi*

Exopto, quam quod Mopso iungetur anhelo.

hoc sensu, non tam inquit crucior mihi Phyllida eripi, quam

IIX. *Vers. xxxvi.* illi potissimum nuptiis iungi, cui minime omnium vellem.

Versu 36.

——tu prior illi

Vinctas tende manum, decet indulgere puella,

Vel cum prima nocent. scribe:

——tu prior illi

Iunctas tende manum, decet indulgere puella,

Vel cum prima nocet. ita inquam scribe, & consule, si lubet, Ouidium de arte amandi, & Amorum lib. I. eleg. VII.

IX. *Versu* LV. Mox:

Ille ego sum Lycidas, quo tu cantare solebas

D cere fil cem.

manifeste legendum:

Ille ego sum Lycidas, quo te cantante solebas

Dicere felicem.

X. *Versu* XC. Versu 90.

Cre ere paßores leuibus noli e puellis,

Phyllida Mopsus amat: Lycidas habet vltima rerum.

nescio quid fit, quod mihi hic locus non satisfaciat, sed tamen non satisfacit. putabam igitur aliquando legi debere: *Mopsum Phyllis amat.* quod etsi ne nunc quidem plane damnare possum, non displicet tamen. quod cuidam amico meo eruditissimo viro in mentem venit forte an legendum:

Phyllida Mopsus habet, Lycidan habet vltima rerum.

vt sit argutia in voce *habet* respondente Græcæ ἔχειν.

EPISTOLA XLIV.

Franc. Modius Carolo Clusio S.

Libellos, de quibus anno Francofurti te mihi narrare memini, Clusi doctissime, lubenter his diebus Plantini nostri accuratis typis expressos vidi; sed non sine tacita interim temporum, in quæ incidimus, deploratione; quæ, velut calamitas quædam, multos tuos, multos aliorum sui illis animi fructus intercipiunt, & ad maturitatem suam peruenire non sinunt. magno haud dubie cum artium omnium damno, & cui deplorando non vnus Heraclitus satis sit. quid facias tamen? ferre patienter æquum est, quæ frustra mutata velis, vtque in alea mali iactus arte corrigendi sunt, ita animi, ad perpetienda omnia compositi, æquabilitate omnia seculi nostri mala superanda sunt. remedium durum, fateor: sed pro morbo, cuius vt sensum paulisper deponam, deuerto ad libros, & te eodem, nisi iam alteri addixisti, inuito. Ait Italicus lib. XIII. versu a fine tertio:

I. *Silio versus restituitur, alijq; duo interpolati lib. XIII. versu* DCCCXCVI.

Pocula furtiuo rapiet (Annibal. s.) *properata veneno.*

Hæ

Hæc vates, Herebiq; cauis se retulit vmbris.
Tum lætos socios iuuenis, portumq; reuisit.

corrigendum & scribendum versu auctius:

Pocula furtiuo rapiet properata veneno,
Ac tandem terras longa formidine soluet.
Hæc vates, Herebiq; cauis se reddidit vmbris.
Tum lætos socios iuuenis, portumq; reuisit.

Lib. XIV. vers. 5. II. Et lib. XIV. versu V.

Aut Macedum lustrare domos & Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia cingere fluctu.

scribo approbantibus melioris notæ libris:

Aut Macetum lustrare domos, & Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia tinguere fluctu.

Macedum certe ferri non potest: cum, *Macetum* pro Macetarum a poeta, Virgilii & aliorum exemplo dictum sit: apud quos item docti his annis hanc lectionem, erat enim apud illos etiam corrupta, reposuerunt. Versu 15. III. Versu XV.

Impactum pelagus lacerata viscera terræ Disiicit.

Siciliæ ab Italia auulsionem significat, sed vbi legendum putem:

——*lacerata viscera terræ Discidit.*

Virgilius de eadem:

——*quum protinus vtraq; tellus*
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit.

Pergit Silius de Siciliæ fertilitate:

Multa solo virtus, iam reddere semen aratris, IV. Versu XXIII.
Iam montes vmbrare olea, &c.

haud dubie rectius erit, si legamus:

iam reddere fœnus aratris.

quomodo est in codice manu exarato, ducta a mercatoribus metaphora qua & Ouidius vsus, dum dixit, Metamorphos.

——*arvaq; iussit Fallere depositum.* V. Versu XL.

mox:

——*accola Minos*
Duxerat Etcretum non fausta ad bella cohortes,
Dædaleam repetens pennam, &c.

est illud *pennam* ab iis, qui Dædalum remigio alarum, vt ait ille, custodiam Minois euasisse didicerant: cum alioqui legendum sit: *Dædaleam repetens pœnam.* quod valet, repetens Dædalum ad pœnam.

Versu 246. VI. Versu CCXLVI.

Tum rapta præceps Ennæa virgine cessit.
Attonitos cæli visu lucemq; cauentes
In Stygia rursus equos, & prædam condidit vmbris.

de Plutone sermo est, sed qui ita constituendus, & interpungendus ex m.s. videtur:

Tum rapta praeceps Ennea virgine flexit
Attonitos coeli visu, lucemque pauentes
In stygarursus equos, &c.

tale est illud Claudiani de hoc raptu lib. II.

——& longa solitos caligine pasci
Terruit orbis eques pressis haesere lupatis,
Attoniti meliore polo, rursusq; verendum
In Chaos obliquo certant temone reuerti.

VII. *Versu* CCLXIII. Versu 263.

seu sylua sectare feras, seu retibus aequor
Vertere, seu coelo libeat traxisse volucrem. scripserim libentius
Seu syluis sectere feras, seu retibus aequor
Verrere, seu coelo, &c.

VIII. *Vers.* CCCIX. *bis emaculatus.* Versu 309.

Glscentemq; trahens turris per viscere labem,
Perq; altam molem, & turris nascentia tecta
Scandit ouans, rapiduq; vorat trepidantia flammis.
Robora, &c. non parum melior videtur scripta lectio:
Gliscentemq; trahens turris per viscera labem,
Perq; altam molem, & totiens crescentia tecta
Scandit ouans, rapiduq; vorat crepitantia flammis
Robora. totiens crescentia tecta, vocat turrim pluribus contignationibus alte eductam. sed tu iamdudum scio, Clusi, herbas, quam huius generis nugas, legere malles. Vale.

EPISTOLA XLV.

Fran. Modius Ioanni Sambuco v. c. S.
Viennam Austriae.

I. *Ciceronis pro Milone locus.* QVaero ex te, clarissime & eruditissime Sambuce, cui adeo familiaris est Cicero, vt iam nemini familiarior esse possit, quid de isto eius e Miloniana loco censeas: *Qui,* Clodius, *cum ab equite Romano splendidissimo & forti viro T. Paconio non impetrasset, vt insulam in lacu pretio venderet. repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, caementa, atq; arma conuexit, &c.* quid censeam? inquies, nihil esse in eo difficultatis fateor, Sambuce, si cum vulgatis exemplaribus m.ss. libri consentire, sed scire debes, eos ad vnum omnes, teste etiam D. Lambino, pro: *vt insulam in lacu pretio venderet.* aut: *vt insulam in lacu Perelio venderet*, habere; aut certe: *vt insulam in lacu Perelio venderet.* hoc igitur est, de quo te consulendum mihi existimaui, putesne fuisse lacum aliquem, hoc, aut simili nomine. sed quando semel tibi esse molesti coepimus, sustinebimus etiam de sequentibus iudicium tuum flagitare. Ait Cicero: *Omitto socios, exteras natio-*

nationes, reges, tetrarchas (vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias) a liberis dico, a liberis medius fidius, & a coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. hic ego puto considerata nostrorum & Lambini m. ss. codicum scriptura legi oportere: *Omit; o socios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota e.n. feceratis, vt in eos se potius immitteret, quã in vestras possessiones) a vestris tectis, vestris pecuniis, vestra tecta, vestras pecunias dico a liberis medius fidius & a coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset.* & restituit ante me ita pleraque Lambinus, nisi quod illud non vidit, plane hic *fecerétis* non *feceratis* legendum esse, quod ego sane miratus sum, cum videam illum hic adeo exercitum fuisse, & illud *feceratis* contra mentem sit Ciceronis, qui non hoc dicit, pop. Rom. vota fecisse, vt Clodius in exteros potius grassaretur, quam in se (quod ridiculum est, & a vero alienum) sed facturos ea talia fuisse, si imperium is nancisci vllo modo potuisset. Præcessit iam: Cui, III.
Pompeio, *se nunquam profecto tradidisset*, Milo, *nisi caussa sua consideret prasertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, non nulla credenti.* vide, Sambuce, an scripserit Cicero; *magna intuenti.* quo pacto & mei m. ss. habent, & Vrsinus in veteri libro se reperisse testatur, metus sane in Milonem eum, quem hic Cicero nobis depinxit suis coloribus, cadere non potest. Sequitur longo quidem interuallo, sed tamen sequitur: IV.
Vestra tum aræ, vestra religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat. sed malim: *Vestra tum religiones viguerunt, vestra vis valuit, &c.* omissis reliquis, quod iam ante ad ipsas aras sermonem Cicero conuerterit dicendo: *Vos enim iam Albani tumuli atq; luci, vos, inquam, imploro atq; obtestor, vosq; Albanorum obruta aræ, sacrorum Pop. Rom. socia, &c.*

statim: *Tuque ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, &c.* monet Lambinus legendum: *Latiaris sancte Iuppiter*, etsi, vt ait, in nullis omnino libris ita legitur, at ego, ne quis hic Lambino propter consensum librorum dubitet credere, plane ita in Coloniensibus membranis me hunc locum perscriptum inuenisse profiteor. testatur etiam eruditissimus Franc. Iuretus, in doctissimis illis suis ad Symmachi epistolas notis, apud eundem Symmachum *latiare concilium, latiaris lingua, latiaris facundia*, vt & apud Prudentium, *latiare munus.* & Lactantium, quod magis huc faciet, *latiaris Iupiter* constanter in membranis legi, nihil vt iam amplius hic dubitandum videatur. V.

EPISTOLA XLVI.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario, Med. S. Norimbergam.

OStendit mihi Mœcenas meus eam epistolam tuæ partem, vir cl. qua nostri mentionem facis, quam ego si negem nunc mihi placuisse, mentiar profecto. quamuis enim eorum, quæ tu, pro singulari humanitate tua, mihi plurima & maxima tribuis, in me nihil fere omnino cognoscam, iuuat tamen laudari abs te tam laudato viro: & delector sic quoque amicorum istorum, de quibus scribis, amantiore quam veriore de me iudicio: paratus, quod eruditione & doctrina (quæ quam in me nulla sint ipse sentio) assequi parum valeo. obseruantia & obsequio doctissimorum, hoc est, tui similium virorum, beneuolentiam, qua potest demereri. Quod quæso vt tibi pro illis sit, quæ fortasse quidam nostri nominis paulo studiosiores de ingenioli mei facultate, magis pro illo suo erga me semper amore, quam quod ita se res habeat, apud te prædicarunt. Obseruabo, colam, venerabor te, vt debeo, vt virtus tua multiplex, vt eruditio varia, vt denique incredibilis humanitas tua, quam hac parte non potui non admirari, vt inquam ista omnia postulant, tu vicissim, magis adeo quia ita velle videatur illa eadem humanitas tua, quam quia dignus ego, inter extremi etiam ordinis, dum non extremæ fidei amicos tuos, censeri me patieris. hæ erunt amicitiæ nostræ leges, hæc pacta conuenta, quæ ego non vereor, ne ad vltimum vsque parum seruasse merito aliquando argui possim. sed iam de hac re satis multa. Vide sis potius Camerari, si vacas, has meas in Silium Italicum notas, & quid tibi videantur, cum erit commodum rescribe. Libro

I. *Silius emendatus lib. 1. versu CCXCVII.* primo:

Admonet abrupto flagrantia fœdere ductor,
Sidonios castra, & latas quatit agmine caussas.

suadent scribendum membranæ: *& latos quatit agmine campos.* ac recte suadent, etsi ne hic quidem commentatori defuit commoda, vt ipsi quidem videbatur, vulgatæ scripturæ explicatio. nam, *quatit latas caussas* inquit, *valet, inferendo bello Saguntinorum, quærebat caussas belli cum Romanis, quæ facerent ipsum latum & compotem voti.* acumen huius literatoris vide. qui vt accusari eo nomine debet, quod nihil nescire voluit, ita in multis veniam meretur deceptus a libris minus emendatis. hinc plaustra illa monstrosarum interpretationum, quas deportari quo merentur, insuper etiam ægre videntur, & moleste ferre, qui hanc nostram criticen, vt infrugiferam & plane inutilem damnare non dubitant. sed iis missis pergamus nos ad illa:

II. *Vers. CCCVI.* ——*Verba ocyus acer*

Inter-

Intorto saucit iaculo, figitq; per arma
Stantem pro muro & monstrantem membra Vaicum.

hic alii libri habent: *motantem membra*. male etiam procul dubio, sed vnde faciebat eruditissimus P. Victorius: *mutantem verba* aptiore fateor lectione prioribus; sed non illa, quam referunt m. ss. codices, quæ est: *& minitantem vana Caicum*. de qua non verebor pronunciare, Silii esse germanam. lib. XII. certe ait: *cenantem & vana minantem Circumagit*, &c. Horatius quoque ita fere dixit: *Atqui vultus erat magna & præclara minantis*. sed & Græci in eadem re verbo ἀπειλεῖν vtuntur. sequitur: III. Versu CCCXXXII.

Sed dignam Ausonia mortem putat esse, Saguntum
Seruata cecidisse fide.

lego, quicquid nugentur alii:

Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunthe,
Seruata cecidisse fide:

eleganter autem Saguntum vocat Ausoniam, quod Romanarum partium esset, vt mox Scipio Trebiam Sidonium amnem appellat, quod Pœnis fauere, & eorum victoriam adiuuare videretur. Post pauca: IV. Versu CCCXLII.

Nonne pudet cœpti? pudet omneis, en bona virtus,
Primitiaq; ducis, &c.

aio reponendum, cum libri vet. habeant, *omnis* pro *omneis*, *pudet ominis*. sunt verba Annibalis milites increpantis, & credebant veteres, teste etiam Ouidio, omina principiis inesse. Iterum post pauca: V. Versu CCCLXXIIII.

Surgebat cumulo certantium protinus agger.

emendandum volentibus. & iubentibus membranis:

Surgebat cumulo certantum prorutus agger.

hoc enim dicit; agger paulo ante a Pœnis dirutus surgebat denuo militum hincinde cadentium corporibus cumulatus. desino esse molestus, Camerari. hoc vnum vbi addidero. versu ab hoc LVIII. quo loco in editionibus est: VI. Versu CCCCXXXI.

—— & quatit ensem,
Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum Themison, qui carmine pollens
Fidebat magica ferrum crudescere lingua.

hic, inquam, reponendum:

Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum Temsius.

vt & libri m. ss. referunt, & elegantissima erit locutio. cum illa vulgaris parum Latina a mala manu sit, nec digna satis Silio, aut omnino vllo alio eius ætatis scriptore. corrigimus similem locum lib. v. quoque. & pro vulgato versu: VII. Idem Silius lib. v. emendatus.

Obuius huic Atlas a sanguine clarus Ibero.

scribimus ex membranis:

Obuius huic Atlas, Atlas a litore Ibero.

talesque sunt locutiones istæ, Cæsariana: *equitas a Placentia.* Liuiana: *Herdonius ab Aricia.* & in inscriptionib. *Veranius Tridente, Cassius domo Ateste, Acilius Birbili, Vettius domo Antiochia Syria.* &, quas longum omnes persequi sit, aliæ. sed iam mitto te, vt promisi, vir cl. neque enim plane te meis ineptiis, certe minutiis conficere decreui. Vale.

EPISTOLA XLVII.

Franc. Modius Ferdinando a Thoneck v.n. S

MEretur insigne studium tuum, & præclara voluntas erga eos omnes, qui literas humaniores tractant, quæ mihi non dubiis indiciis comperta nuper sunt, cum complusculos dies suauissime vna hic in ædibus amplissimi affinis tui, patroni mei, Erasmi Neustetteri cognomento Sturmeri transegimus, merentur facti ab humanitate ad humanitatem mores tui amorem omnium eorum, qui Musas ac Charites, quosque Musæ ac Charites amant. Priuatim vero illa tua incredibilis beneuolentia, qua me ignotum & inuisum complecti dignatus es, ita me cepit, vt, vbi vbi ero, præconem me tuarum virtutum semper sis habiturus. quod serua, dum vsus veniat, vt dicta factis exæquandi facultas detur: & interea, quia videbaris, vt ait ille, Meas esse aliquid putare nugas, accipe pauca hæc hodie na-
I. ta, aut abortu abiecta potius. Censorini de die natali cap. XV.
Censorinus verba sunt: *Qui annum magnum ex quadriennio commodior visus*
de die Na- *est. Solis annum constare ex diebus* CCCLXV. *& diei parte circiter*
tali cap. XV. *quarta, qua primum quadriennium conficeret.* nihil hic scio, nisi
correctius. nescio, si ita legatur. quid enim ait, aut quid sibi vult? opinor equidem ne Censorinum quidem, siquidem reuiuiscat, hæc agniturum, qui scripsit profecto, vt in dicibus membranis optimis didici: *qua* (puta pars circiter quarta diei) *primum in quadriennium diem conficeret.* quo pacto clara est res, aperteque illud significatur, quartum quoque annum magni anni comple-
II. mentum, diemque semper vnum sequenti porro intercalan-
Eod. cap. dum fuisse. Statim post: *Octoerida vulgo creditum est, ab Eudoxo Gnidio institutam. Sed hanc Leostradum Tenedium primum ferunt composuisse: & postea alii aliter, qui mensibus varie intercalando suas octoeridas protulerunt.* membranæ: *Hanc octoerida vulgo creditum est, ab Eudoxo Gnidio institutam: sed eam Cleo-*
III. *stratum Tenedium primum feruni composuisse, & postea alios ali-*
Iterum eod. *ter, &c.* haud dubie longe melius, vulgata enim lectio omnino
cap. supple- βαρβαρίζει. iterum statim: *huic anno Chaldaico nomen est, quem*
tus & no- *genethliaci non ad solis lunæque cursus, sed ad obseruationes alias ha-*
tatus.

bent

bant accommodatum, quod in eo dicunt tempestates frugumq; prouentus ac sterilitates, morbosq; circumire. plenius & melius membranæ Colonienses: *quod in eo dicunt, tempestates frugumq; prouentus, ac sterilitates, item morbos salubritatesque circumire.* opponit frugum prouentui sterilitatem, morbis salubritates. post tria admodum verba: *Item Calippi ex annis* LXXVI. arbitror legendum, quod patriam non inuitus eorum, quos laudat Censorinus, Græcorum adiiciat, discretionis credo caussa, eum multi cognomines floruerint philosophi, vt temporibus, ita patria diuisi; *Calippi Cyziceni.* in membranis sane *Cyicene*, aut certe *Cyzineni* mendose exstabat. post aliquammulta: *Sed horum omnium penteterida maxime notandas temporibus Graci obseruant.* hoc non monerem, nisi tam pertinaciter in eundem errorem consentirent omnes omnino editiones. qui tollendus scribendo: *notandis temporibus Graci obseruant.* loquitur de Olympiadibus, quibus vti in notione suorum temporum solere Græcos omnes, vel pueri sciunt. Sequitur locus insignis plane, sed vitiis prope alienis, quam virtutibus suis, nobilior. *Philolaus annum naturalem dies habere prodidit* CCCLXIV. *& dimidiatum. Alphrodius* CCCLXV. *& dierum duorum, & viginti partem vndesexagesimam. Arpalus autem* CCCLXV. *& horas aquinoctiales* XIII *At noster Ennius* CCCLX I. *Plerique praterea incomprehensibilem quidem & innumerabilem esse existimauerunt: sed pro vero, quod proximum putauant, amplexi sunt, dies scilic.* CCCLXV. *Igitur cum tanta inter viros doctiss. fuerit dissensio, quid mirum si anni ciuiles [quos diuersa ciuitates, rudes ad]hum, sibi quaq; statuebant] & tam inter se discrepant, quam cum illo naturali non congruunt? Et in Ægypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse. Post deinde a Pisone rege quadrimestrem factum: nouissime annum ad* XIII. *menses & dies quinque produxisse. Item in Achaia Arcades trimestrem annum primum habuisse dicuntur.* apposui locum integrum hunc de diebus anni minime integrum nunc experiar aa suppleta ingenti in eo lacuna, non ex Aldo, in quo ita expletur, vt non multum nostra interfit expletam eam ibi esse, adeo in vitio totum est supplementum eius, sed ex millies mihi laudatis membranis & multis alioqui mendis repurgatus, ita in pristinum restitui posse videatur. *Philolaus annum naturalem dies habere prodidit* CCCLXIV *& dimidiatum. Alphrodius*, etsi in ms. est *Aphrodisius*, CCCLXV. *& partem dies octauam. Calippus autem* CCCLXV. *& Aristarchus Samius tantundem & praterea dies partem* XVII. *Meton vero* CCCLXV. *& dierum quinq; vndeuigesimam partem. Venopides* CCCLXV. *& dierum duum & viginti partem vndesexagesimam. Arpalus autem* CCCLXV. *& horas aquinoctiales* XIII *At noster Ennius* CCCLXVI. *Plerisq; praterea incomprehensibile quiddam & innu-*

IV. *Adhuc cap.* XV.

V. *Et quarto.*

VI. *Cap.* XVI. *insignis lacuna expleta locaq; alia quinq; sex emaculata.*

merabile esse existimauerunt: sed pro vero, quod proximum putabant, amplexi sunt, dies scilic. CCCLXV. *Igitur cum tanta inter viros doctos fuerit dissensio, quid mirum, si anni ciuiles [quos diuersæ ciuitates rudes et tum, sibi quæque statuebant] & tam inter se discrepent, quam cum naturali non congruant? &c. in Ægypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse. Post deinde a Bisone rege quadrimestrem factum: nouissime Arminon ad XIII. menses & dies quinque perduxisse.* lacunam sane cum fide expleui ex membranis, vt dixi, putoque in eius expletione nihil esse, quod probari non possit, & debeat, nisi fortasse de parte illa dici XVII. disputabitur, quod sane facile permitto iis, qui hodieque tantum sibi rei esse cum supputationibus similibus volunt, vt, si non scientia, certe contradicendi studio pares iis, quos recenset Censorinus, philosophis censeri possint: dum me illi vicissim patiantur abire ad proxima sequentia, in quibus ex *incomprehensibilem quidem & inenumerabilem* feci, *incomprehensibile quiddam & inenarrabile.* mutato de coniectura (cetera enim membranarum auctoritas facile tuebitur) τὸ *quidem* in *quiddam.* in quo si peccaui, ignoscant quæso illi saltem, quibus sæpe immane quantum a scriptis codicibus, & cusis abiisse impune fuit. scripsi etiam (quid enim attinet leuiora persequi) *Bisone* pro *Pisone*, & *Arminon* pro *annum*, volentibus iubentib. membranis eisdem, & ex re. vnde enim Pisonis nomen Ægyptiis regibus? sed desino, vir nobilissime; sentio enim quam pene putidum sit hæc talia ad te. Vale igitur, meque quod facis, beneuolentia tua complecti perge. Wirzeburgi Idib. Nouemb. anni CIƆ.IƆ.LXXXIII.

EPISTOLA XLIIX.

Franc. Modius Theodoro Cantero S. Vltraiectum.

FRaternum istuc habes, habitas dies noctesque in libris, nec quidquam tibi sine his iucundum. ergo spes est, & hęc quoque nostra, qualia qualia illa, in literis, & de literis certe, non

I. Silius lib. VIII. versu CCCXL. bis, ter correctus.

inuitum & illibentem esse lecturum. Silius:

Cunctis hasta decus, clypeusque refertur in orbem,
Vertice & implumes, ac laui tegmine cruris
Ibant, & lati pars sanctum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

insignis hic propter antiquitatem locus est, sed qui emendatione & explicatione opus, si quis alius in Italico, habeat, in quorum vtroque quid nos possimus, videamus, & quod ad scripturam eius sane attinet, eam ego sic ex membranis constituendam arbitror:

Cunctis

Cunctis hasta decus, clypeusque refertur in orbem,
Conique implumes, & læuo tegmina crure
Ibant, & laeti pars Sanctum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant,
Sabe tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Nunc singula consideremus diligentius. hastam tribuit Sabinis, quæ illis voce sua *queris* dicebatur, vnde *Quirites Romani*, & *Quirinus* siue hastatus, *Romulus*. dicit in læuo crure ocream habuisse, nimirum, quod Sabinis Pelasgi iam olim immixti fuerint, quorum vt & Ætolis hic, si quid Aristoteli credimus, mos fuit, vt dextro crure nudo, sinistro tecto in aciem prodirent, contra morem militarem, qui requirit, vt dextrum potius crus militibus muniatur, quod hoc ex disciplina in ante illi habere debeant, quo & latera eorum ab hostibus subducantur, ne vulnus possint accipere, & proximior sit dextra, quæ plagam possit inferre. & Romani quidem, teste Vegetio nostro cap. xx. lib. 1. ferreas ocreas in dextro potissimum crure gerebant. sequitur *Sanctum*, seu mauis, *Sancum pars voce canebant*. qui vnus & idem cum Fidio, & Semone. Ouidius: *Quærebam Nonas Sanco Fidione referrem An tibi, &c.* scripsi etiam, *proprio de nomine*, non *patrio*, nec debui aliter. quomodo enim de Sancti patris nomine dixit Sabinos Sabus, ac non de suo potius, cum hoc etymon clamet? mens certe hæc poetæ fuit, vt existimaret a Sancto originem quidem Sabinos, sed a Sabo nomen traxisse. & Cato de Orig. ait, *nomen esse impositum ex Sabo dius Sagni* (forte *Sancti*, aut *Sanci*) *Gentilis filio*. poteram ad alia transire, sed prius etiam hoc in locum hunc addam: Sabinos, quod me paulo ante fugit dicere, non tantum præter militiæ leges communes in eo fecisse, quod crus sinistrum armis munirent, sed hac quoque in re, quod implumes conos habuerint, cum plumati, aut vrsinis aliisque pellibus tecti coni plus terroris afferre soleant, ideoque stricte tales eos habere milites a Vegetio præcipiantur. atque hinc ait etiam in prioribus libris Silius. *Et Ligurum horrentes coni.* verum satis iam militiæ præcepta persecuti sumus. Pergamus Silium emendare potius, & illustrare etiam in aliis: II. *Cato de Orig. an forte emendatum.*

III. *Versu* CCCXXCV.

Ductor Piso viros spernaces mortis agebat,
Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci, &c.

malam rem, vt pueri habitu in aciem descenderit Piso ille, quem ait Poeta ætate pene adhuc puerum, sed animi maturitate senem fuisse. liquet mihi, plane esse reponendum:

Ore puer, pulcerque habitum, &c.

Versu ab hoc vi.

IV. *Versu*, CCCXCII. *Huic genus orditur Minos, inuisaq; tauro*
Pasiphae.
elegantius longe venustiusque membranæ:
Huic genus orditur Minos, inclusaq; tauro
Pasiphae.
respexit poeta, dum hic Hetruscorum ducem Galbam fingit a Minoe & Pasiphae genus ducere, ad imperatorem Galbam, qui stemma in atrio proposuit, quo paternam suam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois referret.

V. *Versu* CCCCXV. Sequitur:
Spicula bina gerunt caput bis cudone ferino
Stat cautum, Lycios damnant hastilibus arcus,
Ha bellare acies norant, at Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem.
lego:
Spicula bina gerunt, capiti codone ferino
Sat cautum: Lycios damnant hastilibus arcus,
Ha bellare acies norant, at Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem, &c.
vbi: *Lycios damnant hastilibus arcus* valet: malunt hasta, quam arcu in pugna vti, vsum hastæ sagittandi arti præferunt. *codo* autem est pellis ferina cruda, & vt feris detracta est. Post aliquam-

VI. *Versu* IↃIX. *bis correctus.* multa:
Ipse humero exertus, gentili more parentum
Difficili gaudebat equo, roburq; iuuenta
Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam attrita, desolataq; virorum
Eridani gentes.
reor emendandum: *Flexi cornipedis.* nec male esse in membranis indico:
Vos etiam accisa, desolataq; virorum
Eridani gentes, &c.
mihi certe nescio quomodo magis placet. porro Cethegorum hic mos fuit a L. Cethego initium sumens, vt exerto humero depugnarent. vnde cinctuti dicti.
Lucanus:
——*exertiq; manus vesana Cethegi.*
Addam vnum etiam locum insignite corruptum, & in felicissima eius in integrum ex edicto alibi membranacei restitutione finem faciam:

VII. *Versu* IↃLXIV. *Ludificante etiam terroris imagine somnos,*
Gallorum visi bustis rupere nitores.
quæso an non prodigiosiores isti *nitores*, quam omnia illa ipsa prodigia, quæ Silius hoc loco Cannensem pugnam præcessisse dicit? scribe igitur:

Ludifi-

Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis erumpere manes.

quomodo habet m.s. liber Agrippinensis, quo meliorem vsquam gentium exstare. vt veniat etiam in contentionem, quem ex Hispaniis Romam aduexisse nescio qui dicitur, vix est, vt mihi persuaderi possit. Vale.

EPISTOLA XLIX.

Franc. Modius Leuino Torrentio Archidiacono Brabantiæ S. Leodium.

EA fuit tua erga me ante quadriennium, & quod excurrit, humanitas, vir amplissime, vt nulla mihi hanc vnquam dies sit exemtura. fuisset modo vt diutius frui tanta beneuolentia potuissem, non exigui ex ea fructus fortasse in remp. literariam aliquando redundassent. neque enim dubito, quin & præclara illa bibliotheca tua omne genus libris manu exaratis, aut typis excusis quidem, sed vel a te, vel ab optimo & eruditissimo Langio in Italia, Gallia, Germania ad scriptos codices diligenter collatis instructissima, quam aduenienti statim patere voluisti, porro etiam vsibus meis tua voluntate aperta semper futura fuerit, & ego tuo præsertim iudicio limitatissimo adiutus, nonnihil ex ea publico commodare potuerim. sed me fatum seu meum, seu patriæ alio abripuit, ibique collocauit, vbi, nisi quod vobis amicis careo, cetera lætus ago quidem, otio eo fruens, beneficio amplissimi & splendidissimi Patroni mei Erasmi Neustetteri, cognomento Sturmeri, quod, fuit tempus, cum ne optare quidem a Deo sustinuissem: sed sic ago, vt sæpe cogitatione, quæ velocissima est apud vos sim, & iucundissimæ quondam cum multis clarissimis & eruditissimis viris Brugis, Duaci, Louanii, Leodii, Antuerpiæ, & Coloniæ inprimis consuetudinis recordatione, magna cum voluptate assidue afficiar. hoc interim lætus, datam hac peregrinatione occasionem ad has amicitias multas alias amplissimorum & eruditissimorum virorum, quorum sane hic humanitate incredibili præditorum maior, quam quidem dictitare solebant, est copia, adiungendi. de cetero ne forte in quo studio tantum, quantum dixi meum otium conteram, requiras hæc & his similia persequor, quæ iam ponam. non quo grauioribus vacare aut non possim, aut non velim, sed quo hæc affecta olim qualia, qualia, præsertim cum publice profutura videantur, prius conficienda, confectaque in vulgus edenda censeam. Lucii Annæi Senecæ de Clementia libro primo hæc ad Neronem verba: *Nemo non, cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus est, seueritatem abditam, clementiā in promtu habeo.* quæ ego verba vt in morbo cubare temere asserere nō ausim, ita dissimulandū mihi non putaui, in lib. scri- I. *Senec. de Clementia lib. I. cap. I. emendatus.*

pro, quo hic Herbipoli a Dominicani Ordinis religiosis vsus sum, quædam in iis aliter concipi, legique in eo non: *in promtu habeo.* sed, *in procinctu habeo.* quod vnde sit, & qui ex propria in hanc tralatitiam sedem peruenerit, tu, Torrenti eruditissime, optime nosti, & aliis ex Festo discere difficile non erit. Sequitur statim in Seneca: *Potes hoc Cæsar prædicare audacter, omnia in fida tutela haberi, nihil per te neq; vi neq; clam resp. ereptum. Pincianus testatur hic in duobus scriptis codicibus legi: omnia, quæ in fidem tutelamq; tuam venerunt,* quod & ego in Dominicanorum libro exstare profiteor, nisi quod *suscepisti* pro *venerunt* ille refert, ex cuius porro literarum vestigiis totum locum ita constituo: *Potes hoc, Cæsar, audacter prædicare, omniũ, quæ in fidem tutelamq; tuam suscepisti, nihil per te, neq; vi neque clam resp. abrasum.* Rursum statim: *Nemo iam diuum Augustum, nec Tiberii Cæsaris prima tempora loquitur. Nemo qui te imitari velit, exemplar extra te quæret* m. s. *Nec quod te imitari velit*, forteque aut ita legendum, aut certe omnino: *Nemo iam diuum Augustum, nec Tiberii Cæsaris prima tempora loquitur. Nemo quod te imitari velit exemplar extra te quærit.* notum & decantatum quinquennium Neronis, in quo ita se gessit, vt in neminem potius, quam in se ipsum inspicere debuerit boni principis exemplar requirens.

II. Eod. Cap.

III. Adhuc eod. Cap.

IV. Cap. III.

Cap. III. *Ita enim virtutes magnis viris decori gloriæq; sunt, si illis salutaris potentia est.* Virtutes nunquam non cui cui etiam infimo decori gloriæque sunt, neque vllis aut potentiæ viribus, aut paupertatis contemtui subiiciuntur. quare rectam opinor lectionem scriptam: *Ita enim magnæ vires decori gloriæq; sunt, si illis salutaris potentia est.* sequitur certe: *Nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataq; est, quem, &c.* Cap. IV. *Ille est enim vinculum, per quod resp. cohæret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperii subtrahatur:*

V. Cap. IV.

——Rege incolumi mens omnibus vna:
Amisso rupere fidem.

Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas aget. illud: *in ruinas* in libro scripto nullum erat, & videtur sane ab eo profectum, qui vim verbi *ago* non satis intelligeret. totus denique locus ex eodem manu exarato codice ita legendus est: *Ille est vinculum, per quod respublica cohæret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura nisi onus, & præda, si mens illa imperii subtrahatur:*

——Rege incolumi mens omnibus vna est:
Amisso rupere fidem.

hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti populi fortunam aget.

net. Cap. v. *Clementia in quamcunque domum peruenerit, eam feli-* VI.
cem tranquillamque praestabit. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Cap. v.
Quid enim est mirabilius, quam eum, cuius irae nihil obstat? &c. VII.
lego: *Quid enim est memorabilius*, ex membranis. Eod. cap. *Ma-* Ibidem.
gni autem animi est proprium, placidum esse, tranquillumque, & in-
iurias atque offensiones semper despicere. Muliebre est furere in ira.
eaedem membranae: *& iniurias offensionesque superne despicere.*
quod obuiis amplector vlnis. *superne* dixit, tanquam ex arce a-
liqua virtutum & sapientiae. adhuc eodem cap. *At si dat vitam, si* IIX.
dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit, quod Adhuc ibid.
nulli nisi rerum potenti licet. m. ss. *facit, quod nulli nisi rerum po-*
tenti licet. & hoc probo. merum enim Latium est. sequiturque
cap. xxi. *Vtetaque animose debet tanto munere deorum, dandi au-*
ferendique vitam potens, in hos praesertim, &c. vt appareat libenter IX.
hoc verbo vsum philosophum, qui cap. ix. ait: *Paulus ne te, &* Cap. IX.
Fabius Maximus, & Cossi, & Seruilii ferent, tantumque agmen no-
bilium non inania nomina praeferentium, sed eorum, qui imaginib.
suis decori sint? vox *nobilium* abest a Dominicanorum scripto
codice, videturque sane aeque commode in omnibus abesse
posse. Cap. x. *Ignouit abauus tuus victis. Nam si non ignouisset,* X.
quibus imperasset? Salustium & Cocceios, & Duillios, & totam Cap. x. ter
cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris quater no-
conscripsit. Nam Domitios, Messalas, Asinios, Cicerones, & quid- tatus.
quid floris in ciuitate erat, clementiae suae debebat. Ipsum Lepidum
quamdiu mori passus non est? Per multos annos tulit ornamenta
principis retinentem, & pontificatum maximum, non nisi mortuo
illo, transferri in se passus est. maluit enim illum honorem vocari,
quam spolium. turpiter corruptus elegans alioqui omnino lo-
cus, quippe sibi e membranis ita restituendus: *I. a. t. v. N. s. n. i, q. i?*
Salustium, & Cocceios, & Deillios, & totam cohortem primae ad-
missionis ex aduersariorum castris conscripsit. Iam Domitios, Mes-
salas, Asinios, Cicerones & quidquid f. i. c. e. c. s. d. Ipsum Lepidum
quamdiu passus? Per m. a. t. o. p. r. & p. m. n. n. m. i. t. s. p. e. Maluit
enim honorem illum, quam spolium. interioris illud vulgatum vi-
detur in aliquo libro a glossographo nescio quo ad vocem pri-
mae adscriptum, moxque mutato *prima* in *primam* in contex-
tum irrepsisse. in nostro sane codice, dico illo, quo vsus sum a
Dominicanis, recte omisso illo scriptum reor, vt iam dixi. sic e-
nim alibi Seneca: *Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam*
pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. & tale
est illud Lampridii de Alexandro: *Moderationis tantae fuit, vt*
amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferiores, ae-
grotantes viseret. sed de gradibus amicorum, eorumque origi-
ne & progressu, totoque admissionum, & admissionalium ge-
nere videatur eruditissimus & amicissimus Lipsius, commen-

tio ad VI. Annalium Taciti, cuius ne scrinia compilasse puter, mihi hic adhibenda est merito cautio, qui quod inducta voce, *vocari*, scripsi: *Maluit enim honorem illum, quam spolium.* in eo & membranis dicto audiens fui, & Latio consului. neque enim aliter optimus quisque scriptor loquitur, & in eis nominatim Salustius, Tacitus, Curtius meus. nam ista: *ipsum Lepidum quamdiu passus est?* ita scribenda, maneque addito verbo *mori*, & negatiua a sciolis fuisse interpolata, tum ipsa facile probabunt, tum gemina germina ea apud Terentium Phormione locutio: *Ego te complures aduersum ingenium meum menses tuli Pollicitantem, &c.* Vale, vir amplissime, nobisque & studiosis omnibus tandem aliquando de accuratissimo & literatissimo in Horatium, quem æmularis, commentario tuo gratificare. iam pridem enim præcepto illi: *nonumque prematur in annum.* ni iudicans fallor, satisfactum est. iterum vale. Herbipoli v. Calend. Septemb. CIƆ IƆ XXCIII.

EPISTOLA L.

Franc. Modius Iacobo Monauio I. C. Vratislauiensi S.

AIt Epicurus: Initium est salutis morbum suum nosse. egregie profecto. deprehendantur enim vitia oportet, antequam possint emendari. nunquam de remedio eius quisquam cogitabit, quod virtutis loco ducit. quantum potest igitur diligenter in singula inquirendum est, etiam ea quæ prima fronte satis sana apparebunt. multa falluut, ornatissime Iacobe Monaui specie recti, vt hic apud Silium Locus:

I *Silius lib. IX. versu CCVI. ter emaculatus.*

Electos optare dabo inter prœlia campos.
Addam etiam flexu a Tybris quas irrigat vnda
Gurgitibus late captiuis pascere ripas.
Qui vero extremo socius mihi cardine Byrsa

Signa moues, &c, ad quæ interpretes Marsus: *Extremo cardine, id est, qui es mihi socius in bello, quadam affinitate remota, scilicet quia solummodo censeris sub imperio Byrsa. sed hæc Silii locutio est nimis affectata, nisi sit hic aliqua menda, quod ego arbitror. difficile namque est elicere sensum ex his verbis.* hoc est, quod iam dixi, Marse, diligenter etiam illa esse examinanda, quæ proba alioqui videantur. quod tu, quia minus facis Silium inculas immeritissimo, qui scripserat:

Electos optare dabo inter præmia campos.
Addam etiam flexu Tybris, quas irrigat vnda
Captiuis late gregibus depascere ripas.
Qui vero externo socius mihi sanguine Byrsa

Signa moues, &c. ecce sublata tibi tria menda, & totiens sententia poetæ sua restituta in tam paucis versibus. non enim inter

ter prœlia, sed post prœlia militibus dona militaria conferuntur. nec quidquam sani, aut quod pro sano haberi posset. erat in illis: *Gurgitibus late captiuis pascere ripas.* nisi forte milites gramine pascendi erant, quod gregibus captiuis plane conuenit. II. *Versu* tertium monitione non eget. illud interea dicetur. Paulo ante, CXCII. vbi est:

Clarior his titulis, plus allatura cruoris
Lux oritur:

scribendum videri: III. *Vers.* CCXV.

Clarior his titulus, plusq; allatura cruoris
Lux oritur.

Sed nec paulo post recte legunt cusi libri:

Ad muros statim Romæ, licet auia longa
Vrbs agat, & nostro procul a certamine distet,
Hac hodie ruet, atq; vltra te ad prœlia, miles,
Nulla voco. cum & hic emendandum sit; *Hic hodie ruet.* manifesta plane & clara etiam lippis ratione. Quemadmodum & IV. in sequentibus versibus. *Versu* CCXX.

Barbaricus laeuo stetit ad certamina cornu
Bellator Nasamon, vnaq; immanior arctus
Marmarides. etiam strabis liquere potest, legendum esse, *immanior artus.* quod valet membris vastis & immanib. Sequitur: V.

Turritas moles ac propugnacula dorso *Versu* CCXXXIX. *semel atq; iterum interpolatus.*
Belua nigranti gestans ceu molibus agger
Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.
Cetera iam Numidis circumuolitare, citosq;
Ferre datum cursus, & toto feruere campo.

aio legendum:

Turritas moles ac propugnacula dorso
Belua nigranti gestans, ceu mobilis agger
Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.
Cetera iam Numidis circumuolitare, vagosq;
Ferre datur cursus, & toto feruere campo.

atque ita habent membranæ, nisi quod postulante sententia *mobilis* ex *molibus* feci. cum viderem eleganter a Silio castella, quæ Elephanti dorso ferrent, vallum mobile vocari. Corrigendum etiam mox: VI.

Mixtoq; simul calefacta per ora *Versu* CCXXC.
Cornipedum hinnitu, & multum strepidantibus armis
Errabat cæcum turbata per agmina murmur.

pro quo male referunt editiones, *trepidantibus armis.* quod præter mentem poetæ est, vt & illud: VII.

Voluitur ille ruens, atq; arma hostilia morsu *Versu*
Appetit, cum scribendum omnino sit, *atq; arua hostilia morsu* CCCXXCIV.
Appetit. vt & sequentia ista probant:

—— *Et mortis premit in tellure dolores.*

EPISTOLA LI.

Franc. Modius Sebastiano Neustettero cognomento Sturmero, Eq. Franco S.

QVærebat ex me, nobilissime Neustettere, vir doctus, quid esset, quod cum plerique scriptores, veteres, recentiores, Græci, Latini tres faciant iudices infernales, ipse in nescio quo meo carmine iudicium hoc vno etiam auxerim. tanquam Æacus, Rhadamantus, & Minos laboriosissimi alioqui, nunc iuridicundo pares non sint, cui tot seculis suffecerunt. respondi, etsi illudere poetam, iaciendo, nouis quotidie sceleribus tempora nostra nobilitari, quibus peculiaris iudex extra ordinem dandus fuerit, sine idoneo auctore nihil in hac parte a me præter opinionem communem statutum esse, vt suo tempore essem omnibus probaturus, sa is gnarus futurum alioqui, vti plures etiam ad eundem hunc lapidem offenderent. quem hic nunc remouere fert animus, vbi prius emendatiunculas aliquot ex amplissimi fratris tui membranacea bibliotheca depromtas lubens merito iudicio tuo subiecero. Ait Plinius Secundus Epist. XIV. lib. V *Inductus est Nominatus, egit ipse pro se nullo accusante. Etenim legati Vicentinorum non modo non presserunt eum, verum etiam subleuauerunt. Summa defensionis non fidem sibi in aduocatione, sed constantiam defuisse: descendisse vt acturum, atq; etiam in curia visum: deinde sermonibus amicorum perterritum recessisse. monitum enim ne desiderio senatoris non iam quasi de nundinis, sed quasi de gratia, fama, dignitate certantis, tam pertinaciter, præsertim in senatu repugnaret, alioqui maiorem inuidiam, quam proxime passurus erat. Sane prius tamen a paucis acclamatum exeunti. subiunxit preces, multumq; lacrymarum.* & quæ sequuntur. sunt enim hæc ipsa iam nimis multa, sentio; sed necesse habui locum hunc altius paulo repetere, vt medicinæ, quam facere ei prorsus insignitam fert animus, ratio liquidius omnibus liqueret. in quo ne longior arguar, scire licet partem affectam huius loci, & pessimis modis habitam esse, vbi ista leguntur: *alioqui maiorem inuidiam, quam proxime passurus erat. Sane prius tamen a paucis acclamatum exeunti. sub. unxit, &c.* ex quibus verbis quicunque sensum tantummodo idoneum eruet, me sibi seruitum abducito, & ipse ego adeo me illi addicam. sed nunquam quisquam faciet; quare remedium ægræ scripturæ, & in morbo cubanti ex scriptis libris hoc modo properemus: *alioqui maiorem inuidiam, quam proxime passurus. Erat sane verum, tamen a paucis acclamatum est. Inde subiunxit preces, multumque lacrymarum.* erat quidem verum, inquit, quod retulerat Nominatus,

I. *Plinius Iunior lib. V. Epist. XIV. notatus.*

natus,

natus pauci tamen (fortean gratia collegæ, vel alia caussa silentium tenentibus ceteris) acclamatione & assensu suo dicentis orationem comprobarunt, cum subito ille a purgatione ad deprecationem, vtpote fauorabiliorem, ideoque sibi conducibiliorem conuersus est. nusquam quicquam, vt nugantur editiones, quæ exeuntem illum nobis faciunt, digrediens. Epistol. xv. II. Epist. xv.
Idem enim mihi, vt scis collega, quasi voto petitus in præfectura ærarii fuit: fuit & in consulatu. tum ego, qui vir & quantus esset, altissime inspexi, cum sequerer vt magistrum, vt parentem vererer, quod non tam ætatis maturitate, quam vita merebatur. membranacei libri omisso τὸ *tam* referunt, *quod non ætatis maturitate, quam vita merebatur.* & quidni sequamur, quo vocant illi IC. certe nostri sexcentiens hunc Græcismum, ni potius Iudaismus est imitati, sic locuti deprehenduntur. in reliquis Vlp. cap. xx. De operis noui nuntiatione: *Plane si quæratur, an in heredem eius, qui opus fecit, interdictum hoc competat: sciendum est, Labeonem existimasse, in id, quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere, vel si quid dolo malo ipsius factum sit, quo minus perueniret. Nonnulli putant, in factum esse dandam, quam interdictum: quod verum est.* Idem Vlpianus lib. LXI. ad edictum. *Pro herede gerere videtur is, qui aliquid facit quasi heres. Et generaliter Iulianus scribit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quasi heres gerit. Pro herede autem gerere non esse facti, quam animi.* Scæuola cap. c. de Legatis libro III. *Hic chirographa debitorum, & pecuniam, cum esset profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, & chirographis exactis, quam pecunia erogata, reuersus in patriam post biennium. &c.* Modestinus cap. III. De alimentis vel cibariis legatis. *Modestinus respondit: videntur mihi ipsa prædia esse libertis relicta vt pleno dominio hæc habeant, & non solum vsumfructum. Et ideo & si quid superfluum in reditibus, quam in cibariis erit, hoc ad libertos pertinet.* quibus omnibus locis (satis enim exemplorum congessisse videor, quibus emendatio nostra confirmetur) recte sic ab amplissimo & eruditissimo Antonio Augustino sic olim emendatis, barbari tamen additio vbique suo *tam* legunt, hodieque *tam in factum esse dandam, quam interdictum* &, *non tam esse facti, quam animi.* item: *& tam chirographis exactis, quam pecunia erogata.* ac postremo: *et si quid superfluum tam in reditibus, quam in cibariis erit.* sed pergamus aliquando tandem, si videtur, in Plinio, cuius sunt ista ex epistola XVI. III. Epist. XVI
Est quidem ille eruditus & sapiens, vt qui se ab ineunte ætate, altiorib. studiis, artibus dediderit; sed nunc omnia, quæ audiit, sæpeque dixit, aspernatur, expulsisque virtutibus aliis, pietatis est totus. Ignosces, laudabis etiam, si cogitaueris, quid amiserit. vberius & plenius paulo membranæ: *expulsisque virtutibus aliis, pietatis est to-*

Videatur Antonius Augustinus emendat. lib. V. cap. VIII.

IV. *tus. & talis est pietas, cui ignoscas, laudabis etiam si cogitaueris, quod amiserit.* Epist. XXI. *Caussa dilationis nepos praetor, qui legibus*
Epist. XXI. *quaerit. Proposuerat breue edictum. admonebat accusatores, admonebat reos, exsecuturū se, quae senatusconsulto continerentur.* membranae: *Caussa dilationis Nepos praetor, qui legi de muneribus proposuerat breue edictum, admonebat &c.* quibus lectionibus diligenter collatis labor, vt scribendum suspicer: *Caussa dilationis Nepos praetor, qui lege de muneribus quaerit. Proposuerat breue edictum, &c* & senatusconsultum sane, de quo agitur, in eam erat sententiam, vt iuberentur omnes, qui quid negotii in iudicio haberent, antequam agere occiperent, iurare; nihil se quidquam aduocationis nomine cuiquam dedisse, promisisse, cauisse. vnde recte illud exsecuturus, Lege de munerib. quaerere,
V. dici poterat. verum ad hoc Lib. VI Epistol. XIV. *Sollicitas me in*
Lib. IV. *Formianum: veniam ea conditione, ne quid contra commodum*
Epist. XIV. *tuum facias: qua pactione inuicem mihi caueo. neque enim mare, & litus, sed te, otium, libertatem sequor, alioqui satius est in vrbe remanere.* membranae translatis literis, & dictionibus: *neque enim mare, & litus, sed otium, & libertatem sequor.* quam germanam huius loci lectionem esse praeter alia, quae omnibus liquere confido, sequentia quoque facile euincunt. Epistol. XX.
VI. Epist. XX. bis interpolatus. *Nam & tremor terrae perseuerabat, & plerique lymphati terrificis vaticinationibus & sua & aliena mala ludificabantur. nobis tamen ne tunc quidem, quamquam & expertis periculum, & ea spectantibus, abeundi consilium, donec de auunculo nuntius veniret. Haec nequaquam historia digna, &c.* libri scripti: *nobis tamen ne nunc quidem, quamquam & expertis periculum, & exspectantibus, abeundi consilium, donec de auunculo nuntius. Haec nequaquam, &c.* quod longe vulgatis illis praefero. eleganter enim intelligitur illud *veniret*, vt ante in istis: *nobis tamen ne nunc quidem abeundi consilium* verbum *placebat*, aut simile quid. &
VII. *exspectantibus* legendum, arguit illud, quod ait tremorem ter-
Epist. XXXI. rae adhuc perseuerasse. Epist. XXXI. *Summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Caesare humanitas fuit) xenia sunt missa.* mihi non parum concinnior lectio videtur scripta ad laudibus vehendam, & admirationi exponendam Caesaris humanitatem, quae per admirationis aut exclamationis notam ita se habet: *Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Caesare humanitas) xenia sunt missa.* sed iam tempus, vt promissa appareant de iudicibus infernalibus, de quibus apud diuinum Platonem in Apologia Socratis haec legere memineram: Εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσι πάντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη, ὦ ἄνδρες δικασταί; εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς ᾅδου, ἀπαλλαγεὶς τουτωνὶ τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ καὶ λέγονται

ἐκεῖ

ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς, καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλεμος καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία: quæ Cicero noster lib. Tusculanarum primo, fere verbum verbo reddens, sic extulit: *Sin vera sunt, quæ dicuntur, mortem esse migrationem in eas oras, quas qui e vita excesserunt, incolunt, id multo iam beatius est, te, cum ab iis, qui se iudicum numero haberi volunt, euaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellentur, Minoem, Rhadamantum, Æacum, Triptolemum, conuenireq; eos, qui iuste & cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris videri potest?* Bene vale, generosissime Sebastiane. Combergi XII. Cal. Ian. anni CIↃ.IↃ.LXXXIV.

EPISTOLA LII.

Franc. Modius Friderico ab Eib Eq. Franco S.

TEnues has & paucul as meas in Statium Papinium Surculum belli Thebani scriptorem coniecturas nobiliss. Friderice, mitto nunc, missurus in posterum etiam plura de genere hoc, si hæc ipsa non ingrata fuisse intellexero. Contuli quidem & contendi olim hunc poetã ad quatuor vetustos manu exaratos codices, multaq; ex iis nõ pœnitenda, vt tũ quidem mihi visum est, in eo passim notaui sed hæc quoque cum multis aliis attinentur ab iis, quos ego, etsi hoc agere videntur, nunquam tanti feci, vt e tenebris suis in lucem mihi protrahendos existimarem. præsertim cum cogitarem, multa hic a me quoque inseri, quæ fortasse melius laterent, nec publice studiis valde profutura, & priuatim auctori suo non modo laudem nullam, quod quidem tolerabile erat, allatura; sed, vt Cæcias nubes, multorum, quæ est hodie hominum omnia arrodendi libido, reprehensiones attractura, verum, iacta semel alea, certum est strenue etiam porro siue nugari, siue, vt quidam volunt, insanire hoc est Thebaidos libro primo de Tisiphone: I. *Statius Papinius Thebaidos lib. 1. emendatus.*

Centum illi astantes vmbrabant ora cerastæ
Turba minor diri capitis. lego: *stantes*, non *astantes*, remissiores enim & iacentes angues alioqui, irascente furia & ipsi erigebantur, vt in metu magno de Ænea Virgilius: *obstupui steterunt que coma, &c.* ipse Surculus libro VIII. de Gorgone Medusa:

Pallada mulcet honos, rediitq; ardore remisso
Vultus, & erecti sederunt pectoris angues.

& in fine:

——stetit aspera Gorgon
Crinibus emissis, rectiq; ante ora cerastæ
Velauere deam. multisque aliis locis, quibus missis, venio, Ad istud, quod eodem libro primo statim est: II. *Ibid.*

——quod si Tyria Phrygiaue sub vnum

Conuertentur opes? loca dira, arcesq; nefanda
Suffecere odiis.

Melius forte haud dubie, *connectentur opes*, ni verum esset, me
III. certe iudice, scripsisse poetam, *conuerrentur opes*, phrasi notissi-
Lib. xi. ma optimo cuique scriptori Lib. xi.

Ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto
Mittit, habet Thebas, cœcumq; cupidine regni,
Ausurumq; eadem germanum expelle.

sunt verba Laii iussu Iouis nepotem Etheoclea in fratrem Polynicen exstimulantis. sed in quibus legatur, si quidem recte legatur; *habe Thebas* non *habet*. iubet enim occupare eum Polynicen, quodque ille ausurus esset, vt finito annuo imperio ex pacto regno non discederet tamen, hoc eum priorem facere hortatur, vt ita belli caussa exsisteret, quo vtrumque cęde mutua cadere in fatis erat.

IV. Eodem lib. xi.
Ibidem.

Teq; etiam infelix perhibent, Iocasta, Deorum
Possedisse nefas. Plane legendum: *decorum possedisse nefas*, quod mox *saeuos cultus* & *sacrum aurum*. item: *infaustos ornatus* vocat, monile, dotale munus Hermiones a Vulcano intelligens, de quo ibi satis verbose, & pleni omnes omnium poetarum libri.

V. Adhuc eodem lib.
Adhuc eodem lib.

Iura ferus populo trans legem & tempora regni
Iam fratris de parte dabas. iedes omne paratus
In facinus, queriturq; fidem tam sero reposci.

VI. scribatur: *Iam fratris de parte dabat*, Etheocles puta. lib. III.
Lib. III.

Nec mihi Sidonii genitalia fœdera Cadmi,
Nec tua cara fides (ne falsa incessere gaude)
Exciderant prius in patrui, &c.

repono: *Exciderunt*. illud vulgatum enim a literatoribus est, qui sexcenties in poetis hoc idem peccatum peccant, dum figurata ista potius, quam canonica putant. apud Virgil. *obstupui steteruntq; comae, &c.* item Lucretium: *carosq; parentes prodiderunt*, &, *iacie sopore exciderunt.* sed hos alibi refutauimus.

VII. Statim est:
Eod. lib.

Hos mihi ius, nec fata vetant, sic fatus, &c.

ecliptica inquiunt, locutio est. vt illa apud Virgilium: *Quos ego. sed motos praestat componere fluctus.* sed nihil dicunt, legendum enim: *Hoc mihi ius.* bellum, inquit Mars, Thebis auertere fato prohibeor, sed in eo bello Thebas nostras pugnare, o Venus, id neque fata vetant, neque ego parce aut negligenter facturus sum. Eodem libro.

VIII. *——Procul hac tibi mollis*
Et iterum. *Infula, terrificiq; aberit clementia Phœbi.*

verba sunt Capanei Deum contemtoris Amphiaraum vatem incre-

increpantis, quod ominibus, & prodigiis Argiuos ad bellum Thebanum profecturos terrere, & denuntiato periculo, quod instaret, ab incœpto reuocare conaretur. Sed vbi omnino emendandum:

——procul hæc tibi mollis

Infula, terrificisq; aberit dementia Phœbi, &c.

intelligendum de enthusiasmo, quo corripiebantur vaticinaturi, iam ante statim dixerat poeta:

illum iterum Capaneus, tuus o furor augur, & uni

Ista tibi. Ouid. de Cassandra.

Dixerat, in cuius famulæ rapuere furentem, &c.

certatimque rabies, amentia, dementia, furor hæc mentis in auguribus aduentante Deo alienatio a poetis appellatur.

Lib. IV. IX. Lib. IV.

——Sat dubium cœtu solante timorem

Fallere, & incultos aris aduertere crines.

repono: *& incultos aris aduerrere crines.* sic enim & libro IX. ait poeta:

Illam diua ferox etiamnum in limine sacro

Expositam & gelidas verrentem crinibus aras

Linquet. aduerrere porro dixit, vt alibi, puto eodem lib. IX.

——quam discolor amtit.

Tigris & auratis aduerberat vnguibus armos.

Lib. VII. X. Lib. VII.

——longo docet agmine Graios

Ire duces, nec iam Aonijs procul affore campis.

lego: *nec iam Aoniis procul afore campis.*

Lib. VIII.

Pellitur & patria qui mente nouissimus exit XI.

Lucis amor. quæ est mihi illa lux patria? scribo, & interpungo, *Pellitur & patria, & qui mente nouissimus exit,* Lib. VIII.

Lucis amor. non iam inquit patriæ tantum nihil eos miseret, sed ne sui quidem, quibus certo exitio esset pereundum, lucisque viura amittenda. Lib. X. XII.

——si pudor est, primumque miserere tuorum. Lib. X.

Hac pietas, hic verus honos, ibi gloria tantum

Ventosumq; decus. emendo: *Hic pietas. hic verus honos. hac* illud inde est, quod heic antique forte esset in libris antiquis.

Lib. XI. XIII.

Aduolat, & medias immittit Adrastus habenas Lib. XI.

Ille quidem regnis, multum & venerabilis æuo.

Sed quid apud tales? quis non sua pignora curat,

Exstet honos? memini esse hoc loco in scriptis libris: *Sed quis apud tales, quis nec sua pignora curat, Exstet honos?* & recte illi

quidem, sed percurramus eiusdem auctoris Achilleida etiam, & per iam paucula in ea quoque notemus. Lib. I.

XIV. *Idem Achilleidos lib. I. notatum.*

Illa (Thetis scilicet) *nihil gauisa locis, sed cœpta fatigat Pectore consilia, &c.* in donato mihi olim Duaci membranaceo codice erat non, *Illa nihil gauisa locis* verum, *Illa nihil gauisa loci* qui est elegantissimus hellenismus. & sic alii amant loqui. Paulo post:

XV. *Eod. lib.*

——& expleto teneri iam fine pudoris
Virginitas matura thoris animiq; tumentes.

puto rectum, *anniq; tumentes.* vt respondeat illi Virgiliano, quod haud dubie in mente fuit hæc scribenti Statio:

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

qualis Græcis ἐπίγαμος emendamus simile quid ex membranis in Silio nostro, quem locum videat qui volet,

XVI. *Iterum eod. lib.*

Statim:

Adspicit ambiguum genetrix, cogitq; valentem.

omnino emendo, *cogitq; volentem.* est enim sermo de Achille, qui cum prius cultus muliebres ex consilio matris abnuisset, visa Deidamia, & eius repente amore captus, facile fœmineos habitus sibi iniici passus est, quo facilius cupita sua latenter poti retur. de qua quod sequitur deinceps:

XVII. *Adhuc lib. I*

—— tunc occupat ora canentis.
Et ligat amplexu, & mille per oscula iungit.

emendandum videtur: *Et ligat amplexu*; vlnis, inquit, suis eam ligat. *ligare amplexu*. nemo sane sanus vnquam dixit.

XIIX. *Lib. II.*

Lib II.

——quis enim genitalia fœdera rumpi
Capta dolis, faciliq; trahi connubia raptu,
Ceu pecus, armentumq;, aut viles messis aceruos
Perferat? hac etiam fortes iactura moueret.

verum est, *hac & non fortes iactura moueret.* etiam timidos & imbelles, inquit, erepta coniuge arma sumerent, & nos bellica laude celebres iniuriam tantam, & tam indignam in nos accipiamus? a minore ad maius, vt aiunt scholastici.

XIX. *Eod. lib.*

Eodem lib.

——mox ille per auia secum
Lustra gradu maiore trahens, visisq; decebat
Arridere feris.

scribatur, *docebat*, Chiron puta. adiunxissem compluria alia. sed sentio iamdudum, quam ridiculum sit, ea ad te potissimum a me mitti, quæ pleraque Typographorum operis imputari possunt. Vale.

EPI-

EPISTOLA LIII.

Franc. Modius Carolo Vtenhouio Nieulandiæ Domino S Nouesium.

QVod tam nihil a te nobis tanto tempore venerit literarum, amicissime Vtenhoui, iamdudum omnes querimur, etsi ut me facilis res est: sed Posthius noster serio irascitur, nec tu, qui domi id de te discere ipse potes, ignoras esse genus irritabile vatum. ex animo, & serio loquar, hoc tuum tam pertinax silentium nihil nos suspicari cogit, nisi quod nollemus præsertim, in valetudine tua non nimis firma, & corpusculo extenuato adeo, amabo, libera nos hoc metu, etsi tantũ (quod opto, & spero) ab animo & corpore vales, vt horum tibi fastidium non existimes pertimescendum, nota has notas. Lib. XII. Italici in his de Asconii Pediani (quem ex hoc loco flos Belgicę nostræ Lipsius non absurde in electis Silio familiarem fuisse ratiocinatur) gentili versibus. quin versus vnus a libris vulgatis male absit, dubitari non debet: I. *Silius lib. XII. versu CCXX. versu auctus.*

——seu bella cieret,
Seu Musas placidus, doctaq; silentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non vllum dixere parem, nec notior alter.
Qui postquam effusis vergens, &c.

in his, inquam, desideratur vulgo carmen vnum, hoc modo ex membranis in possessionem, & locum suum, vnde male exsulat, postliminio reducendum:

——seu bella cieret,
Seu Musas placidus, doctaq; silentia vitæ
Mallet, & Aonio plectro mulcere labores,
Non vllum dixere parem, nec notior alter
Gradiuo iuuenis, nec Phœbo notior alter.
Quipostquam, &c.

Sequitur de eodem: II. *Et versu CCXXXIV. emaculatum.*

Quem postquam egregium cristis, & casside nota
Fulgentem extremo Pedianus in agmine vidit.
Cum subita ante oculos Pauli emersisset imago,
Sedibus infernis, amissaq; pasceret arma &c.

Pauli imago nulla emersit, ideoque interpolandum illud *Cum*, faciendumque ex eo *Ceu*, quod valebit tanquam veluti, non aliter, ac si.

In eadem adhuc narratione: III. *Vers. CCLIII.*

Tum galeam magno ad socios clamore reportans
Immitem quatiebat equum, &c.

Verius puto vt legamus: *Galeam magno socium clamore repor-*

IV. *Versu* CCXCV. *& deinceps, ter, quater correctus.* *tans.* non aliter sane habent membranæ, quas ego in similibus lubenter sequor.

Mox est:

At consueta graues per longum audire suorum
Euentus Roma, & nunquam recreare secundis.
Allato tandem faustæ certaminis pugna. & rursus:
Puni ur patriam meditantum linquere terram
Consi ium infelix, scelerataq; culpa Metelli.
Talia corda virum sed enim non fœmina cessit
Mente æquare viros, & laudis poscere partem.
Omnis præ sese portans capitisq; manusq;
Antiquum decus, ac direpta monilia collo.

ex quibus priora ita emenda:

At consueta graues per longum audire suorum
Euentus Roma; & nunquam recreata secundis, &c.

Posteriora vero ita:

Punitur patriam meditati linquere terram
Consilium infelix, scelerataq; culpa Metelli.
Talia corda virum sed enim nec fœmina cessat
Mente æquare viros, & laudis poscere partem.
Omnis præ sese portans capitisq; manusq;
Antiquum decus, ac derepta monilia collo, &c.

Emendationum ratio euidentior est, quam vt hic a me reddi debeat. ad istud igitur potius:

V. *Versu* CCCLIII.

Profusa fuga compendia carpens,
Occulta tegitur valle.

scilicet veram esse scripturam: *prouisa fuga compendia captans.*

VI. *Versu* CCCCXL.

Vt mox:

——angustis e faucibus æquor
Erumpit scopulos inter, patuloq; recessu
Infundit campis secretum gurgite pontum.

pro quo male legitur hactenus:

Effundit campis secretum gurgite pontum.

VII. *Versu* CCCCXCII.

Post aliquammulta:

——nunc ferro frangere cœtum
Obstantum meditatur, & huic nunc auia cœpto
Consilia, atq; astu quærit tot millia portis.
Abstrahere arctatis, &c.

plane legendum videtur, suadentibus præsertim antiquis codicibus:

——nunc ferro frangere cœtum
Obstantum meditatur, inde nunc auia cœpto.
Consilia, &c. quomodo & oratio plena, & omnis difficultas remota erit. pergerem, & plura huius generis attexerem, nisi eum, qui tam nihil scribit, etiam longioris epistolæ lectione de-

fatigari

fatigari posse existimarem, has igitur tum exspectabis, cum ipse vel perbreues ad nos dare non grauaberis. Vale.

EPISTOLA LIV.

Franc. Modius Georgio Ludouico Hutteno S.

VAlerii Maximi dictorum factorumque memorabilium exemplis domesticis externisque, vt nihil fere exstat, quod nos ad communem vitæ vsum magis instruat, & ad omnem vtroque in tempore fortunam moderate ferendam confirmet, ita nihil eodem scriptore contaminatius, & sciolorum ineptiis inficetiisque refertius olim vulgo circumferebatur, quod omnium manibus propter eam, quam dixi, vtilitatem præ ceteris tritus, ab vnoquoque prout captus cuiusque fuit, certatim interpolaretur, cum ante annos aliquot octo, nouem a docto mehercule & literato viro Stephano Pighio ita in pristinum restitutus, typis Plantini nostri exornatus prodiit, vt nihil iam prope ei deesse ad integritatem suam videatur. Octingentis enim & amplius locis insignitis, præter leuiora errata, in eo emendatis tantum non renatus, & ex media morte in vitam reuocatus est. adeoque diligenter hic fuit eruditissimus Pighius, vt Valerius eius medicina contentus facile cuiusuis alterius artem contemnere possit, sic tamen, vt cum nuper Bambergę bibliothecas more mihi solemni excuterem, eiusq; exemplar scriptum ibidem apud Dominicanos eruissem, operam lusurum me non existimarem, si illud ad Pighianam editionem diligenter compararem. quod dum facio, hactenus profeci, vt frontes vbique errorum a diligentissimo illo viro Herculeo plane labore sublatorum deprehenderim, eius inuentis adiicere vix pauculas has & leuiusculas notas potui, quas tibi inscribere, generosissime Huttene, libuit, & quia te hisce studiis humanioribus fauere impense sæpe animo aduertere visus sum, & quia exstare inter hæc & qualiacunque cupiebam aliquod etiam testimonium studii erga eum mei, qui me tanta facilitate in amicorum suorum numerum admittere sustinuisses, quanta haud scio an in tui ordinis viris maior esse possit. Lib. 1. cap. 1. quod est de Religione, vbi orditur de externis dicere: *Quod quidem ad Flaminis facinus pertinuit, bene a patribus conscriptis vindicatum est. Quod ad violentas regis Pyrrhi sordes attinuerat, sua sponte potenter atq; efficaciter dea defendit.* Bambergensis liber præferebat: *Quod quidem ad Flam[illegible] p. b. a patribus conscriptis vindicata est: quod ad violentas regis Pyrrhi sordes attinuerat, [illegible] potenter & efficaciter defendit.* & placet sane. nam respicit oratio ad ea, quæ proxime immediateque [illegible] cos ab

1. *Valerius Max. lib. 1. cap. 1. notatus.*

auctore non esse, sed a Grammaticis, ad oram vbique annotari malim) de Proserpina dicta sunt. Statim post: *Factum Masanissa plus animo, quam punico sanguini conueniens.* ita testatur se ex libro Campensi restituere Pighius, cum antea legeretur: *Factum Masinissa animo magis, quam Punico sanguini conueniens.* ego moneo & *plus* illud, & hoc *magis* a Bambergensi codice recte abesse, sed male in eodem a nescio quo magistello erasam voculam *quam* supposita in locum eius negatiua *non.* sic nescio quis, *tacita enim mulier bona est, quam loquens.* elegantius enim longe intelliguntur quam exprimuntur ista, *plus, magis, potius, caussa, gratia,* & si qua his similia. Lib. eod. cap. de somniis: *Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Diis Manib. matrique Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hostium aggrederetur, superq; eas sese ipsum deuouisset, victoriam habiturum.* membranæ Bambergenses: *Vtrius autem dux copias hostium super q; eas sese ipsum deuouisset, victricem abiturum.* insane, nisi forte ipse a iudicio parum sanus sum, bene, veramque hanc lectionem conuincunt ista sequentia. *Conuenitq; inter eos* (Decium & Manlium coss. puta) *cuius cornu prius laborare cœpisset, vt is patriæ fata capite suo lueret.* his, inquam, verbis satis liquide liquet *aggrederetur* illud a mala manu fuisse, reliquaque recte a nobis interpolata. quare ad alia, quæ capite sequenti de miraculis in hæc verba leguntur: *Cum Brutii atq; Lucani odio incitatissimo, maximisq; vi ib. Thurinæ vrbis peterent excidium, ac præcipuo studio incolumitatem eius Fabritius Luscinus cos. protegeret, resq; ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriusq; partis copiis, gereretur: non audentibus Romanis prœlio congredi, eximiæ magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capessendam fortitudinem cœpit.* in libro Bambergensi ista: *non audentibus Romanis prœlio congredi,* variæ & in ipso contextu, & ad oram interpolata erant, sed sic, vt spatium satis ostenderet congredi illud afuisse olim proque *prœlio* etiamnum *prœlium* adscripto ad marginem, *ingredi* loco asterisco notato, in eo exstaret. & ausim pignus dare, ni scripsit Valerius, non tam abiectus scriptor, quam vilis & demissus adulator: *non audentibus Romanis prœlium.* apud Virgilium est: *audere in prœlia.* Tacitus sæpe ita locutus, vt nostrum hic volumus. Eodem adhuc capite de Appio: *In eam regionem secessit, quæ inter Rhamnunta nobilem Atticæ soli partem, Carystumq; Chalcidico freto vicinam interiacens Cœla Eubœæ nomen obtinet, vbi ante Pharsalicum certamen morbo consumtus, prædictum a Deo locum sepultura possedit.* ita emendat ex suis libris Pighius. alioqui legebatur antea: *pro sepultura possedit.* ego arbitror verum, quod in Bambergensi libro reperi: *prædictum a Deo locum sepulturæ possedit.* quæ locutio nescio quomodo venustior, & Latium magis o-

II. Ibidem.

III. Cap. de somniis.

IV. Cap. de Miraculis.

V. Eod. cap.

gis olere videtur. In fine huius VIII. cap. de angue a Regulo in Africa interfecto: *Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pestifero afflatu vicina regione polluta; Romana inde summouisse castra. Dicit belluæ etiam corium CXX. pedes longum, in vrbem missum.* recte a membranis nostris Franconicis aberrant illa, *dicit & etiam.* sunt enim ab inepto aliquo nebulone huc inculcata; qui non videret pendere adhuc orationem ex eo, quod præcessit; *Is* (Liuius puta) *enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuisse, &c.* VI. Et iterum.

Lib. XI. cap. I. quod est de matrimoniorum ritu, &c. *Existimabant enim eum præcipue matronæ syncera fide incorruptum esse animum, qui deposita virginitatis cubile pudicum egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimæ cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes.* manu exaratus, quo vsus ego, & vulgari omnes libri: *quasi legitimæ cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes.* quod plane retinendum censeo. Legitimum enim Romani putabant, quidquid legibus permitteretur. bigamiæ autem polygamiæque legibus non prohibebantur, ergo legitimæ. contra illegitima intemperantia in matrona antiquissimis temporibus vini vsus qualiscunque, viris etiam nimius legitimus in viris; quod fœminis gustasse vinum lege capitale esset, & sexui meliori nullę publicę hac de re leges; sed sua cuique pro lege voluntas esset. eleganter ita alibi Seneca Philosophus diuortia legitima adulteria vocat. Vale. VII. Lib. XI. cap. I.

EPISTOLA LV.

Franc. Modius Herculi Cyofano S.

QVod tu, Cyofane, in popularis tui Ouidii Metamorphos. cum laude præstitisti, vt illam nobis multis millibus emendatiorem dares, hoc ego, si possim, libenter hisce meis Epistolicis nouantiquis lectionibus in Silio Italico coner. sed vereor vt pari successu. non quo non innumera hic loca in eo feliciter, quod videor, emendarim; verum quia plurib. libris, huius poetæ manu exaratis, opus esse intelligo, vt in pristinum plane restitui possit. quamuis enim eo veteri libro vsus sim, qui vnicus facile multorum instar & sit, & haberi mereatur, tamen, hic ipsus vnicus cum sit, & libro vltimo toto, ac parte bona lib. XVI. a fine deficiatur, habeatque ad hoc suos & ipse, vt nulli sunt etiam accuratissime scripti, qui non habeant, næuos, lacunas, voces in litura cubantes alias, alias ita perararas, vt coniectore aliquo, atque illo quidem non de vulgo, sed ex Oedipodionio genere opus, in earum vera, & germana scriptura eruenda sit, cum inquam omnia hæc conatus meos impeditura, aut certe remoratura videantur; vix est, vt voti compotem nunc quidem fu-

turum sperare ausim. esset modo alterum tale mihi scriptum exemplar, quale est illud, quod laudo, non laborarem. quin ne nunc quidem laboro. confidens futurum, vt propediem aliquis hanc nostram inopiam sua copia subleuet; & audio ex Hispaniis ante annos fere centum, huius poetæ codicem venerandæ antiquitatis in vrbem nescio a quo esse allatum, quem nunc arbitror in interiore bibliotheca Vaticana asseruari. ex quo si quid nos, si quid remp. literariam iuuare ausu fueris, rem, crede mihi, te dignissimam ausus fueris. habeo quidem infinitas alias notas in hunc poetam, sed quas aliquando, vel quod minoris momenti videantur, vel quod tales, vt amplius mihi de eis quærendum existimarem, cum ipso Silii opere coniunctim vulgare decreuerim, nisi quod de iis istas decidere visum est, quas nunc ad te mitto. Lib. xvi. versu 453.

I. *Silius libro XVI. versu CCCCLIII. emendatus.*

Attritum donat ductor, miseratus & auum
Et sortem casus.

scribere malo, quia ita & sententia postulare, & libri iubere videntur:

Accitum donat ductor, miseratus & auum,
Et sortem casus, &c.

simpliciter enim de casu eius ita dixit:

——perfracto voluitur axe Cernus.

& imitatur haud dubie illum Virgilii locum lib. v. de Daretis comitibus:

——galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt, &c.

II. *Versu CCCCLVII.*

Post versus omnino quatuor:

Hinc primus galeam, hac aries terrebat Iberas
Asdrubal, hunc ensem cui proxima gloria cursu
Accipiet.

III. *Versu CCCCLXIV. Versus auctus & emaculatus altero.*

pusilla res, sed tamen corrigendum:

——cui proxima gloria cursus.

Sequitur locus, qui me diu torsit, etsi fortasse nihil opus fuerit:

Fulgentes pueri Tartessos, & Hesperos ora
Ostendere simul, vulgi clamore secundo.
Hos Tyria misere domo patria inclyta Gades
Baeticus (hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba) & haud paruo certamine lata fouebat.

diu hic, inquam, vt ad scopulum hæsi. nam & deesse versum videbam, & eum, quem mihi liber suggereret hoc modo:

Fulgentes pueri Tartessos & Hesperos ora
Ostendere simul, vulgi clamore secundo.
Hos Tyria misere domo patria inclyta Gades.
Mox satus Asperus prima lanugine malas

Baeticus,

Bæticus, hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba, & haud paruo certamina læta fouebat.

quartum, inquam, hunc versum, etsi omnino huc necessarium, menda tamen non carere videbam, nec quid facerem habebam, nisi quod mirabar, tertio huic duo nomina dari, cum reliquis singula essent. adhoc *Asperus* an esset nomen Hispano conueniens dubitabam; nam quod qui *Aspar* Pœnus, hunc *Asperum* a poeta vocitatum quis dicat, id aliis locis confutatur, quibus omnibus sua exteris nomina, vt sunt cuique genti, & linguæ peculiaria, absque vlla ad Romanum idioma detorsione, integra tribuit. tandem venit in mentem non proprium hoc esse nomen, vt male putarunt quidam, quod dicat e versu sequenti Bætico cognomen ab amne fuisse, sed vocem mendosam, quæ mutanda esset in aspersus hoc modo:

Mox iubis aspersus prima lanugine malas
Bæticus.

Erroris igitur fons hic est; primum, quod in multis libris veteribus, maxime litera Longobardica scriptis, r ab s scriptura quidem nihil differat: dein, quod multi item scriptores superioribus seculis eandem literam geminare non consueuerint, vnde factum scilicet, vt cum *asperus* siue *aspesus* (vtrumque enim, vt diximus, ex vetusta scribendi ratione colligi poterat) exaratum inuenissent, qui omnino nomen hoc viro proprium esse debere persuasum habebant, *Asperus* illud ex eo in nostras membranas retulerint. scribunt autem membranæ eædem: *haud paruo certamina læta fouebat.* & placet, vt *paruo* positum sit, vt in illo: *Sit mihi non paruo virtus mea.* nisi quis apud nostrum legere malit: *& haud parce certamina læta fouebat.* quod, vt verum fatear, præisto mihi vtile est.

Tandem pergamus: IV. Versu CC.CXCIV.

Ecce leuis nisu postremoq; agmine cursus
Postquam sat visum sibi concepisse vigoris
Collium inexhaustum effundit &c.

emendandum ex nostro membranarum:

Ecce leuis nisu, postremoq; agmine currens
Postquam sat visum sibi concepisse vigoris, &c.

Versu 519 V. Versu IↃXIX.

——tardato Lamo euanuit
Eurythus euadit summotaq; in prælia victor
Emicat.

quanto melius vetus codex optimus:

——Tardato Lamo euanuisset
Eurythus euadit summo ne, atq; ad præmia victor
Emicat. quæ enim restare poterant præmia, illo tardato, qui solus ancipitem ei palmam & dubiam facturus videbatur. Vers.

VI. *Versu* IↃXLIX. 549. de Corbe & Orsua germanis fratribus, qui de principatu singulari certamine dimicantes inter sese, mutuis vulneribus conciderunt, & post mortem etiam inimicitias exercuerunt:

Nec manes pacem passi: nam corpora iuncta
Vna cum raperet flamma rogus, impius ignis
Dissiluit, cineresq; simul iacuisse negarunt.

plane legendum:

——Nam corpora iunctus
Vna cum raperet flamma rogus, &c.

EPISTOLA LVI.

Franc. Modius Conrado Dinnero IC. S.
Herbipolim.

TE quoque, Dinnere eruditissime, hic mihi compellandum existimaui, qui me iudicio tuo aut recte sentientem confirmares, aut errantem in viam reduceres: & potes enim id facere pro singulari doctrina tua, & voles, vt spero, pro ea necessitudine, quam mihi tecum esse voluisti, ex quo tempore me, conciliatore optimo & eruditissimo viro Ioanne Posthio, in amicitiam tuam in Agrippina Vbiorum Colonia nuper recipere dignatus es. Arbitror igitur apud Censorinum de die Natali, quo loco vulgo est: *Vt in Attica fertur regione Erichtonium ex Vulcani semine homo exortus, & in Colchide vel Bœotia, consitis anguis dentibus, armati partus, e quibus mutuo inter se necatis pauci superasse traduntur, qui in condita Thebarum Cadmo fuerunt adiumento.* puto, dico hic legendum: *Vt in Attica fertur regione Erichtonius ex Vulcani semine humo exortus; & in Colchide vel Bœotia consitis anguis dentibus armati partus, e quibus mutua cæde inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in condita Thebarum Cadmo fuerint adiumento.* Cur autem sic emendandum putem, facit & membranarum auctoritas, & Ouidius Metamorphosi, Fulgentius Planciades Mythologiis, alii alibi. Sequitur: *Hipponi vero Metapontino, siue vt Aristoxenus auctor est, Samio, ex medullis profluere semen videtur, idque eo probari, quod post emissionem pecudum, si quis mares perimat, medullas, vtpote exhaustas, non reperiat.* scribendum manifesta ratione & postulante sententia: *idque eo probari, quod post admissionem pecudum, si quis, &c.* Præcessit: *Denique etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogiæ auctores sunt quarundam gentium, quæ ex aduenticia stirpe non sunt, principes terrigenas esse, vt in Attica, & Arcadia, Thessaliaq;, eosq; Autochtonas vocari: vt in Italia poeta cecinit nymphas indigenasq; Faunos, nemora quædam tenuisse, non difficile rudis antiquorum credulitas recepit.* aio a glossa mihi videri huc irrepsisse illa: *Poeta cecinit.* & ad tuam eruditionem

I. *Censorinus de die Natali cap.* III. *emendatus semel & iterum.*

Lactantius diuinarum institutionum lib. I. *cap.* XVII. Vnde enim putemus Erichtonium esse natum? An ex terra, vt poetæ videri volunt? At, &c.

II. *Cap.* IV.

III. *Cap.* III.

rem appello, Dinnere, ab eo, qui contra pronuntiabit. Mox legitur vulgo: *At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una nascatur alaturque. Sunt qui id opinentur ipsa fieri natura, ut Aristoteles atque Epicurus. Sunt qui potentia spiritus, ut Stoici ferunt universi.* quæ ego auctoribus membranis sic scribo: *At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una nascatur aliturque. Sunt qui id opinentur ipsa fieri natura, ut Aristoteles atq. Epicurus: Sunt qui potentia spiritus, ut Stoici ferme universi.* Post aliquammulta: *De conformatione autem partus nihil: minus in prima hebdomade dentes homini cadere: in secunda pubem apparere: in tertia barbam nasci: in quarta vires: in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam: in sexta cupiditatibus tentari: in septima prudentiam linguamq. consummari: in octaua eadem manere: †: in decima hominem fieri morti maturum.* qui locus, expleta lacuna, de consilio, & auxilio membranarum, ita per me emendetur: *De conformatione autem partus nihilominus in prima hebdomade dentes homini cadere: in secunda pubem apparere: in tertia barbam nasci: in quarta vires: in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam: in sexta cupiditatibus temperari: in septima prudentiam linguamque consummari: in octaua eadem manere: in qua alii dixerunt oculos albescere: in nona omnia fieri languidiora: in decima hominem morti fieri maturum.* & quis, vt reliqua omittam, quæ extra controuersiam fore confido, quis, inquam, dubitabit, *temperari*, non *tentari* hic scribendum. qui meminerit, &, exemplo domi de se sumto, expertus sit, vehementiores esse libidines ab anno fere XVIII. ad annum vsque XXXV. ab hoc porro remissiores & sedatiores fieri? quanquam si tibi, Dinnere, aliter v. detur, non est consilium cum eo pugnare, quem iudicem cepi, dum in memoria habeas illa Galbæ ad Pisonem verba. Hist. lib. I. Taciti: *Et ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit, ea vita, &c.* qui Piso, vt ex sequentibus eodem libro est discere, annum tum vnum & tricesimum explebat. Vale, Combergi.

IV. *Rursum cap. IV.*

V. *Eodem cap. insignis lacuna suppleta, & mendum turpe sublatum.*

EPISTOLA LVII.

Franciscus Modius Nicolao Reusnero IC. S.

VT ad te, quamuis ignotus hæc scriberem, eruditissime Reusnere, cum multa alia me impulerunt, tum illud in primis, quod te eum amicitia tua non indignum existimaturum considerem, quem vir amplissimus Erasmus Neustetterus, (cuius te cum ex scriptis nuper editis, tum ex versibus ante aliquammultas dierum hebdomadas ad eum missis studiosissimum esse cognoui) in contubernium suum vltro, qua est præ-

ter ceteras virtutes humanitate, inuitasset. Non ambigebam enim, quin iudicium eius probaturus hic quoque esses, quem propter iudicii bonitatem inprimis suspiceres. ergo non dubitaui accedentibus præsertim huc sermonibus eruditissimi Io. Weidneri, quos ille mecum multos appositissime sæpe de te, & quam honorificentissime habuit, constituendæ & ineundæ tecum amicitiæ, has in Silium Italicum emendatiunculas eliciendi iudicii de eis tui mittere. iam statim a principio importunus, ne tibi id postea insolens in me videri posset. Igitur, qua parte poeta fulgorem cristarum Hannibalis portendentem fatum Murro comparat Cometæ radiis suis portendenti euersionem regnis, ita legitur lib. 1. versu 458.

I. *Silius lib. I. Versu CCCCLXVIII.*

——Ruit ocyus amnes
Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus
Lethiferumque micant fulgentes vertice cristæ.
Crine ut flammifero terret fera regna cometes
Sanguineum spargens ignem, vomit atra rubentes
Fax cælo radios, & sæua luce coruscum
Scintillat sydus, terris extrema minatur.

dico videri mihi rectius in membranis exstare:

Lethiferum nutant fulgentes vertice cristæ.

ipse Silius mox:

——Densusque micare videtur
Ensis & innumera nutare in casside crista.

atque iterum:

——Decisa vertice crista,
Direptumque decus nutantum in cæde iubarum.

& qui totum hunc locum imitatus videtur Calpurnius in bucolicis:

Cernitis ut puro nox iam vigesima cælo
Fulgeat, ut placidum radiante luce Cometen
Proferat? ut liquidum nutet sine vulnere sydus?
Nunquid vtrumque polum sicut solet igne cruento
Spargit, & ardente scintillat sanguine lampas.

II. *Versu CXXCIII. aliquotiens interpolatus.*

Eodem libro præcedenti versu 183.

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atque alacri certamine poscit.
Huic studia accendit patriæ virtutis imago,
Huic fama in populos iurati dedita belli,
Huic virides ausis animi, feruorque decoras,
Atque armata doli mens, & vis insita fandi.

quos ego versus inuito & repugnante scholiographo, qui, si vsquam alibi, hic certe insigniter hallucinatur, sic emendo:

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atque alacri certamine poscit.

Hinc

Hinc studia accendit patriæ virtutis imago,
Hinc fama in populos iurati dedita belli,
Hinc virides ausis anni, feruorq; decorus, &c.

accendebant, inquit, militum studia, vt Annibalem præ ceteris sibi ducem mallent; primum, quod in eo paternarum virtutum imaginem quandam cernere sibi videbantur; deinde, quod scirent eum (erat enim res omnibus decantata) iurasse puerum patri sacra tenentem, se, cum primum per ætatem posset, Romanos bello esse persecuturum; tum, ætas ad res gerendas aptissima: postremo, decor, & quæ plura ibi referuntur. Video enim hæc ipsa fusius esse a me dicta, quam res requirat, sed obuiam eundem fuit inueterato Marsi errori, qui obtinuit, vt hactenus vbique illud *hinc* retineretur & ad Annibalem referretur, contra libros sane meliores, vt & illud, quod minus recte etiam vulgo legitur *animi* pro *anni*, quæ germana huius loci scriptura est, exemploque nititur, quo Ouidius de Ponto *annum viridem*, Columella in præfat. lib. 1. *viridem ætatem* dixit. atque alioqui viridis animi laus alacrioris & ætatem bene ferentis senectutis est, non iuuentæ saltem non plane ignauæ, multo minus eius, quam in Annibale viguisse poeta passim prædicat. *dedita* quoque scripsi, quod ita reponendum ex more Lucretii, qui lib. 4. ait:

Et in cunctas iaciuntur dedita partes.

ac lib. 5.

——*Solatia dedita per gentes*

dixit. & qui Lucretium æmulatus, Virgilii, cuius illud est:

Cognatiq; patres, tum terris dedita fama
Conciliauere tibi.

sed tandem progrediamur aliquando ad versum 533. vbi quod est vulgo: III. Versu DXXXIII.

Mente aduersa domat, suadetq; nitescere duris
Virtutem, & decoris pretio discrimina pensat.

manifeste legendum videtur ex membranis, quarũ auctoritate etiam superiora constituimus:

——*Gaudetq; nitescere duris*
Virtutem.

redeo iterum, quis enim in his scriptis potior ordo, quam ordinem omnino nullum seruare? ad versum 165. IV. Vers. CLXV.

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit ensem
Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,
Atq; immite ferit geminato vulnere pectus.

vbi quid est, quod ait, *lateri famulus clam corripit ensem Dilectum Domino?* gladio accinctus credo ille in crucem sublatus erat. plane recte monent membranæ legendum & scribendum;

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem lethi famulus, clam corripit ensem
Dilectum domino, pernixq; irrumpit in aulam, &c.

V. *Versu 1911.* *deformem lethi* valet, ob lethum, morte ipsa deformatum, a Græcis sumta forma loquendi.

Rursum versu 609.

Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtaq; coma, neglectaq; mensa, &c.

membranæ: *hirtaq; toga.* & ita credo Silium scriptum reliquisse, quod Tacitus quoque, vt alibi doceo, ita locutus deprehendatur.

EPISTOLA LVIII.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

IN Seneca, Lipsi amicissime, quem de tuo potissimum elogio amare, & mirari cœpi, hæc nunc habebam, quæ tui iudicii facerem:

I. *Seneca epist. LXXVI. emendatus.* Epist. LXXVI. *Quando multa disces? quando quæ didiceris affiges tibi, ita vt excidere non possint? quando illa experieris? Non enim vt cetera memoria illa tradidisse satis est, in opere tentanda sunt. Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam praeceps est?* referunt membranæ, & vt ego quidem opinabar, bene: *statim a sapientia praeceps est?*

II. *Epist. LXXVII.* Epistol. LXXVII. *Si vllum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos auiditas rerum vitam instruentium, quod est intolerabile, infinitum, vagum.* Paulo plenius eædem membranæ: *sequetur nos auiditas vitæ, auiditas rerum vitam instruentium.*

III. *Epist. LXXI.* Epistol. LXXI. *Scopulum illum esse putamus? clementissimus portus est, aliquando petendus, nunquam recusandus.* Concinnius, vt arbitror, libri scripti: *Scopulum illum esse putamus dementissimi? portus est, &c.*

IV. *Epist. LXVI.* Epistol. LXVI. *Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, & velut Sacramento ligatus, hoc quod viuit stipendium putat.* probabam scriptam lectionem: *& velut Sacramento rogatus, hoc quod viuit stipendium putat.*

V. *Epist. LXV.* Epist. LXV. *Si consulem videro aut prætorem, omnia, quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Non displicebat, quod erat in S. Stephani libro veteri: *omnia, quibus honor honori haberi solet, faciam.* vt honor loco posteriore pro magistratu accipiatur, solenti IC. nostris more.

VI. *Epist. LXIV.* Epist. LXIV. *Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest, quicquid vnquam potest,* scribo ex scriptis codicibus tribus: *Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta lege mortalia. Hodie fieri potest, quicquid vnquam potest.*

VII. *Epist. LXII.* Epistol. LXII. *Repugnanti, non volenti, necessitas est: in volente necessitas non est.* m. l. *Repugnanti,*

quanti, inuolenti necessitas est: inuolente necessitas non est. vt *inuolens* dicatur, quemadmodum *imparens* quod valet, non parens, *inobediens, impsolis*, aut *improlus, ineicur* & similia. notaui emendauique etiam in Tertulliani apologetico *imboni tas*.

Epistol. LX. *Quamdiu vnius mensa frumentum multa nauigia, & quidem non ex vno mari, subuehent*: manu exaratus: *Quam diu vnius mensa strumentum*, vt fortasse scripserit Seneca, *instrumentum*: apparatumque conuiuiorum intellexerit, qui fere peregrinis deliciis instruebatur. ipse Seneca alibi, plenissimeque Petronius, omnesque certatim cum alii scriptores, tum in primis satyrographi. VIII. Epist. LXI.

Epist. LIX. *Omnes tibi exponam, si ante indicauero esse aliquid genus*. S. Stephani membranæ: *Omnes tibi exponam, si ante indicauero esse aliquid genus, esse & speciem*. in iisdem eadem epist. semper *animalia* & *inanimalia*, pro *animata* & *inanimata* perscriptum est: atque illud de ideis Platonis: *Quæ sunt interrogas? propriæ Plato ideas vocat, ex quibus omnia, quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur*. hoc inquam quoque in eis ita exaratum est: *Quæ sunt interrogas? propria Platonis supplex est, ideas vocat, ex quibus omnia, quæcunque videmus, fiunt, & ad quas cuncta formantur*. Germana & propria, vt mihi videtur, Senecæ scriptura, si leuiter τὸ *supplex* in *supellex* auctius vna litera transformetur. eleganter enim ideæ Platonis supellex, vt atomi Epicuri dici possunt. in fine: *Vale ergo, quod lubentius quam mortis moras lecturus es*. legunt alii: *mortes meas*. sed nugæ meræ ista sunt, scribendum: *quod lubentius quam mortes meras lecturus es*. contraque vt tu, Lipsi, recte mones, m. ss. q. tam nostri, quam Pinziani testantur. IX. Epist. LIX. X. Ibidem. XI. Item. XII. Adhuc epist. LIX.

Epist. VII. qua parte vulgo legitur: *Omnia ista mortes meræ sunt*. plane reponendum: *Omnia ista mortis mora sunt*. XIII. Epist. VII.

Epist. LVII. *Non enim excisa desiit, sed fatigata, aut etiam abiecta, vel vsus parum sibi cedentibus*. m. ss. *aut etiam abirata*. puto rectum, *abiurata*, qui mos plerisque hodieque vsque adeo, vt non tantum quidam spe sua frustrati ambitionem in posterum omnem, sed & vitam communem eiurent, sectæque certæ addicti, voluntariamque seruitutem subeuntes, monasterio aliquo se abdant. XIV. Epist. LVII.

Epistol. LIII. *Permittendum erit aliquando iuuenibus, sequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt*. leue hoc, sed tamen legendum: *Tunc autem cum hoc ex impetu facient*. vt dicat impetu illis suo vti permitti in plausu, dum ex animo, non simulatione ille proficiscatur. XV. Epist. LIII.

Epistol. LII. *Vna Hannibalem hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ*. S. Stephani membranaceus codex: *Vna Hannibalem hyberna soluerunt*. quod mihi sane perplacet. neque enim tam vinum, quam Venus, pluma, deliciæ il- XVI. Epist. LII.

XVII. lum fregere. Epist. XLVII. *At infelicibus seruis mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet: virga murmur omne compescitur: & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus: magno malo vlla voce interpellatum silentium luitur,* & e scripti duo: *magno malo vlla voce interpolatum silentium luitur.* quod amplector. sic enim & Curtius meus lib. IV. *Tum Alexander, videsne obstinatum ad tacendum? inquit. num genu posuit? num supplicem vocem misit? vincam tamen silentium, & si nihil aliud, certe gemitu interpolabo.* sed vale iam, mi Lipsi caueo dum enim mihi in Seneca versanti, ne quem ille præscribit in Epistola, modum excedam, qua ait, illa manum legentis sinistram implere non debere.

Epist. XLVII.

EPISTOLA LIX.

Franc. Modius Francisco F. F. Nansio S. Brugas.

NArro tibi, cognate Nansi, iter illud, quo Iulio mense proxime præterito e Batauis ad Vbios reuersus sum, pene mihi supremum fuit. cum enim, vt scis, bis iam anno ex Belgica nostra ad eosdem Vbios profectus, etsi sine infortunio, non tamen sine maximis periculis latronum & sicariorum, qui vtramque Rheni ripam infestam habent, manus ægre euasissem, statuissemque ea propter, ne nimium fortunam meam irritando, quam matrem hactenus, nouercam an forte deinceps experirer, simul etiam, vt oppida plura, & regiones locorum mihi adhuc ignotas per viam inspicerem, mari Bremam & Brema porro per Westphaliam Agrippinam Coloniam petere, ideoque VI. fere Iulii Amstelrodami nauem Bremensem conscendissem, ecce tibi vixdum in altum prouectis venti aduersi flare cœperunt, tanta quidem vi, vt gubernator cum cursum suum tenere posse desperaret, stationem proximam, etsi non omnino satis fidam, petere cœperit. vbi in aliud rursum discrimen incidimus. præmiatores enim hic nescio qui, eodem, quo nos vento agitati prætextu explorandi, num quæ naui nostra mercimonia vetita veherentur, nos aggressi, vino, erat enim hoc nauigii onus, facile a mercatoribus sibi satisfieri passi sunt: me, vt aduersarum sibi partium, & sunt illi omnino infesti omnibus, qui, quod dent, habent, diutius vexarunt, & diebus fere XII. totidem enim detinuit nos hic aduersa tempestas, in custodia quasi habuerunt, cum nihil mihi interea auxilii in literis Principis, aut legati nomine, donec cum iam ventus secundus meis esse cœpisset, ægre precibus etiam mercatorum ab illis impetratum est, vt resignatis iis, quas dixi literis, cum signum & manum agnouissent, me missum facerent, accepto tamen ante munere

aureo.

aureorum aliquot, cum iis, quibus illis adsui diebus etiam graues sumtus sustinuissem. quorum tamen contemtum & obliuionem mihi facile afferret reddita libertas: iuuabatque adeo tam prauas manus istorum, vt quod sunt, dicam, pyratarum euasisse: cum absoluto iam fere, quantum conijcere licebat, medio itineris a... itri spatio, repente tanta tempestas coorta est, vt qui ad clauum sedebat, senex iam, & qui annis xL. hoc in naui officio fungi dicebat, negaret vnquam se tam vehementis meminisse, quæ quidem tamdiu (xxxiii. enim horas continuauit) durasset. quæres fortasse, quid mihi hic animi fuerit? possum dicere, nihil mihi, reliquis quiritantib. & hunc more ac modo eiulantibus, excidisse indignum homine studioso. &, quod præ isto est, Christiano. sedebam tantum tacitus, & damnabam consilium meum, qui vt periculum, quod ab hominibus impendebat, vitarem, tam barbaro me elemento commisissem: tanquā non ab illis, vt bis iam fecerat, misericors Deus tutum me præstare potuisset. Orabam igitur, & si quid mihi credis ex animo, vt alias nunquam, hanc mihi culpam pro sua clementia condonaret, hactenusque me ob eam puniret, vt hoc factum aliis pro exemplo narrare & ob oculos ponere possem. hæ fere fuere in tanto periculo cogitationes meæ. excusserat fateor statim a principio mihi mentem inusitati periculi magnitudo, & certissima nisi si quid omnipotens misereretur, ante oculos mors, sed paul... timor ... allui...d omnia. adeo hic etiam valet assuetudo, præsertim si reputetur ferendum, quod vitari & mutari consilio nequeat, omniaque illi esse permittenda, qui supra nos curat, cuius infinita bonitas tandem mari serenitatem suam reddidit, & tertio a ... ha... tempestate die in Visurgis fluminis ostia induxit. per quod mox reciprocantis æstus vis nos ad xvii fere millia passuum subuexit; vnde, exscensione facta, curribus Bremam vecti sumus: me serio identidem repetente (ridentibus illis itineris mei comitibus, & admirantibus, quod qui in periculis, cum reliqui timore tantum non exanimarentur, solus nihil timere visus fuissem, postquam securitas data esset, vice versa, reliquis animo iam defæcato effuse gaudentibus, solus timerem) nunquam me post illa, qua modo terra perueniri posset, mari iter esse facturum. Porro Brema, vt hoc quoque non ignores, per Westphaliam ad Vbios vsque curribus vectus sum, incommodissimo mehercule itinere, nec satis tuto interdum a viarum obsessoribus, quod tamen mihi & commodum & tutum facile faceret præteritorum paulo ante periculorum recordatio. In Vbiis cœpi enotare, quæ per viam in Silio Italico iam ante cum m. s. libro Coloniensi a me collato, melius in hoc, quam vulgo legi deprehenderam, de quibus etiam illa sunt, quæ sequuntur. Lib. iv. est:

——multosq; per annos
I. Silius lib. IV. versu IↃCLXXIX. *Nutritas fluuio populatur feruidus vndas.*
repone *vmbras* pro *vndas*. est enim sermo de arboribus margini Trebiæ innatis. Mox:
II. Versu IↃCCXXVI. *Cum Iuno in stagni iuuenem conuersa propinqui.*
legendum: *Cum Iuno in stagni numen conuersa propinqui*, & de Thrasimeno accipiendum. Post pauca:
III. Versu IↃCCLXXIII. *Sed propior metus armati ductoris ab ira,*
Et magna ante oculos stabat redeuntis imago
Aspar, adhæc fœdata genas, lacerataq; crines
Atq; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.
hæc est scriptura omnium editionum, quam Marsus ita Interpretatur:
——Aspar hic, inquit, *erat filius Hannibalis, & imago patris, poetæ enim appellant filios imaginem parentum.* pulcre. sed an non tum parum plena erit hæc periodus? omnino emendandum:
Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat genitoris imago.
Asperat hæc fœdata genas, lacerataq; crines,
Atq; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.
IV. nunc pergamus ad librum V.
Lib. V. versu XVII. bis emaculatus. *Litore correptum stagnis demisit Agylle,*
Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.
Sollicita viridi penitus fouere sub antro
Naiades, amplexus vndosaq; regna trementem
quæ in speciem recta, tum demum erunt, quod videntur, cum hoc modo scribentur:
Litore correptum stagnis demisit Agylle,
Flore capi iuuenem primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.
Solata viridi penitus fouere sub antro
Naiades, amplexus vndosaq; regna trementem.
loquitur Silius de Thrasimeno, quem puerum ex Lydia cum patre Tyrrheno in Italiam profectum, Agylle Nympha, forma eius accensa rapuit, solantibus Naiadibus timorem eius, qui, vt puer, Nymphæ amplexus expauesceret, a qua mox vxore diuinitatis munus, & lacus imperium, Auno priscis temporibus regnatum, in dotem accepit.
Sequitur:
V. Vers. XXVII. *Cum minus annuerit noctem desisse viator,*
Quam cœpisse diem.
malim:
Cum minus abnuerit noctem desisse viator.

Iterum

Iterum sequitur:

Nec Pœnum liquere doli, sedet ense reposto
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet
Incustoditum mox irremeabile litus.

VI. *Versu XXXVIII. versu auctus.*

vbi interpres: *Pœnum*, inquit, *dixit pro Pœnorum, & liquere hic patere significat.* vtrumque, vt opinor, male. *Pœnum* Hannibalem intelligo, fœcundum semper in dolos pectus. totumque locum versu auctiorem ita ex m.s. libro constituo:

Nec Pœnum liquere doli sedet ense reposto
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet.
Ire datur, longeque patet, cum pace quieta.
Incustoditum mox irremeabile litus.

EPISTOLA LX.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario, Med. S.
Norimbergam.

NIhil his iam aliquot mensibus tuli molestius, quam quod quo tempore Norimbergam vestram nos excurrissemus, eo tu ab vrbe abesses: ex qua te non reperto perinde & ipsi postridie decessimus, ac si pedem in ea non posuissemus. ego præsertim, qui spem iam inspiciendarum istic per te aliquot nobilium bibliothecarum animo præceperam, eoque quam auide profectionis huius occasionem captaueram, ignarus sine fructu eam mihi abituram, quo nunc video faciundum, vt secundo quoque hoc mihi iter suscipiendum sit, si animo obsequi volo, vt profecto volo, dummodo meliore euentu. Interim vide lemma ista in Hygino nuper mihi notata & in hanc epistolam promiscue coniecta. Lib. III. qui est de signis cœlestibus prope a fine: *Ista tamen, vt caput eius contendens ad signum id, quod Procyon vocatur, & totius Hydræ proprie quarta pars inter æstiuum & æquinoctialem circulum videatur.* plane reponendum: *& totius Hydræ prope quarta pars inter, &c.* atque vbi statim est: *Supra primam Hydræ curuaturam Crater positus habet in labris stellas duas.* æque emendandum ex scriptis libris: *Supra primam a capite curuaturam crater, &c.* videantur Arati Phænomena. Lib. IV. *& sinon nemo dubitat, quare non vtrique circuli, hoc est, æstiuus & hyemalis, vno nomine appellentur, ideo quod quem nos æstiuum diximus, nonnullis hyemalis fiat, & quo circulo hyemem confici diximus, eo circulo aliis æstas sit. Quod si voluerint intelligere, id ad nostras collationes mundi esse demonstratum, &c.* non paulo melius m.s. libri: *& quo circulo hyemem effici diximus, eo circulo aliis æstas sit. Qui si voluerint intelligere id ad nostram collationem mundi esse demonstratum, &c.* vbi de tropico cancri sermo est. *Præterea in eodem æstiuo circulo pedes equi Pegasi videntur positi. & caput a reliquo corpore diuiditur oloris, & ala sinistra oris, vt*

I. *Hyginus Astronom. lib. III. emendatus. De Hydra.*

II. *Ibidem.*

III. *Lib. IV. statim in principio.*

IV. *De Tropico Cancri. suppletus & correctus.*

eorum sperare ausim. esset modo alterum tale mihi scriptum exemplar, quale est illud, quod laudo, non laborarem. quin ne nunc quidem laboro. confidens futurum, vt propediem aliquis hanc nostram inopiam sua copia subleuet; & audio ex Hispaniis ante annos fere centum, huius poetæ codicem venerandæ antiquitatis in vrbem nescio a quo esse allatum, quem nunc a bitror in interiore bibliotheca Vaticana asseruari. ex quo si quid nos, si quid remp. literariam iuuare ausu fueris, rem, crede mihi, te dignissimam ausus fueris. habeo quidem infinitas alias notas in hunc poetam, sed quas aliquando, vel quod minoris momenti videantur, vel quod tales, vt amplius mihi de eis quærendum existimem, cum ipso Silii opere coniunctim vulgare decreuerim, nisi quod de iis istas decidere visum est, quas nunc ad te mitto. Lib. XVI. versu 453.

I. Silius libro XVI. versu CCCCLIII. emendatus.

Attritum donat ductor, miseratus & auum
Et sortem casus.

scribere malo, quia ita & sententia postulare, & libri iubere videntur:

Accitum donat ductor, miseratus & auum,
Et sortem casus, &c.

simpliciter enim de casu eius ita dixit:

——perfracto voluitur axe Cernus.

& imitatur haud dubie illum Virgilii locum lib. v. de Daretis comitibus:

——galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt, &c.

II. Versu CCCCLVII. Post versus omnino quatuor:

Hinc primus galeam, hac aries terrebat Iberas
Asdrubal, hunc ensem cui proxima gloria cursu

III. Versu CCCCLXIV. *Accipiet.*

pusilla res, sed tamen corrigendum:

——cui proxima gloria cursus.

Versus auctus & emaculatus altero. Sequitur locus, qui me diu torsit, etsi fortasse nihil opus fuerit:

Fulgentes pueri Tartessos, & Hesperos ora
Ostendere simul, vulgi clamore secundo.
Hos Tyria misere domo patria inclyta Gades
Baeticus (hoc dederat puero cognomen ab omne
Corduba) & haud paruo certamine læta fouebat.

diu hic, inquam, vt ad scopulum hæsi. nam & deesse versum videbam, & eum, quem m. s. liber suggereret hoc modo:

Fulgentes pueri Tartessos & Hesperos ora
Ostendere simul, vulgi clamore secundo.
Hos Tyria misere domo patria inclyta Gades.
Mox fecit: Asperus prima lanugine malas

Baticus,

Bæticus, hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba, & haud paruo certamina læ a fouebat.

quærtum, inquam, hunc versum, etsi omnino huc necessarium, menda tamen non carere videbam, nec quid facerem habebam, nisi quod mirabar, tertio huic duo nomina dari, cum reliquis singula essent. adhoc *Asperus* an esset nomen Hispano conueniens dubitabam; nam quod qui *Aspar* Pœnus, hunc *Asperum* a poeta vocitatum quis dicat, id aliis locis confutatur, quibus omnibus sua exteris nomina, vt sunt cuique genti, & linguæ peculiaria, absque vlla ad Romanum idioma detorsione, integra tribuit. tandem veni in mentem non proprium hoc esse nomen, vt male putarunt quidam, quod dicat e versu sequenti Bætico cognomen ab amne fuisse, sed vocem mendosam, quæ mutanda esset in asperſis hoc modo:

Mox iubis asperſus prima lanugine malas
Bæticus.

Erroris igitur fons hic est; primum, quod in multis libris veteribus, maxime litera Longobardica scriptis, r ab s scriptura quidem nihil differat: dein, quod multi item scriptores superioribus seculis eandem literam geminare non consueuerint, vnde factum scilicet, vt cum *asperus* siue *aspersus* (vtrumque enim, vt diximus, ex vetusta scribendi ratione colligi poterat) exaratum inuenissent, qui omnino nomen hoc viro proprium esse deberet, persuasum habebant, *Asperus* illud ex eo in nostras membranas retulerint. scribunt autem membranæ eædem: *haud paruo certamina læta fouebat.* & placet, vt *paruo* positum sit, vt in illo: *Stat mihi non paruo virtus mea.* nisi quis apud nostrum legere malit: *& haud parce certamina læta fouebat.* quod, vt verum fatear, præ isto mihi vtile est.

Tandem pergimus: IV. *Versu* CC.CXCIV.

Ecce limina, & postremoq; agmine cursus
Postquam sat visum sibi concepisse vigoris
Celius inexhaustus effundit &c.

emendandum ex fide membranarum:

Ecce leuis totis, postremoq; agmine currens
Postquam sat visum sibi concepisse vigoris, &c.

Versu 519 V. *Versu* [illegible]

——tardato [illegible] cunnisq;
Eurythus euadit summo, a. q; in prœlia victor
Emicat.

quanto melius vetus codex optimus:

——Tardato [illegible]
Eurythus euadit summo ne, atq; ad præmia victor
Emicat. quæ enim rellare poterant præmia, illo tardato, qui solus ancipitem ei palmam & dubiam facturus videbatur. Vers.

VI. *Versu* IↃXLIX.

549. de Corbe & Orsua germanis fratribus, qui de principatu singulari certamine dimicantes inter sese, mutuis vulneribus conciderunt, & post mortem etiam inimicitias exercuerunt:

Nec manes pacem passi: nam corpora iuncta
Vna cum raperet flamma rogus, impius ignis
Dissiluit, cineresq; simul iacuisse negarunt.

plane legendum:

——Nam corpora iunctus
Vna cum raperet flamma rogus, &c.

EPISTOLA LVI.

Franc. Modius Conrado Dinnero IC. S.
Herbipolim.

I. *Censorinus de die Natalis cap.* III. *emendatus semel & iterum.*

TE quoque, Dinnere eruditissime, hic mihi compellandum existimaui, qui me iudicio tuo aut recte sentientem confirmares, aut errantem in viam reduceres: & potes enim id facere pro singulari doctrina tua, & voles, vt spero, pro ea necessitudine, quam mihi tecum esse voluisti, ex quo tempore me, conciliatore optimo & eruditissimo viro Ioanne Posthio, in amicitiam tuam in Agrippina Vbiorum Colonia nuper recipere dignatus es. Arbitror igitur apud Censorinum de die Natali, quo loco vulgo est: *Vt in Attica fertur regione Erichtonius ex Vulcani semine homo exortus, & in Colchide vel Bœotia, consitis anguis dentibus, armati partus, e quibus mutuo inter se necatis pauci superasse traduntur, qui in condita Thebarum Cadmo fuerunt adiumento.* puto, dico hic legendum: *Vt in Attica fertur regione Erichtonius ex Vulcani semine humo exortus; & in Colchide vel Bœotia consitis anguis dentibus armati partus, e quibus mutua cæde inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in condita Thebarum Cadmo fuerint adiumento.*

Lactantius diuinarum institutionum lib. I. *cap.* XVII. Vnde enim putemus Erichtonium esse natum? An ex terra, vt poetæ videri volunt? At, &c.

Cur autem sic emendandum putem, facit & membranarum auctoritas, & Ouidius Metamorphosi, Fulgentius Planciades Mythologiis, alii alibi. Sequitur: *Hipponi vero Metapontino, siue vt Aristoxenus auctor est, Samio, ex medullis profluere semen videtur, idque eo probari, quod post emissionem pecudum, si quis mares perimat, medullas, vtpote exhaustas, non reperiat.* scribendum manifesta ratione &

II. *Cap.* IV.

postulante sententia: *idque eo probari, quod post admissionem pecudum, si quis, &c.* Præcessit: *Denique etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogiæ auctores sunt quarundam gentium, quæ*

III. *Cap.* III.

ex aduenticia stirpe non sunt, principes terrigenas esse, vt in Attica, & Arcadia, Thessaliaq; eosq; Autochtonas vocari: vt in Italia poeta cecinit nymphas indigenasq; Faunos, nemora quædam tenuisse, non difficile rudis antiquorum credulitas recepit. aio a glossa mihi videri huc irrepsisse illa: *Poeta cecinit.* & ad tuam eruditionem

rem appello, Dinnere, ab eo, qui contra pronuntiabit. Mox legitur vulgo: *At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, et una nascatur alaturque. Sunt qui id opinentur ipsa fieri natura, ut Aristotelis atque Epicurus. Sunt qui potentia spiritus, ut Stoici ferunt universi.* quæ ego auctoribus membranis sic scribo: *At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una nascatur aliturque. Sunt qui id opinentur ipsa fieri natura, ut Aristoteles atq. Epicurus: Sunt qui potentia spiritus, ut Stoici ferme universi.* Post aliquammulta: *De conformatione autem partus nihilominus in prima hebdomade dentes homini cadere: in secunda pubem apparere: in tertia barbam nasci: in quarta vires: in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam: in sexta cupiditatibus tentari: in septima prudentiam linguamq. consummari: in octaua eadem manere:†: in decima hominem fieri morti maturum.* qui locus, explera lacuna, de consilio, & auxilio membranarum, ita per me emendetur: *De conformatione autem partus nihilominus in prima hebdomade dentes homini cadere: in secunda pubem apparere: in tertia barbam nasci: in quarta vires: in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam: in sexta cupiditatibus temperari: in septima prudentiam linguamque consummari: in octaua eadem manere: in qua alii dixerunt oculos albescere: in nona omnia fieri languidiora: in decima hominem morti fieri maturum.* & quis, ut reliqua omittam, quæ extra controuersiam fore confido, quis, inquam, dubitabit, *temperari*, non *tentari* hic scribendum. qui meminerit, &, exemplo domi de se sumto, expertus sit, vehementiores esse libidines ab anno fere XVIII. ad annum vsque XXXV. ab hoc porro remissiores & sedatiores fieri? quanquam si tibi, Dinnere, aliter videtur, non est consilium cum eo pugnare, quem iudicem cepi. dum in memoria habeas illa Galbæ ad Pisonem verba. Hist. lib. I. Taciti: *Et ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit, ea vita, &c.* qui Piso, ut ex sequentibus eodem libro est discere, annum tum vnum & tricesimum explebat. Vale, Combergi.

IV. *Rursum cap. IV.*

V. *Eodem cap. insignis lacuna supplata, & mendum turpe sublatum.*

EPISTOLA LVII.

Franciscus Modius Nicolao Reusnero IC. S.

VT ad te, quamuis ignotus hæc scriberem, eruditissime Reusnere, cum multa alia me impulerunt, tum illud in primis, quod te eum amicitia tua non indignum existimaturum confiderem, quem vir amplissimus Erasmus Neustetterus, (cuius te cum ex scriptis nuper editis, tum ex versibus ante aliquammultas dierum hebdomadas ad eum missis studiosissimum esse cognoui) in contubernium suum vltro, qua est præ-

Hinc studia accendit patriæ virtutis imago,
Hinc fama in populos iurati dedita velli,
Hinc virides ausis anni, feruorq; decorum, &c.

accendebant, inquit, militum studia, vt Annibalem præ ceteris sibi ducem mallent; primum, quod in eo paternarum virtutum imaginem quandam cernere sibi videbantur; deinde, quod scirent eum (erat enim res omnibus decantata) iurasse puerum patri sacra tenentem, se, cum primum per ætatem posset, Romanos bello esse persecuturum; tum, ætas ad res gerendas aptissima: postremo, decor, & quæ plura ibi referuntur. Video enim hæc ipsa fusius esse a me dicta, quam res requirat, sed obuiam eundem fuit inueterato Marsi errori, qui obtinuit, vt hactenus vbique illud *hunc* retineretur & ad Annibalem referretur, contra libros sane meliores, vt & illud, quod minus recte etiam vulgo legitur *animis* pro *anni*, quæ germana huius loci scriptura est, exemploque nititur, quo Ouidius de Ponto *annum viridem*, Columella in præfat. lib. 1. *viridem ætatem* dixit. atque alioqui viridis animi laus alacrioris & ætatem bene ferentis senectutis est, non iuuentæ saltem non plane ignauæ, multo minus eius, quam in Annibale viguisse poeta passim prædicat. *Addita* quoque scripsi, quod ita reponendum ex more Lucretii, qui lib. 4. ait:

Et in cunctas iaciuntur didita partes.

ac lib. 5.

——Solatia didita per gentes

dixit. & qui Lucretium æmulatus, Virgilii, cuius illud est:

Cognatiq; patres, tum terris didita fama
Coniunxere tibi.

sed tandem progrediamur aliquando ad versum 533. vbi quod est vulgo: III. Versu IↃXXXIII.

Mente aduersa domat, suadetq; nitescere duris
Virtutem, & decoris pretio discrimina pensat.

manifeste legendum videtur ex membranis, quarũ auctoritate etiam superiora constituimus:

——Gaudetq; nitescere duris
Virtutem.

redeo iterum, quis enim in his scriptis potior ordo, quam ordinem omnino nullum seruare? ad versum 165. IV. Vers. CLXV.

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit ensem
Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,
Atq; immitte feris geminato vulnere pectus.

vbi quid est, quod ait, *lateri famulus clam corripit ensem Dilectum Domino?* gladio accinctus credo ille in crucem sublatus erat. plane recte mouent membranæ legendum & scribendum:

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem lethi famulus, clam corripit ensem
Dilectum domino, pernixq; irrumpit in aulam, &c.

V. *deformem lethi* valet, ob lethum, morte ipsa deformatum, a
Versu 1019. Græcis sumta forma loquendi.
Rursum versu 609.

Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtaq; coma, neglectaq; mensa, &c.

membranæ: *hirtaq; toga.* & ita credo Silium scriptum reliquisse, quod Tacitus quoque, vt alibi doceo, ita locutus deprehendatur.

EPISTOLA LVIII.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

IN Seneca, Lipsi amicissime, quem de tuo potissimum elogio
I. amare, & mirari cœpi, hæc nunc habebam, quæ tui iudicii fa-
Seneca epist. cerem: Epist. LXXVI. *Quando multa disces? quando quæ dil. certis*
LXXVI. e- *affiges tibi, ita vt excidere non possint? quando illa experieris? Non*
mendatus. *enim vt cetera memoriæ illa tradidisse satis est, in opere tentanda*
sunt. Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra il-
lum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam præceps est? referunt
II. membranæ, & vt ego quidem opinabar, bene: *statim a sapientia*
Epist. LXXVII *præceps est?* Epistol. LXXVII. *Si vllum aliud est bonum quam hone-*
stum, sequetur nos auiditas rerum vitam instruentium, quod est in-
tolerabile, infinitum, vagum. Paulo plenius eædem membranæ:
III. *sequetur nos auiditas vitæ, auiditas rerum vitam instruentium.*
Epist. LXXI. Epistol. LXXI. *Scopulum illum esse putamus? clementissimus por-*
tus est, aliquando petendus, nunquam recusandus. Concinnius, vt
arbitror, libri scripti: *Scopulum illum esse putamus dementissimi?*
IV. *portus est, &c.*
Epist. LXVI. Epistol. LXVI. *Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidem in*
corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad subli-
mia intendit, & velut Sacramento ligatus, hoc quod viuit stipen-
V. *dium putat.* probabam scriptam lectionem: *& velut Sacramen-*
Epist. LXV. *to rogatus, hoc quod viuit stipendium putat.* Epist. LXV. *Si consu-*
lem videro aut prætorem, omnia, quibus honor haberi solet faciam,
equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Non displicebat,
quod erat in S. Stephani libro veteri: *omnia, quibus honor honori*
VI. *haberi solet, faciam.* vt honor loco posteriore pro magistratu
Epist. LXIV. accipiatur, solenti IC. nostris more. Epist. LXIV. *Nunc cogito o-*
mnia & mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest,
quicquid vnquam potest, scribo ex scriptis codicibus tribus:
VII. *Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta lege mortalia. Ho-*
Epist. LXII. *die fieri potest, quicquid vnquam potest.* Epistol. LXII. *Repugnanti,*
non volenti, necessitas est: in volente necessitas non est. m.s. *Repu-*
gnanti,

quanti, inuolenti necessitas est: in volente necessitas non est. vt *inuolens* dicatur, quemadmodum *inparens* quod valet, non parens, *inobediens*, *inproles* aut *inproles*, *ineicur* & similia. notaui emendauique etiam in Tertulliani apologetico *imbonitas*.

VIII. Epist. LXI.

Epist. LXI. *Quamdiu vnius mensa frumentum multa nauigia, & quidem non ex vno mari, subuehent:* manu exaratus: *Quam diu vnius mensa frumentum*, vt fortasse scripserit Seneca, *instrumentum*: apparatumque conuiuiorum intellexerit, qui fere peregrinis deliciis instruebatur. ipse Seneca alibi, plenissimeque Petronius, omnesque certatim cum alii scriptores, tum in primis satyrographi.

IX. Epist. LIX.

Epist. LIX. *Omnes tibi exponam, si ante indicauero esse aliquid genus.* S. Stephani membranæ: *Omnes tibi exponam, si ante indicauero esse aliquid genus, esse & speciem.*

X. Ibidem.

in iisdem eadem epist. semper *animalia* & *inanimalia*, pro *animata* & *inanimata* perscriptum est: atque illud de ideis Platonis:

XI. Item.

Quæ sunt interrogas? propria Plato ideas vocat, ex quibus omnia, quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur. hoc inquam quoque in eis ita exaratum est: *Quæ sunt interrogas? propria Platonis supplex est, ideas vocat, ex quibus omnia, quæcunque videmus, fiunt, & ad quas cuncta formantur.* Germana & propria, vt mihi videtur, Senecæ scriptura, si leuiter τὸ *supplex* in *supellex* auctius vna litera transformetur. eleganter enim ideæ Platonis supellex, vt atomi Epicuri dici possunt.

XII. Adhuc epist. LIX.

in fine: *Vale ergo, quod lubentius quam mortis moras lecturus es.* legunt alii: *mortes meas.* sed nugæ meræ ista sunt, scribendumque *quod lubentius quam mortes meras lecturus es.* contraque vt tu, Lipsi, recte mones, m. ss. q. tam nostri, quam Pinziani testantur.

XIII. Epist. VII.

Epist. VII. qua parte vulgo legitur: *Omnia ista mortes meræ sunt.* plane reponendum: *Omnia ista mortis mora sunt.*

XIV. Epist. LVII.

Epist. LVII. *Non enim excisa desiit, sed fatigata, aut etiam abiecta, rebus parum sibi cedentibus.* m. ss. *aut etiam abirata.* puto rectum, *abiurata*, qui mos plerisque hodieque vsque adeo, vt non tantum quidam spe sua frustrati ambitionem in posterum omnem, sed & vitam communem eiurent, sectæque certæ addicti, voluntariamque seruitutem subeuntes, monasterio aliquo se abdant.

XV. Epist. LIII.

Epistol. LIII. *Permittendum erit aliquando iuuenibus, sequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt.* leue hoc, sed tamen legendum: *Tunc autem cum hoc ex impetu facient.* vt dicat impetu illis suo vti permitti in plausu, dum ex animo, non simulatione ille proficiscatur.

XVI. Epist. LII.

Epistol. LII. *Vina Hannibalem hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ.* S. Stephani membranaceus codex: *Vna Hannibalem hyberna soluerunt.* quod mihi sane perplacet. neque enim tam vinum, quam Venus, pluma, deliciæ il-

aureorum aliquot, cum iis, quibus illis adfui diebus etiam graues sumtus sustinuissem. quorum tamen contemtum & obliuionem mihi facile afferret reddita libertas: iuuabatque adeo tam paruo manus istorum, vt quod sunt, dicam, pyratarum euasisse: cum absoluto iam fere, quantum coniicere licebat, medio itineris nostri spatio, repente tanta tempestas coorta est, vt qui ad cl[…] sedebat, senex iam, & qui annis XL. hoc in naui officio fungi dicebat, negaret vnquam se tam vehementis meminisse, quæ quidem tamdiu (XXXIII. enim horas continuauit) durasset. quæres fortasse, quid mihi hic animi fuerit? possum dicere, nihil mihi, reliquis quiritantib. & hoc more ac modo eiulantibus, excidisse indignum homine studioso. &, quod præ illo est, Christiano. sedebam tantum tacitus, & damnabam consilium meum, qui vt periculum, quod ab hominibus impendebat, vitarem, tam barbaro me elemento commisissem: tanquã non ab illis, vt bis iam fecerat, misericors Deus tu[…]um me præstare potuisset. Orabam igitur, & si quid mihi credis ex animo, vt alias nunquam, hanc mihi culpam pro sua clementia condonaret, hactenusque me ob eam puniret, vt hoc factum aliis pro exemplo narrare, & ob oculos ponere possem. hæ fere fuere in tanto periculo cogitationes meæ. excusserat fateor statim a principio mihi mentem inusitati periculi magnitudo, & certissima nisi si quid omnipotens misereretur, ante oculos mors, sed paul[…] tim[…]oc a[…]llui[…]d omnia adeo hic etiam valet assuetudo, præsertim si reputetur ferendum, quod vitari & mutari consilio nequeat, omniaque illi esse permittenda, qui supra nos curat, cuius infinita bonitas tandem mari serenitatem suam reddidit, & tertio ab hac tempestate die in Visurgis fluminis ostia induxit. per quod mox reciprocantis æstus vis nos ad XVII fere millia passuum subuexit; vnde, exscensione facta, curribus Bremam vecti sumus: me serio identidem repetente (ridentibus illis itineris mei comitibus, & admirantibus, quod qui in periculis, cum reliqui timore tantum non exanimarentur, solus nihil timere visus fuissem, postquam securitas data esset, vice versa, reliquis animo iam defæcato effuse gaudentibus, solus timerem) nunquam me post illa, qua modo terra peruenire posset, mari iter esse facturum. Porro Brema, vt hoc quoque non ignores, per Westphaliam ad Vbios vsque curribus vectus sum, incommodissimo mehercule itinere, nec satis tuto interdum a viarum obsessoribus, quod tamen mihi & commodum & tutum facile faceret præteritorum paulo ante periculorum recordatio. In Vbiis cœpi enotare, quæ per viam in Silio Italico iam ante cum m. ss. libro Coloniensi a me collato, melius in hoc, quam vulgo legi deprehenderam, de quibus etiam illa sunt, quæ sequuntur. Lib. IV. est:

I. Silius lib. IV. versu IↃCLXXIX.

——multosq́; per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus vndas.

repone *vmbras* pro *vndas*. est enim sermo de arboribus margini Trebiæ innatis. Mox:

II. Versu IↃCCXXVI.

Cum Iuno in stagni iuuenem conuersa propinqui.

legendum: *Cum Iuno in stagni numen conuersa propinqui*, & de Thrasimeno accipiendum. Post pauca:

III. Versu IↃCCLXXIII.

Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat redeuntis imago
Aspar, adhuc fœdata genas, lacerataq́; crines
Atq́; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.

hæc est scriptura omnium editionum, quam Marsus ita interpretatur:

——*Aspar hic*, inquit, *erat filius Hannibalis, & imago patris, poeta enim appellans filios imaginem parentum.* pulcre. sed an non tum parum plena erit hæc periodus? omnino emendandum:

Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat genitoris imago.
Asperat hac fœdata genas, lacerataq́; crines,
Atq́; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.

IV. Lib. V. versu XVII. bis emaculatus.

nunc pergamus ad librum V.

Litore correptum stagnis demisit Agylle,
Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.
Sollicita viridi penitus fouere sub antro
Naiades, amplexus vndosaq́; regna trementem

quæ in speciem recta, tum demum erunt, quod videntur, cum hoc modo scribentur:

Litore correptum stagnis demisit Agylle,
Flore capi iuuenem primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta
Solata viridi penitus fouere sub antro
Naiades, amplexus vndosaq́; regna trementem.

loquitur Silius de Thrasimeno, quem puerum ex Lydia cum patre Tyrrheno in Italiam profectum, Agylle Nympha, forma eius accensa rapuit, solantibus Naiadibus timorem eius, qui, vt puer, Nymphæ amplexus expauesceret, a qua mox vxore diuinitatis munus, & lacus imperium, Auno priscis temporibus regnatum, in dotem accepit.

V. Vers. XXVII.

Sequitur:

Cum minus annuerit noctem desisse viator,
Quam cœpisse diem.

malim:

Cum minus abnuerit noctem desisse viator.

Iterum

Iterum sequitur: VI. *Versu XXXVIII. versu auctus.*

Nec Pœnum liquere doli, sedet ense reposto
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet
Incustoditum mox irremeabile litus.

vbi interpres: *Pœnum*, inquit, *dixit pro Pœnorum, & liquere his patere significat.* vtrumque, vt opinor, male. *Pœnum* Hannibalem intelligo, fœcundum semper in dolos pectus. totumque locum versu auctiorem ita ex m. ſſ. libro constituo:

Nec Pœnum liquere doli sedet ense reposto
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet.
Ire datur, longeq; patet, cen pace quieta.
Incustoditum mox irremeabile litus.

EPISTOLA LX.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario, Med. S. Norbergam.

NIhil his iam aliquot mensibus tuli molestius, quam quod quo tempore Nor bergam vestram nos excurrissemus, eo tu ab vrbe abesses: ex qua te non reperto perinde & ipsi postridie decessimus, ac si pedem in ea non posuissemus. ego præsertim, qui spem iam inspiciendarum istic per te aliquot nobilium bibliothecarum animo præceperam, eoque quam auide profectionis huius occasionem captaueram, ignarus sine fructu eam mihi abituram, quo nunc video faciundum, vt secundo quoque hoc mihi iter suscipiendum sit, si animo obsequi volo, vt profecto volo, dummodo meliore euentu. Interim vide lemma ista in Hygino nuper mihi notata & in hanc epistolam promiscue coniecta. Lib. III. qui est de signis cœlestibus prope a fine: *Ita tamen, vt caput eius contendens ad signum id, quod Procyon vocatur, & totius Hydræ proprie quarta pars inter æstiuum & æquinoctialem circulum videatur.* plane reponendum: *& totius Hydra prope quarta pars inter, &c.* atque vbi statim est: *Supra primam Hydræ curuaturam Crater positus habet in labris stellas duas.* æque emendandum ex scriptis libris: *Supra primam a capite curuaturam crater, &c.* videantur Arati Phænomena. Lib. IV. *& si non nemo dubitat, quare non vtriq; circuli, hoc est, æstiuus & hyemalis, vno nomine appellentur, ideo quod quem nos æstiuum diximus, nonnullis hyemalis fiat, & quo circulo hyemem confici diximus, eo circulo alius æstas sit. Quod si voluerint intelligere, id ad nostras collationes mundi esse demonstratum, &c.* non paulo melius m. ſſ. libri: *& quo circulo hyemem effici diximus, eo circulo alius æstas sit. Qui si voluerint intelligere id ad nostram collationem mundi esse demonstratum, &c.* vbi de tropico cancri sermo est: *Præterea in eodem æstiuo circulo pedes equi Pegasi videntur positi. & caput a reliquo corpore diuiditur oloris, & ala sinistra eris, vt*

I. Hyginus Astronom. lib. III. emendatus. De Hydra.

II. Ibidem.

III. Lib. IV. statim in principio.

IV. De Tropico Cancri. suppletus & correctus.

volantis pars non magna. Ophiuchi humeris, ut circulum sustinere videtur: Virgo prope hunc contingens a capite. emendandus totus locus suppleta ex membranarum penu insigni lacuna: *& caput a reliquo corpore dividitur eius, & ala sinisteriori volantis pars non magna. Ophiuchi humeris ut circulum sustinere videtur ex una parte, id est, aequinoctiali, ex altera parte Herculis pari ratione, &c.* statim post illa: *At aliquis dixerit, cur sphaera circulos dividamus in partes octo potius, quam duodecim, aut quod libuerit alias partes, hic non sphaeram, sed se fallere, hac ratione invenietur porro arbitror. Si autem ita fecerit ex aestivo circulo partes duodecim, &c.* vitii locus manifestissimus, sed cuius emendationem reperisse videor ex aeque vitiosa membranarum scriptura, quae erat primo: *Aut si aliquis dixerit, deinde sed se fallere hac ratione invenietur fore vel vere arbitror.* illud enim: *vel vere arbitror*, haud dubie a mala manu est, sed tamen eius, qui pro *fore* alias *vere* legi aut legendum esse admoneret se arbitrari, legoque iis sublatis: *At si aliquis dixerit c.s.c.d.i.p.o p. q.d. a.q.l. a.p. hic non sphaeram, sed se fallere hac ratione invenietur fore. Si enim fecerit ex aestivo, &c.* quibus ostendit absurdum, quod ex sphaerae circulis in partes duodecim tributis secuturum sit. De aequinoctiali circulo eodem libro. *Hunc autem* (Arietem puta) *Aratus omnium syderum celerrimum esse demonstrat: etiam minori arcto, quae brevi spatio vertitur, praestare: id quid velit esse, sic poterimus vel facillime intelligere.* emendandum haud dubie ex libris: *id autem quid velit esse, sic poterimus, &c.* quomodo, inquit, hoc accipi velit, sic intelligetur. Porro versus Arati, quibus hoc dicitur, hi sunt:

V. Ibidem.

VI. De Circulo Aequinoctiali.

Αὐτοῦ καὶ κριοῖο θοώτατοι εἰσὶ κέλευθοι·
Ὃς ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα,
Οὐδὲν ἀφαυρότερον τροχάει κυνοσουρίδος ἄρκτου.

quos ita vertit Germanicus:

Inde subest Aries, qui longe maxima torrens
Orbis, & ad finem spatiis non tardior horam
Pervenit, & quamvis gravior Lycaonis arctos.
Axem ut tutor quem tanto gratior ille
Distantis cornu properat contingere metam.

quem Germanicum & in his ipsis, & passim corruptissimum utinam nobis aliquando locupletiore commentario illustratum daret ex eo, quem vidi aliquando Machliniae apud eum antiquissimo codice membranaceo, nobilissimus & eruditissimus Iacobus Susius, esset profecto de quo harum literarum studiosi & ipsi gratularentur & sibi gauderent. sed iam ad Hyginum redeo, in quo quod statim est: *Quo Sol cum pervenerit, bis uno anno conficitur aequinoctium, hoc est, in Ariete & Chelis.*

In hac enim parte sphæra & ver & autumnum confici existimatur,&c. non paruim venustius reperitur in membranis: *Quæ s l cum peruenit, bis vno anno conficit æquinoctium, hoc est, in Ariete, & in Chelis. In hac enim parte sphæra & ver & Autumnus confieri existimatur.* Post pauca verba, certe versus: *Neque enim verum est hac collatione sphæra id euenire.* corrigatur, *collocatione* pro *collatione*. Paginaque fere tertia post, vbi est: *Si autem simul occiderint, serius exorietur id signum, quod ab antarctico fuerit exortum, ideo quod tota illa collatio mundi maiorem partem habet sub terra*: hic, inquam, etiam eadem *collocationis* pro *collationis* voce reponatur. nunc sequitur locus qua ab interpunctione, qua a scriptione insigniter contaminatus. sic enim vulgo legitur: *Igitur vertente se mundo per vtrosque polos & axem, quem supra dimensionem sphæra diximus esse, & ita sphæra collocata, vt vnus polus semper sit supra terram, alter nunquam exoriatur necesse est. Arctos quoque & reliqua corpora, quæ sunt in arctico circulo, nunquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, quod inferiora sint, ab eo circulo, quem nunc occidere diximus. Id enim posse fieri hac edocet caussa: Videmus apud extremum draconis, quod maxime arcticum extra circulum promidet, quod quodam tempore ita occidere existimatur, vt exortus cum occasu permisceatur, vt & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo videtur, necesse est omnia, quæ sunt, exoriri & occidere.* quæ omnia partim inficeta, partim portentosa, partim falsa, denique sic sex minimum locis ex membranarum fide interpolata, & in integrum restituta a me scribantur, tuque, Camerari amicissime, feliciter vale.

VII. *De eodem.*

VIII. *Adhuc de eod.*

IX.

X. *Quinquies, sexies eod. sub interpolatum.*

Igitur vertente se mundo per vtrosque polos & axem, quem supra dimensionem sphæra diximus esse, & ita sphæra collocata, vt vnus polus semper sit supra terram, alter nunquam exoriatur. Necesse est Arctos quoque & reliqua corpora, quæ sunt in arctico circulo, nunquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, eo, quod inferiora sunt eo circulo, quem nunquam occidere diximus. Id enim posse fieri hac edocet caussa: Videmus caput extremum draconis, quod maxime Arcticum extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere, vt exortus cum occasu permisceatur,&c.

EPISTOLA LXI.

Franc. Modius Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, amplissimo & splendidissimo Equiti Franco S.

QVid bibliotheca tua Comburgensis omne genus libris tam veterib. & manu exaratis, qua typis descriptis instru-

ctissima mihi profuerit, prositque quotidie, Patrone amplissime, suo vt spero loco melius apparebit. nunc volui hæc ad te mittere, specimen eorum, quæ ex tuo veteri membranaceo codice in mythologiarum libris iis emendaui, qui hactenus pro Fulgentii Episcopi Carthaginensis, siue eius, cuius multa pietate & eruditione scripta ecclesiastica multa in manibus habentur, non recte circumlati, cusique passim sunt. cum constet ex eodem illo tuo antiquo libro, tribusque aliis venerandæ æque antiquitatis codicibus, quibus olim Louanii a Gemblacensibus, & nuper Coloniæ a Metropolitanæ ecclesiæ bibliothecæ præfectis, & Abbate Sigebergensi vsus sum, cum, inquam, ex his omnibus constet, neque diui Fulgentii eius, cuius scripta sacrá hodieque leguntur, quique Ruspensi ecclesiæ præfuit, & multa ab Arrianis passus fidei caussa eam sedem Asiatico exilio mutare coactus fuit, neque Carthaginensis, aut omnino alteriús vllius Episcopi has mythologias esse, sed nescio cuius Fabii Planciadis Fulgentii clarissimatus dignitate ornati, qui tamen eisdem fere cum Fulgentio Ruspensi Episcopo temporibus, & in eadem Africa vixerit. vt cum plenius a me differetur, cum huius auctoris opuscula vniuersa, ex parte nunquam hactenus cusa, ex amplissima tua bibliotheca cum publico communicabo. interea, vt dixi, hæc specimen tibi erunt nostræ in hoc qualicunque non inutili certe rei poeticæ & philosophiæ etiam studiosis auctore, bene an secus nauatæ operæ. Libro primo paulo post principium: *Licet mulierum verbalibus vndis & causidici cedant, nec Grammatici mutiant, Rhetor taceat, & clamorem praeco compescat, sola est, quæ modum imponat furentibus, licet Petronia subit Albutia, hac enim alludente, & Plautina satyra dominatus obdormit, &* Sulpicill*a Au*s*oniana loquacitas deperit, Salustianaq; symphonia, quamuis præsens sit cantilena, melos cantandi raucescit.* Hercules alexicace tuam fidem, quæ hæc monstra verborum? quæ est ista symphonia Salustiana; aut præsens cantilena? disco reponendum ex m. s. libri huc ducente nexu literarum, & historiæ veritate: *& Plautina Saurea dominatus obdormit, & Sulpicilla Ausoniana loquacitas deperit, Salustianaque Sempronia quamuis præsens sit Catilina, melos cantandi raucescit.* Sauream Plautus inducit imperiosum atriensem, dotalem seruum, cui plus esset in manu, quam patrifamilias, qui dote accepta libertatem vendiderat. in hoc ludere, & memoria lapsus videri potest Planciades, vt seruum muliebri impotentia & loquacitate seruam hic induceret. reliqua ita sunt certa, vt certius non sit meridie lucere, vt vel ex his Salustii verbis liquet: *Sed in his* (confœderatis Catilinæ puta) *erat Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat. hæc mulier genere atque forma, præterea viro, atq; liberis satis fortunata fuit, literis Græcis &*

I. Fulgentius Mythologiarum lib. I. semel & iterum emaculatus præfatione.

cis & Latinis docta, psallere, saltare elegantius, quam necesse est probæ: multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt. sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. pecuniæ, an famæ minus parceret, haud facile discerneres. lubidine sic accensa, vt sæpius peteret viros, quam peteretur. sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cædis conscia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum mouere, sermone vti vel modesto, vel molli, vel procaci: prorsus multæ facetiæ multusque lepos inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilominus, &c. facit & alibi vt Catilinæ, eiusque partium & coniurationis studiosæ Semproniæ Salustius, sed hæc hoc loco ad nostræ emendationis confirmationem adduxisse sufficiat: sequitur statim in Planciade: *Musæ enim læuâ sarciebant alteinsecus dua, quarum dexterior verecunda quadam maiestate subnixa elata frontis Polymnia argenteis astrorum purgauerat margaritis, cuius phaleratum exoticis diadema carbunculis corniculata luna sinuatio deprimebat, ac cœrulanti peplo circumlita hyalina cauitatem sphæra ossio fastigatum sigillo versabat.* curiosa satis descriptio, sed in qua librarii multipliciter accusandi, qui tam fœde elegantiam eius contaminarint quam nos pristino ex veteri libro, coniectura nostra leuiter adiuto, sic restituendam censebamus: *Musæ autem læuâ sarciebant alteinsecus dua. Quarum dexterior verecunda quadam maiestate subnixa, elata frontis polimnia argenteis astrorum crispauerat margaritis, cuius phaleratum exoticis diadema carbunculis corniculata luna sinuatio deprimebat, hæc cœrulantis rutilum caput peplo circumlita hyalina cauitatem sphæra osseo fastigans sigillo versabat.* scripsi: *polimnia* pro *Polyimnia*, de sola contectura fateor, sed cum præcesserit: *ergo erunt nobis Philosophia atque Vrania adiutrices operis.* ita enim ibi quoque legendum inducta voce, *cœlestis*, quæ a glossemate est. viderem que hic non de Polyimnia sed Vrania sermonem esse, deprehendere visus sum fontem erroris in eo esse, quod cum Musarum mentio præcesserit exscriptores notam sibi in eis Polyimniam hic notari putauerint: male quidem, & quomodo si legatur, nullus erit sensus; sed hæc non faciunt ipsorum sapientiæ. reliqua pure putè ita in optimo tuo codice, amplissime Neuslettere, descripta leguntur, quemadmodum a me hic elegantissima sane emendatione interpolata sunt.

II. Ibid. supplenta lacuna bis ter correctum.

III. Adhuc ibid.

IV. Et quartò item bis, ter.

Post pauca omnino verba: *Lenis eo nos lateris refugo quodam contemplatu secretior, humanos intuitus velamine quodam arcano vitabat, huius ninguida canis albicantibus nitebat cæsaries, vtrumque crispato multiplici supercilio rancidum se quiddam conspere premittebat. Tardior incessus erat, & ipsa ponderationis granitudine venerandus. Tunc Calliope promissam loquacitatis in-*

gressa, his te, inquit, Fulgenti tutricibus spoponderam largiturum. hic admoneo primum admonitus ipse ante a libro scripto, *conspicere* pro *censopire* legendum. sic enim iterum, sic sæpius Fulgentius loquitur, deinde postrema ex eodem libro ita emendo. *His te, inquit, Fulgenti, ducticium spoponderam me largiturum.* De Perseo & Gorgone: *Denique & Atlantis regnum inuadens, quasi per Gorgonis caput, id est, per substantiam eius eum in montem fugere compulit.* vberior est codicis tui scriptura, amplissime patrone. *Denique pugnando cum Medusa, & vincendo animosior factus etiam Atlantis regnum inuadens, id est, per substantiā eius cū in monte fugere compulit.* Mox de iisdem: *Hos ergo terrores Perseus adiuuante sapientia interfecit.* suppleatur & hic locus ex membranis: *Hos ergo terrores Perseus adiuuante Minerua, id est, virtus adiuuante ipsa sapientia interfecit.* sed iam nunc hinc ad librum secundum transeamus & illum quoque saltuatim peruagemur carptimque notemus ac primo quidem de Iunone ista: *huius quoque in tutelam ponunt pauum, quod omnis vita potentia perax in adspectum sui semper quærat ornatum. Sicut enim pauus stellatum cauda curuamen concauans anterius faciem ornat, posteriora que turpiter nudat. Vnde & Theophrastus, &c.* emendandum & supplendum ex membranis: *huius quoque in tutela ponunt pauum, quod omnis vita potentia petax in aspectum sui semper quærat ornatum. Sicut enim pauus stellatum caudæ curuamen concauans anterius faciem ornat, posteriora turpiter denudat: ita diuitiarum gloriaque appetitus momentaliter ornat, postremo tamen nudat. Vnde &, &c.* De Veneris adulterio: *Primam Pasiphaen* (enumerat Solis filias a Venere variis & fœdis libidinibus omnibus exagitatas, in vindictam detecti sui ab eo cum Marte, Vulcano adulterii) *vt visum, quasi Πασιφανῆ quod nos latine omnibus apparentem dicimus. Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, quia & eū, qui clamat, videt. & palpando notat, & degustando aspicit, & odorando intendit. Secundam Medeam quasi auditum, hoc est, μηδὲν ἰδέαν, quod nos Latine nullam visionem dicimus. quarta Phaeta quasi odoratus, velut si dicatur φέρων ἡδὺ, quasi afferens suauitatem. Quinta Dirce, &c.* ecce & tertiam omittit Solis filiam, & falsissimum est quod ait visum palpando, degustando, odorando res notare. quare hic quoque emendetur audacter insigni lacuna ex membranis optimis totiens iam mihi laudatis suppleta: *Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, quia & eum, qui clamat, videt, & palpanda notat, & degustanda inspicit, & odoranda intendit. Secundam Medeam, quasi auditum, hoc est μηδὲν ἰδέαν, quod nos Latine nullam visionem dicimus. Tertiam Circen, id est, tactum, quasi diceret Græci χειρῶν κρίσιν, quod nos Latine manuum iudicium dicimus. Quartam Phaetam quasi odoratum, velut si dicatur*

V. De Perseo & Gorgone insignis lacunæ suppleta.

VI. Alia ibidem lacuna suppleta.

VII. Lib. II. De Iunone item suppletus & emendatus.

VIII. Adulterio Veneris. præcipuus defectus impletus variq; & sæpius emendatus.

catur φίλων ἡδὺν, id est, afferens suauitatem. Quintam Dircen sapore indicem, quasi διευγευστὴν. quod nos Latine acre iudicans dicimus. possem hic finem facere, amplissime Patrone, te rebus alioqui quam maxime arduis nunquam non occupatissimum his minutiis interpellandi, nisi idem, qui negotiorum tuorum molem non ignoro, hoc quoque scirem, non aliud te fere ab iisdem indulgere tibi laxamentum, quam literatas has & de literis literas, consideremque te magnam sane, pro incredibili ista tua & perpetua erga hæc studia beneuolentia, voluptatem capturum, cum scriptori non malo & in suo genere pene vnico eorum saltem, qui ad nos perdurarunt, tot locis manco, mutilo, lacero, vitioso, per me ex tuo myropolio medicinam factam intelliges. ex quo, fretus iis, quæ dixi, etiam tria quatuor alia eiusdem loca misere luxata obligare, & pristino, quod potest, restituere, atque hic subtexere non verebor. De Scylla: *hanc etiam Vlysses innocuus transit, quia libidinem sapientia contemnit.* his verbis, quæ sunt extrema huius de Scylla capitis in libris omnibus cusis subiungantur ista ex manu exarato: *Vnde & vxorem habere dicitur Penelopen castissimam: quod omnis castitas sapientia coniungatur.* miror vbi oculos mentemque habuerint, qui tot & talia bono Planciadi vulnera inflixerunt, qui miserum membris suis tam crudeliter mutilarunt: certumque est, aut illos minus peritos libros veteres tractandi fuisse, aut quod credere malo, libris non perinde probis vsos esse. sed redeo ad ista intricatissima de Cygno & Leda: *Qualis enim, inquit diuinitas eius, quæsit, quod esse velit, ne quidem quod fuerat, esset, conuersus in cygnum cum Leda concubuit.* Ariadne tuum filum vt ex hoc labiryntho me extricem. sed hoc aut membranæ commodabunt, aut nemo dabit. & commodant profecto membranæ, in quibus est: *Qualis enim diuinitas, qua quærit, quod esse velit, ne, quod fuerat, esset? Iupiter conuersus, &c.* Adhuc de iisdem: *ex hoc ouo generantur tres, Castor, Pollux & Helena. Nihilominus seminarium scandali & discordia, sicut antea diximus, & geminum luctum concussit adultera mundo.* corrigendum ex aureolis istis scidis: *ex hoc ouo generantur tres, Castor, Pollux & Helena. Helena ponitur quasi seminarium scandali & discordia, sicut antea diximus.*

IX. De Scylla. hia. us non paruus impletus.

X. De Cygno & Leda emendatur.

XI. Ibidem semel & iterum interpolatus.

Quæ geminum luctu concussit alterutra mundum.

geminus mundus est, Asia & Europa scilicet, quarum illa fuit communis Erynnis. Libro tertio de Berecynthia & Atti: *& quia populos subdere cupiebant, & sole super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam, &c.* interseratur ex membranis vnde hoc nomen apud Romanos inuenerint, ita scribendo: *Ideo & apud Romanos Indigetes, quasi nihil indigentes. Ergo, &c.* Rursum de iisd. *Ideo*

XII. Lib. III. de Berecynthia & Atti lacuna suppleta.

XIII. Ibidem alia lacuna item suppleta.

leonum currui præsidens, quia omnis potentia regno ornata sit. Sceptrum etiam fert, &c. Ratio sibi non constat, sed veriorem accipe ex veteri libro: *Ideo leonum currui præsidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur. Ideo multiplici veste quod omnis potentia ornata sit. Sceptrum etiam fert, &c.*

XIV. De Psyche & Cupidine tres quatuor lacunæ suppletæ præter sex admodum menda sublata.

In lepida illa Psyches & Cupidinis historia: *Ciuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem & reginam vel Deum & materiam posuerunt, quibus tres addunt, carnem vltronietatem quam libertatem arbitrii dicimus, & animam, ψυχὴ enim Græce anima dicitur, quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inclytam esse dicebant. Hanc igitur ideo pulcriorem, quod & libertate superior, & carne nobilior, huic inuidet Venus, quasi libido, ad quam perdendam cupidinem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in coniunctionem miscetur, quam persuadet ne suam faciem videat, id est, cupiditatis delectamenta discat, vnde & Adam quamuis videat nudum se, non videt, donec de concupiscentiæ arbore comedat. Nunc suis sororibus, id est, carni, & libertati sua forma curiositate perdiscenda consentiat, sed illarum compulsamento perterita, lucernam de submodio eiecit, id est, desideriis flammam in pectore absconsam depalat, visam taliter dulcem amat, ac diligit, quam ideo lucerna ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni confingit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata, ex potenti fortuna exuitur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos quia longum est, vt diximus, omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi. Si quis vero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostra expositionis materia, quæ non diximus, ipse reliqua cognoscat.* Insignis plane locus, sed turpiter admodum contaminatus, in cuius tamen nos tibi, amplissime patrone, restitutione, qua potuit, vendidaturi non sumus. etsi enim in eo, præter quatuor lacunas suppletas, & sex non contemnendas, planeque ad sensum necessarias interpolationes ex manuscripto libro, nostra industria adiuto, adhibitas, alia quædam ad concinnitatem facientia notauerimus, malumus tamen singula iudicio tuo singulari comprobari & æstimari quam nostra prædicatione illustriora videri, huncque huius epistolæ modum, ne nominis nostri ipsi obliti forte existimemur, hic statuimus, vbi ita quæque emaculanda, & in pristinum restituenda censemus: *Ciuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem & reginam velut Deum & materiam posuerunt, quibus tres filias addunt, id est, carnem, vltronietatem, quam libertatem arbitrii dicimus, & animam. ψυχὴ enim Græce anima dicitur. quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inditam esse animam dicebant. Hanc ideo pulcriorem quod ea & libertate superior & carne nobilior.*

lior. Huic inuidet Venus, quasi libido, ad quam perdendam cupiditatem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in coniunctionem miscetur. Cui persuadet, ne suam faciem videat, id est, cupiditatis delectamenta discat, vnde & Adam, quamuis videat nudum se, non videt, donec de concupiscentiæ arbore comedat. Iubet ergo Cupido, ne Psyche suis sororibus, id est, carni, & libertati de sua formæ curiositate perdiscenda consentiat: sed illarum compulsamento perciti, lucernam de submodio eiecit, id est, desiderii flammam in pectore absconsam depelat, taliterque visam cupiditatem amat, ac diligit. quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescet, & peccatricem carni sua configit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata, & potenti virtute priuatur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos, quia longum est, vt dixi, omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi. Si quis vero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostra expositionis materia quæ non diximus, reliqua consentire cognoscat. Vale, Patrone benignissime.

EPISTOLA LXII.

Franc. Modius Ioanni Metello IC. S. Coloniam Agrippinam.

QVæ de Plinio Antonii Vaccæ, opera Io. Baptistæ Pii, antiquarii, Beroaldi discipuli cum cura emendato; itemque quæ de illo, quem fuisse ais Episcopi Monspessulani, Francisci Gallæ regis ad Venetos quondam legati, amice suggeris, clarissime Metelle, ingenti me, videndi saltem vtriusque incendere desiderio. sed vt ego vereor, frustra plane. nam & illi mihi ignoti sunt, & vt non sint, non temere a se quoquam tanto studio conquisitos & diu conseruatos libros amittent, nedum tam longe. de Antonio Augustino Episcopo Tarraconensi facilior res fuerit, modo tu ne nolueris, quem scio hic mihi commodare posse vt neminem alium, & vt commodes, vel literarum & communium studiorum caussa, hac epistola te rogatum & admonitum volo, quod in exscriptores notarum, aut m.ss. codicum ad cuius collatores erogabitur, hoc omne ego præstabo, vtque Plinio vacem totus, vbi hæc & similia adiumenta tua, tuique similium, hoc est, eruditissimorum & fama celeberrimorum virorum opera vndique conquisiero, quidquid in alios scriptores obseruaui, nunc iam in Nouantiquas has coniiciam, de quibus ante alios hæc tu examinabis: I.

Fama est (inquit Silius) *intactas longæui ab origine Fauni Creuisse in medium, &c.* *Silius emendatus lib. XIIII. versu XXCVI.*

nihil Fauno cum Peronia, de cuius templo, & luco hic sermo est. ideoque non dubitabis mecum hic extrita vna litera legere:

longaui ab origine fani. quod poetice a Silio dictum est, antiquitatem templi, quæ venerationem augere solet, designare volente. Virgil.

II. *Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.*

Versu XXXVI. sed & ante, versu puta 76. plane legendum est; *dextras iungamus inermes.* non, vt in editionibus est:

——*dextras iungamus inertes.*

III. *Versu CLV.* sunt enim Diomedis ad Æneam verba, bellum vlterius cum Troiani: deprecantis. Versu 155.

Praeuetitum capiti pœna committere Martem
Sponte viris, &c.

corrupta elegans a sciolis scriptura, quæ erat:

Praeuetitum namq; & capital committere Martem
Sponte viris, &c.

verba sunt de more illo castrensi Romanorum, quo miles extra ordinem cum hoste prouocante etiam, iniussu Imperatoris depugnare vetabatur capitis sui periculo.

IV. *Versu CLXXI.* Mox:

Nec Rutulus leuior cedentis perdere terga.

scribo:

——*cedentis prendere terga.*

quod valet, comprehendere, inhærere tergis.

V. *Versu CCLXVII.* Iterum mox:

Hoc mihi poscendi vigor affuit, alter vt æquus
Portaret fasces nostro de nomine consul.

sunt verba Virrii, qui alterum Romæ Capuanum consulem constitui postulauerat; sed quæ tum demum recta erunt, cum isto modo legentur:

Nec mihi poscendi vigor afuit, alter vt æquos
Portaret fasces nostro de nomine consul.

VI. *Versu CCXCV. suppletus & correctus.* Versu 295.

Virrius interea dum penetrare medullas
Exitio, ascenditq; pyram, atq; amplexibus haret.
Iungere tum fata, & subici iubet ocyus ignes.

quem locum & mutilum, & vitiosum ita corrigi optarim:

Virrius interea dum dat penetrare medullas
Exitio, ascenditq; pyram, atq; amplexibus haret
Iungentum fata, & subici iubet ocyus ignes.

iungentes fata eos dicit, qui se cum Virrio morte spontanea imminenti sibi a Romanis supplicio subduxerunt. Statim:

VII. *Versu CCCXIIX.*

Ne flammam tædasq; velint, ne templa sub vno
In cinerem transisse rogo.

puto rectum & germanum esse:

——*sub vno*
In cinerem traxisse rogo.

Rursum

Rursum statim: VIII. *Versu* CCCXXI. *bis emaculatus.*

Cingit acuta comas & opaca tempora pinus,
Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte.
Stant aures, somneq; cadit barba hispida mento.

probo scriptam lectionem:

Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus,
Ac paruæ erumpunt rubicunda cornua fronte,
Stant aures, imoq; cadit barba hispida mento.

sed & versu vndecimo pro *& perfulsit* (aut, vt alii corrigunt, *præfulsit*) *corda furentium*, melius in libris scriptis est: *& permulsit corda furentium.* Vt & versu 365. IX. *Versu* CCCXLIII. X. *Versu* CCCLXV.

Tempora murali cinctus turrita corona.

pro inepto illo vulgo vulgato:

Tempora murali cincti turrita corona, & c.

de vno enim Milone sermo est.

Versu 368. XI. *Versu* CCCLXVIII. *bis ter interpolatus.*

Hic atrox virtus (nec enim occuluisse probatum
Spectatum vel in hoste decus) clamore feroci
Taurea, tune, inquit, ferro spoliabis inultus
Te maiorem animam, & iusso lictore recisa
Ignaues cadet ante pedes fortissima ceruix?
Haud vnquam hoc nobis dederit Deus:

concludo epistolam, Metelle, aioque venustius esse in membranaceis scidis:

Hic atrox virtus (nec enim occuluisse probarim
Spectatum vel in hoste decus) clamore feroci
Taurea tune, inquit, ferro spoliabis inultus
Te maiorem animam, & iusso lictore recisa
Ignauos cadet ante pedes fortissima ceruix?
Haud vnquam hoc vobis dederit Deus. Vale.

EPISTOLA LXIII.

Franc. Modius Gregorio Bersmanno S.

Virgilium & Ouidium poetarum facile principes a te nuper, Bersmanne eruditissime, editos, non tantum cum voluptate, sed etiam quod sentio & lubenter profiteor, non sine fructu aliquo percurri. facerent Dii, vt multę variorum scriptorum editiones, quæ nunc certatim prodeunt, nouas subinde emendationes, animaduersiones, recognitiones, recensiones, explicationes, illustrationes, & quid nō titulis & frōtispicio mentientes, aliquid saltem simile haberent, eorumque auctores in tuis vestigiis pedem fixissent. plus haud dubie sanguinis & succi haberent. neque ieiunis quibusdam sæpe ēt in triuio natis nōtationib. & ipsos sese multi, & totū hoc cōmentandi genus traducerent. de quo quidā ita sentire solent, nihil esse co inanius,

pullumque omnino studium inueniri, in quo se ingenia hominum exerceant, ex quo pauciores ad vitam communem fructus peruenient. & est prope, vt illis assentiam, quotiens ostentatorum quorundam, omnia ad ambitionem suam, nihil ad re.p. literariæ vtilitatem referentium, personatas nugas inspicio: verum simul ab iis ad paucos quidem, sed tamen non omnino nullos, in quibus & tu, Bersmanne, oculos animumque conuerti, longe alia mihi mens est. esset & illis opinor criticis nostris, de quibus modo dixi, nisi cum forte in ventosos quosdam nuguendulos incidissent, damnato protinus toto hoc scriptionis genere, deinceps a similibus libris abstinendum sibi statuissent, atque ita bonos malosque iuxta abhorrentes, quicquid correctionem aliquam præ se ferret, etiamsi ceteroqui vtilissimum, sæpe etiam ad pleniorem aut linguæ Latinæ, aut certe rerum, disciplinarumque cognitionem necessarium, longe a sese segregassent. de quo ipsi viderint, ego ad te redeo, cui hac epistola paucas omnino (vt enim plures non possim, tua industria factum est) in Ouidii Fastorum libros notas, easque leuiusculas. sed tamen de quibus silendum mihi non existimarem, communicare decreui. Lib. II. Versu 215.

I. *Ouidius Fastorum lib. II. versu CCXV. notatus.*

Campus erat, campi claudebant vltima colles,
Syluaq; montanas occulere apta feras.

referunt membranæ collegii Laurentiani apud Agrippinates:

Syluaq; montanas occulere alta feras.

& probo. sequitur enim:

Cetera virgultis abdita turba latet.

certo vt constet, de cædua poetam loqui, quæ in eam altitudinem excrescere solet, quæ tegendis insidiis satis quidem sit, non tamen ad eam accedat, quæ in ineiduis conspicitur. talis est & ille apud Salustium bello Iugurthino locus: *Cum interim Metellus ignarus hostium monte degrediens cum exercitu conspicatur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet (nam inter virgulta equi, Numidæq; consederant, neq; plane occultati humilitate arborum, & tamen, quidnam essent incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi, atq; signa militaria obscurati) dein breui cognitis insidiis, paulisper agmen stitit.* Versu 395 de Romulo & Remo exponi iussis:

II. *Versu CCCXCV.*

Ah quam sunt similes! ah quam formosus vterq;!
Plus tamen ex istis iste vigoris habet.
Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem e vobis suspicor esse Deum.

non putabam spernendam lectionem codicis Laurentiani: *Plus tamen ex illis iste vigoris habet.* & rursum: *Nescio quem in vobis suspicor esse Deum.* vt sit phrasis germana isti Belgicæ nostræ: *daer stecks een man in*, qua vtimur, quotiens significare volumus

lumus puerum aliquem virum magnum & cordatum aliquando daturum Lib. 1. (saltuatim enim nunc hæc nunc illa carpo, prout sub manum mihi veniunt) versu 345. III. Lib. 1 versu CCCXLV.

Si quis erat factis prati de flore coronis

Qui posset vino addere, dives erat.

m ss. referunt partim *fractis* partim *flexis*. vnde suspicabar an sic legendum *flexis* aut potius *plexis*, de quo coronarum genere Plinius, alii. Eodem lib. versu 395. IV. Versu CCCXCV.

Dii quoque cultores in idem venere Lyæi,

Et quicunque loci non alienus erat.

notasti tu haberi in aliis libris Bersmanne, *ioci* pro *loci*. ego moneo in Laurentiano alia syntaxi, & sententia legi:

Et quicunque mero non alienus erat. Cicero de diuinatione: *Nec hoc Dii alienum ducunt maiestate sua.*

In eodem Laurentiano erat versu ab hoc octauo: V. Versu CCCCIII.

Et Miscenda parce riuus agebat aquas.

non *large*. & videtur sane illud tum vinosissimis Diis Semideisque tum Bacchi festo, tum denique ipsi riuo non male conuenire. sed & versu rursus ab hoc quinto est in nostro: VI. Versu CCCCVIII.

——— *vestem trahit illa per herbas.*

non *vestes* quod nescio quomodo minus placet,

Redeo ad lib. II. vers. 291. VII. Rursus lib. II. versu CCXCI.

Vita feris similis nullis agitata per vsus,

Artis adhuc expers & rude vulgus erat.

quid si Colonienses membranas secuti: *Vita fera similis nullos agitata per vsus. Artis adhuc expers & rude vulgus erat* legamus, Bersmanne? mihi sane non parum venustius hoc videtur, & ad sententiam aptius. Quin versu 339. malim: VIII. Versu CCCXXXIX.

Caussa repertore vinis pia sacra parabant,

cum scripto codice, quam cum editis: *quia sacra parabant.*

Versu 471. IX. Versu CCCCLXXI.

Nec mora prosiluit, pisces subiere gemelli,

Pro quo nunc cernis sydera numen habent.

legis tu, Bersmanne:

Pro quo nunc cernis sydera nomen habent. aut:

Pro quo quæ cernis sydera nomen habent.

& optime quidem, non dissimulabo tamen nostri libri lectionem, quæ est:

Pro quo nunc dignum sydera munus habent.

vt alia sententia dicantur pisces hi gemelli facto suo inter sydera collocari meruisse. Versu 585. X. Versu IↃXXXV.

Iuppiter immodico Iuturnæ captus amore, &c.

magis impense placet, quod repræsentant veteres membranæ:

Iuppiter indomito Iuturnæ captus amore.

XI. sic enim apud Plautum memini aliquotiens hanc vocem positam. Versu 739.

Versu DCCXXXIX. *Ecce nurum regis fusis per colla coronis*
Inveniunt posito pervigilare mero.

nihil caussae dico cur non illud *coronis* & probum sit, & quale est habeatur. tantum aio non minus convenienter fortasse esse in Coloniensi libro: *fusis per colla capillis.* morem enim hunc videor ex Apuleio observasse, ut in vino mulieres comas solverent. de qua re alibi. Versu 801.

XII. Versu DCCCI. *Quid faciat? pugnet? vincetur foemina pugnans.*
Clamet? at in dextra, qui vetet, ensis erat.
Effugiat? positis urgentur pectora palmis, &c.

ego existimabam non negligendum, quod in libro nostro manu exarato erat:

Quid faciat? pugnet? vincetur foemina pugna.
Clamet? at in dextra, qui vetat, ensis adest
Effugiat? positis urgetur pectora palmis, &c.

XIII. Versu DCCCVII. probo etiam statim: *Eripiam dixit per crimina vitam.* quomodo & tu, Bersmanne, testatis in libris tuis legi & nostri referunt. mors enim castissimum pectus non movisset, nisi infamiam ex falsi sceleris insimulatione, quam Tarquinius minabatur, comitem habitura fuisset.

XIV. Versu ultimo. Versu ultimo etiam huius libri ut cum eo aliquando epistolam concludam. Malim:

Naviget hic alia iam mihi linter aqua.

quam vulgatum illud:

Naviget hinc alia iam mihi linter aqua.

quod mihi ab iis videtur, qui lintrem foemineam tantum vocem male crediderunt, cum masculini etiam generis Propertius & Tibullus auctoritate sua eam faciant, quos secutus, ut in multis aliis, Ovidius. Vale.

EPISTOLA LXIV.

Franc. Modius Suffrido Petro IC. S. Coloniam Agrippinam.

PEramanter facis, Suffride optime, quod ea facilitate, qua pauci alioqui solent, codicem Plinianum, qui per manus eruditissimi Cornelii Valerii a magno illo Nannio ad te testamento pervenit, nobiscum communicas. itaque vicissim a nobis opera dabitur, quod poteris, sedulo suo loco, ne grati hominis officio ulla in parte defuisse videamur. &, cum multum nos doctissimorum virorum Nannii & Valerii observationibus in Pliniana recognitione adiutum iri speremus, candide ubique eum, per quem didicerimus ac profecerimus, ac fide plane Romana etiam profitebimur quare & tibi nil gratius, & mihi nihil convenientius posse fieri iudico. hodie eram in his Silii locis notandis:

Atq; hac e multis carpsit mollissima mensa
Facta antiqua virum, placidas quæ mulceat aures
Argolicis quondam populis mirabile, &c.

illegitimus est haud dubie versus medius. quoque magis credas, in membranis nullus comparet. putabat sciolus, qui illum huc intrusit, deesse aliquid ad sensum. sed frustra est.

I. Silius lib. XI. vers. CCCCXL. sublato versu uno in pristinum restitutus.

Post multa:

Ægatibus, ille & seruilia fœdera larga
Vltus ea le diis, non plus optasse liberet
Quantum concessit dexter Deus, altera iam lux
Si redeat, populis, certe sis omnibus vna
Tum Carthago caput.

II. Versu IƆXXIX.

legere malim cum m.s.

——non plus optasse liberet
Quam tum concessit dexter Deus, altera iam lux
Si talis redeat, populis sis omnibus vna
Tum Carthago caput.

certe illud mirarer, vnde huc irrepserit, nisi temeritatem correctorum notam nimis haberem. sequitur:

III. Versu IƆXLVII. & deinceps ter, quater interpolatus.

Iamq; tibi dextras, inceptaq; nostra probamus,
Iam fas Dardanio me non seruire colono,
Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Inuidia, nigroq; vndantia pectora felle
Tandem tot titulis totq; exornata trophæis
Infelix muta: dextra hac, en, dextera, quam tu
Æneadis lacerare dabas, & litora & amnes
Et stagna & lates impleuit sanguine campos.
Hac Mago, atq; animos fauor haud obscurus habebat,
Cui simul inuidia atq; ira stimulantibus Hanno,
Talia vesani iuuenis conuicia miror
Haud equidem tumet ingenio fraternaq; corda
Non tarde agnoscas, & viruis futile lingua.
Qui ne mutatum vanis absistere credas
Nunc pacem orandam, nunc, &c.

non commendabo emendationem huius loci verbis, tantum aio totum eum ex membranis ita legendum:

Iamne tibi dextras, inceptaq; nostra probamus,
Iam fas Dardanio me non seruire Colono,
Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Inuidia, nigroq; vndantia pectora felle
Tandem tot titulis, totq; exorata trophæis
Infelix muta: dextra en, dextera quam tu
Æneadis lacerare dabas, & litora, & amnes
Et stagna & lates impleuit sanguine campos.
Hac Mago. atq; animos fauor haud obscurus habebat.

Cui simul inuidia atq; ira stimulantibus Hanno,
Talia vesani iuuenis conuicia miror
Haud equidem tumet ingenio fraternaq; corda
Non tarde agnoscas, & virus futile lingua.
Qui ne mutatum vanis absistere credas
Nunc pacem orandum, nunc, &c.

cur quæque mutauerim, ita in aperto est, vt si pluribus eorum rationem reddere tentem, nugas agam, meoque ocio, & tua, Suffride, ac a te aliorum patientia abuti voluisse, merito in suspicionem venire possim. potius ista videbo in oratione Han-

IV. nibalis, militem suum iam Campanis deliciis eneruatum, ob-

Lib. XII. versu LXXV. semel & iterum emaculatus. iurgantis:

——non ibis, & arduus arma
Me ducente feres? tenet heu Cumanus hiantem
Agger adhuc, murusq; tenet Gracchumq; moueri
Non ausum portis, paruo in discrimine cerno.
A vobis gentes quacunq; labore parastis
Casu gesta putent? vos per Tyrrhena fauentum, &c.

verior & venustior longe hæc lectio est:

——non ibis & arduus arma
Me ducente feres? tenet heu Cumanus hiantem
Agger adhuc murusq; tenet, Gracchumq; moueri
Non ausum portis, paruo in discrimine cerno?
An vobis gentes, quacunq; labore parastis,
V. *Casu gesta putent? per vos Tyrrhena, &c.*

Vers. XXCIX. legendum & mox de Dædalo.

——cum regna timeret Dictæi regis.

VI non vt vulgo male est:

Vers. CXVIII. *——cum regna teneret D. r.*

& iterum mox:

——qua discidit æquor
Amphitryoniades armenti victor Iberi.

non:

——qua dispulit æquor
Amphitryoniades armenti vector Iberi.

VII. Ac rursum mox:

Vers. CXXXI. *Insonuere tubæ passim, clamorq; virorum,*
Hinnitusq;, simul litui, raucoq; tumultu Cornua.

non:

Tinnitusq; simul, litui raucoq; &c.

quod passim non recte hactenus obtinet. sed iam Suffride vale, charta me deficit.

EPI.

EPISTOLA LXV.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

VSus sum his diebus a Weidnero nostro Lucani manu exarato codice, non illo antiquissimo quidem & optimæ omnino notæ, sed tamen nec planæ etiam recentis scripturæ, aut nullius bonitatis, & ætatem quidem suam, quod raro solent membranacei libri, diserte ipse loquebatur, qua parte sub finem narrabat extremam sibi manum impositam anno CIƆ. CC. XVII. bonitatem ex eo cognoscas, quod præter emendationes Pulmannianas, quas plerasque referebat, nouas insuper quasdam mihi suppeditauit, ex quibus pauculas has tibi impensas habeto. Lib. III. versu 52. de Cæsare: I.

——um pectore curas Lucanus lib. III. vers. LII. correctus.
Expulit armorum, pacisq; intentus agebat,
Quoq; modo vanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum caussas, & summa fauoris
Annona momenta trahi. namq; asserit vrbes
Sola fames, &c.

plane lego:

Quoq; modo varios populi conciret amores.

qui enim bello vani populi amores, quos deditiones oppidorum & gentium fere subsequuntur? varii autem tum alias cum Virgilio Horatioque, tum hic inprimis recte dicentur, quod Cæsar animos hominum a Pompeio in se transferri posse sperarer, si quos idem Pōpeius deseruisset, & tantum non inopes prodidisset, hostique obiecisset, ipse commeatu, cuius caussa cum Romæ, tum alibi graues in populo motus sæpe fuere, affatim instruxisset. porro: *summa fauoris Annona momenta trahi.* ita dixit, quemadmodum versu 338. *Non pondera rerum, non momenta sumus* ex persona Massiliensium, id est, non in nobis vertitur cardo rerum. Demosthenes dixerat: τὰ πράγματα τῶν Ἑλλήνων, quod Cicero vertit, fortunæ Græciæ. Isocrates autem cum dicere vellet, non in his positum est rerum momentum: οὐ παρὰ ταῦτ' ἐστιν, dixit in Nicocle. sed ad versum Lucani 101. de Cæsare vrbem ingrediente: II.

——non omnia ficta, Versu CI.
Non fictas læto voces simulare tumultu,
Vix odisse vacat.

fortasse, inquit optimus Pulmannus: *non omnia fausta.* & fortasse ita legendum. sed vellem addidisset omnino: *omina* pro *omnia* reponendum. accipiendumque de acclamationibus vulgi, quibus boni ominis reducem Imperatorem excipiebat. quales sunt illæ, quibus vita diuturna, & de hostibus victoria, no-

III. Verſ. CXXCI. ſiaque ad vetera & parta iam belli decora acceſſio optari conſueuit. Verſu 181.

Iam dilecta Ioui centenis venit in arma
Creta vetus populis, Cnoſſusq; agitare pharetras
Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

concinnior videtur lectio Weidneriana: *Gnoſſosq; agitare pharetras Docta.* vt de centum vrbibus principes duæ, Gnoſſos, & Gortyna nominatim hic recenſeantur. IV. Verſu CCXXVII. Verſu 227.

Mallos, & externa reſonant naualibus Ægæ.

amo Weidnerianam ſcripturam: *& extrema reſonant naualib. Ægæ.* ſunt plura huius nominis oppida; ſed eſt hoc, quo de hic agitur, in Cilicia in margine Pyrami amnis. videatur Plinius Nat. hiſt. lib. v. cap. xxvii. alii alibi. Verſu 277.

V. Verſu CCLXXVII.

Quaq; fretum torrens Mæotidos egerit vndas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis. lego:
Quaq; fretum torrens Mæotidas egerit vndas
Pontus. quo enim anguſtius fretum, eo maiore impetu indignata ſeſe cohiberi torrentis inſtar vnda ruit. agit autem hic de Cymmerio Boſphoro, cuius iterum lib. v. verſu 436. ſed glacie adſtricti ita meminit:

Sic ſtat iners Scythicas adſtringens Boſphorus vndas,
Cum glacie, retinente fretum non impulit Iſter,
Immenſumq; gelu tegitur mare, &c.

VI. Verſu CCCI. Verſu 301.

Phocais in dubiis auſa eſt ſeruare iuuentus
Non Graia leuitate fidem, ſignataq; iura,
Et cauſſas, non fata ſequi.

malo cum membranis noſtris: *ſacrataq; iura.* quam *ſignataque iura.* & cur malim facit alter Silii locus in hæc verba: *Sacrata gens clara fide, quam riſe fatentur Marte ſatam populi ferro parere ſubacti.* arbitror enim ad hos Lucani verſus reſpexiſſe Silium. Verſu 406.

VII. Verſu CCCCVI.

Si qua fidem meruit ſuperos mirata vetuſtas,
Illic & volucres metuunt inſiſtere ramis,
Et luſtris recubare feræ.

puſillum eſt hoc, ſed tamen rectius legetur:

Illis & volucres metuunt inſiſtere ramis,
Et luſtris recubare feræ.

EPISTOLA LXVI.

Franc. Modius Remberto Dodonæo nobili Med. S.

IActuram grauiſſimam fecerunt literæ, deceſſit Andreas Papius, & quidem, quod dolorem meum duplicat, morte violenta, quæ, vtpote nō ex natura, luctuoſiſſima merito habetur.

in iis enim, qui morbo aliquo tentati moriuntur, magnum ex necessitate ipsa solatium est. at in illis, quos inopinus casus aufert, hinc crescit dolor, quod potuisse diu viuere existimantur. Et Papium quidem natatu se exercentem Mosa fluuius absorpsit, ingressum iam annum ætatis suæ tricesimum; cum paulo ante suos de Musica libellos Plantino nostro excudendos typis misisset. qui, miram fati potentiam vide, eandem mox impressi, quam Papius ipse fortunam passi sunt, Rheno, dum Francofurtum mittuntur, mersi, & ex magna parte plane corrupti aquis. Fateor, mouit me huius iuuenis æqualis mei interitus nouo quodam more. amisi enim in eo studiorum meorum socium, rectorem, magistrum. viximus & dedimus simul iurisprudentiæ operam ante annos fere XI Duaci; ac postea Louanii, ac nunc nuper etiam in Vbiis per aliquammultas dierum hebdomadas, dum vtrique per aulica negotia licuit, assidue vna fuimus, & parabat tum iter ille in Hispanias, quod mihi longinquum videbatur. cogita, quomodo me affecerit nuntius de obitu eius, cuius desiderium ad tempus vix mihi laturus videbar. & adhibe amabo solatia; sed magna, sed noua, sed inaudita. ipse interea ab hac cogitatione me abducam, & ista notabo: versus Italici sunt:

Pila nouant, ac detersa rubigine sauus
Induitur ferro splendor, iuuenumq; reposta
Instaurant galea coni decus hasta iuuatur
Amento, renouantq; noua fornace bipennes.

I. *Silius lib. XV. versu XIIII. semel & iterum interpolatus.*

sed qui ita scribendi, si quidem recte scribantur:

Pila nouant, ac detersa rubigine sauus
Induitur ferro splendor, iuuenumq; reposta
Instaurant galea coni decus, hasta iuuatur
Amento, renouantq; noua fornace bipennes.

II. *Versu. XXXV.* *Virg.* In manibus Mars ipse viri & *Cæsar nescio quo loco.* *Virg.* Ante domandū ingentes tollunt animos.

Corrigenda & illa:

At patres quanquam exterrent immania cœpta,
Inq; sinu bellum, atq; Alpes & peruia saxa
Accepere, tamen crudam contra aspera mentem
Et magnos tollunt animos.

corrigenda inquam & hæc, scribendumque:

—— Alpes & peruia saxa
Decepere, &c.

in eo enim frustra fuerunt Romani, quod nunquam putabant fore, vt Hannibal tam celeriter Alpes superaret.

Sequitur:

III. *Vers. XXCII X.*

Iamq; sub extremum noctis fulgentibus vmbris
Lux aderat, &c.

lego, *fugientibus vmbris.* tale est Ouidii illud:

Qualia subiucent fugiente crepuscula Phœbo,

Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

IV. Pergit Silius:

Versu CCXXXVII. *Illa (hasta puta) volans patuli longe per inania campi,*

Lethum perdiderat spatio.

videtur reponendum:

Ictum perdiderat spatio.

V. Vt & ibi:

Versu CLXXIV. *At sonus extremo morientis fusus ab ore*

Fessa pererrauit mutis iam cornua labris.

flexa pro *fessa*, si quid libris scriptis credimus; qui iubent mox etiam inter istos versus:

VI. *Quantus Phlegrais telluris alumnus in aruis:*

Versu *Tantus semifero Chryxus sub pectore murmur*

CCLXXVII. *Torquet, &c.*

versus additus. hoc modo alium etiam inserere:

Quantus Phlegrais Telluris alumnus in aruis

Mouit signa Mimas, cœlumque exterruit armis:

Tantus semifero, &c.

de eodem Mimante mox idem Silius:

Apparet Prochyte saeuum sortita Mimanta, &c.

mitto enim te Dodonæ & valere iubeo.

EPISTOLA LXVII.

Franc. Modius Godeschalco Steuuechio S. Coloniam Agrippinam.

TEnuia pleraque omnia sunt, quæ his libris persequimur, Steuuechi, & quæ indigna adeo videri possint, quibus ego scribendis, legendis alii tempus terant. fateor, si aut ipse grauioribus rebus ita distringar, vt mihi huc descendere fas non sit; aut illi, quibus hæc a me scribuntur, non existimarent optime tum se tempus collocare, cum in simili genere ipsi quoque assidue aliquid legendo aut scribendo vitam transigunt. Nunc vero cum & iurisprudentiæ studia remissa nonnihil, quod hac fatali Belgicæ conuersione, vbi tuto & cum dignitate sua exerceantur, vix inueniant: & amplissimi viri D. Erasmi Neustetteri Patroni mei liberalitas otium mihi ad hæc faciat; illique quos hæc lecturos (si qui tamen legent) confidimus, ita soleant statuere, nihil in classicis illis, & quasi maiorum gentium scriptoribus tam exile posse occurrere, quod non cum cura a nobis considerari mereatur; futurum spero, vt, quam quisque eorum gratiam sibi in hoc genere fieri postulat, eam mihi quoque vicissim, vt iuris est, facere non grauetur. eaque spe fretus, mitto ad te, mi Godesschalce, hæc etiam ceteris similia, hoc est, non magnæ rei, sed tamen, vt arbitror, non omnino contemnenda, nisi si cui forte totum hoc commentandi genus contemnendum

dum videatur. Apud Censorinum est: *Quare cum dona pretiosa neque tibi per animi virtutem desint, nec mihi per rei tenuitatem supersint, quodcunque hoc libri est, meis opibus comparatum, Natalitii titulo tibi misi, in quo, non, vt plerisque mos est, aut hic aperta philosophia præcepta ad beate viuendum, quæ tibi scriberem mutuatus sum, &c.* In quibus, quæ est tandem illa, aperta philosophia aut a quo omnino? emendandum videtur ex corrupta membranarum scriptura, quæ est: *in quo, non vt plerisque mos est aut exhica parte, &c.* omnino, inquam, hinc legendum videtur: *in quo, non vt plerisque mos est, aut ex Ethica parte philosophiæ præcepta ad beate viuendum quæ tibi scriberem mutuatus sum.* scribo etiam statim iussu m.ss librorum: *quæ vel sapienter monentur, vel facunde prædicantur.* non vt vulgo est: *vel familiariter prædicantur.* sed pusillum hoc, illud momenti maioris, quod mox vt in editionibus exstat: *At quoniam a quo a die natali initium sumit, suntque ante hunc diem multa, quæ ad hominum pertinent originem, non alienum videtur de his dicere prius, quæ sunt naturæ propriora.* legendum plane est ex membranarum auctoritate: *non alienum videtur de his prius dicere, quæ sunt naturæ priora.* Sequitur: *alii homines semper fuisse, nec vnquam nisi ex hominibus natos, atque eorum gratia caput exordiumque nullum exstitisse arbitrati sunt, alii vero, &c.* vbi corrige meo periculo, sed hoc veterum librorum: *atque eorum generi caput exordiumque nullum exstitisse.* Post pauca: *Nam vt omittam, quod fabulares poetarum historiæ ferunt, homines primos aut Promethei molli luto esse formatos, aut Deucalionis Pyrrhæque duris lapidibus esse natos: Virg.*

Hinc lapides Pyrrha iactos Saturnia regna.

& alibi: Quo tempore primum Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati durum genus. Quidam ex ipsis sapientiæ professoribus nescio an magis monstrosas, &c. legendum omissis verbis mediis, qui non a Censorino, sed a glossatore aliquo in margine libri primum adscripti, in contextum postea a negligentibus librariis recepti sunt: *Nam vt omittam, quod fabulares poetarum historiæ ferunt, homines primos aut Promethei molli luto esse formatos, aut Deucalionis Pyrrhæque duris lapidibus esse natos, quidam ex ipsis sapientiæ professoribus nescio an magis monstrosas, certe non minus incredibiles rationum suarum proferunt opiniones.* Iterum post pauca: *Empedocles autem egregio suo carmine, quod huiusmodi prædicat esse Lucretius, vt vix humana videatur stirpe creatus, tale quiddam confirmat, primo membra singula ex terra quasi prægnante passim edita, deinde coiisse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam.* quibus postremis nihil est, si ita legantur, vt modo illa posui, inepti us, nihil, si veram ponam, elegantius: *Primo*

I. Censorinus de die Nat. li cap. I. emaculatus.

II. Ibidem.

III. Cap. II.

IV. Cap. III.

V. Eodem cap.

VI. Adhuc cap. III.

membra singula ex terra quasi prægnante passim edita, deinde coisse & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam. Sed iam vale, amicissime Godeschalce. hæc enim, si bona sunt, satis esse arbitror multa: si mala, nimia etiam:

EPISTOLA LXIX.

Franc. Modius Arnoldo Manlio M. S.

FRequens fuit his diebus nobis tui mentio. & credo omnino aures tibi tinniisse. multum enim & diu disputatum inter nos est de terræ Lemniæ, & quam sigillatam vocant, natura, ac viribus, in quibus hæc cum illa conueniat, in quibus dissimilis sit. qua de re tu olim Constantinopoli dum ibidem cum Rimio Cæs. Mai. legato versareris, diligentissime & exactissime scripsisse dicebaris ad Cratonem, qui eam Epistolam cum multis nobilissimis Medicis, & in iis Ioachimo I.F. Camerario postea communicauit: confirmante mihi non semel eodem Camerario, nihil se in hoc genere maiore cura & studio scriptum vidisse. magna sane cum voluptate mea. qui ista audiens, non minus lætabar, pro ea, quæ mihi tecum est amicitia, laudari te a tam laudatis, & toto terrarum orbe celebribus viris, quam si ad me ea res pertinuisset. Nunc digresso Camerario, aliisque, qui iucundissime hebdomadas ferme tres nobiscum hic versati sunt, redii ad nugas meas, de quibus tibi ista mitto. Martiæ Reguli lib. VI. Silii Italici ad Marum viri quondam in expeditionibus bellicis comitem, nunc filium eius post Hannibalis ad Thrasimenum contra Romanos victoriam grauiter læsum reducentem, hæc verba sunt:

I. *Silius lib. VI. ver. IↃLXXIX semel & iterum interpolatus.*

——Fidei comes inclyte magna
Nunc certe mihi reddis, ait, leue vulnus, an alte
Usq; ad nostra ferus penetrauit viscera mucro?
Quicquid adest dum non vinctum Carthago cathenis
Abripiat, pœnaq; instauret monstra paterna
Gratum est, o Superi, &c.

quæ sublatis duobus vitiis ita emendari, & pristino reddi poterunt:

——Fidei comes inclyte magna,
Nunc certe mihi reddis, ait; leue vulnus, an alte
Usq; ad nostra ferus penetrauit viscera mucro?
Quidquid id est, dum non victum Carthago cathenis
Abripiat, pœnaq; instauret monstra paterna
Gratum est, o Superi, &c.

huncautem dicit propter maritum, cui Marus Carthaginem ad supplicium redeunti cum comes fuisset, solus inde extincto eo iam per inauditos cruciatus, Romam rediit. *Quidquid id est*, ea forma ponitur, qua Virgilius ait: *Quidquid id est, timeo*

Danaos

Danaos & dona ferentes. imitatusque hoc loquendi genus postea deprehenderetur Calpurnius Siculus meus in bucolicis, Ecloga quarta: nisi & ibi corrupte legeretur:

II. *Calpurnius Siculus Ecloga IV. emendatus.*

Quidquid adest sylvestre licet videatur acutis
Auribus, & nostro tantum memorabile pago,
Dum mea rusticitas si non valet arte polita
Carminis, at certe valeat pietate probari.

cum & hic emendata & vera scriptura sit: *Quidquid id est sylvestre licet, &c.* Sed redeamus ad Italicum:

III. *Iterum Silius lib. VI. vers. IↃCXXC.*

Nec non, inquit, proiectum puppi, frustraq; vocantem
Numina, Amyclaum mergebat perfida ponto
Xantippum manus, & feras tibi Regule pœnas
Xantippus digni pendebat in æquore lethi.

ingrata auribus eiusdem nominis repetitio, & scripsit haud dubie Silius:

Nec non proiectum puppi, frustraq; vocantem
Numina, Amyclaum mergebat perfida ponto
Rectorem manus, & feras tibi Regule pœnas
Xantippus digni pendebat in æquore lethi.

nempe a glossographis erat vulgata lectio, quorum emblematis sæpius, quam expedit, boni auctores interpolati deprehenduntur.

Mox est:

IV. *Versu IↃCCX.*

Hac mitte in populos, & adhuc maiora dabuntur.
Flagrantem effingens facibus Carthago Libyssis
Romam, &c.

pro *effingens* habebant membranæ *effigies*, ex quo faciebam *effinges*, nec tu, opinor, Manli, si locum consideraveris, aliter eum constituendum iudicabis.

Sequitur sequenti libro:

V. *Lib. VII. versu CV. bis, ter emaculatus.*

——*Quodcunq; videtis*
Hoc reliquum est, primo damnatum, & inutile bello.
Heu ubi nunc Gracchi, aut ubi sunt nunc fulmina gentis
Scipiadæ? pulsi Ausonia non ante paventes
Dimisere fugam, quam terror ad ultima mundi
Oceanumq; tulit profugos, nunc errat uterq;
Nomina nostra tremens.

corrupta hæc scriptura Marsum in eum errorem induxit, ut sententiam menti poetæ, & huic loco alienissimam ex his versibus eliceret, quibus nihil clarius esse poterit, si isto modo corrigantur:

——*Quodcunq; videtis,*
Hoc reliquum est primo damnatum ut inutile bello,
En, ubi nunc Gracchi, atq; ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadæ? pulsi Ausonia non ante paventem

Dimisere fugam, quam terror ad vltima mundi
Oceanumq; tulit profugus, nunc errat vtergq;
Nomina nostra tremens.

EPISTOLA LXIX.

Franc. Modius Iano Lernutio S. Brugas Flandrorum.

ITane, Lernuti, verum est vos, te Giselinum, Goltzium dico, nihil ad literas meas, nihil ad id, quod in iis quærebam, respondere. atqui intererat mea id & primo quoque tempore, & diligentissime ac cum cura fieri. sed iam suspicione assecutus mihi videor, quid caussæ sit, quod hactenus literis vestris careo. nimirum dum Cl. V. Marcum Laurinum Goltzius, de quo forstasse ipsi parum liquet, consulit, eunt dies, audio, & accipio excusationem, amo etiam Goltzii officiosam, & plane ciui Romano antiquæ probitatis ac fidei dignam ingenuitatem: vos tamen nolim ad hoc exemplum sæpe tacere, dum non potestis id scribere, quod vultis, aliquid saltem scribite ne literarum vestrarum desiderio plane contabescam, atque vt promtius faciatis, eique rei argumentum habeatis, mitto ecce quæ his diebus e Ciceronis oratione pro lege Manilia enotabam, sperans fore, vt super iis iudicium mihi tuum, sed ex animo, & pro familiari-

I. *Cicero pro L. Manilia notatus.* te nostra statim perscribas. Ait Cicero: *Vnde illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum initum putatis? legitur,* inquit Lambinus, *mendose in omnibus vulgatis aut initum, aut inuentum (quod proximum etiam in vno m. s. reperi) ego tamen, vtroque damnato, natum reposui.* ita quidem Lambinus. sed mihi non potest probari tamen, vt contra libros aliquid recipiatur. cum illud *inuentum*, quod nostri etiam libri veteres agnoscunt, nullum incommodum sensum eliciat, magisque proprie hoc modo, quam quo vult Lambinus, loquamur; & tantum non probent sequentia inueniendi verbum hic adeo magis conuenire, dum dicunt, non noue aliquod excogitatum artificium Pompeium in vltimas terras tam celeriter pertulisse, sed

II. ea, quæ ibi legere est. Præcedit: *Age vero ceteris in rebus quali sit temperantia considerate.* membranæ pro, *quali, qua* repræsentabant. hinc arbitrabar legendum: *qua sit temperantia considera-*

III. *te.* Statim: *Iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat in quo ipso inest quadam dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipso in loco sæpe cognostis,* pro, *Quirites* habent membranæ *quoque*, quod probo, atque ita ex iis lego: *vos quoque hoc ipso ex loco sæpe cognostis.* aut certe, quia prolapsio facilis fuit, vnam q literam omittere librario, quæ vocem *Quirites* denotaret; *vos quoque Quirites sæpe ex hoc loco cognostis.* omnino quoque ad sententiam necessarium est. dicere enim vult Cicero,

cero, non tantum ad exercitum notam Pompeii eloquentiam, sed etiam Romæ in concionibus. Sequitur: *Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestra memoria bella conficienda diuino quodam consilio natus esse videbatur?* membranæ: *Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc permittendum sit, qui ad omnia memoria nostra bella, &c.* quod propter Fuluium Vrsinum posui, qui amici sui coniecturam *committendum* reponentis non recipiebat, quod, vt aiebat, de felicitate hic, non de fide imperatoris agatur. ego vero, cum tota hæc oratio in eo versetur, vt probetur solus Pompeius is esse, qui huic tanto bello præfici mereatur, arbitror non incommode hic etiam *committendum* legi posse, siquidem ita libri paterentur, atque nunc illis iubentib. verbum *permittendi* recte locum hic habere posse existimo. IV.

Post pauca: V.

Tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius spe, & nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. videntur non paulo elegantius scribere membranæ:

Tanta repente vilitas ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est vnius hominis spe, ac nomine, quantam vix in summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset.

Dixi m. s. lectionem meliorem videri & recte, ni fallor, dixi. nam & illud *annonæ* abesse potest, & illud *hominis* vix potest. ad hoc haud dubie rectius est, vt *in summa vbertate*, quam *ex summa vbertate* scribatur. Quarto ab his versu: *Iam vero accepta in ponto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paulo ante inuitus admonui, cum socii pertimuissent, hostium opes, animiq; creuissent, cum satis firmum præsidium prouincia non haberet, amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones Fortuna populi Romani attulisset.* lego hic, inquit Lambinus, *nisi ad ipsum temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones Fortuna pop. Rom. attulisset.* & aliquid ille dicit, sed nos totum locum ex membranis ita scribendum didicimus: VI.

Iam, accepta in ponto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paulo ante inuitus admonui, cum socii pertimuissent, hostium opes animiq; creuissent satis firmum præsidium prouincia non haberet, amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen eius temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna pop. Rom. attulisset. vox *discrimen* a negligentibus aliis librariis omissa, loco vitiando fuit.

Vale.

EPISTOLA LXX.

Franc. Modius Victori Giselino M. S.

NOuantiquas meas a multis auide expeti ita audio, amicissime Giseline, vt nihilo magis in eis conficiendis instem. interea ipse mihi, qui memini naturam ideo diem ac noctem fecisse, vt & agendi & quiescendi essent tempora, recteque apud Senecam a nescio quo Pomponio dici arbitror miscenda ista inter se esse, vtque quiescenti agendum, ita agenti quiescendum hocque, quod ille ita dixit, vt ad eos maxime pertinere voluerit, qui magistratus, honores, consimiliaque aut impotentius appetunt, aut studiosius fugiunt, recte tamen ad nostra hæc quoque literarum studia transferri posse statuo. Exerceri vult ingenium, non onerari. & scis ipse nimiam legendi scribendique, atque habitandi in libris assiduitatem, cum vita etiam tractandi literas vlterius multis eripuisse facultatem. vt durem igitur, & diu quod facio, faciam; lucubrationes nocturnas & intempestas fugioque, credoque dicentibus, alacriorem ad studia rediturum, qui ea aliquando etiam intermiserit. verumque adeo id esse nunc quoque re ipsa comperior, quo tempore ista accuratissimi tui iudicii facere impetus me cepit.

I. *Seneca Epist. xxx. notatur.* Senecæ Philosophi Epist. xxx. hæc verba leguntur: *Bassus tamen noster alacer animo est: hoc Philosophia præstat, in quocunque corporis habitu fortem, in conspectu mortis hilarem, lætumque, nec deficientem, quamuis deficiat.* proba quidem illa in speciem magis, quam re, si libris scriptis credimus. in quibus, *quamuis deficiatur*, constanter legitur. de cuius verbi probitate alibi pluribus.

II. *Ibidem.* Eadem Epist. *Bassus noster videbatur mihi prosequi se, & componere, & viuere tanquam superstes sibi, & sapienter ferre decidium sui.* consentiunt membranæ in elegantissimam lectionem margini quoque excusi anno CIↃ. IↃ. LXXXI. Parisiis a nescio quo adiectam, *& sapienter ferre desiderium sui.*

III. *Ead. Epist.* Eadem adhuc Epist. *Venit aliquis ad mortem iratus: mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat.* Notant alii in aliis libris exstare: *Venit aliquis iratus morti: venientem nemo hilaris excipit.* ego profiteor rectum ex nostris libris:

IV. *Epist. xxxi.* *Venit aliquis ad mortem iratus morti: venientem nemo hilaris excipit, &c.* Epist. xxxi. *Submitti te ac deprimi voto: laborem si*

V. *Iterum Epist. xxxi.* *non recuses, parum est posse.* ridicula est lectio. emendandam videlicet: *laborem si non recusas, parum est: posce.* Ead. Epist. *Non per Apenninum Graiumue montem, nec per deserta Candauia, nec Syrtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis adeunda sunt.* membranæ: *Non per Peninum Graiumue montem.* nempe, *Pœninum* scribendum accipiendumque de Pœninis Alpibus, quemadmodum

dum per Graium quoque montem Alpes Graias significari constat Eadem iterum Epistol. *Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia.* concinnior scripta lectio: *Deum ille maximus, &c.* Adhuc eadem Epist. *Quærendum est ergo, quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari, quo non melius possit optari.* nescio quid sit, quod membranæ, quas vidi, hæc: *quo non melius possit optari*, non agnoscunt, suspicorque aliquid latere vitii, quod te, Giseline, eruere velim. Epist XXXIII. *Non habemus itaque ista adorisfera, nec emtorem decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa, quæ in fronte suspensa sunt.* emendat eruditissimus & amicissimus Lipsius in lectissimis Electorum libellis: *Non habemus itaque ista oculifera.* & absit, vt a tam caro capite dissentiam ego, qui etsi huc induci possem, nunquam tamen tibi sat scio, mi Victor, contra illum talem virum quidquam probare possem. vtar tamen libertate his studiis, si quibus aliis, propria, & monebo obiter, ne nostrum quidem *oclifera* ex membranarum penu depromtum, quasi a feriendis oculis dictum, quod sit, omnino reiiciendum videri. Ipsumque adeo Lipsium huius lectionis arbitrum capio. Eadem Epistola: *Multum, inquit, viua vox facit. Non quidem hæc, quæ alienis verbis commendatur, & actuarii vice fungitur.* Proprium magis hic verbum membranaceum: *quæ alienis verbis commodatur.* Epist. XXXVII. *Hos tam graues dominos, interdum dum alternis vicibus imperantes, interdum pariter, &c.* in m. ss. illud *vicibus* nullum est, neque quidquam eo opus. Virgilius etiam dixit: *Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.* Epist XXXIX. *Seminis modo spargenda sunt: quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur.* scribo emendatione euidenti, & certa: *& ex minimo in maximos auctus diffunditur.* Epist. XXXIX. *Commentarios, quos desideras diligenter ornatos, & in angustum coactos ego vero componam.* Verum est: *Commentarios, q. d. diligenter ordinatos, &c.* sequitur statim: *Inter multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent.* & sequenti XL. Epist. *Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat.* Ead. Epist. XL. *Quid ergo? non aliquando & insurget? Quidni? sed salua dignitate morum, quam violenta ista & nimia vix exsuit.* libri scripti pertinaciter: *quam violenta ista & inimica vis exsuit.* considera, sodes Giseline, Epistol. XLI. *Aliter leo aurata iuba mittes, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus.* illud *mitet* ab Erasmi coniectura est, qui & ipse fatetur in omnibus alioqui libris aut *inuititur* aut *dimittitur* reperiri, quo magis inclino vt veram, aut pro vera habeã lectionem nostrarum membranarum, quæ omnes *mittitur* præferunt, nõ ignotum theatris & venationibus vocabulum. & de quo, vt

VI. Ead. Epist.

VII. Adhuc ead.

VIII. Epist. XXXIII

IX. Ibidem.

X. Epist. XXXVII

XI. Epist. XXXIX

XII. Epist. XXXIX.

XIII. Epist. XL.

XIV. Epist. XLI.

spero Lipsius nos docebit in libris, quos de hac re Saturnalium priorum titulo & exemplo confectos habet, forsque an iam vulgauit.

XV. *Epist. XLII.* Epist. XLII. *At odit eos, qui subita & magna potentia insolenter vtuntur.* recta lectio, sed quam tamen etiam venustiorem fore existimem, si ex membranarum auctoritate reponatur: *At odit eos, qui subita & magna potentia impotenter vtuntur.* sed iam vale mi Victor; qui enim possum credere eum libenter longiores meas literas lecturum, qui tanto tempore tam nihil ipse ad me scribit?

EPISTOLA LXXI.

Franc. Modius Andreæ Schotto S. Vlissipenam.

NVntiatum mihi est, Theodorum Pulmannum decessisse, qui nuntius sane grauiter me percussit. primum, quod amaui hominem propter summam humanitatem, & studium erga literas singulare, vt fratrem, & reueritus sum eundem, propter canos & senium, vt parentem; deinde, quod opera eius vti soleo in conferendis & anquirendis libris manu exaratis, quorum illi prima semper cura fuit, etiam ætate iam vergente, quam ille ætatem ad vltimum ita tulit, vt cum superiore æstate Antuerpiæ agerem, conuiuamque eum sæpius domum abducerem, annum iam agens LXXV. iis potissimum vesceretur, quibus ipse ego valetudinis caussa, vt crudioribus abstinebam, negans vlli se tantum natu stomachi dolori obnoxium. nec minus sane viridi, & cuilibet labori pari animo decessit, quam corpore: solitus, cum munere, quo publice fungebatur, perfunctus esset, auidissime manu descriptos libros ad editos iam ante comparare, & incredibili diligentia minima etiam quæque enotare. in qua eum re deditum, & Cæsaris commentarios edere molientem, mors occupauit; non immatura illa quidem si annos eius spectes; nobis tamen intempestiua, & literis, quod hæ priuatæ sint sui studiosissimo homine, quique non pauciores ex bonis scriptoribus maculas eluerit, postquam libros tractare cœpit, quam quondam dum fulloniam exercuit in pannis vitia emendarit; nos, amico planæ antiquæ probitatis ac fidei. verisque tamen ferendum quod factum mutari non potest, nobisque quibus hoc, pro suo in studia amore, testamento legauit, eo grauius etiam quod facimus, faciundum, quo de natis similibus viris, pauciores relinquuntur, quibus illa qualicunque tandem nomine ea appellare libet, curæ sunt. in quo vt esse me scias, vide pauca, quæ sequuntur. Ait Silius:

I. *Silius lib. VI. ver. CCXLVII emaculatus.*

—— Interritus hastam
Fulmineo volucrem torquet, primamque lacerto

Venit

Venit in aduersam non vano turbine frontem
Cuspis, &c.

quæ ita scribenda, & distinguenda membranæ testantur:

——Interrsit eu hastam
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto.
Venit in aduersam non vano turbine frontem
Cuspis, &c.

Paulo post est: II. *Ver. CCCXXVI egregia duorum carminum interpolatio.*

At fraudem nectens, socios vbi concaua saxa
Claudebant: linquens, subito in certamine gyris
Vertit e suum simulata; fugam grauiore ruina.

cui loco nutea sciolis interpolato, vt medicina fiat, reponet

At fraudem nectens, socios vbi concaua saxa
Claudebant, vertit subito certamine gyros,
Et dat terga celer ficta formidine ductor.

quomodo est in m. ll. excepto eo, quod *facta* pro *ficta* habebat, vnde tamen hoc esse faciendum, non difficilis fuit coniecturæ, sane quæ hic *concaua saxa*, mox a poeta, *saxosæ latebræ* dicuntur. Iterum paulo post: III. *Versu CCCLXXIV.*

Et certare malis vrgentibus hoste putabam
Deuicto maius.

emendetur:

Et certare malis vrgentibus, hoste putabat
Deuicto maius.

non enim de Maro hoc intelligendum, vt male vulgo fit, sed de Regulo. Statim: IV. *Versu CCCXCIV.*

——Togaq;
Abdicatur honos, stetit illacrymante senatu, &c.

plane legendum:

——Togaq; Addebatur honos.

hoc enim dicit, senatum quamuis captiuo Regulo habitum senatorium honoris eius caussa indulsisse, quo tamen ille vti renuit, ne pollueretur ab eo, qui adhuc in hostium potestate esset. Modico interuallo.

Hos inter fletus iunctus vestigia pœnis V. *Versu CCCCL.*
Limine se duxit Tyrio, questusq; reliquit.

& hic emendandum: *Limine se clusit Tyrio.* literarum *c* & *l* in *d* vt sæpe alias, coalescentia erroris fuit occasio.

Post aliquammulta: VI. *Vers. ıↃXXII.*

At legimus pontum, pinuq; iuuante cauata
Æquor, & immen, as curua trabe findimus vndas.

repone:

——Pinuq; immane cauata
Æquor, & immensas curua trabe findimus vndas.

inserendus etiam versus ibi:

VII. *——Vis aspera ponti*
Vers. lxxii. *Obrueret. scopulisq; ratem furor improbus Euri*
vers. auctus. *Frangeret optabam, moderato flamine lenes*
Vexerunt Zephyri, &c.

legendumque:

Vis aspera ponti
Obrueret. scopulisq; ratem furor improbus Euri
Frangeret optabam, lethum id commune fuisset:
Sed nos ad pœnam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, &c. Vale.

EPISTOLA LXXII.

Franc. Modius Fuluio Vrsino S. Romam.

Q. Curtium Rufum scriptorem rerũ a Magno Alexandro Macedone gestarum, qui ἀκέφαλος, vt scis, Vrsine eruditissime, & ἀπλῶς multis passim lacunis fatiscit, vt vulgo circumfertur, & in nostratibus bibliothecis, ceteroqui satis antiquis reperitur, integrum apud vos, certe in Italia exstare fama huc allatum est. nec fama tantum, sed & auctore Ioanne Metello Sequano IC. qui cum Antonio Augustino, multisque dignitate & eruditione præstantibus isthic viris familiariter olim vixit, tibique ipsi, vt opinor, ignotus non est; hoc inquam etiam viro in Vbiis nuper mihi iniuria nulla, multis officiis cognito, indicium faciente cognoui, eius, quem dixi, scriptoris exemplar integrum apud integerrimum & eruditissimum Petrum Victorium Florentinum asseruari. Igitur non semel in pectus fuit, de hac re ad senem illum præter canitiem, virtutis & doctrinæ quoque nomine venerabilem, literas dare: sed repressit hactenus hoc consilium meum, tum quod ignotus & inuisus tanto viro literarum mearum infantia molestus esse erubescerem, tum quod suspicarer. cum nihil his aliquot annis de eo hic sane auditum sit, forte, quam audieram hominis esse ætatem, terras eum iam reliquisse, & ad superos abiisse. quod proximum igitur tandem visum est, te potissimum de hac re, cuius eruditionem pariter & humanitatem ex scriptis hausissem, mihi compellandum existimaui, vt quem confiderem, vel communium studiorum caussa, vel tuendæ eius, quam dixi, humanitatis suæ in ea mihi velle satisfacere; posse autem vnum maxime ex omnibus ideo, quod tibi Victorium familiariter notum arbitrarer, sciremque ex multorum sermonibus & literis, non Vrbis tantum te bibliothecas, sed & Italiæ totius plerasque omnes, vel per te ipsum, vel per amicos diligenter excussisse. quod maiorem in modum te oro obtestorque, Fului eruditissime, vt si quid hic habes certi, illud diutius nos latere

ne pa-

ne patiaris. meus labor, siue otium potius nunc leuibus his & friuolis conteritur. Locus est libro Macrobii in Scipionis somnium priore de generatione hominis in hæc verba: *Verum semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, vt die septimo folliculum genitiuum circumdet humori, ex membrana tam tenui qualis in ouo ab exteriore testa clauditur, & intra se claudit liquorem.* in quo quidem loco subesse latens vitium, vt non omnibus liquere certum est, ita te, pro ista tua & ingenii sagacitate, & iudicii soliditate, clam esse non potest. illud fortasse, quæ tua est in tractandis veterum scriptis religio, quæ res potius, quo pacto e medicina fieri possit non violenta modo. & quod quæris, ecce tibi membranæ nostræ suggerunt, in quibus diserte legitur: *Verum semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, vt die septimo folliculo genuino circumdetur ex membrana tam tenui, &c.* quæ genuina haud dubie Macrobii scriptura est, quam si tibi probare pluribus laborem, nugas egero. si vero *humori* illud vulgatum quomodo huc irrepserit, te docere et contendam, tu vero, vt quidam loquitur, *magis maiores nugas egero.* sequitur paulo post in Macrobio: *Post autem bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. Tunc enim mouere incipit vis generationis in masculis, & purgatio fœminarum. Ideo & tutela pueris quasi virile iam robur absoluitur, de qua tamen fœminæ propter votorum festinationem maturius biennio legibus liberantur.* pusillum & puerile est, sed verum tamen quod membranæ referunt. *Post autem bis septem ipsa ætatis necessitate pubescit. T. e. m. i. v. g. i. m. & p. f. Ideo & tutela pueri quasi virile iam robur absoluitur, &c.*

Post aliquammulta: *Et hic certa quidem denuntiationis est, quod de Scipionis fine prædicitur, sed gratia conciliandæ obscuritatis, inserta dubitatio. dicto tamen quod indicio somnii continetur, absoluitur.* non, *indicio somnii*, sed *initio* legendum scripti libri testantur, & verba illa, quæ ex initio somnii hic repetit, a me autem hoc loco breuitatis caussa prætereuntur.

Post multa: *Has erraticas cum luminibus duobus, aut infixas cœlo, vt alia sydera nullum sui motum nostris oculis indicare: sed ferri mundanæ confusionis impetu, aut moueri sua quoque accessione dicemus.* quæ est ista, mi Fului, mundana confusio, aut cui de ea fando auditum? contra certe omnes omnium Mathematicorum sectæ, contra omnium Philosophorum scholæ, qui ratum adeo ordinem cœlo tribuunt, vt hinc suauissima longe harmonia oriatur, de qua passim Plato, & Platonem secutus Cicero. omnino reponendum ex membranis: *sed ferri mundanæ conuersionis impetu.* Rursum post aliquammulta: *Hæc* (Luna) *licet & ipsa fuis sit, sed liquidissima lucis & ignisætherei,*

I. *Macrobius lib. 1. in Scipionis somnium correctus.*

II.

III.

IV.

ideo quamuis densius corpus sit, quam cetera cœlestia, vt multa tamen terreno purius, fit acceptalucipenetrabile, adeo, vt eam de se rursus emittat. manifestus vitii locus, quod ex eo ita tolletur: *ideo quamuis densius corpus sit, quam cetera cœlestia, multo tamen terreno purius, fit accepta luce penetrabilis adeo, vt eam de se rursus emittat.*

VI. Sub finem, vt cum libro epistola claudatur: *Nec in recessum aut accessum moueri eam* (terram puta) *patitur, vel vis circumuallantis & ex omni parte vigore simili librantis aura, vel ipsa sphæralis extremitas, quæ si paululum a medio declinauerit, fit cuicunque vertici proprior: & imum relinquit,* reponendum pro *declinauerit* probum & antiquæ notæ verbum, sed iis, qui hinc illud male exterminarunt, ignotum, *deuiauerit.*

EPISTOLA LXXIII.

Franciscus Modius Euchario Seefrid Med. S.

QVod te nuper insalutato Comburgo discedere coactus sum, nollem factum Euchari amicissime, præsertim, cum essent quædam ad valetudinis meæ, qua tum sane non nimis firma vtebar, rationem pertinentia, de quibus pluribus a te doceri cuperem. sed tulit ita res, vt neque istic diutius subsistendi tum quidem, neque tui cum tam subitaria profectio esset, euocandi fieret copia. Verum pensabimus hoc quidquid est siue iacturæ, siue frustrationis potius, proximo quoque congressu. Interea vtar præceptis tuis, ac subinde literis meis te compellās,

I. de his atque his consimilibus arbitrariis iudiciis meis quid iudices percontabor. puto non vacare menda ista ex Hygini Astronomicon poeticon siue de signis cœlestibus libro III. *Hic quidem cum Tauro & Geminis & Cancro & Leone occidit, i. ideo sero occidere dicitur, magis & quod actus a pedibus peruenit ad terram.* quid enim est illud, *magis, &c. quod actus?* omnino interpolandum ex membranaceo thesauro: *quod magis erectus a pedibus peruenit ad terram.* qua lectione vt nihil elegantius, ita nihil verius.

Hyginus Astronom. lib. III. Bootes semel & iterum interpolatus.

II. Statim: *Habet autem in sinistra manu stellas quatuor, quæ occidere nunquam videntur. In capite stellam vnam. In vtroque humero singulas, in vtraque manu singulas, sed clariorem dextram, & sub ea alteram obscuram, &c.* nihili lectio, & prodigiose corrupta; ecce dicit Booten in sinistra manu habere stellas quatuor. mox, tanquam eius, quod statim dixerat, oblitus subdit in vtraque manu habere singulas, quod cum veritate pugnat, & eo indignissimum sit, qui aliis cœli vias præire postulet. quomodo igitur extricamus nos ex his salebris, & Hyginum a tam proiecta ignorantia vindicamus? facillime. restituendo illi ex membranis suam scripturam, quæ est: *Habet autem in sinistra manu stellas quatuor, quæ occidere nunquam dicuntur. In capite stellam vnam. In vtroque humero singulas. In vtraq*

Eodem.

vtraque mamma singulas, &c. Videatur Commentator in Germanicum. III. Lyra. De Lyra: *Summum autem cacumen ad populum Notium contendere videtur. hac Lyra Virgine exoriente occidere videtur, & cum Sagittario exoriri perspicitur.* Legendum omisso altero illo *videtur* & cõiunctiua vocula, *&: hac Lyra Virgine exoriente occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur.* aut potius o missso etiam τὸ *Lyra: Hac virgine exoriente occidere, &c.* IV. Cepheo. & alias XIII. XIV. locis. De Cepheo: *Hic totus omnino stellarum numerum* XIX. emendetur. *Hic totus omnino est stellarum* XIX. neque hic tantum ita emendetur, sed & in Andromeda, Perseo, Auriga, Ophiucho, Delphine, Pegaso, Ariete, Cancro, Leone, Virgine, Capricorno, Eridano, Procyone, Centauro, in his, inquam, omnibus hæc phrasis a sciolis fœde contaminata restituatur. V. Andromeda. De Andromeda: *Habet in capite stellam clare lucentem vnam, in vtroque que humero vnam, in cubito dextro vnam, in ipsa manu vnam, in sinistro cubito vel brachio vnam. In manu altera vnam, in zona tres, &c.* diligentem Astronomum qui in cubito, an in brachio sinistro stellam habeat Andromeda discernere non potuerit, deinde, quid est illud: *In manu altera vnam,* præcedente, *in sinistro cubito vel brachio?* an dextram signari dicemus? at de illa ibi dixit: *in cubito dextro vnam. in ipsa manu vnam.* omnino neque Hyginum nota, neque locum menda liberare possumus, nisi legamus cum m. s. codice: *In sinistro cubito vnam, in brachio vnam, in manu alteram, in zona, &c.* quod a veritate ipsa, & Germanici commentatore confirmatur. VI. Perseo. De Perseo: *Hunc Aratus cum diceret inter sydera κεκονιμένον figuratum, acceperunt complures eum puluerulentum dicere, quod minime conuenit, posse inter sydera etiam puluerulentum accipere. Quod si esset, dignior erat Orion, cui idem adscriberetur; primum quod assidue est venatus, & semper in terra fuit. Deniq; adhuc inter sydera venari videtur.* non agam verbosius dico in summa, vt hic locus integer sit, illud *accipere* in *apparere,* & *denique* in *deinde quod* mutanda videri, atque ita habere veteres membranas. VII. Sagitta. De sagitta: *Huius cacumen ad equipedum regionem spectat, altera pars ad humeros Ophiuchi tendit.* nemo non cum cura hęc legens videat ex re emendandum: *Huius acumen ad equipedum, &c.* de amento enim sagittæ loquimur, alibique de Scorpione eadem locutione dicit: *in cauda quinque* (puta stellas habet) *in acumine ipso, quo percutere existimatur, duas.* sic Ouidius lib. VIII. Metamorphoseωn ait:

> ———*ferrumq; Diana volanti*
> *Abstulerat iaculos, lignum sine acumine venit.*

VIII. Delphine. De Delphine: *Delphin non longe ab Aquila signo figuratur, incuruatione cauda nouissime aquinoctialu circuli circumductione tangit, capite prope contingens equi Pegasi rostrum.* corrigendum? *Delphin non longe ab Aquila signo figuratus, incuruatione cauda*

IX. *Geminis, bis interpolatus.* *nouissima æquinoctialis circuli circumductionem tangit, &c.* De Geminis: *in vtrisque manibus singulas, in dextro genu vnam, in sinistro genu alteram, in pedibus vtrisque singulas, & infra sinistrum pedem vnam, quæ propus appellatur.* scribatur iterum: *in vtrisq; mammis singulas.* & mox: *& infra sinistrum pedem vnam,*

X. *Pistrice.* *quæ tropus appellatur.* De Pistrice: *hæc cadit exorto Cancro & Leone, exoritur autem cum Centauro & Geminis.* m. ss. *hæc occidit exorto Cancro, & Leone: exoritur autem cum Tauro & Geminis* Vale erete, & bene rem gerere, Euchari consultissime, iubeo Wirzeburgo prid. Cal. Quintil. CIↃ.IↃ.LXXXIII.

EPISTOLA LXXIV.

Franc. Modius M. Antonio Mureto S. Romam.

Silium Italicum belli Punici secundi scriptorem sunt qui postremum bonorum poetarum, ac ne poetam quidem esse statuant: inuenias alios, qui Virgilio illum, non dico proximũ, sed iam parem planè faciant, quam litem te velim, Murete eruditissime, pro ista tua doctrinæ copia, & iudicii soliditate arbitrari: habet haud dubie vtraque pars, quod pro se dicat, magnorumque se in literis virorum auctoritate tueri potest. illa Plinii Secundi Nepotis, qui Silium maiore labore quam ingenio carmina scriptitare solitum fatetur: ista, quem idem Plinius propter ingenium mirabatur, Martialis, qui tanti poetam Italicum semper fecit, quanti scripta de eo ad perpetuam illius famã epigrammata hodieque testantur, atque ita quidem auctoritate pugnabitur, a qua si ad argumenta ventum fuerit, valde vereor, cogor enim quod res est fateri, vt qui Virgilio Silium comparare solent, subsistere, & sustinere caussam suam possint. sunt quidem in eius libris multi luculenti versus, non pauca melioris doctrinæ passim sparsa semina, similitudines rei, qua de agitur, congruentes, temporum, locorum, circumstantiarum omnium descriptiones satis graphicæ, sed, vt ego existimabam, nihil hæc omnia ad diuina Virgilii oracula, qui quantus quantus est, nil nisi iugis omnis antiquitatis, omnium disciplinarum, artium & doctrinarum thesaurus est. nec ipse scio adeo Silius, qua coluit viuus Mantuanum vatem obseruantia, imo qua veneratione, sua ad illius scripta comparari æquo vnquam animo pati possit, eoque ipso veram laudem mereri censendus est, quod falsam non affectet. & habet alioqui etiam virtutes suas, sed quas correctorũ audacia, & typographorum indiligentia ita infuscauit, vt in cusis libris nullæ fere appareãt, sed in solis tinearum domibus, membranis veteribus, vt sub altis tenebris delitescant. vnde nunc iam quoque quasdam in dias luminis oras protrahere, & iudicii tui, Murete, facere, consilium est: verba poetæ sunt, vt circumferuntur quidem:

Hic

Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
Ignis, & adiunget Latiis tua nomina fatis.
Sic vates, iuuenisq; animum tam clara mouebant
Monstra, nec a Pœnis vlli virtutis honores.
Annibal ipse etiam iam iamq; mod stior armis
Ire videbatur, Martisq; liquescere famam.
Aurora obscuri tergebat nubila cœli,
Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora suorum,
Tendit ad Ausonios, &c.

I. Lib. XVI. vers. CXXX. bis, ter interpolatus.

temeritatem sciolorum, quibus non satis esset, hos versus duobus locis indignissime tractare, interpolando: *Latiis tua nomina fatis*, quod rectum erat; *Latiis tua nomina fastis*. & rursum: *Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora suorum.* veram scripturam: *Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora sororum.* quibus, inquam, hæc non satis hic peccare esset, nisi etiam Silii stellis nub la sua immiscerent, assuto illi versu isto: *Ire videbatur Martisq; liquescere famam.* quo nihil hic opus est. vbi illud dicitur: Masanissam præter monstra, de quibus agitur, illud etiam mouisse, vt partes Romanorum sequeretur; quod neque Pœni vllo ipsum honore dignum habuissent, & ad hoc vergere Hannibalis res in deteriora quodammodo cœpissent.

Versu 179 de Scipione postea Africano:

——dare vela per altum
Imperat, atq; animo iam tum fera bella capessit.

II. Versu CLXXIX.

oportunæ monent membranæ nostræ Agrippinenses, pro *fera bella* plane scribendum:

——iam tum Africa bella capessit.

Mox:

III. Versu CCIX.

Quare age latus habe nostros intrare penates,
Ac mea quando habuit Libycum fortuna per vndas
Ductorem, &c.

sunt verba Syphacis ad Scipionem, cum forte eodem tempore & ipse, & Asdrubal ad eum, suę quisque rei caussa, venissent. sed quæ ita emendanda membranæ, quas modo dixi, clamant:

Quare age latus habe nostros intrare penates:
Ac mea quando affert Libycum fortuna per vndas
Ductorem, &c.

Versu 354.

IV. Versu CCCLIV. versu auctus & bis, ter conuectus.

Crescere sublimem atq; augeri membra putares,
Cinyphio vector radiatat fronte Peloro.
Camphasius ipse, asper nec qui ceruicis amaret
Applausa blandos sonitus, clausumq; cruente.
Spumans admorsu gauderet mandere ferrum;
At docilis freni & melior parere Pelorus
Non vnquam effusum sinuabat deuius axem,

Sed læuo interior stringebat t[ra]mite metam.
Insignis multa ceruice & plurimus idem
Ludentis per colla iubæ (mirabile dictu)
Vnus erat leuis vt Zephyri noua flamina campis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hunc Durius stimulabat in æquora currum,
Camphasus antiquo fidebat Atlante magistro.

insignis, si quis alius, locus & virtutibus suis, & vitiis alienis: quoque non alius fere in Silio corruptior, vt ostendet vera eius lectio, quæ versu auctior, & aliquoties notata talis esse debebat:

Crescere sublimem atque augeri membra putares:
Cinyphio rector cocco radiabat Iberus.
Tertius æquata currebat fronte Peloro
Caucasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus, clausumque cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.
At docilis freni, & melior parere Pelorus,
Non vnquam effusum sinuabat deuius axem;
Sed læuo interior stringebat tramite metam:
Insignis multa ceruice, & plurimus idem
Ludentis per colla iubæ (mirabile dictu)
Nullus erat pater; ad Zephyri noua flamina campis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hunc Durius stimulabat in æquore currum
Caucasus antiquo fidebat Atlante Magistro.

ita inquam plane legendus, emaculandus, atque supplendus hic locus, cuius mutilata, & vitiata scriptura in quos errores, aut potius in quos non traxit doctissimos ceteroqui viros? exprimit Silius vt equorum, ita rectorum vbique nomina: primumque & ante alios euolantem Callaicum Lampon, quem Cyrnus regeret: secundum inducit Panchateu, quem Iberus moderabatur: tertios ait cucurrisse pari spatio Pelorum, cui præerat Durius, & Caucasum, cui Atlas. hunc ex equis Diomedæis, illum zephyro prognatum. quod fictum Iustinus existimat, propter summam equorum in iis Hispaniæ locis velocitatem. quidquid huius est, Virgilius certe, Aristoteles, Varro, Plinius, equarum vento concipientium meminerunt. Virg. ita:

——illæ

Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis
Exceptantque leues auras: & sæpe sine vllis
Coniugiis vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos & depressas conualles
Diffugiunt.

reliquos videat, qui volet. hæc enim eo adduxi, quod ex iis versus Si-

sus Siliani pro parte expressi videri possint: alioqui poterant & ipsa apud auctorem suum legi. Vale.

EPISTOLA LXXV.

Franc. Modius Ioanni Weidnero suo S.

NE solus expers sis, amicissime Weidnere, eorum, quæ ex libro tuo scripto in Martiale profeci; certe proficere visus sum: hæc lege, & cum leges, memineris facito nostra fere esse talia, qualia idem epigrammatographus describit, cum dicit:

Sunt mala, sunt mediocria, sunt bona plura:

aut, vt alii inuertunt:

Sunt bona, sunt mediocria, sunt mala plura.

Lib. III. Epigr. XXVI. I. *Martialis lib. III. Epig. XXVI. notatus.*

Prædia solus habes, & solus, Candide, nummos:
Aurea solus habes, myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & Opimi Cæcuba solus:
Et cor solus habes, solus & ingenium.
Omnia solus habes: hoc me puto velle negare:
Vxorem sed habes, Candide cum populo.

liber tuus, qui nuper munere tuo meus esse cœpit, refert:

Omnia solus habes, hoc nec puto posse negare.

quod probum puto, vt tantum leuiter τὸ negare litera à fine mutata, & tertia vocali pro secunda substituta transformetur in, negari. Epig. XXXIX. II. *Epig. XXXIX.*

Iliaco similem puerum, Faustine, magistro
Lusca Lycoris amat. quam bene lusca videt!

nemo eripiet mihi, quin germanum & verum sit; quod reperi itidem in eodem m. s. cod.

Iliaco similem puerum, Faustine, ministro.

quid enim certius, quam de Ganymede Iouis pocillatore sermonem esse? nihil etiam verius, quam epigramma XLVII. quod vulgo sic habet: III. *Epig. XLVII.*

Romam petebat Bassus: imo rus ibat.

ex scripto libro ita claudendum:

Vrbem petebat Rufus: imo rus ibat.

certe enim *Romam* illud glossema eius est, qui meminerat Vrbis appellatione Romam, vt poetæ Virgilium notari. & elegantissime inuicem vrbs ruri opponitur; sic Horatius:

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores

vrbanitas autem epigrammatis in eo est, quod ait Bassum instructissimum omnibus beati ruris copiis sic porta Capena rheda profectum, vt qui apparatum consideraret, credere posset non rus eum ex vrbe, sed contra ruri in vrbem concedere. Epigr. XLIX.

IV. Epig. XLIX.

Hac tibi non alia est ad cœnam caussa vocandi,
Versiculos recites vt, Ligurine, tuos.
Deposui soleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumq; liber.
Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.

m.s. *Alter porrigitur.* quod mihi quidem parum abest, quin præ vulgato probetur, vt varietur, quod præcessit: *affertur protinus, &c.*

V. Epig. LXVII.

Epigr. LXVII.

Huc est vsq; tibi scriptus matrona libellus.
Cui sint scripta rogas interiora? mihi.
Gymnasium, thermæ, stadium est hac parte: recede.
Exsuitur, nudos parce videre viros.
Hinc iam deposito post vina, rosasq; pudore,
Quid dicat nescit saucia Terpsichore.

peccatum haud dubie operarum, quis enim non videt manifeste *dicat* pro *dicas* vltimo hoc versu legendum?

VI. Epig. XCIV.

Epigr. XCIV.

Ore legor multo, notumq; per oppida nomen
Non exspectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid: vidit me Roma tribunum,
Et sedeo qua te suscitat Oceanus.

sitne satis latina hæc locutio: *Est & in hoc aliquid.* equidem ἐπέχω. quare auscultandum censeo lectionem manu expressam: *Esset & hoc aliquid.* quo more solentes poetæ loquuntur. & sensus est: si quid hoc etiam ad rem faceret. simile est illud: *quidquid id est.* Virgilio & optimo cuique vsitatum, qui etiam libenter τὸ *si* supprimunt, vt exempla passim obuia testantur.

VII. Epig. XIV. lib. IV.

Epigr. XIV.

Sili Castalidum decus sororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosq;
Fastus Hannibalis, leuesq; Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis.

oportune, vt ego quidem existimabam, suggerit scriptus liber *Astus Hannibalis*, qui illi Pœno adeo proprii, vt pleni sint de iis omnes omnium veterum libri. Epig. XLV.

VIII. Epig. XLV.

Hac tibi pro nato plena dat lætus acerra
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Vt qui prima nouo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.
Fac rata vota patris: sic te tua diligat vxor,
Gaudeat & certa virginitate soror.

multas pro vxore sæpe habuit Phœbus; vxorem certam, quod sciam, nullam. quare non aspernabar, quod in scripto codice exstare

extare deprehendebam: *sic te tua diligat arbos.* quæ cui de poetis tam Græcis quam Latinis non dicta est? IX.

Epigr. LIII. *Epig. LIII.*

Hunc quem sæpe vides inter penetralia nostra
Pallados, & templi limina, Cosme, nouis
Cum baculo peraq; senem: cui cana putrisq;
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit.
Cerea quem nudum tegit uxor abolla grabati,
Cuiq; datis latrat obuia turba cibis.
Esse putas Cynicum deceptus imagine falsa,
Non est hic Cynicus, Cosme, quid ergo? canis.

refert exaratus manu liber: *deceptus imagine picta,* ita vt fortasse *imagine ficta* legi possit. de quo tamen non laboro, dummodo ex eodem vetere libro recipiatur versu proxime præcedenti: *Cui dat latratos obuia turba cibos.* Cynici non aliter atque canes latratu, ab obuiis conuitio stipem exigebant, quod hic tangit Martialis, & alibi Diogenes scito quodam dicto testatus est, se dantes aliquid allatrare, dare recusantes etiam admordere. Epigr LXVI. X.

Epigr. LXVI.

Egisti vitam semper Line municipalem:
Qua nihil omnino dulcius esse potest.

scio passim a scriptoribus laudari vitam municipalem, rusticanamque, & in iis maxime ab eo, quem in manibus hic habemus, longeque vrbanæ præferri facit tamen epigrammatis huius argumentum, quod in eo versatur, consumiturque, vt dicat poeta, Linum rem omnino difficilem fecisse, qui abiectam, parcam, rusticanam vitam cum semper duriter vixerit, decies tamen comederit, facit inquam, hoc, vt non illudum mihi hic existimauerim de scripta lectione quæ diserte refert:

Egisti vitam semper Line municipalem,
Qua nihil omnino vilius esse potest.

quod te, Weidnere, & a te alios considerare intentiore cura velim. Vale.

EPISTOLA LXXVI.

Franc. Modius Martino Crusio S. Tubingam.

MAgna est exspectatio, vir clarissime, Turcogræciæ vestræ, quo magis tibi maturandum exiit mo, vt ea primo quoque tempore in lucem prodeat, nisi tu forte duplici nos voluptate cumulare studes, idque adeo agis, & operam das, vt ipse primum hac quasi promulside nos ad huius tui apparatus historici solidiores delicias inuites, dicã an irrites? In quo tamen ipso modum eum an tenere velim, quem solẽt isti mensarũ artifices, qui cum famem hominib. cient antecœnulis suis, quo de-

inde cœna ipsa gratior sit, non solent exspectare dum illa, vt fit, nimia mora se remittat, sed in eo ipso temporis articulo, quo iam satis prouocatam existimant, quod habent præcipuum, apponunt. idem, inquam, istuc tibi quoque faciendum existimem, si mei consilii res sit. sed tu pro tua prudentia & ista melius videris, & mihi, vt spero, quid de sequentibus notis sentias, rescribere non grauaberis. Silius statim in principio lib. II. sic ait:

I. *Silii versus XXVI. lib. II. insignite interpolatus.*

Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Insequitur, verbis acuens trepidantia castra.
Nostrum ferrè caput parat illa per æquora puppis.

in quibus versibus, quin medius ille spurius esset, & suppositi-tius, nunquam dubitaui; præsertim cum [illegible] a libris aliis abesse eum viderem, & cur trepidare debuerit insolentissimus Hannibalis exercitus decessu legationis Romanæ non viderem; tandem incidi in membranas, in quibus pro illo, alius hic exstaret, hoc modo:

Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Incessens dextra, nostrum, pro Iuppiter, inquit,
Nostrum ferre caput parat illa per æquora puppis.

qua scriptione nihil melius excogitari potest.

II. *Versu LI.*

Mox:

——Rhœteius imo
Imperet æternum, & populis, sedisq; propaget
Signa ferox, &c.

quo loco videntur, vt sæpe alias, in bonis auctoribus, *c* & *l.* duæ literæ in vnam *d.* coaluisse. dubitari enim non potest, quin *scliq;* pro *sedisq;* reponendum sit, vt τὸ *populis*, quod præcessit, ad dilationem imperii, hoc posterius ad diuturnitatem eius pertineat.

III. *Versu CXXVI.*

Paulo post:

——iunctis iam cornibus arcus
Et ducti spatium nerui complente sagitta, &c.

omitto reliqua breuitatis caussa, dicoque adeo pro *Et ducti* vna voce *Educti* legendum. nec tu scio, Crusi, locum modo vide, aliter statues; quare ad hoc:

IV. *Versu CCXXV.*

Auxilium (inquit poeta) *clamant portis, atq; aggere tuto*
Erupisse gemunt, retinet vix agmina Teron.

de quo cum membranas consulerem, aduerti, damnata hac supposititia lectione, ex iis reponendum:

Consilium damnant, portisq; atq; aggere tuto
Erupisse gemunt &c.

optime, & aptissime præcessit:

Iam noua molitus, stimulato milite, Teron
Alcidæ templi custos, araq; sacerdos,
Non exspectatum Tyriis effuderat agmen.

Et se-

Et fera miscebat reserata prælia porta.

Sequitur ex persona Hannonis Barsinæ factioni contrarii: V. *Versu cccI.*

———nec misceat urbis

Facta suis, inquam, hoc nunc, inquam, tempore muros

Oppugnat, Carthago, tuos, &c.

qui locus transpositione turbatus leui mutatione ita scribendus videtur:

———nec misceat urbis

Fata suis: nunc hoc, hoc, inquam, tempore muros

Oppugnat, Carthago, tuos, &c.

In eiusdem adhuc oratione: VI. *Versu cccxI. versu auctus.*

Quo ruis? & patria exitio tibi nomina quæris?

Subsidunt Alpes: subsidet mole niuali

Alpibus aquarum attollens caput Appenninus?

qui versus quanto elegantiores erunt, si vno ex lib. m. ss. auctiores ita legantur?

Quo ruis, & patria exitio tibi nomina quæris?

Scilicet, immensa visis tu vincibilibus armis

Subsidunt Alpes, subsidet mole niuali

Alpibus aquarum attollens caput Appenninus.

sed vt hic ex auctoritate membranarum versus inserendus fuit, qui vulgo deerat, ita vice versa mox iisdem auctoribus inducendus est quidam, qui supersit vulgo inter istos: VII. *Versu cccL. versu inducto emendatus & alias interpolatus.*

———ac flammis vrere gentem

Iurabat Phrygiam, atq; animo patria arma mouebant.

Vltor erat cadis, iam te spectante propinqua

Proinde polo crescant Alpes, altiusque coruscos

Appenninus agat scopulos, &c.

inducendus hic, inquam, ille surreptitius, vt nebulonis alicuius, & falsum commentum:

Vltor erit cadis iam te spectante propinqua.

vtpote qui nec cœlum, nec terram hic tangat, corrigendusque eo, qui istum sequebatur:

———astrisq; coruscos

Appenninus agat scopulos, &c.

rationem si dicam, noto prædicem: quare vale potius mi Crusi.

EPISTOLA LXXVII.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio IC. S.

QVod posthuma Palmerii nostri scripta anquiris, cl. Berchemi, in eo non recte tantum & amice, verum etiam pie facis, neque est sane quisquam alius vsquam magis ad hanc rem vnicus: quippe ad quem doctissimus ille amicus noster, non tantum facta dictaque sua, verum etiam consilia referre

solebat. de me, nihil habeo p̄ter hendecasyllabos quosdā. quos his versibus mihi ex indignatione & dolore de ipsius morte natis subiunxissem, si ad manum fuissent. nunc autem mittentur illi alias, & tu interea nostra hæc videbis.
Versus Epitaphii in obitum Iani Palmerii Melleri:

Tu quoq;, Iane, iaces igitur, viridiq; sub auo
Vatum Piereis iungeris umbra choris?
Sic iuuenem rapuit mors immatura Tibullum,
Ante diem ad plures sic iit ipse Maro.
Quos tu nunc frueris, quorum nunc mellea dicta
MELLERE, *attonitis adbibis auriculis.*
Circumstant reliqui, & vultu gratantur amico
Aduentum hunc, auidas iniiciuntq; manus.
Complexuq; ligant, nostro gaudentq; dolore:
Mirantur plectris æquaq; plectra suis.
Certatim grato grates Lucretius ore,
Romanis grates Callimachi umbra canit.
Plautiniq; sales, lecto & sermone TerentI
Scena prior, Latia ac primus in historia.
Æmula quos docti a fato quoq; cura Catulli
Pro vate ipsa etiam est officiosa suo.
Vitam sponte sua quiuis debere fatentur,
Sertaq; de lauro virgine persoluunt.
Nec desunt meliore sui parte obruta, quamuis
Nocte sua, variis sparsaq; membra locis;
Ennius arte rudis, balbi Lucillius oris,
Accius incomtus, Pacuuiusq; senex:
Næuius, & Nouius, Varro, Pomponius, & cum
Turpilio Afrani, Cæciliiq; lepos:
Cuiq; suum fecit nomen quadriga, cuiusq;
Labi, aui vates simplicioris adhuc:
Deq; grege historico secli monimenta prioris,
Et veteris Romæ facta Sisenna canens:
Inquirensq; Italum in stirpes ab origine prima
Vrbisq;, ipse sua primus in vrbe Cato:
Mutila Penthei discerptaq; corporis instar
Membra, salutifera sæpe leuata manu,
Quorum PalmerI, priscaq; aptata figura
Quod potes, & in sedes quaq; reducta suas:
Nec desunt omnes, dico, hi gratantibus illum
Ferre sua, atq; vltra subuehere astra sonis.
Et memores memori voces memorare, receptis
Pro tam propensi muneris officiis.
Qua tu tantorum quamquam pietate moueris,
Conspectuq; oculos pascerere, Iane, virum.

Credi-

Credibile est tamen in viventes quæ tua amicos
Viventis nobis cognita vera fides,
Et functum vita ad nos te, MELLERE, relictos
Respicere, & madidis quærere sæpe genis,
Nunc plusquam patrio tibi dedita semper amore,
A quo te captus cœpit uterq; die,
Berchemi, Camplq; ebori certantia & auro
Pectora, & ex æquo mutuum amata tibi:
Fraterno affectu dilecti nunc GVLIELMI
Iudicio totiens ora diserta tuo.
Interdumq; etiam fors nos quoq; lane requiris,
Quæque tui nobis, hac tibi cura mei est.
Sitq; precor, Batauis primum coniunctus in oris
Vt mihi tecum omni tempore duret amor.
Hospes Lugduni peragratis orbe Britannis
Diuisis nostro dictus adesse mihi es,
Hospes Lugduni, quo tempore & ipse profectus
Laudata mores visere gentis eram:
Nec mora, cognoui nostro Duza indice primum,
(Quo facile hac nemo plus quoq; parte sapit)
Quanta tibi docto dicendi gratia in ore,
Esset in ingenio quanta reposta tuo
Vis doctrinarum, solers consentis acumen
Et quam iudicii copia certa foret.
Versibus vt totum se largiretur Apollo,
Seu cithara malles ludere, siue lyra.
Iamdudum ergo auidum tali tibi iungere dextram
Me petis, & firmas quæ modo dicta mihi,
Dignarisq; tuo, mihi quod Palmarium, amore,
Cura mea cura mutua & esse petis.
Quod tibi per manes iuro, MELLERE, fuisti
Care tuos sacris numina certa meis,
Esq; etiam nunc cura mea vel maxima cura,
Post semel obstrictam hanc in Bataua vrbe fidem.
In patriam mox vnde ego te, MELLERE, reuersum,
Agrippinus vbi regna colonus habet:
Ex patria ipse mea & fato, & sponte secutus,
Et colui alterno & cultus amore fui.
Nec quisquam memini, nondum illo tempore Ianus
Nobis, noster amor postea, notus erat:
Nec quisquam ex multis, qui te coluere sodales,
Est animi visus pars magis esse tui.
Mecum partiri soca, siria vtroq; solebas
Tempore, læua tibi, siue secunda forent.
Nec timidus segnisq; ipsum te, & lumina testor,

Audaci nimium tum tibi clausa manu)
Accessi fatiq; tui, certiq; pericli,
Vrbem quo late tempore adorta lues,
Innumeris miseram viduauit ciuibus, & te
Terruit, ac Stygiam ingessit in ora facem.
Hospitiiq; tibi tres iunctos fœdere ademit,
Audax quorum animam tu pietate legis.
Et longe attonito absistente herede propinquo,
Extremo externus prosequere officio.
Nec reputans quam sit saltem hac temeraria virtus,
Omnia amicitiæ post sacra iura putas.
Dum tibi mox vacuum compestis fecit amicis
Munere abunde suo functa timere fides.
Tum vero immerito haud laxantur frana timori,
Et Stygio visus amne bibisse tibi es.
Præsertim, occursuq; tuo vt pallere sodales,
Nec solito dextras iungere more vides.
Sed mæstos, & amens quamuis, prope adire timentes,
Dicere Iane data vixq; salute, vale.
Vtq; notas vitare sacrum te ceu caput omnes
Orco, aut, qui mos hic sæpe, notasse putas.
Tum demum ante oculos nigris loca opaca tenebris,
Visa tibi & picei de Phlegethonte lacus.
Optabasq; mori, & semel hunc finire dolorem.
Pro votoq; fuit posse vouere nihil.
Ægrum animi modo cum nunc his te hortatib. & nunc
His rursum, morbi pro ratione tui,
Solorq; assidue, vinoq; has pellere curas
Inuito, & lætis condere amara iocis.
Et mea nunc tristi non tristia carmina videns
Versu materiæ conuenientе lego.
Exigo & inde legas modo facta mihi ipse vicissim
Iane tua, alterno vt carmine surgat opus.
Nunc veterum simul eruimus sensa aurea vatum,
Deq; tuo accensum lumine lumen amo.
Admirorq; simul, tacite gaudens etiam illud
Cumq; metu & curis dum legis ire dies.
Donec paulatim nullo iam a peste periclo,
Redditus es populo, redditus ille tibi est.
Tum nullo reliquo tibi dico a peste periclo,
Quo repetenda heu cum verba dolore mihi!
Credebam f...is defunctum hac parte, nec vnquam
Sperabam patria his, aut grauiora malis.
Namq; lis huic qui deuotum sponte ante sacrasset
Tantum non temere seq; suumq; caput,

Tantil-

Tantillum interea nec læsus abisset ab illa,
 Non fore tutum ab ea hunc tempus in omne putes?
Certe ego sic mecum nequicquam at sæpe putabam,
 Gratabar duplici & nomine, Iane, tibi:
Quodq; fores functus tum tam præsente periclo,
 Quodq; tibi in reliquum nil foret inde metus.
Ergo & vota fide Germana debita soluo,
 Adiiciens votis plurima muneribus.
Et veneror quantum celebre est medica arte Deorum,
 Sit licet in sacris prima Hygeia meis.
Damnatusq; reusq; audire atq; esse triumpho,
 Dulcius alterutra hac vox mihi nulla sonat.
Iamq; epulis etiam vacuum fit adesse vocatus,
 Cum Iano esse hilari iam mihi dulce meo est.
Accedisq; nouus priscis, Iane alter, amicis,
 Thesea vtrinq; o cognite Iane fide.
MELLEROQVE diu felix, dum me mea versat,
 Felicemq; etiam dum vetat esse diu,
Atq; alia ex aliis diuersis quærere terris
 Votis sors subigit fata aliena meis,
Mellero frueris felix, vtinamq; fruare
 Nunc quoq; me miserum hic litera nostra labat.
Cum desiderium cuius vix posse videbar
 Ferre mihi, hinc demto fine carendus abis.
Ha pereant tituliq; & inania nomina lauri;
 Nil ex his tanti debuit esse tibi,
Palmeri, procul externa vt tellure iaceres,
 Quæ tibi quo pacto non grauis esse potest?
Eheu cur aliquis peregre fugientia captat,
 Cui solida atq; animi sunt bona certa domi?
Hunc quoq; secli huius vitio insanire furorem
 Cogimur Aoniis turba operata sacris:
Splendida vt in speciem captemus nomina, vt auro
 Contra etiam hæc doctis sint redimenda viris.
Vsq; adeo Elysio vt remeet licet ipse parumper
 Huc Labeo, & cingat laurea nulla caput,
Cum Labeone sibi scholæ rei nil esse loquetur,
 Nil sibi rei decet cum Labeone forum.
Legum sex septem capita vno promere raptim
 Spiritu, & ad nullum voluere verba modum.
Verba & felle lita, & taxi mage noxia succis,
 Quæq; queant nocuis inficere astra sonis;
Barbariem in summa colere, & veneranda crepare
 Carmina, quæ Thrax rex, pontificesq; canunt:
Hoc doctrina arcem est, & regna beata tenere;

Hoc summum est patrum, & plebis in ore sophos.
In cunis blando vouet hac nutricula alumno,
Hac timide nato mater amica suo.
Inseruisse caput cœlo, & commercia diuum
Qua fas est licitis appetiisse viis:
Excoluisse animum dignis homine artibus, & se
Vera animi qua sunt condecorasse bonis;
Seclo pro pudor hoc furere, insanire vocatur:
Tantillum his si quem deditum & esse vident,
Omnibus Anticyris properant purgare propinqui,
Mentisq; hunc iurant haud dominum esse sua.
Sed iam nostra suos prauecta est pagina gyros,
Conuenient alio cetera, Musa, loco.
Nec iustis quamuis dudum bacchere querelis,
Persta, spisse etiam iusta querela placet.
Etsi te in nostri prouectam longius aui
Mores, quis vitiis quod libet omne licet,
Excuset cari immaturum funus amici,
Cui soli hi mores caussa fuere mori.
Nam si virtute sua doctrinaue fuisset
Laus nuda, & prisco tempore qualis erat.
Nec, qua ventoso popularis nomina curru
Vana vehit laxos gloria fluxa sinus,
Stultorum magis auriculas, oculosq; tenerent,
Et caperent pompa quemq; nitore sua,
Nunc etiam meus ille meus dum fata sinebant,
Vtq; nec illa sinant tempus in omne meus,
Vitales etiam nunc Ianus carperet auras,
Ætatis princeps gloria, vt ante, sua.
Festiuoq; suo nos oblectaret amicos
Ingenio, atq; haustis ex Charitum ore iocis.
Antiquus certans versu & quocumq; poetes,
Dum canerat priscis inuidiosa modis,
Æquaret culti tersissima cura Tibulli,
Impleret numeros &, Venusine, tuos.
Postq; tubam magni inflatam simili ore Maronis,
Arpino mallet verba vibrare foro.
Quodq; solens solet affectis scriptoribus olim
Iam cœpta cum Dis porgeret artis opem.
Scriptorumq; notas criticas alto vngue notaret,
Et legeret flauis spica Latina comis.
Qualia nimirum Romanis legit in aruis
Plurima, cum messes sedulus ante duas.
Omne simul Latium peragrans tot nostra maniplis
Horrea, & in variis condita structa locis,

Auso-

Ausonia extendunt quæ se pomeria lingua, &
Ingenii impleuit fertilitate sui.
His, inquam, paria e fœcundi pectoris arua
Eruta nunc etiam, vel potiora dares,
Iane mihi vita, quid enim me vera vetabit
Sæpe iterare olim plus mihi amate mea.
Cum miser aui huius vitio patruiq; coactus
Assiduis lingua cedere verberibus;
Copia quodq; aliter faciendi non foret illi,
Cui vitæ ratio certa ineunda foret:
Augendus titulis æquaque insignia honorem
Vt gestaturus vertice honora Dea:
Argentoratum fatalem aduenis vrbem,
Vixque bene ingressum te rapit atra lues.
Atra, inquam, nec parte vlla assimilata sorori,
Tam doctum verita est quæ temerare caput,
Elapsa Agrippæ trieteride cuibus vrbem,
Agricolis miseros cum viduaret agros.
Nimirum obstupuisse illam constantia amoris,
Quæ tunc in socios, & pietate fuit.
Mellifluisq; sonis flexam, iam in morte vacantum
Quis confirmabat fortiter ille fidem.
Ausum vt a vero taceam nec & hoc quoque, quod dum
Letanda afflatu corpora in vrbe legit;
Capta huius grauitate viri ac sermone diserto,
Ludentis roseo & plurimi in ore Dei,
Capta quod his, inquam, cunctis metuenda virago,
Noluerit letho nobilitare manus:
Plurima quo virtus, quo digni principe mores,
Et bona erant vno tot peritura die.
Omnia inhumana nimium quæ ignota sorori,
Argentinenses quæ populatur agros;
Quod Stygis & Lethes non expiet omnibus vndis,
Crudele audendi caussa fuere scelus.
Vt tamen o diras inter dirissima pestes,
Nulla foret tanti dos tibi nota viri,
Non poterat comis saltem te gratia vultus,
Non habitans poterat flectere in ore lepos?
Ha poterat, facinusque tuum damnasse ferunt te,
Et doluisse tuas hoc potuisse manus,
Cum vix conspectis, afflatisque vnaque necati
Forma viri est oculis sic quoque visa tuis.
Sed sera illa fuit misero miseratio, & is nunc
Immatura nigras non minus vmbra domos.
Quæ me vtinam potius viso poterentur amico,

Tango oculos, pro te mors mihi grata foret,
Quondam doctæ meæ moderator Iane iuuentæ,
Et bone in Aonium duxq; comesq; nemus.
Improba sed vetat hoc nigri regina tyranni,
Nec retro inferna nauigat vllus aqua.
Quare quod reliquum est sancti sanctæ incola luci,
In memori MODIO *pectore semper eris.*
Semper in ore, dies nec te mihi prospera seu, seu
Aduersa ex animo diluet vlla meo.
Vsq; sed assiduis socium viduata querelis
Te superos poscet nostra iuuenta suum.
Rursum dum tibi (quod longum, ut non afore credam,
Sæpe mihi ante oculos mors manifesta facit)
Dum tibi, Iane, iterum iungar, qua læta piorum
Gaudia, & æternis tempora Veris eunt.
Hic ego tecum, hic tu mecum meliore frueris
Sole, vale exiguo tempore, Iane, vale.

II.

E tenebris, pedore, situq; antiqua reperta,
Asseris in priscum dum Pylio ore decus,
Et nunc de rerum natura pangere catum
Carmina, & ex atomis cuncta creare suis,
Nunc Plauti Plauto reddis numerosq; iocosq;
Tam bene & Augustæ consulis historiæ:
Ante exspectatum medio in molimine rerum
Rupit fila tibi de tribus vna soror.
Nimirum quæ, Iane, alta cum mente putabas,
Conari esse hominis, perficere esse Dei.

III.

Huc ades, atq; animo quæ dicam inscribe viator,
Non erit a rebus res aliena tuis.
Ille ego sum toto notus Palmerius orbe,
Cuius scripta etiam liuida Roma legit.
Antiquis priscæ renouans frontis honorem,
Multa in quis studio sunt meliora meo.
Iamq; ibi eram, vt finem hic facerem, præfata labori,
Præproperam iniecit cum mihi Parca manum.
Stare diu summis nimirum a Forte negatum,
Quo monitus, quisq; es, quod mediocre, pete.

IV.

Hunc tibi ego hic tumulum pono pellucidus vdo
Francica Mœnus amat stringere vbi arua pede.
Quem mala Rhenanis pestis male perdidit oris,
Vt campos ires ante diem Elysios.
Teq; pie rogo ne spernas monimenta sodalis,

Pone-

Ponebat tumulum sic quoq; Creta Ioui.

V.

Eois ego sum notus Mellerus in oris,
Oris Mellerus notus in Hesperiis,
Curis non curis florentem nobilis oti,
Pestis quem afflatu perculit atra suo.
Quod mihi post obitum quoq; dulcem ante omnia Phœbum
Inq; sacro iure præsidem amere Deum;
Non caussa periisse mea me tristior, amicis
Gaudia verum obitu hoc tot periisse meo.

VI.

Hæc tibi, Iane, tuus posuit monumenta sodalis
Parua, sed ingentis quondam testamen amoris,
Teq; sui rogat vt ne mutua cura relinquat.
Quidquid id est fugias inimica flumine Lethes
Proluere ora, hausto hoc Piladen nesciuit Orestes.

VII.

Clauditur hoc, Mellere, tui mortale sepulcro
Quidquid erat, modica & contumulatur humo:
Sed mens quæ cœlo, quæ terris fama vagatur,
Carmine nec claudi, nec pote sunt tumulo.

VIII.

Mentem animi indiderat nascenti Iuppiter, oris
A Iunone tibi, & Cypride luxit honos,
Ingenium Phœbus, Genium tibi casta Pallas,
Mercurius dederat dulce, decensq; loqui:
In labris Peitho sibi fixerat vtraq; sedem,
In verbis Siren Græca Latina tuis.
Mores ipse tibi dederas, tot dotibus aucto
Cum subitam properant inuida fata necem.
Inuida fata quidem, sed non & gnara perinde,
Quod bene qui dixit, vixit & ille diu.

IX.

Mellero moriente pyrâ sua plectra Camœna,
Contulit & lauros mœstus Apollo suas.
Contulit alma Venus myrtos, Venerisq; pharetram,
Cum pharetraq; arcum, atq; altera tela puer.
Mercurius virgam, ac oleam dat casta Pallas,
Hisq; iubent tanti membra cremare viri.
Exustis cineres Charitum pars condidit urna,
Quam circum molles implicuere rosæ.
Pars violis terram vestit, marcescere forsque
Ne possint, lacrymis irrigat vsq; suis,
Suada potens, Gratæ & quot sunt in gente lepores.
Romanis quot sunt apta theatra iocis.

X.

Mel, Mollere, merum, mea dudum certa voluptas,
Nunc dolor, ut fato sors mea versa tuo est!
Hoc illud fuit obscena quod mane volucres,
Quod sero cecinit vesperis omen auis.
Hoc fuit in somnis tua quod mihi pallida imago
Multa Deum visa est de feritate queri.
Cuncta mihi frustra vim qua fluminis unda,
Frustra sunt magicis cuncta piata focis.
Inuitis nil fas diuis sperare, nec hilum
Contra Persephonen carmina nostra valent.
Carmina nil valuisse parum est, at gramina saltem
Debebant vitae consuluisse tuae.
O mihi vita ipsa, donec mihi vita manebit,
Carior, atque oculis, quos tego, Iane, meis.
Sed neque Phœbus habet medicas in gramina vires,
Toto opifer dici nec meret orbe Deus.
In Phœbi inuidiam, ast in nostrum, Iane, dolorem,
In damnum ante diem Palladiae artis abis.
Nec mihi, quae misero solatiá magna fuissent,
Saltem illud licuit dicere triste, Vale.
Nec bibere aure auida extremas, aut reddere voces,
Condere nec mœsta lumina cara manu.
Externis, miserande, iaces tumulatus in oris,
Fas patria ut fuerit nec mori in vrbe tibi.
Nescia mens fati pugnata tramite magna
Dum petit, & meritis vilia serta suis.
Pro lauro feralem eheu viridante cupressum
Fert capite, & Stygias umbra coronat aquas.
Sic aliquis stadio victor cum staret aperto
Implicitus flauas frondis honore comas,
Inter laudantum voces, plaususque repente
Non exspectato funere mersus obit.

XI.

In prima quotiens exstingui flore iuuenta,
Transscribique nigris & sine sole locis
Nunc hos, nunc illos video, ut quisque optimus vtque
Proluerit sacris plenius ora vadis,
Cum fex, cum vulgus fruges consumere natum,
Auersoque audens carmina turba Deo,
Nestoreos viuant inhonori, inglorii in annos
Carpantur longo vixque etiam a senio:
Indignor totiens, & magnus pectora motus
Concutit, in lacrumas lumina eunt que suas
Iniustosque Deos, iniustaque fata Deorum

Inru-

Incusans, faucs voce voco superos.
Cum Ratio, quid stulte Deos, quidue astra fatigas
Questibus? insanis litora bobus aras.
Non tibi nascenti vita est data mancupio; vsu
Si pudor est, illam sit satis esse tuam.
Reddere depositum iussus vesane recusas,
Quæq; accepisti ponere dona negas?
Non, inquis, mouet hoc, quod mors sua cuiq; luenda est,
Sed properata rapit quod bona quaq; dies:
Aonias fobres Tithoni more senectus
Vix minuat seclis cum male sana tribus.
Audio; & est aliquid quod dicis, scire sed euge
Admonitu debes hoc fieri omne meo.
Nimirum, indocti tarde moriuntur. at vno hoc
Pensanda æternum his mors subeunda fuit.
Docti præpropero rapiuntur funere. nempe
Doctis victuri semper in ore viris.
Indocti ex solido vitam lucemq; relinquunt;
Docti parte modo deteriore sui.
Talibus atq; aliis Ratio; noua cura recurset
Nescio quo pacto hæc cum tamen vsq; mihi.
Vtq; alias nunquam, nunc me versatq;, coquitq;
Et multa miserum complet amaritie.
Dimidio denato animi, MELLERE, mei te,
Quo leuius saluo damna priora tuli.
Noram quippe amplas fœcundi pectoris artes,
Ingenii noram dona beata tui.
Exspectabamque illi similes ex ordine fratres,
Quem tibi sacra olim supposuere Dea:
A Mœno egressus dominam qui vectus ad vrbem,
Et mox Hadriaticis qua moderatur aquis:
Parrhisiosque dehinc: & nostratum vrbium ocellum,
Creditur a missa qua indigetata manu.
Tibridis inuidiam Mœno, Eridanique creauit,
Sequanicisque grauis, & tibi, Scaldi fuit.
Huic exspectabam similes, dico, omnia fratres,
Cum breuibus perfert pagina puncta notis:
Vixit MELLERVS, subiecit ego: viximus ergo
Nos quoque. grata veni mors mihi, vita vale.
Dixi, cum circum ruere omnia visa repente,
Et patefacta oculis Tartara ad ima meis,
Spem mortis fecere quidem, interfecta sit vt mox
Illa sed inuitas imbre rigante genas,
Ex oculis vndans iam cæcis agmen aquarum
Quippe adeo misero vi violente ruit:

Vt ſpem ſubmergens conceptam, vno impete clauſum
Longo laxaret tempore vocis iter:
Multa querens quam dum laſſo aſtra, Deoſq; peroſus,
Hos iterum Ratio rettulit ore ſonos:
Quo tantum diuerſus abis mihi. fræna dolori
Iniice, & immites parce vocare Deos.
Diuorum hic nulla inſidia, vixit tuus ignis,
Tempora quid numeras, non numeranda, dixi?
Emeritusq; iacet quamuis ætate iuuenta,
Et plus ſors hominum quam capit ille tulit.
Circuitu quid opus, longis quid gloriam in annis
Sectari, facilis quæ tibi ſponte venit?
Errat qui ſpatio vitam metitur? ab vſu
Vita omnis ſolo longa, breuiſue ſuo eſt.
At fruſtraris in hoc. docti monumenta ſodalis
Quod dum plura optas, interea ille cadit.
Demens, nequiquam quis te ſperare coegit
Tale quid? anne prius dum dedit auctor opus?
Principio, nil ille niſi hac promittere quidquam
Vel ſibi, vel potuit conditione tibi,
Otia ſi diui, vitam ſi fila ſororum,
Fataq; dIs magnis non temeranda darent.
Nec tibi ſperatam ſpem vanis ille feſellit
Pollicitis, faciet res tibi vt ipſa fidem.
Poſthuma cum dias Palmerl in luminis oras,
Inq; ſuum exibunt aurea ſcripta diem.
Quod quanto ſatius fuerat te vrgere, querelis
Quam vanis animi prodere ſigna tui.
Hoc pietatis opus, lacrymas profundere inane eſt:
Dum fugienda facis, quid facienda fugis?
Finierat Ratio. cui ne parere recuſem,
Crudus nim s ſubeat quamlibet, ipſa facit.
Et nunc, vos moneo, per ſancti quicquid vbiq; eſt,
Et per ſi quis adhuc fas piumq; colit.
Ad quoſcunq; mei venient monumenta ſodalis,
Romana in vulgus edite cuncta fide.
Neu plagio ſcædate manus: qui fecerit, ille
DIs ſuperis, medius, atq; Erebi hoſtis erit,
Et longe a Muſis diris aget omnibus vnus
Deuotum ſacris carminibusq; caput.

XII.

Quare alium vatem doctarum turba Dearum,
Quare alium doctis præſes Apollo Deus.
Non ego vos ſolito poſthac venerabor honore,
Vllaue conſueto carmina more canam:

Scili-

Scilicet in tenui teneros inglorius annos
Exigam, & a populo prætereunte notor.
Dein peream ante diem: fasso mihi parcite diui,
Parcite, non tanti audire poeta mihi est:
Dum vestri extendit Ianus pomeria regni,
Præq; bono magnas carmine temnit opes:
Flos veluti prima interceptus vere iuuenta,
Flebilis ab doctis vatibus ille iacet.
Et post hæc aliquid de te sperare poetas
Phœbe, aliquid de te Calliopea iubes,
Nempe quia vobis princeps tam certa poeta
Auxilia, & vota præmia mentis habet.
Sic ego: cum mea sic rursum ad conuitia Phœbus
Sic infit socio Calliopea sono:
Obticeas inuidia immeritos, nam sydera testes,
Flebilior nulli ac Ianus vtriq; fuit.
Sed nostros etiam mors abstulit improba natos,
Et Linon aula feri ac Orphea Ditis habet.

XIII.

Externa patriam repetens tumularis harena,
A caris longe numinibusq; tuis.
Nec tibi mors dulces properata remisere amicos,
Extremumue dedit dicere posse, Vale.
Nomine & in luctu hoc omnes, MELLERE, iacem
Et te flebilibus poscimus astra sonis.
Funeris absentiq; tibi instauramus honores,
Ac vacuum pateram vergimus ad tumulum.
Aggerimusq; rosas, & totum veris honorem,
Lustrantes falsis singula lacrymulis.
Tristibus & numeris pro se tibi quisq; parentat,
In nulla cessat nostraq; parte fides.
Omnia sed postquam curate fecimus; aque
Externa properum funus in vrbe iaces.
Nec patriam repetes, optataq; mœnia cernes,
Aut reditu poteris illa beare tuo.
Parca vetat, fessaq; coli, sed quid facit ad rem hoc,
Pro patria, patria si meliore cares?
Dum repetis patriam, in patrium translatus Olympum es.
Hoc mutare aureis ferrea secla fuit.

XIV.

Non tam dimidia, PALMERI, aut cordolio hoc est,
Quamquam dimidia est cordolioq; mihi:
Quod subito ante diem præreptus funere nobis,
Messorum veluti lilia falce cadis:

Scimus in arbitrio hoc, quos plus fas posse, Deorum,
Ordine quo captam quisq; relinquat humum:
Nec cana censeri homines aetate, vel annis;
Sed iussum incertas quemq; subire vices:
Hoc mage diuidia, PALMERI, cordolio hoc est;
Si quid & a fatis credis amice mihi:
Quod patria longe fido alloquioq; tuorum,
Ignota, miserum me, regione iaces.
Nullus vbi, media qui lumina morte grauata
Clauderet, & legeret spiritum, amicus erat.
Nullus vbi, qui defuncti lectoq; locaret,
Funereo, & moestis traderet ossa rogis;
Augeretq; sacro pascentes corpore flammas,
Ingereret totam & funditus Arabiam.
Nullus vbi digna qui te componeret vrna;
Diceret & cineri: sit tibi terra leuis.
Hoc queror, hoc mecum fidi lacrumantur amici,
Inuidiam fati & pragrauat ipse locus:
Vltima, PALMERI, nobis mandata dedisses:
Quaq; solent summum verba praire diem,
In nostris animam alesses complexibus, esset,
Laxare infelix posset vbi, arma dolor.
At tu plebeio aut tumulatus funere, fors aut,
(Iratis nolim quod licuisse Deis)
Fraudus honore rogi, subita male tectus harena
Iane iaces, nuda vix bene sparsus humo.
Quid tamen hoc refert, si rem ratione putemus,
Num minus & coeli arx inde petita tibi est?
Sic est: hoc miseri nos consolemur amici,
Tellure hac spatio distat vbiq; pari.

XV.

Si vitam vita redimi fata atra sinant, sit
Vita tibi vita, Iane, redempta mea.

EPISTOLA LXXVIII.

Franc Modius Abrahamo Ortelio Geog. R. S.
Antuerpiam.

SYnonyma tua nominum propriorum, Orteli clariss. quantum aliis aut placuerit, aut profuerit, nescio; illud scio, mihi eam & impense iam ab initio placere, & non raro, in Silio meo praesertim, magno fuisse adiumento, vt tum testabor, cum Poetam hunc mox cum Homero, & Virgilio inprimis, cum cura collatum, & locis innumeris emendatum, vulgo vulgabo. In quo nunc sat erit mihi hic, vt alibi ad alios saepe feci, ne tum omnia monere necesse habeam, pauca notare, quae iudicii tui facere libuit. Lib. XIII. versu 553.

I. *Silius emendatus libro XIII. vers. DLIII.*

Verum

Verum vltra Oceanum sacro certamine fonti
Lethaeos potat latices obliuia mentis.

Videor reperisse mihi veram lectionem, eamque esse: *sacro conterminа fonti.* *certamine* certe illud hic plane otiosum est, aut potius, ne sit, turbandæ sententiæ Silianæ. Statim post: II. Versu ƆƆLXIII. bis ter interpolatus.

Hanc optat saniem non vno Cerberus ore:
Hac & Thesiphones sunt pocula, & atra Megara
Hic sitit, ac nullo rabies exstinguitur haustu. &c.

Dico breuiter totum hunc locum ex membranis ita in integrum restituendum videri:

Hanc potat saniem non vno cerberus ore:
Hac & Tesiphones sunt pocula, & atra Megara
Hinc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.

III. Vers. ƆƆCCVI.

Versu 706

Lux Italum, cuius spectaui Martia facta
Multum vno maiora viro, descendere nunc te
Atq; habitanda semel subigit quis visere regna?
Quem contra tales effundit Scipio voces.

lego, quidquid delirent quidam nugiuenduli:

Lux Italum, cuius spectaui Martia facta
Multum vno maiora viro: descendere nocti
Atq; habitanda semel subigit quis visere regna?
Cui contra tales, &c. descendere nocti.

dixit pro, ad noctem, id est, ad tenebrosa tartari loca, sic apud Virgilium legitur: *it clamor cœlo.* & Ouidium: *Præcipitatur aquis.* Versu 762.

IV. Versu ƆƆCCLXII. ter, quater correctus.

Posthac ostendens iuueni, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus, qui victor in omni
Cursu signa tulit, cui peruia Bactra, Dacaq;
Qui Gangen bibit, & Pelao ponte Nyphaten
Adstrinxit, cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Incipit Æneades Libyci certissima proles
Ammonis, quanto exsuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent, quæ te via scire superbum
Ad decus, & summas laudum perduxerit artes.

Varie interpolatus, ac mire corruptus locus, sed quem ita sibi, ita nobis restitui posse sperem:

Posthac ostendens iuuenem, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus, qui victor in omni
Cursim signa tulit, cui peruia Bactra, Dahaq;
Qui Gangen bibit, & Pellæo ponte Niphaten
Adstrinxit, cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Incipit Æneades: Libyci certissima proles
Hammonis, quando exsuperat tua gloria cunctos

Indubitata duces, similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent, qua te via, fare, superbum
Addecus, & summas laudum perduxerit arces.

Singularum emendationum rationem si reddere pluribus laborem, nugas agam; ipsæ se produnt, & posset alioqui pro ratione esse, membranarum longe optimarum Agrippinensium auctoritas, in quibus diserte hoc modo, quo posterius dixi, omnia leguntur: nisi quod *Dabeq;* & *cursim* a mea coniectura sunt, vt interpungendi modus a iudicio, vt autem hic *summa laudum arces*, ita, nescio qui, *doctrinæ arcem* dixit. Vale Orteli.

EPISTOLA LXXIX.

Franc. Modius Henrico Stephano S.

PLinii Secundi epistolas a te nuper editas, vir clarissime, non minus auide quam diligenter euolui, cum summa admiratione ingenii tui tam diffusi, & varii, vt cum propria quædam habeas studia, & plane sua; in aliis tamen etiam non minus excellat, & vbique quasi in sua palæstra exerceri videatur. Quid quæris? effecisti vt & ipse Plinium si qua possem adiuuandum, & emaculandum mihi exemplo tuo existimarem, collato in eam rem cum vestra editione scripto codice Pliniano, Rodolphi Agricolæ manu olim, vt titulus loquebatur exarato; qua ex contentione quid profecerim, alias iudicii tui, & totius collegii Musici faciam. nūc te arbitrari velim de pauculis notis in panegyricos, quos Plinio tuo subiunxisti, quæ mihi inter legendum sub manu natæ sunt. leues illæ quidem, & quas tu, si hic fuisses, aut non potius operæ tibi, vt fit, sæpe minus paruissent, longe & acutius peruidisses, & melius fortasse constituisses; sed tamen quas non omnino silentio præteriri eorum maxime interesse existimo, qui loquendi genus hoc peculiare, quo vsi de industria, aut quia sic illa tempora ferebant, Panegyricorum auctores videntur, etiamsi nihil in se habeat vitii, vix tamen sic quoque assequuntur. Lat. Pac. Drepanus in Panegyrico, quem Theodosio Aug. dixit, inter cetera ita ait: *Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis aut de fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset: illud purius splendidiusque credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lacrumæ non animum aquæ abluissent, nec e terrenis specubus egestum, sed e ceruicibus iugulisque cæsorum esset effossum.* in quibus quid est, quod ait; *quod hominum lacrumæ non animum aquæ abluissent*? an non ænigma hoc? planissime. sed bene quod sphyngem, & quidem Herdensiana illa meliorem domi habemus. scribendum haud dubie: *quod hominum lacrumæ non amnium aquæ abluissent.* elegantissima, & maxime perspicua lectione. Statim: *De virorum mortibus loquor? cum descensum recor-*

I. Drepani Panegyricus Theodosio dictus notatus.

II.

dor

gaudet ad sanguinem fœminarum & in sexum, cui bella parcunt, non parce sæuitum? Nihil mihi posthac, Henrice, credas velim, nisi scripserat Pacatus: *& in sexum cui bella parcunt pace sæuitum?* erat nimirum ab oscitante librario, qui modo *parcunt* exarauerat *parce* pro *pace* scriptum, quod cum contra mentem Pacati esse viderent correctores, ad negatiuam, vt ad sacram anchoram confugerunt. sed monendi hi mihi sunt, etiam atque etiam considerandum locum, & ante omnia tentandum, quam eo descendatur, vt aliquid bonis scriptoribus de nostro assuamus. Si enim huiusmodi particulas temere inserere, vel subtrahere licet, quid erit quod modo paulo latinius elegantius, eruditius dictum sit, a sciolorum audacia satis tutum? sed ad Panegyricum, in quo iterum statim sequitur: *An sustinere te coram & solum oculis tuorū ferre conspectum ille quondam domus tua negligentissimus vernula mensularumq; seruitium statarius lixa potuisset?* scribo euidenti satis coniectura, nisi sciens fallor: *ille quondam domus tua neglectissimus vernula.* affinitas, quæ est inter *c* & *g* literas, qua sæpe altera alterius vices fungitur, errori occasionem dedit. Post pauca: *At vbi impulsa acies, fronsque laxata, & fiducia in pedes versa est, ire præcipites gloriando fugere, & se inuicem festinando tardare: armati, inermes, integri, saucii, primi postremi q; misceri, miles vrgere eminus, cominus gladiis, hastis punctim, cæsim ferire: alii populi tibi imminere, alii terga configere, aut quos cursu non poterant continere, iaculis occupare, arma telaq; homines vita peremta, prona supinaq; corpora passim vel in aceruo iacere.* III. IV. Ter, quater interpolatus plane insignite.

Elegans & coloribus suis insignite descriptus fugiens re perdita fususque exercitus; sed ita contaminatus, vt multum genuinæ eius venustati scripturæ vitia derrahant. quæ est enim in fuga gloria, aut quis gloriando fugit? dein, quale est illud, *alii populi tibi imminere,* aut quem sensum commodum eiicit? denique, quis est ordo in illis verbis: *miles vrgere eminus, cominus gladiis, hastis punctim cæsim, &c.* equidem, vt in pauca dicta conferam, arbitror ex ductu literarum & sententiæ postulatis ita totum locum legendum: *At v. i. a. f. l. e. & f. i. p. v. e. i p. glomerando fugere, & s. i. f. t. a. i. i. s. p. p. m. miles vrgere, cominus gladiis, eminus hastis, punctim, cæsim ferire, alii poplitibus imminere, alii terga configere, aut quos cursu non poterant continere, iaculis occupare, &c.* Eodem Panegyrico: *Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta, nemo affectus, nemo nota, nemo conuitio aut denique castigatione perstrictus.* confusa oratio, sed cui malo ita succurri posse putabam: *N. b. p. n. m. l. nullius præterita dignitas, nullius imminuta, nemo affectus nota, nemo conuitio, aut d. c. p.* vt ex eo natus sit error, quod eædem voces iterandæ sæpius fuerunt. nisi placet, V.

quod etiam relegenti emendationem meam non displicebat: *N. b. p. n. m. l. nullius praeterea dignitas imminuta, nemo affectus nota, nemo c. a. d. c. p.* etsi ego illud malo.

VI. Paulo ante erat: *quisquis purpura quandoq; regali vestire humeros cogitabit, Maximus ei exsutus occurrat: quisquis aurum gemmasq; priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat, quisquis imponere capiti diadema meditabitur, auulsum humeris Maximi caput & sine nomine corpus aspiciat.* paruum est quod monebo, sed tamen legendum: *quisquis aurum gemmasq; priuatis pedibus aptabit.* alioqui vota libera sunt, regni insignia sibi aptare, non item. Vale, Bambergae XI. Calend. Maias CIↃ.IↃ.LXXIII.

EPISTOLA LXXX.

Franc. Modius Conrado Leio S.

Libros veteres, Conrade eruditissime, vt auidissime anquirere, ita diligentissime cum recentioribus contendere soleo. eo lubentius, quod nunquam fere frustra tale quid a me tentatum sit etiam in iis auctoribus, qui huiusmodi virorum emendationes prae se ferebant, vt labori deinceps supersederi in iis posse videretur. testari id possent Notae in plurimos, & optimos scriptores, nisi eas iniuria quidam nuper inuolassent, non quo eas supponant sibi, quod non nimis aegre ferrem; sed ne omnino lucem videant, quod factum tam illiberale, etsi fortasse alios ab hoc studiorum genere in posterum deterrere potuisset, apud me tamen, siue hoc facit natura mea, siue, quae pro illa multis solet esse consuetudo, tantum non valuit, vt abstinere me membranis, & codicibus manu exaratis aut possem, aut vellem, quam autem recte ea tractauerim, ex libro hoc, cui Nouantiquarum Lectionum per Epistolam titulum feci, vos iudicabitis, tuque eximie etiam haec considerabis, ex penu Weidneri nostri mihi depromta. Lucani libro primo versus sunt:

I. *Lucanus lib. I. emendatus versu XLVI.*

Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus
Et tacitos mutos voluunt in pectore questus.

qui non parum melius ita legi posse videntur:

Diriguere metu gelidos pauor alligat artus,
Et tacito mutos voluunt in pectore questus.

II. *Versu CCCXLIX.* malo etiam versu 349. *nec numina deerunt.* quam vulgo vulgatum:

——*Nec numina desunt.*

III. *Versu IↃLVI.* Versu 556.

Indigetes fleuisse Deos, vrbisq; labores
Testatos sudore lares.

non

non dico hanc scripturam vitio omnino vlli obnoxiam, sed illud dico, ne membranaceam quidem plane contemnendam, quæ referebat: *Indigenas fleuisse Deos*, vt intelligantur illi soli, qui de Romanis in Deorum numerum relati, cœlestibus etiam honoribus afficiebantur, quos verisimile est magis suorum ciuium curam habuisse, quam extraneos. in quorum numero erant Isis, Æsculapius, alii. facitque huc illud Ouidii Metamor. de eodem Æsculapio:

Hic tamen accessit delubris aduena nostris.
Cæsar in vrbe sua Deus est.

Versu 644. IV. Versu IↃCXLIV.

Aut si fata mouent vrbi, generiq; paratur,
Humano natura lues.

lego, legendumque adeo aio:

Aut si fata mouent vrbi (orbi al.) generiq; paratur
Humano matura lues. vt dixerit Lucanus *matura lues* pro festina, & omnino instanti. Lib. II. versu 371. de Catone, eiusque secundis cum Martia, quam Hortensio habendam transmiserat, nuptiis: V. Lib. II. Vers. CCCLXXI.

Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duroq; admisit gaudia vultu.

probo veterem scripturam: *nulloq; admisit gaudia vultu.* vt sit locutio comica gemina & germana isti Ouidianæ:

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Versu 427. VI. Versu CCCCXXVII.

Longior educto qua surgit in aera dorso
Gallica rura videt, deuexasq; adspicit alpes.

membranæ quædam habebant:

——*Deuexasq; accipit Alpes.*

vnde faciebam:

——*Deuexasq; excipit Alpes.*

quod suffragio suo comprobauit Weidnerianus codex. & est fere ad exemplum hoc istius Ciceronis in Catone: *Sed memoriam illius viri omnes excipiunt anni consequentes.* & Liuiani illius: *Nec tranquillior nox diem fœde actam excepit.* Valent idem ni fallor Græcis, ἐκδέχομαι & διαδέχομαι.

Versu 506. VII. Versu IↃVI.

Ecce nefas, belli reseratis agmina portis
Captiuum traxere ducem, ciuisq; superbi
Constitit ante pedes: vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.

nullum fortasse inest in hoc loco mendum, probabilisque adeo hæc lectio videri potest iis saltem, quibus ista *alta nobilitas*, & *recta ceruice* simul non male posita videbuntur: ceterum membranæ referebant *ante* pro *alta*, vt dixerit Lucanus *ante nobili-*

tas.ad exemplum illius ex diuina Æneide: *O socii, neq; enim ignari sumus ante malorum*. recta ceruice autem ferrum poscere, est cum fiducia sui, & contemtu quodam hostis victoris mortem flagitare, sic autem & Iuuenalis dixit:

——Præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

VIII. estque & hæc, vt scis Conrade, a Græcis loquendi ratio. Versu
Versu 556.ait Pompeius:
DLVI.

Feruidus hæc iterum circum præcordia sanguis,
Incaluit, dices non esse ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati.

monuerunt alii pro *dices* varie modo *discas*, nunc *discant*, interdum *disces* legi. ego cum Cæsarem hæc verba verberent, probo
IX. Weidnerianum *disces*. Versu 635. ait idem Pompeius filio:
Versu *Redde mari Cilicas, Pharios hinc concute reges.*
DCXXXV. malo cum eodem Weidneri codice: *Pharios (Parthos alii legunt) hinc excute reges*. quod est verbum ex schola IC. mire, ni sciens fallor, huc faciens, alioqui quin illud *concute* probum etiam sit, negari non potest, vel ob illud nescio cuius poetæ: *fœcundum*
X. *concute pectus*. Versu 640.
Versu *Sed quid plura moror, totos mea gnate per ortus*
DCXL. *Bella feres.*

scribo cum scriptis libris:

Et quid plura moror? totos mea gnate per ortus
Bella feres.

XI. contra autem quo loco est libro IV. Versu 405.
Lib. IV. *Qua maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas.*
vers. CCCCV. repono *ferit* pro *serit*. sic enim alius:

Insani feriant sine litora fluctus.

sed hoc vt infinita alia monitione fortasse non egebat, cum et-
XII. iam pueris de eo liquere possit, non parcam tamen etiam illud
Iterum libro adiicere. Versu 653. quo loco est iterum lib. II.
II. versu *——Tot oppressa depulsis hostibus arces.*
DCLIII. venustius mihi videri quod in membranis legitur:

——Tot oppressa deiectis hostibus arces.

sic enim alios quoque Latinitatis obseruantissimos loqui memini.

EPISTOLA LXXXI.

Franc. Modius Christiano Egenolpho S. Oppenhemiam.

BEne, ita me Dii ament, factum, Egenolphe, cum te in eo, quo dignissimus es, fastigio Musæ collocarunt. scilicet tandem aliquando etiam Phœbum suos respicere, durent modo illi rebus aduersis, & se secundis seruare sustineant, quamquam

non tam tibi hanc honoris accessionem, quam Oppenhemiæ gratulor, cuius iuuentus tuis consiliis & prudentia moderata, & doctrina, atque eruditione in studiis bonarum literarum adiuta, non dubium mihi sit, quin pro singulari vigilantia tua, ingentes progressus breui sit factura. Quod vtinam Deus daret, vt tui similibus vbique huiusmodi honores, siue officia sunt, mandarentur, fieret id haud dubie maiore reip. Christianæ bono, minusque hominum male a teneris eductorum sit, quod passim cœlum terræ misceat, sed insanus ego, qui hæc epistolæ, aut si sint, certe nostræ esse putem, & quidem inter mixime seria. potius cum vacabis Egenolphe, & bonas horas non bene collocare voles, ista considera. Gestaris qui Barsinæ erat apud Carthaginenses factionis apud Silium Italicum. Lib. II. hæc sunt verba:

——Nos, nos contra ibimus hostem,
Quis procul a Tyria dominos depellere Byrsa
Vel Ioue non æquo fixum est: sin fata repugnent,
Et iam damnata cessit Carthagine Mauors,
Occumbam potius. nec te patria inclyta dudum
Æternum famulam, liberq; Acheronta videbo.
Nam quæ, pro Superi, Fabius iubet, ocyus arma
Exsuite, & capta descendite ab arce Saguntho:
Tum delecta manus scutorum incendat aceruos,
Vranturq; rates, ac toto absistite ponto.
Dii procul o (merita est si nunquam talia plecti
Carthago) prohibete nefas, nostriq; solutas
Ductoris seruate manus, tum deinde resedit,
Factaq; censendi patrum de more potestas,
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.
Tum vero attoniti, cen templo irrumperet hostis
Exsiluere patres, &c.

I. *Lib. II. vers. CCCLXII. tres præter item duas, tres alias interpolationes, spurii ex Silio versus eiecti.*

Versus procul dubio aliquammultis locis emendandi, inductis insuper tribus ineptissimis istis, & barbariem, a qua sunt, redolentibus:

Factaq; censendi patrum de more potestas.
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.

quos tales, tam spurcos, & auctore suo, non Silio dignos, qui hic delendos, vt adulterinos, non viderunt, eos ego oculis non bene vti arbitror. dixi ad hæc in superioribus versibus quædam emendanda, & verum est. quid enim sibi vult illud?

——Nec te patria inclyta dudum
Æternum famulam, liberq; Acheronta videbo.

manifeste scribendum, & legendum vna litera mutata:

——Nec te patria inclyta dedam
Æternum famulam, &c.

vident hæc, qui hoc scribendi genus vt inutile damnant, & non resipiscunt? en vt tantula literula sententiæ auertendæ, aut potius euertendæ fuerit. sed & illud:

——Tum deinde resedit,

parua mutatione ita scribatur, siquidem recte scribatur:

——Vt deinde resedit.

probant tam præcedentia, quam sequentia, illa præsertim:

Tum vero attoniti, ceu templo, &c.

sequitur aliud literæ immutatione quoque emendandum ibi:

Iamq; senescebat vallatis mœnibus hostis, &c.

plane enim reponendum: *vallatus mœnibus hostis.* & de Saguntinis intelligendum, rursus literæ vnius a fine detractione,

II. Versu CCCCLVII.

quo loco est:

It liber campis pastor, cui fine sine vllo
Inuetitum saltus penetrat pecus, &c.

III. Versu CCCCXLI.

scribendum enim videtur:

It liber campi pastor, &c.

& est imitatio Virgiliana ex lib. III. Georg. in quo ista leguntur:

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine mensem
Pascitur, itq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis, tantum campi iacet, omnia secum
Armentarius Afer agit, &c.

IV. Lucanus lib. VI. ver. CCCI. notatus. Eod. lib. VI. vers. CVI.

Phrasi autem Siliana vsus ante Lucanus ibi:

——Felix ac libera legum
Roma fores, &c.

non enim probo eos m. ss. in quibus *regum* pro *legum* reperitur. sed & alibi ait idem Lucanus:

At liber terræ spatiosis collibus hostis, &c. & germana cum nostra locutione. mox, imo post multa:

V. Versu IↃXXCIIX. lib. II. iterũ Silius.

Tum vero excussi amentes, ceu prodita tecta
Expulsi fugiant manes, &c.

non dubitabis, sat scio, Egenolphe, mecum legere;

Tum vero excussæ mentes.

est enim & hoc, vt vides, a Virgilio, qui ait;

Excussaq; pectore Iuno.

idem Lucanus;

——Nullaq; tumultus
Excussere viris mentes ad summa paratas.

loquuntur ita Oratores quoque, Plin. Epist. *Eram acturus adolescen-*

lescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos ciuitatis. atq; etiam Cæsaris amicos, quæ singula excutere mentem mihi, post tam triste somnium, poterant.

Statim; VI. *Versu* IↃXCVII.

——Portantq; trahuntq;
Longas pacis opes, quæsitaq; præmia dextris,

restituatur, me monitore, auctoribus membranis;

——Portantq; trahuntq;
Longa pacis opes, &c.

in eadem voce idem monui, si forte vidisti, Egenolphe, apud Curtium, qua parte direptionem Persepolis is describit, & sic Tacitus quoque, *direptus longa pace in modum municipii exstructus locus, &c.* atque alibi. *subuersa longa pacis opera haud procul castris in modum municipii exstructa.* Vale.

EPISTOLA LXXXII.

Franc. Modius amplissimo Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, Eq. Fr. S.

IN Censorini de die Natali librum commentarium supra quam credi potest, certe solet, bonum. Natali tuo mihi hic aliquid etiam ad te, amplissime Patrone, commentari lubet, cui ipse non minus debeo, quam Cerellio Censorinus. non, vt idem ad eundem scribit, docendi studio, aut ostentandi voto, ne competat in me vetus illud, Sus Mineruam, sed ne viderer beneficiis tuis ingratissimus, eruditissimi viri exemplum sequi volui. vtque solent homines religiosiores antiquitus memores omnia se, quibus vtantur, fruantur, Dei Optimi Maximi munus habere, ex singulis aliquid ei summo rerũ arbitro sacrare, magis adeo, vt se gratos approbarent, quam quod eum hoc arbitrarentur indigere: ita ipse quoque, a quo, & cuius beneficio non pauca, vt captus meus est, in literis percepi, exigua hæc tibi reddi libamina, præfatusque quoniam de die Natali, natali tuo die sermo est, quo a votis auspicia sumi debent, vt eum numeres meliore lapillo quam sæpissime, atque hortatus, vt quod apud Poetam Satyrographum sequitur, merum Genio fundas, libri ipsius interiora ingredior, in quo quod est eo capite, quod vulgo v. faciunt.

Itaq; primum clymactera annum XLIX. *esse prodiderunt, vltimum autem* LXXXI. *Medium vero ex vtroque permixtum, anno* LXIII. *quem hebdomades nouem, vel septem enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculosissimum dicant, quod ad animum & corpus pertineat, ego tamen cæteris non duco inferiorem.* vitii manifestarium est illud, *cæteris non duco inferiorem.* pugnatque cum mente auctoris, & caussa, quã statim subiungit, propterque quam minus cæteris hunc clymactera formidabilem vi- I. *Censorinus de die Natali cap. v. notatus.*

deri sibi ait: quod nempe vtrumque quidem numerum, puta septenarium, ac nouenarium in se contineat; sed neutrum quadratum, at, vt ab vtroque non alienum, ita in neutro satis potentem. omnino ergo inducatur negatiua illa, scribaturque vt in optimis membranis Coloniensibus diserte scriptum legitur: *ego tamen ceteris duco inferiorem.* Statim sequitur in Censorino: *Quem enim veterum nunc memoria suscepimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine, tibi antestare dicimus? quis eorum si adesset? Illud certe, vt arbitror, dignum est prædicatione, quod cum illis ferme omnibus, quamuis prudentissimis & procul a rep. motis non contigerit sine offensione & odio plerumque capitali vitam degere: Tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotis in principibus tuæ ciuitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum prouincialium supergressus, non modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus. Quis a te nosci aut ex amplissimo senatus ordine non expetiuit? aut ex humil ore plebis non optauit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat & iure parentis veneretur?* verba hæc, amplissime Neustettere, hercle quam lubenter huc allegaui, tum quod iis præter insignis lacunæ hiatum supplendum tribus quatuor locis medicinam facere posse videor; tum quod talia sint, vt mihi te eisdem affari non conuenienter tantum, & vere, verum etiam recte atque ordine liceat: correcta modo illa vt sint, & emendata in hunc fere modum: *Quem enim veterum nunc memoria suspicimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine tibi antistare dicimus? Quis eorum si adesset, non in te omnium virtutum prædicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi erubesceret? Illud certe, vt arbitror, dignum est prædicatione, quod cum illis ferme omnibus, quamuis prudentissimis & procul a repub. motis, non contigerit sine offensione, & odio plerumque capitali vitam degere: Tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotis in principibus tuæ ciuitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum prouincialium supergressus, non modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus es. Quis a te nosci vel ex amplissimo senatus ordine non expetiuit? aut ex humiliore plebis non optauit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat, & vice parentis veneretur?* Ita, inquam, hæc interpolanda in tribus, quas mihi videre contigit editionibus Rostochiana Myliandri anni CIↃ.IↃ.LXXIX. Ascensiana CIↃ.IↃ.XIIII. & Aldina satis antiqua, nisi quod in hac lacuna illa suppleta erat, cuius vicem in reliquis duabus prioribus etiam vitiosior erat. *suspicimus*

II. *Eodem cap. suppletus & bis ter emaculatus.*

cimus certe in omnibus pro *suscepimus*, reponendum etiam lusciciosi vident, & membranæ omnium probissimæ conuincunt, quæ eædem si paterentur, quam libenter sane omisso *τὸ motis* legerim in sequentibus: *Illud certe, vt arbitror, dignum prædicatione est, quod cum illis fermè omnibus quamuis prudentissimis, & procul a repub. non contigerit sine offensione & odio plerumq; capitali vitam degere.* vt illud, *procul a repub.* referatur ad extrema hæc, *vitam degere.* quo exemplo a Salustio dictum est: *& mihi reliquam ætatem a repub. procul habendam decreui.* præf. bell. Cat. sed pergo in Censorino, in quo dum repono *honore sacerdotii.* non, *sacerdotis* laudatas mihi iam membranas ausculto, moneoque iuuentutem diligenter hic hoc animum aduertere, sacerdotia tam in vrbe quam municipiis non fuisse quorumuis hominum, sed eorum tantum, quorum opes pares essent ferendis sumtibus, qui in ludos & spectacula, commissionesque sacerdotibus pro sacerdotii ratione, & dignitate exhibenda profundendi erant, de quibus videantur, vt & de priuilegiis eorundem, amplissimus Ant. Augustinus lib. singulari ad Modestinum, & eruditissimus Franciscus Iuretus ad Symmachi epistolas, & nos disputatione de hoc loco absoluta veniamus ad alium etiam magis insignem de æuo, tempore, & seculo in omnibus omnino editionibus præter compluria singularia vitia duobus habitibus turpiter fathiscentem, & in hæc verba vulgatum in Italia, Gallia, Germania: *Tempus autem non diem tantummodo, id est, mensem vel annum vertentem appello: sed & quod quidam lustrum, aut vnum annum magnum vocant: & quod seculum nominant. Ceterum de æuo, quod est tempus vnũ & maximum, non multum est, quod in præsentia dicatur. Est enim mensium, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est, neq; ad quenquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora; præteritum, præsens, futurum: ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum. Præsens autem, quod medium est, adeo exiguum est, & incomprehensibile, vt nullam accipiat longitudinem, neq; aliud esse videatur, quam transacti futuriq; coniunctio: adeo porro instabile, vt ibidem sit nunquam, & quidquid transcurrit, a futuro decerpit. Hæc inter se tempora, anteactum dico, & futurum, neq; propria sunt, neq; ita, vt alterum altero longius breuiusue videatur. Quidquid etiam non habet finem, collationem mensuræ non recipit. Quapropter annum neq; annorum neq; seculorum numero, nec deniq; vllo finito temporis modulo metiri conabor. Hæc etiam ad ætatem infinitam, non sunt brumalis vnius instar hora. Itaq; vt secula possim percurrere, & hoc nostrum præsens designare, omissis aureis argenteisq;, & hoc genus poeticis a conditu vrbis Romæ patriæ nostræ communis exordiar.*

III. *Iterum eod. duæ lacunæ supplete & quatuor quinque maculæ sublatæ.*

tur (potest enim fieri, vt sæpe iudicans fallar, aut in quo positum sit idipsum, quod laude dignum sit, parum intelligam) sed vt mihi, cui, vt aliis omnibus, suum quoque iudicium est, laudanda videantur. habes meam de poematis tuis sententiam. tu vicissim quo tibi præiui exemplo, tuam de emendatiunculis

I. his mihi rescribe. Ait Silius:

Silius lib. 1. Versu ƆƆCXXV. correctus.

Hic spolia Æacidæ, hic Epirotica signa,
Et Ligurum horrentesq; coma, parmaq; relata
Hispana de gente rudes, &c.

lego, vt manifeste legendum esse libri, & res ipsa clamat: *Et Ligurum horrentes coni.* Probo etiam paulo ante illo de Borea

II. versu:

Versu ƆƆXXCV.

Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes.

non vt vulgo est:

Nunc ipsas alis frangit stridentibus Alpes.

cur probem illud in caussa est, quod Lucretium ea voce in simili re sæpe vsum videam. sic enim ille lib. 6.

Aut vbi suspensam vestem, chartasq; volantes
Verberibus venti versant, planguntq; per auras.

lib. 2. quoque dixerat: *fluctus plangentes saxa.* exemplo nempe Lucilii, qui ait: *plangunt litora fluctus.*

Mox est:

III. Versu ƆƆCLXXV.

Ast Fabius cauta speculator mente futuri,
Nec latus dubiis, paruusq; lacessere Martem.

viderat Marsus illud *paruusq;* hic minus conuenire, & ideo ex eo *paruisq;* faciebat cum ea expositione, *paruare.* sed potuisset in vtroque operæ suæ pepercisse: sciuisset modo membranarum scripturam esse, *parcusq; lacessere Martem.* quæ & elegantissima est, & vere Siliana. sed vt dignus hic laude magis quam reprehensione Marsus, ita adeo inepta quædam commentus est nobis libro secundo; adeo stulta, insana denique vt si præmium inscientiæ, ignorantiæ, ineptiæ statutum sit, merito auferre hoc vno nugamento debere videatur. Locus est isto versu:

IV. Lib. 11. vers. ƆƆƆƆXXCIII.

Quam (Fidem s.) *tamen alloquitur* (Hercules s.) *venia pacator honore.*

Pacator, inquit, (lubet enim exempli caussa quantum, vt sæpe dixi, intersit libris vti emendatis, huc eius deliramenta adscribere) *ipse Hercules, qui eam honorauit & pacatam reddit, captans beneuolentiam. Honore veniæ, digna omni honore. nam maiores alloqui non debemus nisi impetrata venia. Honore s. honore digna. Hercules erat pacator veniæ aut propter hoc solum, aut quia illi hoc peculiare fuit tempore Eurysthei, tunc enim nihil faciebat, nisi venia impetrata ab eo, a quo ad domanda monstra mittebatur.* o vere insana mentis indicia ebriæ! & quorum auctori si cui alii inprimis numo opus sit, qui, vt ait Plautus, porcum sa-

crum

erum; sed nos his missis parua mutatione hunc versum ita construamus, vt sententia eius omnibus clara sit. quod fiet, si scribamus:

Quam tali alloquitur Nemeæ pacator honore.

cur Hercules Nemeæ pacator poetæ dictus ne illi quidem ignorant, qui, vt ait nescio qui, nōdum ære lauantur. perge somniate noster interpres: & vbi vitiose est in nostris editionibus:

V. Versu LXXIII.

Inde seuera Iouis decurrens æthere virgo:

seuera Iouis f. inquit, *quæ etiam ipsum Iouem ad fidem seruandam cogat.* sed sciat bonus ille leg.

Inde seuera leui decurrens æthere virgo:

atque ita noua illa & inaudita interpretatione nihil quidquam esse opus. Sequitur de Tisiphone:

VI. Vers. CXLIII. semel & iterum emendatus.

Protinus assimulat faciem mutabile monstrum
Tyburna, gressumq; simul, sonitumq; loquentis.
Hæc bello vacuos, & saui turbine Martis
Lugebat thalamos Murro spoliata marito.
Clara genus, clarumq; trahens ab origine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaq; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus;
Et mœstas lacerata genas; quis terminus, inquit,
Stat fidei proauisq; datus? vidi ipsa, &c.

qui locus quanto erit elegantior, si ita legatur?

Clara genus, Daunisq; trahens ab origine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaq; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus:
Et mœstas lacerata genas, quis terminus inquit?
Sat fidei, proauisq; datum. vidi, &c.

mihi sane aurea hæc, illa etiam vix plumbea videtur lectio, sed tu Bersmanne, iudica.

EPISTOLA LXXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Hagio S.

DE publicis silere malo, quam ea, quæ ominatur animus, scribere, quæ nuperrime sane misisti, talia sunt, vt mihi videantur:

Excessisse omnes adytis, arisq; relictis
Dii, quibus imperium hoc steterat.

qui vtinam in auctores tantum huiusmodi tragœdiarum iræ suæ tela stringerent & fulmina iacerent, tolerabilior aliquanto conditio nobis nostra foret: at nunc ita plerumque comparatum est, vt:

Quicquid delirent reges, plectantur Achiui.

sed quid ago, qui de his talibus nihil scribere professus, in eum imprudens labyrinthum ingredior, vnde ne Ariadnæo quidem

quod etiam relegenti emendationem meam non displicebat: *N. b. p. n. m. l. nullius praeterea dignitas imminuta, nemo affectus nota, nemo c. a. d. c. p.* etsi ego illud malo.

VI. Paulo ante erat: *quisquis purpura quandoq; regali vestire humeros cogitabit, Maximus ei exsutus occurrat: qui squis aurum gemmasq; priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat, quisquis imponere capiti diadema meditabitur, auulsum humeris Maximi caput & sine nomine corpus aspiciat.* paruum est quod monebo, sed tamen legendum: *quisquis aurum gemmasq; priuatis pedibus aptabit.* alioqui vota libera sunt, regni insignia sibi aptare, non item. Vale, Bambergae XI. Calend. Maias CIϽ. IϽ. LXXII.

EPISTOLA LXXX.

Franc. Modius Conrado Leio S.

Libros veteres, Conrade eruditissime, vt auidissime anquirere, ita diligentissime cum recentioribus contendere soleo. eo lubentius, quod nunquam fere frustra tale quid a me tentatum sit etiam in iis auctoribus, qui huiusmodi virorum emendationes prae se ferebant, vt labori deinceps supersederi in iis posse videretur. testari id possent Notae in plurimos, & optimos scriptores, nisi eas iniuria quidam nuper inuolassent, non quo eas supponant sibi, quod non nimis aegre ferrem; sed ne omnino lucem videant, quod factum tam illiberale, etsi fortasse alios ab hoc studiorum genere in posterum deterrere potuisset, apud me tamen, siue hoc facit natura mea, siue, quae pro illa multis solet esse consuetudo, tantum non valuit, vt abstinere me membranis, & codicibus manu exaratis aut possem, aut vellem, quam autem recte ea tractauerim, ex libro hoc, cui Nouantiquarum Lectionum per Epistolam titulum feci, vos iudicabitis, tuque eximie etiam haec considerabis, ex penu Weidneri nostri mihi depromta. Lucani libro primo versus sunt:

I. *Lucanus lib. I. emendatus versu XLVI.*

Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus
Et tacitos multo voluunt in pectore questus.

qui non parum melius ita legi posse videntur:

Diriguere metu gelidos pauor alligat artus,
Et tacito mutos voluunt in pectore questus.

II. *Versu CCCXLIX.* malo etiam versu 349. *nec numina deerunt.* quam vulgo vulgatum:

——Nec numina desunt.

III. *Versu IϽLVI.* Versu 556.

Indigetes fleuisse Deos, vrbisq; laboresq;
Testatos sudore lares.

non

non dico hanc scripturam vitio omnino vlli obnoxiam, sed illud dico, ne membranaceam quidem plane contemnendam, quæ referebat: *Indigenas fleuisse Deos*, vt intelligantur illi soli, qui de Romanis in Deorum numerum relati, cœlestibus etiam honoribus afficiebantur, quos verisimile est magis suorum ciuium curam habuisse, quam extraneos. in quorum numero erant Isis, Æsculapius, alii. facitque huc illud Ouidii Metamor. de eodem Æsculapio:

Hic tamen accessit delubris aduena nostris.
Cæsar in vrbe sua Deus est.

Versu 644. IV. Versu IↃCXLIV.

Aut si fata mouent vrbi, generiq; paratur,
Humano natura lues.

lego, legendumque adeo aio:

Aut si fata mouent vrbi (orbi al.) generiq; paratur
Humano matura lues. vt dixerit Lucanus *matura lues* pro festina, & omnino instanti. Lib. II. versu 371. de Catone, eiusque secundis cum Martia, quam Hortensio habendam transmiserat, nuptiis: V. Lib. II. Vers. CCCLXXI.

Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duroq; admisit gaudia vultu.

probo veterem scripturam: *nulloq; admisit gaudia vultu.* vt sit locutio comica gemina & germana isti Ouidianæ:

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Versu 427. VI. Versu CCCCXXVII.

Longior educto qua surgit in aera dorso
Gallica rura videt, deuexasq; adspicit alpes.

membranæ quædam habebant:

——*Deuexasq; accipit Alpes.*

vnde faciebam:

——*Deuexasq; excipit Alpes.*

quod suffragio suo comprobauit Weidnerianus codex. & est fere ad exemplum hoc istius Ciceronis in Catone: *Sed memoriam illius viri omnes excipient anni consequentes.* & Liuiani illius: *Nec tranquillior nox diem fœde actam excepit.* Valent idem ni fallor Græcis, ἐνδέχομαι & διαδέχομαι.

Versu 506. VII. Versu IↃVI.

Ecce nefas, belli reseratis agmina portis
Captiuum traxere ducem, ciuisq; superbi
Constitit ante pedes: vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.

nullum fortasse inest in hoc loco mendum, probabilisque adeo hæc lectio videri potest iis saltem, quibus ista *alta nobilitas*, & *recta ceruice* simul non male posita videbuntur: ceterum membranæ referebant *ante* pro *alta*, vt dixerit Lucanus *ante nobili-*

tas.ad exemplum illius ex diuina Æneide: *O socii, neq; enim ignari sumus ante malorum*. recta ceruice autem ferrum poscere, est cum fiducia sui, & contemtu quodam hostis victoris mortem flagitare, sic autem & Iuuenalis dixit:

——Præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

VIII. *Versu* ɪↄLVI. estque & hæc, vt scis Conrade, a Græcis loquendi ratio. Versu 556. ait Pompeius:

Feruidus hac iterum circum præcordia sanguis,
Incaluit, dices non esse ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati.

monuerunt alii pro *dices* varie modo *discas*, nunc *discant*, interdum *disces* legi. ego cum Cæsarem hæc verba verberent, probo

IX. *Versu* ɪↄCXXXV. Weidnerianum *disces*. Versu 635. ait idem Pompeius filio:

Redde mari Cilicas, Pharios hinc concute reges.

malo cum eodem Weidneri codice: *Pharios* (*Parthos alii legunt*) *hinc excute reges*. quod est verbum ex schola IC. mire, ni sciens fallor, huc faciens, alioqui quin illud *concute* probum etiam sit, negari non potest, vel ob illud nescio cuius poetæ: *fœcundum*

X. *Versu* ɪↄCXL. *concute pectus*. Versu 640.

Sed quid plura moror, totos mea gnate per ortus.
Bella feres.

scribo cum scriptis libris:

Et quid plura moror? totos mea gnate per ortus
Bella feres.

XI. *Lib.* IV. *vers.* CCCCV. contra autem quo loco est libro IV. Versu 405.

Qua maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas.

repono *ferit* pro *serit*. sic enim alius:

Insani feriant sine litora fluctus.

sed hoc vt infinita alia monitione fortasse non egebat, cum et-

XII. *Iterum libro* II. *versu* ɪↄCLIII. iam pueris de eo liquere possit, non parcam tamen etiam illud adiicere. Versu 653. quo loco est iterum lib. II.

——Tot oppressa depulsis hostibus arces.

venustius mihi videri quod in membranis legitur:

——Tot oppressa deiectis hostibus arces.

sic enim alios quoque Latinitatis obseruantissimos loqui memini.

EPISTOLA LXXXI.

Franc. Modius Christiano Egenolpho S. Oppenhemiam.

BEne, ita me Dii ament, factum, Egenolphe, cum te in eo, quo dignissimus es, fastigio Musæ collocarunt. scilicet tandem aliquando etiam Phœbum suos respicere, durent modo illi rebus aduersis, & se secundis seruare sustineant, quamquam non

non tam tibi hanc honoris accessionem, quam Oppenhemiæ gratulor, cuius iuuentus tuis consiliis & prudentia moderata, & doctrina, atque eruditione in studiis bonarum literarum adiuta, non dubium mihi sit, quin pro singulari vigilantia tua, ingentes progressus breui sit factura. Quod vtinam Deus daret, vt tui similibus vbique huiusmodi honores, siue officia sunt, mandarentur, fieret id haud dubie maiore reip. Christianæ bono, minusque hominum male a teneris eductorum sit, quod passim cœlum terræ misceat, sed insanus ego, qui hæc epistolæ, aut si sint, certe nostræ esse putem, & quidem inter minime seria. potius cum vacabis Egenolphe, & bonas horas non bene collocare voles, ista considera. Gestatis qui Barsinæ erat apud Carthaginenses factionis apud Silium Italicum. Lib. II. hæc sunt verba:

I. Lib. II. vers. CCCLXII. tres præter item duas, tres alias interpolationes, spurii ex Silio versus eiecti.

——Nos, nos contra ibimus hostem,
Quis procul a Tyria dominos depellere Byrsa
Vel Ioue non æquo fixum est: si fata repugnent,
Et iam damnata cessit Carthagine Mauors,
Occumbam potius, nec te patria inclyta dudum
Æternum famulam, liberq; Acheronta videbo.
Nam quæ, pro Superi, Fabius iubet, ocyus arma
Exsuite, & capta descendite ab arce Sagunthi:
Tum delecta manus scutorum incendat aceruos,
Vranturq; rates, ac toto absistite ponto.
Dis procul o (merita est si nunquam talia plecti
Carthago) prohibete nefas, nostriq; solutas
Ductoris seruate manus, tum deinde resedit.
Factaq; censendi patrum de more potestas,
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.
Tum vero attoniti, cen templo irrumperet hostis
Exsiluere patres, &c.

Versus procul dubio aliquammultis locis emendandi, inductis insuper tribus ineptissimis istis, & barbariem, a qua sunt, redolentibus:

Factaq; censendi patrum de more potestas.
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.

quos tales, tam spurcos, & auctore suo, non Silio dignos, qui hic delendos, vt adulterinos, non viderunt, eos ego oculis non bene vti arbitror. dixi ad hæc in superioribus versibus quædam emendanda, & verum est. quid enim sibi vult illud?

——Nec te patria inclyta dudum
Æternum famulam, liberq; Acheronta videbo.

manifeste scribendum, & legendum vna litera mutata:

——*Nec te patria inclyta dedam*
Æternum famulam, &c.
vident hæc, qui hoc scribendi genus vt inutile damnant, & non resipiscunt? en vt tantula literula sententiæ auertendæ, aut potius euertendæ fuerit. sed & illud:
——*Tum deinde resedit.*
parua mutatione ita scribatur, siquidem recte scribatur:
——*Vt deinde resedit.*
probant tam præcedentia, quam sequentia, illa præsertim:
Tum vero attoniti, ceu templo, &c.
sequitur aliud literæ immutatione quoque emendandum ibi:
Iamq; senescebat vallatis mœnibus hostis, &c.
plane enim reponendum: *vallatus mœnibus hostis.* & de Saguntinis intelligendum, rursus literæ vnius a fine detractione,
II. Versu CCCCLVII. quo loco est:
It liber campis pastor, cui fine sine vllo
III. Versu CCCCXLI. *Inuetitum saltus penetrat pecus, &c.*
scribendum enim videtur:
It liber campi pastor, &c.
& est imitatio Virgiliana ex lib. III. Georg. in quo ista leguntur:
Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine mensem
Pascitur, itq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis, tantum campi iacet, omnia secum
IV. *Armentarius Afer agit, &c.*
Lucanus lib. VI. ver. CCCI. notatus. Phrasi autem Siliana vsus ante Lucanus ibi:
——*Felix ac libera legum*
Roma fores, &c.
Eod. lib. VI. vers. CVI. non enim probo eos m.ss. in quibus *regum* pro *legum* reperitur. sed & alibi ait idem Lucanus:
V. *At liber terræ spatiosis collibus hostis, &c.* & germana cum no-
Versu DXXCIIX. lib. II. iterũ Silius. stra locutione. mox, imo post multa:
Tum vero excussi amentes, ceu prodita tecta
Expulsi fugiant manes, &c.
non dubitabis, sat scio, Egenolphe, mecum legere;
Tum vero excussa mentes.
est enim & hoc, vt vides, a Virgilio, qui ait;
Excussaq; pectore Iuno.
idem Lucanus;
——*Nulliq; tumultus*
Excussere viris mentes ad summa paratas.
loquuntur ita Oratores quoque, Plin. Epist. *Eram acturus adolescen-*

lescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos ciuitatis, atq; etiam Cæsaris amicos, qua singula excutere mentem mihi, post tam triste somnium, poterant.

Statim; VI. *Versu* IↃXCVII.

——*Portantq; trahuntq;*
Longas pacis opes, quæsitaq; præmia dextris,

restituatur, me monitore, auctoribus membranis;

——*Portantq; trahuntq;*
Longæ pacis opes, &c.

in eadem voce idem monui, si forte vidisti, Egenolphe, apud Curtium, qua parte direptionem Persepolis is describit, & sic Tacitus quoque, *direptus longa pace in modum municipii exstructus locus, &c.* atque alibi. *subuersa longæ pacis opera haud procul castris in modum municipii exstructa.* Vale.

EPISTOLA LXXXII.

Franc. Modius amplissimo Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, Eq. Fr. S.

IN Censorini de die Natali librum commentarium supra quam credi potest, certe solet, bonum, Natali tuo mihi hic aliquid etiam ad te, amplissime Patrone, commentari lubet, cui ipse non minus debeo, quam Cerellio Censorinus. non, vt idem ad eundem scribit, docendi studio, aut ostentandi voto, ne competat in me vetus illud, Sus Mineruam, sed ne viderer beneficiis tuis ingratissimus, eruditissimi viri exemplum sequi volui. vtque solent homines religiosiores antiquitus memores omnia se, quibus vtantur, fruantur, Dei Optimi Maximi munus habere, ex singulis aliquid ei summo rerũ arbitro sacrare, magis adeo, vt se gratos approbarent, quam quod eum hoc arbitrarentur indigere: ita ipse quoque, a quo, & cuius beneficio non pauca, vt captus meus est, in literis percepi, exigua hæc tibi reddi libamina, præfatusque quoniam de die Natali, natali tuo die sermo est, quo a votis auspicia sumi debent, vt eum numeres meliore lapillo quam sæpissime, atque hortatus, vt quod apud Poetam Satyrographum sequitur, merum Genio fundas, libri ipsius interiora ingredior, in quo quod est eo capite, quod vulgo v. faciunt.

Itaq; primum clymactera annum XLIX. esse prodiderunt, vltimum autem LXXXI. Medium vero ex vtroque permixtum, anno LXIII. quem hebdomades nouem, vel septem enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculosissimum dicant, quod ad animum & corpus pertineat, ego tamen ceteris non duco inferiorem. vitii manifestarium est illud, *ceteris non duco inferiorem.* pugnatque cum mente auctoris, & caussa, quã statim subiungit, propterque quam minus ceteris hunc clymactera formidabilem vi- I. *Censorinus de die Natali cap. v. notatus.*

deri sibi ait: quod nempe vtrumque quidem numerum, puta septenarium, ac nouenarium in se contineat; sed neutrum quadratum, at, vt ab vtroque non alienum, ita in neutro satis potentem. omnino ergo inducatur negatiua illa, scribaturque vt in optimis membranis Coloniensibus diserte scriptum legitur: *ego tamen ceteris duco inferiorem.* Statim sequitur in Censorino: *Quem enim veterum nunc memoria suscepimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine, tibi antestare dicimus? quis eorum si adesset? Illud certe, vt arbitror, dignum est prædicatione, quod cum illis ferme omnibus, quamuis prudentissimis & procul a rep. motis non contigerit sine offensione & odio plerumque capitali vitam degere: Tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotis in principibus tuæ ciuitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum prouincialium supergressus, non modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus. Quis a te nosci aut ex amplissimo senatus ordine non expetiuit? aut ex humiliore plebis non optauit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat & iure parentis veneretur?* verba hæc, amplissime Neustettere, hercle quam lubenter huc allegaui, tum quod iis præter insignis lacunæ hiatum supplendum tribus quatuor locis medicinam facere posse videor; tum quod talia sint, vt mihi te eisdem affari non conuenienter tantum, & vere, verum etiam recte atque ordine liceat: correcta modo illa vt sint, & emendata in hunc fere modum: *Quem enim veterum nunc memoria suspicimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine tibi antistare dicimus? Quis eorum si adesset, non in te omnium virtutum prædicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi erubesceret? Illud certe, vt arbitror, dignum est prædicatione, quod cum illis ferme omnibus, quamuis prudentissimis & procul a repub. motis, non contigerit sine offensione, & odio plerumque capitali vitam degere: Tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotis in principibus tuæ ciuitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum prouincialium supergressus, non modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus es. Quis a te nosci vel ex amplissimo senatus ordine non expetiuit? aut ex humiliore plebis non optauit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat, & vice parentis veneretur?* Ita, inquam, hæc interpolanda in tribus, quas mihi videre contigit editionibus Rostochiana Myliandri anni CIↃ.IↃ.LXXIX. Ascensiana CIↃ.IↃ.XIIII. & Aldina satis antiqua, nisi quod in hac lacuna illa suppleta erat, cuius vicem in reliquis duabus prioribus etiam vitiosior erat. *suspicimus*

II. *Eodem cap. suppletus & bis ter emaculatus.*

cimus certe in omnibus pro *suscepimus*, reponendum etiam luscitiosi vident, & membranæ omnium probissimæ conuincunt, quæ eædem si paterentur, quam libenter sane omisso τὸ *motis* legerim in sequentibus: *Illud certe, vt arbitror, dignum prædicatione est, quod cum illis ferme omnibus quamuis prudentissimis, & procul a repub. non contigerit sine offensione & odio plerumq; capitali vitam degere.* vt illud, *procul a repub.* referatur ad extrema hæc, *vitam degere.* quo exemplo a Salustio dictum est: *& mihi reliquam ætatem a repub. procul habendam decreui.* præf. bell. Cat. sed pergo in Censorino, in quo dum repono *honore sacerdotii.* non, *sacerdotis* laudatas mihi iam membranas ausculto, moneoque iuuentutem diligenter hic hoc animum aduertere, sacerdotia tam in vrbe quam municipiis non fuisse quorumuis hominum, sed eorum tantum, quorum opes pares essent ferendis sumtibus, qui in ludos & spectacula, commissionesque sacerdotibus pro sacerdotii ratione, & dignitate exhibenda profundendi erant, de quibus videantur, vt & de priuilegiis eorundem, amplissimus Ant. Augustinus lib. singulari ad Modestinum, & eruditissimus Franciscus Iuretus ad Symmachi epistolas, & nos disputatione de hoc loco absoluta veniamus ad alium etiam magis insignem de æuo, tempore, & seculo in omnibus omnino editionibus præter compluria singularia vitia duobus habitibus turpiter fatiscentem, & in hæc verba vulgatum in Italia, Gallia, Germania: *Tempus autem non diem tantummodo, id est, mensem vel annum vertentem appello: sed & quod quidam lustrum, aut vnum annum magnum vocant: & quod seculum nominant. Ceterum de æuo, quod est tempus vnũ & maximum, non multum est, quod in præsentia dicatur. Est enim mensium, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est, neq; ad quenquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora; præteritum, præsens, futurum: ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum. Præsens autem, quod medium est, adeo exiguum est, & incomprehensibile, vt nullam accipiat longitudinem, neq; aliud esse videatur, quam transacti futuriq; coniunctio: adeo porro instabile, vt ibidem sit nunquam, & quidquid transcurrit, a futuro decerpit. Hæc inter se tempora, anteactum dico, & futurum, neq; propria sunt, neq; ita, vt alterum altero longius breuiusue videatur. Quidquid etiam non habet finem, collationem mensuræ non recipit. Quapropter æuum neq; annorum neq; seculorum numero, nec deniq; vllo finito temporis modulo metiri conabor. Hæc etiam ad ætatem infinitam, non sunt brumalis vnius instar horæ. Itaq; vt secula possim percurrere, & hoc nostrum præsens designare, omissis aureis argenteisq;, & hoc genus poeticis a conditu vbis Romæ patriæ nostræ communis exordiar.*

III. *Iterum eod. dua lacuna suppleta & quatuor quinque macula sublata.*

De Seculo cap. VI.

Seculum est spatium vitæ humanæ longissimum, partu & morte diffinitum. Quare qui annos XXX *seculum putarunt, multum videntur errasse, hoc etiam tempus geneam vocari Heraclitus auctor est, quia orbis ætatis in eo sit spatio. Orbem autem vocant ætatis, dum natura humana ad sementem reuertitur. Hoc quidem geneas tempus alii aliter diffiniere. Heraclitus annos* XXV *scribit dici genean. Zenon* XXX. & quæ sequuntur. iam enim longius euagatum me sentio, quam vno & eodem loco conueniebat. non permittam tamen, quod poterit, vt strigasse videar, quemadmodum quidam loquitur, sed vno hunc cliuum spiritu superabo: dum tu modo amplissime Sturmere, nouo Herculi huic in eo desudanti melior Euristheus faueas. Primumque ne odiose eadem omnia, quæ iam posui sæpius mihi repetenda sint, aio legi in membranis initio statim non: *id est mensem*, sed, *vel mensem*, quod probo, legoque mox: *Est enim immensum*, non *mensum* ex eisdem, quibus volentibus iubentibus medium etiam illud *vnum* expungo legendo: *aut annum magnum vocant*. recipio etiam scriptum *recipiat ibi*: *Præsens autem, quod medium est, adeo exiguum & incomprehensibile est, vt nullam recipiat longitudinem.* & illis quæ sequuntur: *quidquid transcurrit, a futuro decerpit.* largior a fine ex thesauro membranaceo tres voces interserendo ante: *Hæc inter.* quod vulgo immediate male sequitur: *& apponit præterito.* tempus, inquit Censorinus, præsens adeo incomprehensibile est, vt non tam tempus esse videatur ipsum, quam temporum duorum aliorum transacti & futuri coniunctio. disputat hæc acute, vt alia omnia, Aristoteles cum alibi tum libro quarto imprimis de naturali auscultatione. qua parte ita differit, vt inclinet tempus penitus non esse, aut certe vix esse, & exigue, quod aliud fuit, atque non est, aliud est futurum, & nondum est. concludendo ergo vincere vult, temporis, quod quidem in paritionem cadat, alias partes transactas iam esse, alias futuras, neque vllas penitus adesse: quod *nunc* ipsum partem temporis non esse ex eo cognoscatur, quod pars in dimensionem veniat, *nunc* non veniat. sed de hac iucundissima disputatione forte alibi pluribus a me dicetur, & copiose in omnem partem differere ante annum Comburgi in sermone conuiuali, cum te ipsum, amplis. Patrone, tum clarissimum virum Ioachimum I. F. Camerarium M. & eruditiss. Ioannem Pincierum, memini; quo tempore idem Camerarius similibus colloquiis tempus producendo suauissime aliquot nobiscum dies conuixit. nunc pergo pergere in Censorino meo, in quo statim interpolo: *Hæc inter se tempora, anteactum dico & venturum, neq; paria sunt, neq;, &c.* inducta voce nihil hic *propria*, quæ omnes

omnes editiones subsedit mutoque leuiter, *nec denique vllo finito temporis modulo.* quod in eisdem editionibus *finito* exstat. atque ibi, *Hac etiam ad ætatem infinitam* τὸ *etiam* in *enim* vertendum non dubitanter affirmans aio, sexcenties idem in hoc aliisque scriptoribus peccatum esse peccatum. post pauca diffindunt illi fungi Censorini contextum, inseruntque *De seculo cap.* VI. sed nego hoc illis more in veterum scriptis versari ius fas esse. quare si quid sibi & sapientiæ suæ posthac prospectum his talibus emblematis volent, ad oram libri notasse contenti, notas suas, textum ipsum ne collutulent, quem ego eiectis spuriis germanis his ornatiorem dabo, *Itaque vt secula possim percurrere, & hoc nostrum præsens designare, omissis aureis argenteisque & hoc genus poeticis, a conditu vrbis Romæ patria nostra communis, exordiar. Et quoniam secula aut naturalia sunt, aut ciuilia, prius de naturalibus dicam. Seculum est spatium, &c.* insane bene, vbique iuuentuti rursum non conniuentibus oculis legendum de illa terrarum Dea gentiumque Roma, communem hic eam omnium patriam dici, nec hic tantum, sed in Senecæ quoque de consolatione ad Albinum, vbi est cap. VI. *ab hac ciuitate discede, quæ veluti cõmunis patria potest dici.* & in Symmachi epistola XCII. qua parte legitur, *Romam regressus post legationis officium sumsi literas tuas, quibus patriæ communi largas rei annonariæ copias polliceris.* neque enim est, vt hic aliam patriam communem quam Vrbem intelligas. de qua ibi pluribus quoque Iuretus, quæ neque exscribo, neque transscribo, sed concludo epistolam, nisi quod monendum existimaui in sequentibus legendum & interpungendum, *hoc enim tempus genean vocari Heraclitus auctor est.* moxque vbi est, *Heraclitus annos XXV. scribit dici genean.* exstare in membranis illis, quibus in Vbiis ab eruditissimo & amicissimo Melchiore Hittorpio Theologo vsus sum, *Herodicus annos XXV. scribit dici genean,* quod fortasse abs re non est, quia præcessit in verbis iam modo allegatis de Heraclito. Vale.

EPISTOLA LXXXIII.

Franc. Modius Gregorio Bersmanno S.

AVctarium ad ea poemata, quæ ante annos sex septem Posthii nostri auspiciis publicasti, nunc nuper a te, Bersmanne, in lucem datum legi & probaui, placuit sermonis in eo mihi puritas, numerorum rotunditas, vtrorumque venustas. ipsa denique materies ab omni non tantum obscœnitate, sed & aliarum rerum omnium, quas nescire melius est, mentione aliena. nec do hoc testimonium aut auribus tuis, aut Posthii nostri in te amori. scit adeo idem ille Posthius, quam liber harum rerum sim, & nequeam laudare, aut vultu saltem approbare, quæ reuera non sint talia, non dico vt laudari merean-

erum; sed nos his missis parua mutatione hunc versum ita constituamus, vt sententia eius omnibus clara sit. quod fiet, si scribamus:

Quam tali alloquitur Nemea pacator honore.

cur Hercules Nemeæ pacator poetæ dictus ne illi quidem ignorant, qui, vt ait nescio qui, nōdum ære lauantur. pergit somniare noster interpres: & vbi vitiose est in nostris editionibus: V. *Versu* IϽXIII.

Inde seuera Iouis decurrens æthere virgo:

seuera Iouis s. inquit, *quæ etiam ipsum Iouem ad fidem seruandam cogat*. sed sciat bonus ille leg.

Inde seuera leui decurrens æthere virgo:

atque ita noua illa & inaudita interpretatione nihil quidquam esse opus. Sequitur de Tisiphone:

Protinus assimulat faciem mutabile monstrum VI. *Vers.* IϽLIII. *semel & iterum emendatus.*
Tyburna, gressumq́; simul, sonitumq́; loquentis.
Hac bello vacuos, & saui turbine Martis
Lugebat thalamos Murro spoliata marito.
Clara genus, clarumq́; trahens ab origine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaq́; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus;
Et mœstas lacerata genas; quis terminus, inquit,
Stat fides proauiq́; datus? vidi ipsa. &c.

qui locus quanto erit elegantior, si ita legatur?

Clara genus, Dauniq́; trahens ab origine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaq́; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus:
Et mœstas lacerata genas, quis terminus inquit?
Sat fidei, proauisq́; datum. vidi, &c.

mihi sane aurea hæc, illa etiam vix plumbea videtur lectio, sed tu Bersmanne, iudica.

EPISTOLA LXXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Hagio S.

DE publicis silere malo, quam ea, quæ ominatur animus, scribere, quæ nuperrime sane misisti, talia sunt, vt mihi videantur:

Excessisse omnes adytis, arisq́; relictis
Dii, quibus imperium hoc steterat.

qui veinam in auctores tantum huiusmodi tragœdiarum iræ suæ tela stringerent & fulmina iacerent, tolerabilior aliquanto conditio nobis nostra foret: at nunc ita plerumque comparatum est, vt:

Quidquid delirant reges, plectantur Achiui.

sed quid ago, qui de his talibus nihil scribere professus, in eum imprudens labyrinthum ingredior, vnde ne Ariadnæo quidem

filo adiutus me temere longius paulo progressus extricem? Illud potius, priuata apud nos ita se habent, vt propediem vos istic reuisuri cum Diis videamur. Interea loci accipe hæc mea in interpretem commentatorem somnii Scipioniani somnia.

I. Lib. I. non longe ab initio: *Nam cum veritas argumento subest, solaq; fit narratio fabula, non vnus reperitur modus per figmentum vera referendi.* Veram lectionem repono ex libro ser pro Franciscanorum apud vos, & altero, qui est Suffridi Petri Leouardiensis IC. Antecessoris Coloniensis, mihique summe amici: *Nam cum veritas argumento subest, solaq; fit narratio fabulosa, &c.*

Macrobius in Scip. somnium lib. I ...

II. Sequitur statim: *Sciendum est tamen, non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa vel licita, sed his vti solent, cum vel de anima, vel de aeriis, vel de ætereis potestatibus, vel de ceteris Diis loquuntur. Ceterum cum ad summum & principem omnium Deum, qui apud Græcos τἀγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus se audet attollere, vel ad mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum species, quæ ἰδέαι dictæ sunt continentem, ex summo natam & perfectam Deo. Cum de his inquam loquuntur, summo Deo & mente, nihil fabulosum penitus attingunt. Sed si quid de his assignare conantur, quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem humanam superant, ad similitudines & exempla confugiunt.* gemina glossa præter alia inquinatus locus; & illa enim, *vel licita*, & quæ sequuntur, *summo Deo & mente*, non ab auctore sunt, sed a nescio quo alio commentarios hos commentante; & reliqua ita scribenda: *S.e.t.n.i.o.d.p.a.fabulosa, sed his vti solent, cum vel de anima, vel de aeriis, æthereisue potestatibus, v.d.c.d.l. C.c.a.s.e.p.o.d.q.a.G.t.q.π.α.n.t.s.a.a.v.a.m.q.G.v.a.a.o.r.s.q.i.d.s.c. ex summo natam & profectam Deo. Cum de his inquam loquuntur, nihil fabulosum penitus attingunt.*

III. *S.s.q.d.h.a.c. quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem quoq; humanam superant, &c.* In paucis verbis: *Solum vero et simillimum de visibilibus solem reperit, & per eius similitudinem viam sermoni suo attollendi se ad non comprehensibilia patefecit. Ideo et nullum ei simulacrum cum Diis aliis constitueretur, finxit antiquitas.* reponatur meo periculo, fide membranarum; *Ideo & nullum eius simulacrum, quod cum Diis aliis constitueretur finxit antiquitas.* Post pauca de somniis: *Hæc & his similia, quoniam ex habitu mentis quietem sicut præuenerant, ita & turbauerant dormientis, vna cum somno auolant & pariter euanescunt.* libri

IV.

V. m. ss. *vna cum somno auolant.* quod probo, & mox eorundem suasu in illis: *Amorem quoq; describens, cuius curam semper sequuntur in somnia, ait.* obelisco confodio *semper.* ac rursum in

VI. istis: *φάντασμα vero, hoc est, visum, cum inter vigiliam, & adultam quietem in quadam, vt aiunt, prima somnii nebula, adhuc vi-*

giare

gilare se existimāt, quia dormire vix cœpit, adspicere videtur irru-
entes in se, vel passim vagantes formas. illud, *prima* ratio facti mei
vbique his tribus locis manifestaria est. Primo enim non simul
cum somno insomnia aduolant perpetuo, cum multi aut nun-
quam aut raro somniarint; deinde, fere fit quidem vt amantis
somnum insomnia turbent. non tamen necessarium idem est
adeo, vt semper verum sit: tum, nebula somnii non potest diuidi
apte in primam, secundam, & vlterius deinceps: qui enim con-
niuent iam inter dormientem vigilantemque quasi medii hi in
quadam somnii nebula cubant. at si adultiore sopore, & altio-
re resoluantur, iam non in tertia, quartaue nebula somni iacere
dici possunt, cum nebula sit non res vera, sed potius rei assimi-
latio, sed vero somno acquiescunt. Sequitur in Macrobio pau- VII.
cis omnino versibus intermissis: *Et est oraculum quidem, cum*
in somnis parens, vel alia sancta grauisque persona, seu sacerdos,
vel etiam Deus, aperte euenturum quid, euenturum, faciendum
vitandumue denunciat. Visio aut non est autem cum id quis videt,
quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. magno flagitio typo-
graphorum transposita hic quædam locum peruerterunt, qui
ita legendus: *aperte euenturum quid, aut non euenturum, facien-*
dum vitandumue denuntiat. Visio autem est, cum id quis videt,
&c. Post tria verba: *Depositum in quiete suscepit, & matutinus ei* VIII.
precator occurrit, mandans secum tutela, & fidei custodia ce-
landam committens. Palmaria emendatio *mandans pecuniæ tu-*
telam, & fidei custodia celanda committens. alterum mem-
brum ad pecuniam, alterum ad arcanum fidei amici concredi-
tum pertinet. Rursum post pauca: *Publicum est, cum ciuitati, fo-* IX.
roue, vel theatro, seu quibuslibet publicis mœnibus, actibusue, tri-
ste vel lætum quid existimat accidisse. dubitabam, an forte scri-
bendum: *seu quibuslibet publicis muneribus, actibusue.* putabam-
que corrumpendæ huic lectioni fuisse antiquam scribendi ra-
tionem, qua non vt nos *munera* sed *mœnera*, vel *moinera* exara-
bant. de quo arbitrabuntur literas docti; tuque Hagi optime,
curabis, vt valeas.

EPISTOLA LXXXV.

Franc. Modius Philippo Camerario IC. S.

AMo amorem tuum, dignissime Ioachimo patre, dignissi-
me Ioachimo fratre Camerari: deque elogio in literis tuis
ad amplissimum Erasmum Neustetterum patronum meum er-
ga me honorifico habeo ingentes gratias. adderem me etiā re-
lacturum, nisi reipsa præstare hoc mallem, quam verbis pollici-
tari. Nunc vacuus ista notabam, quæ tibi pro illa ingenii tui a-
mœnitate lectu non iniucunda fore diuinabam. Senecæ locus
est initio statim libri quarti eius operis, quod de beneficiis inscri-

bitur: *Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero?*
I. *Quod si feceris, nihil tibi extra promittitur: si quid forte obuenerit commodi, inter accessiones numerabis.* quem ego interpolatum a bonis fratribus si non certo statuam, Senecæ iniuriam fecero. nunquam grauissimus & doctissimus scriptor ista ita dixisset & suspicor ab illo scriptum, cum in membranis Diui Stephani cœnobii, quod Wirzeburgi est, pro istis *quod si feceris*, reperiatur, *quid feceris.* suspi or, inquam, totum hoc ita legendum: *Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate* (minus bene coniiciunt quidam mutandum hoc in *gratis*) *fecero? quid? nihil tibi extra promittitur, &c.*

Seneca lib. IV. de Beneficiis. cap. 1. notatus.

II. Cap. II.

Eiusdem libri cap. II. *Non indignor, quod post voluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum voluntate confertur. Contemtrix eius & hostis est, & longissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis magis, quam isti effœminato bono inserenda. Hæc mi Liberalis dicenda fuerunt, quia beneficium (de quo nunc agitur) dare virtutis est.* posui finem cap. II. & initium III. vt vulgo leguntur; nunc ponam etiam quemadmodum ex lau dato iam manu scripto c d ce constituenda arbitror: *Non indignor, quod post voluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum voluptate conferatur contemtrix eius & hostis, & longissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis quam isti effœminato bono. Inserenda hæc mi Liberalis fuerunt, &c.* fefellit interpolatores, quod τὸ *familiarior* ad sequentia trahi non posse putabant ad proximum igitur *inserenda* confugerunt, additis de suo, vt sunt hanc partem sine more & modo liberales, vocib. *est*, *magis*, & *dicenda*. quas ego aliam sibi sedem quærere iubeo.

III. Cap. VIII.

Cap. VIII. *Quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura: sed idem est vtrumque, nec distat. Officium si quod a Seneca accepisses, Annæo te debere diceres, vel Lucio non creditorem mutares, sed nomen.* Latine ne dicatur, officium accipere dubito, atque vt hoc nescio, ita illud indicio membranarum scio, corrigendum hic: *sed idem est vtrumque, nec distat officio: si quid a Seneca, &c.*

IV. Cap. IX.

Cap. IX. *Deus, inquit, diligenter eligendos, quibus beneficia debeamus, quia nec agricola quidem semina arenis committant. Nostram vtilitatem in beneficiis dandis sequimur, quemadmodum in arando serendoque.* lego suppleoque ex veteri libro Herbipolensi: *Deus, inquit, diligenter eligendos, quibus beneficia debeamus, quia ne agricola quidem semina harenis committant. Quod si verum est, nostram vtilitatem, &c.*

V. Eodem cap.

Eodem cap. *Honestum propter nullam aliam caussam quam propter vsum sequimur.* scioli alicuius commentum. scripserat Seneca: *Honestum propter nullam aliam caussam, quam propter ipsum sequimur.* probat ratio, & sequentia deinceps. Cap. X. *Turpissimum*

VI. Cap. X.

pissimum genus dandi est inconsulta donatio. Verum est: *Turpissi-
mum genus damni est inconsulta donatio.* vide Camerari, locum
modo, & mecum, sat scio, facies. Eodem etiam cap. aut vt ne VII.
mentiar, initio XI. *Eligam virum integrum, simplicem, memorem,* *Ibidem aut*
gratum, alieni abstinentem, sui non auarum, non tenacem, beneuo- *certe cap. XI.*
lum alius aliud, mihi scripta lectio placebat impensius, quæ re-
ferebat: *alieni abstinentem sui non auarum tenacem.* vt medium in-
ter auarum & prodigum innuat. Statim post: *non dabo benefi-* VIII.
cium proficiscenti in diuersas longinquasq; regiones. non dabo absu- *Iterum cap.*
turo semper, non dabo sic affecto, vt spes ei nulla sit conualescendi, XI.
non dabo ipse deficiens. Non enim dabo in tempus reiiciendi. mem-
branæ vno *non dabo* omisso concipiunt: *non dabo beneficium pro-
ficiscenti in diuersas longinquasq; regiones a futuro semper, non da-
bo sic affecto, vt spes ei nulla sit conualescendi, non dabo ipse defi-
ciens. Non enim habeo tempus recipiendi* quidquid prioribus fiat, IX.
posteriora placent. In fine eiusdem adhuc capitis; *Nec quidquã* *Adhuc eod.*
cura sanctiore componimus, quam quod ad nos non pertinet. pro- *cap.*
bum hoc arbitror; non possum tamen quin peruiam admo-
neam in membranis disertim legi: *Nec quidquam curatiores*
componimus, &c. Cap. XII. *Quid reddis beneficium? Dic tu mihi,* X.
quid reddat iustitia. quid innocentia, quid magnitudo animi, quid *Cap. XII. se-*
pudicitia, quid temperantia, si quidquam præter ipsas petit? Mun- *mel & ite-*
dus in quid imensum absoluitur? quia sol, &c. iterum fini cap. XII. *rum corre-*
initium sequentis subiecti, quæ in scr. pto codice hoc modo le- *ctum.*
guntur: *Quid reddis beneficium? D.t m.q.r.i.q i q.m.a.q p.q.t.
si quidquam præter ipsas non petit? In quid mundus vices suas ab-
soluit?* recte; quoad postrema; minus recte, quo ad illa, *præter i-
psas non petit.* sed vbi pedum visa sit via. manifeste enim legen-
dum: *quid temperantia? si quidquam præter ipsas, ipsas non petit.*
repetit quod sæpe dixerat, honestum propter se ipsum solum
expetendum atque hoc qui non facerent, non virtutes, etiamsi
alioqui viderentur, sectari, sed aliquam ex eis vtilitatem. Cap. XI.
XVII. *Ad hoc dic mihi, quæ caussa non perducit? Lucrum, quod qui* *Cap. XVII.*
*non contemnit ingratus sit? Ambitio? Et quæ iactatio est soluisse
quod debeas? Metus nullus ingrato.* perit Senecæ sua sententia,
nisi postrema quoque cum interrogationis nota sic legantur:
Metus? Nullus ingrato. non inuitamur, inquit, ambitione, aut
lucro, vt grati esse velimus: quid igitur, metune coacti huc de-
scendimus? multo minus: ingrato enim nulla metuenda lex, in
solam ingratitudinem actio iure nulla datur. multa similiter
in hoc scriptore ab interpunctione male habent. nominatim XII.
illa ex cap. libri tertii de beneficiis XXVIII. *Post tot exempla non* *Lib. III. cap.*
est dubium, quin beneficium aliquando a seruo dominus accipiat. XXVIII.
plane enim emendandum: *Post tot exempla num dubium est,
quin beneficium aliquando a seruo dominus accipiat?* Sed redeo

XIIII. *Rursum lib. IV. cap. XVII.* ad XVII. cap. lib. IV. vbi quod est. *Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quē cum nascitur trahit, &c.* mutāt membranæ: *quemadmodum nascitur, trahit* vnde vide, Camerari, an forte faciendum sit: *quem adeo dum nascitur, trahit.* & bene cum fratre germano Ioachimo, cui tu meis verbis salutem scilicet, Vale. Wirzeburgi ad IIX. Cal. Maias CIↃ.IↃ.LXXXIII.

EPISTOLA LXXXVI.

Franc. Modius Georgio Christophoro Heusio S.

AMo te, quia tu literas amas, & literatos colis, futurumque auguror, vt quos laudas, quosque admiraris, & suspicis, iis quam similimus aliquando euadere studeas. habet enim hoc admiratio, vt, qua potest, homines impellat in æmulationem illam Hesiodi etiam iudicio & versibus comprobatam. Sed nunc de Silii istis versibus:

I. *Silius emaculatus lib. XIX. versu IↃXC.*

——pone ecce cadentum
Corporibus struitur, tacitusq; cadauera fundit
Aufidus, ac victrix insultat bellua campis.

sententiam meam accipe: corruptum in iis medium existimo, præsertim cum in membranis exstare deprehendam: *recitatque cadauera fumans Aufidus.* vnde non male forrasse legi posse iudicabam: *reiicitq; cadauera fumans Aufidus.* nec satis scio, an bene iudicabam, nisi quod adhuc me coniecturæ meæ non pœnitet. sed videamus alia quædam etiam his consimilia, libro, qui eum, ex quo hi versus sunt, ordine sequitur. Varronis pugnare, id est, perdere remp. Rom. gestientis verba sunt:

II. *Lib. IX. vers. XXXIII semel & iterum notatus.*

Dux sibi quisq; viam capito, cum spargere primus
Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.

pusillum est, sed moneo tamen emendes:

Dux sibi quisq; viam rapito, cum spargere primis
Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.

III. *Versu CXI. bis, ter correctus.*

Sequitur:

Non sum equidem Sulmone satus, tua Satrice proles
Nec frater Mancine tuus, fatearq; nepotem
Pergameo indignum Solymo, si euadere detur
Hinc nostra te impune manu, tu nobile gestes
Germani spolium ante oculos, referasq; superba
Me spirante domus Peligna perfidus arma?
Hæc tibi cara parens apta ad solatia luctus
Dona feram nati, &c.

longum esset ire per singula, aio, vt in pauca conferam verba, totum hunc locum hoc modo scribendum, & interpungendum:

Non sim equidem Sulmone satus, tua, Satrice, proles,
Nec frater, Mancine, tuus, fatearq; nepotem,

Perga-

Pergamea indignum Solymis si euadere detur
Hunc nisi et imperium nomen, innobile gestes
Germani spolium ante oculos, referamque superba
Me spirante domum Pelignas versus in arua?
Hæc tibi, cara parens Acca, ad solatia luctus
Dona feram nati.

Mox:

Ast ego Sidoniis imperceitus ecce parentem IV.
Vulnere cognosco, saltem hoc fortuna fuisset *Versu CLXI.*
Solamen culpæ, dubia vt mihi signa dedisset *bis notatus.*
Infausti generis, verum linquetur iniquis,
Non vltra superis, non hos tolerare labores.

manifesta res est emendari debere:

Ast ego Sidoniis imperditus ecce parentem
Vulnere cognosco, saltem hoc fortuna fuisset
Solamen culpa, dubia vt mihi signa dedisses
Infausti generis; verum linquetur iniquis
Non vltra superis nostros celare labores.

sensus est, (neque enim & hunc, cum paulo intricatior locus sit, grauabor adhibere) vtinam saltem non tam euidentibus indiciis patrem agnouissem, & de facto meo dubitare possem, esset hoc magnum misero solatium, quo cum caream, non orabo Deos vt, quod proximum est, tacitum id esse velint, nullique illud innotescat, sed manu remedium inueniam dolori meo, quod ideo dixit, quia pater, cum filium, a quo lethaliter esset vulneratus, solaretur, & in errorem fatalem culpam omnem reiiceret, & nullum facti testem adfuisse, clamque illud esse posse dixerat, vbi ait:

Quis testis nostris, quis conscius adfuit actis,
Non nox errorem nigranti condidit vmbra?

EPISTOLA LXXXVII.

Franc. Modius Oberto Gifanio I.C. S. Argentinam.

FEcit incredibilis humanitas tua, Oberte Gifani, vti hæc non vt ad eum, cui inuisus & ignotus sim, sed vt ad hominem notissimum, & mutuo vsu tuo cognitum, scribere mihi videar. cum enim tu me dignum habueris, cui honorificentissimis verbis, in tuis ad communem amicum Palmerium literis, salutem nuper adscriberes, qui possum amabo me tibi ignotum arbitrari? ergo vt ab homine familiari, & quod hic caput est, eruditissimo quæro, quid tibi videatur de sequentibus in Ciceronem notis. Pro Q. Ligario: *Q. igitur Ligarius cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum proconsule C. Considio profectus est.* legō ex tribus antiquissimis longe & optimis m.ss. codicibus: *Q. igitur Ligarius cum esset adhuc nulla belli* I. *Cicero pro Q. Ligario notatus.*

suspicio, legatus in Africam C. Considiam profectus est. scilicet, vox *proconsule* e glossematis in contextum irrepserat, & illud *cum* inde natum est, quod sequeretur *Considio*; sed ita scriptum, vt duæ dictiones viderentur, quod alius postea corrigere volens

II. nobis elegantissimam lectionem corrupit. Expungendum & mox illud *potius* ibi: *An ille si potuisset illinc vllo modo euadere Vticæ potius quam Romæ? cum P. Actio, quam cum concordissimis fratribus? cum alienis esse, quam cum suis maluisset?* & hinc, inquam, eiicienda in maximam malam crucem vox, *potius*, vt ni-

III. hili, & quæ sit corrumpendo loco. Post multa: *Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigiis similia quæ dicam. non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. externi isti mores vsque ad sanguinem incitare solent odio, aut leuium Græcorum, aut immanium barbarorum.* quem totum locum ita partim a me, partim a libris, verbosis aliorum nugis missis factis corrigere licebit: *Admirabilia hæc, sed prodigii simile est, quod dicam. non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores, vsque ad sanguinem incitari odio, aut leuium Græcorum, aut immanium barbarorum.* quomodo elegantissima erit locutio: præ vulgari certe auro contra æstimanda. & tamen, vt dixi, tota a libris mi-

IV. hil est, nisi quod verbum *solent* quod in quibusdam codicibus in menda cubabat, delendum censui. Sequitur: *Nam si crimen est prohibere illum voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium prouinciarum arcē, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se imperatorē esse maluisse.* hic ego, cum videam in m.ss. omnibus abesse verbum, *prohibere*, & mox, *imperatorem esse*. ac pro *illum*, *illam* exstare. sic hęc emendanda existimo: *Nam si crimen est, illa voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse.* ita, inquam, hæc lego: neq; enim hic disputat Cicero fueritne crimen Tuberonem Africa prohibere, sed hoc dicit: siquidem crimen sit Africam obtinere voluisse, non

V. minus profecto esse id Tuberonem facere concupiisse, quam Ligarium eam retinere maluisse. Sub finem est: *Fac igitur, quod de homine nobilissimo & clarissimo Marco Marcello restituto fecisti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis & huic omni frequentiæ probatissimis fratribus.* omnino delenda illa: *Marco Marcello restituto*, vt emblema alicuius glossographi. præsertim cum in m.ss. non sint, nisi in vno, vbi supra vocem *nobilissimo* adscriptum erat, *M. Marcello s.* Erant alia plura in eadem adhuc oratione notatu digna, sed mihi satis fuit, quæ sub manum veniebant, & vltro sese ingerebant, nunc ad te mittere, de reliquis,

reliquis, illi, vt spero, videbunt, quorum Cicero proprium est opus. Vale.

EPISTOLA LXXXVIII.

Franc. Modius Conrado Leio S.

PEropportune heri salutem mihi tuis verbis renuntiauit, vir clarissime, per quem has accipies; gestiebant enim iampridem ad te quoque ire nugæ meæ, præsertim, post acceptos nuper epithalamios versus tuos, de quib. noli quærere qd censeam. Est omnino largus hac ætate poetarum prouentus, sed tu cum paucis vera via ad gloriam grassaris. reliqui, quod de Græculis dici solet, dum dicant, & versum impleant, quid aut quomodo dicant, pensi nihil habent. In tuis autem carminibus, quod mihi deprehendere visus sum, multæ passim occurrunt, præter reconditæ cuiusdam & minime vulgaris eruditionis hinc inde sparsa semina, Tibullianæ locutionis notæ, quam tibi cum purissimo in hoc genere poetarum apud Romanos familiaritatem mirifice gratulor, dum ipse interea omne genus scriptorum apis instar peruolitando, has & similes minutias congero. male habent ista Silii ex libro eius de bello Punico IV.

Tum nodo cursuq; leuis simul adiuuat hastam, I.
Dignam mole viri, nixus, fugit illa per ora *Silius lib. IV.*
Multiplicis lini, &c. *versu CCXC.*

non bene inquam hæc habent, sanari tamen poterunt, si ita *emendatus.*
scribantur:

Tum nodo, cursuq; leui simul adiuuat hastam,
Dignum mole viri nisus, fugit illa per oras
Multiplicis lini, &c.

Sed & sequenti versu, vbi vulgo est: II. *Versu*
Procumbit lata porrectus in arma ruina. *CCXCIV.*

reponendum:

———porrectus in arua,

non, *arma*. proxime enim est: III.
Et percussa gemit tellus ingentibus armis. *Versu CCCII.*

Mox:

Vna spes anima, tantusq; pependerat ardor.

manifeste scribendum:

Vna spes anima, tantusq; pependerat ardor.

sic enim & Curtius noster alibi de Alexandro suo, &, ni fallor, de Iul. Cæsare pro M. Marcello Cicero, & libro V. versu 685. Lucanus:

Cum tot in hac anima populorum vita salusq;
Pendeat.

Sequitur iterum in Silio: IV.
Fit sonitus, fugere fera, fugere volucres, *Versu CCCXI.*

Atq; vna longa trepidant in valle iuuenca.

corrige:

Fit sonitus, fugere feræ fugere volucres,
Atq; ima longe trepidant in valle iuuenca.

V. Versu CCCXII. Paulo post:

At Mago vert ssse globos, primumq; laborem
Qui solus gentis est, cassum videt, arma suorum
Ac primum in pugnas equitem vocat.

legendum haud dubie:

At Mago vertisse globos, primumq; laborem,
Qui solus gentis est, cassum videt, arma suorum
Ac patrium in pugnas equitem vocat.

Libycum enim equitem describit sequentibus:

——— vndiq; nudi
Assiliunt frano, infrenatiq; manipli.

VI. Versu CCCXXI. Mox est:

Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Ac eadem refugam cedentes arte resoluunt.

gerræ Siculæ, emendetur ex optimis membranis Agrippinensibus:

Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Atq; eadem refuga cedentes arte resoluunt.

VII. Versu CCCXXXII. bus, ter notatus. Ita, inquam, emendetur, & videatur Virgilius, dum nos ista notamus:

Sic vbi Caucaseis tigris se protulit antris
Linquuntur campi, & totum petit omne latebras
Turbatum insano vultu pecus, illa pererrat
Disiectas victrix valles, iamq; ora reducto
Paulatim nudat rictu, vt præsentia mandat
Corpora, & immani stragem meditatur hiatu.

elegans comparatio, sed in qua hoc monendum, ista ita legenda videri:

——— illa pererrat
Desertas victrix valles, iamq; ora reducto
Paulatim nudat rictu, vt præsentia mandent
Corpora, &c.

VIII. Versu IDXCI. Post multa:

Hic hostem orbatus telo complectitur vlnis,
Vndantemq; vado permixta morte coercet.

repone posteriore versu:

Luctantemq; vado, &c.

quæ germana huius loci scriptura est. Vale.

EPISTOLA LXXXIX.

Franc. Modius Io. Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

CVm nuper de Palmerii nostri præpropero & luctuoso bonis & studiosis omnibus bonorum virorum literarumque exitu intentius forte cogitarem, aliaque vt fit ex aliis inciderent, redii etiam in memoriam carminis cuiusdam, quod in immaturum itidem amici sui, cui Palmæ cognomentum erat, obitum Leodii olim scripsit amicissimus mihi, nec generis sui splendore quam literarum luce clarior Adolphus Scheiffartus a Merade Bornhemii dominus, illudque inter chartas meas diu quæsitum, vixque tandem inuentum, ac sæpius relectum non indignum iudicaui, cum & styli venustate placere posse considerem, & argumenti ratione ex bona parte Palmerio quoque nostra accommodari debere iudicarem, cuius hic tibi exemplum mitterem, vbi prius has in Censorinum animaduersiones iudicio tuo subiecissem. Cap. xii. pulcerrimus hic locus est de hominis in vtero formatione: *Sed vt initia sum ... & iactum illud conceptionis fundamentum, primitus hoc numero (senario puto) absoluit: Sic hoc initium format: hominis. & velut alterum maturescendi fundamentum, quod est quinque & triginta dierum, sexies ductum cum ad diem* CCX. *peruenerit, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui maior est, maiore numero continetur, septenario scilicet, quo tota humana finitur, & vt Solon scribit, & Iudæi in dierum omnium numero sequuntur.* quæ est ista tota humana? nimirum febriculosi alicuius & oscitantis correctoris somnium scribatur ex membranis Coloniensibus: *Septenario scilicet quo tota vita humana finitur, vt & Solon scribit, & Iudæi, &c.* Ita inquam scribatur, reponaturque *absoluitur* pro *absoluit*, & rursum *peruenit* pro *peruenerit*. Sequitur: *Vnde autem mens humana, dies istos commutationis speculari, & arcana naturæ rimari potuerit, nemo miratur. hac enim frequens Medicorum experientia peruidit. Qui cum multos animaduerterent semen no retinere conceptum, compertu habuerunt id, quod intra sex dies septemue ... , esse lacteum, & vocari ἔκρυσιν: quod postea autem sanguinem, idq; ἐκτρωμὸς appellatur. Quia vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras in partem laudat, tamen a secta non discrepat.* contaminatissima scriptura, sed quæ integritati suæ ex membranis ita restitui posse videatur: *Qui cum multos animaduerterent semen non retinere conceptum, comperitum habuerunt, id, quod intra sex dies septemue eiciebatur, esse lacteum, & vocauerunt ἔκρυσιν, quod postea autem sanguineum, idq; ἐκτρωμὸς appellatur. Quod vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras imparem laudet, tamen a secta non discrepat.* certa hæc est emendatio, quare pergo: *Ob quam rem Pythagoras, vt animum sua semper diuinitate imbueret, priusquam se somno daret, & cum esset expergefactus, cithara (vt ferunt) cantare consueuerat.* m.L.

I. *Censorinus de die Natali cap. xii. emaculatus ... semel & iterum.*

II. *Eod. cap. ter, quater interpolatum.*

f. ἔκρυσιν

f. ἐκτρωμὸς

III. *Adhuc eod. cap.*

& cum esset expergitus; meo iudicio recte. conuenit enim nescio quomodo hoc magis æuo Censoriniano.

IV. Cap. XIII. *hy, quater rursus notatus.* Cap. XIII. *Ad hoc procedit, quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum musica factum ratione. Septemq; stellas inter cœlum ac terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur, motum habere ἐνρυθμον; & interualla musicis diastematis motum habere congrua, sonitusq; varios reddere: pro sua quoq; altitudine ita concordes, ut dulcissimam quidem concinant melodiam: sed nobis inaudibilem, propter vocis magnitudinem, quam non caperent aurium nostrarum angustiæ.* non est operæ quorundam more hic me iactare, & paratragœdiare, satis sit monere totum hunc quoque locum quatuor minimum locis ex m. s. interpolatum, ita legendum, & scribendum videri: *Ad hoc accedit, quod Pythagoras prodidit h. t. m. m. f. r. s. q. s. i. c. e. t. v. q. m. g. m. motum habere ἐνρυθμὸν, & interualla musicis diastematis congrua, sonitusq; varios reddere: pro sua quasq; altitudine ita concordes, ut d. q. c. n. s. n. i. propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiæ non possint.*

V. *Ibidem.* Eodem cap. *Itaq; a cœlo summo ad solem diastema esse diatessaron, id est, duorum tonorum & dimidii: terra autem summitate ab eodem cœlo, tonos esse sex, in quibus sit diapason symphonia. Præterea multa, quæ Musici tractant, retulit. Stellas & hunc omnem mundum enharmonium esse ostendit.* lego & interpungo ex vestigiis scriptæ lectionis: *Itaq; a. c. s. a. s. d. e. d. t. e. d. t. & dimidii: ad terræ autem summitatem ab eodem cœlo tonos esse sex, in quibus sit diapason symphonia. Præterea multa, quæ Musici tractant, ad alias retulit stellas, & hunc omnem mundum enharmonium esse ostendit.* in fine capitis eiusdem, cum quo finem epistola quoque habebit

VI. *Iterum ibid. prope a fine.* *Quæ* (inquit Censorinus) *si vellem in vnum librum separatim congerere, tamen in angustius versarer, quia potius, quoniam me longius dulcedo musicæ abduxit, ad propositū reuertor.* malim: *quoniam me longius dulcedo musicæ abduxit.* & malle meo suffragantur membranæ Agrippinenses; quare reponatur etiam ita, & iam Scheiffartum nostrum audiamus:

Epitaphium Octauiani Palmæ Hipparchi.

Nobilis est superas arbor quæ surgit ad auras
Quo magis impositum desuper vrget onus.
Immites fructus populis ea præbet Iberis,
Ausonio sterilis creditur esse solo.
Fert Afris dulces, bellaria regia, glandes,
Continuo dulcis sed sapor ille perit.
Nuper at Italia hac arbor cœlo aduena nostro
Plantata ad flumen, Belgice Mosa, tuum est.

Factaq;

Factaq; translatu generosior, edere fructus
Iam cultu dignos cœperat illa suo.
Nunquam illi nocuit cœli inconstantia, summas
Radices intacta vix quatere ausa comas.
At nunc strauit humi præstantem Ate inuida Palmam,
Hinc folia & cortex hic sine honore iacent.
Sed Lita quæ curat plantas & præsidet herbis
Ipsam animam Elysia clam vegetabit humo:
Dum Sol æternus depulso frigore truncum
Excitet, atq; nouo frondu honore colat.

Faciebat Adolphus Scheiffartus a Merade
Leodii. CIƆ. IƆ. LXXIV.

EPISTOLA XC.

Franc. Modius Bonauentura Vulcanio S. Lugdunum Batauorum.

STatueram ex itinere, quo nuper ex Belgica in Germaniam reuersionem faciebam, vos istic inuisere, & præsens præsenti Lipsio de magistratu, quem paulo ante inierat, gratulari, sed in diuersum me abripuerunt tum nouæ quædam, & non prouisæ satis mihi res, coegeruntque dilatis in tempora commodiora huiusmodi diuersionibus, velis remisque quod aiunt, Vbios recta petere; vbi mox ad veteres meos confabulones, libros puta, me retuli: in quibus ista hodie forte se mihi notanda obtulerunt. Lib. XIV. Silii de bello Punico secundo: I. *Silius lib. XV. versu CCCXXCII. emendatus.*

Ast alia lacera atq; incussi roboris ictu
Detergent remos, alia per, &c.

descriptio est prælii naualis, in quo naues nauibus collidebantur; sed vbi ita legerim:

Ast alia latere, atq; incussi roboris ictu
Detergent remos.

malim etiam statim de naui Himilconis, quæ propter portentosam magnitudinem plena velis & quadringentorum remigum pulsibus adiuta ægre tamen & lente progrederetur: *lento se robore agebat*, quam cum vulgatis: *lento se corpore agebat*. Sequitur apud poetam: II. *Versu CCCXCI.* III. *Versu CCCCXXII.*

Inde atros alacer, pastosq; bitumine torquet
Aduentante noto Pœnorum aplustribus ignes.

reponatur cum Diis volentibus elegans, sed correctoribus Silianis ignorabile plane verbum, *Amentante noto Pœnorum aplustribus ignes.* eleganti metaphora: quod vt amentum telo, ita ventus igni vires faciat.

Versu 488. IV. *Versu CCCCXXCIIX.*

Ipse adeo sauis ductor Rotheius ibat
Pulsibus, & validos superabat remige ventos.

scriberem etiam inuitis membranis, quanto magis ita volentibus, iubentibus illis:

Ipse adeo senis ductor Rhœteius ibat
Pulsibus.

V. Versu DXLVIII. Versu auctus. signantur enim sex ordines remigum. Adhuc in eodem nauali prælio:

Hinc clamor, gemitus illinc, mortesque, fugæque,
Perfusum bello feruet mare, fessus acerbus
Terga fuga celeri Libya conuertit ad oram.

legendum versu interiecto ex membranaceo thesauro Agrippinensi:

Hinc clamor, gemitus illinc, mortesque, fugæque,
Remorumque fragor fractique sonantia rostra:
Perfusum bello feruet mare, &c.

fictu dixit pro confictu ratione loquendi poetis solenti. sic apud Virgilium est:

Dant sonitum flictu, galeæ pugna aspera surgit.

& dixerat ante Virgilium Liuius Ægistho:

Ipse se in terram saucius fligit cadens.

VI. Versu DLXXXIII. Versu 583.

Criniger astriferis Titan feruoribus auras,
Et patulam Cyanen, lateque palustribus vndis
Stagnantem, stygio Cocyti oppleuit odore:
Temporaque autumni latis florentia donis
Fœdauit, rapidoque accendit fulminis igni,
Fumabat crassis nebulis caliginis aer.

poterat hic locus a me præteriri, cum leuia sint, quæ in illum notaturus sum: dico tamen, elegantius illum ita lectum iri:

Criniger astiferis Titan feruoribus auras
Et patulam Cyanen, lateque palustribus vndis
Stagnantem, stygio Cocyti oppleuit odore,
Temporaque Autumni latis florentia donis
Fœdauit, rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat crassus nebulis caliginis aer.

VII. Versu DCXXVII. Vers. 627. *Signaque circumstant alacres, auidisque tubarum*
Respirant latis clangoribus, itur in hostem,
Et, si fata ferant, iuuat inter prælia ferro
Posse mori, socium me eret, qui morte pudenda
In morem pecudum effundere cubilibus atris
Illaudatam animam. quanto melior lectio scripta?
Circumstant alacres signa, auditisque tubarum
Respirant latis clangoribus, itur in hostem,
Et, si fata ferant, iuuat inter prælia ferro
Posse mori socium miseret, qui forte pudenda
In morem, &c.

EPI-

EPISTOLA XCI.

Franc. Modius Carolo Vasoldo IC. S. Bambergam.

II

EIus temporis recordationem, Vasolde ornatissime, quod in thermis Carolinis vna suauissime traduximus, & sufficiente vsque materiam nobis disserendi de rebus variis, argumentisque nos in vtramuis partem vrgente amplissimo Neustettero, disputationibus literatis iucundissime condiuimus, interpolauimusque; eius, inquam, memoriam temporis nulla vnquam ex animo meo delebit obliuio. quo magis etiam libuit acta tum inter nos, cum locorum qualicunque delineatione & descriptione earum thermarum, vtentique illis ratione rudi carmine complecti, vt exstaret aliquod huius etiam rei ad posteros, si tamen ad posteros illud duraturum, monimentum. Quod tu vt boni consulas a te mihi pluribus verbis, quæ est humanitas tua, petendum hic non existimo, illud forsasse potius non temere fecero, si præter carmen, quod modo dixi, & excusum mitto notas etiam has meas æstimare ne grauetis obsecrauero. quod ipsum quoque tamen non decreui facere ambitiosius. quia nota & perspecta mihi bonitas tua passura id minime videatur. Macrobii in somnium Scipionis sunt ista: I.
Et inuenta diametro facile mensuram eius ipsius quoque ambitus prodit: Hanc enim summam, quia diametrum facit, debes ter multiplicare adiecta parte septima, vt sæpe iam dictum est. scribendum ne contra mentem scriptoris scriptura stet: *hanc enim summam, quam diametrum facit, debes ter multiplicare.* vt recte præferunt duo scripta exemplaria, quæ alibi quoque laudo. *Macrobius in Scipionis somnium notatus libr.*

Statim: *Nam sicut extrema vmbra potuit circuli, per quem sol meat, deprehendi magnitudo, ita per ipsum circulum mensura solis inuenta est in hunc modum.* lapsus est librarius, qui *extrema* pro *ex terrena* damnoso compendio scripsit, cuius error a me, aut ne quid mentiar, libris vetustis corrigatur. II.

Rursum statim: *Et cum ad primum solis radium, quem de se emisit prima summitas orbis, emergens vmbra de styli decedens summitate primam curui labri eminentiam contigit locus ipse, qui vmbra primitias excepit, nota impressione signatus est, obseruatumque, quamdiu super terram ita solis orbis integer appareret, vt vna eius summitas adhuc horizonti videretur insidere, &c.* libri scripti aiunt reponendum: *a styli decedens summitate, vt ima eius summitas adhuc horizonti videretur insidere.* peccatum in posteriore voce bis ante quoque ibi: *Deinde quia totius mundi vna pars terra est, atchro autem vna pars inon est, &c.* quis.n puer III.
IV.

V. non videat ex re vtrobique *ima* non *una* legendum? Sequitur
*Verum est enim, neq; solem, lunamue, neq; de vagis vllam ita in si-
gnis Zodiaci ferri, vt eorum syderibus misceantur: sed in illo signo
esse vnaquaeq; prohibetur, quod habuerat super verticem, in ea, quae
illis subiecta est circuli sui regione discurrens.* manifestaria emen-
datione corrigendum: *sed in illo signo esse vnaquaeq; perhibetur,
quod habuerit super verticem, in ea, quae illi subiecta est circuli sui
VI. regione discurrens.* Post pauca: *Sed cum sit omnibus* (stellis puta) *i-
dem motus meandi, tantam eius diuersitatem temporis sola spa-
tiorum diuersitas facit.* libri scripti: *sed cum sit omnibus idem mo-
dus meandi.* quod probo, nihil enim aliud alioqui moueri hic
VII. esset, quam meare, & vice conuersa. Modico iterum interuallo:
Huius (arietis) *incipiente ortu, statim subiecto vasi superposita aqua
fluxum dederunt, quod vbi completum est, mox eo sublato, effusoq;
alterum simile subiecerunt, certis signis obseruatis, ac memoriter
annotatis, inter eius loci stellas, quae oriebantur: cum primum vas
esset impletum, intelligentes quod eo tempore, quo totius aquae duo-
decima pars fluxit, pars caeli duodecima conscendit.* emendetur ex
membranarum fide, & rei veritate: *certis signis obseruatis, ac me-
moriter annotatis, item eius loci stellis, quae oriebatur, cum primum
VIII. vas esset impletum, intelligentes, &c.* sed nunc ad alterum quo-
que Macrobii librum criticas manus nostras exteudamus, in
quo quod est non longe a principio: *Cum enim casu praeteriret*
(Pythagoras) *fabros, ignitum ferrum ictibus mollientes, in aures e-
ius malleorum soni certo sibi respondentes ordine repente ceciderunt.* vt ferrum ictibus molliatur, nunquam factum, aut di-
ctum etiam vel fictum ab Aurelio, qui scripserat: *Cum enim casu
IX. praeteriret fabros, ignitum ferrum ictibus mol entes, &c.* Paulo
post: *Quadruplus est, cum de duobus numeris minor quater in ma-
iore numeratur, vt sunt quatuor ad vnum. Qui in numeris facit
symphoniam, quam dicunt διὰ πασῶν. Epogdous est numerus,
qui intra se habet minorem, & in super eius octauam partem, vt
nouem & octo. Quia in nouem octo sunt & insuper octaua pars eo-
rum, id est, vnum.* omnino corrigendum totum hoc ita: *Qui nu-
merus facit symphoniam, quam dicunt διὰ πασῶν. Epogdous est
numerus, qui intra se habet minorem & insuper eius octauam par-
tem: vt nouem ad octo. Quia in nouem & octo sunt, & insuper o-
X. ctaua pars eorum, id est, vnum.* Interiectis paucis omnino verbis: *Sed semitonium vocitauerunt sonum tono minorem: quem
tam paruo distare a tono deprehensum est, quantum hi duo numeri
inter se distant, id est, ducenta quadraginta tria, & ducenta quin-
quaginta sex.* res clamat verum esse, quod in manu exaratis co-
dicibus reperitur: *Sed semitonium vocitauerunt sonum tono mi-
norem.* Consequitur aeque post pauculos versus: *Hanc lineam si
geminaueris, alterum mathematicum corpus effictes: quod duabus*
dimen-

dimensionibus exstruatur longo lateq;, sed alto caret. rectum itidem opinor, quod in membranis est: *quod duabus dimensionibus æstimatur, longo latoque. sed alto caret.* Geometrica enim corpora soli æstimationi & cogitationi subiiciuntur. Modico interuallo: *At vero pars septima in viginti & septem fuit, quæ faciunt, vt diximus, argumentum tertium imparis numeri. Vlterius autem vt animaduertere posse est, processit illa contextio, vt post monadem quæ par & impar est, primus par numerus poneretur, id est, duo, &c.* Inquinatissima lectio, & quæ ita, si quid credis Vasolde, restituenda in pristinum est: *At vero pars septima in viginti & septem fuit, quæ faciunt, vt diximus, augmentum tertium imparis numeri. Alternis enim vt animaduertere facile est, processit illa contextio: vt post monadem, quæ & par & impar est, primus par numerus poneretur, id est, duo*, sed iam sat scio satietas te cepit horum friuolorum, quare desino. Vale VII. Calend. Octobr. CIↃ.IↃ.LXXXIII. Wirzeburgi. XII.

EPISTOLA XCII.

Franc. Modius Paulo Melisso ciui Romano, & Eq. Cæs. S. Norimbergam.

ET nuperam tuam oden recte mihi curauit Posthius noster; & eam, quam nunc mittis, libenter legi, teque de vtraque, vt debeo, amo plurimum. ceterum quod longo satis iam temporis interstitio nihil scribo; hoc partim iactationibus itinerariis imputabis, partim negotiis literariis hisce, quibus tanto auidius incumbere soleo, quanto rarius eiusce faciundi mihi fit copia. quod tu ita interpretaberis, non tanquam vllum mihi sit tempus a studiis & libris alienum; sed quod vaga illa, & erronea his sedentariis nescio quomodo comparanda non videantur, quod supellex libraria hæc subleuet, illa destituat. nunc tandem rescribo ecce & quæro, quid de his notis censeas. Epist. I.
VI. lib. VII. Plinii secundi est: *Similiter nunc & probatum & exceptum est, quod pro Vareno hactenus non tacui.* diserte pugnat hæc lectio cum iis, quæ præcedunt, vbi ait: *Multum me intra silentium tenui. accepi enim, non minus interdum oratorium esse tacere, quam dicere.* & rursus: *Non facile me reperio, tantum consecutum assensum agendo, quantum nunc non agendo* recte igitur abest a membranis negatiua. nam quod ait *hactenus tacui*, valet idem, ac si diceret, quod tantum subinde re plane ita exigente breui interfatione silentium meum intepolaui, & quasi temperaui, quod interdum prudentis est oratoris.

Plinius Iunior notatus lib. 7. Epist. VI.

Epist. IX. *Volo interdum aliquem ex historia locum apprehendas: volo epistolam diligentius scribas, volo carmina. nam sæpe in orationes quoque non historica modo, sed prope poetica descriptionum necessitas incidit.* meis auribus magis lenocinatur, quod est in II.

Epist. IX.

III. Lad.Epistol. eisdem membranis: *nam sæpe in orationes quoque non historicè modo sed prope poetica descriptionis necessitas incidit.* Præcellit eadem epistola: *nihil obfuerit, quæ legeris hactenus, ut rem argumentumq; teneas, quasi æmulum scribere, lectisq; conferre, ac sedulo pensitare, quid tu, quid ille commodius. magna gratulatio si tu nonnulla, tum magnus pudor, si cuncta ille melius.* m.ss libri: *magna gratulatio, si nonnulla tu, magnus pudor, si cuncta ille melius.* quā elegantissimam scripturam plane infecetam reddebat adulterinum & surreptitium illud *tum* natum procul dubio ex pronomine *tu* librarii errore geminato.

IV. Epist.XXIV. Epi.XXIV. *ac deinde singulos gestus domina cum canticu reddebant, qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corollarium accipient ab herede, qui non spectabat. Hæc scripsi, quia soles, si quid incidit novi, non invitus audire.* m.ss. quis vsus ego ab amplissi. Neustettero: *qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corollarium accipient ab herede, qui non spectabat. Quorsum hæc? quia soles, si quid incidit novi non invitus audire.* quæ sane lectio confirmatur ab ea, quantumuis vitiola, quam ad oram libri sui excudit Stephanus: *corollarium accipient ab herede. Quorsum scribebam hæc? quia soles, &c.* itemque ab aliis quoque aliquammultis locis, vbi eodem interrogandi genere Plinius vtitur, vt epistolas eius attentius legenti res ipsa fidem faciet. ego transeo porro ad Epist. XXIX.

V. Epist.XXIX. *Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, si legeris, quod nisi relegeris, non potes credere* membranæ constanter ista *deinde ridebis* delent, & faciunt sane miram alioqui scripturam, possuntque videri adiecta ab eo, qui Montanum cum Plinio non indignatione, sed risu desinere volebat; nihil tamen pronuntio, sed assensionem meam in eorum hinc relegatione sustineo æque atque in eo

VI. Lib.VI. Epist. XXXII. loco, vbi lib.VI. Epist.XXXII. cum vulgo legatur: *Quamuis & ipse sis continentissimus, & filiam tuam ita institueris, vt decebat filiam tuam, Tutilii neptem, cum tamen sit nuptura honestissimo viro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit, debet secundum conditiones mariti veste, comitatu augeri, quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen & instruitur.* eædem membranæ referunt omisso *vò augeri: debet secundum conditiones mariti veste, & comitatu, quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen, instruitur.*

VII. Lib.IX. Epist. II. Lib.IX. Epist II. *Præterea nec materia plura scribendi dabatur. neque enim eadem nostra conditio, quæ M. Tullii, ad cuius exemplum nos vocas. Illi enim & copiosissimum ingenium, & par ingenio materia, quam tam varietas rerum, quam magnitudo largissime suppetebat.* membranæ longe aliter: *Illi enim & copiosissimum ingenium, & ingenio, quæ varietas rerum, quæ magnitudo largissime suppetebat.* longe elegantissime si vox vna, quam supina quadam oscitantia librarius

trarius omisit, inseratur, scribaturque: *& ingenio materiam, quam varietas rerum, quam magnitudo largissime suppetebat.* amantque sic loqui inprimis elegantissimi IC. nostri, vti pluribus docet emendationum suarum lib. II. cap. II. amplissimus Antonius Augustinus. vnde nos vnum atque alterum huc exemplum dinuasse contenti, inprimis Ciceronis testimoniis aliquot hanc locutionem stabiliemus. Celsus lib. XVI. Digestorum. *Cui seruum ipsius substitutus est, seruum suum adire iussit: si ideirco fecit, ne legata praestaret, vtraque praestabit, & qua heres est, & qua omissa caussa testamenti possidet ex substitutione hereditatem, salua Falcidia ei seruata.* Paulus lib. II. ad L. Iuliam & Papiam; *Sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest: nec exspectandum est, dum vendat, sed in praesentia non qua filium alicuius, sed qua homo aestimatur.* Cicero ad Atticum: *Qua domini, qua aduocati sic ut confessi sunt.* & alibi: *Intelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto.* item alibi: *At quam honesta, quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congressus sermonisque cum Caesare.* rursusque ad Quintum fratrem: *Omnia conuestiuit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis.* potest igitur Plinius de Cicerone loquens Ciceroniano hoc dicendi genere etiam vti voluisse videri; etsi non vsus hic tantum, sed & alibi quoque exemplo, præter Ciceronem, Plauti, Horatii, Liuii, & aliorum, quorum omnium loca adducere vt longum foret, ita minime in re præsertim indubitata & certa ducimus necessarium.

Vide l. cui seruum quis omisit caus. test. [illegible]

Vid. l. pretia rerum [illegible] Falcid. [illegible]

Geminum tertio [illegible] Cic. loco videtur illud Horat. Quatres, quia ratio sumere, quamque modo [illegible] Musicum esse oportet. *Plaut. [illegible]*

Liuius lib. IX. & X. ab V.C.

EPISTOLA XCIII.

Franc. Modius Philippo Michaeli Beuhero S. Argentoratum.

AGe, age Beuhere mi, ineptias istas indignas literatis literis, quas colimus, & per eas nobis quoque missas faciamus; & in gynecæa aut si qui virorum conuentus concessusque illis quam simillimi sunt, eo relegemus. nam quid per Deos tibi vis? an me si operæ fuisset, non potuisse existimas totidem verba, tam lecta, tam exquisita, quibus illud efficerem, vt in nos conueniret vetus hoc: mutuum muli ad tuam laudem quoque concipere? nunquam deesse mihi illa potuissent in tanta virtutum tuarum, tanta eruditæ doctrinæ tuæ copia. sed & tu laudanda facere, quam laudari mauis; & ego abhorreo natura mea a male inueterata ista in os laudandi consuetudine. mitto quae aliquid de studiis, heri Nemesiani Eclogas composui cum Calpurnianis; nimiumque verum esse deprehendi magni illius Cæsaris Scaligeri iudicium, quo Nemesianum Calpurnio longe castigatiorem recte censuit. corrupta autem, vt videre visus sum, in eo loca hæc fere notaui. Ecloga prima:

Syluestris nunc te platanus, Melibœe, susurrat:
Te pinus reboat, Te quidquid carminis Echo,
Respondent sylua. Te nostra armenta sequuntur.
Namq; prius siccis phoca nascentur in aruis,
Vestitusq; freto viuet leo, dulcia, &c.

I. *Nemesianus emendatus semel & iterum. Ecl. I. vers. LXXII.*

locus hic videtur & a scriptura, & ab interpunctione male habere, atque ita sanandus:

Syluestris nunc te platanus, Melibœe susurrat,
Te pinus reboat. Te quidquid carminis Echo
Respondens sylua. Te nostra armenta loquuntur.
Namq; prius siccis phoca nascentur in aruis,
Hirsutusq; freto viuet leo, &c.

reposui *loquuntur* ex lib. vet. postulante sententia, & confirmante eam lectionem Virgilio, a quo totus hic locus est, istis:

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesq; feri syluaq; loquuntur.

& alibi:

Ipsi lætitia voces ad sydera iactant
Intonsi montes, ipsa iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille, Menalca.

porro illud: *Te quicquid carminis Echo Respondent sylua* explicat Virgilii illud ecloga vltima: *respondent omnia sylua.* dictum enim a Nemesiano, *quidquid carminis sylua respondent Echo,* pro *quidquid carminis Echo respondet syluis.* & fuit, cum plane legendum ita putarem, nec me adhuc coniecturæ huius pœniret. sic & apud Calpurnium legatur, si quidem recte legatur:

II. *Calpurnius correctus Ecl. IV. vers. XXVII.*

——certe mea carmina nemo
Præterquam his scopulis ventosa remurmurat Echo.

pro quo male circumfertur, *Præter ab his scopulis.*

III. *Reuersio facta ad Nemesianum Ecl. II. vers. XXCV.*

Ecloga II. versu 85,

——cantamus auena,
Qua diui cecinere prius, quam dulce locutus
Tityrus, e syluis dominam peruenit in vrbem.
Nos quoq; te propter, Donace, cantabimus vrbi.

sententia postulat, vt legatur:

Nos quoq; te propter, Donace, cantabimur vrbi,

id est, te faciente nobis, vt Porpertius loquitur, ingenium o Donace, scribimus carmina digna, quæ non rusticorum & paganorum, sed & vrbanorum quoque oculos aurisque moreantur. Ecloga tertia.

IV. *Ecloga III. vers. XVII.*

Te cano qui grauidis ederata fronte corymbis
Vitea serta plicas, qui quando palmite tigres
Ducis odorato perfusus colla capillo,
Vera Iouis proles.

turbando loco est illud *quando.* quid enim, tum & non alias vera

vera Iouis soboles Bacchus, quam cum tigres ducit? plane reponendum, volentibus tamen libris, ne quis erret: *qui comtos palmite tigres Ducis*. Ecloga IV. & vltima: V. *Ecloga* IV. *versu* XII.

Tum tandem fessi quos lusus ederat ignis,
Sic sua desertis nudarunt vulnera syluis.

hic alii legunt: *quos lusus & ederat ignis*. alii aliter, diuersa quisque & ab hoc loco aliena interpretatione, mihi placebat: *quos lusus adederat ignis*. vt *lusus* pro *elusus* dixerit, quod valet frustratus. nam *adederat* quid sibi velit, satis clarum ex isto Virgiliano: *Nec te tantum edat tacitam dolor*. ac alibi: *est mollis flamma medullas*. mihi, inquam, ita placebat. maxime, quia præcedit: VI. *Versu* IX.

Dum odo condictas vitant in vallibus ornos,
Nunc fagos placitas fugiunt,

vbi nota illas *condictas ornos* & *placitas fagos* ex IC. schola sumtas voces, quas alii temere & nullo sensu in *conductas* & *placidas* mutarunt. vt & hoc male apud Silium Italicum initio statim libri primi inueteraße, recte scribit in Semestribus eruditissimus Faber, cum ibi legitur: VII. *Silius notatus lib.* I. *vers.* XI.

Ter placidam suasit temerando rumpere pacem.

cum reponendum sit *placitam*, id est, pactam conuentam. sed de his alias. Versu 25. VIII. *Iterum Nemesianus eadem Ecl.* IV. *vers.* XXV.

Donum forma breue est, nec se tibi commodat annis.

non deest huic versui ita exarato sua, vt quibusdam videtur, & quidem aptissima sententia: mihi tamen nescio quomodo ita potius corrigendus videtur:

Donum forma breue est, nec se tibi commodat annum.

Albinouanus ad Liuium in morte Drusi:

Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.

quod manat ex illo Lucretiano:

Vitaq; mancupio nulli datur, omnibus vsu.

sed plura de his ad ipsum aliquando fortaße Nemesianum. Vale.

EPISTOLA XCIV.

Franc. Modius Iacobo Cruquio S. Brugas.

VNquamne nos, amicissime Cruqui, vna reuidebit Musæum tuum? vnquamne cum Giselino & Lernutio, more quondam nostro, de literis seremus sermones? equidem, cum tempora inspicio, & nubes bellorum considero; parum abest, quin eius rei spem omnem proiiciam: rursum, cum reputo, quantæ sæpe res momento vno mutentur; redeo eo, vt futurum sperare, & forsan breui audeam, quod quo modo fieri omnino queat, exputare non possum. sed viderit de his, qui supra nos curat, tuque interea abduc, quod potest, mecum a turbis istis

I. paulisper animum, & pauca attento hæc perlege iudicio. Italici carmina sunt:

Silius Itali- cus lib. VII. [illegible] IↃXXVIII. [illegible]

——propere capere arma maniplis
Edicit, nulloq; tenet munimine turmas
Ausonias, torquet totas in prælia vires
Pœnorum ductor, propellitq; agmina voce;
Dum dictator abest, rape miles tempore pugnæ.

quæ lectio, si vera est, quomodo mox ait?

Primus claustra manu portæ dictator, & altos
Disiicit postes, rapitq; in prælia cursum.

plane legendum:

——Valleq; tenet munimine turmas.

videatur Liuius. sed & vltimo versu reponendum:

——rape miles tempora pugnæ.

quod valet, occupa tempus, solens locutio bonis scriptoribus.

II. Sequitur:

Versu IↃXCV.

——ingerit hastas,
Aduersumq; premit telorum nubibus hostem.

membranæ: *Auersumq; premit.* quod non paulo melius hic conuenire videtur. Sed iam ad insignem plane locum te voco:

III. Versu [illegible] supposititius, & [illegible]

Nec non exemplo (inquit poeta) *laudis furiata iuuentus*
Sylla ruunt, Crassusq; simul, iunctusq; Metello
Fannius, ac melior dextra Torquatus inibant
Spectati Fabio, &c.

satis proba hæc videntur, nec sunt: legendum enim ex m. s. optimo illo Agrippinensi:

Nec non exemplo laudis furiata iuuentus
Syllaq;, Crassiq; simul, iunctusq; Metello
Furnius, ac melior dextra Torquatus inibant
Prælia, & vnanimi vel morte emisse volebant
Spectari Fabio, &c.

tale est illud Virgilii:

IV. Versu IↃCXLVI.

——vitamq; volunt pro laude pacisci. Mox:
——volucrem per terga sagittam
Fundit, Achemenio detrectans prælia ritu.

haud dubie legendum:

——volucrem post terga sagittam

V. Versu IↃCLXVII.

Fundit. qui Partho mos. Iterum mox:
Talia dum metuit, nec pugnæ fisus in hoste
Tam rapido, nec deinde fugam suadente pauore,
Per dumos miser, & vicina cacumina quercus
Repserat, &c.

malam rem sciolis, qui ita nobis omnia contaminant. scripserat Silius:

Talia dum metuit, nec pugnæ fisus in hoste

Tam

Tam rapido, nec deinde fuga, suadente pauore
Per dumos miser in vicina cacumina quercus
Repserat, &c.

Sequitur: — VI. Vers. IↃCXXX. bis, ter notatus.

——senior numerato milite latus
Collibus & tuto repetebat in aggere castra.
Ecce autem e media iam morte renata iuuentus
Clamorem tollens ad sydera, & ordine longo
Ibat ouans, Fabiumque decus, Fabiumque salutem
Certatim, & magna memorabat voce parentem.
Tum qui partitis discesserat ante maniplis,
Sancte, ait, o genitor, reuocati ad lucis honorem,
Si fas vera queri, &c.

quæ corrige:

——senior numerato milite latus,
Colles & tuto repetebat in aggere castra.
Ecce autem e media iam morte renata iuuentus
Clamorem tollens ad sydera, & ordine longo
Ibat ouans, Fabiumque decus, Fabiumque salutem
Certatim & magna memorabat voce parentem.
Tum qui partitis dissederat ante maniplis,
Sancte, ait, o genitor, reuocato ad lucis honorem
Si fas vera queri, &c.

scilicet *collis* pro *colles* scriptum inuenerant, a quibus illud *collibus* est. sed in reliquis prona fuit vnius literæ mutatione in errorem via. Vale, hic enim cum libro habebit finem Epistola mea.

EPISTOLA XCV.

Franc. Modius Iacobo Didymo IC. S.

ITa omnino est, clarissime Didyme, quantum illi errant, qui Lucanum suum Virgilio, si Diis placet, conferre non erubescunt, tantum prope peccant in aliam partem & hi, qui eum non tam suo quam gentis suæ vitio in multis immodicum, & tumidum, in poetarum duntaxat bonorum classe censendum non arbitrantur. cur enim non iidem, qui in culpas eius tam diligenter inquirimus, virtutes quoque viri consideremus? plane in hoc multorum iudicia iudiciis dissimilia videri possunt, quod aut placitum scriptorem semel supraque homines que Deosque statim collocant, aut non facientem ad sapientiam suam ita deprimant, vt indignũ esse lectione credi sibi [illegible] postulent. Modestius sane Plinius, quem ex Nepote ita d[illegible] solitũ accepimus, Nullũ esse omnino auctorem, ex quo [illegible] aliquid attentus lector in vsum suum exercere posset. si ex quouis scriptore, quanto magis ex Lucano aliquid discere, aliquid

doceri possumus, in quo versus multi tam castigati, sententiæ tam aptæ insitæ, doctrinæ tam raræ sparsa semina, vt haud sciam, an non culpas auctoris sui facile præstare queant, iudicem modo habeant non dico suum, sed certe non nimis iniquum, & omnino talem, qualem tu dare poteris. cui simul etiam has meas in eũdem poetam notas arbitrandas committo.

I. Lucanus lib. VIII. versu CXXI. notatus.

Lib. VIII. versu 121. Mitylenæorum ad Magnum iam victum in campis Pharsalicis hæc sunt verba:

Accipe templorum cultus, aurumq; Deorum
Accipe, si terris, si puppibus ista iuuentus
Aptior est, tota, quantum valet, vtere Lesbo
Accipe, ne Cæsar rapiat, tu victus habeto.
Hoc solum crimen merita bene detrahe terra,
Ne nostram videare fidem felixq; secutus
Et damnasse miser.

fuit mihi semper suspectum illud:

Accipe, ne Cæsar rapiat, tu victus habeto.

& habeo iam affirmare, cũ non magis in Pulmannianis, quam in duobus, quos nos inspeximus m. s. codicibus reperiatur non esse τῦ ποιητῦ.

II. Versu CCCXC.

Versu 390.

——tentare pudendum
Auxilium tan est, toto diuisus in orbe
A terra moriare tua.

melius nostræ membranæ:

——tanto diuisus vt orbe
A terra moriare tua?

nisi tamen *toto* quis retinendum existimet propter Virgilianum illud: *& toto diuisos orbe Britannos.* cui non pugnabo, dum mihi vicissim hoc ille det *vt* nostrum omnino hic reponendum.

III. Versu CDXXXI.

Sed & versu 431. mox sequenti plane restituendum: *Non tibi cum primum gelidum transibis* (*transibit* iam male legitur etiam in Pulmanniana, operarum opinor incuria, editione) *Araxem?* & de Pompeio, non de Crasso locus accipiendus.

IV. Vers. DCCI.

Versu 701.

Hac fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit, hac illo summo de culmine rerum
Morte petit, cladesq; omnes exegit in vno
Sæua die, quibus immunes tot præstitit annos.

ausculto libros, in quibus est: *cladesq; omnes exigit in imo Sæua die, quibus immunem tot præstitit annos.* aloqui falsum clades omnes exactas a Pompeio vno eoque nouissimo hoc vitæ suæ die: quando enim magis periit, quam quo tempore a Cæsare in campis Pharsalicis victus turpi fugæ sese mandare coactus est? omnino dico, audio membranas amicissimi Weidneri mei, vt re-

vt respexerit Lucanus ad illud Solonis; *dicíq; beatus Ante obitum nemo sui, remuq; funera debet.* quo etiam spectant illa eiusdem Lucani ex lib. VII.

——sic longius æuum
Destruit ingentes animos, & vita superstes
Imperio, nisi summa dies cum fine bonorum
Affuit, & celeri prauertit tristia letho. imus dies

igitur erit, extremum vitæ tempus. Ouid. de nuce:

Me, sata ne lædam, quoniam sata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

id est, extremus fundus, nisi potius extrema fundi pars. sed & Horatius de Arte, *imum fabrum* vocat, in extrema vici parte habitantem. video hic esse, qui opposita inuicem sibi ista velint *vno die, & tot annos.* sed nihil me mouent. Cur enim eidem non extremum quoque vitæ tempus cum omni anteacta, quam longa fuit, ætate conferant, conferri que hic a poeta censeant?

Versu 806. V. *Versu* ƆCCCVI.

Quod si iam sacro dignaris nomine saxum.

parum refert, malo tamen cũ nostris scriptis libris: *Quod si tam claro dignaris n. s.* alioqui enim ingrata sit hic aurib. vocis *sacro* repetitio, quæ statim præcessit, vbi dictum est a poeta:

Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen.

Versu 865. VI. *Versu* ƆCCCLXV.

Proderit hoc olim, quod non mensura sepulcri
Ardua marmoreo surrexit pondere moles,
Pulueris exigui sparget non longa vetustas
Congeriem, bustumq; cadet, mortiq; peribunt
Argumenta tua, &c.

corrigendum facile videbit, quicunque locum considerabit, vt & correctum a Pulmanno viro docto & hic diligenti imprimis verisimile mihi fit, nisi operæ eum sequi neglexissent:

Proderit hoc olim, quod non mansura sepulcri
Ardua marmoreo surrexit pondere moles,
Pulueris exigui sparget non longa vetustas
Congeriem, bustumq; cadet, mortuq; peribunt
Argumenta tua.

EPISTOLA XCVI.

Franc. Modius Stephano Pighio S.

EA sunt tua, Pighi optime & eruditissime, in Valerium Maximum scriptorem prodigiosissime, si quis alius, corruptũ, & certatim a sciolis per tot secula ad nostra vsque tempora interpolatum merita, vt de eo auctore, & præsens tibi debere debeat lubenter, & vero etiam omnis in posterum debitura sit ætas. Ego sane, vt de meipse aliquid dicam, non possum non gra-

tulari scriptori, nisi quod seruilibus passim adulationibus gloriam suam obscurat, optimo, optimum, literatissimum, & quod caput hic est iudicii limatissimi simul & solidissimi vindicem atque assertorem grauissimum. Cuius enim, Dii magni, ingenii fuit tot locorum tam monstrose inquinatorum caussam perspicere, cuius iudicii errorum fontibus inuentis, in pristinum omnia restituere, & ex vitii manifestissimis complurib. variantibus lectionibus manibus exaratorum olim codicum, veram synceramque eruere? Denique quam laboriosæ industriæ, & quam multa variaque variorum scriptorum lectione instructæ confusa temporibus exempla digerere, vtraq; sua hominib. non tantum Romanis, sed Græcis quoque & Barbaris nomina restituere? Equidem hic statuere soleo quiduis horum alium vt ab hoc historico manus abstineret, permouere potuisse, quæ te vniuersa adeo non deterruere, vt alacrior quodammodo animosiorq; quo tibi cum plurib. hydris rem fore videbas, in certamen descenderes, ex quo adnitentib. credo Musis ipsis Herculeque adeo Musageta, cuius in vestigio pedem fixeras, & victor tandem abiisti, & ciuicam, qualem haud scio an vnquam alius quisquam, meruisti. De quo, vt iam dixi, cum ipsi Valerio gratulor, tum mihi totique collegio Musico gaudeo, teque, mi Pighi, eiusdem collegii nomine hortor, siue æquum est oro etiam, vt tuos Romanorum Magistratuum libros, quorum ad illustriss. Marchionem ab Haurech obiter semel & in notis tuis sæpius mentionem fecisti, primo quoque tempore, quod commodo tuo fiat, & alteram æternitatem tibi pariat, cum Diis bene fauentibus luci publicæ permittas. Ego, qui ex collatione vnius manu expressi libri ad tuam Valerianam editionem satis superque quot modis te ille auctor exercitum habuerit, deprehendere visum sum, hæc paucula præterea hodie notaui, de quibus te arbitrari volo.

I. *Val. Maximus lib. II. cap. IV. notatus.* Lib. II. cap. IV. quod est de spectaculis: *Qui* (calda) *pota salutari quiete sopiti, diuina vi morbi repente sunt liberati: patriq; indicauerunt, vidisse se in somniis quos nescio Deorum spongia corpora sua pertergere, & præcipere, vt ad Ditis & Proserpinæ aram, a qua fuerat potio ipsis allata, furuæ hostiæ immolarentur, lectisternia ludiq; nocturni fierent.* non dico quidquam in hac lectione inesse vitii, sed tamen cum & vulgati antea libri *pertergi* & *præcipi* habuerint & m. s. Bambergensis, quo vsus ego, ita diserte perscriptum præferat, videndum an forte ex eodem libro totus locus ita concipiendus: *patriq; indicauerunt vidisse se in somniis a nescio quo* (siue *quis* quis malit) *Deorum spongia corpora sua pertergi, & præcipi, vt ad Ditis patris & Proserpinæ aram, a qua fuerat potio ipsis allata, furuæ hostiæ immolarentur, lectisterniaq; & ludi nocturni fierent.*

II. *Cap. V.* Seq. cap. quod est de externis institutis: *Audierant enim lautitiam inde, & immodicos sumtus, & omnia*

omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse, primosq; lenas unguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & secundae mensae ponendae consuetudinem, haud parua luxuriae irritamenta reperisse. in codice Bambergensi non erat vox *ponendae*, videturque adeo non nimis necessaria: imo fortasse sine sententiae vllo interimento æque commode afutura. & obseruasse visus sum, nullum perinde atque hunc scriptorem glossographorum emblematis insitiuis interpolatum cap. VII. De disciplina militari: *Iam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam, sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Hipparitanae, ad auspicia repetenda Messanam transiturus praefecerat, virgis caesum, gregalis militiae munere inter pedites fungi coegit.* membranæ Bambergenses: *virgis caesum, militia munera inter pedites fungi coegit.* quod placet. *gregalis* enim illud, quod tu Pighi in m. ss. tuis x. xii. non inuentum ex Frontino huc accersendum putasti, si pateris, vt ad te potissimum scribens, a te in re nō magna dissentiam, adeo hic necessarium non est, vt abesse nō possit. cum.q. peditem munificem dicis perinde est, atque si gregalem militem dicas, vt satis cōstat ex Vegetio. porro *fungi munera* nescio quomodo auribus meis lenocinatur, & est e medio Latio. Lib. III. cap. II. de Fortitudine: *Capi ergo virtus nescit, patientia dedecus ignorat.* nihil minus, patientia enim dedecori cum maxime semper obnoxia est, quare scripserim: *patientia dedecus ignorat.* neq; te aliter Pighi de hoc loco statuisse arbitror, sed typographicū hoc esse erratū. Eod. cap. de Epaminonda: *Quod si eum Dii immortales victoriis suis perfrui passi essent, sospes gloriosior patria moenia nō intrasset.* Bamberg. lib. *sospes sed gloriosior patria moenia non intrasset.* quod non displicebat hoc sensu: sospes quidem & incolumis in patriā reduisset; at gloria maiore reuerti omnino nō potuisset, geminū germanū vt sit Propertiano isti de Pæto: III. Cap. VII. IV. Lib. III. cap. II. V. Eod. cap.

Viueret ante suos dulcis conuiua penates,
Pauper, at in terra nil vbi flere potest.

de quo loco ita recte a se emendato legatur doctissimus mihique amicissimus Ianus Mellerus Palmerius libris illis, quos Spicilegiorum titulo nuper edidit. Adhuc eod. cap. *Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirps, euidentissimus exhausta cladibus, ad vnicam filiam Harmoniam, virginem esset redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius, aequalem illi puellam, regio cultu ornatam, hostilib. gladiis obiecit.* probo nostri libri scriptam lectionem: *hostilib. gladiis subiecit.* vt idem hoc vsurpetur vt *supponendi* verbum. Cap. III. de patientia: *Eiusdem nominis philosophus, cum a Nearcho tyranno, de cuius nece consilium inierat, torqueretur, supplicii pariter atque indicandorum consciorum gratia, doloris victor, sed vltionis cupidus esse dixit, quod eum secreto audire admodum expediret, laxatoque eculeo postquam insidiis opportunum tempus animaduertit, aurem* VI. Adhuc eod. cap. VII. Cap. III.

VIII. Cap. IV. *eius morsu corripuit.* a m. s. abest τὸ *tempus* longe optime. est enim inepti alicuius nugatoris additamentum, qui non videret *opportunum* illud ad Nearchum tyrannum referendum. Cap. IV. de humili loco natis, qui clari euaserunt: *Miro quoq; gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit. Et quidem fortuna parum duxit sordidissimæ mercis capturis alito* XII. *fasces largiri, &c.* antea in editionibus erat: *fortuna parum duxit sordidissimæ mercis capturis inquinari solito,* sed tu, quod verbum *inquinari* in nullis libris scriptis melioris tantummodo notæ exstare deprehenderes recte vt nothum & surreptitium, hinc illud eiiciendum iudicasti, mutato *solito* in *alito,* quod ita in Cauchiano codice legeretur. quod etsi damnare factum plane non ausim; tamen cum, vt ipse quoque fateris, in Atrebatensi *salito,* in reliquis *solito* perscriptum reperiatur, neque aliter in nostro Bambergensi legatur, & vero elegantissimam latinissimamque locutionem efficiat, æquius melius mihi videtur vnius Cauchiani plurium librorum consentienti auctoritati cedere, vt *solito* idem hic sit quod assueto; qua significatione millies eo verbo vsi de veteribus optimus quisque.

EPISTOLA XCVII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

De munere tuo, Posthi, tam exspectato omnes te hic amamus, ipseque adeo antidoron, ne diutius hoc tibi a me debeatur, mitto ecce auctores bellicos. mea opera vulgatis hactenus, longe, ni fallor, emendatiores, de te largiter, dices, cupio, mi Posthi, sed poemata mea, quod solum meum opus vocare possum, limam desiderant. terret enim me, vt verum fatear, quod cum videam tua tam accurata & polita atque ad vnguem veteres illos poetarum principes exprimentia, metuam, ne mea ad illa collata, etiam viliora, vt sunt, videantur, & tamen sic quoque non omnino abiicienda mihi illa esse existimo, vel quod mea sunt, vel quod vos passuri non videamini. exibunt igitur illa, vt dixi, sed suo tempore interea vide nunc recte hæc

I. Cicero notatus pro L. Manilia. in Cicerone emendauerim. Pro lege Manilia: *Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere, huic qui succurrerit non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum.* reponendum videtur, vt habet m. s. Colon. *huic qui successerit.* quæ vox, vt scis Posthi, propria & germana est huius loci. nec me mouent, quæ doctissimus vir Fuluius Vrsinus in suis ad hanc orationem notis contra disputat; quod ille, cum de coniectura lectionem hanc esse putaret, non immerito eam scripturæ veterum librorum, quæ præsertim sententiam non malam efficeret, postponendam putaret; aliter haud dubie pronunciaturus, si has nostras

ſtras membranas inſpexiſſet. Statim: *Genus eſt enim eiuſmodi, quod maxime veſtros animos excitare atq; inflammare debet.* referunt membranæ: *genus eſt belli eiuſmodi, quod maxime veſtros animos excitare atq; inflammare ad perſequendi ſtudium debeat.* quæ vltima verba caue otioſa, aut ab alio, quam a Cicerone, putes. omnino hic ad hoc exemplum multa deerant, quorum alia ab aliis reſtituta, & in locum ſuum reducta ſunt, hæc a nobis. Poſt pauca: *Qui* (Mithridates ſ.) *poſtquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes, exercitu'que permagnos, quibuſcunque ex gentibus potuiſſet, comparaſſet: Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet, vſq; in Hiſpaniam legatos, Ecbatanis miſit, ad eos duces. &c.* ſcribo cum membranis: *Qui poſtquam maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes, exercitusq; permagnos, quibuſcunque ex gentibus comparaſſet, & ſe Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet, vſq; in Hiſpaniam legatos ac literas miſit ad eos duces, &c.* & monuerat *Ecbatanis* hic ferri non poſſe etiam D. Lambinus: ideoque ſuggeſtu F. Fabricii noſtri, vt ipſe fatetur, pro eo, *ac literas*, repoſuerat, vt nihil opus fuiſſe videatur noſtra hic opera, cui lubens etiam parcerem, niſi quæ Lambinus hic notauit, noſtri etiam libri auctoritate confirmanda putaſſem, quod videam doctiſſimum quendam virum nunc adeo nuper pro *Ecbatanis ex Albanis* repoſuiſſe, quem ſpero plurium librorum teſtimoniis ceſſurum. Iterum poſt pauca: *Itaq; hac vobis prouincia, Quirites, ſi & belli vtilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere vultis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda.* aptior videtur m. ſ. lectio: *retinere vultis.* Eſtq; mox in eodem ibi: *Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria reciperare.* pro *recuperare*, quod vulgo obtinet. Mox legitur: *Quare videte num dubitandum vobis ſit, omni ſtudio ad id bellum incũbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, fortuna plurimorum ciuium, cum repub. defenduntur.* in m. ſ. eſt: *fortuna plurimorum ciuium coniuncta cum repub. defenduntur.* non improbo, præceſſit enim: *non enim poſſunt in vna ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. a quo periculo prohibete rempub. & mihi credite id, quod ipſi videtis. hac fides, atq; hac ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum pecuniis Aſiaticis & cohæret, ruere illa, &c.* Eadem oratione: *Atq; vt omnes intelligãt me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro & ſapientiſſimo homini, & magno Imperatori debeatur.* emendandum ex m. ſ. *Atq; vt omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertire laudis quantum forti viro, ſapienti homini & magno Imperatori debeatur.* Videtat Lambinus quoque vulgatam lectionem minus probam, ideoque conijciebat legendum: *quantum fortiſſimo viro, & ſapien-*

II. III. IV. V. VI. VII.

VIII. *tissimo homini &c.* sed nunc coniectura nihil opus est. Post paucos omnino versus: *Ab eodem Imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducib. Sertorianis ad Italiam studio atq; odio inflammata raperetur.* quo pacto elegantissima est locutio, & Terentius voce studio amat vti. Post aliquammulta: *vestro iussu coactos, quod imperii diuturnitatis modum statuendum veteri exemplo putauistis, partem militum, qui iam stipendiis confecti,&c.* lego cum m. s. *Qui imperii diuturnitate modum statuendum veteri exemplo putauistis.* Et pusillum hoc esset in alio scriptore monere fortasse, sed in Cicerone nihil potest esse tam exiguum, vt modo illud ad elegantiam pertineat, quod non cum cura notari mereatur, neque ego, cum hæc scribebam, famam meam extendere, sed Ciceroni consulere studebam. In quo iterum est:
X. *Nam quid ego Hostiense incommodum, atq; illam labem, atq; ignominiam reipub. querar? cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui consul Pop. Rom. præpositus esset, a prædonibus capta atq; oppressa est.* Pro postremis his erat in membranis: *ac deprehensa est* scilicet esse legendum: *depressa est.* sic supra dixit, classem, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam raperetur, a Lucullo superatam
XI. esse atque depressam. Statim: *Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce belli impetus nauigauit? qui Siciliam adiit, Africam explorauit, inde Sardiniam cum classe venit, nondum tempestiuo ad nauigandum mari.* Locus transpositus, si membranis credimus, in quibus hoc ordine legitur: *Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio du-*
XII. *ce tanti belli impetus nauigauit? qui nondum tempestiuo ad nauigandum mari Siciliam adiit, Africam. &c.* Deinde est: *Itaq; propter hanc auaritiam Imperatorum quantas calamitates, quocunq; ventum sit, nostri exercitus ferant quis ignorat.* Membranæ: *nostri exercitus adferant.* quod etsi minus placet, quia tamen in vulgato *ferant* inest ambiguitas, nescias enim, an hoc velit Cicero, propter auaritiam Imperatorum pati milites calamitates, an adferre eas hominibus, ad quos veniunt, recipiatur sane scripta lectio. Sed iam opinor tempus est, vt te missum faciam, neque enim vno te ictu conficere consilium est. ne tamen sis nescius sub cultro te relinqui, scito propediem etiam maiores nugas a me tibi esse venturas. decreui enim selecta quædam de poematiis meis ad te mittere, eliciendi de iis similiter iudicii tui.

Vale.

EPI-

EPISTOLA XCVIII.

Franc. Modius Thomæ Popelio S. Oppenhemiam.

MAle facis, Popeli. si quidem mihi apud te, de te queri fas est, qui tibi tamdiu gloriam nobis, amicis tuis, & publico suauissimorum tuorum epigrammatum lectionem inuides, debuerat illa iampridem in omnium manibus oculisque versari. satis, imo nimium, etiam diu priuatis scriniis continentur. placet versus cum cura scriptus, sed ita, vt ne nimia illa sit. alioqui enim, dum alterum vitium vitatur, in contrarium incurritur, scis non placuisse summum illum alioqui pingendi artificem, qui nunquam manum de tabula. caue putes aliam esse poeseos hic, quam picturæ rationem. amat fine modico coli. nimiam illam & superstitiosam diligentiam, non aliter, atque ingenuæ pulcritudinis virgines fucum, aspernatur. quæ quidem non eo a me dicuntur, quo te admonitione mea magnopere egere existimem, satis tibi consiliorum domi est, neque, si non sit, desint alii, qui ista & pro sua prudentia melius disserant, & pro iure suæ tecum familiaritatis liberius disputent; sed vt intelligeres, me tuæ gloriæ cum Posthii nostri, cui tu illa recte dare dicare statuisti, laude coniunctæ perquam esse studiosum. de quo quia te non dubitare existimo, accipe illud. eram hodie in Silio Italico, poeta bono quidem, vt sciunt omnes, sed adeo contaminato, vt difficulter id aliis persuasum iri existimem, quam si qui eum meo exemplo cum membranis conferre dignabuntur. in eo tam, vti dixi, corrupto scriptore, in reliquis hæc enotabam.

Hæc propere spectata duci, nam multa fatigant I.
Pondera curarum, primum subducere bello, *Silius notatus lib. III.*
Consortem thalami, paruumq; sub vbere natum. *versu LXI.*
Virgineis iuuenum tedis, &c.

vbi & interpunctione, & verborum, qua interpolatione, qua inuicem sibi suppositione peccatum est, quod corrigetur verumque reponendo m. ss. scripturam, quæ est:

Hæc propere spectata duci, nam multa fatigant.
Curarum prima exercet subducere bello
Consortem thalami, paruumq; sub vbere natum.
Virgineis, &c.

alibi ait poeta:

Maxima curarum rectorem ponere castris. II.

Post multa: *Versu CCXVII.*

Proauo Calliope fama, quos horrida cœpta
Excierunt populos, &c.

reducatur, & restituatur postliminio in possessionem suam germana lectio, Virgilii etiam exemplo confirmata;

Prodita Calliope fama, &c.

cuius generis multa non monerem, nisi ea fuisset sciolorum quorundam temeritas in his talibus, vti a paruis confidentius sibi ad maiora viam sternerent, vt nobis quoque ab his ad illa

III. ascendendum videatur. Mox:

Versu *Herculeam seruans factis a nomine famam*

CCLVIII. *Anthem.*

legendum addita litera:

Herculeam seruans factis ac nomine famam

IV. *Anthem.*

Versu Eodem adhuc libro de Marmaridis:

CCXCVI. *Ad querum cantus serpens oblita veneni.*

Ad quorum cantus mites iacuere Cerastæ.

lege posteriore loco: *Ad quorum tactus mites iacuere Cerastæ.* neque enim hic solum vocis, sed etiam manus vsus, Virg. a quo hunc locum Silius mutuatus est:

Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat,

Mulcebat iras, & morsus arte leuabat.

Græci hos ἀσπιδοθήρας καὶ ὀφιοπαίκτας vocant; incantationesque hæ sunt Ptolemæo notante delicio Musarum Io. Scaligero ad Manilium ψυλλίαι & huc allusit Symmachus Epist. 19. lib 7. dum ait: *Quis Colchus, vel Thessalus cantu aut manu has offensiones leuasset?* vide Plinium lib. VII cap 11. Pergit Silius:

V. *Iam cui Tlepolemus sator, & cui Lyndus origo*

Versu *Feruida bella ferens Balearis, & alite plumbo.*

CCCLIX. Hic non dubitabis, sat scio, mecum Popeli, aut cum membranis potius, reiecta voce, *feruida*, quæ nihil omnino est, reponere:

——Et cui Lyndus origo

Funda bella ferens (f. gerens) Balearis & alite plumbo

exemplo Virgilii, cuius est illud: *Stupea torquentem Balearis verbera funda.* nobiles enim & inuentione & vsu fundæ Baleares. Vegetius; *Fundarum autem vsum primi Balearium insularum habitatores & inuenisse, & ita perite exercuisse dicuntur, vt matres paruos liberos nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent.* quæ Vegetii vt melius intelligantur, sciendum est, fuisse eam in iis insulis consuetudinem, vt esurientibus filiis a matribus ientaculum in sublimi trabe poneretur, quod illi contingere non poterant, nisi funda

VI. deiecissent, auctores Lycophron, & Florus lib. 3. cap. 8. Ergo etiam

Versu iam Baleares quidam dictos volunt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν.

CCCLXVI. Iterum Silius;

Hos inter clara thoracis luce nitebat

Seden-

Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus undis
Atq; altrix celsa mittebat Setabis arte.
Setabis, & telas Arabum spreuisse superbas;
Et Pelusiaco filum componere lino.

corrige:

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Hedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis
Atq; altrix celsa mittebat Setabis arce
Setabis, & telas Arabum spreuisse superba,
Et Pelusiaco filum componere lino.

& *Hedetana* quidem hic legendum vidit ex Strabone aliisque ante nos Barbarus, idque in notis ad Plinium monuit. reliqua a me & membranis sunt.

Sequitur: VII. *Versu cccc.*

Non aliter, quotiens perlabitur aequora cursu,
Extremamq; petit, Phœbea cubilia, Tethyn
Frenatis Neptunus equis.

apparet liquido scribendum:

——*Perlabitur aequora curru.*

nec aliter membranæ. Statim: IIX. *Versu* ccccxii.

Pyrene celsa nimbosi verticis arce
Diuisos Celtis alte prospectat Iberos.

legendum mutato ordine literarum:

Diuisos Celtis late prospectat Iberos.

sed quid hæc persequor tam minuta? illud hic potius adiiciam & finem faciam. Versus, qui vulgo hoc modo post leguntur: IX. *Versu* ɔɔxv. *bis, ter emaculatus.*

——*Haurit hiatus*
Nix resoluta viros, altoq; a culmine præceps
Viuentes turmas operit delapsa ruina.
Interdum aduerso glomeratus turbine Corus
In media ora niues fuscis agit horridus alis.
Aut rursum immani stridens auulsa procella.
Audacis rapit arma viri, voluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.

hi, inquam, versus tribus vt minimum locis emendandi, & sic scribendi videntur:

——*Haurit hiatus*
Nix resoluta viros, altoq; a culmine præceps
Omentis turmas operit delapsa ruina.
Interdum aduerso glomeratas turbine Corus
In media ora niues fuscis agit horridus alis,
Aut rursum immani stridens auulsa procella
Nudatis rapit arma viris, voluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.

egregius omnino locus, & in quo merito finem facere debeo. Vale.

EPISTOLA XCIX.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

VT dI deæque illos, per quos stati olim tabellarii ad nos Colonia Agrippina commeare desierunt: nam absque illis esset, non serius Tacitum acciperes mi Lipsi, quam & ego vellem, & instituto fortasse tuo expediebat. nunc nundinæ mihi manendæ, vt vides, fuerunt. atque vtinam sic quoque tuto ad te perueniat: erit haud dubie in quo eius variantibus scripturis a me cum cura notatis iuuabere. nec etiam hæc vt spero ex eo-

I. *Tacitus notatus Histor. lib. II.* dem iudicio tuo dedignabere Historiarum lib. II. *Sed bellantibus aliis placuit exspectari bellum, cum in victores victosque nunquam sola fides coalesceret*: locus est vitii manifestus. itaque coniiciebas tu, Lipsi, τὸ in in *inter* mutandum, & placet, nisi quod Agricola incertum ex libris an ingenio emendabat ante annos plus minus centum. *Sed bellantibus aliis placuit exspectari bellum cum victoribus victos nunquam solida fide coalescere*. quidquid huius est, de re ita Curtius meus: *Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmissima est inter pares amicitia, & videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. Quos viceris, amicos tibi esse caue credas. Inter dominum & seruum nulla amicitia: etiam in pace belli tamen iura seruantur.*

II. *Annal. lib. XII.* Annalium lib. XII. *Iam fratres, iam propinquos, iam longius sitos, cadibus exhaustos: adiret coniuges grauidas, liberos paruos, dum secors domi, bellis infaustus, ignauiam sauitia tegat.* probabam magis scripturam vetuste impressi Romæ Taciti: *dum secors domi, bellis infaustus, ignauiam sauitia tegat.* vt transeat in naturam adueibii illud *belli* quemadmodum *militia* apud Terentium & Salustium. Annal. XIII. de morte Britannici: *vt iam non præmatura, neque sæua mors videri queat, quamuis inter sacra mensæ, ne*

III. *Annal. XIII.* *tempore quidem ad complexum sorori dato, ante oculos inimici properata sit.* nihil magnopere refert; malo tamen cum laudato iam Romano libro: *ne tempore quidem ad complexum sororium*

IV. *Eod. lib.* *dato.* Statim post. *Ex quibus erat Iunia Silana, quam matrimonio C. Silius a Messalina depulsam, supra retuli, insignis genere, forma lasciua, &c.* & hic quoque concinnius videtur, quod est in antiqua editione: *insignis genere, forma, lasciuia.* neque tu scio Lipsi

V. aliter hæc legis. quid quod ibi quoque: *Itur ad Agrippinam, vt nesciret obiecta dissolueretque, vel pœnas lueret.* non displicebat lectio vetus: *vel pœna lueret?*

VI. Eodem adhuc libro: *Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus*

auxi-

auxiliariis, ne pugnam priores adirent prædicit. editio Romana: *ne pugnam priores auderent edicit.* quomodo millies Tacitus loquitur. quodque Virgilius dixit: *audere in prælia.*

Paucis versibus intermedijs: *Ita consilia Tiridatati in contrarium vertebantur.* eadem editio: *vertebant.* quæ & ipsa germana Cornelij phrasis. correxi olim apud Curtium: *Philotam sicut recentibus sceleris eius vestigiis iure affectum supplicio censuerant milites, ita postquam desierat esse quem odissent, invidia in misericordiam vertit.* atque ita bis vtitur Virgilius verbo *præcipitat*, vt alibi noto. Paulo post; *In cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat, productiore cornuum sinistro per ima collium, vt si hostis intrauisset, fronte simul & sinu exciperetur.* notat eruditissimus seculi sui Agricola sibi legendum videri: *productiore cornu sinistro per, &c.* tu, Lipsi iudicabis. ego ad ista transeo. VII. VIII.

De Poppæa: *Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Crispini equitis Romani.* cusus olim Romæ codex omisso τὸ *in*: *Igitur agentem eam matrimonium*, vt dicimus agere consulatum, de qua locutione ἐπέχω. IX.

Annal. XIV. de consternatione Neronis, cum illi excogitatus in matris perniciem dolus non processisset: *Tum pauore exanimis, & iam iamq; affore obtestans vindictæ properam, siue seruitia armaret, vel militem accenderet, siue ad senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, & interfectos amicos obiiciendo. quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur.* nescio quid sit, quod pro illo *subsidium* vetus editio *suffragium* referebat, te, Lipsi, cura intentiore hoc considerare par est. Non ita multo post; *Ad id tempus carmina longius repetita, quod consortium imperii, iuraturasq; in fœminæ verba prætorias cohortes, idemq; dedecus senatus & populi sperauisset, ac postea quam frustra oblata sint, infensa, &c.* reperientur formis expressus in vrbe quondam liber; *quæ postquam frustra optata sint.* & tale aliquid requirit sententia. Iterum paulo post; *Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset nobilium familiarum posteros, egestate venales in scenam deduxit.* vide, Lipsi, an non pro *amoliri* æque apte vetus scriptura huc quadret, quæ habet *moliri.* & geminum germanumque locum apud Curtium de Alexandro in Persarum habitum degenerante, & principes amicorum. ne in se vno ille inuidiosius conspiceretur, eodem vnerante, si operæ erit, consule. X. Annal. XIV. XI. XII.

Ad hunc XIV. Annal: sed post longum interuallum in verbis Senecæ ad Neronem: *Ac tu gratiam immensam, innumeram pecuniam desisti.* omnino magis placet vetus scriptura: *innumera pecunia circumdedisti.* sic Plautus dixit emendante eleganter, vt opinor, Palmerio nostro; *quam non animi illi meretrix ubi moliendum rem coegit, &c.* certissima enim vitæ præsidia regina pecunia, cui XIII.

omnia obediunt. Post pauca: *Hac in ore fama, credentium otio augebantur.* sæpe laudatus codex: *hac mor: fama.* lego igitur: *Hac more fama credentium otio augebantur.* notum enim illud: *viresque acquirit eundo.* quod nusquam verius quam apud otiosos. quare prudenter Alexander factitabat, qui otium militum nouo subinde bello interpolans, seditionum in exercitu materiam sustulit. non ita longe a fine: *His haudquam Nero pœnitentia flagitii coniugem reuocauit Octauiam.* mutilum hunc locum

XV. incertum vnde ita supplet Agricola: *His motus Nero, an pœnitentia flagitii coniugem reuocauit Octauiam.* non male ad sententiam profecto, si tantum libros auctores sui facti haberet, de qua re N.L. mihi pronuntio, teque, mi Lipsi mellitissime, bene valere opto. Wirzeburgi.

EPISTOLA C.

Franc. Modius Francisco F.F. Nansio S.

I. *Fulgentius Planciades lib. 1. insigni glossemate eiecto quater, quinquies emendatus de Prometheo.*

SI vales, & philosopharis, bene est: nolim enim te circumstantium & circumtonantium nos procellarũ tempestate commoueri vehementius. ego quoque valens in his eram. locus ille Planciadis libro mythologiarum primo de plaste hominis prometheo, qui in hæc verba scriptus vulgo circumfertur: *Prometheum aiunt hominem ex luto finxisse, quem quidem inanimatum atque insensibilẽ fecerat. Cuius opus Minerua mirata spopondit ei, vt si quid vellet de cœlestibus donis ad suum opus adiuuandum inquireret. Ille nihil se scire ait, quæ bona in cœlestibus haberentur, sed si fieri posset, se vsque ad superos eleuaret, atque exinde si quid sua figulina congruum cerneret, melius iniret, id est, propter septem liberales artes, vel propter septem planetas, qui in aere currunt, oculatus arbiter præsumsisset. Illa inter oras septemplicis clypei sublatum cœlo opificem detulit. Dumque videret omnia cœlestia flammatis animata vegetare corporibus, clam ferulam Phœbeacis applicans rotis, ignem furatus est, quem pectusculo hominis applicans animatum reddit corpus. Itaque ligatum eum vultur fera iecur perenne præbentem vt Nicagoras in Disthemithea libro, quem scripsit, primum illum fortasse idolum refert, ex eo quod vulturi iecur præbeat, liuoris quasi pingat imaginem; vnde & Petronius Arbiter ait: Cui vultur iecur vltimum pererrat & pectus trahit intimasque fibras. Non est quem tepidi vocant poetæ, sed cordis mala liuor atque luxus: nam & Aristoxenus in Epimethetorum libro, quem scripsit, similia profert. Enimuero Prometheum quasi προμήθειαν, quod nos Latine prouidentiam dicimus, ex Dei prouidentia & Minerua quasi cœlesti sapientia hominem factum; Diuinum vero ignem, quem voluere, animam monstrant diuinitus inspiratam, quæ apud paganos dicitur de cœlis tracta.* hic, inquam, locus quinque minimum

nimum locis corruptissimus, ex fide Combergensis manu exarati codicis ita eiectis istis: *id est, propter septem artes liberales, vel propter septem planetas, qui in aere currunt.* quæ sunt glossema scioli alicuius innuere volentis septemplicem Mineruæ clypeum tribui, quod præses liberalium artium, quas septem numero statuant, audire soleat; vel quod hic numerus cum planetis congruat; istis, dico, & paucis aliis a fine eiectis hinc, ita constituendus est: *se usque ad superos eleuaret, atque exinde si quid sua figulina congruum cerneret, melius in re oculatus arbiter præsumsisset l.i.e.s.c.s.c.e.d.D.q. v. e. c. f. a.v. v. clam ferulam Phœbaicis applicans rotis c.f.e.q.p.h.a.a.reddidit corpus. Itaque ligatum eum ferunt vulturi iecur perenne præbentem: v. N.i.D.l.q s primum illum formasse idolum refert, & quod vulturi iecur præbeat, liuoris quasi pingit imaginem, unde & Petronius Arbiter ait:*

Qui vultur iecur intimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem tepidi vocant poetæ,
Sed cordis mala liuor, atque luxus.

Nam & A.i. E. l. q. s. similia profert. Nos vero Prometheum dictum quasi προμήθειαν, *quod nos Latine prouidentiam Dei dicimus, & ex Dei prouidentia & Minerua q.c.s. b.s. Diuinum vero ignem animam diuinitus inspiratam, qua, &c.*

II. De Vlysse & Sirenum cantu lacuna suppleta.

Sequitur eodem libro de Vlysse & Sirenum cantu: *Tribus enim modis illecebra amoris trahitur, aut cumsu, aut visu, aut consuetudine. Amantur enim quadam specie venustate, quadam etiam lenocinante consuetudine* manifeste deest, quod primo membro ante posito respondeat, quod ex membranis ita suppleatur: *Amantur enim quadam illiciente cantus dulcedine, quadam speciei venustate &c.*

III. De Scylla.

Statim de Scylla: *Scyllam ferunt virginem pulcerrimam, quam Glaucus Antedonis filius amauit, quem Circe Solis filia diligebat, irataque Scyllæ fontem, in quo lauari solita erat, venenis infecit.* scripserat, indicium rei huius facientibus membranis Strumerianis *Quæ Zelata Scyllæ fontem, &c.* & proprium sane hoc huic sedi & loco verbum.

IV. De Mida.

De Mida: *Erat ergo necessitas aurea, locuplesque penuria, nam & cibus & potus rigens, auri materia marmorabat.*

V. Ibidem.

melius scripti codices: *nam & cibus & potus rigens in auri materiam marmorabat.* & consequenter, *male desiderata*, pro quo vulgo male est, *mala desiderata*, ut res

VI. De Vulcano & Minerua alia lacuna suppleta.

loquitur. De Vulcano & Minerua: *Quod quidem sapientia, id est, Minerua abscondit in cista, id est, in corde celat: ergo Minerua draconem custodem apponit, &c.* uberius membranæ, quarum lectionem synceriorem puto: *Quod quidem sapientia, id est, Minerua abscondit in cista, id est, in corde celat, omnis enim sapiens furorem suum in corde celat. Ergo, &c.*

VII. Ibidem.

De iisdem sub finem: *Inspicite quantum valeat cum sapientia iuncta castitas.* probum hoc vi-

deri poterat, nisi sæpe laudatæ membranæ *iugata* pro *iuncta* præferrent, quod germanum Planciadis verbum esse tam mihi liquet, quam meridie lucere.

VIII. *De Dionysio.* De Dionysio: *Quarta Agaue, quæ ideo insania comparatur, quod caput filii violenter absciderit.* manu scriptus codex: *Quarta Agaue, quæ ideo insania comparatur, quod caput filiis vinolenta absciderit.* optime nisi quod *filii* vulgatum retinendum oportere paret, quod vnius Penthei apud auctores mentio, cuius illa caput bacchabunda a reliquo corpore auulsum manibus tractauit. Ouidius Metamor. lib. III.

Saucius ille (Pentheus) *tamen fert opem, matertera, dixit*
Autonoe: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon nescit, dextramque precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Ille etiam matri cum brachia tendere vellet,
Non habet infelix quæ matri brachia tendat;
Trunca sed ostendens dereptis vulnere membris,
Adspice mater ait, visis vlulauit Agaue:
Collaque iactauit: crinemque per aëra mouit,
Auulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, io comites, opus hoc victoria nostra est.

IX. *De Cygno & Leda. supplementum.* de Cygno & Leda: *Vnde & ὑπερηφανία Græce superbia dicitur; sed ὑπερηφανία proprie super apparitio dicitur, quia in istis duobus signis, quæ eorum vocabulo fratrum nuncupantur, vnus super appareat, alter vergat sicut Lucifer & Antifer. nam Græce Pollux ἀπὸ τῦ &c.* emendetur ex membranis optimis Combergensib. *vnde & ὑπερηφανία Græce s. d. s. v. p. superapparitio nuncupatur, quia sicut in istis duobus signis q. e. v. f. n. v. s. a. a. v. sicut Lucifer & Antifer, ita duo superbi inter se certantes: nam Græce, &c.* Vale.

EPISTOLA CI.

Franc. Modius Iacobo Pamelio Theologo S.

Tertullianum clarissime Pameli, omnes a te auidissime iamdudum exspectamus; iisque tum priuatis, tum publicis incommodis tacite irascimur, quæ laudatissimis tuis cœptis media interuenerunt. auctoremque hunc tibi omnium optimum e manibus excusserunt. contulimus nos quoque nuper in Vbiis Apologeticum eius ad exemplar scriptum, quod ibidem in Franciscanorum bibliotheca seruatur, locaque aliqua multa in eo corrigere visi nobis sumus, quæ hic inseruissemus, nisi ea, vt multa alia, a nobis multo studio conquisita, quorundam iniquitas apud sese attineret: qui si, quod spero, ad officium redierint, ibunt notæ illæ qualescunque statim ad te, scil. sin pertendent; tu tibi difficile non erit; eruditissimi Melchioris Hittorpii opera, eiusdem libri Agrippinensis vsum ad dies paucu-

culos

culos impetrare, pro quibus nunc a me ista habebis ex Silii Italici lib.xi.de Campanis: I. *Silius lib.xi. versu xliv. notatus.*

Tum populo saevi patres, plebesq; senatus
Invidia lacera, & collidens dissona corda,
Seditio, &c.

repono:

——plebesq; senatus
Invidia laeta.

Ac mox: II. *Vers. l.*

Nec quos vile genus, despectaq; lucis origo
Foedabat, sperare sibi, & deposcere primi
Deerant imperia, ac patriae pereuntis habenas.

pro quo male hactenus legitur:

Deerant imperio, &c.

Statim: III. *Versu lxv. versu auctus.*

Antistat cunctis praecellens Virrius ore;
Sed genus obscurum, nulliq; furore secundus,
Impia dementis vulgi, & vix tota profudit
Consulta, &c.

vides deesse aliquid, quod hoc versu ita supplebitur:

Antistat cunctis praecellens Virrius ore;
Sed genus obscurum, nulliq; furore secundus. *malim*: Sed genus obscurus.
Qui postquam coetu patrum, ingentiq; senatu
Impia dementis vulgi, & vix tota profudit
Consulta, &c.

Versu 133. IV. *Versu cxxxiii.*

Et Poenos in tecta vocant, ingentia facta
Sidonii iuvenis celebrant, ut vicerit alpes.

scribo cum membranis: *ut ruperit alpes*. Et rursum: *Atq; aequantem ritus Garamanta ferarum*. pro quo male legitur in cusis libris: *Aequantem victus Garamanta ferarum*. V. *Versu cxxc.*

Post pauca; VI. *Versu ccxi. quater, quinquies interpolatus*

Post Paulum, post Flaminium, cōponimur heu, heu
Vecordi Decio mecum certasse volenti.
Indecus & famam lethi, rapide, inde citati
Signa duces, pateatq; mihi Campana, vetante,
Urbs Decio, explorare libet.

legendum:

Post Paulum, post Flaminium, componitur obex
Vecordi Decio, mecum certasse volenti
Indecus & famam lethi, rapite, ite, citati
Signa duces, pateatne mihi Campana vetante
Urbs Decio, explorare libet.

sed & sexto ab his versu, quo loco est:

Sic urbem ingreditur tanto comitante senatu.

corrigendum videtur:

Sic vrbem inuectus toto comitante senatu,
Et vulgo ad spectanda ducis simul ora ruente,
Effundit cunctam rabiem.

VII. *Versu CCLVI. citatum.* Decius Hannibali mox hæc iactare inducitur a poeta:

En dextra, en fœdus; nondum tibi curia, necdum
Templorum intrantis postes, iam panditur acri
Imperio carcer, perge & primordia tanta
Accumula paribus factis, mihi fama sub vmbris
Te feret oppressum Capua cecidisse ruinis.

vbi corrigo:

——*non dum tibi curia, nec dum, Templorum intratis postes.* & versu quarto: *mihi fama sub vmbras*
Te feret oppressum Capua cecidisse ruinis

VIII. *Versu CCCLVII.* Versu 357.

Hoc iugulo dextram explora, namque hoc tibi ferrum,
(Si Pœnum inuasisse paras) per viscera lenta
Nostra est ducendum.

Lenta nimis pro homine extreme turbato oratio, quæque haud dubie ita scribatur, siquidem recte scribatur:

Hoc iugulo dextram explora, namque hac tibi ferrum
IX. *(Si Pœnum inuasisse parasʼ) per viscera ferrum*
Nostra est ducendum.

Versu CCCLXXI. Mox est:

Postera lux Phaetontis equos proferre parabat,
Iam rapidos omni curru splendente sub vndis.

vbi non recuso, quin, non dico lucitiosus, sed cæcus plane existimer, nisi reponendum sit:

Iam rapidos summis curru splendente sub vndis.

Sed satis iam, satis molesti tibi, Pameli, fuimus. Vale.

EPISTOLA CII.

Franc. Modius Nicolao Curtio IC. S. Bambergam.

DE Olympiadum ratione vide quid dicas, ornatissime Curti, nam etsi pugnas tu quidem auctoritate scriptorum nō omnino leuium, alii tamen & graues æque, & numero plures scriptores, communisque adeo Doctorum sententia, quam nemo temere aut impune vnquam contemsit, contra te stant. Sed scio quid, potius quam totum perdas, diuiduum face, & quinti cuiusque anni semestris prioris gesta præcedenti Olympiadi; posterioris sequenti accense, totumque ipsum postea annum huic imputa. sic enim & te ipsum magna molestia liberaueris, & ratio melius conuenerit, quam quidam statuere solent, qui dū nimis superstitiose omnia persequuntur, & minuta quoque i-

pla ad calculos vocant, integris seclis diffidentia tanquam temporibus coniuncta & ipsi, infelicem hunc nimiæ diligentiæ suæ vbi nihil opus est fructum ferentes, credunt, & aliis persuadere frustra conantur. De cetero ego fortasse inglorius æque, vt vineta egomet nunc cædam mea, nec frugis melioris, qui ista minuta consectabar. Macrobii lib. II in Scipionis somnium legitur: *Theologi quoque nouem Musas octo sphærarum Musicos cantus, & vnam maximam concinentiam, quæ constat ex omnibus, esse voluere* poterat hæc lectio pro proba & syncera haberi, absque membranis esset, in quibus non: *quæ constat ex omnibus*, sed *quæ consit ex omnibus* perscriptum est. quod verbum antiquæ notæ & Terentio bene cognitum esse scilicet. I. *Macrobius in somnium lib. II. notatus.*

Post tria verba: *Et vt ostenderet nonam esse, & maximam, quam confieret sonorum concors vniuersitas, adiecit Καλλιόπη θ' ἣδε προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων, ex nomine ostendens ipsam vocis dulcedinem nonam musam vocari.* emendandum: *quam conficit sonorum concors vniuersitas.* *sonorum* illud somnium eius est, qui videbat Musarum, quæ sorores perhibentur, mentionem fieri; nec intelligebat satis, quid sibi vellet Aurelius noster. II.

In quo sequitur: *Et quid mirum, si inter homines musica tanta dominatio est, cum aues quoque vt luscinia & cygni, aliæue id genus cantum veluti quadam disciplina artis exerceant, nonnulla vero vel aues, vel terrenæ, seu aquatiles beluæ inuitante cantu in retia sponte decurrant: & pastoralis fistula pastum progressis quietem imperet gregibus.* membranæ: *& pastoralis fistula a pastu progressis quietem imperet gregibus.* quod rectum esse ipsa res conuincit. Rursus post tria admodum verba: *Sed hæc interualla, quæ in anima, quippe in corporea sola existimantur ratione, non sensu, quærendum est, vtrum etiam ipso in mundi corpore dimensio librata seruauerit* scribendum: *sola æstimantur ratione.* existimationis enim verbum alio pertinet, & illud, quod repono, hic proprium est, extatque adeo in libris scriptis manu. Sequitur: *Vt autem sonus ipse aut acutior, aut grauior proferatur, ictus efficit. Qui dum ingens & celer incidit, acutum sonum præstat: si tardior lentiorue, grauiorem. indicio est virga, quæ dum auras percutit, si impulsu cito feret, sonum acuit: si lentiorem grauiorem ferit auditum. In fidibus quoque idem videmus, quæ si tractu arctiore tendantur, acute sonant: grauius laxiores. Ergo & superiores orbes, dum pro amplitudine sua impetu grandiore voluuntur, dumque spiritu vt in regione sua fortiore tenduntur, propter ipsam, vt ait, concitatiorem conuersionem, acuto excitato mouentur sono.* nihili lectio, & quæ ex membranis ita interpolari debeat: *Vt autem s. i. a. a. g. p. i. e. Qui dum ingens & celer incidit, acutum sonum præstat: si tardior leniorue grauiorem. I. e. v. q. d. a. p. s. i. c. f. s. a. si lentiore, grauius ferit auditum. I. f. q. i. v. quæ si tractu arctiore tenduntur, acute so-* III. IV. V. *bis, ter interpolatus.*

nant: grauius laxiore. Ergo & superiores orbes dum pro amplitudine sua impetu grandiore voluuntur, dumq; spiritu vt in origine sua fortiore tenduntur, propter istam, &c. scripsi ex scriptis codicibus: *si tardior lentiorue*, vt prius opponatur celeri, posterius ingenti ictui, satis gnarus, *tardum & lentum* hic pro iisdem alioqui futura. scripsi *laxiore*, non *laxiores*, quod intelligi hic quoq; viderem, quod præcessit, *tractu tenduntur* scilicet. Denique *originis* pro *regione* reposui volentibus iubentibus membranis, & flagitante sententia, iisque quæ statim sequuntur: *Et vtriusque caussa ratio vna, quia spiritus vbi incipit, fortior est, defectior vbi desinit.* atque apertius etiam ibi: *Ergo orbis altissimus, & vt immensum patens, & vt spiritu eo fortiore, quo origini sua vicinior est, incitatus, sonorum de se acumen emittit.* ac rursus ibi: *Hinc quoq; apertius approbatur spiritum, quando ab origine sua deorsum recedit, tanto circa impulsum fieri leniorem.* Sed pergamus tandem aliquando ad ista: *Etenim maculis habitationum, ac de ipsis habitatorib. alios interruptosq; auersosq; obliquos etiam & transuersos alios nominando, terrena sphæra globositatem sermone tantum non coloribus depinxit.* inepta oratio & ruens. quare membranas audiamus, in quibus esse deprehendo: *Etenim maculas habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios interruptos auersosque, obliquos etiam & transuersos alios nominando terrena sphæra globositatem tantum non coloribus pinxit, sed veritate rei vel certissimis spatiis designauit.* non displicet admodum, etsi quædam etiam parum satisfaciunt, tantum dum scribatur: *& veritate rei vel certissimis spatiis designauit.* non sed quod subinde cum coniunctiua illa voce & locum commutasse, vt econtra hanc cum illo quoque sæpe, alibi plenius doceo. Post aliquantos versus: *Nec excogitatas a nobis lineas, quas diximus, existimetur.* Vero verius est: *Nec excogitatas a nobis lineas, quas duximus, existimetur.* neque aliter Latini loquuntur. Vale.

(Margin notes beside the paragraph: VI. Supplet. — VII.)

EPISTOLA CIII.

Franc. Modius Georgio Dudelio IC. S.

NE quos totiens eadem mensa coniungit, eorum hic nomina quoque iuncta non legantur, audebunt te quoque nostræ nugæ interpellare; quæris quid tibi occupatissimo cum iis sit? nihil equidem amplius (lubet enim mihi hic serio tecum iocari) quam ipsis est cum tuis occupationibus. itane vero inquies, ita plane, mi Dudeli, non constant aliter hæc sacra. nisi forte existimas me, dum disputo, hæc an illa lectio potior sit, statuisse, more quorundam hominum ita hoc agere, tanquam aut fortunæ, aut caput, aut quod præ illis esse nobis debet æstimatio honorque meus hic ageretur. quod si facerem, tum profecto fatear non vna Anticyra mihi esse opus. quid enim vanius, quam de literis tanquam de vita & fama in certamen descendere?

dere? nugas igitur voco, quod cum eo, qui nugacissimas etiam iudicaturus sit, pignus dare non decreui: satis mihi conscius, non famæ hæc talia paranda, sed iuuandis pro parte mea, studiis futura, quo nomine si tibi quoque non ingrata fuisse intellexero, erit vnde confirmetur ea de te opinio mea, qua semper inter illos numerare te soleo, qui quodcunque tempus tum publicis tum priuatis negotiis surripere possunt, lubenter in amœniorum literarum viridariis his consumunt. in quibus nos Lucanica quædam senticeta quod poterit excindemus. Primum igitur quod est in eo de Cæsare obsesso Alexandriæ in aula regia a Photino & Achilla: I. *Lucanus emendatus lib. x. versu CCCCLIII.*

Expauit seruile nefas, intraq; penates
Obruitur telis, quem non violasset Alanus,
Non Scytha, non fixo qui ludit in hospite Maurus.

lego: *Obstruitur telis.* & eam lectionem probant cum alia omnia, tum comparatio ista:

Non secus in Siculis fremeret tua flamma cauernis
Obstrueret summam si quis tibi, Mulciber Ætnam.

cum autem dicit poeta, *Obstruitur telis*, signat vim telorum, & multitudinem, quæ tanta fuerit, vt cupienti cum maxime id facere erumpendi Cæsari facultatem intercluserit. geminus huic Ouidii ille locus lib. I. de Ponto:

Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
Portaq; vix firma summouet arma sera.

Versu 392. II. *Versu CCCXCII.*

——Superi set vota Catonum,
Brutorumq; tibi tribuent.

sunt verba Photini ad Achillam cum scelestissimum illud mancipium Cæsarem Pompeio comitem dare gestiens, vt animosius ducem Romanum inuaderet Achillas, inter cetera hoc etiam commemoraret, laudem, quam ex Cæsaris patriam opprimentis cæde, Catones & Bruti nobilissimi Romanorum a Diis sibi optarent, hanc in illius manibus esse. huius, inquam, Photini hæc sunt verba; nec egent emendationis, nisi quod video Weidnerianas membranas diserte *superos* repræsentare; quod aliam hoc modo efficeret sententiam; studeret tantum Achillas rem pulcerrimam aggredi, cetera prona fore; Deos enim illi fauentes & secundos vel sola Brutorum Catonumq. (vt qui nil æque ab iis precibus contenderent) vota facile esse præstituros. hac de re tametsi vt verum fateat, vulgata lectio impense magis etiam mihi placet, propter libri scripti auctoritatem, & quia sententiam non malam eiicit, silendum tamen hic mihi non putaui. Nunc ad hęc est versu 285. III. *Versu CCLXXXV.*

——tua flumina prodam
Qua Deus vndarum celator, Nile, tuarum

Te mihi nosse dedit.

sed vbi omnino reponendum sit tacentibus etiam libris:

Qua Deus vndarum calator. Nile, tuarum
Te mihi nosse dedit.

IV. *qua*, id est, quatenus, quousque. Versu 244.

Versu CCXLIV. *Vel quod aquas totiens rumpentis litora Nili*
Assidue feriunt coguntque resistere fluctus. lego:
Vel quod aquas totiens rumpentis litora Nili
Assiduo feriunt coguntque resistere flatu.

assiduo pro *assidue* in suis m. ss. exstare, & *flatu* pro *fluctus* Polmannus quoque monuerat. iam *rumpentis* pro *rumpentes* legendum & ad Nilum non aquas referendum, satis ostendunt, quæ deinceps sequuntur:

Ille mora cursus aduersique obiice ponti
Æstuat in campos, &c.

Versu 215.

V. *——Tunc Nilus fonte soluto*

Versu CCXV. *Exit, vt Oceanus lunaribus incrementis*
Iussus adest, auctusque suos non ante coarctat,
Quam nox æstiuas a sole receperit horas.

referunt membranæ:

——vt Oceanus lunaribus incrementis
Iustus adest.

quod mihi sane non displicebat. sic enim iustam Lucinam vocamus partum suo, id est, legitimo tempore editum quanquam ad incrementa hic quoque lunæ referri *iustus* posset, vt dicatur, ipsum Oceanum stricte adeo obseruare ea, vt nunquam aut maioribus suis incrementis illa præueniat, supergrediaturue, aut minoribus impar illi eat. sed æquabili & iusta semper cum ea lege paribus vsque augmentis decrementisque lætetur.

EPISTOLA CIV.

Franc. Modius Elia Coruino IC. S. Viennam.

Recte quidam: *bonos omnes inter se amicos esse oportet, etsi sint minus noti.* quo minus mirum videri debet, si tibi hæc,

I. Elia Coruine, vt amico communicanda putaui. Locus est Cati-

Cicero notatus Catilinaria II. linaria II. in hæc verba: *quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proxima constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui. Cum hæsitaret, cum cunctaretur, quæsiui, quid dubitaret proficisci eo, quo iampridem pararat: cum arma, cum secures, &c.* locum hunc ex bona parte ante me Lambinus emendauit; ita tamen, vt nostræ diligentiæ non plane nihil relictum sit, in quo se exerceret, sic vt nunc dicam, eum perpurgando: *quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui: cum hæsitaret, cum*

cum teneretur, quæsiui quid dubitaret eo proficisci, quo iampridem pararet. dico hoc modo legendum; & qui illud *vbi fuisset* omittendum censent, non videntur mihi satis rationem habere eorum, quæ prima Catilinaria præcedunt in hæc verba: *Dico te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Lecæ domum, conuenisse eodem complures eiusdem amentiæ, scelerisque socios.* & statim post: *Fuisti igitur apud Lecam ea nocte Catilina, distribuisti partes Italiæ, statuisti quo quemque proficisci placeret, delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres, descripsisti partes vrbis adincendia.* & quæ sequuntur. *cum teneretur* autem dixit Cicero, vt in Verrinis quoque cum ait: *Neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur.* & iterum: *Tenetur igitur aliquando.* tertio etiam: *In rebus tum maximis, tum manifestissimis tenetur.* vsus & Plautus ibi: *Manifesto teneor miser.* & rursus: *Manifesto teneo in noxa inimicos meos.* Græci λαμβάνειν dicunt. Sed pergamus tandem: *Quos quidem ego, si vllo modo fieri potuisset, non tam vlcisci studeo, quam sanare, & ipsos placare reip. neque id quare fieri non possit si me audire voluerint, intelligo.* nescio quid hic lateat, sed tamen latet aliquid. scripserim ego cum in m. ß. sit *sibi ipsos placare.* scripserim, inquam: *Quos quidem ego, si vllo modo fieri possit, non tam vlcisci studeo, quam sanare ipsos sibi, placare reip. neque id quare fieri non possit, si me audire volent, intelligo.* vide sequentia: probabis sat scio. infra: *Postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona deniq; spes cum omnium rerum desperatione confligit.* certa lectio est membranarum: *Postremo copia cum egestate, bona ratio, &c.* neque enim illud *copia* hic satis conuenit. illa etiam vulgata: *gladiatores, quam sibi ille maximam manum, & certissimam fore putauit, quanquam meliore animo sunt, quam pars patritiorum, potestate tamen in vestra continebuntur.* membranæ ita referunt: *gladiatores, quam sibi ille certissimam manum fore putauit, quanquam meliore animo sint, quam pars patritiorum, potestate tamen nostra continebuntur.* placet. Et malo mox: *sentiet in hac vrbe esse consulem vigilantem, esse egregios magistratus, &c.* vt habent libri scripti, quam, vt typis excusi: *sentiet in hac vrbe esse consules vigilantes, esse egregios, &c.* caussa est, quod & Antonius, Ciceronis in consulatu collega tum aberat ad exercitum, & quod ante semper de se vno locutus est. Vale.

II. III. IV. V.

EPISTOLA CV.

Franc. Modius Ioanni Liuineio S. Leodium.

SAluum te nuper ex vrbe ad amplissimum virum Læuinum Torrentium auunculum tuum Leodium reuersum, & Propertii nouam meditari editionem vno eodemq; tempore nos

ſine voluptate ex amicorum literis intellexi. nec dubitabam ſa-ne quin tu commoditate, quæ Romæ maxima eſt, inſpiciundi cum cura libros veteres vſurus eſſes, & quidem ita vſurus, vt inde & ad te gloria quammaxima, & ad rem literariam vtilitas non vulgaris aliquando peruentura ſperari poſſet. illud me non raro angebat animi, quod, quæ eſſet valetudo tua diſcedentis cum cogitarem, audiremque ſæpe ex tuis mutatione aeris adeo illam non meliorem eſſe cœpiſſe, vt etiam grauior fieret, vererer interdum, ne tu pro tua habitandi in libris aſſiduitate vehementiore animi intentione & immodico, atque intempeſtiuo lucubrandi ſtudio corpuſculi imbecillitatem (vt ſolent fere animi curæ ægritudinesque corporis mala conduplicare) etiam vltro augeres. quem nunc cum valentem & reducem ac voti compotem accipio, per eam, niſi tantum gaudeam, quantum anno nuntiata morte cognati tui Papii merito indolui. cuius mortis luctum ne tibi intempeſtiua oratione refricare velle videar, accipe potius emendatiunculas aliquammultas ex eo poeta enotatas, quem cum Nemeſiano & Gratio vt iam decennium totum more elephantis parturio, ita an aliquando pariturus ſim, quæ ſunt tempora in incerto eſt. quamuis, tanquam non eſſet, Papius ante annos fere ſeptem in eos a me edendos epigramma luſerit, quod eodem cum ipſis poetis fato aut proferetur aliquando, aut quod adhuc fit, cuſtodia noſtra priuata continebitur, ſed ad rem, Titi Calpurnii Siculi bucolici carminis ad imitationem maxime Virgilii ſcriptoris ex prima ecloga verſus ſunt:

I. *Calpurnius Ecl. I. verſu LIII. emendatus.*

Candida pax aderit, nec ſolum candida vultu,
Qualis ſæpe fuit, quæ libera marte profuſo,
Quæ domito procul hoſte, tamen graſſantibus armis,
Publica diffudit tacito diſcordia ferro.

dico mihi rectum videri ——*cum libera Marte profeſſo* quod valebit libera bello palam indicto per feciales, de quo more, & Romanorum circa eum ſtricta ſemper obſeruantia multa. quæ repetere hic hominis nimis otioſi ſit. illud notabile, Statium de nuptiis Stellæ & Violantillæ eleganter etiam ad illas transtuliſſe dum canit:

——*cum Stella Violantillaq; profeſſus*
Clamaretur hymen, &c.

Ceterum quid vult hoc loco τὸ *diſcordia* a nominatiuo quod neceſſe eſt *diſcordium*? ego ſane ſimile nihil ipſe alibi legi, nihil ab aliis lectum diſcere potui, niſi quod amiciſſimus non mihi magis quam Muſis Victor Giſelinus Med. aliquando referre ſolebat eandem hanc vocem apud Prudentium licet vulgo corruptam in ſex manu exaratis codicibus diſerte perſcriptam extare.

exstare, pro qua vulgo tamen *discriminis* legeretur. Sed pergamus porro: II. *Versu* LXXIII.

Exsultet quacunq; Notum gens ima iacentem
Erectumq; colit Borean, quacunq; vel ortu
Vel patet occasu, medioue sub æthere seruit.

ita quidem libri omnes. & referunt interpretes illud *seruit* ad imperii Romani magnitudinem, cui oẽs nationes subiicerẽtur. sed non recte referunt. cũ sancte deierare habeam reponendũ: *medioue sub æthere feruit.* pro quo nunc diceremus *feruet.* sic ecloga IV. sequitur: *Tum Melibœi sonent.* a sono, is, ere. antique v. trumque & exemplo quantum est non poetarum tantum, sed prope de nota meliore & antiquiore in quocunqne genere scriptorum. geminus & germanus huic locus ille Lucani ex primo: III. *Ecloga* II. *versu* III.

Vnde venit Titan, & nox vbi sydera condit,
Quaq; dies medius flagrantibus æstuat horis,
Et qua Bruma rigens, &c.

piget enim plura addere, cum nullus omnino poetarum non sæpius hac mundi partium descriptione ad hoc exemplum vsus sit. Pergo igitur ad Ecl. II. in qua statim in principio est:

Intactam Crocalen puer Asthacus, & puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Asthacus horti,
Dilexere diu formosus vterq; sed impar
Voce sonans.

lego, scriboque *formosus vterq; nec impar Voce sonans,* & mecum facit exitus certaminis, quo captus iudex Thyrsis, siue Thyrsus ita pronuntiat:

Este pares, & ob hoc concordes viuite, nam vos
Et decor, & cantus, & amor sociauit, & ætas

Versu 25. IV. *Versu* XXV.

Et nunc alternos magis vt distinguere cantus
Possitis, ter quisq; manus iactate micantes.
Nec mora discreuit digitos, prior incipit Idas.

plane repono:

Nec mora, discernunt digitis.

loquitur de lusu, qui Græcis ἐπάλλαξις τῶν δακτύλων, Latinis micatio digitorum, cum digitis extentis obstructus alter numerum eorum diuinatione assequi conatur. pueris hodieque in vsu hic est, dicebaturque etiam absolute micare, vt constat ex illo, *dignus qui cum in tenebris mices.* neque lusibus tantum, sed & sectionib. auctionibusque nota hæc micatio, vbi digitum tollens emtorem se profitebatur, cuius rei exempla apud Ciceronem aliosque passim obuia, tandemque adeo transisse videtur ad macellum quoque, laniorumque tabernas hic mos. inscriptio vetus:

Ex Auctoritate
Turci Aproniani. V. C.
Præfecti. Vrbis
Ratio. docuit. Vtilitate sua
dente . consuetudine Mi
candi. summota. sub. Exigio
potius. pecora. vendere. quam
digitis. conludentibus. trade
re. vt. adpenso. Pecore. capite
pedibus. & seuo. lactante. &
subgulari Lanio. cedentibus
reliqua. Caro. cum. Pelle. &. Inte
raneis. proficiat. Venditori
sub. conspectu. publico. fide. pon
deris comprobata. vt. quantum
Caro. occisi. Pecoris. adpendat
&. Emptor. norit. &. Venditor
Commodis. omnibus. & præda
damnata. quam. Tribunus. offi
cium. Cancellarius. &. scriba
de Pecuariis. capere. consue
rant. Quæ forma. Interdicti
&. Dispositionis. sub. gladii. pe
riculo. perpetuo. custodien
da mandantur

Versu 34.

Accipe, dixerunt Nymphæ, puer accipe fontem,
Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.

assero lectionem priscam Calpurnii liberali manu, quæ est. *nam potes irriguis nutrire canalibus hortos.* *mutare* illud huc irrepsit, quod versu ab hoc secundo loquitur:

——Vt niger alba
Terga maritus ouis nascenti mutet in agna.

& rursus XVI.

——succos ne forte priores
Languida mutata quærant plantaria terra.

nutriuntur autem horti, vt sitiunt, bibunt, &c.

EPISTOLA CVI.

Franc. Modius Melchiori Hittorpio Theologo S.
Coloniam Agrippinam.

Consulis me quid sciphis iis fieri velim, quos apud te Coloniæ vestra discedens deposui. censeo domi, vt adhuc fecisti, eos asserues, dum per certos homines ad me perferantur, possem iis sine vllo incommodo meo carere, fateor: præsertim in hac

hac peregrinatione mea. nec sit omnino difficile eorum pretium vertere in torquem, armillas, aut bullam aliquam auream, quæ minore impedimento circumferuntur, nisi meminissem donum me illos habere eius Principis, cuius etiam in hac re iudicium præ meo sequendum mihi esse semel apud me, constitui. Erunt igitur, vt dixi, sciphi illi apud te, dum eos repeto, per illos, qui proximo mercatu Francofurtensi ex his regionibus ad vos ituri sunt. interea hæc tibi mitto. In versibus istis Silii: I.

Atq; auulsa cauis exesi pumicis antris *Silius emendatus lib. III.*

Alpina inuadit manus. &c. *versu*

legendum ex optimarum illarum membranarum fide, quibus tuo beneficio vtor: *ↃↃXXXVIII.*

Atq; effusa cauis exesi pumicis antris. II.

sed pusillum hoc. Illud moneri dignius inter duos sequentes mox versus: *Versu ↃↃXXCIIX.*

Exin se Curib. virtus cælestis ad astra *vers. auctus.*

Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.

inserendum medium hunc esse: *Efferet & sacris augebit nomen Iulis.* iterum mox: *Illa etiam qua prisca fides stat regia nobis* III.

Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe. *Vers. ↃↃCXV.*

mittamus Marsi somnia, & legamus:

Illa etiam qua prisca, vides, stat regia nobis, &c.

Sequitur: IV.

Exequitur flammis scopulos, mox proruta ferro *Versu*

Dat gemitum patiens resoluto pondere moles. *ↃↃCXXXV.*

Reponendum:

Dat gemitum putris resoluto pondere moles.

per aceto enim & igne putretacta saxa viam sibi Hannibal aperuit. Post pauca: V.

Verum vbi defessi lucos nemorosaq; regna *Vers. ↃↃCLIX.*

Corrnigeri Iouis, & fulgentia templa columnis *glossema eiectum.*

Aduenimus magnis, quam lata fronte sacerdos

Exceptos, hostes tectis inducit Aris bas.

qui versus misso bello isto emblemate medio, vt ab aliquo glossographo huc inculcato, ita legendi:

Verum vbi defessi lucos, nemorosaq; regna

Corrnigeri Iouis, & fulgentia templa subimus,

Exceptos hospes tectis inducit Arisbas.

Statim: VI.

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem *Versu*

In gremio Thebes geminas sedisse columbas? *ↃↃCLXXIV.*

Quarum Chaonias pennis qua contigit oras *bis correctus*

Implet fatidico Dodonida munere quercum:

At qua Carpathium super æquor vecta, per auras

In Libyen niueis tranauit concolor alis,
Hanc sedem primo Cythereia condidit ales.

emenda:

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem,
In gremio Thebes geminas sedisse columbas
Quarum Chaoniis pennis qua contigit omnes
Implet fatidico Dodonida murmure quercum:
At qua Carpathium super aequor vecta, per auras
In Libyen niueis tranauit concolor alis,
Hanc sedem templo Cythereia condidit ales.

nec certiora vnquam oracula Dodonæa quam hæc correctio

VII. *Versu* DCCXXXCIV. Quid quod & mox vbi est:

——prisco inde fauore
Arbor numen habet, &c.

legendum videtur:

——prisco inde pauore
Arbor numen habet, &c.

pauori certe proprius hic locus.

EPISTOLA CVII.

Franc. Modius amplissimo & splendidissimo Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, Eq. Franco S.

NOtulas quasdam meas & obseruatiunculas in C. Plinium Nepotem, cuius scripta duo olim Rodolphi Agricolæ Frisii (viri sua ætate citra controuersiam eruditissimi) manu exemplaria, quæ tu, amplissime Patrone, inter alia innumera in insigni illa tua Combergensi bibliotheca heroice plane dedicasti, nuper ad accuratissimam H. Stephani editionem nouam contendi sedulo, & comparaui, eas, inquam, animaduersiunculas licet tenues, ieiunas, & tantum non putidas plane, indignasque eruditissimis auribus tuis, generosissime Neustettere, vel ideo saltem tibi dare, dedicare hic sustinui, quod qualescunque illas venia non dedignaturum te sperarem, quas ex propriis tuis fontibus deriuatas haustasque meminisses. succurrente præsertim & eo, quam difficile sit in scriptore minime protrito, & non tam publici gustus, quam vulgus hominum tibi persuadere solet, aliquid conari post tot & tantos viros, quot & quanti a renatis olim literis certatim ad hunc sibi auctorem grauissimum demerendum operam studiumque contulerunt. in quo vt si messem vnus aliquis quamlibet bonis artibus instructissimus fecisset, non difficile fortasse foret, reliquias ab eo vel contemptas, vel, vt fit, non hoc agendo prætermissas non contemnendas comportare, & coaceruare, ita nunc post tam multa spicilegia pauxillos, eosque conculcatos indignosque pene tolli culmos congessisse in condita hæc nostra prope palmarium est; sed tam

latis

satis huius purgationis ei, qui, qua est temeritate, culpam deprecari maluit, quam non admittere: expertus te itrito etiam conatui in hoc genere facilius ignoscere, quam superstitiosa delectari taciturnitate. Audiamus igitur nunc iam Plinium Solio Senecioni in hæc verba scribentem: *Magnum prouentum poetarum annus hic attulit. Toto mense Aprili nullus fere dies, quo non recitaret aliquis. Iuuat me quod vigent studia, proferunt se ingenia hominum & ostentant: tametsi ad audiendum pigre coitur. plerique in stationibus sedent, tempusq; audiendis fabulis conterunt, ac subinde sibi nuntiari iubent, an iam recitator intrauerit, an dixerit præfationem, &c.* abundantia vnius adeo literæ corrupta sunt, & in alium pene sensum detorta ista: *tempusq; audiendis fabulis conterunt.* scribenda haud dubie in hunc modum: *tempusq; audiendi fabulis conterunt.* quod valet, tempus auditorio debitum mutuis sermonibus, iisque de re non magna transmittunt. Epist. XVIII. *Egi tamen λογισάμενος illud:* I. Plin. emendatus Epist. XIII. lib. I.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης II. Epist. XIIX.

nam mihi patria et (si quid carius patria?) fides videbatur. Prospere cessit, atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. emendo ex membranis tuis, Patrone optime, ex quarum auctoritate & quæ paulo ante posui, correxi: *nam mihi patria, & si quid carius patria fides agi videbatur.* & statim: *atq; adeo*, non *atq; ideo*.

Epistol. XX. *Hic ille mecum auctoritatibus agit, ac mihi ex Græcis orationes Lysiæ ostentat, ex nostris, Gracchorum Catonisque, quorum sane plurimæ sunt circumcisæ & breues: ego Lysiæ Demosthenem, Æschinem, Hyperidem multosque præterea Gracchis, & Catoni, Pollionem, Cæsarem, Calium imprimis Marcum Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse quæ maxima.* interpunctione corruptus locus; qua mutata ita recte legetur: *ego Lysiæ Demosthenem, Æschinem, Hyperidem, multosq; præterea. Gracchis & Catoni, Pollionem, Cæsarem, Calium, &c.* Lib. II. Epist. VI. *Quorsum hæc? Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immensa luxuria specie frugalitatis imponat.* lego ex libris scriptis & postulante sententia: *Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat.* Igitur tota epistola de iis, qui luxuriam & sordes in societatem quandam iungentes, a Martiale etiam & Iuuenale passim acerbe perstringuntur, quique lauti & splendidi hominis titulum captantes sibi, & paucis optima quædam in conuiuio, reliquis vero vt etiam frugi viderentur, vilia & minuta poni curabant. quam vitiorum in mensa societatem ait intolerabilem, quod satius sit sumtibus parcere vnumquemque sua continentia, quam aliena contumelia non ponendo omnibus, quibus ipse cum paucis vtatur, sed vtendo iis cum paucis illis, quæ plerisque posuerit. Ep st. XVII. *Partes* III. Epistol. XX. IV. Lib. II. Epist. VI. V. Epist. XIIIX.

ius in bibliotheca speciem armarium insertum est, quod non legendos libros, sed lectitandos capit. Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus & tabulatus conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit & ministrat. variè hæc: *qui suspensus & tabulatus* in libris m. ss. leguntur. dum alii: *quod suspensum & tabulatum* ex iis faciunt. alii: *qui suspensus & sublatus* quidam etiam aliter interpolant quibus ego plorare iussis videor ex altero scripto tuo Plinio, benignissime Patrone, in quo vitiose est *qui suspensus sublitis* recte pronuntiare posse legendum videri: *qui suspensus sublicis conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit, & ministrat.* sunt *sublica* seu *sublicia* pali, qui in aqua defiguntur ad pontis alicuius sustentationem, quorũ vsus cum idem sit sustentandi huiusmodi transitus pensiles, qualis hic describitur; recte & huc etiam a Plinio transferuntur, & a Liuio ad eam seu pontis seu soli speciem, de qua lib. III. belli Punici ita ait: *quia muro satis per se alto, subiectis validis sublicis, pro solo visus erat.* ab his autem *sublicis* seu *subliciis* dictus pons Sublicius Romæ in Tiberi factus, de quo idem Liuius lib. I. decadis primæ. vetus glossarium a Stephano editũ: *Sublices*, καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες.

Videatur de his sublicis Cæsar quoq; lib. IV. belli Gallici in Rhenani pontis descriptione.

VI. Sequitur eadem Plinii epistola: *Hæc iucunditas eius hyeme, maior æstate. nam ante meridiem xystum, post meridiem gestationes hortiq; proximam partem vmbra sua temperat.* arbitror rectius ex vet. libris mutata vocali secunda in tertiam: *gestationis hortiq; proximam partem vmbra sua temperat.* existimo enim singulis prædiis singulas gestationes, vt xysta fuisse. vt in his homines valetudinis vel voluptatis caussa inambularent suis pedibus, aut etiam palæstras suas exercerent, in illis alienis, in sella aut lectica sublimes. glossæ veteres *gestatio* αἰώρα & alibi de hoc exercitio: *gestatio* γυμνασία *gesto* γυμνάζω. item: *gestor* γυμναστής.

VII. Epist. XIIX. Epist. XIIX. *Sedeo inter iuuenes vt solebam, atq; etiam experior quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare loquebantur* (siue vt alii *iocabantur*) *intraui: conticuerunt.* sententia postulat, & libri manu exarati iubent, vt legatur: *Nam proxime frequenti auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare loquebantur.* hoc enim dicit: non Senatorii ordinis viros locutos inter se, sed coram iis non paucis iuuenes aliquot verba fecisse, nihil reueritos ipsorum præsentiam, qui mox Plinio ingresso, eruditionis caussa, & veneratione doctrinæ, tantum detulerunt, vt eo viso protinus conticuerint.

IIX. Lib. III. Epist. IV. Lib. III. Epist. IV. *Est enim ita comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. nam quamlibet sæpe obligati, si quid vnum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est.* m. ss. *Est enim ita natura comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa poste-*

posterioribus cumules. nam quamlibet sæpe obligatis si quid vnum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est. quod sequor. compendiosa enim scriptura vocis, *natura*, qua tribus literis notatur, propter aliam illam vocem, *ita*, trium item literarum, & similiter desinentem facile omitti, & vt minus plena hæc priora vulgo legerent, efficere potuit. posterioraque qua ab interpunctione, qua ab vnius literulæ ad finem vocis *obligati* adiectione longe venustiora mihi videntur. Ceterum est geminus germanus huic loco etiã apud Senecam locus, quem alibi proferam nunc certus hoc agere.

Epist. x. *Quod superest, rogo vt pari simplicitate, si qua existimabitis addenda, commutanda, omittenda, indicatis: mihi difficile est huc vsq; intendere animum in dolore: difficile sed tamen vt sculptorem, vt pictorem, qui filii vestri imaginem faceret, admoneretis quid exprimere, quid emendare deberet: ita me quoq; formate, regite &c.* manifeste verum est hic aliquid post τὸ *difficile* posterius, quod plane ad Spurinnam & Cocceiam, quibus scribit Plinius, referendum est deesse. quare membranis gratia, in quibus expleta hac lacuna legitur: *mihi difficile est huc vsq; intendere animum in dolore. difficile & vobis, sed tamen, vt sculptorem, vt pictorem, &c.* Epist. XI. *Eiusdem cum essent philosophi ab vrbe semoti, fui apud illum in suburbano: & quo notabilius, hoc est, periculosius esset, fui prætor.* malo scriptam lectionem: *& quo notabilius hoc, periculosiu'q; esset fui prætor.* Legoque eadem statim epistola: *Atq; hæc feci tum septem amicis meis aut occisis, aut relegatis.* cum vulgo sit: *Atq; hæc feci cum septem amicis.* contra mentem Plinii, qui non hoc dicit, cum amicis, id est, sociis & adiutoribus amicis fecisse, quæ paulo ante retulerit; sed eo tempore fecisse, quo ob similia facta septem iam amicis aut exilio afflictis aut morte affectis, spoliatus esset, in quo quidem magna Plinii fortitudo, constantiaque emicuit, qui pertenderit ea facere tamen propter quæ tot amicis priuatus esset. & ipse quoq; calumniis delatorum obnoxius fieret. Erant & plura huius generis, sed quæ apud alios alibi proferentur; ego mihi nunc hic non tam oti mei, quam negotii tui, Patrone optime, rationem habendam constitui.

IX. Epist. x. supple tum.

X. Epist. XI.

XI.

EPISTOLA CVIII.

Franc. Modius Roberto & Ioachimo Mathanis, germanis fratribus, Nobilibus Normannis S.

Ego vero, studiosissimi adolescentes, promissam vobis methodum historicam primo quoque tempore, vt facturum Moguntiaci recepi, ad vos transmittam; multum enim imo permultum interest, quos priore, quos posteriore loco scriptores in manus sumas. nec temere sibi etiam diligentissimus alio-

qui rerum a variis regibus, gentibus, & populis per terrarum orbem tot iam seculis gestarum ita distinctam locis, & temporibus, quæ duo veluti historiæ lumina sunt, cognitionem comparabit, vt non multa sæpe confundat quicunque non iudicio, vt ab hoc aut illo auctore initium, ita in isto aut alio finem sibi faciendum statuerit. quam rem cum sæpius iam ex me audiueritis, cognoscite nunc etiam has in Calpurnium poetam bucolicum, qui captus erat seculi eius, in quod incidit ipsius ætas, non malum notas. Ecloga VI. Versu IX.

I. Calpurnius Ecl. VI. vers. IX. correctus

Te potiar, Crocale, qua nunc ego maceror vna
Si magis aut docili calamorum Nictylus arte
Aut cantu magis est, quam vultu proximus illi,

scribendum manifesta & euidenti emendatione, etiamsi libri omnes contra niterentur:

Ne potiar Crocale, qua nunc ego maceror vna,

sic Ouidius dixit Metam. lib. X.

II. *Certa mori tamen est si non potiatur amore.*

Versu XIV. Versu 14.

Candidus alter eras, leniq; decentior ouo.

scribendum:

Candidus alter erat, leniq; decentior ouo.

corrigendusque in voce eadem Eclog. III. Nemesianus quoque,

III. apud quem non recte legitur:

Nemesianus Ecl. III. vers. XXXVII. emendatus.

Tum primum lenes ostendit pampinus vuas.

eum rectum hic item sit:

Tum primum laues ostendit pampinus vuas.

Versu 81.

IV. *——Hoc mihi certe*

Versu LXXXI. Ecloga VI. Calpurnius versus bis interpolatus.

Duce satis fuerit Lycidam exspectare trementem,
Dum te stante palam sua carmina pallidus audit.

emendo:

——Hoc mihi certe
Dulce satis fuerit Lycidam spectare trementem,
Dum te stante palam sua crimina pallidus audit.

non nouum est sane voces istas *crimina* & *carmina* sibi inuicem a non satis doctis vel certe attentis librariis substitutas inuenire; vt & alii quoque ad alios scriptores notarunt, & nos ad Silium nostrum ostendemus, nunc pergamus ad eclogam septimam & vltimam Calpurnii:

V. Ecloga VII. Versu XXI.

Dic age, dic Corydon, nec nostras inuidus aures
Despice, non aliter certe mihi dulce loquere,
Quam cer tare solent quotiens ad sacra vocantur
Aut facunda Pales, aut pastoralis Apollo.

vt Dii in sacris suis vnquam ipsi certauerint cantu? nunquam factum. sed sacrificiis tibia & cantus in laudem potissimum eius

Dei, cuius festum celebrabatur, adhiberi solebant; proponebanturque a senioribus illo fere tempore iunioribus præmia, de quibus inter sese alterno cantu contenderent, & de hac re accipiendus hic Calpurnii locus, atque ita emendandus:

——Non aliter certe mihi dulce loquere,
Quam certare soles, quoties ad sacra vocantur
Aut fœcunda Pales, aut pastoralis Apollo.

quod dixi autem, sacris Deorum cantus adhiberi solere, adeo verum est, vt originem hinc carmini bucolico esse, auctores vno fere ore omnes consentiant. atque huc pertinent etiam illa ex eadem hac Ecloga:

Mirabar quæ tanta foret tibi caussa morandi,
Et solus Stimichon caneret pallente corymbo:
Quem sine te mæsti tenero donauimus hœdo.
Nam, dum lentus abes, lustrauit ouilia Thyrsis.
Iussit & arguta iuuenes certare cicuta.

hinc tibicinum & fidicinum collegium Romæ olim, quod sacris publicis semper præsto esset, de quoque istæ inscriptiones loquuntur:

Romæ in hortis Carpens.

IMP. CAES.
L. SEPTIMI SEVERI
PII. PERTINACIS
AVG. ARAB. ADIABEN
PARTHICI. MAXIMI
FORTISSIMI. FELICISSIMI
P. P. FILIO
M. AVRELIO. ANTONINO
PIO. FELICI. AVG
TRIB. POTEST. III.
PROCOS.
TIBICINES ROMANI
QVI. SACRIS
PVBLIC. PRAEST. SVNT
DEDIC. PR. NON. APRIL
TI. CLAVDIO. SEVERO. ET. C. AVFIDIO
VICTORINO. COS. Q. Q. PRECILO
SERENO. II. TI. CL. TITIANO

Ad D. Gregorii.

COLLEGIO. TIBICINVM
ET. FIDICINVM. ROMANORVM
QVI. S. P. R. S
SYLIVS. TYRANNVS

....MVNIS. PERPETVVS. ET
..IVLIVS. TYRANNVS. F
H.C.D.D
DEDICATVM. K. MART
..RSO. SERVIANO. ET. L. FABIO. IVSTO. COS

VI. Verum pergamus. Versibus superiores proxime sequentibus

Versu XXV. est:

Vidimus in cælum trabibus spectacula textis
Surgere, Tarpeium probe despectantia culmen,
Immensosq; gradus, & diuos lene iacentes

diuos peritiores Cæsares interpretantur: alii etiam cælites ipsos, ex hac, quam narrat, mole spectari potuisse, insulse. legendum:

——*Et cliuos lene iacentes.*

sæpe factum, vt negligentes scriptores *c.* & *l.* ita exararent, vt vnius *d.* speciem gererent. quemadmodum & vice versa ita *d.* vt *c.* & *l.* non inconuenienter scripturæ ex eo ab aliis fieri posset.

VII. qua de re memini dicere his ipsis epistolicis ad Papinii quen-

Versu dam locum ex Thebaide. Versu Calpurnii 73.

LXXIII. *O felix Corydon, quem non tremebunda senectus*
Impedit, o felix, quod in hac tibi secula primos
Indulgente Deo dimittere contigit annos.

lego, quamuis editiones nihil varient:

——*Quem non tremebunda senectus*

VIII. *Impedit.*

Versu Sub finem, imo in fine legitur:

LXXIV. *bis* *utinam nobis non rustica vestis inesset,*

notatus. *Vidissem propius mea numina, sed mihi sordes*
Pullaq; paupertas & adunco fibula morsu
Obfuerant, vtcunq; tamen conspeximus ipsum
Longius. At nisi me decepit visus; in vno
E Martis vultus & Apollinis esse putauit.

contaminatus ab iis, qui solent omnia, locus, & qui ita corrigendus videatur:

O vtinam nobis non rustica vestis inesset,
Vidissem propius mea numina, sed mihi sordes
Pullaq; paupertas & adunco fibula morsu
Obfuerunt, vtcunq; tamen conspeximus ipsum
Longius, ac nisi me decepit visus, in vno
Et Martis vultus & Apollinis esse notaui.

ita, inquam, corrigendum, & simili forma dixit Claudianus:

——*Iam Tibris in vno*
Et Bruti cernit trabeas, & sceptra Quirini.

sed de his pluribus alias: nunc vos, si libido est scire, cur paupertatem pullam vocet poeta, consulite præter ceteros, lectissi-

mum Iusti Lipsii nostri electorum libellum, & a me nobilissimi adolescentes valete.

EPISTOLA CIX.

Franc. Modius Alexandro Schotto, viro nobili S.

QVæ in Martiale, saltuatim eum percurrens, enotaui hodie Schotte nobilissime facio iudicii tui, satis gnarus non esse talia, quæ ad te mitti a me præsertim (de cuius studiis nonnulla tibi prædicatione amicorum impense nimis nobis volentium opinio nuper nata est, quæ vbi hæc tam minuta videris, statim denascatur necesse est) deberent; quo tempore tu fortassis in alio scribendi genere versari nos malles, sed tamen quæ sic quoque non ingrata tibi, cui cuimodi pro præcipua tua illa humanitate fore arbitrarer.

Lib. II. Epig. VI. I. *Martialis notatur lib. II. Epig. VI.*

Lassus tam cito deficis viator,
Et cum currere debeas Bouillas,
Iter iungere quæris ad Camœnas.

m. s. quo vsus ego, pro *iter iungere* referebat vna voce ex duabus facta *interiungere* cum nota ad oram, vel *intermittere.* & scilicet rectum esse τὸ *interiungere* quod valet sistere, cursum inhibere. vsus eo verbo alibi quoque poeta, dum ait:

——*& hora lasses*
Interiungit equos meridiana.

vbi valet interiungit soluit a curru, disiungit. vsus & grauissimus scriptor Seneca philosophus sed translate epist. LXXXIV. vbi ait: *Consuetudinem meam nosti. Breuissimo somno vtor, & quasi interiungo: satis est mihi vigilare desiisse.* sic enim ibi legendum ex Pinciani m. ss. quorum lectionem Dominicanorum exemplar diserte confirmat. cum vulgo in editionibus omnibus pro *interiungo* minus venuste *interuigilo* legatur. lib. III. LXXIII. II. *Seneca epist. XXCIV. notatus.*

III. *Iterum Martialis lib. III. epigr. LXXIII.*

Psilothro faciemq; lauas, & dropace caluam,
Nunquid tonsorem Gargiliane times?
Quid facient tingis? nam certe non potes illes
Resina, Veneto nec resecare luto.

miror turpissimam hanc mendam in hoc loco hactenus hæsisse. cui enim dubium, quin legendum sit manifestissima emendatione: *Quid facient vngues? non* vel etiam *nam certe, non potes, &c.* quid, inquit, prodest tibi ob tonsoris metum psilothro faciem leuigasse, & dropace caput glabrum reddidisse, cum sic quoque ministerio tonsoris egeas in vnguibus resecandis? ignoratio prisci moris errori originem dedit. fugerat enim bonos viros, a quibus vulgata lectio, res vel pueris nota, capillos & vngues resecandi officium ad vnum eundemque tonsorem pertinuisse, quo de Horatius, aliique, sed apertissime lib. II. c. II.

quod de fortitudine inscribitur Val. Maximus his verbis: *Cuius (Catonis Vticensis puta) filia minime muliebris animi, qua cum Bruti viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quam dies taterrimi facti secutus est, cognouisset, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium quasi vnguium resecandorum caussa poposcit, eoque velut forte elapso se vulnerauit: Clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eam cœpit, quod tonsoris præripuisset officium. Cui secreto Porcia, Non est, inquit;* & quæ sequuntur nihil huc facientia. Lib. IV.

IV. Epig. x. quod est ad Faustinum:

Lib. IV. Epigr. X.

Dum nouus est, neq; adhuc rasa mihi fronte libellus,
Pagina dum tangi non bene sicca timet;
I puer & caro perfer leue munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre, sed instructum comitetur pumice librum
Spongia muneribus conuenit illa meis.

non insimulo vitii hanc lectionem, non; sed admoneo tamen scriptum librum diuersam afferre, & nihilo fortasse deteriorem, quæ est:

Curre, sed instructus; comitetur Punica librum
Spongia muneribus conuenit illa meis.

vt spongiam vocet Punicam inter ruinas & rudera Carthaginis natam. etsi, vt verum fatear, nihil de ea alibi memini legere.

V. hinc transmitto ingenti plane saltu in librum XI. epig. XCIX. vbi quod est:

Lib. XI. Epig. XCIX.

Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus,
Saeuiq; fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem.

m.s. pro, *saeuiq; fasces, Seniq; fasces* probant quod ideo fortassis sequendum. vt per eos Prætor, cui totidem lictores cum fascibus apparebant, designetur. nisi forte erunt, qui putabunt nihil mutandum, quod haud ambigue de Prætore capienda illa sequentia: *Sedeas in alto tu licet tribunali.* quibus respondeo, etsi contendere cum illis non fert animus, per gradus ascendere importunitatem basiatorum, quæ non tantum consuli, tribuno, Prætori alibi molesta sit, sed huic etiam tum, cum ius dicit. Porro sex lictores Prætori apparuisse vt consuli XII Dictatori XXIV. notior res, quam vt de ea multa mihi hic verba perdenda existimem.

VI. Lib. XII. Epig. IV. ad Priscum:

Lib. XII. Epig. IV.

Tu facis ingenium, tu si quid posse videmur,
Tu das ingenua munera pigritia.

vetus liber legebat: *Tu das ingenua tua mihi pigritia.* quod æque si quid mei iudicii est, conuenit.

Epig. XXXII. in Vaceram:

Iam

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa, VII. Epig. XXXII.
Et cum lucerna corneoq; cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Focum serenis suberat amphora ceruix.
m. s. *Foco virenti suberat amphora ceruix.* de quo arbitrari inprimis te vir clar. ss. & a te alios quoque velim. Epig. III. cuius lemma in veteri libro est: *Epitaphium in cuius; ad Semproniam:*

Dulcis in Elysio narraris fabula campo, VIII. Epig. LII.
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior quæ deserto raptore redisti:
Illa virum voluit nec repetita sequi.

omnino abhorreo ab hac vulgata lectione, eoque etiam pronior sum in scriptam, quæ refert:

Noluit illa virum nec repetita sequi.

quæ est pura puta Græca locutio, quippe apud quos Græcos duæ negatiuæ magis etiam rem confirment; exempla passim obuia. Epig. LVII.

Tu Sparse nescis ista, nec potes scire, IX. Epig. LVIII.
Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana summos despicit domus montes,
Et rus in vrbe est, vinitorq; Romanus.
Nec in Falerno monte maior Autumnus,
Intraq; limen clausus essedo cursus,
Et in profundo somnus, &c.

scribo primum ex manu exarato cod. *Nec in Falerno colle,* pro *monte,* quia præcessit statim *montes,* & totus ille Campanus tractus qua se extendit Falernus ager crebris magis collibus vitiferis, quam magnis montibus nobilis est; emendoque porro: *Intraq; limen latus essedo cursus,* vt hinc quoque constet, quam laxe habitaret Sparsus, & quam non mirum esset, si strepitus & tumultus vrbanos non exaudiens, raro se in villam conferret, qui iam ante in vrbe rus villamque ea amplitudine possideret, quæ non gestationi tantum, sed essedario quoque cursui, idque latissime & abundatissime, pateret. Vale.

EPISTOLA CX.

Franc. Modius Arnoldo Amedao S. Coloniam Agrippinam.

IRascor tibi; nec satis scio, an debeam, sed tamẽ plane irascor, scis te mihi assiduum officium in missiculandis literis tuum Colonia Agrippina discedenti vltro pollicitum esse, cum ita diceres, nullam omnino dierum hebdomadam abituram, quin mihi a te ventura esset epistola, vel valetudinis tuæ solius index, si aliud nihil occurreret, quod me scire, mea interesse existimares. & putabam ego credulus tum, ita futurum, æquo-

reque animo vos relinquebam, quod ſperarem literas veſtras quam ſæpiſſime mihi vos, quaſi præſentes ſtituras, deſideriumque, quo ex abſentia cariſſimorum hominum maximo me affectum iri ſentiebam, ex bona parte mitigaturos; at vos prom ſſorum ſecuri, tertio vix menſe tribus nos verbis dignos putatis. hæccine eſt fides? profecto, niſi nunc ſaltem plurimas & longiſſimas literas ad me miſeris, nunquam ita Calui illa munera perdiderunt Catullum, vt ego te meis nugis ſum exercíturus, de quarum genere nunc iſta, vt dignus es, habe. Silii verſus ſunt:

I. *Silius lib. v. verſ. LXIX. correctus.*

Ac ſuper hæc diuum genitor terraſq; fretumq;
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Thraſimeni torſit in vndas.
Litus & ætherea per ſtagna patientia flamma
Fumauit lacus atq; arſerunt fluctibus ignes.

quorum quartus ita interpolandus eſt:

Ictuq; ætheria per ſtagna patentia flamma, &c.

II. *Verſ. XXCIII. bis interpolatus.*

Mox:

——cedas
Oramus ſuperis, tempuſq; ad prælia dextrum
Opperiare, dabunt iidem tempuſq; diemq;
Pugnandi, tantum ne dedignare ſecundos
Exſpectare Deos, cum fulſerit hora, cruentam
Quæ ſtragem Libya poſcat, tum ſigna ſequentur.
Nulla vulſa manu, &c.

emendandum:

——cedas
Oramus ſuperis, tempuſq; ad prælia dextrum
Operiare, dabunt iidem campoſq; diemq;
Pugnandi, tantum ne dedignare ſecundos
Exſpectare Deos, cum fulſerit hora, cruentam
Qua ſtragem Libya portet, &c.

III. *Verſu CLIX. rurſus bis emaculatus.*

Poſt pauca:

Vnum hoc pro cunctis ſat erat caput, aſpira quiſque
Hortamenta ſibi referat, meus heu meus acris
Ticini frater ripis iacet, ac meus alta
Metitur ſtagna Eridani ſine funere natus.

quæ quanto elegantius ita leguntur:

Vnum hoc pro cunctis ſat erit caput, aſpera quiſq;
Hortamenta ſibi referat, meus heu meus atris
Ticini frater ripis iacet, at meus alta
Metitur ſtagna Eridani ſine funere natus.

Statim:

IV. *Verſu CLXIV.*

——viſoq; arctis in millibus atras
Bellatore tubas aptante, eſt, Orphite, munus

Et,

Est, ait, hoc certare tuum, &c.
manifeste scribendum, etsi nemini hoc hactenus, quod mirum videri potest, animaduersum est:

——visque arctis in millibus atras
Bellatore iubas aptante, est, &c.

sunt enim verba Flaminii ad equum suum, Orphitum nomine, nempe sic præcedentibus libris Scipio quoque suum equum, cui Gargano nomen fecerat, alloquens a poeta fingitur. Sed & mox elegantius longe erit, si legamus quomodo m. s. habet: V. *Versu* CCXXXV.

——qui iam vicina ferebat
Vulnera pugnantis tergo.

quam si vulgatos libros sequendo retineamus:

——qui iam vicina ferebat Vulnera.

quid quod & mox scribendum:

Ac simul infesto Lateranm pondere trunca VI. *Versu* CCLI.
Arboris vrgebat.

Non vt hactenus editiones repræsentat:

Ac simul infesto Lateranum vulnere trunca
Arboris vrgebat, &c.

quæ vox nihili hic est. Sequitur: VII. *Versu* CCLXXI.

Obuius huic Atlas a sanguine clarus Ibero,
Nequiquam extrema longinquus cultor harena.

venustior longe lectio scripta, vt alibi quoque moneo:

Obuius huic Atlas, Atlas a litore Ibero, VIII. *Versu* CCCXLVI.
Nequiquam extrema longinquus cultor harena.

pergit Silius:

Num lateri cuspis, num toto pondere telum
Sedisset, fremuitque amens, sociosque rogabat.

vera lectio est:

——fratremque amens, sociosque rogabat.

de Magone ab Appio vulnerato, & Hannibale, modo fratrem, modo circumstantes de vulneris altitudine anxie interrogante, sermo est. Vale.

EPISTOLA CXI.

Franc. Modius Adolpho Occoni Med. r.p. Augustana S.

SAlus, quam mihi tuis verbis dixit amicissimus vtrique Ioan. Postius Archiater Wirzeburgicus multis nominibus gratissima auribus meis accidit. Atque vtinam esset, clarissime vir, vt coram inter nos salutare possemus; maiorem haud dubie tum & verum amicitiæ fructum caperemus: nunc ea, quæ tu excusas, talia sunt, vt merito tibi deinceps omnis longioris & a domo remotioris peregrinationis gratia facienda videatur, & ipse ego, qui semel in bona spe cum essem ad vos excurrendi, tunc frustra fui, nunc temere mihi aliquid in hac re promittere

non audeo, ne forte me secunda frustratio peius etiam priore habeat. sed si quid hic accidet præter exspectationem, lubenter id omne in lucro deputabo, & me eorum librorum auctorumque Græcorum, quorum tu mentionem obiter facis, numismatumque tuorum inspectione, vt bellariis delicatissimis suauissime pascam. feriatus a laboribus ingloriis, quibus nunc exer-

I
Seneca notatus Epist. LXXVIII.

ceor in Seneca, cuius epistola LXXVIII. quod est: *Nulla enim res æque adiuuat cursum, quam summa pars veli, illinc maxime nauis vrgetur Itaque quotiens ventus increbuit, maiorque est, quam expedit, antemna dimittitur.* malo, etsi idem videatur: *Itaque quotiens ventus increbruit.* Monui ad Vegetium meum de re mili-

II.
Vegetius procemio lib. I. notatus.

tari, qua parte est in procemio: *Sic regnantium testimonio creuit eloquentia, dum non culpatur audacia.* legi in melioribus, hoc est, scriptis membranaceis codicibus: *Sic regnantium test. monio crebruit eloquentia.* nec tamen in contextum tum illud probissimæ notæ verbum recepi, nescio qua præpostera verecundia, cuius me nunc pœnitet.

III.
Renentum ad Sen. Epist. LXXIX.

Epist. LXXIIX. de morte voluntaria Tullii Marcellini: *Triduo abstinuit & in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit. Solum deinde illatum est, in quo diu iacuit, & calida subinde suffusa paulatim defecit, vt aiebat non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis dissolutio animi, non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus.* legendum ex libris antiquis omisso τὸ *animi. Solium deinde illatum est, in quo diu iacuit, & calida subinde suffusa paulatim defecit, vt aiebat, non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis dissolutio, non inexperta nobis, quos aliquando liquit a-*

IV.

nimus. Eadem Epist. *Quid ergo est, cur perturberis, si mors fortiter etiam puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quod alienum est. Non sumes pueri spiritum. vt dicas, Non seruio? Infelix si seruis hominibus, seruis rebus, seruis vitæ.* vera scriptura est: *Non sumes pueri spiritum? Dices, non seruio Infelix, seruis hominib. &c.* Epistola LXXIX. *Ad summam maciem deductus, sæpe impetum cœ-*

V.
Epist. LXXIX.

pi abrumpendæ vitæ, patris mei indulgentissimi senectus retinuit. non dubium quin rectum sit: *patris me indulgentissimi senectus retinuit.* & princeps litera vocis sequentis ad illud *me* adhæserit, quæ res postea effecit, vt ex vna geminaretur. Eadem Epist. *Ne*

VI.

indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo: vt legas clarius & spiritum, cuius iter & receptaculum laborat, excedas: vt nauiges & viscera molli iactatione concutias. scriptus liber: *& aut legas clarius, & spiritum, cuius iter & receptaculum laborat, exerceas: aut nauiges, &c* plane bene, si tantum pro &, *aut legas*; *sed aut*

VII.

legas legatur. Iterum eadem epist. *Cogita quid honeste, quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea, quæ maxime miratus es, sparge, tunc tibi fortissimus quisque & victor doloris occurrat. Ille qui dum varices exsecandas præberet, legere*

librum

librum perseuerauit. Illa qui non desiit videre, cum hoc ipsum mirati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. præsto germanam Senecæ lectionem esse: *cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur.* sic enim & optimus Latinæ linguæ auctor vel Cicerone & Cæsare testibus Terentius Eunucho sua: *Id equidem adueniens mecum stomachabar modo.* Et Phormione: *Ebo an id succenses nunc illi.* vtrobique enim *id* valet *ob id*, vt in nostro *hoc* hoc *ob hoc*.

Adhuc eadem epist. *O quam magna erit gloria materia, si spectaremur agri. Inter te specta, ipse te lauda* suspicor negligentissimi post homines natos, certe artem cudendi typis libros narram correctoris negligentia, qui Basileensi editioni anni CIƆ. IƆLXXIV. præfuit; hæc ita in editione Parisiensi Iacobi de Puys, qui Basileensem illam expressisse videtur, legi, haud dubie sic corrigenda: *O quam magna erat gloria materia si spectaretur a. gri. Ipse te specta, ipse te lauda.* vide quo diuersus abierit bonus iste non corrector, sed corruptor librorum Epist. LXXX. *Et si forte obseruaueris (dignum est autem, vt obserues) fac nos certiores, v trum non tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas aque mare illud contorqueas.* res clamat rectum esse: *vtrum vno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas aque mare illud contorqueat.* Statim post: *Si hac mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare, vt in honorem meum Ætnam quoq; ascendas: quam consumi, & sensim subsidere ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius nauigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit, sed quia ignis euanuit, & minus vehemens ac largus effertur, ob eandem caussam fumo quoque per diem segnior.* quisquam ne dubitabit, tantum non ex illis, qui iurati semper & vbique dubitare, quin membranarum lectio præ vulgata auro contra redimenda sit, quæ habet *sed quia ignis euanuit, & minus vehemens ac largus efferuit* si quis hercule, si quis, huic ego mentis igniculos euanuisse iam pridem contendo. Eadem epist. *Quis oculis glorietur, qui suspicentur diem, quibus sol per caliginem splendet: licet contenti interim sint effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis.* & libri scripti, & posteriora hæc arguunt in prioribus legendum: *Quis oculis glorietur, qui suspicetur diem, cui sol per caliginem splendet.* Epist LXXXI. in qua desinam: *Equum empturus, solui iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant, hominem inuolutum æstimas.* membranæ: *hominem inuolutum æstimas?* egregie ad rem, sed parcam meridie lucernam, atque, vt dixi, desinam.

Vale.

[Margin notes, right, in order: VIII. (beside "Adhuc eadem epist."); IX. Epist. XXC. (beside "Et si forte"); X. (beside "Statim post"); XI. (beside "Eadem epist. Quis oculis"); XII. Epist. LXXXI. (beside "Epist LXXXI.")]

EPISTOLA CXII.

Franc. Modius Baschasio Brismanno IC. S. Spiram Nemetum.

Literæ tuæ, Baschasi Brismanne, non erudite tantum & liberaliter, verum etiam peramanter ad me scriptæ, quanto inexspectatiores, tanto animo meo gratiores fuerunt: adiunctis præsertim versiculis. qui, vt quidam olim ait:

Tam liquidum tam dulce sonant, vt non ego malim
Quod Peligna legunt examina lambere nectar.

Ceterum in morte fratris tui, præsertim in vtraque literatura, & studiis his humanioribus tam culti, & omnino perpoliti iuuenis, & ipsæ me hercule bonæ literæ grauem plagam acceperunt, & nos doluimus non tam dolorem tuum, quam eum eis ipsis, quas modo laudauimus, literis, quando tantum non sacramento rogati in earum verba iam olim iurauimus, nobis merito communem. sed hac lege in hoc theatrum ingredimur homulli, vt simul chorago placuit, persona aut mutanda, aut deponenda etiam sit. solatium & miserum & durum fateor: sed tamen necessarium. in quod te inspicientem spero etiam, qua es præter eruditionem prudentia, minus fracto animo mortem ex fratre altero nepotis, & propriæ filiolæ ferre, porroque etiam laturum. bona cum spe Deum orbitatem hanc tuam respecturum, & propediem alia prole solaturum. sed pecco largiter, qui hæc atque talia commemorando dolorem tuum recrudescere cogo. illud igitur potius in re literaria hæc hodie sub manum venere, quorum te arbitrum, ita vt quod optimo

I. *Fulgentius Mythol. lib. III. notatus de Bellerophonte.*

iure fiat, capio. Fabii Planciadis Fulgentii Mythologiarum lib. III. & vltimo de Bellerophonte & Chimæra ita legitur: *At vero quod dicitur postremum draco, illa ratione ponitur, quia post perfectionem vulnus det pœnitentia, venenumq; peccati, erit enim hic ordo dicendi. quod primum sit in amore incoare, secundum perficere, tertium vero pœnitere, &c.* sed corrupte vt apparet, & vbi ita scribendum videatur: *At vero quod dicitur postrema draco, illa ratione ponitur, quia post perfectionem libidinis vulnus det pœnitentia venenum peccati. Erit ergo hic ordo, quod primum in amore sit incoare, &c.* ita, inquam, emendandum, neque aliter membranæ Neustetterianæ Combergenses, nisi quod *postremus draco* referebant, errore opinor librarii, cum Planciadem scripsisse vt nos emendauimus, & in mente habuisse illum tritum versiculum:

II. *Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.*

De Perdice, bis, ter emaculatus.

aut verum, aut vero quam simillimũ sit *postremus* & *postremum* hic sane locum non habent, nisi placet in solœcismo manifestario hæc relinquere. De Perdice: *Semper delicata consuetudo*

labe-

laborioso fert praiudicium operi, & mollitur educatu, dum quod non optat, euenerit, pœnitentiam creat. Melius est enim laborare partiliter securius edoceri, quam ex necessitate veniente repentaliter perterreri. Perdicem ferunt venatorem esse, qui quidem matris amore correptus, dum vtrinq; & inmodesta libido ferueret, & verecundia noui facinoris reluctaretur, consumtus ad extremam labem deductus esse dicitur. hæc quoque infiectissima, & vitiosa nuce vitiosiora ad hunc modum ex scripto libro restituantur: *Semper delicata consuetudo laborioso fert praiudicium operi, & molliter educata, dum sicut optat, non euenerit, pœnitentiam creant. Melius est enim laborare particulariter, laboreq; securiore doceri, q.e.n.v.r.p. P.f.v.e.q.q.m.a. c. dum vtrinque & inmodesta libidine ferueret & v.n.f. r. consumtus atq; ad extremam tabem deductus esse dicitur. laborare particulariter* dixit Fulgentius, quasi sensim & per partes agendo, labori adsuescere, phrasi sibi omnino solenti. De Hero & Leandro: *Amor cum periculo sæpe concordat, & dum ad illud solum natat, quod diligit, nunquam videt, quod expedit. Ἔρως enim Græce Amor dicitur, Leandron vero dici voluerunt quasi λύσιν ἀνδρῶν, id est, virorum solutionem. Solutio enim viri amorem parturit. Sed natat nocte, id est, obscuro tempore tentat pericula. Hero quoque in amoris similitudine fingitur lucernam ferre, & quid aliud amor nisi flammam fert, & desideranti periculosam viam ostendit, cito tamen exstinguitur, quia iuuenilis amor non diu perdurat, deniq; nudus natat, illa videlicet caussa, quod suos affectatores amor & nudare nouerit, & periculis sicut in mari iactare. Nam exstincta lucerna vtriusque mors est procurata maritima, hoc in euidenti significans, quod in vtroque sexu vapore ætatis exstincto, libido commoritur: in mari vero mortui feruntur, velut in humore frigida senectutis, omnis enim calorata iuuentutis igniculus tepida veternositatis algescit in senio.* misere profecto habitus locus, si quisquam alius, & qui sex septem minimum mendis emaculatis, ita ex membranis sibi restituendus sit: *Amor cum periculo sæpe concordat, & dum illud solum notat, quod diligit, n.v.q.e. Ἔ.e. G.a.d. L.v d.v.q. λύ. ἀ. i.e v.s. S.e.v.a.p. Sed natat nocte, id est, in obscuro tentat pericula. Hero quoque in amoris similitudinem fingitur lucernam ferens; & quid aliud amor nisi & flamma fert, & d.p.v.o.c.t.e.q.i. a. non diu durat. Denique Leander nudus natat, illa videlicet caussa, quod suos affectatores amor & n.n & p.s.i.m.i. Nam ex exstincta lucerna vtrique mors est p.m. h.i.e. signans, q.i.v.s.v.a.e.l.c i m.v. m.f.v.i.h.f.s.o.e.c.i. igniculus torpida veternositatis algescit senio.* De Berecynthia: *Berecynthiam dici voluere quasi mortuam dominam.* corrigatur: *quasi montium dominam.* Et mox de Psyche, vbi est: *illam vero velut Deam non quisquam amare ausus, quam venerari pronus, atque hostiis sibimet deprecari.* vera scriptura

III. *De Hero & Leandro sex vies, septies correctus.*

IV. *De Berecynthia.*

V. *De Psyche.*

VI. est atq; hostiis sibimet deplacare. Post pauca de eadem: *Cumque altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, lucernaque modio custodita eruta, Cupidine cognito dum inmodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamento maritum succendit. Fugiensque Cupido multa super curiositate puella increpitans, domo ex.orrem ac profugam dereliquit. Tandem multis iactata venenis persecutionibus, postea Ioue petente in coniugio Cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulae ordinem hoc libello percurrere, qualiter & ad infernum descenderit, & ex Stygiis aquis undam delibauerit, & cetera, &c.* hæc quoque lepidissima narratio turpiter a sciolis inquinata sic genuinæ elegantiæ reddatur. *C.q.a.s.m.s.t.f a lucernaq; modio custodia eruta C.c.d.i.a.t. a.s o d m. F.q.C.m.s.c.p.i d.e.a. profugam dereliquit. Tandem multis tractata Veneris persecutionibus p.I.p. in coniugium C.a.P. q.t.f.o.h.l.v.q & a.i.d. & ex Stygiis aquis urnulam libauerit, &c.* & videatur Apuleii de Asino liber v. & vi. tuque eruditissime & humanissime Britmanne feliciter vale. v. Cal. Septembr. Herbipoli CIƆ.IƆ. LXXXIII.

Ibidibus, ter notatum.

EPISTOLA CXIII.

Franc. Modius Iulio Micyllo S. Heidelbergam.

QVæ sequuntur in Ciceronem notæ, pro culpis an pro laudibus habendæ sint, tua inprimis, Iuli Micylle, & aliorum valeoit existimatio; ego certe ita eas scripsi, vt qui cuperem de latinæ linguæ optimo extra controuersiam auctore etiã quam

I. optime mereri. In quo quod est: *Quid vero nuper? cum morte superiores vxoris, nouis nuptiis domum vacuam fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti.*

Cicero notatum Catilinaria.

II. Ac mox *Quid quod aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt?* considerandum videtur non de nihilo esse, quod membranæ omnino omnes tam meæ, quam Lambinianæ pro *vacuam fecisses*, & *vacua facta sunt* constanter referunt, *vacefecisses*, & *vacefacta sunt.* suspicarique licet hoc verbo ita composito Ciceronem vsum esse, quod ab istis simiis eius vt duriusculum mutatum sit, & resolutum in duas dictiones Eadem oratione: *Nul-*

III. *lum iam tot annos facinus exstitit, nisi per te: nullum flagitium sine te.* m. ss. lectio non minus commoda est: *Nullum iam aliquot annis facinus exstitit, &c.* Statim: *tu non solum ad negligendas le-*

IV. *ges, & quæstiones verum etiam ad euertendas perfringendasq; valuisti.* m. ss. *tu non solum ad vertendas leges & quæstiones, verum etiam ad euertendas perfringendasq; valuisti.* nec alienum hoc aut a Ciceronis elegantia, aut a sententia, vertere legem, est legi fraudem facere, & falsa interpretatione aut alio quouis pacto per

Ro per se aut per homines pretio ad hoc paratos corrumpere, atque in contrarium sensum immutare, euertere legem, est funditus tollere. Mox: *Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista tua priuata sit calamitas & a reip. periculis seiungatur.* nihil variant libri; mihi tamen non placet hæc lectio; & est sane intricata vsque eo, vt Hotomannus legendum existimauerit: *Sed non est mihi tanti, &c.* verum non recte vt Muretus, & post eum Lambinus docuere, qui tamen quomodo reliqua concoquere potuerint, mecum sæpe admiror, ipseque, vt dixi, ferre non possum, planeque arbitror Ciceronem scripsisse: *Sed est mihi tanti, dummodo ista mea priuata sit calamitas, & a reip. periculis seiungatur.* Sic enim & secunda in Catilinam oratione dixit: *Est mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur.* & sic nescio qui cum res Romanis supra votum fluerent, petiit a Diis, fas sibi esset priuata sua aliqua, licet insigni, calamitate publicam redimere, inuidiamque eorum auertere. *tum* autem illud, de quo dixi iam ante, eorum commentum est, qui *mea* hic minus conuenire arbitrabantur, quod Catilinæ ista dici videbant. atque ita de hoc loco censeo; nunc pergamus. *Sit denique inscriptum in fronte vnius cuiusque ciuis, quod de rep. sentiat* a membranis abest dictio *ciuis*, quod placet. loquitur in genere de omni multitudine, quæ Romæ versaretur; aut si de ciuibus tantum, certe tam de probis, quam de improbis, quorum hos Ciuium nomine dignari non solet.

EPISTOLA CXIV.

Franc. Modius Hierem. a Bannachio IC. S. Bambergum.

VT nuper viso catalogo librorum manu exaratorum, qui venales apud vos numerabantur, ad Cornelii Taciti in eis nomen exilui gaudio, nescio quem in eo thesaurum sperans, ita postquam mihi ob hoc vel præcipue ad vos profecto inspiciendorum eorum codicum facta est copia, ad conspectum eiusdem Taciti pro sperato thesauro, vt est in dicto veteri, carbones inuenienti, non mediocris orta est indignatio. Erat enim recenti omnino manu in papyro scriptus non Tacitus, hoc est, Historiarum & Annalium libri, quod vt iustum opus nomine auctoris designari existimabam; sed vnicus de moribus Germanorum libellus indignus omnino, ad quem voti festinus tanta animi contentione peruenirem. In quo vide,

quid me fefellerit, vix Bambergam ingresso, & de hac supellectile libraria anquirenti responsum est, vilem eam esse, nec omnino dignam visu, libros plerosque ita scriptos, vt legi vix possent, alios situ obsitos sub alto puluere delitescere. Gauisus sum, & putabam contra hic mihi vsu venturum, atq; olim in nescio quorum monachorum Insulensium Flandriæ nostræ cœnobio, in quo cum de bibliotheca quæsissem. Prior habere pronuntiat, & quidem mire bonam, elegantemque: putabam hominem de scriptis libris loqui: hos enim venabar ego, oro igitur ambitiosius admitti; annuit; ducit me ad locum, bibliothecæ vnicum illum quidem, sed in quo antiquus liber nullus compareret. DD. Augustino, Hieronimo, Bernardo, & reliquis plerisque patribus ex editionibus recentissimæ quæ extarent, pulpita omnia occupantibus, rogo quid veteribus eorum hospitibus factum sit; hos enim nouitios esse, rem docere. negat intelligere monachus quid velim, proinde iubet apertius me loqui. Pareo, & nullosne inquam Pater libros scriptos membranaceos habetis? Imo habuimus, inquit, renidens; sed venit nunc nuper quidam ad nos, cuius de stultitia satis dici non potest, qui cum admitti in hunc locum obtinuisset, in quo tum libri quidem multi promiscue iacerent, sed quorum nullus esset nobis vsus, literis iam aut vetustate fugientibus, aut nescio quo exotico more conceptis adeo, vt vix mense decimo quoque e nostris quisquam huc inferret pedem, visis illis repente bonus hospes iste, quid vos, inquit, quisquiliis istis facitis, an nō satius erat venditis eis, eos libros comparare, qui cum omnibus vobis, tum præcipue quibus concionandi munus demandatum est, vsui & ornamento esse possent? respondi, satius quidem futurum vt aiebat, sed hoc vereri, vt emtorem inuenirent libri tam nihili. Cum rursum ille, etsi, inquit, membranas has iis, qui libros conglutinant numo in singulas libras venditandas intelligam, faciam tamen, vt solito mihi more pro iis vobis libros cusos ex optimis quibusque Typographicis officinis largiar, sperans fructum profectus, quem ex eis facient vestri ordinis homines, etiam ad me redundaturum, accipimus libenter conditionem, & ne locus sit pœnitentiæ statim cum ille nobis ante cauisset per præcipuos mercatores vrbis nostræ de nouis libris, veteres omnes sordes in cistas quatuor, quinque coniecimus, quas ille auexit, missis deinde in locum earum iis, quos vides, codicibus. sic tum monachus ille me frustra habuit, seque ipsum, & suos ante me tamen. quare cum homines ab eius sapientia, vt arbitrabar, non alienos, ita de libris istis loquerentur, vt negarent legi posse, & nullius vsus dicerent: impendio animus mihi gaudebat, venerandæ antiquitatis nescio quæ monimenta, & libros Longobardico charactere exaratos somnians;

omnians, cum, vt rem vidi, totus infremui, vixque etiam nunc ad meliores hos me conuerto. Macrobii libro I. in somnium, quod habent editiones *Sciendum est autem, quod ventus, qui per hunc ad nos cardinem peruenit, id est, Auster, ita in origine sua gelidus est, vt apud nos commendabilis est blando rigore Septentrio. sed quia per flammam torrida Zona ad nos commeat, admixtus igni calescit: & qui incipit frigidus, peruenit calidus. neque enim vel ratio, vel natura pateretur, vt ex duobus æquo pressis rigore cardinibus dissimili tractu flatus emitteretur.* falsum est, quidni. n. venti ex æquo pressis rigore cardinib. profecti, diuerso itinere eant? quare reponatur ex duobus notæ probissimæ membranaceis libris: *& qui incipit frigidus, calens peruenit. neque enim vel ratio, vel natura pateretur, vt ex duobus æquo pressis rigore cardinibus, dissimili tactu flatus emitteretur.* nimirum calorem, & frigus tactus sensu percipi. æque legendum statim: *quia circumfuso fruimur aere, cuius spiramus haustu*, non *haustum*. & rursum: *calcabunt æque vt nos humum, & super verticem semper cælum videbunt*, non, *& semper verticem, semper cælum videbunt*, quod male hactenus contra auctoris mentem circumfertur. I. *Macrobius lib. I. in somnium notatus.* II. III.

Post aliquammulta: *Et quia has diuersitates, quæ ceteris finibus terminantur, cingulos in cælo vocauere, necesse est totidem cingulos etiam hic intelligi.* certo certius est scribendum esse: *Et quia has diuersitates, quæ certis finibus terminantur, cingulos in cælo vocauere, &c.* Iterum post aliquammulta: *Loca vero, quæ in medio temperata sunt, quoniam ab vtraque nimietate longe recedunt, veram tenent salutaremq; temperiem.* omnino emendandum videtur: *Loca vero, quæ in medio Temperata sunt, quoniam ab vtraque nimietate longe recedunt, veram tenent salutaremque temperiem.* ita, inquam, emendandum accipiendumque de Zona temperata, cuius mediam regionem, quod a caloris & frigoris nimietate longissime recedat, salutari omnino temperie habitationi hominum aptissimam dicit. Simile mendum inest ibi quoque: *Num igitur illud attendit quod diximus, & intra tropicum in ea perusta parte, quæ vicina est temperata, habitatores esse.* legendum enim hic etiam: *in ea perusta parte*, *perusta*, zonæ puta. Sequitur: *Cum ergo tantum spatii ex perusta vitam ministret, & sine dubio circa vicinam alterius temperatæ, id est, antœcorum, tantundem spatii habere per perusta fines, & parem mansuetudinem non negetur. (Paria enim in vtraq; parte sunt omnia) ideo credendum est, &c.* geminatio eiusdem syllabæ loco vitiando fuit, qui integer ita legebatur, nunquam etiam ex libris scriptis legi debet: *tantundem spatii habere perusta fines, & pari mansuetudine non negetur: paria enim, &c.* hoc dicit, fines perustæ non tantum qua a Siene, quæ sub ipso tropico est ad Meroen per 3000. & octingenta stadia, rursusque ab hac ad terram cinna- IV. V. VI. VII.

momi feracem per alia octingenta stadia introrsum receditur, habitari; sed alia etiam parte, qua alteri temperatę quoque vi-
VIII. cinior fit. Sequitur: *Hoc quoq; (ut arbitror) non otiosa inspectione tractatum, nunc de Oceano quod promisimus, adstruemus: non uno, sed gemino eius ambitu terræ corpus omne circumflui, cuius verus & primus meatus est, qui ab indocto hominum genere nescitur. Is enim, quem solum Oceanum plures opinantur, de finibus ab illo originali refusus, secundum ex necessitate ambitum facit.* manifestissima emendatione corrigendum est: *Is enim, quem solum Ocea-*
IX *num plures opinantur, de sinibus ab illo originali refusis secundum ex necessitate ambitum facit.* idem in eadem voce error intra quoque inueniatur, qua parte ait: *Nam inter nos & australes homines means ille per calidam Zonam, totamq; cingens & rursus vtriusq; regionis extrema finibus suis ambiens, binas in superiore atq; inferiore terræ superficie insulas facit.* omnino enim legendum: *& rursus vtriusq; regionis extrema sinibus suis ambiens,* ex auctoritate membranarum in quibus etiam τὸ *zonam,* quod præcedit, recte non erat. Vale &c.

EPISTOLA CXV.

Fran. Modius Ioanni Castelio S.

QVid agimus, optime & eruditissime senex? mussitamus, & dolorem, quem ex temporum iniquitate, ac patriæ vastitate summum capiamus necesse est, silentio fatemur, an scribimus aliquid potius, & solito more in studiis dediti, literatas literas pro opibus nostris ornamus? nimirum hoc potius, vt, quæ solent esse decus ad famam, nunc sint saltem in luctu, vt nimium non iustiore, quam grauiore, solatia. Epigrammatum sane Græcorum opus a te Latine conuersum egregia styli puritate, & verborum proprietate, multorumque ad hoc doctorum & clarorum virorum versionibus ac notationibus locupletatum, iampridem omnes oculis animisque requirimus. nec potes tu differre diutius, cuius tibi præstandi copia iam olim est: voluntas nunc etiam in temporum, vt dixi, dissimulationem crescere, & augeri debet. nos certe ne nihil agamus, notas scribimus: quæris cuius notæ? en specimen tibi. Verba sunt virtutis ad Sci-
I. pionem lib. Silii xv.

Silius l. b. xv vers. cv. corruptus.

Nec bona conscendunt, quæ sors infida dedisset,
Atq; eadem rapuisse valet, mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus, omnia contra
Experienda manent, quam sponte blanda voluptas.

Sunt hæc, inquam, virtutis verba, aut potius, ex parte prodigia verborum, hoc modo expianda:

Nec bona censendum, quæ sors infida dedisset,
Atq; eadem rapuisse valet; mox celsus ab alto

Infra te cernes hominum genus, omnia contra
Experienda manent, quam spondet blanda Voluptas.

Versu 134. II. *Versu* CXXXIV. *hic quoq; notatum.*

Pars credunt tormos patrui remisere vultus.
Sed quanquam tacitus, magnis tamen ægra periclis
Pectora subrepit terror.

sermo est de mandando Scipioni bello Hispaniensi, quo paulo ante patrem & patruum amiserat. in quam rem ait poeta, propensos fuisse omnium animos, nisi quod tam præsenti periculo metuebant cum fortuna sua committere viginti quatuor aliquot (tot enim tum erat Scipio) annorum adolescentem. nec videtur sobelle verbis vitium, iis præsertim, qui *re* longum faciunt, cum tamen, ni meum me iudicium, libros veteres sua scriptura fallit, legendum & scribendum sit:

Pars credunt tormos patrui remirescere vultus.
Sed quanquam instinctu tacitus tamen ægra periclis
Pectora subrepit terror.

tu, Casteli, considerabis locum diligentius; ego pergo: III. *Vers.* CLIX.

Diue tridente potens, cuius maria ire per alta
Ordimur.

scribo dictione composita:

Diue tridentipotens, cuius maria ire per alta
Ordimur.

Versu 169. IV. *Vers.* CLXIX.

——occurrunt mœnia Graio,
Condita Massilia, populis accincta superbis
Barbarus immanis qua territat accola ritu.
Antiqua morem patria cultumq; habitumq;
Phocais armisonas inter tenet hospita gentes.

lego & interpungo:

——occurrunt mœnia Graiis
Condita, Massilia, populis hac cincta superbis,
Barbarus immanis cum territat accola ritu,
Antiqua morem patria, cultumq; habitumq;
Phocais armiferas inter tenet hospita gentes.

Mox est: V. *Versu* CCXXXII.

Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis
Auxilium, excelsamq; loci præcinxerat arcem.

nihili scriptura & quæ ita demum in integrum restitui posse videtur, si mutetur in hanc:

Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis
Auxilium atq; excelsa loci præsepserat arcem.

Post versus pauculos: VI. *Versu* CCXLIV.

A tergo accelerant, qua visis fluctibus Arris
Incustoditam sine milite liquerat vrbem.

Tum prostratus humi (miserandum) vincta cathenis
Pœnus colla dedit.

aut fallus ego, aut vera membranarum lectio hæc:

A tergo accelerant, qua fisus fluctibus Arris
Incustoditam sine milite liquerat vrbem.
Tum prostratus humi (miserandum) victa cathenis
Pœnus colla dedit.

VII. Versu 261.

Versu CCLXI.

——tunc hasta viris & martia cuiq;
Vexilla & meritum, & prada libamina dantur.

Elegantius longe erit:

——tunc hasta viris, tunc martia cuiq;
Vexilla, vt meritum, & prada libamina dantur.

Pro nauata, inquit Poeta, strenue opera, sua cuique præmia reddita sunt. quod arcte adeo ab Imperatoribus Romanis seruabatur, vt acusatos quosdam eo nomine legamus, quod, ob leues caussas præmia militibus decreuissent. Sed hæc hactenus.

EPISTOLA CXVI.

Franc. Modius Gregorio Bersmanno S. Seruestam.

LVcanum nunc tibi in manibus esse, Bersmanne optime, ne viuam, si non ex animo & mihi gaudeo, & illi poetæ gratuler, quem tua opera propediem ad illam faciem, qua nuper Virgilius, & Ouidius, solito certe longe nitidiorem in lucem exiturum confido. in quibus quidem Virgilio & Ouidio quod operam tuam extenuas, nostraque prædicatione tantilla indignam putas, addens vsu venisse mihi, vt τὰ μὴ καλὰ καλὰ tua legenti viderentur; agnosco cum singulari doctrina coniunctam summam in te modestiam, verum vtinam alibi iudiciũ meum non magis vacillet. hic sane, vt mihi videor, facile illud tueri possum. Ceterum ad Cordubensem poetam tuum videbis, nunquid te iuuare poterunt ea, quæ sparsim hoc libro notaui occasione libri scripti cuiusdam, quem ab amicissimo mihi viro, & doctissimo scholæ Halensis Sueuicæ moderatore Ioanne Weidnero vtendum accepi: item ea, quæ ex eiusdem collatione ad exemplar Plantinianum descripta tibi priuatim in paucis, si Dii volent, diebus transmittam. nunc percurrebam Senecæ

I. Philosophi Stoicorum principis Epistolas in quarum LXXXIII. quod est: *Serpentem illum in Africa saeuum, & Romanis legionib.*

Seneca notatus Epist. XXCIII.

bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisq; petierunt, ne Python quidem vulnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solidi ferrum, & quidquid humana torserant manus, reiiceret, molaribus demum fracta saxis est: scribendum censeo, inquit eruditissimus Pincianus: *ne Python quidem inuulnerabilis erat, etsi arbitror has verba Seneca non esse, sed studiosi Seneca verbare-*

barefellentis, exemplo Pythonis, qui fuerat ab Apolline sagittis confectus, quæ verba postea per errores a librariis in ordinem contextus tracta fuerunt. neque male forsan ille; sed cum in libris suis longe optimis extare ea verba, quæ reiicienda putat, non neget, Erasmusque etiam in iis veteribus libris, quibus est vsus, illa repererit, & Herbipolensis denique scriptus codex ea diserte habeat, nisi quod *Pilo* pro *Python* in eo sit, assentio eidem Erasmo *pilo* pro *Python* reponenti, totumque locum ex eodem nostro Herbipolensi scripto codice ita lego: *Serpentem illam in Africa saeuam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisq; petierunt, ne pilo quidem vulnerabilis erat, &c.* vsus sagittarum & fundarum eminus, pili cominus. quodque hic libri meliores sexum mutant in serpente, alibi quoque notaui Historicos, anguis, serpentis, & similium vocibus lubentius fœmininum genus tribuere, contra quam poetæ facere solent, apud quos frequentius masculino reperiuntur.

Epistola LXXXIV. *Quanto satius est, aperte accusare ebrietatem, &* II.
vitia eius exponere. quæ etiam tolerabilis homo vitauerit, nedum Epist. [illegible]
perfectus ac sapiens, cui satis est sitim exstinguere, qui etiam si quando orta est hilaritas, aliena cœna producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. membranæ nostræ: *qui etiam si quando hortata est hilaritas aliena, cœna producta longius, tamen citra ebrietatem resistit.* quod putabam rectum hac sententia: hominem sapientem non tam rigidum futurum & tetricum, quin inuitatus & prouocatus ab altero, & hilariorem se solito præbeat, & cœnam consueto longius producat: sed sic tamen, vt in vino modum non excedat interim. quod vt moderate sumtum hilaritatis, quemadmodum quidam canit, dulce est seminarium, a veteribus ad medendam ægritudinem inuentum, sic nimium, & rationis, & sensuum detestabile est sepulcrum. Paulo III.
ante legitur eadem hac epistola: *Plurimum enim interesse concedes inter ebrium, & ebriosum. Potest & qui ebrius est, nunc primum esse, & non habere hoc vitium: & qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. Itaq; id intelligo, quod significari verbo isto solet, præsertim cum ab homine diligentiam professo ponatur, & verba examinante. Adiice nunc, quod si hæc intellexerit Zenon, & nos intelligere voluit, ambiguitate verbi quæsiuit locum fraudis: quod faciendum non est, vbi veritas quæritur.* m.s. *Adiice nunc, quod si hæc intellexerit Zenon, & nos intelligere noluit, ambiguitate verbi quæsiuit locum fraudi:* optime. impostorũ.n.est intelligi ita velle, vt verborum ambiguitate deceptos ex eisdem refellere queant, notum olim artificium vati Delphico, & quot erant alibi vsquam tum.

Adhuc eadem Epist. *Cogita quas clades ediderit publica ebrietas.* IV.
Hæc acerrimas gentes, bellicosasq; hostibus tradidit; hæc multorum

annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit: hæc contumacissimos, & iugum recusantes in alienum egit arbitrium, hæc inuictas acies mero domuit. membranæ: hæc inuictas acies mero do-
V. muit. valde bene. Epist. LXXXV. Itinera ista, quæ segnitiem mihi ex-
Epist. XXCV. cutiunt, & valetudini meæ prodesse iudico & studiis. Quare valetudinem adiuuent, vides: cum pigrum me & negligentem corporis literarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studia quare prosint, indicabo. omnino legendum: Studiis quare prosint, indicabo. sic enim membranæ, absque quib. esset, legerem: Studiis quare
VI. prosint, indicabo. Eadem epist. Idem in his, quibus aluntur ingenia, præstemus, vt quæcunq; hausimus, non patiamur integra esse, nec aliena sint. sed concoquamus illa, alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium. magis Senecam sapit scripta lectio: quæcunq; hausimus, non patiamur integra esse, nec aliena sint, concoquamus illa,
VII. alioquin, &c. Epist. LXXXVI. Quid ergo, inquis, mortem, vincula,
Epist. LXXXVI. ignes, alia tela fortunæ non timebis? Non scit enim illa non esse mala, sed videri: omnia ista humanæ vitæ formidines putat. Describe captiuitatem, verbera, cathenas, egestatem, & membrorum lacerationes, vel per morbum, vel per iniuriam, & quicquid aliud attuleris, inter lymphaticos metus numera. ista timidis timenda sunt: An id existimas malum, ad quod aliquando nobis sponte veniendum est? Quæris, quid sit malum? Cedere his, quæ mala vocantur, & illis libertatem suam dedere. pro qua cuncta patienda sunt. legendum enim scriptis libris: & quicquid aliud attuleris, inter lymphaticos metus numerat. ac mox: Quæris, quid sit malum? Cedere his, quæ mala vocantur, numerat, vir fortis scilicet, de quo interrogando præcessit: Quid ergo, inquis, mortem, vincula, ignes, alia tela fortunæ non timebit?
VIII. Epist. LXXXIIX. Diuitem illum putas, quia aurea supellex etiam in
Epist. XXCIIX via eum sequitur, quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus Calendarii liber euoluitur, quia tantum suburbani agri possidet, quantum inuidiose in desertis Apuliæ possideret. membranæ nostræ: quia magnus Kalendarii liber voluitur, quia tantum suburbani possidet, &c. vtrumque recte. volui solebant non plicari
IX. nostro more libri, & hinc voluminis vocabulum, meliusque adeo τὸ agri subauditur. Eadem Epist. Bonum in arte musica duobus modis dicitur: altero, quo effectus musici adiuuatur: altero, quo ars ad effectum pertinet. Instrumenta, tibia, & organa, & chorda ad artem ipsam non pertinent. flagitiose corruptus ab interpunctione locus, sic tibi restituendus: Bonum in arte musica duobus modis dicitur: altero, quo effectus musici adiuuatur: altero, quo
X. ars. Ad effectum pertinent instrumenta, tibia, & organa, & chorda, ad artem ipsam non pertinent. Sequitur statim: Chelidonem ex Cleopatræ mollibus patrimonium grande possidet; nuper malis, tam improba lingua, quam impura, in cuius ore fœmina purgabantur,

bantur, & multorum heres fuit, & multos habuit heredes. m. ſſ. *Chelidon vnus ex Cleopatra mollibus patrimonium grande poſſedit: nuper Natalis, tam improba lingua, quam, &c.* recte. Vt & mox: *Nam ſi, vt dicitis, ob hoc vnum ſacrilegium malum eſt, quia multum mali affert, ſi remiſeris illis ſupplicia, ſi ſecuritatem ſpoponderis, ex toto bonum erit.* cum vulgo male ſit: *ſi remiſeris illis ſupplicia.* Vale. XI.

EPISTOLA CXVII.

Franc. Modius Ioanni Philippo Gelcero IC. Comburgum S.

CVm Hygino mihi res eſt, malim cum Augiæ ſtabulo, ita magna parte eius quod poteſt, repurgata, labor hic adeo mihi non imminuitur, vt etiam creſcere videatur, cum quo dum Herculea audacia conflictor, tu non Euriſthea illa auctoritate anhelantem & ſudantem preſſe, ſed comitate plane tua, Ioan. Philippe parumper ſubleua. Libro Poetico n Aſtronom. primo ſub finem: *qua terra habitatur, eos veteres, qui proxime ſunt Arcticum finem, vti braccis & huiuſmodi veſtitu veſtiuntur* hic m. ſſ. illud *veſtitum* non habebant, & videtur omnino a gloſſa, non ab auctore eſſe Hygino. Libro ſecundo de Lyra inter ſydera relata: *Muſas autem collecta membra ſepulturæ mandaſſe, & lyram quo maxime potuerunt beneficio, illius memoriæ cauſſa figuratam ſtellis inter ſydera conſtituiſſe. Apollinis & Iouis voluntate, quod Orpheum Apollinem maxime laudaret Iupiter vero filio beneficium conceſſit.* m. membranæ: *quorum Orpheus Apollinem maxime laudaret; Iupiter vero filiæ beneficium conceſſit.* optime *filiæ* Calliopeæ nempe Virgil.

I. Hyginus Aſtronom. I. ſub finem notatus.

II. Lib. II. de Lyra.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atque huic pater adſit,
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Adhuc libro II. de Sagitta: *Hanc autem Aquilam nonnulli ex Typhone & Echidna natam; alii ex terra & Tartaro, complures a Vulcano factam. Polibeus autem Vulcani factam manibus demonſtrat, animamque ei ab Ioue traditam dicunt.* Concinnius opinor, perinde vt conciſius libri veteres: *complures Vulcani factam manibus demonſtrant, animamque, &c.*

III. De Sagitta.

Eodem lib. II. de Delphine: *Qui* (Arion puta) *cum cogitationem eorum ſenſiſſet, petiit non vt dominus a ſeruis, ſed vt innocens ab improbis, vt parens a filiis, vt ſe liceret ornatum, qua ſæpe fuerat veſte, quoniam nemo eſſet alius, vt ipſe, qui ſuum quæſtum proſequeretur euentum.* prodigioſe corruptus locus, & in quo doctiſſimus Iacobus Mi yllus exiſtimabat poſt τὸ *veſte, canere*, vel ſimile verbum deeſſe: ſed ego emendo adiuta leuitera coniectura certa omnino, ſcriptura membranarum: *petiit non vt dominus a ſeruis, & innocens ab improbis, ſed vt parens a filiis, vt ſe*

IV. De Delphinis emaſculatus.

liceret ornare, quam sæpe vicerat veste, quoniam nemo esset alius, qui ut ipse suum quæstu prosequeretur euentum. si nihil aliud toto
V. Hygino restituissem, operæ pretium tamen mihi fecisse viderer, vel vnius huius loci tam felice emendatione. Sed pergamus
De Ariete. ad Arietem: *Itaque cum in maximum periculum deuenisset* (Liber pater s.) *quod iter necessario facere videbatur, accessit eo, ut aqua maxima penuria esset. quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogebatur.* infecta, ne dicam inepta me hercle lectio, & præ qua lubens merito membranaceam hanc amo, amplectorque: *Itaque cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessario faciundum videbat, accessit eo, ut aqua maxima penuria esset. quo facto exercitus ad defectionem venire*
VI. *cogebatur.* Paulo post, aut potius statim: *haec re maxime, quod illius fuga Liber recreauit exercitum. Præterea 12 signorum principem voluit esse, quod ille optimus exercitui fuerit ductor.* non paulo venustius scriptus codex: *quod illius fuga Liberi recreauit exercitum. Præterea 12 signorum principem voluit esse, quod illius optimus exercitui fuerit ductus.*
VII. Paruo interuallo de Tauro: *Nonnulli autem cum Io in bouem sit*
De Tauro. *conuersa.* vt sit sensus aliquis commodus, muta ex membranis
VIII. illud *autem* in *aiunt.* Mox de Geminis: *Sed qui de Castore &*
De Geminis. *Polluce dicunt, hoc amplius addunt, vt Castor in oppido Ariadnæ sit occisus, quo tempore Lacedæmones cum Atheniensibus bellum gesserunt.* m. s. liber: *vt Castor in oppido Aphidna sit occisus.* verissime. hæc enim quorundam opinio: Aphidnam certe absente Theseo Castorem & Pollucem expugnasse, ac in vindictam raptæ sororis Helenæ matrem eius abduxisse captiuam, auctores multi, & in multis Pausanias Atticis, siue lib. I. paulo post initium, & rursum sub finem itemque Laconicis seu lib. III. de Ariadna, Ariadni, aut Ariadnis oppido nihil memini legere. De
IX. Cancro: *Nonnulli etiam dixerunt asino illi, qui fuerat vectus, vo-*
De Cancro. *cem humanam dedisse. Itaque postea cum Priapo dea natura contendisse, & victum ab eo interfectum.* probo omnino veteris codicis lectionem: *Itaq; cum postea cum Priapo de natura contendisse.* *natura* dicitur id, quo viri sumus. perinde atque in mulieribus Cic. I. de Diuinat. *Parere quadam matrona cupiens, dubitans essetne pregnans, visa est in quiete obsignatam habere natu-*
X. *ram, retulit, &c.* & Plinius: *Si quadrupedes fœtum non admittunt.*
De Leone. *vrtica naturam fricandam monstrat.* Sequitur de Leone: *Cum Ptolomaus Beronicen Ptolomai & Arsinoes filiam sororem suam duxisset vxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset, vouisse Beronicen, si victor Ptolomaus redisset, se detonsuram crinem. quo voto damnatum crinem in Veneris Arsinoes Confitidis posuisse templo, &c.* rursum hic eruditissimus Micyllus pro *Confitidis quidam,* inquit, *Zephyritidis legunt; ego malim*

Chry-

Chrysitidis. Nam & Plinius: *templum Arsinoes aureum vocatum dicit libro 37. cap.* 8. cui quidem vel hominis ipsius caussa sententiæ lubenter assentirem, nisi diserte adeo in antiquissimo manu scripto codice, quo ab eruditissimo IC. Suffrido Petro vsus sum, *Zephyritidis* illud comprobari vidissem, vt nihil deinceps super hac re dubitari posse videatur, maxime cum hanc lectionem Catulli etiam illud iuuare videatur:

Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopæis incola litoribus.

Et Zephyrium dictum sit promontorium, vnde Venus & Arsinoe Zephyritidis cognomen inuenerunt. De Virgine: *Hanc Hesiodus Iouis & Thetidis filiam dicit. Aratus autem Ascræi & Auroræ filiam existimat.* falsum vtrumque, neque enim aut Hesiodus vsquam virginem Thetidis, sed Themidis, neque Aratus Ascræi, sed Astræi filiam dixerunt. quare ita corrigatur ex m. s. codice, memoreturque hic cum Hesiodi codice deficiat, saltem illud Arati de eadem: XI. *De Virgine.*

Εἴτ' οὖν Ἀστραίου κείνη γένος, ὅν ῥά τέ φασιν
ἄστρων ἀρχαῖον πατέρ' ἔμμεναι. &c. id est.
Siue igitur Astræi illa proles, quem vtique ferunt
Astrorum primæuorum patrem esse.

sed satis iam, satis de his in præsentia. Vale.

EPISTOLA CXVIII.

Franc. Modius Iano Gulielmo S.

QVæris tu quidem, quis me mutarit tantus Deus, vt qui hactenus vicissitudine literarum satisfacere soleo omnibus, nunc subito hunc morem migrans, nouusque Harpocrates factus vestris literis ne my quidem illud Lucilianum respondeam. at tu hercule, si rem scisses, quæsisses potius, quæ me tibi carmina mutent. rides? scio quid. suspicaris me de Solis genere Circe aut Medea aliqua captum attineri, sanctiusque Amoris numen, quam amicitiæ nomen colere; sed frustra es, & toto cœlo, quod aiunt, erras. diuersum nescio quod carminis genus est, cuius verba & voces me ita immutarunt, vt non cognoscas eundem esse, in quo tamen vt te æquiore vtar, vide an non hi versus quemuis de statu mentis dimouere possint.

In diem v. Id. April. Anno xxciii. & in horam x. antem. eiusdem diei:

O diem niueum, & nimis beatum.
Diem suauiculum, & voluptuosum,
O horam ter & amplius beatam
Horam suauiculam, & voluptuosam,
Qua, Francisce Modi, tuum libellum,

Tuum istum aureolum nouum libellum,
Textum floribus e Catullianis,
Ornatum numeris Propertianis,
Excultum illecebris Tibullianis,
Nobis, arma fori seueriora
Hic tractantibus, optimi benigno
Pohsti munere contigit videre.
Legi dulce elegos tuos sonantes,
Legi funera, floridasq; syluas
Et flores Epigrammatum fragrantes,
Legi oracula carminum sacrorum,
Nec legi modo, sæpius relegi
Attentus, quoties at ipse legi
Denuo toties mihi legendi
Hæc desiderium & sitim dederunt.
Hoc desiderium, hanc sitim legendo
Haud expleuero, ni tuum libellum,
Tuum istum aureolum nouum libellum
Sæpius relegam, legamq; totum.
At tibi bene sit, MODI, Catulli
Dulcis æmule, magni alumne Phœbi,
Nec modum facias, Modi, sed vltra
Sed perge alacrius, aureumq; nostrum
Seclum orna aureolis tuis libellis.

Ad Calliopeam. II.

Calliopea tuum est, alio veniente Catullo,
Orbe sub hoc aliam Lesbian vt parias.

Ad Modium. III.

Postera dum cultos modulos venerabitur ætas
Siue Catulle tuos, siue Tibulle tuos,
Par, vel maior erit tibi laus spargetq; per orbem
Fama tuos cultos, culte MODI, modulos.
Vnus habes istis quæcunq; dedere duobus
Munera Pierides vatibus, vnus habes.

ecce, Catullo, Tibullo, Propertio conferor, imo sum alter Catullus, & quo magis rixgare ad doctrinam Catulli, cultum quoque Tibulli adiunxi, & ego talis vos minorum gentium poetas, qui singulos horum vatum nondum æquatis, literis meis posthac dignet? faciam? non puto si sapiam, inquit Augustus. tandem extra iocum, quid tibi videtur hominis, qui tam teneris versiculis tam apte agit, quod agit, atqui non in Musarum ille tamen, quod mireris, castris meret, sed inter fori strepitus iactatur. Paschasius enim Brismannus IC. Spiræ Nemetum in amplissimo imperiali foro aduocatus annos iam aliquot

quot eorum auctor est: vir, quod ex adiunctis illius ad me literis cognosci potuit, non vtriusque literaturæ laude, & Iurisscientiæ splendore, quam humanitatis, & comitatis commendatione clarior. quæris quomodo me illi absens absenti insinuarim? nempe huius quoque viri exoptatissimam amicitiam in multis aliis optimo & carissimo Posthio nostro debeo. sed iam accipe post bonos versus alienos, non bonas aliquot, certe non magni momenti in Fulgentii Planciadis mythologiarum libellus notas meas. I.

Primo, de Venere: *Illud nihilominus respondere volens poetica vanitas, quod Saturnus Græce κρόνος dicitur, χρόνος enim Græce tempus vocatur.* Neustettertianæ Combergenses membranæ: *illud nihilominus ostendere volente poetica vanitate, quod, &c.* optime. Sed & mox, vbi est: *Huic etiam rosas in tutelam adiciunt. Rosa enim & rubent & pungunt, vt etiam libido Rubet verecundia opprobrio, pungit etiam peccati aculeo, & sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur, ita & libido libet momentaliter & fugit perenniter.* interpungendum, & restituendum ex eisdem membranis: *Rosa enim & rubent, & pungunt ut libido rubet verecundia opprobrio, pungit etiam peccati aculeo & sicut rosa delectat quidem sed celerrimo transit, ita & libido libet momentaliter, dolet perenniter.* Fulgentius mythologiarum lib. I. notatus de Venere. II.

Paulo post de Hercule: *Nam ex igne igneus, vt ex Ioue & ex præsumtione, vt ex Alcæo auo &c.* aut falsus ego, aut vera est lectio scripta: *Ex igne ergo ingenii vt ex Ioue & ex præsumtione, &c.* III. De Hercule.

Malo etiam mox, vbi de Caco mentio: *Ideo etiam subtractos boues transuersis ducit vestigiis, quod omnis malignus aliena vt inuadat transuersa defensionis nititur via.* quam quod vulgo vulgatum est: *transuersa defensiones vtitur via.* non quo hoc bonum & probum non sit, sed quod illud longe probius & melius. IV.

Paulo post, vbi de Antæo: *Omnem enim mentem dum virtus in altum sustulerit, & carnalibus eam etiam denegauerit aspectibus, victrix statim exsurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur desudasse, quia rara est pugna, quæ cum concupiscentia vitiisq; congreditur, sicut Plato in moralibus ait: Sapientes viri maiorem cum vitiis, quam cum inimicis pugnam gerunt.* raram pugnam cum dixit Planciades, aut magnam & vehementem ex Platonis sententia intelligi voluit, aut aliquis latet error. nunquam enim non cum vitiis nostris nobis & affectibus luctandum. & reperi profecto, non quod pueri aiunt, sed emendationem germanã huius loci, qui glossemate inquinatus cum illis illis: *rara est pugna, quæ cum concupiscentia vitiisq; congreditur.* ita ex membranis constituendus est, *Omnem enim mentem dum virtus in altum sustulerit, & carnalibus eam denegauerit aspectibus, victrix statim exsurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur desudasse, quia* V.

VII. De Tiresia. *sicut Plato in Moralibus ait: Sapientes, &c.* De Tiresia: *Ergo est verno tempore, quod masculinum est, quia eodem tempore clausura soliditasq; est germinum, dum coeuntia sibi affecta animalia viderit, eaq; virga, id est, feruoris astu percusserit, in fœmineum sexum conuertitur, id est, æstatis feruorem.* membranæ: *dum coeuntia sibi ad fœtum animalia viderit.* quod rectum putabam, teque Gulielmi mi valere iubebam. Herbipoli VII. Calend. Sept. CIƆ.IƆ.LXXXIII.

EPISTOLA CXIX.

Franc. Modius Ioanni Weidnero S.

I. Lucanus notatus lib. IX. versu XLI. semel & iterum. LVcanus tuus quid mihi profuerit, Weidnere doctissime, cum ex aliis, tum ex iis, quas huic ad te epistolæ inserere decreui, notis intelligere poteris. Lib. IX. Versu 41.

——& hinc placitis alto delabitur auris
In litus Palinure tuum, neq; enim æquore tantum
Ausonio monumenta tenes, portusq; quietos
Testatur Libya Phrygio placuisse magistro.

pro *magistro* est in tuo codice *marito.* & sic dixit Ouid. Metamorphosi:

Excipit Ænean illic animoq; domoq;,
Non bene discidium Phrygii latura mariti
Sidonis, &c.

sed nec *testatur* illud satis mihi placet, dubitabamque an forte scribi debeat:

——neq; enim æquore tantum
Ausonio monumenta tenes, portusq; quietos
Testaris Libyæ Phrygio placuisse marito.

vt encliticum illud que pro *etiam* positum sit, solemni tam Græcis quam Latinis scriptoribus more, quo καὶ illi, & isti vicem eius ponunt. Versu 221.

II. Vers. CCXXI. duo versus eiecti vt spurii, reliquiq; constituti.

——sic ille profatus
Insiluit puppi, iuuenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
Indiga seruitii feruebat litora plebes,
Erupere ducis sacro de pectore voces:
Ergo pari voto gessisti bella, iuuentus,
Tu quoq; pro dominis, & Pompeiana fuisti,
Non Romana manus? quod non in regna labo as,
Quod tibi, non ducibus viuis, moriersq; quod orbem
Acquiris nulli, quod iam tibi vincere tutum est,
Bella fugis.

hic primum ex consilio membranarum, non tuarum magis, Weidnere, quam earum, quas meas olim nunc donum habet eruditissimus, mihique amicissimus Ianus Gulielmus, tuumque

que præterea librorum manu exaratorum, quibus vsus in recognitione Lucani noster Pulmannus, inducendus versus, qui incipit: *Actum Romanis* cum sequenti. & sunt haud dubie non a Lucano, sed ab eo, qui aliquid deesse hoc loco existimabat. hice, inquam, versus ante omnia hinc eiiciendi sunt, legendumq; inde in sequentibus & interpungendum:

Quod tibi non ducibus, viuis, moreris'q; quod orbem
Acquiris nulli, quod iam tibi vincere tantum est,
Bella fugis.

Versu 280. III. Versu CCLXXX.

Quin agite, & magna meritum cum cæde piate.
Ignauum scelus est tantum fuga.

magis placet lectio vestri codicis, Weidnere:

Ignaui scelus est tantum fuga. Versu 335. IV. Versu CCCXXXV.

Has vada destituunt, atq; interrupta profundo
Terra ferit puppes dubioq; obnoxia fato
Pars sedet vnaratis, pars altera pendet in vndis.
Tunc magis impactis breuius mare, terraq; sæpe
Obuia consurgens, quamuis elisus ab austro
Sæpe tamen cumulos fluctus non vicit harena.

pessime acceptus locus, quique non facile integritati suæ restitui posse videbatur, nisi subuenissent in tempore membranæ, docuissentque corrigendum:

Tunc magis impactum breuius mare, terraq; sæuit
Obuia consurgens, quamuis elisus ab austro
Sæpe tamen cumulos fluctus non vicit harena.

& est hæc elegans pugnæ descriptio duorum grauiorum elementorum. Sed pergamus ad versum 367. V. Versu CCCLXVII.

Atq; insopiti quondam tutela draconis
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus

malim: *spoliatus frondibus hortus.* nec aliter membranæ. Quid quod & versu 450. legendum? VI. Versu CCCCL.

——non montibus ortum
Aduersis frangit Libya scopulisq; repulsum
Dissipat.

non quomodo male in editionibus circumfertur:

——scopulusq; repulsum, Dissipat

Versu 594. VII. Versu DXCIV.

Vltimus haustor aquæ cum tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus:
Stat, dum lixa bibat.

malo, quod libertuus, Weidnere, præfert, mallemque adeo etiamsi non præferret: *cum tandem fonte reperto, Indiga cogatur laticem, potare iuuentus.*

Paulo ante præcessit:

Haic quoq; n.hil obstat Phœbo, cum cardine summo
IIX *Stat librata dies.*
Vers. LXXXI. scribendum videtur cum libris veteribus: *Sic quoque nihil obstat Phœbo.* sermo est de sylua, quam vnicam esse ait poeta in Libya ad Ammonis; sed quæ tamen vmbras non faciat, quia vt canit:

Deprensum est hunc esse locum, qua circulus alti
Solstitii medium signorum percutit orbem.

sic & versu 607. de Catone legendum est:

IX. *——per quem nunquam iurare pudebit,*
Vers. DCVII. *Et quem, si steteris vnquam ceruice soluta,*
Nunc olim (editiones male referunt: Hunc olim.) *factura Deum es*

EPISTOLA CXX.

Franc. Modius Iochimo Camerario M. nobili S. Noribergam.

Libellum recens ex Gallia allatum, ibidemque editum Ciceronis nomine, legi sane quam diligenter. quæris sententiam de eo meam? vt ait ille, res magna est, quare amplio, & censeo consulendum Senatum doctorum virorum, non Italiæ tantum, quæ nescio quo iure iudicium hoc ad se solam pertinere arbitratur, & Galliæ, quæ iam olim cum ista studiorum matre ita de hac re contendit, vt etiam nunc sub iudice lis sit; sed Germaniæ quoque totius, & Belgicæ nostræ, quando iam & hæ habere cœperunt, quos Bunellis & Manutiis opponere posse videantur. Editionis Gallicæ sane auctor, vir doctus mehercle, & magnæ diligentiæ, solidique vt ex pluribus ingenii ipsius monumentis in lucem pridem editis cuiuis liquere potest, iudicii; hic, inquam, etsi, vt sapientem decet, suspenso iudicio non tam quid ipse super hac re sentiat, & quam, vt ait γνήσιος sit hic libellus pronunciet, quam viros doctos ad idem faciendum adhortetur; tamen inibi est, vt esse quam facilime sibi persuasum iri posse satis euidenter ostendat. cuius opinionem vt refellere non est animus in præsentia, ita non defutura video iis argumenta & multa & valida, quibus contra eã vti erit consilium, nam vt de locutione nihil dicam, de qua homo tumultuaria lectione per omnes omnium ætatum auctores assidue volutatus, in aliorum iudicio lubenter acquiescam; multa sane in hac consolatione passim occurrunt, de quibus an personæ auctoris, quem præferunt, satis conueniant, dubitari posse censeo. quidquid id est, memor es quid nuper vsu venerit eruditissimo cuidam viro, cui, cum versus quosdam verbis & numeris antiquis factos, & nescio cuius veteris poetæ nomine editos pro legitimis agnouisse, recepissetque, exortus est ecce, qui se eorundem versuum auctorem profitendo, & ex hominis eruditissimi iudicio fru-

cio frustrato laudem sibi iret quæsitum, & exemplo hoc doceret, nihil in hoc genere temere statuendum il is præcipue esse, quorum iudicium multorum est præiudicium, huius, inquam, rei semper memores sensim & caute hic procedemus, neque vbique omnia omnibus credemus, sed per singula euntes suo quæque ponde e ipsi etiam æstimabimus, & tum denique interrogati verecunde ex anim nostri sententia respondebimus. interea exercebo alibi criticen meam, & hæc in Seneca obuia notabo.

Epist. LXXXII. *Adiice si vis & illud multo plus postea nocuit, quam ante profuerat. Si rectam illam recti iudicis sententiam quaeris, alterum ab altero absoluetur, & dicet: Quamuis iniuria praeponderet, tamen beneficiis donetur.* minutum hoc, sed tamen legendum ex scripto libro Herbipolensi: *alterum ab altero absoluet, & dicet.* Eadem Epist. *Non omnes grati sciunt debere beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & vnus e turba, vtique dum prope sibi est, reddere beneficium & pensare ab accepto; ignorat autem, quantum pro re debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit.* corruptum esse locum ea ipsa clamat; itaque nescio qui adiecit in editione Parisiensi ista, *& pensare ab accepto* in quibusdam libris non addi, quare putat forsasse etiam præcedentia ista: *vtique dum prope sibi est reddere beneficium*, mutanda in: *vtique dum proba fides est reddere beneficium* Ego scio ista *reddere beneficium* ineptuli alicuius esse additamentum, neque enim aut in membranis nostris, aut in duobus aliis scriptis libris, quibus vsus Pincianus reperitur, non magis quam *& pensare*, quod sequitur, & in nostris rursum solis *pro re*, quibus omnibus consideratis, ita totum hunc constituendum arbitror: *Non omnes grati sciunt debere beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & vnus e turba, vtique dum prope est ab accepto; ignorat autem quantum debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit.* Etiam vnus e multis, inquit, potest esse gratus quidem, recenti præsertim beneficio, scire autem quantum debeat non potest, quod hoc tantum in eum cadat, qui res singulas sua æstimatione metitur.

Adhuc eadem Epist. *Itaque ingrati esse vitemus non aliena causa, sed nostra*: manu descriptus liber Dominicanus: *itaque ingrati esse vitemus non aliena causa, quam nostra.* qua locutione Comicus dixit: *Tacita mulier bona est, quam loquens*, & ad hoc exemplum sexcenta alia, de quibus alibi pluribus. Epist. LXXXIII. *Sed vt cœperam dicere, vt des ipsam mortem nec malum esse, nec bonum, Cato illa honestissime vsus est, Brutus turpissime.* membranæ duabus dictionibus in vnam contractis leguut litera vna leuiter immutata: *Sed vt cœperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse, nec bonum.* placet. paulo ante erat: *Hoc est enim*

I. Senecæ notatus Epist. LXXXII.

II.

III.

IV. Epist LXXXIII.

V

Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem, secessit, & euocatus ad mortem, visusq; praebere ceruicem: praebebo, inquit, ita viuam. m. ss. exemplaria: *qui cum periturus mortis moras quaereret.* quod probum est, & conueniens illi:

VI. *Quaerabam tardas anxius vsq; moras.*

Eadem Epist. *His aduersantibus, quae nobis infudit longa persuasio, fortiter pati mortem, quidni gloriosum sit, & inter maxima opera mentis humanae.* in margine erat: *His obseruantibus.* vnde non difficile erat, etsi libri nulli monerent facere: *His obuersantibus.* quod valet in oculos animumque incurrentibus. Adhuc

VII. eadem Epist. *At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est? Sic, inquit, commilitones prandete, tanquam apud inferos coenaturi. Non in ore creuit cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus. Alacres illi & ad prandium processerunt, & ad coenã. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est: Ire commilitones illo necesse est, vnde redire non est necesse. Vides quam simplex & imperiosa virtus sit. Quem mortalium circumscriptiones nostrae fortiorem facere, quem erectiorem possunt?* in membranis est: *Alacres & ad prandium illi promiserunt, & ad coenam.* ac mox: *Quem mortaliũ circumscriptiones vestrae fortiorem facere, quem erectiorem possunt?* vtrumque probe hoc, quia non de se loquitur Seneca, circumscriptionibus semper vbique omnibus merito infensissimus, sed Dialecticorum aut Sophistarum potius vulgus alloquitur; illud, quia propr um promittendi hic verbum. Vale.

EPISTOLA CXXI.

Franc. Modius Francisco Rassoni IC. Comburgum S.

NOn sunt haec fateor vestri fori, aut omnino talia, quae tuae professionis hominibus vllam in partem adiumento esse possint; sed erunt fortasse oblectamento, vel quia de rebus non tristibus, aut moris, vel quia a me ad te scripta. Locus ille Hygi-

I. ni lib. II. Astron. Poet. de Virgine: *Denique eam peruenisse vsq; eo, dum diceretur, heu, heu genus hominum natum.* aut vt alii de coniectura minus feliciter restituendum putarunt, *malum* in vitio manifestus est, cuius quidem viduus vt sit, membranis opus est, in quibus ecce reperio: *Denique caussam peruenisse vsq; eo, dum diceretur, aneum genus hominum natum.* nihil liquidius. Aratus Phaenom.

Hyginus lib. II. Astron. notatus de Virgine.

ἀλλ' ὅτι δὴ κἀκεῖνοι ἐτέθνασαν, οἱ δ' ἐγένοντο
χαλκείη γενεὴ προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες
οἱ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.
καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν,
ἔπταθ' ὑπουρανίη, &c.

id est,

id est, vertente Germanico:

Ærea sed post quam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitiis demersa resistunt;
Quisq; priora tenet vestigia, quisq; secunda,
Ferriq; inuento mens est latata metallo.
Pollutt & Taurus mensas assuetus aratro;
Deserens propere terras iustissima virgo,
Et cœli sortita locum, &c.

De Orione: *Hunc Hesiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia natum. concessum autem es, vt super fluctus curreret & in terra: quemadmodum Iphiclo datum dicitur, vt supra aristas curreret, nec eas infringeret.* turbata oratio, atque hoc modo in ordinem digerenda, emendandaque: *concessum autem ei, vt supra fluctus curreret; quemadmodum in terra Iphiclo datum dicitur, &c.* testes Hesiodus, Virgilius Ouidius, alii. Statim: *sed vetustate atq; consuetudine factum est, vt Orion vocaretur.* lego: *seu vetustate atq; &c.* Adhuc de eodem: *Quod Apollo cum agre ferret: & sæpe eam obiurgans, hoc fecisse, natantis Orionis longe caput solum videri conspicatus, contendit cum Diana, eam non posse sagittam mittere, &c.* deesse videtur post illud *obiurgans*, inquiunt doctissimi viri, *nihil proficeret* aut simile quid; & recte omnino illi: legendum enim ex libro veteri: *Quod Apollo cum agre ferret, & sæpe eam obiurgans nihil egisset, natantis Orionis, &c.* De Centauro: *Hic dicitur nomine Chiron, Saturni & Phillyræ filius esse, qui non modo ceteros Centauros sed homines quoq; dicitur iustitia superasse Æsculapium & Achillem nutrisse existimatur.* restituo ex membranis: *sed homines quoq; iustitia superasse, Æsculapiumq; & Achillem nutrisse existimatur.* De Hydra: *In hac coruus insidere positus existimatur.* scribendum auctius: *In hac coruus insidere, & crater positus existimatur*, videndusque lib. III. Hygini & Germanicus. De pisce Notio: *Itaq; Syri complures pisces non esitant, & eorum simulacra aurata pro Diis penatibus colunt De hoc Hegesias scribit.* m.s. liber: *de hoc Hesias scribit.* & Hegesiam sane Philosophum Oratoremque nouimus, Historicum non nouimus. forte vt ex scripta lectione faciendum sit: *Ctesias*, qui scripsit Syriaca, & Persica, vt hodieque ex reliquiis operum ipsius satis constat. De stellis erraticis: *Quarum vna est Iouis, nomine Phaëon, quem Heraclites Ponticus ait, quo tempore Prometheus homines finxerit, hunc pulcritudine corporis reliquis præstantem fecisse, cumq; supprimere cogitaret, vt certum redderet Cupidinem Ioui nuntiasse.* Sibyllæ folia vides, nec certiorem tamen multo, aut planior scripta lectio in hæc verba: *cumq; supprimere cogitaret, neq; vlneq; Ioui vt ceteros vt certum redderet Cupidine, &c.* Apollo, tuam fidem, quomodo me explico nimirum ita haud incommode, vt videor: *cumq; eum supprimere cogitaret,*

II. De Orione.
III.
IV.
V. De Centauro.
VI. De Hydra.
VII. De pisce Notio.
VIII. De stellis erraticis.

neq; vt ceteris Ioui redderet, Cupidinem Ioui indicasse. reliqua sunt vestigia, & notæ veram scripturam exprimere conantis,
IX. nec satis eam assequentis interim. Supra paulo oblitus sum no-
De Piscibus. tare de Piscibus, quo loco est: *Eratosthenes autem ex eo pisce natos homines dicit, de quo post dicemus.* manifeste scribendum: *Eratosthenes autem ex eo pisces hos natos dicit, de quo post dicemus.* *post*, vbi agit de Notio nempe, ostenditque a quibusdam existimatum, in cœlum pisces peruenisse ob Isidem seruatam, contra
X. quam Ouid. censet. cuius versus huc facientes alibi notamus,
Lib. III. Lib. III. Hygini: *Igitur incipiens a polo Boreo protinus dicere, quo vtraq; arctis nixa vehuntur Arctico circulo clausa: & ita collocata, vt alterius vnaquaq; earum resupinata caput alterius tegere videatur: ita tamen, vt caput eius, quæ superior fuerit, ad caudam inferiorem contendat.* ausculto libros veteres qui referunt: *Igitur incipiemus a polo B. p. d. q vtraq; arcti fixa vehuntur A. c. c. & ita collocata, vt alternis vnaquaq; e. r. c. a. c v. t. t. v. c. e. q. s. f. ad*
XI. *caudam inferioris contendat.* consulatur Germanicus. Sequitur: *Minor autem habet in stationis vnoquoq; loco stellas singulas clare lucentes & super caudam tres, omnino septem: sed in prioribus caudæ stellis vna, a qua polus appellatur, vt Eratosthenes dicit, &c.* præfero longe scriptam lectionem: *sed in prioribus caudæ stellis*
XII. *vna est infima, quæ polus appellatur, vt, &c.* vide commentato-
De Dracone rem, si vacas, Germanici. De Dracone: *Draco inter duas arctos collocatus videtur, corporis sinu facile, arctum minorem ita concludere, vt pene pedes eius tangere videatur: cauda autem flexa caput maioris attingere suo capite tanquam reducto circulum arcticum attingens corpus. vt in sphæram complicari, &c.* imo nihil minus, quam in sphæram, quare legatur me monitore, auctoribus libris melioribus *cauda autem flexa caput maioris attingere, & suo capite tanquam reducto, circulum arcticum tangens, corpus vt in spiram complicari*, spiræ autem proprie anguium. Virgil.

Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

& Æneid. II. *spirisq; ligant ingentib. & iam Bis medium amplexi, &c.* Vale.

EPISTOLA CXXII.

Franc. Modius Henrico Petreo S. Francofurtum ad Mœnum.

I. EX epistolis Plinii Secundi ad veteres libros duos manu de-
Plinius Iu- scriptos comparatis pauculas has notas, tanquam de quer-
nior lib. III. cu exsculpsi, de quibus te, Petree doctissime, ante alios censere
Epist. XI. e- volo; sed censura illa proprie tua, id est, singulari plane. legitur
mendatus. eius, quem iam laudaui, scriptoris lib. III. Epist. XI. *Nam ex omnibus, qui nunc se philosophos vocant, vix vnum aut alterum*

inue-

inuenies tanta syncerritate, tanta veritate mira locutio, *tanta veritate*, & ob hoc suspecta. sic tamen editio nupera Henrici Stephani quoque refert, cui etsi non lubenter aduersor, facit tamen cum res ipsa, tum librorum duorum manu exaratorum codicum. quibus vsus ego ex Combergensi nostra Neustetteriana bibliotheca, auctoritas, vt omnino: *tanta synceritate, tanta virtute*, legendum videri pronuntiem. Lib. IV Epist. XIIX. *Quemadmodum magis approbare tibi possim quantopere miror epigrammata tua Graca, quam quod quadam amulari Latine & exprimere tentaui? In deterius tamen accidit hoc primũ imbecillitate ingenii mei, deinde inopia, ac potius, vt Lucretius ait, hac egestate patrii sermonis* inuenusta, imo inepta plane lectio, qua a verbis, qua ab interpunctione, cui vtrique malo egregie medentur membranæ, referendo: *Quemadmodum magis approbare tibi possum quantopere miror epigrãmata tua Græca, quã quod quadã amulare Latine, & exprimere tentaui? In deterius quidem: accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde, &c.* Epist. XX. *In quo tu ingenii simul dolorisq; velis latissime vectus es, & horum vtrũq; inuicem adiumento fuit. Nam dolori sublimitatem & magnificentiam, ingenio vim & amaritudinem dolor addidit.* ita editiones quidem, sed pessime. deficitur enim oratio hoc modo dictione plane necessaria non ad ornatum tantum, verum etiam ad qualemcunque ex ea sententiam conficiundam, quam dictionem erutam ex membranis ita expleo: *Nam dolori sublimitatem & magnificentiam ingenium: ingenio vim & amaritudinem dolor addidit.* lectione vt apparet longe elegantissima. Lib. V. Epist. I. *Legatum mihi obuenit modicum, sed amplissimo gratius. Cur amplissimo gratius? Pomponia Gratilla exheredato filio Assudio Curiano, heredem reliquerat me.* in m. ss. non erant illa verba: *Cur amplissimo gratius?* & possent videri ab alio esse, quam a Plinio, nisi notassemus alibi quoq; scriptorem hũc simili dicendi & sese ipsum interrogandi genere vti. nominatim lib. III. Epist. IX. vbi ait: *Possum iam perscr bere tibi quantũ in publica prouincia Bætica caussa laboris exhauserim. nam fuit multiplex, actaq; est sæpius cum magna varietate. Vnde varietas? vnde plures actiones? Cacilius Classicus homo fœdus* & quæ sequuntur. Iudicio igitur vel maxime libros veteres tractãri opus est, neque. n. semper vera, quæ suggerũt, tametsi in speciem talia videãtur, deinde & hoc attentius considerandũ, quid scriptor, in quo verseris, peculiare habeat, quid cũ aliis cõmune, quę nõ tua caussa hic, eruditissime Petree, qui quanto melius ista nosti, tanto minus nostra admonitione indiges, sed studiosæ bonarum artium iuuentutis, quam falsa veri assimilatione incautam decipere solent, dixisse breuiter sufficiat. Circumfertur lib. V. Epistol. V. *Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in*

II. *Lib. IV Epist. XIIX.*

III. *Epist. XX.*

IV. *Epist. I. Lib. V.*

V. *Epistol. V.*

habitu studentis, habere ante se scrinium (ita solebat) mox imaginatus est venisse Neronem, in thoro sedisse, promsisse primum librum, quem de sceleribus eius ediderat, eumq; ad extremum reuoluisse. scripti libri: *compositus in habitum studentis.* & mox: *in thoro resedisse.* vtrumque melius: sic enim & Fabius Fulgentius Planciades de Virgilio suo loquitur, & quod præ isto est, Tacitus, vbi ait: *tanto impensius in securitatem compositus*

VI. Epist. IX. Epist. IX. *Varie me affecerunt literæ tuæ: nam partim læta, partim tristia continebant. Læta, quod te in vrbe teneri nuntiabant. Nollem, inquis, sed ego volo, propterea quod recitaturum statim vt venissem, pollicebantur.* vt ista istis verbis scripserit Plinius, crede hoc meæ fidei, Petree, potius nunquam scripsisset, quam ita scripsisset. membranisque adeo ingentes debentur gratiæ, quæ nos ex his quoque salebris expediunt, legendo: *Nollem, inquis: sed ego volo. Præterea quod recitaturum statim, vt venissem, pollicebantur.* lætitiam & voluptatem attulisse nimirum Plinio duo hæc: primo, quod scriberet Saturninus, se Romæ attineri: deinde, quod subiungeret, se ibidem ipsum quoque exspectare, in cuius aduentum recitationem suam distulisset.

VII. Sequitur eadem Epist. *Nihil ista ad mortuum pertinent, sed pertinuerunt, cum moreretur: pertinent ad hos, qui supersunt. Iam quidem in flore primo tantæ indolis iuuenis exstinctus est, summa consecuturus, si virtutes eius maturuissent, quo ille studiorum amore flagrabat? quantum legit? quantum etiam scripsit? quæ nunc omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierunt.* m. ss. referunt, & quidem optime meo iudicio: *Iam quod in flore primo tantæ indolis iuuenis exstinctus est.* puta hoc quoque pertinet ad eos, qui supersunt. in eisdemque membranis expressim *aruerunt* pro *abierunt* legitur. nimis bene, vt persistet in metaphora, qua vti cœpit ibi: *si virtutes eius maturuissent*, & pergit subiungendo: *sine fructu*.

VIII. Epist. XIII. Epist. XIII. *Recitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, aduocaui aliquos, vt vererer paucos, vt verum audirem.* sola interpunctione mutata restituo implicatissima hæc: *Recitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, aduocaui aliquos, vt vererer, paucos, vt verum audirem.* recitaturus, inquit, multos quidem conuocaui, sed plures vt cum solicitudine aliqua recitarem, quam incendit frequentia auditorum, paucos omnino (quoniam paucorum hominum esse cœpit, plerisque verum dicere adulandi studio impeditis, libere amico consilium dare, deque scriptis eius sententiam dicere) vt admoneret, si quid forte, vt in meis, me fefellisset. Vale, Petree ornatissime, & si quid in his quoque me fefellit, vtere & tu libertate, qua nuper in recognoscendis vestro rogatu scriptis pereruditi cuiusdam amici olim

vestri

vestri vobis præiui. Combergi a. d. XII. Cal. Ian. CIↄ. Iↄ. LXXXIV. quas tibi totique reip. Christianæ feliciter oriri volo.

EPISTOLA CXXIII.

Franc. Modius Francisco Nansio, Franconatum in Flandria Senatori P. P. S.

VT ægris, animi præsertim, gratulamur, cognate Nansi, cum se ægros esse senserint; & nulli periculosiores morbi habentur, quam qui latenter, & cuniculis quodammodo, vt audaci vtar tralatione, homines oppugnant; ita prima in libris corruptis opis & medicinæ spes affulget, si corruptos esse constiterit. quod sæpe sane ne a doctis quidem ceteroqui viris temere deprehendi potest. nisi si editi recenter codices ad scriptos olim comparentur. sensi hoc verum esse, vt de me aliquid dicam, in Seneca heri, in quo post Erasmum, & qui in hoc genere scriptorum iudicio facile excellit Pincianum, hæc ex collatione cum nunc nuper Senecæ Parisiis ad membranas S. Stephani, quod Herbipoli cœnobium est, deprehendi, quæ remedio egere videri possent.

Epist. XLVII. *Seruus est, hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritia, alius ambitioni, omnes timori.* clamant scribendum veteris notæ libri: *Seruus est, hoc illi nocebit? Ostende, &c.* sexcenties ita interpolarunt Senecam monachi. & notat Erasmus, in quodam libro legi: *Seruus est, hoc illi, alii non nocebit*, quod minus placet, inquit. nimirum rectum omnino esse nostrum. I. Seneca Epistola XLVII. notatus.

Epist. XLIX. *Vtinam tantum prodessent, quantum nocent.* contra mentem Senecæ est lectio hæc; scripserat doctissimus Philosophus, vt iudicio membranarum didici: *Vtinam tantum non prodessent, nocent.* ne prosint, inquit, sane, dummodo etiam non noceant argutiæ sophisticæ. II. Epist. XLIX.

Epist. L. *Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos. Tristius inepti sunt.* distinguunt membranæ: *Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos. Eodem modo Dialecticos tristius inepti sunt.* ita, inquam, codex S. Stephani, quo tamen hac parte deteriorem non esse existimo Dominicanorum alium librum, qui repræsentabat: *Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos, eodem loco Dialecticos. Tristius inepti sunt.* III. Epist. L.

Eadem Epist. *Quid agam? mors me sequitur, fugit vita: aduersus hæc me doce, aliquid affer, ne mortem fugiam, vita me non effugiat.* emendauit ex bona parte hæc eruditissimus Pincianus, quæ a nobis licet ita perpurgentur: *Quid agam? mors me sequitur, vita fugit: aduersus hæc me doce aliquid, effice, vt mortem non* IV.

V. *fugiam, vita me non effugiat.* Epist. LII. *Itaq; de secessu cogitans,*
Epist. LII. *nunquam Canopum eliget. quamuis neminem Canopus esse frugi vetet. Ne Baias quidem diuersorum vitiorum esse cœperunt.* Rectum est, nisi iudicans fallor: *Ne Baias quidem, diuersorium vitiorum esse cœperunt.* Eadem Epist. *Habitaturum tu putas vnquam*
VI. *fuisse in Vtica Catonem, vt prate nauigantes adulteras dinumeraret, & adspiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluctuantem toto lacu rosam, vt audiret canentium nocturna conuitia: nonne manere ille intra vallum maluisset, quod in vna nocte manu sua ipse duxisset?* hæc correctio a Pinciano est, nostrorum librorum auctoritate confirmata, in quibus τὸ *adspiceret* etiam nullum erat, legebaturque pro illo *in Vtica*, quod ab illis videtur, qui Vticæ sibi Catonem manus intulisse meminerant, aut in *vnica*, aut *Minaca*, aut certe *vnica*, ex quo vt quid faciendum sit non temere affirmarim, ita leui coniectura ductus reposuerim: *Habitaturum tu putas vnquam fuisse in Vacia Catonem, vt praternauigantes adulteras dinumeraret, & tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluitantem toto lacu rosam, vt audiret canentium nocturna conuitia, nonne. &c. in Vacia* villa puta de qua qui epistolam Senecæ LVI. legerit, minus fortasse a me diffidebit. fuit certe hæc eo situ, vt quæ hoc loco commemorantur, ex ea videri, & audiri commode possent, neque video quomodo ex vulgata scriptura sententia aliqua, tantum non contra mentem Senecæ, elici possit. nam quod hoc dicas, Catonem potius vallo subitario salutem suam commissurum fuisse, quam Vticæ mœnibus & propugnaculis inclusurũ contra vim Cæsaris, si Vticæ necesse habuisset adulteras dinumerare, & alia grauitate sua indigna videre, aliquid est, nisi de Scipione quoque antea dixisset, Literuum eum, quam Baias exsilii locum legisse, & in comparationem aduci videretur, proinde Catonem quoque potius intra vallem vna nocte a se excitatum mansurum fuisse, quam in villa splendida quidem, sed tot illecebris obnoxia; de hac re ita censeo, etsi, quo magis cogito,
VII. eusa lectio excusabilior mihi videatur. Epist. LIII. *Hoc durum &*
Epistol. LIII. *laboriosum negotium nobis datum scias scilicet imus per obstantia.* reperisse verum videor: *Hoc durum & laboriosum negotium nobis*
VIII. *datum scias licet: imus per obstantia.* Epist. LIV. *Institi itaq; guber-*
Epistol. LIV. *natori, & illum vellet nollet coegi, vt peteret litus. Cuius vt viciniam attigimus, non exspecto, vt quidquam ex præceptis Virgilii fiat: Obuertant pelago proras, aut: Anchora de prora iaciatur; sed memor artificii mei veteris, frigida cultor, mitto me in mare quomodo psychrolutam decet gausapatus.* concinnior scriptura vetus videtur: *aut anchora de prora iaciatur, memor artificii mei, veteris frigida cultor, mitto me in mare, &c.* Vale.

EPI.

EPISTOLA CXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio IC. S.

AVdio, Berchemi, & est, vt dicis, iampridem debebant bucolici mei in omnium oculis manibusque versari; sed scire & ipse potes, quæ & qualia me hactenus a vulgandis iis abstinuerunt, & quam non soleam temere etiam iudicio meo confecta plane, & quibus nihil addere consilium est, in lucem emittere, nisi si quæ forte typographorum opportunæ, importunæ preces mihi extorserunt, in quo numero sunt Curtius Rufus auctor Historię Magni Alexandri, & Vegetius, ac Frontinus, quorum iste rei bellicæ exempla, quæ stratagemata vocantur, præcepta ille tradidit, quos tu optime scire potes non tam meum me iudicium, quam Materni Cholini desiderium secutum, qua pro temporis breuitate, & veterum librorum copia potuit emendatos extrusisse verius, quam edidisse, cum interea sæpe non parua mihi damna dederit, siue hæc in infinitum procrastinandi consuetudo, siue quorundam potius indigna homine, qui literas tractare se postulet, malitia, qua ne diutius grassandi ipsis occasio sit, cauto opus est. & quando edendi & hos poetas & quos alios auctores apud me notatos & emendatos seruo, consilium aut occasio adhuc non est inserere his epistolicis magnam earundem partem commodissimum videtur; præsertim eius generis, cuius nunc ex bucolicorum meorum altero Calpurnio has scilicet proferam, Ecl IV. versu 9. I. Calpurnius Ecl. IV. versu IX. correctus

Dulce quidem resonas, nec te diuersus Apollo
Despicit o iuuenis.

lego, vt est plane legendum:

——nec te diuersus Apollo
Respicit o iuuenis, &c.

notat eruditissimus nostræ ætatis vir tacite Virgilium Libertatem Diis inseruisse dum ait:

Libertas, quæ sera tamen respexit inertem.

proprie enim Deorum hoc beniuolorum. Plautus: *Paucis verbis rem diuinam facito, atq; audin, respice. Respexit. idem pol Venerē credo facturam tibi.* hinc & nomen vico, *Fortunæ respicientis* olim Romæ; sed hac de re plura alias, iam pergamus ad illud, quod statim sequitur leue item, sed tamen non prætereundum: II. Versu XII.

Quicquid inest, syluestre licet videatur acutis
Auribus.

omnibus modis scribendum:

Quidquid id est. syluestre licet, &c.

quæ est solens poetis loquendi ratio. Virgilii illud est:

Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

III. *Versu L. bis correctus.*

& mille alia loca testes. Versu 50.

Sed nisi forte tuas melior sonus aduocet aures,
Et nostris aliena magis tibi pagina videt
Vis aliena tua subigat vir pagina lima?

monstra verborum; sed quibus in solas terras deportatis, hoc modo locus hic emendandus est:

Sed nisi forte tuas melior sonus auocet aures,
Et nostris aliena magis tibi pagina ridet,
Vis hodierna tua subigatur pagina lima?

IV. *Versu LXX. bis, ter interpolatus.*

Statim de Virgilio:

Est fateor, Meliboee, Deus; sed si mihi Phoebus
Forsitan annuerit: tu tantum commodus audi.
Scimus enim, quia te non aspernetur Apollo.
Incipe, nam faueo. Sed prospice, ne tibi forte
Tinnula tam fragili respirat fistula buxo.
Me. *Quae resonare solet si quando laudat Alexis,*
Hoc potius calamos, magis hoc sectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt, consule syluas.

corrigo totum locum, quem non difficile erat etiam ex ingenio emendare; quemque adeo hic non apposuissem, si maiorem gloriae meae, quam vtilitatis publicae rationem habuissem. emendo, inquam, praecedentes versus ex libris veteribus:

Est fateor, Meliboee, Deus, sed nec mihi Phoebus
Forsitan abnuerit, tu tantum commodus audi.
Scimus enim, quia te non aspernatur Apollo.
Mel. *Incipe, nam faueo, sed prospice, ne tibi forte*
Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,
Quam resonare solet, si quando laudat Alexin.
Hos potius calamos, magis hos sectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt consule syluas.

V. *Versu XXCVII.*

Versu 87. ex persona Amyntae legitur:

Te quoq; facundo comitatus Apolline Caesar
Respiciat, montes neu dedignetur adire, &c.

Omnino scribendum, quidquid delirent libri:

Me quoq; facundo comitatus Apolline Caesar
Respiciat.

vbi obiter iterum nota de Caesare, vt de Deo, dictum, *Respiciat.*

VI. *Versu XCII.*

Mox:

Ipse polus etiam quo temperat igne geluq;
Iuppiter ipse parens quo tu iam proximus ipse
Caesar abes.

scutica digni, qui primi ita hunc locum corruperunt, hoc modo alioqui legendum:

Ipse polos etiam qui temperat igne geluq;,

Iuppi-

Iuppiter ipse parens, cui tu tam proximus ipse
Cæsar abis.

Statim: VII. *Versu* CI.

Nec mora pharsalia sonuerunt sibila canna.

repono ex libro veteri:

Nec mora pharsalia soluerunt sibila canna.

EPISTOLA CXXV.

Franc. Modius Frederico Sylburgio S. Francofurtum ad Mœnum.

QVas ad cl. v. Ioachimum Camerarium super negotio meo, de quo vobiscum ille meo rogatu per interpretem epistolam egerat, dedisti literas, eruditissime Sylburgi, non prudenter tantum, verum etiam amanter scriptas, ita mihi placuerunt, vt de consilii tui sententia facturus sim omnia, quorum pleraque cum mihi ante quoque in mentem venissent, serio triumpho comprobari etiam calculo iudicii tui; cui ante alios has quoque in Censorino qualescunque notas permitto, cap. xx. de mundi machina: *Stoici ita pronuntiauerunt* (vbi male etiam editiones, *pernuntiauerunt*, aut *pranuntiauerunt* habent) *siue perpetuus, siue longæuus est mundus, & in flammas abit, & vicissim ex flammis renouatur ac restituitur: durantibus tamen principiis, nec recidere ad nihil videri potest, quod in se deficit, in se regignitur.* I. *Censorinus de die Natali cap.* XX. *notatus.* scribo & interpungo ex membranis: *& in flammas abit, & vicissim ex flammis renouatur, ac restituitur, durantibus tamen principiis, nec recidere ad nihilum videri potest, quod in se deficit, in se regignitur.* Lucr. lib. I.

Principium hinc cuius nobis exordia sumet,
Nullam rem e nihilo gigni diuinitus vnquam. &
Nihil igitur fieri de nihilo posse fatendum est. item
Huc accedit, vti quæq; in sua corpora rursum
Dissoluat natura, neq; ad nihilum interimat res.

vtitur & alibi passim toto opere poeta, ad quod quin respexerit in hac disputatione Censorinus dubitari vix potest. In quo ne hoc quoque quamuis leuissimum præteream, post versus duos tres: *vt Cleanthes & Chrysippus æthera.* scribendum, non vt vulgo est: *vt Cleanthes, vt Chrysippus a.* II. Cap. xxi. quod totum cum bona parte xx. item cum cap. xxii. xxiii. & xxiv. item parte in editione Rostochiana & Parisiensi abest, & deest; legitur in Aldi: *Inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorem, quo ab aliis longissime sol abest.* manifeste emendandum apparet ex iisdem membranis: *quod ab iis longissime sol abest.* Sequitur immediate: *Item in radios æquinoctiales, quod sub vertice solus est, sub quo quidam habitare putantur, & Æthiopia maximam partem.* oratio euidenter βαρβαρίζει. quare dicam, quid in scripto exemplari III. *Cap.* XXI. IV.

inuenerim: *sub quo quidam habitare putant Cydropia & Æthiopia maximam partem.* de qua Cydropia Ptolemæo, Straboni, Plinio, Melæ plane ignota censeo Delphos mittendum ad oraculum, nisi forte Vtopiæ pars est.
V. Supplетus & correctus. Sequitur de antichthonibus: *Videntur humiles atque depressi quibusque antipodes, quod ut posse videatur, efficiunt flexus, obliquitatesque terrarum: ἀντίχθονες iidem & ἀντίστοιχοι nominantur: incipit signifer non ab extremo circulo, nec ad extremum protenditur, sed ab initio tropico australi, brumalique eodem,* &c explendum, & corrigendum: *videntur humiles atque depressi, quibusque antipodes infra sunt, quod ut posse v. e. f. o. q. t.*
VI. Cap. XXII. quinquies sexies emaculatus. *a. t. e. a. n. i. s. n. a. e. c. n. a. i. p. sed ab intimo tropico australi &c.* Cap. XXII. *Stellarum aliæ cũ cælo feruntur, ideo quia non excedunt suos locos, fixæ nominantur. Aliæ contra cælum, & in ortu cæli eũt, sed mundi celeritate victa occidere videntur cum eo, quamuis cursum suum peragant. Sol maximum sydus ætheris medii lumine ignescit singulis diebus & noctu peragit singulas partes signiferum peruadit annum, Luna a sole flammatur.* emendo locis sex, & interpungo: *Stellarum aliæ cum cælo feruntur, ideoque quod non excedunt suos locos, fixæ nominantur: aliæ contra cælum, & in ortum cæli eunt, sed mundi celeritate victæ occidere videntur cum eo, quamuis cursum suum peragant. Sol maximum sydus ætheris medii limite ignescit, singulis diebus & noctibus pergit singulas partes, signiferum peruadit anno. Luna de sole flammatur.* neque aliter, quam emendo, legere est in membranis, quas sæpe laudo, nisi quod *signiferum peruadit anno*, cum *annum* æque esset in illis, de coniectura repolui, quod de Luna sequatur: *ambit circuitu breuissimo terram XXX. diebus* & perinde deinceps de reliquis syderibus.
VII. Mox est de eadem luna: *Hac crescente vniuersa gignentia pubescunt, tenuente tenuantur.* videntur magis sequendæ membranæ, in quis est: *tenuescente tenuantur.*
VIII. bis, ter emendatus ibid. Rursus mox est: *Cetera dissident, vel leuiter adspiciunt, vt tertium quodque, dicitur exagonon. Signa tropica peregrinationibus præsunt, & omnino mobilib. & in consiliis subinde variant atque permutant. Biformi geminatione rerum omnium repetitione significant.* sequor & hic m. s. librum referentem: *Cetera dissident, vel leuiter adspiciunt, vt tertium quodque quod dicitur exagonon. Signa tropica peregrinationib. præsunt, e. o. m. e. i. c. s. v. a. p.. Biformia geminationem rerum omnium repetitionemque significant.* moneoque, vt de signis biformibus legantur Iulius Firmicus Astronomicωn lib. II. cap. XII. & doctissimus Poeta Manilius Astronom. item suorum lib. II. cap. I.
IX. In fine eiusdem adhuc capitis: *Plus dies prosunt Sol, Saturnus, Iupiter, Mercurius varie & quodammodo consensit, vt visus est.* optime manu exaratus codex: *Mercurius varie & quomodo consensit, aut visus est.*
X. Cap. XXIV. Cap. XXIV. *Geometria est scientia digerendi figuras, numerose metiendi cum suis resolutionibus. Numerus est*

congre-

congregatio singulorum finita semper, & infinita natura deformis. Nota est, cuius pars nulla est, linea longitudo sine latitudine. quæ ista numerosa mensio, aut vnde nobis hic definitur numerus congregatio singulorum natura deformis? vide iocularem temeritatem eorum, qui sine dilectu quiduis in contextum recipiunt. scripserat aliquis, vbi ista incipiunt: *Nota est cuius, &c. Deformis* significans, agere hoc capite deinceps Censorinum post definitionem numeri, & Geometriæ, de formis eiusdem, quod fungi illi non capientes, coniunctas has dictiones textui inseruerunt, qui totus ita legatur, siquidem recte legatur: *Geometria est scientia digerendi figuras non nos* (malim contra libros *numeris q.) emetiendi cum suis resolutionibus. Numerus est congregatio singulorum finita semper, & infinita natura. Nota est, &c.*

EPISTOLA CXXVI.

Franc. Modius Melchiori Weissenbergero IC. S.

VEneror antiquos, sed sic, vt posteriorum temporum ingenia admirer tamen: nec cum illis faciam, qui simul ad Ciceronianum seculum ventum est, nihil se ab eo deinceps ex aliis discere, nihil posse doceri putant. ergo & in Fabio Planciade Fulgentio Mythologiarum scriptore hæc quoque nunc notare non piguit. Statim in initio libri primi: *Parumper ergo ausculta, dum tiberugosam sulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper Attica soporatam salsura nocturna præsule lucerna cōmentus sum,* putabam rectū: *Attica saporatam salsura.* cum consultis membranis Neustetterianis Combergensibus reperio: *Attica saporante salsura* longe optime, *saporante* valet saporem, siue vt proprie maxime cum Terentiano Syro loquar sapientiam addente, conciliante, adspergente. In paucis versibus: *arbitrabar agrestem securè adipisci quietem, vt procellis curarum celantibus, quo in torporem vrbana tempestas exciderat, velut Halcyone niduli, placitam, &c.* rectum est, *vt procellis curarum cessantibus.* I. Fulgentius Mytholog. emendatus præfatione. II.

Rursus in paucis versibus, *Egredimur nautarum in morem, quos tempestatum flagitamento confractos, exoptata reduces excipit ripa, & velut parietum indumentis exsuti, post domesticas stationes ambulare potius discimus, quam progredimur.* scribe cum membranis omnium optimis Sturmerianis, *Egredimur nautarum in morem, quos tempestatum fatigamento confractos exoptata reduces excipit ripa, &c.* Post aliquammulta, *Libebat me mea captiuitas, & licet nostra vacuissent industria, inueniebat tamen animus, quibus inter mala arrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galiens cursa exclusisset, quæ pene cunctis Alexandriæ ita est angiportis, quo clarius quæ a amplissima ianitua plurior habitantum numeretur.* laudatæ supra membranæ, *Li-* III. IV.

bebat me mea captiuitas, & licet nostra non viguissent industria, inueniebat tamen animus, quibus inter mala arriderat, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galeni curia exclusisset, qua pene cunctis Alexandria ita inserta est angiportis, quo chirurgica carnificina laniola pluriora habitaculis numerentur. agnosco puram putam Fabianam phrasin. Iterum aliquanto interuallo: *Certet*
V. *itaq; nos prastolamur rerum effectus, quos repulsos mendacis Gracia fabuloso commento, quid mysticum in his sapere debeat cerebrum agnoscamus.* scriptum exemplar: *quo sepulto mendacis Gracia fabuloso commento* & aut ita omnino legendum, aut certe, *quo re-*
VI. *pulso mendacis Gracia fabuloso commento.* Consequitur, *Tum illa: Vnde hac tibi, inquit, homuncule tanta ignorantia scientia? Vnde etiam ratum ordinem ignorandi?* corrigantur hæc postrema:
VII. *Vnde tam gnarus ordo ignorandi?* vix duobus versibus interiectis: *quanto satius eis erat etiam non nasci contingere, quam nasci inefficaciter viuere.* apage mihi istud *viuere*, neque membranis notum, & plane non Planciadis, sed ineptissimi alicuius nugonis emblema, qui deesse aliquid existimaret, apage & τὸ *contingere.*
VIII. Iterum post duos admodum versus: *Neq; enim quippiam ludicrum quaritur, quo ludibundo pede metrica verborum commoda sarciamus.* vetus codex Neustetterianus tresque alii, quorum mihi Louanii olim, & nuper Coloniæ Agrippinæ facta est copia, *quo ludibundo pede metrica verborum commenta sarciamus.*
IX. quam ego lectionem vt germanam amplector. De Apolline,
De Apolline. *Acteon splendens dicitur, quod tertia hora momentis vehemens insistat, lucidior fulgeat.* syncerum est me iudice, quod iidem libri referunt vnanimiter, *quod tertia hora momentis insistens lucidior fulgeat.*
X. Eodem capite, etsi illud male vulgo in plura diuidatur, *His Typhum quoq; Apollinis adiiciunt, quod sol & praterita nouerit, & prasentia cernat, & visurus sit futura.* quid de Typho somnient librarii nescio, illud scio, hic & in antiquis libris legi, & vero et-
XI. iam legi debere, quidquid delirent illi Telchines, *Tripodam quoq; Apollini adiiciunt, quod sol, &c.* De Mercurio; *Virgam vero*
De Mercurio. *serpentibus nexam ob hoc adiiciunt, quod mercatoribus det aliquando regnum vt sceptrum, & vulnus vt serpentium.* aptius paulo membranæ, nisi iudicans fallor; *quod mercatus det aliquando regnum vt sceptrum, & vulnus vt serpentes.* sed o frigidam hanc Fulgentii de caduceo Mercurio poetarum carminibus tributo rationem. tuam fidem Weissenbergere audistin vnquam aliquid magis præter rem? atqui talia in isto Afro infinita reperias, in quo quod paulo post est, *Solet igitur alludere his speciebus*
XII. *& honeste mendax Gracia; & poetica garrulitas semper de falsitate ornata phaleratior, vt & Danae imbre aurato corrupta est, non pluuia, sed pecunia. Et raptum Ganymedem aquila non vere*

volu-

volueris, sed bellica præda. puto non paulo concinnius in libris antiquis esse: *Solet igitur alludere in his speciebus & honeste mendax Græcia, & poetica garrulitas semper de falsitate ornata. Danae corrupta est auri pretio, non auri inpluuio, non pluuia, sed pecunia. Ganymedes raptus est ab aquila non volucri, sed bellica præda.* Vale.

EPISTOLA CXXVII.

Franc. Modius Iacobo Campio IC. S. Bonnam.

QVod tam nihil scribas cl. v. toto fere biennio, occupationibus tuis antea & profectionibus lubenter imputabam; nunc etiam temporibus, quibus sane tam ancipitibus inique impetuosus, aut certe morosus & querulus videatur, qui ab amico literarum officium exactius desideret, magisque humanum sit, de silentii caussis dolore affici, quam de silentio conqueri, tantum ne quid de amore erga me tuo del[...] interim taciturnitas tam longa: de ipso vid[...] [...]ris perpetuo sim, quem esse tum voluisti, cum in[...] me non tantum officiis, sed etiam magnis, difficilimis meis temporibus beneficiis cumulasti. Nunc autem, si quæris, eclogas in Seneca meas examinabam, fereque hæc ad te mittenda reperiebam.

Epist. xv. *Accedunt pessima nota mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum & vinum occupati, quibus ad votum dies est actus, si bene desudauerunt, si in locum eius, quod effluxit, multum potionis alterius ieiuno gutture ingesserunt.* Nihil hic Pincianus, aut ante Pincianum Erasmus, libri membranacei tamen, quib. ego vsus, referunt vno consensu: *si in locum eius quod effluxerit, multum potionis altius in ieiunum guttur regesserunt.* quod te, Campi eruditissime, arbitrari velim. I. Seneca filius emendatus Epist. xv.

Epist. xvII. *Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictu fœdam tulerunt famem.* dico scribendum videri: *& dictu fœdis tulerunt famem.* II. Epist. xvII.

Eadem Epist. *Hæc ad alios pertinent, tum locupletibus propior es. Sæculum muta, nimis habes. Id est, omni sæculo quod sat est.* In vno m. l codice ista: *Id est omni sæculo quod sat est*, non comparebant, in duobus hoc mod[o] l[e]gebantur: *Id est autem omnia secula quæ sata sat est.* vnde suspicabar gl[o]ssemata hæc esse, legendumque eis omissis: *Hæc ad alios pertinent, tu locupletibus propior es. Sæculum muta, nimis habes.* redeamus, inquit, ad Fabriciorum & Curiorum tempora, inmodice diues erit. III.

Epist. xvIII. *December est mensis, quo maxime ciuitas desudat. Ius luxuriæ publicæ datũ est, ingenti apparatu sonant omnia, tanquã quiddam inter Saturnalia non intersit, & dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, vt non videatur mihi errasse, qui dixit, olim mensem Decembrem fuisse nunc annum.* sine sententia oratio IV. Epist. xIIX.

est. tentant igitur quidam corrigere mutato τὸ *non* in *nunc*, leguntque *tanquam quiddam inter Saturnalia nunc intersit*, at ego profiteor, cum illud *non* in tribus nostris m.ss. codicibus non reperiatur, plane scribendum ex auctoritate eorundem: *December mensis est, quo cum maxime ciuitas desudat. Ius luxuria publice datum est, ingentis apparatu sonant omnia, tanquam quiddam inter Saturnalia intersit, & dies rerum agendarum*

V. Eadem Epistol. *Tunc mihi crede Lucili, exsultabis, dipondio satur, & intelliges ad saturitatem non opus esse fortuna: hoc enim, quod necessitati sat est, debet etiam irata.* scripti, quos vidi, consentiunt emendandum: *& intelliges ad securitatem non opus esse fortuna.* tota præcedens epistola versata in eo est, vt Lucilio, quem a philosophia abstinebat res familiaris, quam ita se prius disponere velle dicebat, vt posset sufficere nihil agenti, ac sic animo otioso, & de rebus ad vitam necessariis securo studiis daturum se promittebat; vt huic inquam Lucilio persuaderet, posse iam

VI. Epist. XXI. tum eum de paupertate securum hoc agere, atque hoc est, quod iterum hic repetit. Epist. XXI. *Ingeniorum crescit dignatio, nec ipsis tantum habetur, sed quidquid illorum memoria adhæsit, excipitur.* legendum ex membranis voce auctius: *nec ipsis tantum*

VII. Epistol. XXII. *honor habetur, sed, &c.* Epist. XXII. *Non est vir fortis & strenuus, qui laborem fugit, verum vbi crescit illi animus ipsa rerum difficultate d centur tibi ista, &c.* male acceptus locus, & qui ita ex membranis corrigendus videtur: *Non est vir fortis, & strenuus, qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa difficultate. Dicentur, &c.* Silius ita de Hannibale cecinit:

——*gaudetq; nitescere duris Virtutem.*

VIII. Eadem Epist. *Sic de ambitione, quomodo de amica queruntur, & si verum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant.* malo scriptam lectionem: *Sic de ambitione quomodo de amica queruntur, id est, si verum, &c.*

IX. Epist. XXIII. Epist. XXIII. *Quid autem id erit, nisi vt te exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentum quod sit quæris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc esse dixi, etiam culmen est..* venustius leguntur in membranis hæc postrema ita: *Fundamentum hoc esse dixi? culmen*

X. Epist. XXIV. *est.* Epist. XXIV. *Quosdam subit eadem faciendi, viuendiq; satietas.* emendandum: *eadem faciendi videndiq; satietas.* sequitur e-

XI. Epist. XXV. nim: *& vita non odium, sed fastidium.* Epist. XXV. *Tunc præcipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba, si bonus vir, si quietus, si temperans vis esse: alioquin in turbam tibi a te recedendum est: istic enim malo viro propius es.* lego, scriboque ex libris: *Tunc præcipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba, si bonus vir, si quietus, si temperans: alioqui in turbam tibi a te recedendum est; istic enim malo viro propius es.* illa *vis esse* a mala manu sunt. Epistol. XXVI.

XXVI. *Modo dicebam tibi, in conspectu esse me senectutis, iam vereor ne senectutem post me reliquerim. Aliud iam his annis, huic corpori vocabulum conuenit.* melius addita de membranarum penu vocelegetur: *Aliud iam his annis, certe huic corpori vocabulum conuenit.* Eadem Epist. *Quid egeris tunc apparebit, cum animam ages. Accipio condistonem humanam, non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, sed tecum quoq; me locutum puta, iunior es, quid refert? non dinumerantur anni* membranæ omissa voce *humanam* ab aliquo sciolo huc inculcata: *Accipio conditionem, non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, sed tecum quoq; me locutum puta, iuuenior es, quid refert? non dinumerantur anni. iuuenior* dixit, qua forma Calpurnius aliique *diuitior.* Epistol. XXVII. *Clausium Sabinus memoria nostra fuit diues & patrimonium habebat liberum & ingenuum.* si *liberum & ingenuum*, quomodo subiungit statim: *Nunquam vidi hominem indecentius beatum?* plane vera lectio veterum codicum, qui *Caluisium* non *Clausium* hunc vocant. *& patrimoniū habebat libertini & ingenium* inuidiosæ sub Tiberio, & maxime Claudio erant libertinorum opes, vt ex omnibus omnium Historicorum eius temporum scriptis constat, & tu Campi, optime nosti, qui ingenium quoque Sabini libertinum veluti acerbe notari hic a Seneca vides, tanquam seruile quid & obtusum sapiens. Vale.

XII. Epist. XXVI.

XIII.

XIV. Epist. XXVII.

EPISTOLA CXXVIII.

Franc. Modius Adolpho Scheiffarto a Merode Bornhemii Domino S.

SCio me peccare largiter generosissime Scheiffarte, cum tanto tempore nihil ad te literarum do; sed interdum subit vereri, vt tibi in fatali hac rerum conuersione iucundum aut vacuum sit nostras de otiosis, & nihil ad præsentem statum animo æquiore perferendum adiutamenti conferentibus literis literas legere. hoc non dubium animi me fecisset, isstent ad te iam pridem volumina a me tota; quid enim malle debeo, quam cum illo per interpretes epistolas colloqui quam sæpissime, cuius mihi sermonum amantissimorum recordatio etsi nunquam non iucundissima est, literarumque liberalissime scriptarum exempla quotidie in oculos animumque incurrentia magno sunt delectamento semper; tum tamen nescio, quomodo solidam mihi voluptatem pariunt, cum vel de te, quod non raro fit, aduersus alios loquor, vel ad te ipsum scribo aliquid; hic tantummodo, quem dixi, scrupulus mihi eximatur, si est, vt quam frequentissime scribere me velis sin, tum vel has ipsas cum adiectis in Valerium notis concerpe. Lib. III. cap. VII. quod est de fiducia sui: *Has inquit* (L. Scipio) *Quirites, die, Cor-*

I. Val. Maximus notatus lib. III. cap. VII.

thaginem magna sperantem, leges vestras accipere iussi. malim: *magna spirantem.* Propertius:

Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
Forsitan includet crastina fata dies.

II. sic enim & ibi quoque malo legere, quam vt alii: *qui nunc magnum speramus.* Statim post allegata ex Valerio modo verba: *Restabant, vt tribunus apud populum sine populo ageret, desertusq; in foro cum magno calumniæ suæ ludibrio solus moraretur. cuius deuitandi ruboris caussa, in carcere iussum processit.* ista: *deuitandi ruboris caussa.* prope tota in mendo cubant in Bambergensi scripto codice; sic tamen vt appareat locum tot verborum non esse capacem, quare scripserim: *cuius deuitandi ruboris* omisso τὸ *caussa.* Græca figura, sed Latinis quoque vsitata, & plane solenti, nisi quod vbique a barbaris & indignis libros tractare additis *caussa, gratia,* & similibus pessime interpolata est. Lib. IV.

III. Lib. IV. cap. I. cap. I. De animi moderatione: *Toties laudatio Marcelli variari potest, quoties nouis ipse gradibus moderationis aduersus socios vsus est.* plane legendum, legiturque in membranis Bambergensibus addita negatiua: *Toties laudatio Marcelli variari non potest, quoties, &c.* negat orationem totiens variari posse, quotiés

IV. Cap. VIII. Marcellus noua moderationis suæ documenta dederit. Cap. VIII. & vltimo de liberalitate: *Hiero Syracusanorum rex audita clade, qua Romani apud Thrasymenum lacum erant affecti, trecenta millia modium tritici & ducenta mill a hordei, aurique ducenta & XL. pondo vrbi nostræ muneri misit. Neq; ignarus verecundiæ maiorum nostrorum, quod nollent accipere, in habitum id Victoriæ formauit.* Latinior haud dubie scriptura Bambergens. *Neq; ignarus verecundiæ maiorum nostrorum, ne nollent accipere, in habitum, &c.*

V. Lib. V. cap. I. Lib. V. cap. I. de humanitate & clementia. vbi de Pisistrato: *si nihil (inquit) aliud dignum honore vel memoria gessisset, his tamen factis abunde se posteri a i commendasset.* compendiosius paulo membranæ: *Si nihil aliud dignum memoria gessisset.* de quo viderint alii, dum meminerint posse sane omissa

VI. Cap. III. abesse. Cap III de ingratitudine: *Hanc hereditatem paternam maximi ducis (Miltiadis) filius (Cimon) & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se, ortum, catenas scilicet & carcerem, gloriari potuit.* iterum eædem membranæ, quibus auscultandum censeo: *Hanc hereditatem paternam maximi ducis filius, &*

VII. Lib. VIII. c. I. *futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se creuisse, catenas scilicet, &c.* Lib. VIII. cap I. de Felicitate: *Ita Gyges dum adstipulatorem vanæ opinionis Deum habere concupiscit; vbinam solida & secura esset felicitas, didicit.* liber vetus: *vbinam solida & syncera esset felicitas, didicit.* quæ mihi lectio videtur syncerior.

VIII. Cap. III. Cap. III. de vafre dictis aut factis: *Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam Atheniensis vniuerso populo inuisus, caussam apud*

eum

cum de capitali crimine dictum, maximum honorem subito petere cœpit: Non quod speraret se illum consequi posse; sed ut haberent homines, ubi procursum iræ, quæ acerrimus esse solet, effunderent. Neq; eum hæc tam calidi consilii ratio fefellit; comitiis enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, &c. idem liber vetus Bambergensis: *At ne ille quidem parum prudenter, qui Athenis universæ p. i. c. a. e. d. c. c. d. m. h. s. p. c. N. q. s. s. i. c. p. s. v. b. h. v. p. i. q. a. e. s. e. N. e. h. t. c. c. r. f. comitii enim clamore infesto, &c.* quod probo. lib. IX. cap. IV. de Auaritia: *Verum aliquanto maiores vires in Q. Cassio exhibuit, qui in Hispania M. Silium & A. Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus, dimisit. Atqui ne dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoq; suum æquo animo illum fuisse præbiturum.* ita ex Atrebacensi m. s. codice hæc constituit Pighius; cum legeretur antea: *At quis dubitet si alterum, &c.* cum nota aspirationis in fine, quam retinens ego lego ex Bambergensibus membranis, quæ referunt: *At hunc dubites.* mutato leuiter *At* in *An.* *An hunc dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoq; suum æquo animo illum fuisse præbiturum?* Eiusdem lib. & cap. *Odium meruit auaritia Septimuleii auaritia. Ptolemæus autem regis Cypriorum risu prosequenda: Nam cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset, propterq; eas periturum se videret, &c.* scribo ex vestigiis lectionis scriptæ: *cum anxiis sordibus magnas opes corrasisset.* IX. Lib. IX. cap. IV. X.

EPISTOLA CXXIX.

Fran: Modius Gabrieli Rolandio S. Antuerpiam.

Videtur hoc habere suum, & quasi fatale nostra Belgica, vt homines in hoc officii genere alibi diligentissimos, reddat in rescribendo segniores, sic ego me memini olim, & nunc adeo nuper, cum istic essem, vix a me potuisse impetrare, vt pluribus amicorum ad me Epistolis, breui aliquo scripto obiter responderem, quo nomine etiam non raro eorundem amicorum & familiarium literis vapulare soleo; nolim tamen te, mi Rolandi, ad hoc exemplum meum in respondendo fieri tardiorem. neque sane si maxime fieri velis, licere id tibi arbitror; cum enim vicissitudine literarum hactenus satisfeceris omnibus, eaque tua assiduitate magnam & gratiam inieris, & laudem merueris, non potes sine magno flagitio repente demutare, & tui dissimilis euadere, quod ego adeo iam ad te, ne sis nescius, quia complures iam abiere dierum hebdomadæ, aut si desiderio meo signentur tempora anni potius, cum nihil a te literarum ad me allatum est. id quam præter spem meam, & promissa tua, alterum scis, alterum non difficulter conicere potes; cui rei vt

medeare, & ad officium redeas, si forte peregrinatus est animus tuus aliquamdiu, etiam atque etiam te oro, mittoque quædam
I. ad te, quæ hodie ex Ciceronis oratione pro lege Manilia nota-
Cicero pro L. Manilia notatus. ui, eius hæc verba sunt: *Quid? idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum vsq; in Hispaniam misit? eumque Pompeius legatum semper iudicauit, ii, quibus semper erat molestum ad eum potissimum esse missum, speculatorem quam legatum iudicari maluerunt.* habebant m. ss. *Quid? idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum vsq; in Hispaniam misit eum, quem Pompeius semper legatum iudicauit, hi, quibus erat molestum ad eum potissimum esse missum, speculatorem quam le-*
II. *gatum iudicari maluerunt.* nec displicet. Mox: *Dubitabitis Quirites, quin hoc tantum boni, quod a Diis immortalibus oblatum & datum est.* haud dubium, quin legi debeat: *quod vobis a Diis immortalibus oblatum & datum est.* quo pacto etiam coniicit scri-
III. bendum Lambinus, qui etiam post, vbi est: *Nam tu idem Q. Hortensi multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A. Gabinium grauiter ornateque dixisti; cum is de vno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset, & ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti.* hic, inquam, idem Lambinus putat legendum: *Et ex hoc ipso loco permulta contra legem verba fecisti.* sed verius est in his membranas nostras, quam aliorum coniecturas sequi, quæ habent: *Et ex hoc ipso loco permulta item contra eam legem*
IV. *verba fecisti.* Dicit porro Cicero: *An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris caussa nomino, cum Tr. pl. fuissent, anno proximo legati esse potuerunt, in hoc vno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam præcipuo iure esse deberet? De quo legando spero Consules ad senatum relaturos, qui si dubitabunt, aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum: neque me impediet Quirites, inimicum edictum, quo minus fretus vobis, vestrum ius beneficiumq; defendam.* quem totum locum ita in membranis extare profiteor: *An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiensis, Cn. Lentulus, quos omneis honoris caussa nomino, cum Tr. pl. fuissent anno proximo legati esse potuerunt, in vno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore atque exercitu, quem per vos ipse constituit, etiam præcipuo iure esse deberet? De quo legando spero Consules ad Senatum relaturos, qui si dubitabunt, aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum: neq; me impediet cuiusquam iniquitas, quo minus fretus vobis, vestrum ius beneficiumq; defendam.* apposui vulgatorum & m. s. librorum lectionem, nunc vtramq; examinemus. in m. s. non est ibi: *in hoc Gabinio* illud *hoc*, & ne sit sane; potest enim abesse. scribit idem:

Cælius

Calius Latiensis, non *Calius Latiniensis*, testis & Vrsinus cognomen hoc varie legi, aitque quosdam veteres libros habere Laieriensis, vnde coniicit legendum *Laterensis*, quod ait Iuuentiæ quoque familiæ esse cognomen, & sit sane ita. est in eodem m. s. *in hoc Imperatore atque exercitu, quem per vos ipse constituit* non, *quem per se ipse costituit* recte. & ita arbitror Ciceronem, qui populo placere voluit, scripsisse, alioqui illud *per se* inuidiosum Gabinio fuisset, cum contra etiam fauorem & gratiam conciliare, ei potuerit Orator dicendo, consilio quidem eius, sed populi auctoritate exercitum hunc fuisse constitutum, adeo vt qui illi hoc nomine iniquiores essent, non tam eius legem, quam populi potestatem labefactare, & in quæstionem vocare viderentur, atque hoc, id, quod huic loco subiungam, & mox sequitur, magis etiam confirmabit. refert adhuc hic m. s. *neq; me impediet cuiusquam iniquitas*. non vt vulgo est: *neq; me impediet, Quirites, inimicum edictum*. de quo vt non valde disputo, ita scriptam lectionem optime posse intelligi dico de iis, qui cum tribunos, de quibus hic dixit Cicero, anno proximo a tribunatu legatos esse passi sint, Gabinio soli tam impotenter id negent, sed iam ad locum, quo dixi in hoc proximo posteriore quædam confirmari: *Mea quidem* (ait Cicero) *sententia Quirites unus A. Gabinius belli maritimi, rerumq; gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur propterea, quod alter vni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum susceptumq; confecit* vbi Lambinus: *a codice*, inquit, *m. s. vox vtraq;, qua est in vulgatis, auctor, comes, aberat: Sed Memmius & Auratus censent vocem alteram tantum, auctor, esse delendam, alteram retinendam*. optime quidem doctissimi illi viri, sed melius tamen, vt arbitror, membranæ nostræ: *Mea quidem sententia, Quirites, unus Gabinius belli maritimi, rerumq; gestarum Cn. Pompeio socius adscribitur, propterea, quod alter vni illud bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit: alter delatum susceptumq; confecit.* atque ita supra dixerat nimirum Cicero, Gabinium per populum exercitum Pompei constituisse, vt hic ait eum eiusdem populi suffragiis bellum hoc vni Pompeio suscipiendum detulisse. Vale.

EPISTOLA CXXX.

Franc. Medius Andreæ Schotto Salmanticam S.

SEnecæ te nouam editionem adornare, Schotte amicissime, magna cum voluptate legi, cupioque eam rem tibi æterno honori esse: eritq; profecto, si qua Victorem, qua Melam fide, & diligentia nuper, Philosophorum extra controuersiam principem recognitum nunc nobis dederis. Et suppeditabit opi-

nor non exiguum tibi ad banc rem adiumentum Hispania, in qua nunc es; in cuiusque bibliothecis abditus non dubito, quin plurimus & præcipuus grauissimus hic scriptor, in quo nos hæc nuper notabamus, quæ vide an te iuuare in hoc instituto possint.

I. Seneca notatus Epist. IV. Epist. IV. *Alius se præcipitauit a tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret.* melius aberit præpositio, nec est in membranis Dominicanorum Herbipolensium. sic dixit Horatius: *Hic se præcipitem tecto dedit, ille flagellis ad mortem cæsus,* &c. sed nihili hoc.

II. Epist. V. Epist. V. *Hoc primum Philosophia promittit, sensum communem & congregationem, a qua professionis dissimilitudo separabit.* puto legendum ex inspectis laudatis modo membranis, & altero veteri scripto codice S. Stephani: *Hoc primum Philosophia promittit, sensum communem & congregat omnes, a qua professione dissimilitudo nos separabit.* vt sit sensus: Ne professione ab aliis diuersi simus, sed vita: cumque eadem, quæ alii professi erimus, eademque numero censi, solis moribus distinguamur, quod est vere philosophicum, cum nebulones & scurræ contra sectarum ostentationem tumidi, barbaque, pallio, & squaliore quodam philosophum mentientes, vitam etiam communi flagitiosiorem ducerent; sic Curtius meus Cobarem nescio quem magicæ artis professione magis, quam scientia celebrem memorat. videatur præterea Epistola XIV. & constabit, opinor, veram esse lectionem, quam a magno illo Erasmo parum intellectam, & hac caussa malo exẽplo ita, vt nunc circumfertur, contra libros

III. Epistola IX. interpolatam, ex eisdem libris reposui. nunc ad Epist. IX. *Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult. si ob nihil aliud vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, non ob hoc, quod Epicurus dicebat,* &c. membranæ omnes omisso vtroque loco τὸ *ob: si nihil aliud, & non hoc, quod Epicurus dicebat.* &

IV. probabis, sat scio, Schotte. Eadem Epist. *Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si vllum in illa placet pretium præter ipsam.* hic quoque malo cum veteribus libris: *placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si vllum in ipsa placet præter ipsam.* simile quid notaui ad cap. XII.

V. lib. IV. de Beneficiis. Adhuc eadem epist. IX *Si cui, inquit, sua bona non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.* apage mihi illud *bona*. in membranis sane, quas ego in-

VI. Epist. XI. spexi, nullum comparet. Epist. XI. *Elige itaq. Catonem, si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lælium, elige eum, cuius tibi placuit & vita, & oratio, & ipsius animũ ante te ferens & vultus, illum semper tibi ostende, vel custodem, vel exemplum.* qui potest quis animum alterius ante se ferre? plane scribo legoque: *& ipsius ante se ferens animum vultus.* turbauit bonos viros insolens illud *ipsius* antique pro ipse positum, vt etiam

jam pueri, qui modo Terentium vel a limine viderint, sciunt. VII.
Epist. XII. *Ideo Heraclitus, cui cognomen Scotinon fecit orationis* Epistola XII.
obscuritas illud *Scotinon* cum in membranis non sit, vt glossa VIII.
literatoris alicuius omitti non incommode posse videtur. Eadem Epist. *nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non in vno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi vices.* scripti codices tres: *quod non & in vno die inuenias. lucem & noctem, & in alternas mundi vices* placet. Eadem adhuc Epist. *Pa-* IX.
cuuius, qui Syriam vsu suam fecit, cum vino & illis funereis epulis se sepelisset. membranæ: *illis funerib. epulis.* scripsisse nimirum
Senecam: *illis funebrib. epulis.* Et statim: *& in somnum ituri.* non X.
vt vulgo male est: *in summum ituri.* superius illud monuit & Pincianus, qui tamen illa verba, *se sepelisset.* quod in libris quibusdam non inuenisset, non recte omitti posse censere visus est. omnino enim ad elegantissimam huius loci allegoriam ne-
cessaria sunt. Epist. XIII. *Multum tibi esse animi scio, nam etiam* XI.
antequam instruerem te præceptis salutaribus, &c. membranæ pleræque: *antequam instrueres te.* quod valebit, antequam philosophiæ te dedidisti. & propemodum mihi magis placet.
Mox: *Ille, qui vidit sanguinem suum, cuius dentes crepuerunt sub* XII.
pugno &c. pugnant libri scripti vt reponatur: *ille, qui vidit sanguinem suum* & constat sane quosdam magis viso sanguine suo
consternari, quam ipsis vulneribus. Eadem adhuc Epistola: *Pu-* XIII.
det me sic tecum loqui. & tam leuibus te remediis refocillare. alius dicat, fortasse hoc non veniet: tu dic, quid porro si veniet? videbimus virum vincet, &c. membranæ: *Pudet me sic tecum loqui & tam leuibus te remediis focillare. Alius dicat, fortasse non veniet: tu dic. Quod porro si veniet? videbimus vter vincat.* quam lectionem ex parte Pinciani quoque codices Hispanienses confirmant.

Epistola XIV. *Interdum populus est, quem timere debeamus: inter-* XIV.
dum, si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per senatum transi- Epistol. XIV.
gantur, gratiosi timeantur in eo viri. lectio vitii manifesta, atque hoc modo restituenda pristino: *Interdum populus est, quem timeamus; interdum, si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per se-*
natum transigantur, gratiosi in eo viri. Eadem Epistol. *Pars enim* XV.
securitatis & in hoc est, non ex professo eam petere. Non est nostra professionis vulgi fauores appetere: quia quæ quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum nihil inde concupiscamus, vnde rixa est inter competitores, &c. hic ego primum moneo ista: *Non est nostræ professionis vulgi fauores appetere.* non a Seneca sed a monacho aliquo esse, qui hoc emblemate oram libri sui ornarit, quod postea in contextum ab imperitis translatum sit; deinde totum locum sic lego, constituoque: *Pars enim securitatis & in hoc est,*

non ex professo eam petere, quia quæ quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum nihil idem concupiscamus, rixa est inter competitores. Adhuc
XVI. eadem Epist. *Difficile enim temperamentum est, verendumq́, ne in contemtũ nos invidia & timor transferant, ne dũ calcari nolumus, videamur posse calcari.* manifesta res est scribi debere: *ne dũ*
XVII. *calcare volumus, videamur posse calcari.* Statim: *hæ literæ nõ tantum apud bonos, sed apud mediocriter malos, insularum loco sunt.* q̃ tandem illæ insulæ, de quibus hic Seneca? credo in quibus tutum philosophis exsilium sit, plane emẽdandum, *infularum loco sunt.* hoc est, venerationem & auctoritatem nobis addunt. Virg. *nec Apollinis infula texit.* sed satis iam hæc leuia persecuti sumus, reliquaque, vt spero, tibi, Schotte amicissime, curæ erunt, & vt sint, te hic admonitum volo, & valere opto. Wirzeburgi ex a. d. IV. Calend. Maias CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPISTOLA CXXXI.

Franc. Modius Iano Gulielmio suo S. *Coloniam Agrippinam.*

SIt sane ita, Gulielmi, magnus in his studiis vir fuerit D. Lambinus, ideo licere quiduis homini in optimum & doctissimum quemque putabimus Victorium, Langium, alios vt semidoctos, & si Diis placet, barbaros, ac Latinæ linguę ignaros, passim traducit, cum tamen hi sint illi, a quibus tantum in Ciceronis recognitione adiutum fuisse constat, quãtum haud scio an ab vllis omnino aliis: sed quid de istis queror, quorum Italũ alterum, alterũ Belgam ipse Gallus suo quodammodo iure, vt alienigenas contemnere potuit, cum ẽt non pepercerit suis? de quib. vt Muretum & infinitos alios mittam, an non ausus est Turnebum, illum, inquam, Turnebum, quo doctiorem Gallia non vidit, plagii accusare? sed bene quod nemo credit, non magis quam cũ dissimulare studet nostrorũ hominum & iam non de Langio, sed aliis quãplurimis loquor, in Ciceronem laboribus meritisque quidquã deberi, quorũ quantum ille ipse Lambinus cum iudicio, tum libris diligentiaque in hoc scriptore adiutus fuerit, qui videre volet, is postremam eius editionem cũ priorib. contendere ne grauetur. Cetera, vt spero, tibi curæ erunt, dico in quib. plusculum sibi etiam contra libros omnes idem Lambinus licere voluit. est tibi certe facultas cernendæ huius tantæ, quantam ex alio scriptorum frustra speres gloriæ, ad quam vt accedat ẽt voluntas, præter eam, quam dixi laudem, mouere te debet doctissimorum hominum per Belgicam & Germaniam exspectatio, quos omnes hac spe impleuit, futurum breui, vt per te hunc auctorem omnium optimum, & ad vsum vitæ maxime necessarium, quam emendatissimum habea-

habeamus. ego promisi, tu vide, ne amicum vanitatis accusari patiare, & considera, an in hoc instituto hæc te forasse iuuare possint. Oratione, pro Deiotaro: *Multa se arbitratur & peperisse antea factis, & habere in animo atq; virtute, quæ nullo modo possit amittere.* sic scribendum coniunctim: *Multa se arbitratur & peperisse antefactis, &c.* sexcenta hoc exemplo in Cicerone & exscriptorum incuria, & correctorum audacia, siue temeritas est, corrupta sunt. *antefactis* certe habent hic vno consensu tres m. ss. codices, quorum duo sunt Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis, tertius viri doctissimi mihique amicissimi Suffridi Petri IC. & sic locutus Liuius lib 7. belli Macedonici, cum ait: *Vos modo id decere & conueniens esse antefactis dicent.* I. Cicero pro Deiotaro notatus.

II. Præcessit eadem oratione: *Blesamius inquit (eius enim nomine optimi hominis, nec tibi ignoti maledicebat tibi) ad regem, inquit, scribere solebat, te in inuidia esse, Tyrannum existimari, &c.* lego: *Blesamius, inquit. (eius nomine, optimi viri, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem scribere solebat, te in inuidia esse, Tyrannum existimari. &c.* ita, inquam, lego, quomodo etiam dicti tres m. ss. constanter referunt, nisi quod in duobus est *inuidia esse*, pro *in inuidia esse*. Eadem varietate, qua in Epistolis quoque ad Atticum lib. 11. modo est: *Non. n. poteramus vllo modo esse in inuidia spoliati opibus.* modo: *Non enim poteramus vllo modo esse inuidia spoliati opibus.* scilicet facile fuit labi exscriptoribus propter eiusdem syllabæ iterationem. Porro quod hic dicit Cicero *in inuidia esse*, & Salustius Iugurthino: *in inuidia rem esse*, Tacitus, Ouidius, alii *inuidia esse* dixerunt.

III. Idem pro M. Marcello. Oratione pro M. Marcello hæc leguntur: *Intellectum est enim mihi quidem in multis, & maxime in me ipso, sed ante in omnibus cum M. Marcellum senatui populoq; Rom. & reipub. concessisti, commemoratis, &c.* vbi omissis illis: *Populoq; Rom.* (quæ nata sunt ex notis R. P. quæ cum Rempub. denotent, præpostere ita scriptæ, P. R. populum Romanum significant, scribatur: *Cum M. Marcellum senatui reique pub. concessisti.* sequitur enim statim: *te auctoritatem huius ordinis* (senatorii f.) *dignitatemq; reipub. tuis vel doloribus, vel suspicionibus anteferre.* nulla mentio tertii membri, quod erat, *Populoque Rom.* quodque plane omittendum, conuincunt satis hæc ex orat. pro Q. Ligario: *Fac igitur, quod de homine nobilissimo & clarissimo fecisti nuper in curia, nunc idem in foro, de optimis & huic omni frequentia probatissimis fratribus.*

IV. Legitur mox: *Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit.* rursum hic quid sibi velint ista, *tanta copia*, plane non video, & sunt omnino (neque enim in tribus m. ss. reperiri possunt) a mala manu, vel quod præcessit: *omni copiarum genere abundantes*, vel quod in memoria haberet, qui ea huc inferret, alibi Ciceronem de eloquentia agentem ista coniungere.

V. Scribo etiam statim cum membranis: *Itaq; C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non solum nostris, sed pene omnium gentium linguis, atq; literis; neq; ulla usquam ætas de tuis laudibus conticescet.* non, cum vulgo: *Itaq; C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur, illæ quidem non solum nostris, sed pene omnium gentium literis atq; linguis, neq; ulla unquam ætas de tuis laudibus conticescet.* quod hic ordo inconcinnior sit, sententia et contra mentem Ciceronis, qui, ut initio posuit, non Romæ tantum, sed ubique terrarum Cæsarem semper celebratum iri, significare vult. & habent sane Colonienses membranæ *usquam*, non *unquam*. Post multa:
VI. *parietes medius fidius, C. Cæsar, ut mihi videtur huius curiæ tibi gratias agere gestiunt.* emendandum ex membranis Coloniensibus: *ut mihi videntur.* monuit & Lambinus, ita sibi legendum videri, sed de coniectura, an ex libris ita scribendum existimet. id vero non addit, quare lubuit, ne quis ei dubitet credere, eius siue inuentum, siue iudicium, veterum codicum auctoritate confirmare. Iterum post multa est:
VII. *Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt. ingratus est iniustusque ciuis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum, ut etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, quam qui in caussa animam profudit.* hunc locum doctissimus Victorius quod intricatum videret, adiuuandum censuit addita negatione, reponens: *quam qui in caussa animum non profudit.* quod factum contra librorum auctoritatem, aliter tulit Lambinus, quam illum decuit, qui sexenties inuitis & repugnantibus libris omnino omnibus ita aut ita legendum pronuntiat, explicatque hunc locum non male quidem ille, sed ita, ut maneat summa in verbis Ciceronis difficultas, imo ut, quod ipse ait, vix ex iis erui possit, cui rei ut fiat medicina, sic hunc locum ex tribus m.ss. vetustissimis codicibus scribendum censeam: *Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt; ingratus est iniustusq; ciuis, qui armorum periculo animum tamen retinet armatum: ut tam ille sit melior, qui in acie cecidit, qui in caussa animam profudit.* videsne, quam fiet omnia clara hoc modo, quam nihil habeant difficultatis? sed iam manum de tabula, te enim magistrum adesse video, ac saluere iubeo.

EPISTOLA CXXXII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

ASsidue & diligenter sum in conferendis manu exaratis, quorum mihi tantum est copia, ad cusos, & typis descriptos codices, variantesque omnes lectiones, quæ quidem tales sint, ut hoc labore non indignæ videantur, cum cura excerptas in Nouantiquas meas conuicio, quas iam eo perduxi, ut iustum volumen

volumen facturæ videantur. hodierna in hoc genere ista sunt, quæ apud Senecam nactus sum; non cothurnatum illum tragœdum quidem, sed hunc togatum philosophum, cuius ipsius exemplo in aliena quoque interdum castra non tanquã transfuga sed tanquam explorator transire soleo.

Epistola LVI. *Sed non multum ad tranquillitatem locus confert, animus est, qui commendat.* paulo plenius membranæ abbatiæ S. Stephani: *animus est, qui sibi omnia commendet.* Epistola LIX. *Hoc nolo mihi credas, sed fideli Virgilio.* vt ita Seneca scripserit? parum etiam illum nouit, cui id persuaderi poterit. omnino emendandum: *sed fidem Virgilio.* volo puta te adhibere. Eadem Epistol. *Si recentiorem quæris, Fabianum disertum, & eloquentem orationis etiam ad nostrum fastidium nitida.* alias: *& elegantem.* sed ego Senecam scripsisse puto, vbi habent membranæ: *Fabianum disertum & orationis ad nostrum fastidium nitidæ.* I. Seneca notatus Epist. LVI. II. Epist LIX. III.

Iterum eadem Epistol. *Cetera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est; habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos, Parthos, colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit, quia sub alio est, in speciem.* repono: *Ita qua multa continet, in genus cadit, qua sub alio est, in speciem.* sic enim & epist. XCI. recte emendauit Pincianus: *sicut multa sapientes faciũt, qua homines sunt, non qua sapientes.* & rursum: *cursu omnes antecibit, qua velox est, non qua sapiens* quibus locis omnibus male antea *quia* obtinebat. sed redeo ad epist. LIX. in qua quod est: *hoc sic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata esse, aut inanimata.* atque iterum: *Corpus quomodo diuido? vt dicam, aut animantia sunt, aut inanimata.* legunt membranæ priore loco: *corpora omnia aut animalia esse, aut inanimalia.* posteriore: *aut animantia sunt, aut inanimantia.* quod vtrobique mihi quidem nõn displicet. vt enim hic fortunæ Græciæ non agantur, satius tamen opinor Senecam suis verbis loquentem audire, quam alienis. Non discedo adhuc ab epist. LIX. in qua sequitur satis longo interuallo: *Hoc ego, mi Lucili, soleo facere, ex omni vacatione (etiamsi a philosophia longissime auersa est) eruere aliquid conor, & vtile efficere.* *vacatio* hoc loco positum pro vitæ genere valde mihi suspectum est, oletque barbariem, censeamq; cum membranis nostris scribendum: *ex omni natione, etiamsi a philosophia longissime auersa est, eruere aliquid conor.* quod valet ex omni secta, & genere hominum. sic enim & Satyrographus: IV. V. VI. VII.

Natio comœda est, rides? maiore cachinno
Concutitur, &c.

Epist. LX. *Alexander cum iam in India vagaretur, & gentes ne finitimis quidem satis notas bello vastaret: in obsidione cuiusdam vrbis dum circuit muros, & dum imbecillissima mœnium quærit,* VIII. Epist. LX.

sagitta ictus, diu perstitit in re, & incœpta agere perseuerauit. libri scripti: *dum circuit muros, & imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus diu persedit, & incœpta agere perseuerauit.* haud dubie melius, *diu persedit*, in equo scilicet, quem accepto vulnere admoueri sibi iussit. Curtius Rufus meus libro VIII. *Hæc monimenta contemplantem Alexandrum, consiliique incertum (quia nec cauernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admouere) quidam e muro sagitta percussit. Cum forte in suram incidit telum, cuius spiculo euulso admouere equum iussit, quo vectus, ne obligato quidem vulnere haud segnius destinata exsequebatur. Ceterum cum crus saucium penderet, & cruore siccato frigescens vulnus aggrauaret dolorem, dixisse fertur, se quidem Iouis filium dici, sed corporis ægri vitia sentire: Non tamen ante se recepit in castra, quam cuncta perspexit, & quæ fieri vellet, edixit.* vrbs porro

IX. hæc Mazagarum metropolis fuit, de qua vide præterea Arrianum, ego facio reuersionem ad Senecā in quo paulo ante quod erat: *Inuenio tamen translationes verborum, vt non temerarias, ita non indecoras, quæ periculum sui fecerint.* referunt membranæ altero omisso: *vt non temerarias, ita quæ periculum sui fecerint.* & profecto aut ita legendum, aut hoc modo, quo iam dicam: *vt non temerarias, vt non indecoras ita quæ &c.* Epist. LXII.

X. Epist. LXII. *Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam maxime scribentem mors euocatura sit.* elegātior & solentior Senecæ lectio scripta: *tanquam me cum maxime scribentem mors euocatura sit.*

XI. Epist. LXIV. Epist. LXIV. *Illa, fortuna pura, vnum abstulit, nos quenquam non fecimus.* scriptoris omnes, quos vidi: *nos quemcunque non fecimus.* quod magis sententiam Philosophi explicat, quæ est: fato nobis erepto aliquo amico, vno quidem eius culpa non priuari, at nostrapte omnibus iis carere, quibus nos non insinuauimus.

XII. Epist. LXVI. Epist. LXVI. *Quæ Deo faciendi mundum caussa fuit? bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquam boni inuidia est.* ista, *bona fecit*, inducere nos iubent membranæ S. Stephani, & alteræ Prædicatorum Herbipolensium, & sequitur sane immediate: *fecit itaque*

XIII. Epist. LXVII. *quam optimum potuit.* Epist LXVII. *Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inferens mundo, &c.* scribendum vt liquido liquet, & libri clamant: *toti se inferens mundo.* Ead. Epist. *Ta-*

XIV. *lis animi virtus est, hæc eius facies, si sub vnum veniat adspectum & semel tota se ostendat.* consentiunt membranæ omnes in: *Talis animus virtus est, hæc, &c.* & profecto aut meum me iudicium decipit, aut ita plane legendum: animus, inquit, asperis blandisque pariter inuictus, supra omnia, quæ contingunt acciduntque, eminens inperturbatur, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollat fortuna, nec deprimat, hic ille talis animus est decantata illa virtus, quæ oculis subiici alioqui nequit,

quit, in quo valere te, amicissime Posthi, opto. Wirzeburgo prid. Cal. Decemb. CIƆ.IƆ.LXXXIII.

EPISTOLA CXXXIII.

Franc. Modius Petro Albino Historico Electoris VII. viri Saxonici S.

COmmodum incidit vt mihi Wirzeburgi ab amicissimo vtrique nostrum Io Posthio de thermis Carolinis nostris epigramma tuum redderetur, clarissime vir, quo tempore Nouantiquis meis Francofurti supremam manum a Wechelianis impositum iri, de ipsorum ad me literis coniiciebam. libuit igitur, præsertim cum tu, qua es humanitate, tã cupide amicitiam nostram eodem Posthio interprete vltro appetieris, coronidis vice hæc hic tibi, & per te aliis significare, ne aut eius nomen, quem mei & bonorum omnium, bonarumque literarum studiosissimum esse perspexi, in libello hoc non exstaret, aut tu pariter quique hęc præterea in manus sumere dignabuntur, ignoretis quidquam eorum, quæ ad consilii mei in Nouantiquis vulgo vulgandis rationem quoquo modo pertinere videbuntur. Quod cum iuratus dixerim subinde in eo tantum versari, vt publico pro parte mea prosim ipse quoque, scire licet me, quia alii his duobus tribus annis, quibus lectiones has operis succisiuis collegi, nonnulla ex iis occuparunt non emendare, cum ego eodem fere quo illi tempore ex libris manu exaratis iisdem eadem ad oras cusorum meorum codicum correxerim, sed emendate descripta in dias luminis oras, vt ait ille, emittere, omnia ea qualia qualia lubenter omissurum fuisse, ne actum hic agere voluisse me quis censeat; nisi tardius de talibus ipsorum scriptis, & Nouantiquis meis ex bona parte iam cusis inaudissem, & neque dum eadem vel inspicienda obiter nancisci potuissem. Quare mirari non debebit, multo minus ægreferre, qui nuper, vt audio, nihil enim hic nisi de relatu quorundam habeo, in Gallia Censorinum de die Natali emendatiorem publicauit, aliquot me Epistolas ex eodem huic libro intexuisse, cum ipse culpandus sit potius, si quid hic titubatum est; si quid, qui procrastinando semper, & editionem illam de anno in annum differendo, verenti, ne aut plane eius rei consilium abiecisset, aut vt alias eclogas in Censorinum suas casu aliquo amisisset, necessitatem quodammodo imposuit, nisi reip. literariæ, cui vnice studere vbique profiteor, hic ipse quoq; defuisse videri vellem, hoc quod facturn omitti: forfasse recte alioqui potuerit, faciendi. In aliis omnibus nihil excuso, aut recuso, quin vt quidque prius quis a se animaduersum clamabit, sibi suam & ingenii & genii sartam tectam laudem habeat, mihi de cetero eam relinquat, quæ est industriæ propria, & in tæ-

diosissima librorum scriptorum ad cusos comparatione occupatur. Nam quod iam nunc pauca quædam in Silio quoque notata sunt ab aliis, quæ hic repetuntur, an mouere me debuerit, vt de huius operis vniuersitate quidquam inmutare, paucitas ipsa locorum talium comparatione infinitorum plane, quæ a nobis perpurgantur, argumento esse poterit. Fit igitur reliquum, vt in aliis scriptoribus hic a me animaduersa, & ab iis, qui ante me in huiuscemodi scriptionis genere versati sunt monita prius; tantum quę legendo & criticos eorum libros obiter pro copia percurrendo, deprehendere visus sum post illa, quam in mea hæc iam eadem retulissem. Reliquitur ergo, inquam, vt ea talia hic ipse prodam, ne cuius scrinia compilatum, aut laudes in me translatum ire voluisse censear. Quod dum facio, Albine eruditissime, noli expectare, vt ordinem aliquem seruem, qui in toto hoc libro eum ordinem statuerim optimũ futurum, si nullus omnino esset. Adscribam igitur, vt quidque sub manum venit; & primo quidem loco quod Epistola xxxix. monui, in Ciceronis Miloniana legendum: *Sed tamen maiores nostri in dominum de seruo quæri noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum esse, & dominis morte ipsa tristius.* vbi vulgo hodieque circumfertur: *& domino morte ipsa tristius.* ab amicissimo literatissimoque I. Lipsio ante quoque & deprehensum, & monitum idem nunc moneo, vti & hoc apud eundem Ciceronem, sed Catilinaria eius prima, vbi emendandum dixi: *Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa in caussa nondum adducor, vt faciam tum denique interficere, cum iam nemo tam improbus, &c.* cum editiones habeant: *tum denique interficiam te.* Ac ne a Catilinariis discedam, illud etiam, quod eisdem aio reponendum: *nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, auo, maioribus.* pro qua scriptura ante hęc obtinebat: *C. Gracchus, clarissimo patre natus, auo, maioribus.* hoc, inquam, etiam ita faciendum quidam in antiquis suis lectionibus multo ante monuit, ne hoc tantum, verum antiquæ notæ verbum præterea ante nos eisdem Catilinariis restituit hoc loco legendo: *Quid vero nuper, cum morte superioris vxoris, nouis nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?* & rursus illo: *Quid quod aduentu tuo ista subsellia vacuefacta sunt?* vbi prius, *vacuam fecisses*, & *vacua facta sunt* legere erat; etsi hic hoc mihi cum illo non conuenit, quod ipse *vacuefacio* ego *vacefacio* veteres dixisse contendo; & plene alibi, si vita suppeditabit, probaturus sum. Quin ex Fruterii quoque nostri, qui iuuenis, si virtutes eius maturuissent, vberrimos haud dubie subactissimi ingenii sui fructus rei literariæ dedisset, ex huius inquam Fruterii etiam nunc nuper edi-

editis posthumis scriptis reperio eundem quoque illa in sententia esse, vt loco illo Calpurnii, quo vulgo legitur:

——nam tibi lites
Afferet ingentes lectus possessor in arvo.

reponendum censeat:

——nam tibi lites
Auferet ingentes lectus possessor in arvo.

cuius emendationis palmam adeo ei eripere animus non est, vt etiam de meis laudibus, si quas vnquam promerui, apponere paratus sim. verum redeo ad illum, cuius statim in initio meminisse recordor, I. Lipsium dico, a quo & illud non diffitebor præceptum (etsi scio candidissimum illud, neque eruditionis, quam virtutum omnium copia vberius pectus, hæc tam friuola non curare, neque eis ereptis eorum more valde dolere, & queritari; qui dum pro his minutiis, tanquam pro aris & focis, depugnant, satis eo ipso declarant, nihil se altius & augustius mentis angustia conspicere) apud Senecam Epistola v. quod corrigendum hoc modo scripsi: *Quemadmodum eadem cathena & custodiam & militem copulat, sic ista, &c.* referentibus editionibus inepte: *& custodem & mil tam copulat.* verum nusquam adeo sæpius incurri vna Epistola in præceptas iam emendationes, quam ea, quæ numero LII. est, cuius vt a fine ordiar, quod aio apud Statium Papinium Surculum Achilleidos lib. II. corrigendum.

——Mox ille per aulia secum
Lustra gradu maiore trahens v fisq; decebat
Arridere feris.

cum vulgata scriptura sit: *vsi q; decebat Arridere feris.* hoc quidem alius, cuius iam semel mentionem feci, in Antiquarum lectionum commentariis, reip. literariæ ante me persuasit; quod vero eadem Epist. eiusdem Statii Thebaidos lib. IIX.

Pollicitur & patria, &, qui mente nouissimus exit
Lucis amor.

emendo, qui locus antea, cum posteriore illo & deficeretur, in vitio erat manifestarius; emendauit hoc quoque sic ante nos Gulielmus Canterus nimis cito nobis bonisque literis ereptus, qui etiam libro XI. vbi vulgo est:

Sed quid apud tales? quis non sua pignora cura
Exstet honos.

nosque emendandum putauimus:

Sed quis apud tales, quis nec sua pignora cura
Exstet honos?

recte ex m.ss. suis legendum potius vidit:

Sed quid apud tales, quis nec sua pignora cura
Exter honos?

in quo vt cum illo facimus ita & nos recte correxisse pertendimus libro primo, vbi vulgo est:

——quid si Tyria Phrygiaue sub vnum
Conuertentur opes?

& idem Canterus rectum esse persuadere conatur: *sub vnum conuectentur opes?* rectius dico, nos scribendum arbitramur:

——quid si Tyria Phrygiaue sub vnum
Conuerrentur opes?

de qua locutione alias; nunc enim non in eo solo, quod dictum est, ab eruditissimo Cantero diuersi abimus, verum in illo quoque, quod Achilleidos libro secundo legendum censet:

——quis enim genialia fœdera rumpi
Capta dolis, faciliq; trahi connubia raptu
Ceu pecus, armentumq; aut viles messis aceruos
Perferat? hac etiam viles iactura moueret.

cum nos *viles* illud iterari inepte iudicemus, proque eo tam in scriptis typis quam manu codicibus *fortes* secundo loco exstare profiteamur, ideoque quod reposuimus in vno item manu exarato libro repertum

——hac & non fortes iactura moueret.

germanum Statii non timide aut dubitanter affirmemus, teque litis huius, Albine eruditissime, arbitrum capientes hic finem faceremus (sunt enim hæc fere, in quibus meam ab aliorum industriam præuentam scio, non ignarus plura etiam esse, quæ me fugiant, cum multa quotidie a doctis viris in literatissima Gallia præsertim edantur, de quibus hic ne fando quidem auditum est: sed sat sit licere cuique per me sua, vbi vbi occurrent, vindicare, nec ad Prætorem, aut in ius vocatione, ambulationeque omnino opus esse) nisi illa quoque aurem vellerent mihi Senecæ libro primo loca duo, quorum altero cum vulgo legatur: *Inueniam alium poetam, apud quem præcinguntur & spissis prodeant.* repono ex libris m. ss. coniectura leuiter adiutis: *& spissis Phrygianis prodeant.* altero, quo editiones præferunt: *Itaque boni etiam farre ac fictili religiosi sunt.* quod *fricolis* pro *fictili* in membranis quibusdam reperissem forte an scribendum conieci: *farre ac friuolis religiosi sunt.* vtrobique quod nunc sentio, infelix æque ariolus, & qui, nisi alibi quod hic hanc partem pecco, corrigam, audacter artem diuinandi desinere posse, imo debere videor. nam & priore loco me quoque iudice Turnebus recte *Phryxianis* illud in m. ss. libris a nobis quoque repertum amplectitur, addito quid & vnde sint *Phryxiana*, & posteriore præ meo quoque placeat Mureti *fit illa* Arnobii præsertim scriptoris doctissimi locis duobus testimonio inter pultes sacras, quis res diuina fieret, olim in vsu; nisi eo inclinarem, vt, Ciceronis potissimum simili loquendi genere permotus, vulga-

vulgatam lectionem retinendum censerem. Eiusdem Senecæ de Clementia libro primo cap. 10. quod legendum pronuntiaui: *Salustium, & Cocceios, & Dellios, & totam cohortem primæ admissionis ex aduersariorum castris conscripsit.* cum ante circumferretur: *& totam cohortem primam in interioris admissionis.* fugit me ratio; quidni enim plures quoque cohortes solius interioris admissionis fuerint? omnino ergo vulgatam lectionem hic quoque retineo. & te, Albine clarissime, tādem aliquando missum facio; ne hac prima præbitione ita te acceptum querare, vt vocationes meas deinceps plane tibi refugiendas censeas. Vale igitur, & si in his mille quadringentis plus minus notis plures sunt laudes, quàm culpæ, has istis non nimis rigidus censor, & meo in remp. literariam prolixissimo studio condona. Haue mi Albine, Haue quisquis es Lector.

Finis Nouantiquarum Lectionum Franc. Modii.

LVCÆ FRVTERII

Coniectaneorum verisimilium Liber III.

CAPVT I.

Loca aliquot Catulli ex libro Catalecton Virgilii emendata & auctori suo reddita.

Miror, & est profecto, cur mirer, viros aliquot acutos ex Catalectis quæ apud Virgilium sunt vnum, & alterum carmen vindicasse Catullo, & alia, quæ eodem loco sunt & ordine, hac dignitate honorare noluisse; cum præsertim eiusdem sint Veneris & styli. Ego quidem vt nolo me interponere in hanc controuersiam, tamen volo attingere quædam ex illis spuriis Catulli, vt quæ illiberali & insignita facie nunc sunt, liberaliori sorte donata per me in adoptionem cedant Poetæ doctissimo. Ac sane istud, quod subscribam, puto genuinum esse illius partum, quicquid tandem obstetricum doctiorum signa occentabunt, Catulli, hoc est, vel vmbra eius, quæ corpus sane secuta est, nam ipso in corpore Catulliani operis certe non apparet.

Socer beate nec tibi nec alteri,
Generq; Noctuinæ putidum caput,
Tuoq; nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa, rus abibit, & mihi
Vt ille versus vsquequaq; pertinet.
Gener socerq; perdidistis omnia.

Hos versus Catullo indignos esse & ego possim doceri, & idē vt sint digniores perpetrare, si cū Plauto & antiqui nouitati no-

stræ placere possimus. Sic itaque Noctuini tenebras discuimus, forsan & Catullo ipsi lucem damus:

Socer beate nec tibi nec alteri,
Generq; Noctuine putidum caput
Tuone nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa rus abibit? hei mihi
Vt ille versus vsquequaq; pertinet!
Gener socerq; perdidistis omnia?

Ecce vero eleganter sugillat Noctuinum Catullus noster, & illius ingluuiem ac stuporem exagitat, qui se & socerum connubio suo sit perditurus. Quod erat ante *& mihi*, feci *Ei mihi*, vt *Eu* sæpe sine aspiratione est in veteribus libris, ac sane εὖ Græcorum ea caret. Illud porro, quod ait: Oryx.

——*Ei mihi*
Vt ille versus vsquequaq; pertinet!
Gener socerq; perdidistis omnia.

Videtur auctorem prodere; quanquam scio id in calumniam verti posse ab iis, qui ita versus suos temperant, vt omnia ab aliis, pauca ipsi a sese petant. Quod nunc adscribam in nostris exemplaribus, a superioribus illis distinguitur, cum tamen pulcre *concinat*. Itaque nos in his versibus, vt rustici iugerum vocant, terminum *nulli* ponemus, & sic fines affines reddemus:

Superbe Noctuine, putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur,
Datur, superbe Noctuine, quam petis,
Sed, o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium,
Duas & hanc & alteram tibi dari
Adeste nunc, adeste. ducit, vt decet,
Superbus ecce Noctuinus Hirneam.

Superioribus illis Poeta Soceri & Generi stuporem commendauit, nunc pergit increpare, & quasi excantare Noctuinum, illique de Atilii soceri altera filia persuadere, & tandem concludit, illum *Hirneam & Cantharam suffarcinatam*, vt ita dicam, duxisse, non vxorem. Et certe illud est in Menechmo Plauti, vbi Maritus queritur, *Portitorem duxisse se domum pro vxore*. nam illam, quoties ille domo egrederetur, istud rogare illum: *Quo iret?* & vbi rediret: *Quid egisset? vbiq; fuisset id temporis?* sic habent Plautina:

Quoties ire volo, me retines reuocas
Rogitas quo eam, quid feram, quid foris egerim,
Portitorem domum duxi, ita omnem mihi
Rem necesse est eloqui, quicquid egi atq; ago.

Portitores vero, vt Plauto suus constet lepos quod etiam nunc, merces quæ inferrentur vel auferrentur, sedulo exquirebant

ad por-

ad portus, vel sane portas vrbium, vnde Plautus iocum duxit: Existimo ego certe, me hic præstitisse aliquid, & quæso doctos omnes, vt plus efficiant. Meretur hoc enim siue Catullus meus, siue quisquis est spurius illorum.

CAPVT II.

Catulli locus explicatus, alter Propertii defensus.

QVod pluribus doctis viris negotium exhibuit de coniunctionibus neglectis iudicium, id est huiusmodi, vt posthac nullum mouere debeat, qui modo aliquid operæ & lectionis in veterum libris collocarit. Quod certe volo, discite confirmat Catullus, cuius hic est princeps versus:

Quoi dono lepidum nouum libellum?

Poterat enim, credo, scripsisse, si nostro more ineptire voluisset:

Quoi dono lepidum & nouum libellum?

(Nam certe duriores ipse Catullus Aphæreses habet alibi.) Sed vero superbius illi iudicium fuit, quam illis, qui hęc in antiquioribus admirantur, & ignorant, quod admirantur stupidi. sic Tibullus:

Nota loquor, Regnum ipse tenet, quem sæpe coegit
Barbara Gypsatos ferre catasta pedes.
At tibi dura seges, Nemesim qui abducis ab vrbe,
Persoluat nulla semina terra fide.

Illud porro maxime hic facit, quod libri III. Eclog. III. ita scribit Propertius:

Mars pater, & sacræ fatalia numina Vestæ.
Ante meos obitus sit precor illa dies,
Qua videam spoliis oneratos Cæsaris axes
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.

Secundo hoc in versu quiddam emendare placet quibusdam; nam scribunt illi, & iam quoque obrepsit in margines quosdam:

Qua videam spoliis onerato Cæsaris axe
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.

Sed nimirum nulla hic ope externa est opus; & veterescit Propertius, imo legibus ætatis suæ vtitur, & ditissimam Triumphi lineam vult innuere. Adducam & Plauti vnum alterumue locum. nam quamuis superius congesti sunt, hic tamen benignius legerentur. In Amphitruonis Prologo habes:

Hæc vt me vultis approbare, annitier,
Lucrum vt perenne vobis semper suppetat:
Ita huic facietis fabulæ silentium;
Itaq; æqui & iusti hic eritis omnes arbitri.

Eccequid hic peccarint ἄμουσοι & antiquitatis rudes, neque enim *Itaq;* scripsit Plautus, sed *Ita:*

Ita huic faciatis fabulæ silentium,
Ita æqui & iusti hic eritis omnes arbitri.

Et primo in versu *Approbare annitier* vides. Addatur & Nonii versus ex Myrmidonibus, qui ita legi debet tum carminis ratione, tum vero certissima antiquitatis lege:

Iam diu inflammari, ardere naues vidissent suas.

Etiam hoc in versu indocti inculcarant *Et*, sed intempestiuum atque inelegans, quod ego bono credo iure exturbandum censeo. Satis hæc multa sunt, aut nimia fortasse de re passim obuia in veterum libris.

CAPVT III.

Ex Petri Victorii Commentariis in Catonem, Varronem, & Columellam quædam obseruationes. Hic & aliorum auctorum loca aut explicantur, aut castigantur.

Annotata quædam ex Catone de Re R.

QVod de Petro Victorio, homine singulari & sine controuersia doctissimo, supra cap. x. lib. I sensi, idem nunc sentire & scribere consentaneum puto atque honestum. Nec enim de hoc viro aliter existimo, quam quod mereatur insignis eius voluntas & studium iuuandæ Reipub. humanioris, cuius Commentarii in Catonem, & Varronem, Terent. ac Columel. sane eximia fide & diligentia concinnati sunt. Et tamen quod ille omnino voluit, id in iis præstitisse videri possum, voluit certe vir optimus & eruditus, de quibus locis illi parum constabat, cum hæc scriberet, aliorum industriæ locum dare. quod quidem si omnes, qui id genus literarum tractant, efficerent, non esset sane cur aliquando vel auctoris obscuritati, vel emendatoris fidei detraheremus. Sed nos quoad licet Victorianos codices probemus illi, & doctis omnib. Quod itaq; ait, *Stercilium* in antiquissimo Varronis codice reperiri, non *Sterquilium*, id quidem non perperam scriptũ libet suspicari: nec. n. *Sterquum* scribimus, a quo *Sterquilium* possit deduci, & *Sterculius* vt Deus nimirum placet. *Stercilium* vero cum illo conuenit, quod Victorius infra cap. VII. Catonis adnotat, *Infidibulum* legi in omnib exemplaribus pro *infudibulo*. vnde existimo apud Festum *Offudas* pro fallaciis recte poni, quanquã & *Offucias* reponere possimus & *Offrudas*, ꝙ magis placet, pro *Offraudis*, quod ex margine potest existimari. vbi *Offritiæ* sunt nescio vnde profectæ. *Offudes* itaq; (nec. n. dubito, quin *Offudo* dixerint antiqui) pro *Offundis*. ab illo, ꝙ integrum dicitur *Offundere* & *Suffundere* frigidam. Existimo. n. quod negare nemo potest, multas locutiones, quæ prius integræ habebantur & dicebantur, postea magis intellectas quã pronuntiatas suis verbis, vt *In contrarium* apud Apuleium non integrum est, & tamen est integrum, sic ait: *Ecce solis aciem pictis fulgurat, vel placidus renitet, ac in contrariam grauem vastitatis aspectum.* Persequamur nos quod cœpimus. Victorius nono

numero

numero & cap. 9. in Catone: *Humecta loca*, reposuit in libris suis. Sed idem *Vmerem* & *Vmectam* scribi testatur & *Vmidum* quoque, vt *dumecta* apud Festum, sunt quasi *dumiceta*, quod videtur occasionem dedisse sinistris correctoribus corrumpendi locum Catonis, & reponédi *Vietis*; & tamen *Humecta loca* placere possunt, & *vmidum*: vnde & *vuidū*, quod Grammatici ab *vmido* sic distinguunt, vt *vuidum* sit interius, *humidum* exterius: sed nimirum pugnantur vt solent, nec Plautus linguæ Latinæ parens cum illis sentit, cum sic in Rudente loquitur de Ampelisca & Palestra, quæ naufragium cum Lenone suo fecerant, & iam innatarant. Hæc verba earū sunt: *Locus hos persequamur.* Amp. *Sequor quo lubet.* Pal. *Siccine hic cum vuida veste grassabimur.* Grassabimur aūt hic est antique, nunc noue *gradiemur* & ambulabimus, vt Festus vult & ratio analogica. Ait Victorius, *asinos* sese *ornatos* redonasse Catoni & rectè sane; nam Apuleius lib. 10. Metamorphos. *Sarcinis proprijs onustum & prorsus exornatum armatumq; producunt in viam.* sic & Festus accipit pro bene apto, vt miles vel gladiator, vnde apud Cicero. secūda Philippica hęc est phrasis: *Et Mirmillo in Asia depugnauit, cum ornasset Thresidicis socium & familiarem suum, illum misere fugientem iugulauit.* Ecce pergimus. Victorius *Rustarias faculas* numero vndecimo legit & restituit pro *rusticarias*, quæ a rusticis & rudib. sociis Latinorum inculcatæ fuerant. Certe Festus *Rustum* a rubis fieri, apud quem etiam *Suri sunt rustes & ὑποκορισμκῶς surculi*, vbi inepte ad marginem legitur *sunt fustes*. atq hoc illud est, quod vult Cato, nescio tamen, an omnino conuenientius sit *Faculas* legere, nec enim satis *Facularum* istiusmodi antiquitatem sapito, & eius nouitatem quodammodo amplector. Quod vero dubitat Victorius cap. XXXIII. Catonis an *Corrigito* ad Plinii regulam sit redigendum, qui *Porrigito* habet, an Plinii ad Catonem, sane quod dubitet nihil est; nam Cato se ipsum interpretatur, cum ait, *vti recte spectent*. Itaq; *corrigere* est rectum facere, sic & Plin. alibi de Milone, *Manum illi nemo corrigebat*, nimirum vult dicere, *Milonem tanta vi fuisse, vt cum manum clausisset, nemo illi eam aperire posset.* Hinc & *Rigores in agris*, & *Rigor iuris*, & *Rigidus Deus* in Priapeis. Quare in Plinio locum Catonis restituendum existimo. Cap. XXXVII. in Catone sic legi ait in libris suis Victorius: *Ex segete vellito ebulum cicutam & circum salictum herbam mactam vluamq;*. Apud Plin. vero cum de eadem re scribit ex Catonis sententia *Herbam auctam esse*. Victorius autem *alta* retinuit, ex vulgari lectione, & tamen *macta Herba* eadem cum Plinii *aucta* potest esse. Nec enim aliud significat antiquis *Macta*, adeoq, puto Plinium, vt seculo suo seruiat, & nimiam hanc vetustatē emolliat, Catonis multa, vt sæpe quoq; ostēdit Victorius, suis quibusdā verbis referre, q̄ tamen a Catonis seculo temp

faciunt, eandemque omnino significationem habeant, sic apud Seruium est: *Mactus vino thaurus vel thure, in sacris, nimirum auctus, quoties aut vinum aut thus super victimam fundebatur.* & illud vulgo iactatum, *macte animo, macte virtute*, non quidem aduerbialiter accipiendum, vt vulgus Grammaticorum sentit, sed pro *macti* & *macta*. Sed apud Plautum quoque illud ex hoc est numero, *Mactare infortunio*, quod alias *augere malo*. sic & *Multare* pro *augere* & *voti compotem facere* interpretatur Nonius, itaque *Herbas mactas* ex Catonis mei rure vellendas vel eruncandas non existimo. Ad ceteragradum faciamus. Cap. LXVIII. Catonis, vt etiam alio superiore loco, in manuscriptis semper *Melipontos* ait esse Victorius, nimirum ea ratione accipi possunt hi, qua *Melica gallina* pro *medicis* apud Festum, & *dacrima* apud eundem pro *lacrimis*. quod vero nunc pœnam, erit maioris operæ, ni fallor. Cap. CLVII. Victorius noster scribi fatetur in libris suis locum vnum his verbis: *Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est istiusmodi medicamentum.* Loquitur autem Cato de tertia quadam *brassica*, quæ Lænis vocatur, minutis caulibus, & acerrima omnium istarum. Ego hanc lectionem antiquam esse & genuinam Catonis credo, & facit ingenue Victorius, vt est homo omnino bonus & popularis literarum nostrarum, quod hanc lectionem, etsi eam non probaret, tamen adscripsit in commentariis suis. Vult enim Cato dicere, Lænem hanc *brassicam* maximo esse & singulari medicamento, cum ait suis verbis & propriis: *Nulla est istiusmodi medicamentum*, quod nos simplicius ἀσυφίστρος καὶ σοφίστερον: *Nulla est tanto, tam tali bono & præsidio hominibus. Est medicamentum*, Phrasis elegantissima est, quod & facit medicamento, vel ad medicamentum: At hic vereor sane illud, quod tam friuolum est, ne lector aliquis male festinus, vel certe festinus nimis, moras orationis nostræ nunc ferat, sed tamen illi, si quisquam futurus est, hoc illud libertatis dabo, vt in meis capitis diminutionem vel maximam committat, ea tamen conditione, vt si insititio quoque somno tædium lectionis nostræ discutere velit, post vegetior & alacrior deueniat ad reliqua. Ecce dormit lector meus; ego illi vigilo & Victorius mihi. Capite de articulari morbo loquitur, quem brassica, quam crudam vocat, cum Laserpitio mixta iuuari ait his verbis:

Sic & Laserpitium cum brassica ex aceto oxymelle & sale sparso, hac si vtaris, omnes articulos poteris experiri; nullum sumtum est, & si sumtum esset, tamen valetudinis caussa experire.

Victorius *Experireris* legi scribit in suo codice, ex quibus vestigiis antiquitatis nimiæ aleam facere visum est mihi, & nescio, an audiam illud illius in Imperatorem Tiberium: *Tu quidem leges populis dare Imperator potes, verba non potes.* Et tamen par-

naia.

na iactura in meo Imperio est, qui priuatus mihi regno. Itaque legendum puto *Experiru* pro *Experieris*, vnde & *Expertaris*; vel certe vt audeam facinus aliquod insigne & magnum, *Experies*. Sic & *Ritem* dixit Varro teste Nonio. Catonem loqui existimandum erit; non me. nam ego me prædem pro hoc Catonis prædio in ius deducto & contestato præstare nolle attestor, non pube præsente, sed literis & charta interprete. quare arbitri fructum nullo retuntio decidendum relinquo; nam ipse mihi arbitrum præstabo, & culpam earundemque litem non lite, quod sin, rob um foret, sed tamen litura resoluam, si modo olim mihi diffidere & displicere potero, quod sane prope iam euenire sentio. Sed de re nihili plus satis, & nimis fortasse; ad cetera properemus. Nunc sane quando manum de Catonis tabulis liberauimus, ad illius obsignatas veniamus, que nec doctior vnquam apud Græcos, nedum apud Latinos (vt testatur Firmianus; cuiusque adeo libri tot fuere, vt Isidorus adnotauit, quot nullius alterius plures, atque ideo maiorem censeo & diligentiam & venerationem in his quasi tabulis naufragii Varroniani exhibendam, quod quidem deuote, vt alia omnia, præstitit Victorius, quem hic proponemus, rem nouam adnotare videri vult cap. 1. cum semper *Quaad* scribi in codicibus suis admonet, quod ego quidem puto multis cum Victorio nouum accidere; & tamen si originem vocis persequamur, illud assequemur certe, vt admirari eiusmodi dediscamus. nempe enim *Quatinus*, iactatum est vulgo & *Quadantenus* & *Eatenus*. vtque sane *Quaqua versum* & *Quoquo versus* recte efferuntur, haud secus sentio & *Quaad* nostrum eodem iure vti fruique debere, quo reliqua. Sic adeo *Qualibet* & *Quolibet* proprie dicimus. Ideoque Varroni verbum suum ego condonandum existimo. Sequitur eodem capite: *Annotata quædam ex libro Varronis Rustican. Rer. 1.*

Indicabo a quibus scriptoribus reperitas. Sic in libris Victorii, ex quo *Reperitas* facili mutatione effici ludum puto. Addit cap. 11. *Somnu* esse pro *Somno*:

Si non diffinderem meo insititio somnu meridiem,

quod retineo, & certe retinendum esset, sic *Senato*, vel *Testo*, quod ipse Victorius in Catonem seruauit, alicubi leguntur, *Diffinderem* vero pro *Diuiderem* poni adnotat, vt lib. III. *Vbi astate diem meridie diuidere soleam. Diuidere diem*, hic est, quod apud Horatium, *Frangere*, illo versu:

Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi.

Et quod Plautus *Lacerare* vocat illo versu:

Ego vero hunc lacero diem. Sed & *Diffisus dies* in libris ICtorum sine reb. est, & *Infindere* apud Festum. Persequimur metam Cap. Varronis XVII.

Quos obærarios nostri vocitarunt. Sic legi ait in suis exempla-

ribus Victorius, sed tamen damnat vt spurium cum Varro libro VII. de Ling. Lat. *ab are obaratos dici* adnotat. & tamen *Æ*rarii sunt apud Gellium, quanquam diuersiore significatu. Ego crederem defendi posse *Obærarios*. nec enim existimo antiquos hac inopia sermonis fuisse, vt non & *Obæratos* & Obærarios dicerent: sed nos ab infaustis huiusmodi hominibus ad alios transeamus.

Eodem cap. Victorius ait scribi in suis:

Qui præsint, esse oportere qui literis & aliqua sint humanitate imbuti, frugi ætate maiore quam operarios, quos dixi. Facilius enim ii quam minore natu dicto obedientes sunt.

In nostris codicibus quos Victorius defendit & sustinet, est: *Facilius enim iis, quam minoribus natu dicto obedientes sunt.*

Quam ego lectionem synceram non puto. Superior illa sic placebit, si intelligamus de Domini dicto, non operarum magistro, vt dicat Varro: Eum, qui præstet operariis maiorē natu esse iis debere, & simul eund. patrisfamiliæ mandata & dicta promtius exsecuturum & redditurum operariis, quam si iuniore ætate esset, quæ incuriæ & negligentię plerumque arguitur. Ita ego sentio cum antiqua lectione, qui volet, dissentiat, non a me, quod sane potest, sed ab ipso Varronis sensu. Promouet gradum Victorius: nos tamen illa non satis illius mouent, quæ nunc adscribam, & miror certe, cur homo hic acutissimus alioqui inuiderit Varroni sermonem suum, vel certe plus viderit, quam par fuit. Sic in MSCtis haberi ait:

Iniiciendum voluptatem præfectorum honore aliquo habendo, & de operariis, qui præstabunt alios communicando quoq; cum iis, quæ facienda opera.

Communis lectio ægre Varronissat, atque adeo non Varronissat:

Ad iniiciendum voluptatem his præfectura honore aliquo habendi sunt & de operariis, qui præstabunt, aliqui communicando quoq;.

Primum hic existimat Victorius commode reponi posse: *Ad iniiciendam voluptatem.* Sed ego (pace illius dixerim) nihil mutandum duco. Prius illud in superiori lectione non placet mihi: *Honore aliquo habendo.* forte non infeliciter transibit in *Aliquoi* id vocabuli, vt dicat Varro; Dominum debere operarios honestis nominibus aliquando honorare, & illis hac ratione voluptatem iniicere & lubentiam aliquam, nimirum præfectorum numero illis accommodando; quo dignos videri vellet. Columella certe iocos cum operariis suis laudat & illorum societiam admittit, sed illud quoque de consilio cum illis habendo de re aliqua facienda non aspernatur. *Præstare alios* antiquum est & verus ac Varrone dignissimum, atque ita in illo reponendus omnis locus, quod sentio. Cap. XIIX. *Dirigo* scribi adno-

adnotat, & aliis pluribus locis ex Prisciano reponendum paulo infra, si tamen non ita est, & infra *Descreium* & *Demortor*. Et apud Horatium, *Lunamq; cælo deripit.* nihil mirum est de hoc Sic & *Diffitus* pro *Diffitus*.

Molendarius asinus proprium est cap. xix. quem tamen Victorius ex Molis Varronis exturbauit; & *Molendinarium* pro *Molendario* vicarium fecit, quia nimirum in Ctorum libris reperiatur, sed nimiũ lepidum est Varroni auctoritatem ex Ctis nouellis addere, & non potius illius vindictæ a Varrone iudicem dari, siue *Molendarium* siue *Molinarium* legas suisque deq; se habet. *Molendinarius* ille *asinus* olere mihi nescio quid nouitatis ingratæ & insuauis videtur. Si fallo, cum quidem aliis nasutioribus libens patinam concessero. Cap. xxix. *Exta Diis cum dabant, porricere dicebant.* Sic se emendasse Victorius ex ingenio fatetur, & ego illius lectioni faueo, eamque amplector; nolo tamen, quod mihi videtur de hoc verbo celare studiosos. Itaque sic existimo, *Porricere* apud antiquos pro *porrigere* fuisse, quod ipsum vult Varro noster, alioqui nihil hic loci habebat id vocabuli. Sic ait:

Inter duos sulcos elata terra dicitur Porca, quod ea seges frumentum porricit. Sic quoq; Exta Deis cum dabant, Porricere dicebant. Paulus apud Festum: *Porricere* pro *porro iacere* accipit, vt videri possit illud alicui Varronis huc referri debere, quod ait: *Ea seges frumentum porricit.* sed tamen nihil opus his omnibus; nam Varro se ipsum interpretatur, cum scribit:

Exta Diis cum dabant. Huc quoque Dona Deorum pertinet. *Porricere* autem cum illo Festi conueniet, quod est huiusmodi:

Incessere, immittere ac iactu vel verbis petere.

Hoc in loco Festi Marginales & Arsines coloni exturbandi sunt, qui Romanorum a Magistratibus missi non sunt, sed potius a Tribunis popularibus instituti. Pro *Immittere Innitit* est, pro *Iactu Iaculo*, vtrumque perquam insulse. *Incessere* vero apud Festum est pro *Ingessere*, & *ingerere se & immittere* dicimus vulgo. *Iactum* pro *Iaculo* accipiendum vt alio eiusdem auctoris loco, cum ait: *Gesum grauem iactum significare.* Sed ipse quoque Propertius id vetustatis sapit, cum scribit lib II.

Quem tetigit iactu certus ad vsa Deus.

nisi *Iactu certum Deum* coniungas, quod tamen in idem recidet. Sic apud Propert. illud inquirendum, quod Fulgentius illum sic reliquisse scriptum testatur in libello eleganti De obscuris antiquorum vocabulis:

Diuidias mentis conficit omnis amor. quas pro tristitiis & languoribus animi accepere antiqui, suntque apud Plautum frequentissimæ. Atqui *Gesum* illud Festi etiam *Gessum* dictum

fuit. *εἶδ ⊕ ἀκρτης* interpretatur Sosipater, & Seruius *Gesa, hastas viriles accipit, atq; apud Gallos, Gesos, viros fortes appellari scribit.* sed credo sane hanc nobis antiquitatem periisse.

Ait Varro cap xxxv. *Violaria in fundo facere non est vtile, ideo quod necesse est terra aduenda puluinos fieri, quos irrigationes & pluuia tempestates abluunt & agrum faciunt macriorem.*

Hanc lectionem nos a Victorii Commentariis mutuati sumus, quam ille tamen in Varronis contextum non contulit, nimis anxia sane religione, nec enim durior æquo vel infestiuior est illa, quæ legitur in libris vulgariis huiusmodi:

Ideo quod necesse est e terra ad ea obruenda puluinos fieri.

Nam paria dicit, quanquam imparibus verbis Varro, nisi quis malit, quod ego nolo, ibi legere, *terra aggrumanda* a grumis. Iam vulgatæ, sed certæ idem omnino filum orationis erit, quare nihil muto. Illud porro, quod ait Varro, *Pluuia tempestates abluunt*, ego *dissoluunt* interpretor, subtilius fortasse & tamen verius (nisi fallor) a veteri *Luo*, quod est apud Festum. Cap. xxxi. Victorius, quod ad ortographiam pertinet, duo adnotare se posse dicit, nimirum in eo capite, & alibi: *Resiciari, sicari, & subsicinunt* eodem libro diserte legi, quæ tamen ille, vt Varroni plura redderit vocabula (& quidem omnia hæc docte & liberaliter) quam nunc vel in vsu sunt, vel intelligi possunt a rudibus; illa tamen in eius contextum referenda non putauit, quæ certe ego ab antiquitate recepta & vsitata non ignoro, quorum sexcenta citat Festus. Nam *Prosicium* est apud illum, *quod prosecatum proiicitur*, ego existimarim, *porricitur*, quod de Extis accipiendum, vt etiam quod præcessit. Huc quoque faciunt *Sicilices* Ennii, pro *Hastarum spiculis latis*. Sic Ennius apud Festum:

Incedit veles vulgo sicilibus latis.

In quo versu illud animaduertendum, an recte *Sicilibus* sit in carmine, pro *Sicilicib.* alioqui *Silices* reponi deberent; quod non existimo. Nam vetustissimi *Secidi*, in præterito & *Sicidi* dicebāt, vnde apud Gellium *Sciderat*, a quo *Sicilire prata*, id est, *falcibus consectari*, vt Varro interpretatur, & *Sicilices* quasi *Sicidices* dicuntur. Quare nil muto, & in Ennii versu *Sicilicibus* legendum censeo. Gellius certe quo capite varia antiquorum tela congerit, exauctorata quidem, & sine auctoribus suis; quæ tamen omnia spero suis sententiis adiuturum me, *Sicilices* quoque in telis habet. *Sicilicum* vero etiam locum habet inter ista: nam quod *vnciam secet* dictum est quasi *Secidicum*, in cuius vltima syllaba demersa est, & latet *vncia*. Adscribatur & hic, cum de *Sicilico* loquimur, quod Isidorus auctor quidem vulgo parum nobilis, sed doctis viris hodieque bene commodus & gratus: *Vbi litera*, inquit, *consonantes geminabantur, sicilicum apponebant, vt & Stella.* Nec enim in more veterum fuit consonantes

accu-

accumulare, quod apud Festum est non semel. Sed illud pene omiseram, quod primum fuit de *Sica*, quæ adeo vulgata est, & tamen quasi *Seca* dicitur a *Sico* antiquorum, quod idem est. Quare apud Varronem recte legetur & *Sicari* & *Prosicari*; itaque restituendum iam vident docti. Quod vero ait Victorius cap. LV. Varronis locum sic legi in suis codicicibus: *Quæ manu stricta, melior ea, quæ digitis nudis laudabilior, L. quam illa, quæ cum digitabulis*, quem locum sibi suspectum vehementer dicit, cum *laudabilior* parum a sensu faciat, adeoque superfluat, nam *Melior* supra quod est, sustinere vtramque sententiam. Ego tamen longe ab illo sentio; durities enim eorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, & relinquit ad gelicidiam retectos. Sed prius vt editus est locus a Victorio, proponam, talis est: *Quæ manu stricta melior, ea quæ digitis nudis legitur quam illa, quæ digitalibus.* Hic primum hoc dico enerue esse illud postremum in Varrone nec satis integrum. Superiorem vero *laudabiliorem* atque adeo hoc verbo integritatem suam commendare, quod non vacat, imo necessarium est omnino. Sic itaque distinguas, & copules, optimam sententiam feceris: *Quæ manu stricta melior*, nimirum illis, quas superiore linea non quatiendas, sed legendas docet; vel sane sit ita, vt per se dicatur pro bona: nec enim comparatiui isti non etiam pro positiuis fuerunt apud veteres, vt illud apud Horatium: *Missilibus melior sagittis.* *Digitabula* huc recepi vel *digitabulos* scilic. nec enim deteriori etymologia sunt illius *digitalibus*, & magis fortasse propria nimirum antiqua & Varroniana. Pergit Victorius commodare studiosis, & libello meo cap. eodem maculam in optimo suo codice esse dicit ad hunc locum: *Olea vt vua per idem biuium redit in villam, alia ad cibũ ledatur, alia vt eliquescat ac solum corpus intus vnguat, sed etiam extrinsecus.* ego hoc loco (si modo vulgaris lectio non optima est, & suæ vocis) putarem ex *ledatur* effici *legatur* posse, sed parum rei est in hoc, quicquid est, nostro; & tamen de hac coniectura non ita mihi diffido, vt non cum illa conferre ausim, quam aliquando viro doctissimo excidisse sæpe admiratus sum, de Terentii loco illo: *Vidi Cantharam suffarcinatam*, pro quo ille satis suo iure legendum putat: *Cantharum suffarcinatum.* nimirum quia legerat apud Aristophanis interpretem *in ostraco*, quod *Cantharum* verterit Terentius, infantes exponi apud Athenienses solitos. At ego, qui scio Terentium vt alios certe maiorum suorum vestigia persequi in his rebus, & sæpe iisdem personis vti, quo & scenæ & plebi seruiat, non dubito pro ancilla anu accipi eandem *Cantharam*, & licet ille noster emendator insigne argumentum ad sententiam suam reperisse putet, quod hæc Canthara nusquam in tota comœdia, præterquam hoc loco appareat, id sane geminum

Hallucinatur hic Prætorius. Vir ill. Ios. Scal. diuine coniecit, hæc lectoris glossemata esse. eum vide in coniectaneis iuuenilibus.

est cum illo Plauti, nam vbi apud illum Canthara ponitur illis comœdiæ nullo est in actu. Ideoque id argumenti nihili est. Plauti in Epidico hæc sunt Peripli.

——Eho Canthara statim iube

Acropolistiden prodire filiam ante ædes meam

Vt suam videat matrem. Donatus ait ad eum locum: *Anubus proprium esse suffarcinatas, vt apud Persium Pannuncia Baucis, & Plautum Doliarem claudam & grassam.* in nostris vero codicib. hic Plauti versus sic legitur in Pseudolo:

Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam,

Apud anum illam diobolarem, cludam, crassam Chrysidem.

Cluda primum hic pro *Clauda* est, *Diobolaris* vero sæpe apud Plautum est de meretricibus officiosis & nequam, sed nescio tale epithetum qui tandem conueniat anui, cui et danti nescio an aliquis reddere quid vellet. *Doliaris* certe lepidū est, vt a versu Facit insigniter, vt & aliud facere non ignoro, sed non perinde a sensu facere mihi videtur, nolim tamē definire quicquā ita certe in Donato legitur. Sed vt ad rē, siue litē contestatā iudex ego sententiā dicā, sic pronuntio, parū cauisse nomini suo reū nostrū, qui tā illegitimā & famosam caussam in ius deduxerit publicum. Ad cetera Varronis postliminio reuertamur. Victorius se consuetudinē nostrorū temporū in quibusdā verbis compositis custodire dicit, & recte quidē, sed tamen cur id faciat nihil est, nec.n. verendum est, ne aliquis ita sit demēs, vt illa, quæ iam obsoleuisse cum omnib. nouit, illa vt imitanda sibi ducat. quot vero sunt, & quantæ voces, quas Victorius noster doctissime & ingenue omnia restituit & Catoni & Terentio huic, quas tamē nullus certe in suum sermonem trahet, nisi qui parum se sibi amicum esse confiteatur, quare ego hæc facile patiar in contextum venire, quæ sane credo ignorantiæ ver sacrum solutura extra fines suos reiecta ab incautis sed mitibus dominis. *Conspargere* semper legi & *aspargere* & *decarpere* fatetur apud Catonem Victorius, quæ mihi a re nata ad quendam Plauti locum viam sternunt, & occasionem emendandum, vbi enim in Aulularia: *I intro, exquire, sitne ita vt ego prædico.* Priscianus diserte ostendit lib. 6. *Exquære* legendum. Ac nescio certe, an pari facilitate, dubito an felicitate quoddā, vt ego existimo, Catonis vulnus mouere & attingere ausim, aggrediar. Cato itaq; quo capite tractat, *quid feriis agere liceat, quid non*, sic scribit: *Boues feriis coniungere licet, Aruehant ligna, fabatia frumentum. quod non daturus erit.* Sæpe de hoc loco me cōsului, sed nihil extorquere tamen potui, quod dignum esset suo auctore. Aliquis certe, qui legisset apud Columel. *oliuas conditas*, vt ēt *vuas* legi, posset argumentum facere, & sententiam huiusmodi hoc loco *condaturus* pro *conditurus* reponi posse. Sed ille tamen non multum mihi

præsti-

præstitisse videretur, quare ad centumuirale iudicium quicquid est, depono. Illud porro apud Plautum persequendum iudicio capitali censeo, quod semper *surrepta* est in Rudente, cum capran. vel e intelligi, putaui al quando vbique *surrapta* legi posse, sed falli possum. itaque *ἐπέχω*, ac sustineo sententiam. Victorius accurate quærendum de re quadam putat, quod fecimus quidem non accurate, sed leuiter tamen: nam facile obuenit mihi, quod leuiusculum est, Cap. LXIV.

Cum senescit Luna, tunc decoquit in ahenis leni igni duas partes, quoad regerunt. De Amurca cum olea expressa & condita loquitur Varro, Victorius pro *leni igni*, ait in suis libris esse *leni lignis*, ex quo sane *lenib. lignis* existere sine flagitio potest, de quibus Cato his verbis: *Dolium calfacito minus quã si picare velis, tepeat satis & lenib. lignis facito calescat.* Apparet quod volo, finẽ spectamus, & adhuc mediũ tenemus. *Oleas albas* cap. LXVI. inquit Varro, *quas conderis nouas, sic celeriter promas.* Albula in ficub. est apud Macrob. Victorius *conderis* corruptũ putat & pro Sic reponendum Si existimat. Ego vtrumq; defendo, nisi *conderis propter amaritudinẽ illas respuit palatũ. Conderis* ergo pro *condideris* poni licet, & sic *abscondi*, non *abscondidi* receptũ est, qui aũt volet, pro *condideris* accipiat, vel sane *condiris* legat & intelligat de *conditionib. olearum*. sic.n. eas supra appellat Varro, & infra: *Sorbũ maturum mitis conditũ citius promi oportet, acerbum.n. suspensum lentius est.* Pergimus. De pomis, & eorum generib. variis, vbi tractat Varro: Victorius *Quirinana*, quæ sunt in vulgaris codicib. in suis reperisse negat, sed pro ea voce *Scandiana*, præcesserant vero *Scantiana*, vir doctus putat, librarii erratũ esse, qui mutata vna litera vel ne mutata quidem idem verbum bis scripserit, & tamen ad finem labitur, vt posse putet *Quiriana* isthæc ab aliquo huc inculcata esse. Ego me in hanc controuersiam interponere sane nolo, sed *amplius* pronuntiabo tamen, quod solent iudices, cum sibi non satis liquere de caussa, intelligere volunt, idem ego quidem faciam, ac faciam illud quoque, vt quod apud Macrob. legitur, huc adscribam. Ille hæc habet malorum genera: *Armenium, Cotonium, Citreum, Coccymelum* (suspectum est, fortasse legi possit *oxymelum*) *conditiuum, ἐπιμηλίς, Musaum, Mattyam orbiculatum, ogradum, pracox, pannuceum, punicum, Persicu, Quirianum, Prosium, rubium scandianum syluestre, synthiã, scantiam, Tiburtinum, Verianum.* Videmus hic & *Scandianũ* & *Scantianum* esse, quare ille Varronis locus recte habere videtur mihi, & certe quod assentior Victorio, *Quirianum* potest esse condonatum Varroni a studioso quodam: nec.n. Varro alteram partem malorũ nominat, illud quoque defendũ apud Macrob. *Quirinicum* legendum pro *Quirianũ* quod videtur. Ecce alterũ pensum absoluimus, nũc ad secundũ & tertiũ properemus. Non possum mehercule dicam sæpius & dixi alias, non possum inquam, quia

eum certe faciunt. Huc facit & illud eiusdem Festi, qui *compera* apud Ennium pro *compesa* vsurpari, dum scribit, vel sane, vt ego existimo, & non sine ratione tamen pro *compara* dixisse videri potest. Verum enimuero eodem recidunt hæc & illa. nam *parcere* & *pescere* eadem sane sunt, quod vel ex Virgilii illo versu potest existimari, qui est huiusmodi: *Parce tuo nes ni nimium procedere.* Nimirum ex antiquitate cuius scientissimus sane fuit pro *compescere* & *arcere* aut *cohibere* vult dicere Poeta doctissimus; & Festus certe adiuuat quod dico nam *compescere* pro *vna parcere*, & *vno loco continere* acceptum ab antiquis significat, atque hoc Ciceronis e somnio, quod adscribam, respondet festiue his omnibus:

Nouem, inquit, *tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia, quorum vnus est cœlestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summumq; ipse deus arcens & continens ceteros.*

Et ecce seipsum interpretatur Cicero, quod & Poetis familiare, est admodum præcipue Virgilio. Illud porro, quod apud Gellium de *parco* disputatur, festiue quidem & verisimiliter, non satis mihi placeat, liceat certe nobis, quod illis in suos maiores laudabile fuit, licuitque. Gellii caput ipsum adscribam, quem mouet etiam Fauorinus; Non G. Bassus cum prodiga sua non parca sequestratione nominis Parci: *Apud cœnam in discubitu fuerat, cœptumq; erat apponi, ibi seruus assistens mensæ eius legere inceptabat aut Græcarum quid literarum, aut nostratiũ, velut eo die, quo adsui ego, legebatur G. Bassi eruditi viri liber de origine verborum & vocabulorum, in quo ita scriptum fuit:* Parcus composito vocabulo dictus est, quasi par arcæ, quando sicut in arca omnia reconduntur, eiusque custodia seruantur & continentur, ita homo tenax paruoque contentus omnia custodita & recondita habet sicuti arca, quam ob caussam Parcus quasi par arcæ nominatus est. *Tum Fauorinus vbi hæc audiuit, superstitiose, inquit, & nimis moleste atq; odiose confabricatus commolitusq; magis est originem vocabuli Gauius Bassus, quam enarrauit; nam si licet res dicere commenticias, cur non probabilius videatur, vt accipiamus Parcum ob eam caussam dictum, quod pecuniam consumi atq; impendi arceat quasi pecuniarcus, quam potius*, quod simplicius, *inquit*, veriusque est id dicimus: *Parcus enim neque ab arca, neq; ab arcendo, sed ab eo, quod est parum & paruum, denominatus est.* Hæc sunt Gellii referentis vt plurimum aliena, & auditos rumusculos stationum Grammaticarum, vel philosophantium: Ego his omnibus vt inducam animum credere, adduci non possum. Et certe Fauorinus ipse, qui Bassum lacessit, cum suo quoque munere facessat licet; nam quod *parcum* quasi *pecuniarcum* accipiat, nihili est, & videtur mihi antiquorum notas imaginatus, cum hoc diceret, vt P. in *Parcus Pecuniam* signi-

ficaret, extremum vero illud, quo emendat sententiam suam & rescribit scil. *parcum a parum & parvum* accersi posse, est sane omne istud parum & parvum, vt illi debitum resoluam d. suo, si quod tamen contraxit. docti videbunt. Dicam certe, quod me sentio, nec .n. plus loci habet aut iuris P in parco postliminio redditum, quã in *capere* c. habere videtur mihi, quod ego quidem verbi ab *Apere* antiquorum deduco, vt ẽt *cu. uare* ab veterum *vrbare*, quod est apud Festum; libet autem ita satisfacere mihi, vel certe doctis omnibus, quod opto, vt existimem *arco* & *arceo* apud antiquos vsurpatum. inde *Arcula* auis quæ vetabat in auspiciis aliquid fieri, quæ & *Inebra* apud eundem Festum & *Arculum*. circulus, quem capiti imponebant ad sustinẽda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Addatur & *Arcuma*, quod genus plaustri est, quo homo gestari possit, nimirum teneri & sustineri. Hoc quidem verbum pertinere videtur mihi ad illam legem Gellii, quam nuper vir omnino doctissimus, meiq; amantissimus, Iacobus Reuardus industria singulari restituit antiquitati suæ in illa est: ARCEREM NE STERNITO, vel ARCERAM, quam Gellius *plaustrum vndique tectum & munitum quasi arcam quandam magnam vestimentis instratam ait, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.* Labor ego, vt credam ARCVMAM ex Festo legendum. Potest enim in Gellio, vt antiquiora plurima, corruptum esse, & in Festo antiquitatem suam reseruasse. Sed de hoc doctiorum esto iudicium, non meum, imo Reuardi ipsius. Conferam in Epilogum quæ dixi, *Parcum* ego apud antiquos continentium & frugi hominum fuisse existimo, postea mutatis & corruptis morib. ciuitatis etiam mutasse hoc nomen. *Parcus* autem continens, abstinens & condus magis quam promus. *Parce ac duriter vitam agebat.* ait Terent. vtrumque hoc ad laudem pertinere puto apud illũ. Sed nos iam satis vagati sumus, ad metam reuertamur. Ait apud Varronem Scropha cap. eodem 1. *Sed hac ita a nobis accipietis, vt eos Epyroticos pecuarii athleta remuneremini nos.*

Hic Victorius ex vestigiis obscuris hanc lucem eduxit; nam *Athleta* pro *Athletu* scriptum in veteri ait, recte illud, sed ego malim parcius vti scriptura veteri, & ita legere: *Qui estis pecuarii Athletæ.* nam in Victoriano est libro: *Pecuris arietiba.* idem sensus erit, & nescio an festiuior in bubulo pecore. Progrediemur, capite eodem hæc sunt:

Itaque minoris emitis anniculam & supra decem annorum. quod a bima aut trima fructum ferre incipit, neq; longius post decimum annum procedit:

Victorius sic legi testatur in suis, & tamen vt probet, adduci vix potest, nos illi & nobis probabimus: *Emo* nec quis miretur ac

plures

plures eo numero uti. Itaque apud antiquos & *Emto* dictum fuit & *Emο*, a quo *Empsim* & *Emsim* efficitur, pro *emam* & *emerim* ut lubet. Hoc constituto ad locum quendam Plautinum expurgandum veniamus. Hic est in *Casina*, quam & sortientes appellare possumus, quod in ipso prologo velle videtur Plaut. cum ait: *Clerumenae Graece vocatur hac Comœdia, Latine sortientes.* Parum id est, nam Festus, vel Plautus, Casinam ab ancillae nomine vocatam scribit. In hac senex et villicus Olympo loquuntur:

OL. Quod si sors aliter quam voles evenerit.
STA. Bene dice, Dis fretus Deos sperau mus.
OL. Non ego istud verbum em- ssim titiuillitio.
Nam omnes mortales Dis sunt freti sed tamen
Vidi ego Dis fretos saepe multos decipi.

Fulgentius in libello de vocabulis veterum ait: *Titiuillitium dici voluerunt fila putrida, quae de tela cadunt. Plautus in Casina:* Non *ego hoc verbum em- ssim titiuillitio id est, ne admodum vilissima. nam & M. Cornutus in satyra sic ait: Titiuities Flacce de tibi.*

Hic primum illud obseruandum per e scribi penultimam syllabam apud Festum, per i apud Plautum deinde apud Plautum *Empsim* legendum, & reponendum apud Fulgentium in Satira. Satis cum Plauto, ad opus locatum redemtionem seruamus.

Quarta pars est, inquit Scropha cap eodem, *de sanitate res multiplex ac necessaria, quod morbosum pecus & obnoxium, & quoniam non valet, saepe magna afficiuntur calamitate.*

Vulgata lectio est talis: *Et quando non valet, saepe magna gregem afficit calamitate.*

Hanc lectionem Victorius retinuit, nimirum quia numerosa & adtinet ficans est. Ego tamen superiorem scripturam suo auctore indignam non puto; & sic interpretor Varronem dicere: Pecus saepius morbosum esse & vitiosum, & cum iam (quod hic est quoniam vetuste) pecus non valet dominos magna affici calamitate. *Afficiuntur* autem more iam noto doctioribus absolute ponitur, cum homines intelliguntur. Hic *pastores* vel *domini*, quod saepissime apud Varronem, & ipse adnotauit Victorius & nuper vir elegantissimus apud Ciceronem Langius noster. Quare bene habet Varronis locus. *Quoniam* vero saepius est apud Plautum pro *Quando*. Quoius etiam loco *igitur* quandoque ponitur. Et sane commodum est, cum de illo veteri more coepimus loqui, quoddam exsomne, ut ego quidem volo & opto, somnium, quod ego tamen non illo noctis obseruaui, cum ille, ut ait, *somnia vera*, sed media certe in luce contemplatus. Id est eiusmodi apud Tibullum, qui est omnino cum Catulli vetustate & venustate geminus. Est aliquid certe libro secundo, nisi fallor, quod lectorem quantumuis mult-

gentem latere non posset, & diligentem tamen & doctum offendere, ait Tibullus de Maracho suo:

Parce puer quaeso, ne turbu fabula fiam,
Cum mea ridebunt vana magisteria.

Ecce parua sunt omnia, & tamen ego, quod de effractario ait Seneca, *operta non transilio*, quodque est apud eundem, *furem signata solicitare*, id vsurpabo, & hunc versum Tibulli obsignabo, vt doctiorum ingenia excitent, & solicitent. Itaque legendum puto leui mutatione:

Parce puer quaeso, ne turpis fabula fiam,
Cum mea ridebunt vana magisteria.

Sic Ouidius:

Neu desint, quas tu digitis ostendere possis,
Vt quamq; attigeris fabula turpis erit.

Et sane *Turba* istae turbant imperitos librarios, qui locum venustum corruperunt, vt suspicor; ac quidem si *Turba* hinc exturbari non possunt, sed recte & Latine se habent, certe poterat Tibullus eadem facilitate dixisse:

——*Ne turba fabula fiam.*

Sed quid dico? Asinastri Grammaticales auriti nimis aspero illo vocalium geminatum caetu radi sibi aures clamitabunt, quarum superbissimum esse iudicium docet Tullius. Itaque nos manum de tabula; De illo tamen Tibulli videbunt docti, non superiores muli. Et sane, vt placeam, vel displiceam, hilum non interdum; de mea certe coniectura nec mihi ipse placeo satis. ad Varronem redeamus. Sequitur eodem capite de morborum in pecudibus caussis & effectis: F[illegible], inquit, *erunt morborum caussa, quod laborant propter aestus, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem, aut contra propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris, statim sine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa autem sunt, vt eorum qui si e labore febrem habent, adapertum humidum spiritu crebro & corpore calido.*

Vulgata est: *Qui siue ex aestu, siue ex labore febrem habent, adapertum os humidum spiritu crebro & corpore calido.*

Recte mecum Victorius hanc scripturam suspectam habet, & sane miror liberalem illum non Senecae, sed Varronis non omnes morborum caussas accumulasse, quas supra scripsi, vt hoc dicerem. Ego vero ita iudico, priorem illam lectionem adiuuari leuiter posse, quam Victorius quidem non damnauit, sed tamen approbare sibi non potuit, vtpote parum integrum nos ita locum omnem reddimus: *Signa autem sunt, vt eorum, qui quod sine labore febrem habent, id apertum humido spiritu crebro, & corpore calido.*

Parum alieni iuris sumsi mihi, vnicamque glebam de meo fundo ad Praetorem attuli, in quam iurandum reo est vtrique, & certe

certe id faciundum fuit, si locum sane cum pecore ipso proprietatem sui vellemus. Dicit Varro signum eius pecoris, quod sine labore febrem habet, non quod ex labore, etenim eiusmodi animal calido esse corpore & crebro spiritu, non tamen crassissimo, etiam crassissimis persuaderet Varro, si id vellet: sed occultioris morbi profert remedium, vt ceterorum præter hoc neglexit. Et illud est aliquid, vel certe multum, quod vt militi propter stuporem animi, & imbelliam, vel ignauiam laboris demittebatur sanguis, sic & pecudi quoque Varro extremum remedium sanguinis missionem reliquit. Sed hoc ego ridiculum scio atque sentio & tamen lectorem retinendum hoc Æsopico themate putaui, quod licet prima facie futile apparet, & nihili propius, tamen respicienti Syllorum Alcibiadis dignitatem sapit. Hactenus quidem cũ Victorio feci, vel certe cũ eius codicibus, nunc ab ipso vt dissentiam, perducor & trahor inuitus. Sic certe veritas amica mihi & bonis omnibus cogit ac ipsius Varronis dignitas. ait ille Cap. II.

In emtionibus iure vtimur eo, quod lex præscripsit, in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt, quidam enim pretio facto in singulas oues, vt agni chordi duo pro vna oue annumerentur, & si cui vetustate dentes absunt, item bina pro singulis vt procedant. De reliquo antiqua fere formula vtuntur, cum emtor dixit: Tanti sunt mi emtæ? & ille respondit: sunt, & expromisit numos, emtor stipulatur prisca formula sic: Illasne oues, qua de re agitur, sanas recte esse, vti pecus ouillum, quod recte sanum est, extra luscam, surdam, minam, id est, ventre glabro, neque de pecore morboso esse, habereq; recte licere; hæc sic recte fieri spondes?

Hæc fusius adscripsi, primum vt in prioribus non recte sensisse Victorium ostenderem, deinde reliqua vt interpretarer ἐν παρόδῳ. Victorius itaque *Procedere* hic pro *Numerari* vult intelligi, *Greges enim*, inquit *magni non bene numerari possent, si eodem loco manerent, quare consuetudinem habent pastores claudere gregem, & dum emittunt, numerare: aliter enim rursus confunderentur*. Ego istud *Procedere* subtilius esse puto, quam quod Varronis simplicitati Romanæ possit accedere. Nec enim supra aliquid de processione istac, quare hoc verbi nude omnino interpretor, pro eueniant & prosint emtori, quod alias *cedant* dicunt iurisperiti, vnde istud conflatum suspicor & non temere fortassis. Sic & Cato, vbi de fructibus tractat: *Oues, quæ non pepererunt bina pro singulis in fructu cedent*. Doctiores videbunt, nam ego, fieri potest, vt plus æquo viderim.

Pergamus interim ad formulam: *Expromisit numos* recte Victorius reposuit, inde *Actio ex promisso* nata est. *Promittere* certe & spondere, & dicere dari, apud Plautum in conditionibus frequentantur. *Spondere* namque, quod in hac quoque formu-

la adhibetur, pro addicere vel sane dicere est: vnde & apud Apuleium huiusmodi phrasis est, vbi de Ruffini perfidia & impietate in matrem Pudentillam est sermo, sic habent verba:

Has enim gratias bonus filius matri respondes ob datam vitam, requisitam hereditatem, ob xiv annorum longas alimonias.

Hic certe *respondere gratias* pro *reddere*, quod idem est, nam *Dare* certe est *Dicere*. *Agere* vero *gratias* geminum est cum vtroque superiori; nam *Agere* pro *Aiere* apud Plautum inuenias, cum non vno loco hanc repetat locutionem *Quid agis?* Et sane nil opus his tantis probationib. nam *Agere caussam* vsurpari scimus, & *Dicere*, quod omnino idem est. Ac ille sane Epilogus, si Epilogo meæ actioni, de hoc verbo cum cum præco finita iam caussa *dixisse* prædicat oratorem.

CAPVT IV.

Hæc sunt de porculis. Cum creuerunt, capiuntur, sequi matrem pastum.

DE qua lectione nihil adhuc boni elicere se potuisse fatetur Victorius, ideoque eam ex contextu reliquo Varronis eiecit: nam *cupiunt sequi matrem* imprimi passus est, quod tamen nullam elegantem, vt arbitrarur, lenter tiam habere etiam addit. Ego superiorem & persanam esse & veterem existimo, interpretorque *capiuntur sequi*, prohibentur & intercipiuntur matrem persequi in pastionem. Illud vero *cupiunt* ab inficicibus Grammaticis effictum libet suspicari. *Capiuntur sequi* pro cupiunt acciperent satis quidem facile, non tamen cum re & sententia Varronis. Nam sic continuatur: *Demq. secernunt a matribus, ac seorsum pascunt, vt desiderium ferre possint parentis.* At *Nutricis* Victorius legi in suis codicibus diserte monet, id omne nec statuere se posse, quid illa vox postrema sibi velit, etiam fatetur, dubitatque, an pro *Nutricis* nomine *Parentis* inculcatum sit. Mihi certe locus sic scriptus fuisse videtur, vt reponam:

Demq. secernunt a matribus, seorsum pascunt, vt desiderium ferre possint nutricis.

Et interpretor ita: Porculos a matribus secernit, vt lactentes esse desinere, quod est desiderium ferre nutricis, vt delici esse incipiant, & lactentes esse desinant. Ex hac significatione *Depulsos a lacte* iam frequentatur. quod sane ita est; nam toties cernitur, vt postquam in Catullo *Nutricum tenus*, cœpimus ex Nonio, quid esset non ignorare. Et certe Apuleius docere nos poterat, si curaremus eum legere, sic enim lib. II. Metamorphoseos scribit: *Ego te Luci meis istis manibus educaui, quidni parentis tui non modo sanguinis, verum & alimentorum, nam & familia Plutarchi ambæ pregnatæ sumus, & eandem nutricem simul bibimus.*

En ve-

Eo vero iam paret, secundum sententiam dari iusque fasque esse. Illud porro supra in Appuleio (*Quianis parentis tua*) mutandum censeo in *Quippeni*, quod pro *Certe* accipitur sexcentis locis apud Plautum. Descendamus ad reliqua. Cap. IX.

Solone vt corneo, ne nimium duro, sed & fermentato ac molli.

De Canibus loquitur Varro. Victorius noster priorem dictionem sic restituit, cum in MS Ctis perperam esset *Selone*, ex quo fecit:

Solo, nec vt corneo, nec nimium duro. Ego vero licet non ignorem placere hæc aliis, tamen priorem lectionem Varroni restituo. *Nec* enim & *Ne* eadem omnino significatione fuerunt in veterum monimentis, vt vt est, *Nec* pro *Non* sæpissime vsurpatur, & nescio an mollius quiddam & suauius sonent illa. Sic alibi de Equis: *Genib. rutundis, ne magnis, neue introrsum spectantib.* Sic certe lego ex Victorii libris, quamuis ita ille exprimi non curauit. Eodem quoque pacto apud Festum ex veteri codice *Rutunda est ædes Vestæ. Genibus*, inquit, *rutundis, ne magnis, neue introrsum spectantibus.* Hoc tamen loco etiam Victorius *Nec* reponendum sentit ego dissentio, & tamen, nisi me fallo, cum veritate antiquitatis censeo. Sic & Cato sæpe loquitur. Quærat plura, qui sibi hæc ita esse persuadere non potest, ego mihi iam persuasi. Nunc apponam aliquid, quod ego quidem nescio, an expediam, certe voluntatem & conatum perficiendi, qua de re agitur, hoc toto capite adferam in medium. Ait Varro: *Villatico vero gregi in fundum satis esse duo, & id marem & fœminam. Ita enim sunt assiduiores quod cum altero idem fit acrior, & si alter indesinenter ager est, ne sine cane grex sit.*

Victorius hunc locum suspectum habet, & quid sentiat non videt, vetus eius lectio est eiusmodi: *Et si alter videm fiter ager est.* Ego hic, quamuis non ignoro, inanem esse operam, quæ talibus lacunis affertur, tamen aliquid dicam, & aliorum ingenia ad hunc locum dexterius emendandum sane mouebo. Sic totum locum rescribo:

Ita enim fiunt assiduiores, quod cum altero idem fit acrior, & si alter idem fit, & ager est, ne sine cane grex sit.

Dicit Varro in singulum fundum opus esse duo canes, alterum marem, alterum fœminam (sic enim recte & antique loquitur) vt hoc quasi coniugio acriores sint & depugnent alter pro altero, vt taurus pro compare, sed etiam illud commodi spectat, ex duobus, quod vnus si æger fiat, tamen sit, vnde gregi succurri possit a duorum altero. Hæc fuisse Varronis verba repromittat pro me alius. Ego quidem mihi hoc officii facio satis, vt alii a me satis accipiant, nihil moror, quod mea voluntate contigit mihi. Pergimus, inquit, Varro, cap. XI.

Si quidē, inquā, adsecaritis de extraordinario pecorū fructu, vt pra

dictum est de lacte meo, & tonsura lana. Est omnium rerum, quas cibi caussa capimus, liquentium maxime alibile, & id ouillum, inde caprinum.

Victorius sic in vetustissimo exemplari scriptum ait, & tamen non probat, ac fortasse probandum non fuit, nisi quod possimus dicere, *Cibilis* reponi posse vt *Alibilis* apud eundem, & sic placiturum esse magis, vt *Acibile* ducatur, & significet, quod cibi gratia comparatur. *Cibilla mensa* sunt apud Varronem, *Cibilla* apud Festum, sed nihil huc pertinent. videbunt docti. Hactenus exemplar; credo tamen nulla desiderari, cum index capitis promittat obseruationes in Catonem, Varronem, & Columellam. Habemus hic in Catonem & Varronis libros duos, restabat liber 3. & totus Columella, ex cuius Hortulo flores aliquot collegit extremo cap. lib. 2. Vero præterea nihil inuenio, an perierint, an morte præuentus non absoluerit, plane ignoro. Posset ea de re consuli v. cl. Obertus Gifanius, qui Fruterio familiarissime vsus est.

CAPVT IV.

Ausonii loca quamplurima correcta.

QVisquis fuit ille, cuius opera & industria locupletiorem habemus Ausonium, ille quidem fecit egregie, quod hoc quasi auctuarium studiosis non inuidit; sed tamen imperite hoc etiam fecit, quod exemplar suum insigniter corruptum nullo suo labore vel ingenio adiuuandum iudicarit; siue itaq; quo de ago, restare potuit Poetæ non ineleganti, siue sane istuc non potuit, certe vtraque ex parte a culpa abesse non potest, verum nos id cogitemus, nobis & aliis quibusuis de hac re palmam ab eo, quisquis tandem est, propositam & relictam esse. Itaque persequamur metam, donec ad calcem feramur optatum. Primum igitur illud Ausonii ad Lectorem:

Sed quo nostrates Aquitanica nomina multis
Conlatus & non subditus aspicerem.

Dicit Grammatici nomen passim sibi imponi, non vt Scaurum aut Æmilium Probum subiret, & illorum quasi gloriæ se immitteret; sed vt inter suos & Aquitana nomina conferri multis possit, non vero illorum gloriæ sequestrari, sed cum hoc dicit, parum constanti versu vtitur. Ego ita rescribendum putarem:

Sed quo nostrates, Aquitanaq; nomina, multis
Conlatus, sed non subditus adspicerem.

Sequitur mox:

Hic ego Ausonius: sed tu ne temne, quod vltro
Patronum nostris te paro carminibus.

Versus hiat indecenter, forte *Sum* interiiciendum, aut certe ex industria & a sciente factum Ausonio, vt apud Poetas sæpe, ac nuper

nuper ex Charisio reponendum huiusmodi aliquid didici apud Horat. nam vbi in Epodis legitur:

O ego non felix, quam tu fugis. & tum ille admonet legendum: *O ego infelix.* atque ita reponendum est procul dubio.

In Ephimer. de. vbi Parmenonem suum plus æquo indulgentem somno excitat, ita scribit:

Fors & hac somnum tibi cantilena
Sapphico suadet modulata versu,
Lesbii depelle modulum quietis
Acer iambe.

Tertius horum versuum & longior est præter rationem Sapphicorum, & nullum sane idoneum sensum facit. Ego leuiter ita mutandum censerem:

Lesbia depelle modum quietis
Acer Iambe.

vt Lesbiam quietem vocet ebrium, & aggrauatum cibo & potu somnum, quod illi supra exprobrat Ausonius, cum ait:

——*Tibi caussa somni*
Multa quod potas, nimiaq; tendis
Mole saginam.

Hæc leuiuscula certe fuere, sed tamen admonenda, ni fallor, nunc spero meliora occurrent. In Precatione Consulatus Calendis ianuar. fascibus sumtis sic gratulatur sibi, & anno consulari:

Iane veni, nouus anne veni, renouate veni Sol:
Consulis Ausonii Latiam vis scire curulem.

Omnino hic legendum est: *visure curulem.* Aliud enim si non ridiculum est, proxime tamen ab eo abest. Ita & Tibullus lib. II. Eleg. XXI.

Ipse suos Genius adsit visurus honores.

Iam Parentalia aggrediemur, quibus Ausonius more pio & solemni Parentum suorum manibus iusta persoluit. *Argirium* auum sic alloquitur post multa, quæ præcedunt laudum examina:

Tu nouies denos vitam cum duxeris annos
Expertus Fortis tela cauenda Dea,
Amissum fletu post trina decennia natum
Saucius exstincto lumine cassus eras,
Dicebas sed te solatia longa mouere
Quod mea præcipuus fata maneret honos.

In secundo versu arbitror reponendum:

Amissum flesti post trina decennia natum.

Atque ita postulare mihi videtur œconomia sermonis & iusti fletus ratio, qua filio iam tricesimum annum agente, qui patris iam senescentis solatium futurus erat, redditur legitime. De

Paulino restat ex Parentalibus leue quoddam, & tamen emendandum:

Aquauus, Pauline, mihi natamq; sororis
Adeptus thalamo, sic mihi paue gener.

omnino & sine controuersia legendum: *Indeptus thalamo.* quod apud Ausonium est non semel. Ecce nunc Professores Burdegalenses examinabimus, quibus Ausonius & famam dedit & nomen; nam certe ignobiles sunt plerique atque obscuri. Attico Tyroni Delphidio ita canit:

Mox inde cursum, more torrentis freti
Epos legasti. legendum sane, *ligasti.*

Illud, quod sequitur depositum est:

Vt nullus aqua lege liber carminum
Orationem exaquet Pauli.

Post ait:

Coleris tuendis additus clientis.

legendum *Clientulis.*

Ad finem dicit, Fœlicem Delphidium, quod media ætate fatum obierit, nec filii a patriis virtutibus declinantis propinationem & proteruiam atque ignominiam viderit. Sic habent verba:

Minus maiorum munera expertus Dei.
Medio quod aui raptus es.
Errore quod non deuiantis filii
Pœnaq; lesus coniugis.

Priori versu legendum:

Minus malorum munere expertus Dei. Quod & versus postulat, & sensus ipse, qui antea nullus erat. *Herculano* sororis filio Grammatico Burdigalensi, ita næniatur:

Herculane, qui profectus gremio de nostro & schola
Spem magis, quam fruendum prabuisti auunculo.

Videtur legendum mihi, quia versus Trochaici quadrati modulus secundo in versu deficit, hoc modo:

Spem magistri sam fruendam prabuisti auunculo.

Citari Siculi Siracusani hæc sunt:

Esset Aristarchi tibi gloria Zenodotiq;
Grauior, antiquos si sequeretur honos.

Illud *Grauior* leuius est, quam vt locum & dignitatem sustinere possit. Nos eius loco *Grandior*, vel ita sane:

Grandior antiquos vt sequeretur honos. vel:

Antiquos grauior ni, &c. Quod tamen non ita amplector, vtpote audacius effictum, vt vel Momi iudicio condonem, vti de eo statuat, quod volet. Sed nos ad reliqua, de Sedato Rhetore ita cum scribit:

Et tua nunc soboles morem secuta parentis
Narbonam ac Romam nobilitat studiis.

nullus

nullus non videt legendum esse, quod sæpe apud hunc est auctorem:

——Morum resecuta parentis. vt supra:

Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querelis.

Nunc finem imponam Professoribus Burdegalensibus, si cum Ausonio de suis finibus male rectis prius quædam egero. sic ait, valeque dicit:

Et si qua cunctis cura viuentum placet
Iuuatq; honor superstitum,
Accipe mæstum carminis cultum mei.

legendum est:

Et si qua functis cura viuentum placet, & *Accipite*. iam tandem aliquam partem suscepti fastidii excussimus, nam certe fastidia hæc voco. quæ & cuiuuis opella possint adiuuari, & mea certe non indigebant. si ille, qui edidit, aliquid suæ diligentiæ nouo operi impartiendum iudicasset, quod cum factum non sit, nemo credo Cyclops literatior, obliquo lumine isthæc mea adspiceret, quod hæc leuiuscula libello huic non indigna esse censuerim, imo feret æquis oculis, vti spero, & scio quod leuissima pleraque, vt erant, reliqui, quæ sane attingenda non putaui, quod librariorum ἁμαρτήματα esse non ignorarem. Sed plus satis de re nihili.

CAPVT V.

Locus Festi ex Sosipatro emendatur.

LEgebam nuper, idque non sine fructu, Sosipatri Charisii de re grammatica scripta, in quibus certe præter rem ipsam, quæ per se erat iucundissima, etiam auctorum veterum carmina & sententias deprehendi, nec non ita pauca audacter satis ab antiquis dicta, sed tamen oportune & suo tempore, quæ & hoc seculo riderentur, & nihilominus auctoritate veterum comprobari possent, sed tamen intempestiue & ἀκαίρως dicerentur. Inter hæc quamplurima erant. Vnum selegi, quod & faceret ad institutum meum, & occasionem mihi dare videretur, locum in Festo corruptum sanandi. Scribit Sosipater lib I. hunc in modum: *Cassidem dicimus nos ab eo, quod est cassis, sed nonnulli Cassida dicunt.* Propertius:

Aurea cui postquam nudarit Cassida frontem.

& Virgilius:

—— Aurea vati
Cassida——

ex his Sosipatri verbis omnino emendandus est Festus, cuius hæc sunt verba: *Cassitam antiqui pro Casside ponebant.* legi enim debet idq; indubitata fide: *Cassidam antiqui pro Casside ponebãt.* hæc & similia verba, quæ apud Festũ sunt plurima, nulla ratio-

ne possunt restitui, nisi ex Grāmaticorum libris, vel certe exemplaribus multum vetustis, quia, vti obseruo, & illa corrupta sunt, & nobis hæc antiqua verba tanquam numen aliquod suspicienda non tamen attrectanda reliquerunt.

CAPVT VI.

Propertii verbo allata interpretatio, & quid apud Iurisconsultos sit, In pecuniam ludere, *breuiter adnotatum.*

PRopertius qua elegia iactat insaniam amoris sui in Cynthiam & nihil non eius amicitiæ postpositurum se dicit, inter cetera magnanimitatis exempla, hoc est vnum, quod ego capitale iudico, est enim poeticum, cum ait:

Me licet aratis anstringant brachia nodis,
Sint mea vel Danaes condita membra domo,
In te ego, & aratas rumpam mea vita cathenas,
Ferratam Danaes transiliamq́ domum.

Quid hic sit, *In te rumpam cathenas*, vehementer obscurum puto, iis præsertim, qui vt ego iudicio sum parum de iis reb. confirmato. Idque explicabo mihi & illis, puta hanc esse Propertii sententiam, vt dicat, etiamsi cathenis esset & Danaes turre inclusus, tamen in gratiam dominæ suæ hæc omnia perrupturum esse, sic & Virgilius explicante Seruio: *benignum Accipit in Teucros animum*, pro *Teucris*. & Plautus in Aulularia: *euemi ex manu manubrium; Quid opus est verbis, facta est pugna in gallo gallinaceo.*

Etiam Iurisconsulti hanc phrasin non ignorarunt, nam Digestorum lib. 11. tit. 5. de aleatorib. *Senatusconsultum vetuisse*, aiunt, *in pecuniam ludere, prǽterquam si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel quarendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis caussa fiat.* Quæritur hoc loco, quid *in pecuniam ludere* significet, nescio sane, an aliquis nodum dissoluerit, ego quidem ita soluendum existimo, vt Propertii nodus enodatus est, & aio Senatusconsulto vetitum ludere in pretium, quasi pro pretio & pecunia, nec enim aliud esse, libet suspicari, nec argutari multis in re minime arguta vel certe arguenda. De hoc Iuris exemplo admonuit me vir honestissimus & doctissimus Iacobus Susius, cum ei de Propertii loco quid sentirem Brugis significarem. Ego quidem, quamuis eius doctissima scripta cum aliis doctiorum multis prouocem, tamen ab hac eius sententia prouocandum nulli sentio.

CAPVT

CAPVT VII.

Puppii Epitaphium apud Acronem emendatum.

GEorgius Fabricius, homo inuandis studiis natus, & veterum libris nitori pristino reddendis apprime deditus, ante annos aliquot singulari studio in Acronem fuit, quem certe & emendauit diligenter, & auxit fideliter, & tamen in eo etiamnum plusculum desiderari puto, non quidem in Fabricio, qui quod a manuscriptis accepit, in lucem dedit; sed ipso in commentario, qui inscitia scribentium & sciolorum quorundam, mirum quantum corruptus est; quid enim dicemus de loco illo, qui est Epistola prima, Acronisne esse commentum de Puppio Tragœdiographo, cuius *lachymasa poemata* vocat Horat. *Puppius* (inquit Acron) *Tragœdiographus ita affectus spectantium mouit, vt eos flere compelleret, vnde istum versum fecit:*

Flebunt amici & bene noti mortem meam
Nam Puppius in me viuo lachrymatus est.

Hic primum animaduertendum est Puppium, cum de se loquitur, dicere tamen, Puppium esse lacrymatum in se viuo, quod equidem qua ratione rectum sit, non video, vt interim de illo dicendi genere nil dicam, quod mihi quidem vt durum videtur, ita parum Latinum, nedum antiquum, legendum semper esse existimaui, & etiamnum existimo:

Nam Populus in me viuo lacrymatus est:

Vt hoc sit Puppii argumentum. Flebunt nimirum morte mea amici & noti, cum olim populus ignotus & peregrinus vt plurimum me agente lacrymatus sit, simultoria illa & hypocritica pathesi adductus, eodem citat pacto Gyraldus in libris Poeticis, sed tamen vno verbo plus habet, legit enim:

Nam populus omnis me viuo lacrymatus est.

quam equidem lectionem vbi repererit nescio, certe codices Horatiani nihil huiusmodi, sed illo modo adducunt, quem supra adscripsi, quare videtur mihi Gyraldus difficultatem fecisse in locutione (*in me viuo lacrymatus est*) Ego tamen nescio, quam versus sonorus magis & rotundus sit, si illo priori modo legas. Itaque nihil mutandum censeo. Adiungam & alium, cuius certe de fide nulli religiose addico, sed tamen probabili, nisi fallor, coniectura ducitur. Horatii hæc sunt:

Si quis emat cytharas, emtas comportet in vnum
Nec studio cythara, nec Musa deditus vlli
Si scalptra & formas.

Formas interpretatur Acron *Colopodias*, quod equidem vocabulum Grçcum esse puto, sed corruptum, legendumque *Calopodia*, vt sint ligneæ sutorum formæ, ad quas corium stringentes calceum componunt.

CAPVT VIII.

Locus apud Propertium expensus.

MIror sæpe eorum inscitiam, qui ita religiosi sunt in veterum libris, vt a manuscripto codice non audeant modò ipsi recedere, sed aliis quoque eandem necessitatem imponere, adeoque malint scriptoris indocti nænias iudiciis melioribus relinquere, quam vel ipsi in re nihili, quid sentiant libere profiteri, eorum autem ineptiam ridere soleo, qui non modo audendum aliquid sine veteri exemplari dicunt, sed etiam si ea desint, malunt tamen auctorem manifestis vitiis obnoxium esse, quam vel iudicio & coniecturis aliquem locum facere. Ego vero quamuis modeste sentiendum de veterum libris existimo; malim tamen de locis aliquibus manifesto corruptis, nec corruptis modo, sed a ratione alienis iudicium meum facere, quam aliquando optimam Poetæ vel Oratoris sententiam non intelligi modo, sed etiam nimis intelligi. Certe quod dico manifestum erit, si Propertii locum vnum hic adscripsero, qui talis est:

Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle
Fundet ad Idaos cymbala rauca choros.

Poeta his versibus solemnem Bacchi pompam describit, dicitq; Cybelen cymbala esse fusuram ea gratia, vt Idæi Dactilii chorum & solemnes ludos ineant, quod quidem vt dicat, ait:

Fundet ad Idaos cymbala rauca choros.

Et quid tandem est *Fundere cymbala*, cum cymbala non soni sint instrumenta ipsa, certe audacter omnino, ne insolenter dicam, locutum esse Propertium, existimari potest, si id rectum esse & non corruptum iudicemus. Ego quidem sola ratione coniecturæ ductus legendum putarem:

Fundet ad Idaos cymbala rauca sonos.

Quod sane quanto sit verisimilius, non hac modo ratione, quod a punctis literarum nihil aut parum absit, verum etiam quod simplicius & significantius multo exsistat. Certe mecum sentiunt, ni fallor, docti omnes; quare nolo in re illustri prolixum me præstare, quando & olim Parisiis doctis hominib. hoc meum commentum probarim.

CAPVT IX.

De verbi Satis *significatione non vulgari apud Tibullum.*

NOn tam aliquando in oratione hæremus, quam vel in verbis ipsis, quæ tamen intellecta perperam vel certe vulgariter alioqui facilem & obuiam omnibus modis obscuram reddunt sententiam, fitq; adeo nonnunquam, vt ille, qui in laude alicuius versetur, nihil aut parum dicere videatur, & ille contra,

qui

qui vituperat, insulse & inepte stomachari putetur, si verbum, quo vtitur ex consuetudine, in suum detorquere sensum velimus. Id exemplo clarum fiet. Tibullus ad Macrum scribens lib. II. imprecatur omnia dira lenæ cuidam, quæ Nemesim a se auerteret, & tabellas, quæ dominæ tradi per illam debebant, eas simulata officii opinione intercipiebat, huius hæc sunt verba:

Tunc tibi lena precor diras, satis anxia viuas
Mouerit e votis pars quotacunq; Deos.

Non obscurum est, quid velit Poeta, cum ait, *satis anxia viuas* lenam extrema imprecatur mala, & poetico more iram dira parenthesi includit. Hoc vnum sufficere possit intelligendæ rei, quam proposui, sed tamen & alium adducam locum, vt satisfaciam illis, qui in re nihili laborant amplius, & putant, quod sibi negotii plusculum fecit, id aliis non minus negotii exhibiturum esse. Sidonius itaq; Carm. 23. cum Poetas omnes Romanos enumerat, etiam Varronem sua laude dignum putat, cum dicit:

Et te multimoda satis verendum
Scriptorum numerositate Varro.

Hic apparet quod dico, nam quid magnificum de Varrone diceret Apollinaris, si illum satis & vtrumq; suspiciendum multis libris iudicet, quin imo ponit in magna laudis parte Varronis Polygraphi industriam, aitq; eum vel hac ratione laudari debere, quod multa eaque doctissima posteris reliquerit. Quin & Sosipater Grammaticus lib. III. quod ago diserte confirmat, ait enim: SATIS *diuersi accipitur. Lucillius Satyra:*

Qui si coniuret populus vix totus satis sit.

Terentius in Adelphis: Satis mihi id habeam supplicii, dum illum vlciscar modo. Item satis per accusatorem est, Cal. Hist. lib. I. Commodum esse satis videtur, nec enim pro sufficiẽti, inquit. Paulus accipi debet, sed pro pari & æquo. Item satis pro .ntente: Cato dierum dictorum de consulatu suo: iam apud vallum nostri satis agebant. Terent. in Heaut. Etsi suarum rerum satis agitat, tamen habet bene & pudice eductam. Ex his Sosipatri nihil dubitandum est, quin ea, quæ supra retuli, illo sunt modo accipienda, quo a me exponuntur, nec illud Horatii ab hoc loco abhorret.

Iam satis terris niuis, &c. vt ingentem & immanem tempestatem intelligat, non vero iram Iouis iam paratam esse post tot procellas & cœli marisque turbines. Iam finem faciam, ne immodica rei explicatione non illustrare, sed obscurare iudicium lectoris videar.

CAPVT X.

Varronis loci duo ex Gellio cum nostris codicibus collati.

IRasci libet aliquando, cum video plerosque studiose facere, vt optimi quique auctores ex manuscriptis exem-

pluribus quam incorrupti sint & emendati, nullum tamen ex tam frequenti doctorum hominum grege viam & rationem inire, quæ non minus commoda sit, quam certa; ea autem peti debet a Grammaticis & Rhetoribus, qui plerumque eorum exemplis vtuntur, in quibus emendandis tanto studio laboramus quotidie, quorum certe loca si cum nostris codicib. conferri contingeret, videremus non obscure, quam exemplaria manu descripta aliquando ineptirent & correcta essent. Sed ne videar Pythagoræ illud insigne *ἀναγκαῖον* mihi vsurpare exemplis sententiam meam confirmandam puto. Itaque Gellius lib. II. cap. XX. cum *viuaria*, quæ vocantur etiam *leporaria* esse appellata, vult Varronis loca duo ex III. odi rusticæ lib. adducit, quæ sunt huiusmodi: *Verba Varronis*, inquit Gellius, *subieci: Villatica pastionis genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscina. Nunc ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ solent pasci. Leporaria te accipere volo non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soli lepores sunt, sed omnia septa ædificia villæ, quæ sunt & habent inclusa animalia, quæ pascuntur.* Nunc Varronis nostri verba subiiciam, vt quantum inter se differant, cognoscatur. Cap. III. Lib. III. hæc sunt: *Eius disciplinæ genera sunt tria, Ornithones, Leporaria, Piscinæ. Nunc Ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ solent pasci. Leporaria te accipere volo non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soliti lepores sunt, sed omnia septa afficta villæ, quæ sunt & habent inclusa animalia, quæ pascantur.*

Hic ego dubito, cuius sententiæ accedere debeam, video quidem Varronis nostri verba non esse obscura, & tamen miror, qua ratione illa prima immutata sint apud Gellium, habet ille: *Villatica pastionis nostra disciplina*, an quia supra scriptum erat: *Primum dominum scientem esse oportere earum rerum, quæ in villa, circumue eam ali ac pasci possunt.* Ideo subiungit, *eius disciplina*. Et tamen Gellius Varronis esse verba testatur. Quod autem sequitur: *Leporaria te accipere volo non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soliti lepores sunt*, videri possit commodior Gellii editio, *vbi soli lepores sunt*, sed tamen quod affirmem, non habeo illud *soliti*. videtur antiquitatis habere plusculum, consentiente Plauto, qui scribit in Cistellaria: *Aquam frigidam subdole suffundunt viris, cum suis prædicant nos solere suas pellices esse aiunt*. Et tamen existimo, huiusmodi phrasin aliquando me obseruasse vt sit: *vbi soliti lepores sunt*. pro quibus leporariis assueuerunt & in quibus morati sunt. de illo nil amplius addam, dum in similem dicendi modum per tempus incidero, adiungam & alium non minus peruersum quam superiorem. Ille Gellius eodem in capite ex Varronis III. lib. hæc eius verba citat: Melilones vt *ἀμπελῶνας*, id est, *ὀμφρῶνας* (inquit) ita facere oportet, quæ

quidam

quidam Mellaria appellabant, nostri codicis hæc sunt: Ille *μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria.* non aliter & hic obscura sunt omnia. Primum apud Varronem nostrum Latinis literis scribendum est *ille Melissones*, nam Gellius post Varronis verba ita concludit: *Sed hoc verbum, quo Varro usus est, Græcum est. nam μελισσῶνας ita dicunt*, hoc primum: nunc quid dicemus de iis, quæ Gellius plura habet quam Varro? certe non videntur incommoda, & tamen quia Græca sunt, corrupta esse suspicari possum. Nam quid illud est, quod ait, *ἀμπελῶνας*, id est, *δαφνῶνας*. Equidem non ausim Varronis esse hæc dicere. Vltimum vero illud:
Quæ quidem Mellaria appellabant. puto esse Varronis ipsius. Nam sæpe ita loquitur, cum antiquum esse verbum significat, quod scilicet veteres ita appellabant. Nostri codices: *Eandem rem quidem Mellaria.* Hæc ego indicasse contentus fui, nec tamen quia perplexum est negotium de re obscurissima temere iudicare, ideo nihil certi constituere volui; sed magis vt doctis ingenia ad simile exemplum excitentur, alosque aliorum locos, posthac ita conferant, vt non tam sentiant compendiũ, quam etiam vt optimis auctoribus suus restituatur vsus. Satis autem mirari nequeo diuersitatem tantam in tam pauculis verbis. Malim tamen vni veterum fidem adhibere, quam manuscriptis exemplaribus mille, nisi forte ea sint, quæ multis seculis exarata sunt, priusquam Grammatici veteres vel Rhetores exstarent, ex quibus corrigẽdus erit locus. Et certe nescio, an multa eiusmodi referantur, ego quidem paucissima antiquitatis illius, quam requiro, superesse existimo.

CAPVT XI.

Auli Gellii locus emendatus & declaratus.

QVæ de ceremoniis Flaminum & Flaminicarum scripsit Gellius, ea sane frustra ab studiosis aliis petentur, nisi ille, qui dispersam antiquitatem suis Noctibus claris involuit, etiam hæc obscurissima posteritati condonasset. Vix enim vna aut altera harum ceremoniarum exstat in libris veterum, & sunt sane, quia Prætoris Gelliani interpretatione adiuta non sunt, Decemuiralibus tabulis obscuriora quædam, vt nil de integritate dicam vel lectionis, vel librarii. Quid enim? an Flaminem eiusmodi Edictis in Vestalium aures inflasse putabimus, quæ nullius rei sunt & significationis incognitæ. Sic ait Gellius:
Easdem ferme ceremonias esse, quas Flaminicam Dialis seorsum aiunt obseruitare, veluti est, quod venenato oritur, quod vtrica surculum de arbore si quis habet.
Quæ verborum monstra? quæ tenebræ? Ego olim cum Louanii

essem, exemplar habui manuscriptum Gellii ex Bibliothêca trilingui, in quo hoc loco non *Virica*, sed *In rica* legebatur, quod equidem quamuis obscuritate cum superiori illo contendat, nescio tamen, quantum adiuuerit coniecturam meam. Ex eo enim & *Virica* vidi esse legendum distinctis vocibus: *In rica*. Cum hoc satis mihi probassem, aliis vt idem videretur faciendum putaui. Itaque recurri ad Festum, in quo videbar mihi aliquid eiusmodi aliquando legisse. & sane non fefellit opinionem meam Festus. Nam opinione mea etiam plura habuit. Sic enim eius erant, & etiam nunc sint verba:

Rica & Ricula vocantur parua Ricinia, vt Palliola, ad vsum capitis facta; grauius quidem ait esse, muliebre cingulum capitis, quod vitta Flaminia redimiatur.

Quid potuit dici clarius de re obscurissima? quid plenius de minime plana. Itaque hoc modo legemus carmen illud Vestale: *Quod* leg. (*venenato*) *bene nato operitur, quod in Rica surculum de arbore felici*. Sic.n. erat in illo manuscripto, & optime quidem. Nam nos *silignas* porcis relinquimus. *Felices arbores* sunt, vt ex Catone adnotat Festus, *lata frondis & fructuosa*. Seruius de Flaminibus & eorum apicibus ac vittis ita scribit, quod adscripsi equidem eo studiosius, vt *Rica Vestalium* promtius intelligantur: *Flamines*, inquit, *in capite pileum habebant, in quo erat virgula breuis habens lanæ aliquid. quod cum per æstus ferre non possent, filo tantum capita vincire cœperunt, nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat unde a filo, quo vtebantur, Filamines; sed festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad honestam sacerdotii dignitatem sunt reperta: sicut columnæ mortuis imponuntur ad ostendendum eorum culmen. Alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quod cum sacrificarent apud Taurolauinium, de eis exta frequenter aues de vicinis lucis venientes eriperent eminentia virgarum earum, terrere eas voluerunt, exinde etiam consuetudo permansit, vt apud Taurolauinium ingentes haberentur virgæ, non breues vt in vrbe.*

Nūc quia ad Flamines deuoluta est oratio nostra, non videtur ab re fore, si de ceremoniis eorum nonnulla degustemus. Quod itaque ait Gellius: *Dialem iurare fas nunquam est*, id quidem non est eiusmodi, vt Seruii de eodem sententiam non recipiat libro IX Æneidos scribit, *illi quidem non licere per libros suos iurare, sed per Deos posse.* Quodque idem ait, *Equo Dialem Flaminem vehi religionem esse*. id Festus quidem etiam ratione constitutum a veteribus vult qui ait: *hoc ideo fieri, ne si longius digrederetur, sacra negligerentur.* Et Plinius de re præsenti aliud magis inauditum scribit libro XXIX. ait enim:

Equinum fel damnatur inter venena, ideoq; Flamini sacrorum equum

quum tangere non licet, cum Romæ publicis sacris etiam equus immoletur.

Ait Gellius: *Ederam & fabam neq; tangere Diali mos est, neq; nominare.* Idem Festus, sed cum antiquitatis ratione ait: *Fabam nec tangere nec nominare Flamini licet, quod ea nimirum putatur ad mortuos pertinere: nam & lemuralibus iacitur larvis, & parentalibus adhibetur sacris & in flore eius luctus litteræ apparere videntur.*

Idem: *Ederam Flamini Diali neq; tangere neq; nominare fas fuisse* ait, pro eo, quod edera vincit, ad quodcunque se applicat: sed ne annulum quidem ei gerere licebat solidum, aut aliquem in se habere nodum, quod Gellius his verbis refert: *Annulo uti nisi puro crassoq; fas non est, & nodum in apice neq; in cinctu neque alia in parte corporis ullum habet.* Hæc hactenus.

CAPVT XII.

Calphurnius Bucolico IV. bis emendatus.

CAlphurnius, cuius Bucolica & erudita & accurata habemus, Ecloga quarta sic loquitur sub persona Corydonis:

Sed nisi forte tuas melior sonus aduocet aures
Et nostris aliena magis tibi carmina rident
Vis aliena tua subigat vir pagina lima.

In his tribus versibus duas esse mendas puto. Primum enim carmen sic lego:

Sed nisi forte tuas melior sonus auocet aures.

tertium vero hoc modo:

Vis aliena tua subigatur pagina lima.

Hæc coniectura quidem nituntur, sed tamen recta, ni fallor, & vera. De vltimo illo *subigat vir* nihil addubito, cum nullus idoneus sensus existat, & ipsa nihilominus oratio vitiosa sit & inepta. *Auocet:* illud sic posse defendi puto. Audiebat Corydon certantes alios; dicit itaque: Nisi melior sonus tuas aures auocet a nostris carminibus.

CAPVT XIII.

Festi Pompei locus examinatus: Sponsis bene, *sine ulla controuersia legendum,* beneque voleris, beneque volueris, *in precatione Augurali.*

CVm illi egregie consuluerunt literis, qui primum diuersa diuersorum veterum auctorũ monumenta in lucem protulere, atque imprimis qui Festi Pompei libros venerandæ antiquitatis vnicum & posthumum decus doctis communica-

runt, tum vero etiam legitime de studiis mihi esse meriti videantur, qui nuper summo cum studio animique contentione, partim labore ducti, partim etiam ex membranis aliquot Græcia tenus accersitis Festi dignitatem augere, & loca plurima restituere sunt conati, quorum in numero si vt hominum doctorum est opinio, Antonius Augustinus quoque numeratur, miror sane hominem doctissimum, quique hac so'a Venere Marti Romuleo vnice complacuit, eamque dignitatem inertissime est assecutus, miror, inquam nomen suum adscribere ad commentaria Festi noluisse, nisi forte leuiora esse iudicarit, quam vt in dignitate sacratissima constitutus, sua illa esse fateri debuerit. Sed nos tamen siue hæc ita sunt, siue aliter se habent, quod existimo, defruamur fructibus, vt ita dicam, sed tamen audacter dicam, compascu's, & illorum operam, quiqu tandem illi fuere, illaudatam esse patiamur. Ceterum ille vt plurima summa cum laude errata sustulit, ita reliquit intacta nonnulla, vel certe animaduersa parum, quæ lectorem quidem curiosum nimis vel morarentur, vel etiam cautum minus in turpissimos errores impellerent. Idque adeo quam a me & vere dicatur & recte, ex ipso Festi loco, quem ego & corruptum & plane nullius bonæ frugi existimo, manifestissimum erit. Scribit itaque Pompeius hunc in modum: *Sponsis bene beneq; volueris in precatione augurali, Messala augur erit, significare spoponderis volueris.* Hoc loco primum videt acutus lector, aut certe videre debet, Messalam omnis antiquitatis scientissimum, verba & vetusta, & ab vsu hominum & intellectu longius posita, notioribus vocabulis illustrare & denique interpretari velle, quod procul dubio ita sese habere vel hinc liquet, quod idem Messala primum illud *Sponsis* significare dicat *Spoponderis. Voluerit* autem esse velit *Volueris*, si modo codices nostri syncere habent. Quod ipsum vt non ineptum sit, certe ridiculum esse nemo sapiens negabit. Quid enim habet abstrusi sensus illa vltima Precationis Formula? *Bene volueris*, quid etiam antiquæ sententiæ, & notionis, vt tanquam incerta & lubrica per idem omnino innotescere debeat? nihil profecto. Nos igitur, decenti & antiquo more, Messaliæ dictionem suam restituere conemur, hoc modo precati: *Sponsis bene beneq; volsis. Sponsis bene* nihil hic aliud est, quam apud Plautum *Bene dixis, Faxis, Axis*, id est, *Dixeris, Feceris Egeris. Bene* autem *volsis* geminum est cum illo Catonis: *Vt sis volens propitius mihi, domo familiæq; nostra.*

De hac mea coniectura cum præsenti Ioanni Aurato verba facerem laudabat ille quidem iudicium meum de omni re, quam ineptissimam esse fatebatur, & a doctissimis hominibus, qui hoc in auctore elaborarant, non animaduersum errorem mirabatur, sed tamen putabat vir maximus (quod studiosos celare

nec

nec volui nec debui) *Benequs volis* legi posse, quod quidem ἀναλογικώτερον esse magis, quam illud meum videri possit, tamen cum illud auctoritatem propriam defugere quam quod semper esse obscurum duxi, a me confirmatam lectionem putabam placere posse vel doctissimis, quod si non assequor, equidem Aurati mei lectionem amplectantur docti moneo. Ego enim de meo iure & gloria tanto homini, quo doctiorem in his omnibus disciplinis Europa, qua patet, nullum habet, facile ac lubens concessero.

CAPVT XIV.

Horatii Murus aheneus *unde fluxisse videri possit.*

Molestum est adeoque periculi plenissimum, a tam multis, iisque doctissimis viris, diversum sentire & scribere, præsertim vero dum iuratis animis & sententiis eadem ex tabula unaque cera litem definiunt. Locus est apud Horatium, ita quidem vulgaris & tritus, ut etiam pueris sit notissimus:

——hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Vnde vero Poeta hunc *Murum aheneum* in carminis sui proscenium deduxerit a nullo Commentatorum quæri video, cum tamen & elegans sit quæstio & ipsa notione iucundissima. Volunt Interpretes his Horatii verbis non *lapideum*, sed *ferreum murum* significari. Quasi vero Poetæ tam sint levis ingenii & futilis, ut his indocte audacibus carminum formis uti velint, & non potius ex Historia vel Fabula quadam, denique ex antiquorum consuetudine suam petant fictionem. Quid autem illud est & quantum, dicerem significare *Murum ferreum*, non lapideum, ipsa verba satis testantur, ut hac Interpretum luxurie nihil sit opus. Quinimo *Murus* semper quidem pro firmitate ponitur *lapideus*, non *ferreus*, apud omne scriptorum genus. Nimirum nugantur & grammaticantur sedulo ac solemniter insaniunt. Ego quod nuper in Vegetio de Re militari ad huius loci interpretationem faciens inveni, studiosis communicabo. Scribit itaque lib. rei militaris 1. cap xx. *Pedestrem exercitum apud antiquos non esse dictum murum, teq; hac ratione, quod plerumq; vel non armatus vel certe leviter.* Sed præstat ipsius auctoris verba adscribere: *Illi (inquit) qui laborem in portandis veterib. munimentis armorũ ferre non possunt, robustis corporib. & vulnera sustinere coguntur & mortes, & quod est gravius & turpius, aut capi, aut certe fuga Remp. perdere. Sic dum exercitum laboremq; declinant, cum maximo dedecore trucidantur ut pecudes, unde murus non dicebatur pedestris exercitus, nisi quod pilata legiones præter scuta etiam cataphractis galeisq; fulgebant usque e*

vt sagittarii sinistra brachia manicis munirentur. Est & alius locus eadem de re libro II. cap. XVII. vbi in hæc verba auctor loquitur:

Excipiebat prælium grauis armatura & tanquam murus (vt ita dicam) ferreus stabat, & non solum missilibus, sed etiam gladiis cominus dimicabat.

Ex hac antiquorum dicendi ratione, quam hic commemorat Vegetius, Horatii *Murum aheneum* fluxisse mihi persuadeo, cum præsertim habeam testem locupletissimum, qui procul dubio id, vt alia fere omnia, ex Catonis, Celsi, & aliorum Auctorum veterum libris deprompsit, ex quibus Horatius prius hauserat.

CAPVT XV.

Catulli loca aliquot interpolata.

SCilicet illustrior est labor, qui in difficili versatur & pulcro, quam qui ex facili venit & vulgari: nec tamen minor est cura locum antiquioris Poetæ attrectare, quam noui & recentioris styli. Catullus certe, qui Doctus veterum iudicio est appellatus, etiamsi Cæsar Scaliger dignitatem tanti nominis in hoc non ferat, vel agnoscat, tamen is est vel antiquorum sententia, vel nostra, qui & vetustatem seculi sui verbis restituit, & venustatem sui temporis non neglexit; nescio tamen aliqua sint in eo, quæ vetustatem suam vel non ferant, vel certe incognitam nostro seclo affectant; quid enim illi faciemus loco, qui *de fratris morte* est huiusmodi:

Alloquar, audierone vnquam tua verba loquentem.

Quid hic sit, *Tua verba loqui*, etiam atque etiam doctis obscurum puto, & sane videtur mihi antiquata antiquitas, vel legendum, vt olim existimaui, & nunc adeo non damno:

Alloquar, audierone vnquam tria verba loquentem.

Facilis & procliuis fuit lapsus ex *Tria* facere *Tua*, nec enim antiqui, vt ex veteribus libris colligere est, ea puncta literis imponebant, quæ huic seculo incuria indoctorum dedit. De *Tribus* vero *verbis* dicam nonnullis verbis, quia & ab re sit futurum, si dicam, & a re futurum, si taceam; nam isthæc adeo notissima sunt. Et certe nonnihil est, quod video iuuenem doctissimum, & illius spei, quam sustinet facilime, Gulielmum Canterum coniecturam nostram sequi, in eo carmine, quod præceptoribus suis Io. Aurato & Cornelio Valerio de se optime meritis consecrauit in iis, quas nuper edidit summo studiosorum applausu, Nouis Lectionibus. Admonet vero hic me locus, vt solum sese in hac arena non ponam; nam alterius comparatione eum optare videretur, vel se clarescere victorem, vel rarescere victum. ita illi aliud par componam, de Suffeno dicaci homine

& ve-

& venusto sic ludit Poeta Doctus, vt dicat illius libellos populo admirationem afferre non bonitate carminum, sed elegantia & nitore manupretii & artificiis; eosdem cum auctoritas carminum æstimatur, & gratia vel inuenustissimos esse & multum abhorrere a specie illa, quæ in libri tectorio decentissima esset. Verba autem illa, quibus hoc dicit, sunt huiusmodi: *Tantum abhorret ac nutat, &c.* Quæ corrupta videntur mihi & in nouitatem indoctam a vetustate cultissima deuenisse, legendum enim putaui semper: *Tantum abhorret ac mutat.* non solū quod viderem idem bis dici, cum idem sit *abhorrere* & *mutare*, quam quod suspicarer, vt plerumque factum video, verbum antiquum loco suo motum, ab iis, qui in hac militia & artibus bellissimis Latinorum nunquam certe aut ægre loco consistunt: Quin hoc addam vt calumniam imperitorum, quam non deprecor, irritem, me non ita nuper inspexisse exemplar Catulli & reliquorum Parisiis ante annos 60. expressum, quod eodem modo habet, quo ego legendum censeo. Atqui ne superius illud hoc vel superato vel cedente supposititium sibi sit ipsi, quod de Hermeti gladiatore dicit Martialis, subsiniarium illi dabimus, tanto quidem animosum magis, quo plus pretii iam principiis cuitus in hoc subsidio ponebat antiquitas. Catullus Aurelio puerum commendarat, ille cum isto delicias faciebat, & fidei commissum illudebat, ac puerum in suos amores inducere conabatur, Catulli hæc sunt minantis ei teterrima:

Aureli pater esuritionum
Non harum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut posthac aliis erunt in annis,
Pedicare cupis meos amores
Nec clam, nam simul & iocaris vna
Heres ad latus omnia experiris.

Hoc loco legendum puto: *Nā simul es, iocaris vna*, quod quanto a Catulli venustate faciat maius, quam superius illud nemini, modo alicuius auris & genii, obscurum fore existimo. Signa hæc amoris etiam ponit Terentius in Eunucho: *Cibum vna capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias.* verbum amplius non addam, ne Thrax noster superior Secutore non viribus, sed multitudini se condonet.

CAPVT XVI.

Varronis aliquammulta loca correcta in libris de Lingua Latina.

QVantumuis eo studio emendatus est Varro, quod doctissimi homines plures dignissimum esse putarunt eius

ſcriptis, tamen in eo reſtant nonnulla quæ & multorum requirant operam, & fortaſſe meam non aſpernantur, qui vltro eam defero. *Menſam vinariam rotundam* (inquit Varro lib. IV. Linguæ Latinæ) *Cylibathum nominabant, vt etiam nunc in caſtris id videtur declinatum a Græco* ἀπὸ τοῦ κύλικος. Feſtus vero Pompeius de eadem re non eodem vocabulo vtitur, ſed *Cillibas* vocat, & ait menſas eſſe rotundas, quare videat doctus lector, vtri ſententiæ aſſenſionem det. vt illud ſupra in Varrone parum eius ingenio dignum videtur, id videtur declinatum a Græco ἀπὸ τοῦ κύλικος, puto enim hoc a Grammatiſta quodam plus ſatis liberali condonatum Varroni, & ipſe Varro palam ſupra: *Menſam eſcariam Cibillam appellabant. Ea erat quadrata, vt & nunc in caſtris, a cibo Cibilla dicta, poſtea rotunda facta.* Hoc, quod nunc addam, erit maioris operæ, niſi fallor. *Bura* (ait Terentius Polyhiſtor) *a Bubus, alii hoc a curuo curuum appellant.* Manifeſtum hic eſt vitium, & non obſcura reſtitutio, nam ex Feſto & ipſo Varrone legi debet: *Alii hoc ab vruo vruum appellant*, nam *curuum* illud nullius rei eſt vocabulum. *Vrbum*, inquit Varro, *fictum ab vrbo, quod ita flexum, vt redeat ſurſum verſus, vt in aratro, quod eſt vrbum.* Quid dici poteſt vel ſcribi clarius, & tamen et Feſti auctoritatem adſcribã, cuius hæc ſunt: *Vruat Ennius in Andromeda, circumdat, ab eo ſulco, qui fit in vrbe condenda, vruo aratri, quæ fit forma ſimillima vncinis, vrbatione buris & dentis, cui præfigitur vomer.*

Pergam vero, vt ſi priora ſe ſatis non ſuſtinent, ab his, quæ addam, vel roborentur, vel coæquentur.

In foro, inquit, *locum Curtium a Curtio dictum conſtat, de eo triceps hiſtoria: nam & Procilius non idem prodidit, quod quod Piſo, nec quod is C. Ælius ſtylo ſecutus. A Procilio relatum, in eo loco dehiſſe terram, & ex ſenatuſconſulto ad haruſpices relatum, eſſe reſponſum, Deum Manium Poſtulionem poſtulare, id eſt, ciuem fortiſſimum eodem mitti.*

Hoc Aruſpicum reſponſum neſcio cuius vetuſtatis ſit, vt *Poſtulio vir fortiſſimus* ſignificetur. Ego malo ἀσαφέστερον καὶ σαφέστερον ita intelligere, quod vt obſcurum videntur aruſpices explicare, *Deum Manium poſtulionem poſtulaſſe, hoc eſt, poſtulationem.* Ita verbo ſua conſtabit antiquitas. Et certe habui Varronem Ioſephi Scaligeri, iuuenis doctiſſimi, & qui paternam ſpem facile ſuſtinet, qui a Patre, niſi fallor, fuerat ex manuſcripto codice emendatus, in cuius margine erat ad hunc locum *Poſtulationem* adſcriptum, quod omnino coniecturam meam affirmat. *Poſtulio* erit ex ea tribu, qua ſunt *Duplio* apud Feſtum, & *Partio* apud Plautum, & *Vſio* & *Capio* apud Iuriſconſultos & A. Gellium. Ac eorum ſane quamplurima quidem ſunt in libris veterum, ſed quæ nunc non ſuccurrunt mihi. Atqui vt corolla-

tium

gium insigne addam huic capiti nostro. referam non meam, sed viri doctissimi, vel omnium iudicio, vel amicissimi mihi, vt ego iudico, coniecturam de quodam Varronis loco:

Spondere, inquit, est dicere, spondeo a sponte: nam id valet, & a voluntate. Ideo Lucilius scribit de Cretea, cum ad se cubitum venerit sua voluntate, sponte ipsam suapte adductam, vt tunicam & cetera reiiceret.

Vir doctissimus M. Antonius Muretus, cum eum Parisiis de hoc loco consulerem, dicebat, videri sibi male interpunctum esse, & ita continuandum:

Ideo Lucillius scribit de Cretæa: *Cum ad se cubitum venerit sua voluntate, sponte ipsa suapte adducta, vt tunicam & cetera reiiceret*

Belle sic constant omnia, quæ antea nutabant, & obscurissima erant. Iam quidem satis cum Varrone.

CAPVT XVII.

Catonis locus ex Re Rustica expensus.

NVnc & Catonem attingamus, sed sobrie & prudenter: nec enim aliter cum tanto viro congredi decet, ne me petulantius insultantem, quo olim vultu lasciuum illum a se reiecit, eodem me quoque cum ignominia quadam insigni repellat. Ille agrum suum sic lustrat, ego illum illustrare mihi conabor & illis, qui hanc Catonis lustrationem sublustrem esse & obscuram persuadebunt sibi. Hæc Lustrici Carminis sunt verba. Cap. CXLI. IMPERO SVOVITAVRILIA CIRCVMAGI CVM DIVIS VOLENTIBVS, QVODQVE BENE EVENIAT MANDO TIBI MANI, VTI ILLA SVOVITAVRILIA, FVNDVM, AGRVM, TERRAMQVE MEAM QVOTA EX PARTE SIVE CIRCVMAGI, SIVE CIRCVMFERENDA CENSEAS, VTI CVRES LVSTRARE IANVM IOVEMQVE VINO PRAEFAMINO, SIC DICITO. MARS PATER TE PRECOR, QVAESOQVE, VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, DOMO, FAMILIAEQVE NOSTRAE, QVOIVS REI ERGO AGRVM, TERRAM, FVNDVMQVE MEVM, SVOVITAVRILIA CIRCVMAGI IVSSI, VTI TV MORBOS VISOS, INVISOSQVE, VIDVERTAM, VASTITVDINEMQVE CALAMITATES, INTEMPERANTIASQVE PROHIBESSIS, DEFENDAS, AVERRVNCESQVE, VTIQVE TV FRVGES, FRVMENTA, VINETA, VIRGVLTAQVE GRANDIRE, BENEQVE EVENIRE SINAS, PASTORES, PECVAQVE SALVA SERSVASSIS, DVISQVE BONAM SALVTEM, VALETVTINEMQ. MIHI, DOMVI, FAMILIAEQVE NOSTRAE. HARVMCE RERVM ERGO FVNDI, TERRAE, AGRIQVE MEI LVSTRANDI, LVSTRIQVE FACIENDI ERGO SICVTI DIXI: MACTE HISCE SVISVITAVRILIBVS LACTENTIBVS IMMOLANDIS ESTO. MARS PATER EIVSDEM REI ERGO, MACTE HISCE SVISVITAVRI-

LIBVS LACTENTIBVS ESTO. ITEM CVLTRO FACITO STRVEM ET FERTVM VTI ADSIET. INDE OBMOVETO. VBI PORCVM IMMOLABIS, AGNVM VITVLVMQVE SIC OPORTET. EIVSQVE REI ERGO MACTE HISCE SVISVITAVRILIBVS IMMOLANDIS ESTO, NOMINARE VETAT MARTEM, NEQVE AGNVM, VITVLVMQVE. SI MINVS IN OMNES LITABIS, SIC VERBA CONCIPITO. MARS PATER, SI QVID TIBI IN ILLISCE SVISVITAVRILIBVS LACTENTIBVS NEQVE SATISFACTVM EST, HIS SVISVITAVRILIBVS PIACVLO. SI VNO DVOBVSVE DVBITAVERIS, SIC VERBA CONCIPITO. MARS PATER, QVOD TIBI ILLVC, PORCO, NEQVE SATISFACTVM EST, TE HOC PORCO PIACVLO.

Hic primum ita sentio, illud: IMPERO SVOVITAVRILIA CIRCVMAGI, verba Catonis esse, legendumque potius, IMPERA, deinde ita distinguo, vt carmen incipiat abinde: CVM DIVIS VOLENTIBVS, QVODQVE BENE EVENIAT, MANDO TIBI MANI.

Solemnia sunt verba & precibus accommoda veterum, eadem sunt illa: QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIXQVE SIT. Vtque in honorem Hymenæi illius, qui pro virginum castitate steterit, & idem de Thalassio dicitur. Sic arbitror hic MANIVM poni pro quouis consecratore. Festus tamen ita scribit: *Manius agrum Nemorensem Dianæ consecrauit, a quo multi & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt, vnde prouerbium: Multi Manii Aricia.*

Vel certe illud Horatii huc pertinet, cum ait:

Prasto est mihi Manius heres,

Progenies terræ. Illud porro, quod sequitur:

IANVM IOVEMQVE VINO PRAEFAMINO SIC DICITO. Explicat sic Cato, cum ait, *sic dicito*; nam Festo auctore *Famino* apud veteres erat *dicito*. Apuleius, qui auctor quamuis paucos admodum laudatores reperit, olim & etiamnum reperiat, nescio tamen quam nil non aptum & Latinum sit in eius libris. Ait ille x. lib. Metamorphoseos. Sic enim libet vocare eius libros, quos vulgus doctorum *Asinum Aureum* inscripsit, sed profecto quicunque tandem ii fuerint, vere *plumbei asini* fuerunt: *Ore*, inquit, *semiclauso, balbutiens, nescio quas affamias effutiebat*. MORBI VISI INVISIQVE sunt, quorum origo obscurior est, quorum neque caussæ in oculis sunt, neque momenta. Herodotus quoque in Euterpe cum ait apud Ægyptios vnius morbi singulum esse Medicum etiam inuisorum morborum mentionem facit. eius hæc sunt verba: ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι καὶ οὐ πλεόνων πάντα ἰητρῶν ἐστι πλέα οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι οἱ δὲ κεφαλῆς οἱ δὲ ὀδόντων, οἱ δὲ τῶν κατὰ νηδὺν οἱ δὲ τῶν ἀφανέων νούσων.

VIDVERTAS, inquit Festus, *calamitas dicta, quod viduet bonis.* Cato videtur, vt etiam mos fuit, in his rebus eadem bis dicere diuersis verbis, sic VIDVERTAS & VASTITVDO & CALAMITAS & INTEMPERIA eiusdem iuris. Quod sequitur: VTIQVE TV FRVGES, FRVMENTA, VINETA, VIRGVLTA GRANDIRE BENEQ. EVENIRE SIRIS.

Grandire pro crescere & quod sequitur *bene euenire*. Sic & Plautus: *Testudinem hunc tibi grandibo gradum*. vnde apud Festum, *Vegrande frumentum pro paruo & minuto*. & Ouid. III. Fastorum:

——Vegrandia farra coloni
Quæ male creuerunt, vescaq. parua vocant.

SIRIS est hoc loco *sinas*, quod Petrus Victorius vir doctissimus in suo exemplari exstare scribit; in quo hominis diligentiam amplector; sed illud ingratum est, quod Catoni restituere suam vocem noluisse videtur, cum *sinas* imprimi iussit, quod prius illud, nisi fallor, non satis pro dignitate agnosceret; ego tamen reiiciendum non puto, nam vt *sieris* & *siuerit* rectum est & antiquum, ita ex eo est *siris*, quod & apud Gellium ex emendatione Iurisconsulti clarissimi ætatis nostræ Iacobi Cuiacii æstimare licet, qui locum corruptissimum cum legeret: QVI SIERIT TESTARIER. Sic restituit ex antiquissimo libro: QVI SIRIT TESTARIER. Et sane apud Plautum est non semel.

CAPVT XVIII.

Varronis locus apud Nonium restitutus.

MAgnum merito dolorem capiunt docti homines, cum tot a Nonio auctorum fragmenta citari vident, quorum integra monimenta quidem desiderare tantum, non autem consequi possunt, ea autem, quæ exstant, æquo animo ferre non possunt, nec oculis arbitrari. Sed sane bene habet, quod ad nos detulit nuper fama constans Hadrianum Iunium, virum incomparabilem, amicum meum & Musarum, Nonii editionum parare indies a Christophoro Plautino euulgandam. Nos interea, si aliquis coniecturæ facili est locus inter eruditos, quid de quodam Varronis loco sententiæ sit, nobis non grauatim proponemus; ea tame cautione, vt cum Iunii Nonius prodierit, quod breui futurum scio, ego mihi resoluam debitum, si quidem aliquod fecero Sic habent apud Nonium Varronis verba.

Vosq. in theatro, qui voluntatem auribus
Huc aucupatum concurristis domo
Adeste & quæ dicam innoscite
Domum vt feratis e theatro literas.

Hos ego versus trimetros esse debere facile scio, sed difficul-

ter eosdem moueri etiam scio, atque adeo pede vno vel syllaba captos mihi persuadeo, nam ita eos legi postulat ratio trimetrorum vt subscribam:

Vosq; in theatro qui voluptatem auribus
Huc aucupatum concucurristis domo,
Adeste mi istoq; & quid dicam ignoscite,
Domum vt feratis e theatro literas.

Hic primum illud mutaui *voluntatem*, quod ipsa ratio sermonis Latini postulare videtur mihi, & sane non semel librarii in hac voce incuriam suam doctis prodidere, vt eleganter adnotat vir syncerissime doctus Petrus Victorius in suis commentariis in Varronem. *Concucuristis*, quod reposui, vt nostris adeo auribus parum accidit iucunde, tamen antiquorum scriptis & auctoritate placere debet, vel mihi, vel illis, qui mecum sentient. Priscianus certe apud antiquos in vsu fuisse admonet, & nos poteramus id suspicari, etiamsi non admonuisset. Nam *cucurris*, quod rectum est & tritum, potest ἀναλογικῶς ita crescere, vt *concucurris* faciat. Sed & Plautus in Menæchmo, vbi insigni errore Messenio seruus Sosicli Menæchmo domino suo persuadere conatur, se ab illo liberum esse iussum, quem dominus ne viderat quidem, sed Messenio alterum Menæchmum illi suo quam similimum liberauerat a loratiis, sic verba Plauti se habent: ——*Quin modo*

Eripui homines, qui te ferebant sublimem quattuor
Apud hasce ædis, tu clamabas Deum fidem atque hominum omnium.
Quin ego accurro, teq; eripio, vi pugnando, ingratiis,
Ob eam rem, quia te seruaui, me amisisti liberum.
Quom argentum dixi me petere, & vasa, tu quantum potest
Præcucurristi obuiam, vt quæ feceris, inficias eas.

Ecce *Præcucurristi*, quod versus quadrati Trochaici lex requirit. Illud porro, quod sequitur apud eundem Plautum: *Mepte potius fieri seruum*, est Meipsum veteribus, sic apud Pompeium Festum est *Mihipte* pro *mihi ipsi*, & apud eundem ex Catone *Vopte* pro *vosmet ipsi*. Quod restabat ad extremum, tale est: *Quæ dicam ignoscite*, non *innoscite*, vel *agnoscite*, nisi certe, quod mihi persuadeo, *ignosco* idem veteribus fuerit, quod *agnosco* est nostris, cum præsertim *ignosco* non abhorreat a sententia mea, docti videbunt & ego.

CAPVT XIX.

De Catulli aliquot locis suspiciones.

MVlta sane apud Poetas præsertim veteres, quæ & obscura sunt & corrupta, & tamen qua ratione in integrum restitui possint, credo non omnes vident. Itaque fit illud studiose & benigne

benigne ab iis, qui prius errores huiusmodi odorantur, si vel lectoribus locum indicent, vt quod ipsi a se discere non potuere, id ab iis nullo suo negotio & labore percipiant. Hoc nos pronuper consilio in Catullo sumus vsi, nam vt Muretu rem viderit, non tamen commode habent verba ipsa, & credo male distincta esse. Catulli hæc sunt:

Passer deliciæ meæ puellæ
Quicum ludere, quem in sinu tenere,
Cui primum digitum dare appetenti,
Et acres solet incitare morsus;
Cum desiderio meo nitenti
Carum nescio quid lubet iocari,
Vt solatiolum sui doloris
Credo vt tum grauis acquiescat ardor
Tecum ludere, sicut ipsa, possem
Et tristes animi leuare curas.
Tam gratum id mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum
Quod zonam soluit diu ligatam.

Hi versus credo non sunt, quos Maroni à Catullo missos ait Martialis. Nam illud nimis languidum est:

Vt solatiolum sui doloris
Credo vt tum grauis acquiescat ardor:

Neque enim concinne iunguntur & Catulli simplicitatem eruditam non exprimunt. Ego si his locis quicquam boni aut mali est, dandum aliquid & ipse mali bonique audacter dabo. Sic itaque ludo in re seria:

Tu solatiolum sui doloris
Credo, ac dum grauis acquiescit ardor
Tecum ludere, sicut ipsa possem.
Et tristes animi leuare curas
Tam gratum id mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum
Quod zonam soluit diu ligatam.

Sic ista Catullum scripsisse nolo dicere, & illud tamen volo dicere, meam istam suspicionem ne mihi quidem placere, & nullis placeat opto, nisi qui melius adferre ad hanc rem quicquam posse confidant, quos fore paucissimos scio. Nos certe hoc tantum egimus, vt quid nobis de Catulli versibus videretur, diceremus non vt emendaremus. Sed & alia sunt, quæ in hoc Poeta asteriscis damnata, quæ tamen credo, si recte examinentur, probabilem sententiam reddunt, vt illud de Flauio:

——*Tremuliq; quassa lecti*
Argutatio, inambulatioq;:
Nam nil præualet ista, nil tacere

Cur non tam latera exfututa pandas
Ni tu quid facias ineptiarum.

Omnia hæc recte se habent vt & illa, quæ nunc adscribam.

Male est, Cornifici, tuo Catullo
Male est hercule me & laboriose
Et magis magis in dies & horas
Quem tu quod minimum facillimumq; est,
Qua solatus es allocutione?
Irascor tibi sic meos amores.
Paulum quidlibet allocutionis
Mæstius lacrymis Simonidæis.

Sic credo Catullum reliquisse, & cum iratus esset & dolore impediretur, ne quod vellet, magnitudine illius, posset exprimere ἐλλειπτικῶς, imo venustissime præteriisse, vt in illo Virgilii:

Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

Sententia Catulli hæc erit: Sicne amicum negare mihi paulum quidlibet allocutionis mæstius lacrymis simonidæis? ita iudico recte legi & intelligi. Nam quod Muretus ex aliorum sententia affert, est etiam ἐλλειπτικώτερον, nec hoc loco recipiendum. Illud denique addatur vnum, quanquam id mihi non admodum suspectum fuit, & suspectum sit tamen. de Vari scortillo ita scribit:

Sed tu insulsa, mala, & molesta viuis
Perquam non licet esse negligentem.

Catullus cum Epigramma aliquod claudit, semper hoc modo claudit:

At vos interea valete abite.
At vobis mala multa Dii Deæq;.
At vos interea venite in ignem.

Quare etsi intelligo Catullum posse dicere illam *insulsam, malam & molestam* esse (id enim *viuere* fuit veteribus) tamen quia inconcinnius videtur & nihil aculei relinquat in mentibus lectorum, forte ita legendum est:

At tu insulsa, mala, & molesta viuas,
Per quam non licet esse negligentem.

vt illud:

At vos interea valete, abite.

Namque hæc duo iungebant antiqui: *Viuat, valeat, atque etiam pereat.* Iudicent de his doctiores. Ego quod habui summum & optimum, Poetæ optimo condonaui.

CAPVT

CAPVT XX.

M. Terentii Varronis quamplurimæ sententiæ ex Vincentii Speculo Historiali (lib. VI. cap. LIX.) arcessita.

NOn ab re futurum putaui, si aliquot Varronis sententias parum vsui quotidiano expositas, in hunc locum refero, quæ licet non ita faciant ab instituto nostro, nihilominus tamen vt hominibus doctis hac quoque parte gratum facerem, colligere ea libuit, & in vnum quasi fasciculum adductas humanis vsibus exhibere. Deprehendi vero eas in Speculo Historiæ Vincentii, scriptoris antiqui; sed mirum quantum ignobilis. Sunt autem huiusmodi:

I. *Cum natura litigat, qui mori graue fert; duplex enim est malum, cum quo necesse est moleste feras.*

II. *Loquaris vt omnes, sentias vt pauci.*

III. *In multis contra omnes sapere desipere est.*

IV. *Vix datum ne reputes beneficium, sed prædam.*

V. *Ficte refertur gratiam inuite danti.*

VI. *Turpissimum est in datis superari, pulcerrimum est cum fœnere data reddi.*

VII. *Ex animo dantis censetur munus magnum.*

VIII. *Amici diuitum paleæ sunt circa grana.*

IX. *Vis experiri amicum, calamitosus fias.*

X. *Non refert quis, sed quid dicat.*

XI. *Alit concordiam mores ad cohabitantium animos formare.*

XII. *Nemo suum putet, quod extra ipsum est.*

XIII. *Vir bonus patriam suam, quocunque sit, fert secum, & omnia sua custodit.*

XIV. *Eo vultu dimittendæ sunt diuitiæ, quo accipiendæ.*

XV. *Vulgus quicquid cum gaudio accipit, cum fletu amittit.*

XVI. *Elegantissimum est docendi genus exemplorum subditio.*

XVII. *Facilitas intelligentiæ veri parit negligentiam.*

XIIX. *Illum elige eruditorem, quem magis mireris in suis, quam alienis.*

XIX. *Omnia nosse est impossibile, pauca vero laudabile*

XX. *Multum interest, an rem ipsam, an libros inspicias.*

XXI. *Libri non nisi scientiarum pauperculárum monimenta sunt, principia inquirendorum continent, vt ab his negotiandi principia sumat animus.*

XXII. *Nil magnificum docebit, qui a se nil didicit.*

XXIII. *Falso magistri nuncupantur auditorum narratores, sic audiendi sunt, qui rumores recensent.*

XXIV. *Tam ridenda est in sene puerilitas, quam obstupescenda in puero optimorum morum constantia.*

XXV. Sic multi libros degustant ut conuiua delitias, sed cito transcursa citius elabuntur.

XXVI. Canale fissum est auris, quæ accepta memoriæ non commendat.

XXVII. Non essemus pauperes, si nesciremus, quid esset paupertas.

XXVIII. Non est miser, nisi qui sese esse credit.

XXIX. Nusquam deueniet, qui quot quot videt, sequitur calles.

XXX. Non tam modeste quis sua miratur, quam aliena, hoc autem accidit, quod nemo sibi inuidet.

XXXI. Imperitiæ signum est exigere id cito fieri, quod difficile est.

XXXII. Nulla grauior est iactura sapienti tempore.

XXXIII. Viatores non eunt vt eant, sic vita non sui caussa fit, vt ea præclarum aliquid fiat.

XXXIV. Qui in magnis excellit, etiam inuitus laudabitur.

XXXV. Non est felicitas, quæ secum trahit miseriam.

XXXVI. Adulationis species est, cum laus postulationem præcedit.

XXXVII. Abiiciendi sunt ineruditorum contemtus, si vis ad summam progredi.

XXXVIII. Multi laudem amittunt, quod eam de se prædicant.

XXXIX. Desiderata & non habita magni sunt, habita vilescunt.

XL. Vtile sed ingloriosum est illaborato, in alienos succedere labores.

Luci Fruterii Brugensis Coniectaneorum verisimilium libri tertii & vltimi finis.

SEQVVNTVR EPISTOLÆ ALIQVOT PHILOLOGICÆ, IN QVEIS ALIquammulta veterum auctorum loca vel corriguntur, vel explicantur.

Lucas Fruterius Gulielmo Cantero suo S. D.

Epistola II. SAne gratissimæ fuerunt mihi literæ tuæ, & exspectatæ multum & acceptæ tandem, breues quidem illæ, sed tamen non obscure de omnibus loquentes. Ego certe si eandem rationem sequar, credo non offendam. nam hæc scribo tibi affectus capitaliter, & pessime constituto iam dies aliquot corpore; & tamen scribendum fuit ad eum, qui officium amici impleslet, & postularet tacite quod nunc præsto. Pauca igitur de reb. Quod scribis primum Pernam Martialem ante quadriennium Anno nempe M. D. LIX. Basileæ edidisse, equidem miror de hoc ne Iunio quidem constare, & ita festiuum fuisse, vt Italis solis cessisse videatur: nam nos quidem, vt scis, ne exemplar quidem. De illa porro Dorica Ara tanti non erat, vt admoneres deberes; nam ego sane vel scripsisse iam nesciebam; ita sæpe varia congero aliquando: nam scis, qua ratione literas meas scribam, negligenter sane

ter sane & minus familiariter quandoque. Ignosce fasso, nec illud quidem Ouidii potuisse pro meo agnoscere: *Pedus est ipsissima forma.* nisi faceret auctoritas Epistolæ tuæ. Sed quam tu auctoritatem meam laudas? si veritatem non agnoscis, nec auctoritatem agnoscas volo. Quare vide an luseris me, quod existimo. Illud extremum mire placuit vtrique nostrum: *Viuosq; viresq;*, & ita in Victoris mei libro manusc. legi, illud vero singulare, quanquam veritas ipsa se sustinet, nec aliena aut extera ope indiget. De Nonio Iunii, & Petronio Arbitro iam antea inaudieram, cum tuas recepi; nam vix tandem XIX Martii ad me redierunt tuæ, & fratris tui. Sed illud nouum & gratum mihi, quod auctiores tuas Lectiones Nouas habebimus tribus libris, quod vtinam cum potes primum deproperes. Nunc aliquid de rebus meis. Legi nuper, quod & te fecisse non dubito Henr. Stephani, vel potius Patris eius fragmenta, in quibus & Auratus laborat scio, & Turnebus laborauit, vt non ignoro, in libris alteris Aduersariorum, quæ adhuc excuduntur breui omnino (vt dicunt) proditura. Et ego aliquid, nisi me fallo, præstiti, & multum fortasse. Tu videbis, ex infinitis locis duos tresue adscribam. Accius Andromeda:

Quod beneficium haud sterilem segete, Rex, te obesse intelliges. lego *obesse*, pro *obseuisse*, vt conficit & metaphora & versus quadratus. Accius Oenomao:

Forte ante auroram radiorum ardentem indicem
Cum somno in segetem agrestis cornuto sciente,
Vt rorulentas terras ferro fissas
Proscindant glebas. quas aruo ex molli excitent.

Sic ego Oeconomiam Trimetrorum constituo, & emendo:

Forte ante auroram radiorum ardentem indicem,
Cum e somno in segetem agrestis cornutos cient,
Vt rorulentas terras ferro persidas,
Proscindant, glebasq; aruo ex molli exsuscitent.

Ennius Hectoris λύτροις: *Melius est virtute ius, nam sæpe virtute mali nanciscuntur ius atq; æquum, se a malis spernit procul.*

Sic restituendus est versus quadratus, & sententia excellens:

Melius est virtute ius, nam sæpe virtutem mali
Nanciscuntur, ius atq; æquum se a malis spernit procul.

Varronis hoc erit postremum, & tamen nisi vtrumque nostrum fallo, reliquorum dignitatem sustinebit, vel prouocabit potius. Sic corruptum est:

Neminis Fortuna currum a carcere intimo missum leni,
Inoffensum per æquor candidum ad calcem subit.

Sic ego sententiam & versum nouo:

Neminis Fortuna currum a carcere intimo missum
Leni, inoffensum per æquor candidum ad calcem subit.

Vnum pro corallario ex Catalectis Virgilii inter Catulliana positis adscribam: nam sane nec libet, nec licet scribere. Tale est meum. Tu videris, quid egerim:

Socer beate nec tibi nec alter,
Generque Noctuine, putidum caput,
Tuoque nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa rus abibit, hei mihi,
Vt illi versus vsquequaque pertinet?
Gener socerque, perdidistis omnia.

Quod sequitur coniungo cum superioribus, cum de eodem sit. Sed tu, Amice, quæso iudicium tuum fac de postremo hoc:

Adeste nunc, adeste, ducit, vt decet,
Superbus ecce Noctuinus Hermeam.

Ego aliquid feci in Verisimilibus meis, & quidam hic Typhæus est, qui *Hermiam* legit. Sic eum lubet appellare, vt familiarem meum, qui tuo nomine & labore tam leuiter mouetur, *vt Canterus ita scripserit*: Sed fieri potest, *vt leuitas Gallica* fuerit in caussa. Vale amicorum optime, & Victorem mihi resaluta, quem cupio omnino, cum ad nos veniet, videre, quod illi dices. Parisiis hæc scripta est Epistola, non Duaci.

Lucas Fruterius Gulielmo Cantero S. D.

Epistola IV. NOn dicam, Cantere doctissime, egregie occupatum me, nunquam enim mihi libet in eam opinionem venire, præsertim cum ad amicos scribo, iisque de rebus agimus, quæ non nisi summa cum vtriusque voluptate perfici queunt, nec id dico, quod diligentiam tuam aliqua in parte desiderem; nunquam enim non summa fuit, sed ita iudico semper vacare mihi scribere ad eum, quem Virtus mihi & Amicitia carissimum reddunt; præsertim vero cum nunquam non tenerrime tractarim Musas, & otium quoddam sine negotio sectet; tu vero, quo es animi vigore, constanti mecum industria in id incumbas, quod tibi aliquando & tuis honori & gloriæ esse possit. Quid scribis vnice amplecti te Emendationes meas, nescio an occupationib. tuis adscribere debeam tam expromtum & facile iudicium; nihil enim potuit tam effusum imprudenter; tam abortu præpropero eiectum displicere grauissimis auribus tuis? atqui restitutus illo versu: *Iura dare, statuas inter & arma Mari.* ita a Frut. primitus emendatum, cum antea nullo sensu *Mari* vulgo legeretur. *Marius* meus tibi vehementer placet, nec id abre, cum nil æternum, nil laudabile ab huius factis abfuisse constet, facile assentior tibi in laudibus tanti hominis præsertim quid ille ignobilis Arpinas in Ducem Pop. Rom. electus, tanta animi virtute, tanto consilio hostium impetus represserit, vt non vno loco statuas meruerit, cui & Propertius multo stabilius monimentum

castue-

exstruxerat in versibus suis, nisi inscitia hominum indoctorum non effractum, sed imminutum & obscuratum esset, vt verum esset illud Ausonii:

Mors etiam saxis nominibusq; venit.

Recte tu quidem ais Plinium, *Leucoseam*, scribere, & ego idem existimo, adeoque dubito, an in Festo, *Leucosiam*, legendum sit, cum Solinus quoque a consobrina Æneæ *Leucosiam* Insulam appellatam velit, & certe *Lectosia* Festi proximior est *Leucosia* nostrae, quam *Leucosia* vestræ, quin potest exempla Halicarnassei corruptum esse, an forte Λευκωσίαν scribendum; sed tamen nil affirmo. Ceterum Propertii *Pontum* mihi illusit *hum illa sua equa* non enim præuideram sequentia. Quare ignosces petulantiæ meæ, nec enim feci alia occasione, quam vt acrius in mea somnia intenderes aciem ingenii tui, & certiori iudicio examinarentur ea, quæ mihi vel temere exciderunt, vel certe immature. *Recta hominis* (apud Catullum) placent, nescio tamē an coniungam Propertii: *Despicit & magnos recta puella Deos* & *Puellam rectam*, non tam quod metuam, ne vna hac tantis viris esse possit satis, quam quod existimem non esse *Superbam*, quæ *Recta* sit, cum præsertim Lucianus inter egregia formosę mulieris enumeret *Rectum* illud & compactum apte corporis filum, non quidem coactum, sed naturale & ingenuum. Duo illa tibi ante annum inuenta esse gaudeo, sit enim, vt qua de re non ita male sperabam, de ea nunc sim certissimus. Ceterum egregie meteris de Iuuenale; aptissime enim emendatus est locus. Carmen Catulli in Priapæis est, quæ post Virg. leguntur, non quidem in omnibus libris, sed tantum in iis, quos Stelsius nuper excudit Antwerpiæ, carmen Catullo adscriptum est & certe illo doctissimo homine dignissimum est, multum habet salis & fellis, nec doctrinæ minus, sed tamen corruptiusculum. Tu quidem de meis coniecturis tacuisti, sed occupatior. spero tibi proxime plus otii fore, & tamen hac molestia te absoluere possim cum scribas omnia vnice arridere. Scazon tuus ita mihi satisfacit, vt non inueniam, quibus verbis commodissime exprimam, quod in eo est Attici nasi. Iuro tibi per amicitiam nostram, quod est stabilius iuramentum, quam si per S. aliquem peierarem. Iuro, inquam, nil posse fingi subtilius, nedum salsius. *Nunc habe tibi quicquid est Fruteri.* Catullus (nam in eo & reliquis duobus multum laboraui, & etiam[illegible] laboro.) Epig. 1. ad Nepotem:

Quare habe tibi quidquid hoc libelli est
Qualecunq; quod o patrona virgo
Plus vno maneat perenne sæclo.
——Ora p. r virorum.

est Pontani, qui multa temere & audacter in hoc Poeta, & multa etiam plura in Lucretio insulsissime mutauit. Quare ego reiiciendum puto. Ceterum quod est in margine libri mei, videtur mihi, quamuis corruptissimum, tamen habere in se vestigia quædam scripturæ veteris, quod est huiusmodi: *Patrona virgo*, Ego ex hoc officio, *Per ora vulgi*, adeoque deierare ausim Catulli esse ipsius. Sic enim infra:

An vt peruenias in ora vulgi. Tu videbis, an recte sentiam. Cupio, mi Cantere, vt *Passerem Lesbiæ* diligenter examines. Videtur enim hoc in Carmine Poeta sui dissimilis, ita obscura sunt verba & sensus, quod nusquam illi contingit, paulo infra in eodem *Passere*, sed mortuo:

Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, vnde negant redire quenquam.

Ego puto legendum *Illic, vnde, &c.* Nec enim dicit in via esse, sed iam peruenisse & obambulare in campis Elysiis. Ibidem:

O factum male, o malæ tenebræ
Vostra nunc opera, mea puella.

In aliis est: *O misella Passer*. Nescio quid amplectar. *Malæ tenebræ*, sunt in eodem Carmine supra, & tamen illa παρονομασία iucunda esse auribus videtur. Idem ad Fabullum:

Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt Veneres Cupidinesque,
Quod cum tu olfacies, Deos rogabis,
Totum vt te faciant, Fabulle, nasum.

Puto hic *vt* esse superfluum, & concinnius erit carmen, si auferas: sic enim infra in Atty: *Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.* Sequitur ad Caluum:

Dii magni, horribilem & sacrum libellum,
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti.

Hic, *scilicet*, mihi suspectum est, videtur enim non tam abundare, quam suo loco non positum. Putarem diuidi posse commodius, vt sit, *scilicet*, vel certe quod malim; *si licet*, vt infra:

———*Si pati potestis,*
Persequamur eam & reflagitemus. Et tamen excusari possit, vt in illo Tibulli:

Parua seges satis est, satis est requiescere lecto
Scilicet & solito membra leuare thoro

Nec enim assentior Mureto, qui eo loco *si licet*, legit. Infra ad Contubernales:

An continenter quod sedetis insulsi
Centum, aut ducenti, non putatis ausurum
Me vna ducentos irrumare sessores?

Hic respuunt aures meæ *Me*; nihil enim ad rem, & male collocatum esset, si admittas. Sta-

Statim infra:

Puella namq; mea, quæ meo sinu fugit,
Amata tantum, quantum amabitur nulla.

Nescio an hic debeã auriũ mearũ superbũ iudicium aut delicatum fateri. Certe illud, *tantum quantum*, illis non placet. Habet supra: *Amata nobis, quantum amabitur nulla.* & ita hoc loco legam libentius. *Ad Catonem.* memini tibi olim Parisiis quid difficultatis visum esse in illo:

Deprendi modo pupulum puellæ
Trusantem, hunc ego (si placet Dionæ)
Pro telo rigida mea cecidi.

Sed tamen intelligis nunc opinor. Ceterum puta nunquam te id quæsisse, & me nunc id scribere ad te, vt alia omnia, quæ tibi notiora sunt, quam mihi ipsi. Ait Poeta, *Deprehendisse se Puellum suum cum Puella sua lusitantem. Itaq; quasi adulterum non telo aggressum, sed deuisisse illum.* vt verbo Plauti vtar. Non absimile nuper reperi in Alexide Comico. In Nuptiis Manlii:

Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore.

Nescio quid hic ludicrum sit, quantumuis serio cogitarim & diu & multum. Robertellus, ne nihil dicat, legendum putat:

Ludicram sibi roscidam
Nutriunt in humorem.

Quasi vero non possit quiuis tot mutatis literis aliquid in aliquo obscurius illustrare isthoc modo, & tamen nihil ad rem est, quod ait Robertellus. infra:

Prodeas, noua nupta
Tardat ingenuus pudor.
Quæ tamen magis audiens
Flet quod ire necesse sit.

Vide qui cohæreant hæc, certe non optime, nedum aptissime. Forte *Quæ* legendum sit. Statim post:

Adspice vnus vt accubans
Vir tuus Tyrio in thoro
Totus immineat tibi?

Vel hic *vnus* pro vnico est & armato vel egregio, aut certe *imus* legendum est; loquitur enim de sponso accubente ad mensam. Idem de Nuptiis Pelei & Thetidos:

Hæc tum clarisona pellentes vellera voce
Talia diuino fuderunt carmine fata.

Nescio, an audeam hoc loco, *Vellentes vellera.* & tamen Tibullus:

Atq; aliqua assidue textis operata Minerua
Cantat & a pulso tela sonant latere.

Contra alibi: *Niueo vellera dente parat.* Nil affirmo, nec multum de hac coniectura sollicitor. Ad Ortalum, de Fratris interitu: *Alloquar, audiero nunquam tua verba loquentem.* Hic libenter legam: *Tria verba loquentem.* Nescio enim quam pulset indecenter aures meas illud: *Tua verba loquentem.* In Coma Berenices, ad finem:

Qui cum ego dum virgo quondam fuit, omnibus expers
Vnguentorum vna millia multa bibi.

Aut valide fallor, aut hoc vitiosum est: *Omnibus expers.* non quod Latinum non sit, sed quod a sensu nil faciat, alibi cod. *Omnibus expers Vnguentis.* dum se in iuuentute vnguentis delibuerat. illud *Millia* facit negotium; sed tamen dissimulabo. Tibullus Eclog. I. lib. I.

Parua seges satis est, satis est requiescere! Ego;
Scilicet, & solito membra leuare thoro,

Malim hoc loco: *Requiescere tecto.* vt enumeret tres caussas, quibus contentus viuere possit. Sic Catull.

In nostris requiesset sedibus hospes

Quod tibi nuper scripsi de eo Tibulli:

Parce puer, quaeso, ne turpis fabula fiam.

mihi quidem nunc maxime constat. Inueni enim exemplorum satis in Cicerone, Varrone & Propertio nuper, Ecl. VII. lib. I.

Hic mihi conteritur vita modus, hac mea fama est,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent docta solum placuisse puella.

Eleg. V. *Parce tamen, per te furtiui foedera lecti*
Per Venerem, quaeso, compositumq; caput.

Videtur hic, *compositum caput*, esse, quod Plaut. *collimare caput cum aliqua*, vocat, vel certe per ornamenta capitis iurat. Eleg. VI

Te tenet, absentes alios suspirat amores.

Simplicius erit, si legas, *Absentis*. vel vt sit accusatiuus antiquus, vel genitiuus; aut certe, *Absentes alio*. illud supra:

——— *Ne turpis fabula fiam, &c.*

probatur ex eodem Tibullo Eleg. VI. lib. I. ad finem:

Errat. *Hanc animo gaudente vident, iuuenumq; caterua*
Commemorant merito tot mala ferre senem,

Aut enim hic intelligendi sunt *Homines*, qui vident, aut sane deest alterum *Et*, quod nolim dicere. Tibull. lib. II. Eleg. I.

Atq; aliqua assidue textrix operata, Mineruam
Cantat, & a pulso tela sonant latere.

Legendum sic existimo: *Assidue textis operata.* idque ea ratione, quod videam ita locutum Poetam hunc supra Eleg vltima lib. I. *Atq; aliquis voti compos liba ipse ferebat.* non hic addit, *aliquis*

puer

puer, vel *seruus*. Sic hic Aliqua de fœmina accipiendum est, quod alii, cum non constare putarent, loco mouerunt. Ad finem huius Elegiæ:

Postq; venit tacitus, fuluis circumdatus alis
Somnus, & incerto somnia nigra pede.

Lege *Furuis*, qui facilis fuit error. & statim post ait:

———*incerto somnia nigra pede.*

Quod vero supra dixi, *Compositum caput*, Propertius confirmat lib. II. Eleg. XIV.

Mecum habui positum lenta puella caput.

Nunc adscribam Martialis Epigrammata aliquot a me exposita, certe hic Auctor meretur ingenium aliquod elegans & diuinum. Non enim video, qua ratione aliter intelligi possit, tanta est in eo acrimonia, tanta obscuritas, sed tamen conabor aliquid efficere in eo quantum licebit Lib I. Epigr LXIIX.

Liber homo es nimium dicis mihi, Charile semper.
In te qui dicit, Charile, liber homo est.

Videtur hic prima fronte nil inesse salis, nil gratiæ: sed tamen si obserues, nil dictum ab hoc Poeta, quin mendax sit, vel subtile, fieri non potest, quin amplius quæram. Itaque puto esse argutiam hanc: *Dicis me liberum hominem Charile, sed ille magis liber est, qui in te liber est, nimirum quia non respondes iniuriis infantia quadam & ineptia ingenii.* Lib. III. in Codrum Epigram. XV.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in vrbe,
Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Ludit ex ambiguo, cum ait Codrum pauperem credere & putare formosam esse eam, quam amet, & cui credat res suas, cum sit turpissima. Ad Ruffum eodem lib. vltimo:

Cursorem sexta tibi Ruffe remisimus hora
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum cum forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

Nam opus habebat expiatione & ablutione, qui tam esset spurcus & libidinosus, hoc certe libro nihil non obscœni est. Lib. IV. Epigr. XII.

Nulli, Thai, negas: sed si te non pudet istud,
Hoc saltem pudeat, Thai, negare nihil.

Ambigue sugillat Thaidis facilitatem; cupit tamen, si nulli neget, saltem neget, quæ de illa passim iactantur, nam si nil negat, ne hoc quidem vel obscœniorem aliquam libidinem innuit, quam illa cum nil negat, exercere arguitur. Lib. V. Epigr. XII. Errat.

Quod nutantia fronte pertinaci
Gestat pondera Maschon super erbus,
Aut grandis Linus omnibus lacertis,

Septem quod pueros leuat, vel octo:
Res non difficilis mihi videtur.
Vno cum digito, vel hoc vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

Quid hic esse arguti credis, Cantere doctissime? obscurum est credo. Dicam quod sentio. Luditaque Poeta in sui temporis puellas, aitque, Stellam vno digito portare decem nimirum gemmas, quæ totidem puellas illi possint subiicere, vel de virili animo Stellæ intelligendum, qui x. puellas, quod tamen impossibile est, cum vna vni satisfacere credatur. vtrum velis elige; sed si bene te noui mentemque tuam, quod honestius est & nudius, arripies scio. His vale, alias pluribus, nisi mihi scribas, non vacare tibi per occupationes legere hæc mea somnia. Intelligis iocum. Vale amicum mihi caput. Muretus, ne quid ignores, adhuc Parisiis est, breui ad eum scribam, si licebit. Iterum vale & nos ama. Duaci.

Epistola I.

Lucas Fruterius Georgio Buchanano S. D.

QVod te nuper a nobis proficiscentem, vir clarissime, solemni more non dimisimus sane, vti debet, molestissimũ est nobis, & tamen celeritas profectionis tuæ, vt nobis esse æquior eualeas, efficere vna potest, quod egoquidem facturum te mihi persuadeo. Audio, mi Buchanane, non paucis diebus te ventorum fastidia tulisse, & nuper tamen:

Venisse sese tuis dulcissima
Ad alta tecta patria
Qua te tuosq; canulos iam dudum amat
Vincire caris osculis.
Quid hic amica gaudia eloquar tua?
Quid gaudia illa regia?
O ter beata sorte deuinctum caput!
Quod Rexq;, paterq;, equisq; amant!

Vide, mi Buchanane, cuius hæc curæ sint carmina, quæ mihi cum charta & calamo oborta sunt, aborta velim dicere. Sed quid attinet dum a Fruterio tuo, qui amicorum auribus & vti & abuti identidem potest? aliquid maius exspecta, vir clarissime, cum mihi ingenium fecerint versus tui, quos meis verisimilibus præfigi curabo, tunc me

Ditibus auspiciis audax suuet ire per aquor,
Et caput aeternis addere syderibus.

Tu si quid meis Verisimilibus per te accidere cupis, vt memini velle te, cum isthic esses, quæso commodus imperti quiduis, ego me quidem hoc tuo beneficio beatum putabo, & studiosi homines non minori se beneficio a te affectos fatebuntur scio. Nunc ego, mi Buchanane, aliquid doctæ cogitationis tibi appingam,

pingam.

pingam, sic enim decreui nullas omnino literas dare dummodo ad literatos, in quibus non de literis plurima sint. Sed tu, mi Buchanane, vnico Plauti loco in præsens vteris fruerisq;, dum Fraterius tuus plura alia tibi diffingit, quæ adhuc quidem obtusam aciem ferient, sed breui tamen limabuntur spero. Locus est elegantissimus in Prologo Amphitruonis, vbi Mercurius spectatoribus factiosis legem ponit huiusmodi, sed ego vt totus locus legi debeat, ita eum subscribebam:

Agit & hoc loco in Verisimilibus lib. 2. cap. 3. consulendus ad Plautum Lambinus.

Nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter,
Conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam spectatoribus.
Si quos fautores delegatos viderint,
Vt his in cauea pignus capiantur toga,
Siue etiam qui ambissit palmam Histrionibus,
Seu quoiquam artifici, seu per scriptas literas
Siue ipse ambissit, seu per internuntium,
Siue adeo Ædiles perfidiose quoi duint,
Sirempse lege iussit esse Iuppiter
Quasi Magistratum sibiue altriue ambiuerit.

Ecce, vir clarissime, facinus, quod hic feci; multa erant, quæ non satis pro legum more concepta erant, quæ leuissima & lenissima tamen immutatione a me sunt rescripta, vt cum *ambissit* scribo pro *ambissent*, quod est in vulgatis, sed aliud est, quod te ignorare nolo, vno in versu me tria quatuorue verba glossatoribus suis remisisse; sunt vero isthæc:

Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter,
Quasi Magistratum sibiue altriue ambiuerit.

Primum hic nescias mendum latere, ita omnia hæc rotundarunt inepti quidam Mendatores, sed miror tamen de versu abisse illos cum trimeter esse debeat, sed paucis dicam, quod volo. Pompeius Festus (quo auctore nihil omnino præstantius est) *Sirempse apud Catonem significare ait Similis res ipsa,* quod omnino pulcerrime sentitur in illis:

Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter.

Sosipater autem Charisius, doctissimus Grammaticus, *Siremps ab hac sirempse* facere docet, vt præter duos casus non ferat hoc verbum. Itaque cum quibus verbis & elocutionibus hæ legum partes constarent, non ignorarem, vidi statim legendum:

Sirempse lege iussit esse Iuppiter
Quasi Magistratum sibiue altriue ambiuerit.

Vt dicat Plautus Iouem illum populi ambitum, quem huic vel illi ex histrionibus præstat, ea lege sancire, qua sancitur ambitus in iudiciis vel pro aliorum magistratu, vel pro se conceptus. Omnino scire ex te cupio, mi Buchanane, quid tibi de hac nostra coniectura animi sit, certe illa mihi Plauto dignissima

videtur, atque in legibus diserte scribebatur antiquis: SIREMPS LEX ESTO, vt nuper ex Inscriptionibus duabus didici, tu videbis. Vale, vir clarissime, & Fruterium tibi & posteris tuis commenda. Ipsis Calendis Februarii Parisiis.

Lucas Fruterius Martino Havvelio S. D.

Epistola III. QVid tibi scribam, mi Amice, aut quid non scribam? heri pene insaniebam, & vero insaniebam Plautino more; namque ita vehemente tussi, ad sesquihoram concussus, vexatus, denique versatus fui, vt modo extrema in sponda, modo vero humi cubitarem, ita pene lecto excutiebar. Vides itaque, mi Amice, huic malo acriter occurrendum, ego quidem sentio, me ita paucis mensibus debilitatum esse, vt iam non Lucius Frugi, sed Nequam potius appellandus videar. Quare, carissime Havveli,

A Dis vt optas vnicum sub dulcibus
Oculis tuis Martinulum proludere,
Quem tibi beato sophia (al. subnitens) producens sinu,
Tuis in vlnis ridibundum statueret,
Et vti tuum vis vnicum Fruterium,
Huic esse vita amabili superstitem,
Superstitem tibi superstitem sibi,
Ita tete obtestor per iuventutem tuam
Martinulique venturum aliquando iubar,
Perque illa tussis improba ludibria,
Quae me mihi, tibique Amice, surripiunt,
Vt me tibi comessatorem sobrium
(Latinum comessatorem volui dicere,
Epidamnium Pergraecatorem nil moror)
Patiare, quicquid illud est stipendii,
Quod pro tuis tibi ouibus & bobus datur,
Et risibus iucundulis tuis datur
Tuaeque sophiae commodis pro moribus
Id omne lege & optima, optima & fide
Fruterius tibi redhibebit perlubens.
Vale vnicum mihi decus, dulcissime
Vale, meorum dulce amicorum decus,
Havvele: cura sit tua Fruterius
Partem aliquam in morbo laudet ametque suo.

hos tibi versiculos aurorae partum appelles licet, imo plerique in cuspide calami nati sunt mihi; sed illud poeticum non est:
Ingenium vati materia ipsa facit poteram dicere, sed deterrerem cognomen tuum:
Ingenium nobis Havvelius ipse facit.

vellem

vellem, mi Amice, hoc a te scire, an illas ædes pomeriales tibi compares, nec ne; nam si comparas de Donzio certa est fides: ni fiat ille credo ad Auratum relabetur. namque ille gregem Musicum a re sua publica & priuata exactum postliminis legibus vltro reuocat. & tamen si id agis quod constitu isti, ille scio mensam Regiam tuam illi Musicæ, vbi nempe fortiter tamere dictas, procul dubio anteponet. De omnibus audiam iudicium tuum. Si manes in solemnibus ædibus mihi vnum ex superioribus cubiculis comparabo, & tecum mensa fruar duntaxat. Vale, mi Harveli, & me ama quod facis.

Tuus, qui m nosti, L. Fruterius Fuscilanus.

Lucas Fruterius Gulielmo Cantero S.D.

NÆ tu homo elegans es & vrbanus, qui non amicis modo, & tempori seruire nosti. Quid enim tu mihi adeo exsanguem, adeo frigidam Monachi nescio cuius Epistolam? Nimirum salsus es, non aliud certe maximis hisce caloribus præsentius antidotum, non dicam cum optimo Poeta, *Grauedinem frigidam & tussim* ex illa mihi euenisse (quid enim simplicius?) sed aliud multo grauius, nimirum risu pæne emortuus sum, & eo quidem reliquias illius hic habes, sed extremas, ideoque frigidas & sedatas magis. Certe si primas haberes, non intelliges, adeo plenis buccis & confuso spiritu edebantur. Ceterum iocatum satis, *ne risu inepto res ineptior nulla, ex re tam mihi les videtur esse.* Ego, mi Cantere, quid huic Epistolæ faciam non reperio; neque enim in toto hoc corpore est corpus aliquod, relegandum esse in priores sedes censeo, vt cum tenebris luctetur quæ in se lucis nihil habet. Quod cupis Obertum Gifanium Buranum per me salutari, gratum est; neque enim contigit iuuenem, vt volebas, mihi adiungere. Sed agam quod mones, & simul cum Tabellario ad eum ibo, faciamque sedulo, ne tu aliquando cum eo in gratiam redeas. Nunc de nostris rebus, caue putes, me adeo ignauum, adeo in amicitia excolenda leuem, vt nunc demum superioribus tuis iterò respondeam: respondi enim non ita nuper. & tu quidem, vt suspicor quod de mea diligentia conqueraris, nihil nunc habes, cum in iis non rescripserim modo tuis, sed etiam tibi non exiguum auctarium fecerim, adeoque mihi iam ipse responsionem debeas. Legi nuper Tibulli Elegiam 1. in qua equidem scrupulum reperi iudicio tuo & scientia dignissimum, ego quantum licuit, operam Poetæ optimo libenter detuli. Versus hi sunt: *Epistola v.*

Nec spes destituat, sed frugum semper aceruos
Præbeat & pleno pinguia musta lacu
Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis,

Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.
Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosis q; ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.
Vos quoq; felicis quondam, nunc pauperis horti
Custodes, fertis munera vestra Lares.

In his versibus, si continuum orationis filum spectes, obserues facilime non cohærere apte. Quid enim? an respondent isthæc:

——— Agricolæ ponitur ante Deo
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona.

& illud: *Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis.*

Certe non arbitror. Ego re omni diligenter obseruata existimo legendum hoc modo, quem subscribam:

——— Agricolæ ponitur ante Deo.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisq; ruber custos donatur in hortis.

vt dicat Poeta, bene sperare se de fide Agelli sui conscientia religionis & pietatis in Deos Hortorum. Tu videbis, mi Amice, an scopum attigerim. certe collimaui quantum potui. Nunc ad Catullum, in quo vitium leue, ni fallor, deprehendi, quod tamen si tollas, venustiorem omnino orationem feceris. Adscribam totum Epigramma, nimis enim Auctore suo dignũ est:

Nemone in tanto potuit populo esse, Iuuenti,
Bellus homo, quem tu diligere inciperes,
Præterquam iste tuus moribunda a sede Pisauri
Hospes inaurata pallidior statua
Qui tibi nunc cordi est, quem tu præponere nobis
Audes? at nescis quod facinus facias.

censeo. *Ah nescis, quod facinus facias.*

Ita enim video bis Catullum clausisse Epigramma, idque venustissime, supra in Hendecasyllabis in Rufum Bononiensem: *Ah nimis fero corde.* Et in Epigrammatis ad Rufum:

Mi misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti heu heu nostræ crudele venenum
Vitæ, heu heu nostræ pestis amicitiæ.

Idem ad Flauum in principio:

Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertisq; ac Syrio flagrans oliuo,
Puluinusq; peraq; & hic & illic
Attritus, tremulusq; quassa lecti
Argutatio inambulatioq;.

Nam

Nam ni praualet ista, nil tacere
Cur non tam latera exfututa pandas,
Ni tu quid facias ineptiarum?

MVretus ad tres extremos versus asteriscum apposuit, tanquam corrupti essent, aut obscuri. Ego illos hoc stigmate dignos nequaquam iudico, eumque esse sensum existimo: *Nisi argutie inambulationiq; satis valeret ad indicandas nequitias tuas, iam mihi diceres illas, sed putas nil opus esse, quam sciã ex iis signis.* vel legi posset:

Nam nil praualet ista mi tacere.

reliquum est, cur non erecto corpore sis & expandas latus pandum ex nimia Venere, nisi facias nequam? Ad Aurelium:

Aureli, pater esuritionum
Non harum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut aliis erunt in annis.

Hinc dicendi modum a Græcis accersiuit Catullus. Sic enim Xenophon in Symposio cum dixisset Socrates, fœminas tam esse docilis naturæ, quam vel viri ipsi, rogauit Charmides, qua ratione fieret, vt Socrates Xantippe difficilima vteretur. Græca sunt huiusmodi: καὶ ὁ Ἀντισθένης πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες οὕτω γιγνώσκων οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι, καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ; vides hęc omnino respondere Catullianis illis: Nunc a Catullo abeo, vt te ad secundum & ad alium Catullum deducam. In Priapæis certe Catullo carmen adscribitur, & sane illo dignissimum est, quantum iudico. Audi, mi Amice, Catullianas Veneres:

Iacere me, quod alta non possim, putas
Vt ante vectari freta,
Nec ferre durum frigus, aut æstum pati,
Et arma victoris sequi?
Valent, valent mihi ira & antiquus furor,
Et lingua, qua adsim tibi.

(Hic Dimeter non constat, ego lego: *Qua adsim, adsim tibi.* ad maiorem vehementiam.) Pergimus:

Et prostituta turpe contubernium
Sororis, o quid me incitas?
Quid impudice & improbande Cæsari?
Sed furta dicantur tua,
Et helluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdaq; per somnum nates.
Et inscio repente clamatum semper
Thalassio Thalassio.

Quid palluisti fœmina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulcra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos
Nec deinde mouere lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus
Flauum probe Thybrin & olentis nauticum
Vocare. vbi appulsa rates.

Nescio quid velint sibi hæc, nescio an recte possit legi:

Flauum probe Thybrin & colentes nauticum
Vocale, vbi appulsa rates
Stant in vadis cœno retenta sordido
Macraque luctantes aqua.
Neque in culinam, & uncta compitalia,
Dapesque duces sordidas,
Quibus repletus vt salutifer aquis
Obesam ad vxorem redis
Et æstuantes docte soluis pantices.

(sic lego, antea enim nullo sensu *Pontices* legebatur.)

Osique lambis suauiis.

ego: *Osisque lambis suauiis*, vt dicat illum non osculari, sed lambere mediam vxorem.

Nunc lade, nunc lacesse, si quidquam vales,
En nomen adscribo tuum
Cynæde Luci, an te reliquerunt opes?
Fameque genuini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem
Scissumque ventrem, & herniosi patrui
Pedes inedia turgidos.

Quæso te, mi Amice, vt carmen hoc diligenter legas: sunt enim in eo difficilia etiamnum quædam. *Tormentum* tuum mihi tam placet, quam tibi; sed iustius tibi, qui ex *Detrimento* illo maximum speres commodum, & immortale nomen. Addam huc Martialis aliquot Epigrammatum explicationes meo labore mihi quæsitas, sed tuo iudicio deponendas & abnegandas, si pro merito displicuerint. Lib. VI. Epigr. XIV. in Laberium:

Versus scribere posse te disertos
Affirmas Laberi, quid ergo non vis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi, virum putabo.

Ignosces, mi Cantere, si hæc minucula ad te, tantum id facio, vt intelligam, verumne sensum Poetæ assequar. Dico itaque Martialem ex ambiguo sugillare Laberium, vt vocet *versus disertos*, ridicu-

ridiculos, qui aliis cachinnum moueant, ſed malim in ſecundo legere: *Quid ergo non quis?* l. potes? Idem lib. II. de Mario Epigram. LXXVI.

Argenti libras Marius tibi quinq; reliquit,
Cui nihil ipſe dabas, is tibi verba dedit.

Eleganter ludit Poeta, vt eius plurimus mos eſt. Ait enim Marium teſtamento ſuo quinque libras inſcripſiſſe alicui, quæ tamen præſtari non potuerint, mortuo aliis obligato, & tamen dicit Marium homini nil ſib. danti liberalem fuiſſe, & illi verba dediſſe, nimirum in Teſtamento, l. feſelliſſe, cum nil niſi verba fuerint. Lib. III. Epigr. XV.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in vrbe,
Cum ſit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Ex ambiguo, niſi fallor, ait Codrum credere plus quam omnes alii: *nimirum cæcus amat turpiſſimam, quam eſſe credit formoſam.* Epigr. extremo huius lib. ad Ruffum:

Curſorem ſexta tibi, Rufe, remiſimus hora,
Carmina quem madidum noſtra tuliſſe reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iſte liber.

Ingenue vocatur in librum ſuum Poeta. Vult enim dicere expiatione & ablutione opus habere, qui tantas in ſe nequitias habeat. Finem faciam, mi Amice, nam inſtat Tabellarius. Vale, & hæc boni conſule.

Lucas Fruterius Dionyſio Lambino S.D.

Initium deeſt.

DOctrina tua, quæ mihi ſemper viſa eſt ſumma, mores ſuauiſſimi, affabilitas non affectata, te mihi tam carum faciunt, vir clariſſime, denique illud ſtudium, quod in Lucretii reſtitutione præſtitiſti, & etiam nunc præſtas, quod vt accurate matures, ēt atque ēt rogo. Interim vide, mi Lambine, ne nimis matures, q̄ res & tibi & Lucretio ipſi damnoſa eſſet. Cupio vehementer vt liceat mihi vnam rem a te petere, & ēt auferre, nimirum vt quæ vetuſti codicis ſit lectio ſemper admoneas in Commentariis tuis, ſiue ea ſit ſana, ſiue inſana (vt Plauti verbo vtar) ſiue ēt obſcura & incognita. Sic fiet, vt de fide tua nulli nō ſis gratus futurus: tū occaſionē dabis ſtudioſis, vt ex corrupta illa lectione tua integrā & ſyncerā conentur educere, q vir omnino Maximus Victorius ſua fide facit, idq; rectiſſime. Hæc nō eo ſcribo, vir doctiſſime, q puťem, tibi nō eadē venire in mentem, aut iā eſſe: ſed quia famæ tuæ non aliter quā meæ faueo, & partim quia de quo, q tibi nec male volebat maxime timiſti, e es iuſpicatus, nunc de illius in te ebieruātia & ſolicitudine reddaris certiſſimus. Et hęc ad ꝓtaſin Fabulæ, nūc ad epitaſin veniemus. Soleo, mi Lābine, non vt q dam Epiſtolas nullius rei, ſed tamen

verbosas scribunt, scribere; sed appingere literis meis aliquid ingeniosæ commentationis. Itaque & nunc, quia tibi id gratum fore scio, & quia iudicio magnorum virorum libentissime vtor, vt audacius ista ab iis comprobata vulgo proponam; proponam & ego tibi quædam hoc tempore quo a vobis absui, ex multis paucula eff- cta. Ac primum a Poetis, quibus, vt debeo, eximie delector, sed a præcipuis exordiar. Itaque Catullus opera Mureti nostri melior factus, & tamen non ita factus, vt non etiam optimus aliquando fieri possit, videtur mihi studio meo iuuari posse, aut etiam adiutus esse. Primum in Carmine, quod est ad Nepotem, ait porro:

Quare habe tibi quicquid est libelli,
Qualecunq; quidem
Plus vno maneat perenne seclo.

In Catullo meo ad marginem est alias: *Patrona virgo.* quod ego bene excussum & euentilatum in tale triticum eduxi, vt posthac non solum Puteolanis granariis, sed omnino omnib. condi & depromi ad omnium vtilitatem posse confidam. Et tu, mi Lambine, de nostro tritico vtere, ego legendum puto:

Qualecunq; quidem per ora vulgi
Plus vno maneat perenne seclo.

Sic loquitur infra in Rauidum:

Anne vt peruenias in ora vulgi, &c.

Infra ad seipsum:

Fulsere quondam candidi tibi soles,
Cum ventitabas, quo puella ducebat,
Amata nobis, quantum amabitur nulla.

legendum credo:

Amata vobis, quantum amabitur nulla.

Sic Ouidius de Iasone in Medeæ Epistola:

Tibiaq; effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta flebiliora tuba.

Nec id quidem insolens tibi visum iri suspicor, cum te sciam plurimum studii & diligentiæ in antiquis & bonis auctoribus semper posuisse. Idem in Aurelium:

Padicare cupis meos amores:
Nec clam, nam simul & iocaris vna.

Hoc loco scribendum existimo: *Nam simul es, iocaris vna.* Elegantissimo loquendi modo, & etiam vsitato ab eodem ad Caluum: *Vt tecum loquerer, simulq; vt essem.* Vides, mi Lambine, quam plena omnia, quam composita futura, si legatur, vt ego cupio & volo. Iam tibi adscribam locum eiusdem facilitatis, sed fortasse non satisfaciam iis, qui malunt omnia corruptissima relinquere, & sibi ignota facere, quam aliquando conari, etiam maxima ratione vel apicem demere, vel adiicere. Horum ego

rum ego religiosum iudicium pessime odi. Sed ad rem, ad Varum de Suffeno:

Tantum abhorret, ac nutat. Hæc omnia si leuiter adspicias, præclara, si propius spectes, languida, & rei non magnæ videbuntur. Quid enim aliud *Abhorrere*, quam *Nutare?* Ego sane incuriam omnem a maximo Poeta procul fuisse credo, putoque scripsisse illum ita vt subscribam:

Tantum abhorret, ac mutat Natus mihi error videtur a librariis infelicissime doctis, qui vocis insolentia offensi eam loco suo mouerunt, &, quod ipsi intelligebant, supposuerunt. Gellius libro VIII. ex Varronis libris de Lingua Latina hæc citat: *In priore verbo prosodia quæ fuerunt, remanent, reliqua mutant.* Idem II. Rei Rusticæ: *Sus ad fœturam quæ sit fœcunda, animaduertunt fere ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat.* Sed quid ego hæc tibi tam approbo, cum tu hæc omnia melius noris, quam nomen tuum? Idem de morte Fratris elegantissimo carmine ait:

Alloquar, audierone vnquam tua verba loquentem?

Nescio, an hic reponere possim: *Tria verba loquentem.* sed tamen possum, quia ad te scribo, qui omnia hæc eo interpretaberis animo, quo ego Horatium contra te, si aliquid æqui & boni in locutione illa; quod tamen nequeo perspicere satis, sed fortasse aliquando multa lectione consequar. Tu, si quid me iuuare potes, ne desis, certe magna solicitudine liberatis. Non possum tibi exprimere, quam vehementer optarim omnes bonos Auctores doctorum hominum labore saniores effici, vel certe mihi aliquando Thesaurum aliquem veterum librorum obuenire; non Aulam Euclionis reperisse me mallem. Sed certe nugor; nam Plautus Euclionem Aulam suam exarpagasse scribit & sibi asseruasse. Sed nimirum & nostra ætas Euclionės veterum non desiderat. Verum extra iocum. Nunc ad Tibullum venio, cuius ipso initio offensus sum. Quid enim? an cohærent ista?

Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.

Vide, quod facinus faciam, ex *s. f.* facio; *o p. d.* inuersum scilicet hoc modo:

Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores,
Pomosisq; ruber custos donatur in hortis, &c.

Statim sequitur:

Iam modo non possum contentus viuere paruo,
Nec semper longæ deditus esse viæ;
Sed Canis æstiuos ortus vitare sub vmbra
Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boues, &c.

[illegible] Rober- [illegible] Robertellus magnum videtur in Tibullo operæ pretium fecisse, cum docet illum obscurissime expressisse clarissimi Græcorum vocabulum μετοικχῇ vt sit:

Iam non possum non contentus viuere paruo.

quod ipsum ex superioribus nec satis commode consequi videtur. Ego puto Tibullum dicere: Quum fortunas suas Fortuna aliis tradiderit, aut . . . . non licere sibi otiose viuere, & delitiari, vel remotas terras visere, aut bellum sequi: sed tamen licere sibi in paruulo rure suo honeste agere, & somnum captare sub arboribus suis; id enim suadere illi rei familiaris inopiam. *Contentum paruo* accipio, pressum egestate. Ait vero: *Non possum viuere contentus paruo; sed possum vitare Æstiuos ortus sub vmbra arboris meæ.* &, ne videatur inhoneste otiari, subiicit:

Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boues, &c.

Sed quia de Robertello incidit sermo, videtur mihi vir ille febriculosæ eruditionis ostendator insignis; & nullum ferre, ne se ipsum quidem, cum tanto abdomine distentus sit, vt intelligam nunquam supinum cubare, sed in sigmate assidere . . . . Ille namque Tibulli locum quendam quem non intelligit sanum esse, insanissime, non deprauat, sed leuissime tollit. Ait vero sibi codicem vetustum esse, in quo scriptum sit:

Ne quisquam multo percussum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requiescit amans.

Vt Tibullus οἰνοπλῆγα Græcorum expresserit. Sed non obseruarat ille, cum hæc scriberet, Tibullum ita quoque Elegia VII. loqui:

——*Geniumque choreis*
Concelebra, & multo tempora funde mero.

Ecce eadem sunt verba. Certe illud subtilitatis suæ prudentius Ouidio elargitus fuisset, qui dicit in amoribus:

——*Et multo tempora quassa mero.*

LVCI FRVTERII EMENDATIO IN LVCILIO apud Lud. Carrionem Antiquar. Lection. Commentario primo, capite quarto, vbi sic ille:

FRuterium cum nomino, incredibili quadam doloris magnitudine animum mihi pertentari sentio, præ qua equidem

quomodo

quomodo de singulari ingenii illius præstantia absoluta iudicii integritate, perfecta omnium disciplinarum cognitione, summo denique vitæ & morum candore, aut quod volo eloquar, aut quod dicere debeo, taceam, omnino non inuenio, vixisset diutius diuinus ille iuuenis, vixisset neque ad maximam ingenii & doctrinæ laudem efflorescens e medio honestissimarum actionum curriculo immatura morte abreptus fuisset, aut quod huic proximum erat, eos, quos potuit, quos debuit, non fures, non plagiarios, falsique conuictos, recti specie deceptus scriptorum suorum extremis tabulis heredes instituisset, exstarent hodie præclara virtutis illius, cuius iam tum foras semina sese proicere gestiebant, argumenta, esset cunctis de ea eruditionis excellentia procliuius iudicium, non mea, non alterius cuiuspiam qualicunque defensione dicam an testimonio? apud exteros ageret Fruterius. Ille igitur Fruterius cum aliquando eum versum me præsente recitari audiret:

Illuuies scabies, oculos, huic deniq; petigo
Conscendere.

vt erat iudicio supra humanum præditus, ita Dousam, inquit, amicum habeam, vt nec Lucilius, nec vero temporis illius æqualis alius *petiginem* nouit, neque Nonius Lucilianorum verborum mentem satis percepit; *depetiginem* enim antiquorum more dixit Lucilius, quam *impetiginem* alios dixisse constat; sic enim scripsit:

Illuuies, scabies, oculos, huic deniq; petigo, &c.

Et ne quis Poetam tmesibus huiusmodi vsum esse inficietur, en vobis testem locupletem, &, vt ICti loquuntur, omni exceptione maiorem, Ausonium, cuius ea sunt:

——Lucani mox postera Aco
Rescisso discas componere nomine versum,
Lucili vatis sic imitator eris.

Quæ ita Epistola secunda extrema ad Theonem legi debent, quæ Fruterii opinio ita certa est, vt iam opinio esse desinat.

L. FRVTERII CARMEN AD OBERTVM GIfanium, contra Dionysium Lambinum, Cari Lucretii emendatorem.

Dedicat *in Caro est. quid nil Marullus at iste*
Peruertit in Noni de'iquat *esse libro.*
Delicat *in Noni tabula pro* dedicat *audis,*
Sic Melicas *Latio* Media *pascis aues.*
Dedicat *antiquum, nostrum est* indicat, *atq;*
Indicat *his ipsis surgit originibus.*
Dicere ius *Latium est,* ius *est q;* dicare *Latinum*
Quod Latium est, vetus est, quod vetus est, Latium est.

Septem quod pueros levant, vel octo:
Res non difficilis mihi videtur.
Vno cum digito, vel hoc vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

Quid hic esse arguti credis, Cantere doctissime? obscurum est credo. Dicam quod sentio. Ludit itaque Poeta in sui temporis puellas, atque, Stellam vno digito portare decem nimirum gemmas, quæ totidem puellas illi possint subiicere, vel de virili animo Stellæ intelligendum, qui x. puellas, quod tamen impossibile est, cum vna vni satisfacere credatur. vtrum velis elige; sed si bene te noui mentemque tuam, quod honestius est & nudius, arripies scio. His vale, alias pluribus, nisi mihi scribas, non vacare tibi per occupationes legere hæc mea somnia. Intelligis iocum. Vale amicum mihi caput. Muretus, ne quid ignores, adhuc Parisiis est, breui ad eum scribam, si licebit. Iterum vale & nos ama. Duaci.

Lucas Fruterius Georgio Buchanano S. D.

Epistola I.

QVod te nuper a nobis proficiscentem, vir clarissime, solemni more non dimisimus sane, vti debet, molestissimũ est nobis, & tamen celeritas profectionis tuæ, vt nobis esse æquior eualeas, efficere vna potest, quod egoquidem factiurum te mihi persuadeo. Audio, mi Buchanane, non paucis diebus te ventorum fastidia tulisse, & nuper tamen:

Venisse iis tuis dulcissima
Ad alta tecta patria
Qua te tuosq; canulos iam dudum amat
Vincire caris osculis.
Quid hic amica gaudia eloquar tua?
Quid gaudia illa regia!
O ter beata sorte deuinctum caput!
Quod Rexq;, paterq;, equesq; amant!

Vide, mi Buchanane, cuius hæc curæ sint carmina, quæ mihi cum charta & calamo oborta sunt, aborta velim dicere. Sed quid attinet dum a Fruterio tuo, qui amicorum auribus & vti & abuti identidem potest? aliquid maius exspecta, vir clarissime, cum mihi ingenium fecerint versus tui, quos meis verisimilibus præfigi curabo, tunc me

Diisbus auspiciis audax iuuet ire per æquor,
Et caput æternis addere syderibus.

Tu si quid meis Verisimilibus per te accidere cupis, vt memini velle te, cum isthic esses, quæso commodus imperti quiduis, ego me quidem hoc tuo beneficio beatum putabo, & studiosi homines non minori se beneficio a te affectos fatebuntur scio. Nunc ego, mi Buchanane, aliquid doctæ cogitationis tibi appingam;

pingam, sic enim decreui nullas omnino literas dare dummodo ad literatos, in quibus non de literis plurima sint. Sed tu, mi Buchanane, vnico Plauti loco in præsens vteris frueris q;, dum Bruterius tuus plura alia tibi diffingit, quæ adhuc quidem obtusam aciem ferient, sed breui tamen limabuntur spero. Locus est elegantissimus in Prologo Amphitruonis, vbi Mercurius spectatoribus factiosis legem ponit huiusmodi, sed ego vt totus locus legi debeat, ita eum subscribam:

Agit & hoc loco in Verisimilibus lib. 2. cap. 3. consulendus ad Plautum Lambinus.

Nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter,
Conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam spectatoribus.
Si quoi fautores delegatos viderint,
Vt is in cauea pignus capiantur toga,
Siue etiam qui ambissit palmam Histrionibus,
Seu quoiquam artifici, seu per scriptas literas
Siue ipse ambissit, seu per internuntium,
Siue adeo Ædiles perfidiose quoi duint,
Sirempse lege iussit esse Iuppiter
Quasi Magistratum sibi ue alteriue ambiuerit.

Ecce, vir clarissime, facinus, quod hic feci; multa erant, quæ non satis pro legum more concepta erant, quæ leuissima & lenissima tamen immutatione a me sunt rescripta, vt cum *ambissit* scribo pro *ambissent*, quod est in vulgatis: sed aliud est, quod te ignorare nolo, vno in versu me tria quatuorue verba glossatoribus suis remisisse; sunt vero isthæc:

Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter,
Quasi Magistratum sibi ue alteriue ambiuerit.

Primum hic nescias mendum latere, ita omnia hæc rotundarunt inepti quidam Mendatores, sed miror tamen de versu abisse illos cum trimeter esse debeat, sed paucis dicam, quod volo. Pompeius Festus (quo auctore nihil omnino præstantius est) *Sirempse apud Catonem significare ait Similis res ipsa*, quod omnino pulcerrime sentitur in illis:

Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter.

Sosipater autem Charisius, doctissimus Grammaticus, *Sirempse ab hac sirempse* facere docet, vt præter duos casus non ferat hoc verbum. Itaque cum quibus verbis & elocutionibus hæ legum partes constarent, non ignorarem, vidi statim legendum:

Sirempse lege iussit esse Iuppiter
Quasi Magistratum sibi ue alteriue ambiuerit.

Vt dicat Plautus Iouem illum populi ambitum, quem huic vel illi ex histrionibus præstat, ea lege sancire, qua sancitur ambitus in iudiciis vel pro aliorum magistratu, vel pro se conceptus. Omnino scire ex te cupio, mi Buchanane, quid tibi de hac nostra coniectura animi sit, certe illa mihi Plauto dignissima

videtur, atque in legibus diserte scribebatur antiquis: SIREMPS LEX ESTO, vt nuper ex Inscriptionibus duabus didici, tu vid.b.s. Vale, vir clar ssime, & Fruterium tibi & posteris tuis commenda. Ipsis Calendis Februarii Parisiis.

Lucas Fruterius Martino Havvelio S. D.

Epistola III. QVid tibi scribam, mi Amice, aut quid non scribam? heri pene insaniebam, & vero insaniebam Plautino more; namque ita vehemente tussi, ad sesquihoram concussus, vexatus, denique versatus fui, vt modo extrema in sponda, modo vero humi cubit rem, ita pene lecto excutiebar. Vides itaque, mi Amice, huic malo acriter occurrendum, ego quidem sentio, me ita paucis mensibus debilitatum esse, vt iam non Lucius Frugi, sed Nequam potius appellandus videar. Quare, cari ssime Havveli,

A Dis vt optas vnicum sub dulcibus
Oculis tuis Martinulum proludere,
Quem tibi beato sophia (al. submittens) producens sinu,
Tuis in vlnis vid bundum statueret,
Et vti tuum vis vnicum Fruterium,
Huic esse vita amabili superstitem,
Superstitem tibi superstitem sibi,
Ita tete abtestor per iuuentutem tuam
Martinulique venturum aliquando iubar,
Perque illa tussis improba ludibria,
Quia me mihi, tibique Amice, surpuunt,
Vt me tibi comessatorem sobrium
(Latinum comessatorem volui dicere,
Epidamnium Pergracatorem nil moror)
Patiare, quicquid illud est stipendii,
Quod pro tuis tibi ouibus & bobus datur,
Et visibus iucundulis tuis datur
Tuaque sophia commodis pro moribus
Id omne lege & optima, optima & fide
Fruterius tibi redhibebit perlubens.
Vale vnicum mihi decus, dulcissime
Vale meorum dulce amicorum decus,
Havvele: cura sit tua Fruterius
Partem aliquam in morbo laudet ametque suo.

hos tibi versiculos auroræ partum appelles licet, imo plerique in cuspide calami nati sunt mihi; sed illud poeticum non est:

Ingenium vati materia ipsa facit poteram dicere, sed deterretem cognomen tuum:

Ingenium nobis Havvelus ipse facit.

vellem

vellem, mi Amice, hoc a te scire, an illas ædes pomeriales tibi compares, nec ne; nam si comparas de Donz o certa est fides: ni fiat ille credo ad Auratum relabetur, namque ille gregem Musicum a re sua publica & priuata exactum postliminis legibus vltro reuocat, & tamen si id agis quod constituisti, ille scio mensam Regiam tuam illi Musicæ, vbi nempe fortiter tamere dictas, procul dubio anteponet. De omnibus aud iam iudicium tuum. Si manes in solemnibus ædibus mihi vnum ex superioribus cubiculis comparabo, & tecum mensa fruar duntaxat. Vale, mi Harveli, & me ama quod facis.

Tuus, quem nosti, L. Fruterius Fusculanus.

Lucas Fruterius Gulielmo Cantero S.D.

NÆ tu homo elegans es & vrbanus, qui non amicis modo, & tempori seruire nosti. Quid enim tu mihi adeo exsanguem, adeo frigidam Monachi nescio cuius Epistolam? Nimirum lalus es, non aliud certe maximis hisce caloribus præsentius antidotum, non dicam cum optimo Poeta, *Grauedinem frigidam & tussim* ex illa mihi euenisse (quid enim simplicius?) sed aliud multo grauius, nimirum risu pæne emortuus sum, & eo quidem reliquias illius hic habes, sed extremas, ideoque frigidas & sedatas magis. Certe si primas haberes, non intelligeres, adeo plenis buccis & confuso spiritu edebantur. Ceterum iocatum satis, *ne risu inepto res ineptior nulla, ex re tam nihili videtur esse.* Ego, mi Cantere, quid huic Epistolæ faciam non reperio; neque enim in toto hoc corpore est corpus aliquod, relegandum esse in priores sedes censeo, vt cum tenebris luctetur quæ in se lucis nihil habet. Quod cupis Obertum Gifanium Buranum per me salutari, gratum est; neque enim contigit iuuenem, vt volebas, mihi adiungere. Sed agam quod mones, & simul cum Tabellario ad eum ibo, faciamque sedulo, ne tu aliquando cum eo in gratiam redeas. Nunc de nostris rebus, caue putes, me adeo ignauum, adeo in amicitia excolenda leuem, vt nunc demum superioribus tuis iterum respondeam: respondi enim non ita nuper, & tu quidem, vt suspicor quod de mea diligentia conquereris, nihil nunc habes, cum in iis non rescripserim modo tuis, sed etiam tibi non exiguum auctarium fecerim, adeoque mihi iam ipse responsionem debeas. Legi nuper Tibulli Elegiam 1. in qua equidem scrupulum reperi iudicio tuo & scientia dignissimum, ego quantum licuit, operam Poetæ optimo libenter detuli. Versus hi sunt: Epistola v.

Nec spes destituat, sed frugum semper aceruos
Præbeat & pleno pinguia musta lacu
Nam veneor, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis,

Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricola ponitur ante Deo.
Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.
Vos quoq; felicis quondam, nunc pauperis horti
Custodes, fertis munera vestra Lares.

In his versibus, si continuum orationis filum spectes, obserues facilime non cohærere apte. Quid enim? an respondent isthæc:

——— Agricolæ ponitur ante Deo
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona.

& illud: *Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis.*
Certe non arbitror. Ego re omni diligenter obseruata existimo legendum hoc modo, quem subscribam:

——— Agricolæ ponitur ante Deo.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisq; ruber custos donatur in hortis.

vt dicat Poeta, bene sperare se de fide Agelli sui conscientia religionis & pietatis in Deos Hortorum. Tu videbis, mi Amice, an scopum attigerim, certe collimaui quantum potui. Nunc ad Catullum, in quo vitium leue, ni fallor, deprehendi, quod tamen si tollas, venustiorem omnino orationem feceris. Adscribam totum Epigramma, nimis enim Auctore suo dignũ est:

Nemone in tanto potuit populo esse, Iuuenti,
Bellus homo, quem tu diligere inciperes.
Præterquam iste tuus moribunda a sede Pisauri
Hospes inaurata pallidior statua
Qui tibi nunc cordi est, quem tu præponere nobis
Audes? at nescis quod facinus facias.

censeo. *Ah nescis, quod facinus facias.*
Ita enim video bis Catullum clausisse Epigramma, idque venustissime, supra in Hendecasyllabis in Rufum Bononiensem:
Ah nimis fero corde. Et in Epigrammatis ad Rufum:
Mi misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti heu heu nostra crudele venenum
Vita, heu heu nostra pestis amicitiæ.
Idem ad Flauum in principio:
Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertisq; ac Syrio flagrans oliuo,
Puluinusq; peraq; & hic & illic
Attritus, tremulisq; quassa lecti
Argutatio inambulatioq;.

Nam ni praualet ista, nil tacere
Cur non tam latera exfututa pandas,
Ni tu quid facias ineptiarum?

MVretus ad tres extremos versus asteriscum apposuit, tanquam corrupti essent, aut obscuri. Ego illos hoc stigmate dignos nequaquam iudico, eumque esse sensum existimo: *Nisi argutio inambulatioq; satis valeret ad indicandas nequitias tuas, iam mihi diceres illas, sed putas nil opus esse, quam sciã ex iis signis.* vel legi posset:

Nam nil praualet ista mi tacere.

reliquum est, cur non erecto corpore sis & expandas latus pandum ex nimia Venere, nisi facias nequam? Ad Aurelium:

Aureli, pater esuritionum
Non harum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut aliis erunt in annis.

Hinc dicendi modum a Græcis accersiuit Catullus. Sic enim Xenophon in Symposio cum dixisset Socrates, fœminas tam esse docilis naturæ, quam vel viri ipsi, rogauit Charmides, qua ratione fieret, vt Socrates Xantippe difficilima vteretur. Græca sunt huiusmodi: καὶ ὁ Ἀντισθένης πῶς ὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες ὕτω γινώσκων ὐ καὶ σὺ Παιδεύεις Ξανθίππην, ἄλλα χρῇ γυναικὶ τῶν ὀυσῶν, οἶμαι, καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ; vides hęc omnino respondere Catullianis illis: Nunc a Catullo abeo, vt te ad secundum & ad alium Catullum deducam. In Priapæis certe Catullo carmen adscribitur, & sane illo dignissimum est, quantum iudico. Audi, mi Amice, Catullianas Veneres:

Iacere me, quod alta non possim, putas
Vt ante vectari freta,
Nec ferre durum frigus, aut æstum pati,
Et arma victoris sequi?
Valent, valent mihi ira & antiquus furor,
Et lingua, qua adsim tibi.

(Hic Dimeter non constat, ego lego: *Qua adsim, adsim tibi.* ad maiorem vehementiam.) Pergimus:

Et prostituta turpe contubernium
Sororis, o quid me incitas?
Quid impudice & improbande Cæsaris
Sed furta dicantur tua,
Et helluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdaq; per somnum nates.
Et inscio repente clamatum semper
Thalassio Thalassio.

Quid palluisti fœmina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulcra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos
Nec deinmouere lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus
Flauum probe Thybrin & olentis nauticum
Vocare, vbi appulsa rates.

Nescio quid velint sibi hæc, nescio an recte possit legi:

Flauum prope Thybrin & colentes nauticum
Vocale, vbi appulsa rates
Stant in vadis cœno retenta sordido
Macraq; luctantes aqua.
Neq; in culinam, & vncta compitalia,
Dapesq; duces sordidas,
Quibus repletus vt saliuesis aquis
Obesam ad vxorem redis
Et æstuantes docte soluis panticis.

(sic lego, antea enim nullo sensu *Ponticos* legebatur.)

Osiq; lambis suauiis.

ego: *Osisq; lambis suauiis*, vt dicat illum non osculari, sed lambere mediam vxorem.

Nunc lade, nunc lacesse, si quidquam vales,
En nomen adscribo tuum
Cynade Luci, an te reliquerunt opes?
Fameq; genuini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem
Scissumq; ventrem, & herniosi patrui
Pedes inedia turgidos.

Quæso te, mi Amice, vt carmen hoc diligenter legas: sunt enim in eo difficilia etiamnum quædam. *Tormentum* tuum mihi tam placet, quam tibi; sed iustius tibi, qui ex *Detrimento* illo maximum speres commodum, & immortale nomen. Addam huc Martialis aliquot Epigrammatum explicationes meo labore mihi quæsitas, sed tuo iudicio deponendas & abnegandas, si pro merito displicuerint. Lib. VI. Epigr. XIV. in Laberium:

Versus scribere posse te disertos
Affirmas Laberi, quid ergo non vis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi, virum putabo.

Ignosces, mi Cantere, si hæc minutula ad te, tantum id facio, vt intelligam, verumne sensum Poetæ assequar. Dico itaque Martialem ex ambiguo sugillare Laberium, vt vocet *versus disertos,* ridicu-

ridiculos, qui aliis cachinnum moueant, sed malim in secundo legere: *Quid ergo non quis?* I. potes? Idem lib. II. de Mario Epigram. LXXVI.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

Eleganter ludit Poeta, vt eius plurimus mos est. Ait enim Marium testamento suo quinque libras inscripsisse alicui, quæ tamen præstari non potuerint, mortuo aliis obligato, & tamen dicit Marium homini nil sibi danti liberalem fuisse, & illi verba dedisse, nimirum in Testamento, i. fefellisse, cum nil nisi verba fuerint. Lib. III. Epigr. XV.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in vrbe,
Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Ex ambiguo, nisi fallor, ait Codrum credere plus quam omnes alii: *nam vxorem cæcus amat turpissimam, quam esse credit formosam.* Epigr. extremo huius lib. ad Ruffum:

Cursorem sexta tibi, Rufe, remisimus hora,
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

Ingenue vocatur in librum suum Poeta. Vult enim dicere expiatione & ablutione opus habere, qui tantas in se nequitias habeat. Finem faciam, mi Amice, nam instat Tabellarius. Vale, & hæc boni consule.

Lucas Fruterius Dionysio Lambino S. D.

Initium deest.

DOctrina tua, quæ mihi semper visa est summa, mores suauissimi, affabilitas non affectata, te mihi tam carum faciunt, vir clarissime, denique illud studium, quod in Lucretii restitutione præstitisti, & etiam nunc præstas, quod vt accurate matures, et atque et rogo. Interim vide, mi Lambine, ne nimis matures, quæ res & tibi & Lucretio ipsi damnosa esset. Cupio vehementer vt liceat mihi vnam rem a te petere, & et auferre, nimirum vt quæ vetusti codicis sit lectio semper admoneas in Commentariis tuis, siue ea sit sana, siue insana (vt Plauti verbo vtar) siue et obscura & incognita. Sic fiet, vt de fide tua nulli nõ sis gratus futurus: tũ occasionẽ dabis studiosis, vt ex corrupta illa lectione tua integrã & syncerã conentur educere, quod vir omnino Maximus Victorius sua fide facit, idq; rectissime. Hæc nõ eo scribo, vir doctissime, quod putem, tibi nõ eadẽ venire in mentem, aut iã esse: sed quia famæ tuæ non aliter quã meæ faueo, & partim quia de quo, q tibi nec male volebat maxime sinistre es iuspicatus, nunc de illius in te [illegible] beneuolẽtia & solicitudine reddaris certissimus. Et hęc ad protasin Fabulæ, nũc ad epitasin veniemus. Soleo, mi Lãbine, non vt quidam Epistolas nullius rei, sed tamen Epistola vi.

verbosas scribunt, scribere; sed appingere literis meis aliquid ingeniosæ commentationis. Itaque & nunc, quia tibi id gratum fore scio, & quia iudicio magnorum virorum libentissime vtor, vt audacius ista ab iis comprobata vulgo proponam; proponam & ego tibi quædam hoc tempore quo a vobis absfui, ex multis paucula effecta. Ac primum a Poetis, quibus, vt debeo, eximie delector, sed a præcipuis exordiar. Itaque Catullus opera Mureti nostri melior factus, & tamen non ita factus, vt non etiam optimus aliquando fieri possit, videtur mihi studio meo iuuari posse, aut etiam adiutus esse. Primum in Carmine, quod est ad Nepotem, ait porro:

Quare habe tibi quicquid est libelli,
Qualecunq; quidem
Plus vno maneat perenne seclo.

In Catullo meo ad marginem est alias: *Patrona virgo.* quod ego bene excussum & euentilatum in tale triticum eduxi, vt posthac non solum Puteolanis granariis, sed omnino omnib. condi & depromi ad omnium vtilitatem posse confidam. Et tu, mi Lambine, de nostro tritico vtere, ego legendum puto:

Qualecunq; quidem per ora vulgi
Plus vno maneat perenne seclo.

Sic loquitur infra in Rauidum:

Anne vt peruenias in ora vulgi, &c.

Infra ad seipsum:

Fulsere quondam candidi tibi soles,
Cum ventitabas, quo puella ducebat,
Amata nobis, quantum amabitur nulla.

legendum credo:

Amata vobis, quantum amabitur nulla.

Sic Ouidius de Iasone in Medeæ Epistola:

Tibiaq; effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta flebiliora tuba.

Nec id quidem insolens tibi visum iri suspicor, cum te sciam plurimum studii & diligentiæ in antiquis & bonis auctoribus semper posuisse. Idem in Aurelium:

Pædicare cupis meos amores:
Nec clam, nam simul & iocaris vna.

Hoc loco scribendum existimo: *Nam simul es, iocaris vna.* Elegantissimo loquendi modo, & etiam vsitato ab eodem ad Caluum: *Vt tecum loquerer, simulq; vt essem.* Vides, mi Lambine, quam plena omnia, quam composita futura, si legatur, vt ego cupio & volo. Iam tibi adscribam locum eiusdem facilitatis, sed fortasse non satisfaciam iis, qui malunt omnia corruptissima relinquere, & sibi ignota facere, quam aliquando conari, etiam maxima ratione vel apicem demere, vel adiicere. Horum ego

rum ego religiosum iudicium pessime odi. Sed ad rem, ad Varum de Suffeno:

Tantum abhorret, ac mutat. Hæc omnia si leuiter adspicias, preclara, si propius spectes, languida, & rei non magnæ videbuntur. Quid enim aliud *Abhorrere,* quam *Nutare?* Ego sane incuriam omnem a maximo Poeta procul fuisse credo, putoque scripsisse illum ita vt subscribam:

Tantum abhorret, ac mutat. Natus mihi error videtur a librariis infelicissime doctis, qui vocis insolentia offensi eam loco suo mouerunt, &, quod ipsi intelligebant, supposuerunt. Gellius libro VIII. ex Varronis libris de Lingua Latina hæc citat: *In priore verbo prosodia quæ fuerunt, remanent, reliqua mutant.* Idem II. Rei Rusticæ: *Sus ad fæturam quæ sit fæcunda, animaduertunt fere ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat.* Sed quid ego hæc tibi tam approbo, cum tu hæc omnia melius noris, quam nomen tuum? Idem de morte Fratris elegantissimo carmine ait:

Alloquar, audierone vnquam tua verba loquentem?

Nescio, an hic reponere possim: *Tria verba loquentem.* sed tamen possum, quia ad te scribo, qui omnia hæc eo interpretaberis animo, quo ego Horatium contra te, si aliquid æqui & boni in locutione illa; quod tamen nequeo perspicere satis, sed forsasse aliquando multa lectione consequar. Tu, si quid me iuuare potes, ne desis, certe magna solicitudine liberatis. Non possum tibi exprimere, quam vehementer optarim omnes bonos Auctores doctorum hominum labore saniores effici, vel certe mihi aliquando Thesaurum aliquem veterum librorum obuenire; non Aulam Euclionis reperisse me mallem. Sed certe nugor; nam Plautus Euclionem Aulam suam exarpagasse scribit & sibi asseruasse. Sed nimirum & nostra ætas Euclones veterum non desiderat. Verum extra iocum. Nunc ad Tibullum venio, cuius ipso initio offensus sum. Quid enim? an cohærent ista?

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues.

Vide, quod facinus faciam, ex *f. f.* facio, *ѻ p. d.* inuersum scilicet hoc modo:

Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores,
Pomosisque ruber custos donatur in hortis, &c.

Statim sequitur:

quomodo de ſingulari ingenii illius præſtantia abſoluta iudicii integritate, perfecta omnium diſciplinarum cognitione, ſummo denique vitæ & morum candore, aut quod volo eloquar, aut quod dicere debeo, taceam, omnino non inuenio, vixiſſet diutius diuinus ille iuuenis, vixiſſet; neque ad maximam ingenii & doctrinæ laudem effloreſcens e medio honeſtiſſimarum actionum curriculo immatura morte abreptus fuiſſet, aut quod huic proximum erat, eos, quos potuit, quos debuit, non fures, non plagiarios, falſique conuictos, recti ſpecie deceptus ſcriptorum iniquum extremis tabulis heredes inſtituiſſet, exſtarent hodie præclara virtutis illius, cuius iam tum foras ſemina ſeſe proiicere geſtiebant, argumenta, eſſet cuiuis de ea eruditionis excellentia procliue iudicium, non mea, non alterius cuiuſpiam qualicunque defenſione dicam an teſtimonio? apud exteros ageret Fruterius. Ille igitur Fruterius cum aliquando cum verſum me præſente recitari audiret:

Illuuies ſcabies, oculos, huic deniq; petigo
Conſcendere.

vt erat iudicio ſupra humanum præditus, ita Douſam, inquit, amicum habeam, vt nec Lucilius, nec vero temporis illius æqualis alius *petiginem* nouit; neque Nonius Lucilianorum verborum mentem ſatis percepit; *depetiginem* enim antiquorum more dixit Lucilius, quam *impetiginem* alios dixiſſe conſtat; ſic enim ſcripſit:

Illuuies, ſcabies, oculos, huic deq; petigo, &c.

Et ne quis Poetam tmeſibus huiuſmodi vſum eſſe inficietur, en vobis teſtem locupletem, &, vt ICti loquuntur, omni exceptione maiorem, Auſonium, cuius ea ſunt:

——*Lucanis mox potteru Aco*
Reſciſſo aiſces componere nomine verſum,
Lucili vatis ſectator erit.

Quæ ita Epiſtola ſecunda extrema ad Theonem legi debent, quæ Fruterii opinio ita certa eſt, vt iam opinio eſſe deſinat.

L. FRVTERII CARMEN AD OBERTVM GIfanium, contra Dionyſium Lambinum, Cari Lucretii emendatorem.

Dedicat *in Caro eſt. quid nil Marullus at iſte*
Peruertit in Noni deliquat *eſſe libro.*
Delicat *in Noni tabula pro* dedicat *audis,*
Sic Melicas *Latio* Media *paſcit aues.*
Dedicat *antiquum, noſtrum eſt* indicat, *atq;*
Indicat *his ipſis ſurgit originibus.*
Dicere ius *Latium eſt,* ius *eſtq;* dicare *Latinum*
Quod Latium eſt, vetus eſt, quod vetus eſt, Latium eſt.

Qui locus est Veneri dictus *sacer, ille* dicatus,
Deque dicatus is *est omnipara Veneri.*,
Sic *sic esse liquet, nil* deliquat *esse Latinis*
Et genium Lambini huic generi esse patrem.
Posthume quid tibi nunc meritis pro talibus optem?
Deliquat *vt posthac possit acere tibi*,
Dedicat *& possit veterum de more placere,*
O miserum adstricti Consulis arbitrium!
Qui velit his oculos praestinguere, commodus addat,
Mi satis est vnum dedicat *asserere.*
At tibi de scriptis Cari tam rara merenti,
O decus, o patriae spes generosa tuae,
Gifani, reddunt grates quascunque mereris
Castalia Phoebo cum patre Pierides.
Et tibi sit Gallae conuicia temnere linguae,
Certat enim pro te Teutonis ora loqui.

Carmen hoc publice Parisiis propositum fuit anno 1565.

Visum his annectere Hadriani Iunii quasdam ad Lucam Fruterium Epistolas, cum in iis etiam esset, quod ad Criticam spectaret. Vtere & Vale.

Hadrianus Iunius Lucae Fruterio S. D.

Literas tuas amoris erga me singularis notis insignes, & Mercuriali sale tinctissimas, ita sum complexus & exosculatus, vt merebantur, vtque domini sui vmbram, quas ego multiiugae eruditionis myrothecion quoddam & ἥλιν πράπεζαν, si pateris, appellaui non semel apud alios, quibus illae admirationi fuerunt, iis ego respondi sub superioris mensis finem per ciuem quendam nostrum Brugis negotiantem, quae tibi natalis vrbs est, & quo literas perferendas curaui. Sed errorem meum nunc demum cognoui e tabellarii verbis, qui te Duaci agere loquitur, quam tu Academiam exornare ingenii lumine potes. At ni illinc ad manus tuas peruenerint, aut in cursu, quod auertant Dii, naufragium fecerint, mittetur ad te exemplar, vbi redierit tabellarius, per quem iterato scribendi munus repetere libuit, quasi obiecta mihi socordiae cuiusdam & tergiuersationis, ne dicam ingratitudinis nota, quam cupio prius ex animo deleri tuo, si forte eius suspicio vel leuicula illum tetigerit, quam contagio aut serpens virus illum occupet atque insidendo exulceret. Proinde errorem apud te μελίτλαι μουσῶν καὶ θρέμμα χαρίτων tantisper deprecor, dum aut negotiatoris nostratis recursus, cuius indubitata apud me fides est, quid sit actum ostenderit, aut ex tabellario reduce euenti rationem edoctus fuero. Quod ad me attinet, velim benigne tibi de me omnia pollicearе, quae

quidem nostra tenuitas rudiore Minerua, haud ita vt tu, κατὰ λεπτὸν, præstare possit, amicitiamque literis initam, cuius tu auspex exstitisti, quam animo dimensam & inædificatã habeo, vt modis omnibus tuear atque excolam, adnitar. Tu paucula ista, ab homine, cui nunc otii ad scribendum facultas non suppetebat & vobis literarum Pentathlis impari profecta, boni consules. Vale, raptim Harlemo xv. Cal. Septembr.

Hadrianus Iunius Lucæ Fruterio S.D.

QVæ ex Epigrammatario festiuissimo Poeta iam semel atque iterum ad me perscripsisti, ea omnia, vt ab acutissimo minimeque oscitabundo ingenio nata, deosculatus sum impense, iam insolens & rarus eius lector, videorque mihi in nonnullis a tuis annotamentis haud dissentanea annotasse; nec enim quicquam certi possum afferre, vt qui ante annos sex Petro Pernæ Bibliopolæ Basiliensi Martialem meum tradiderim excudendum, accessione Epigrammatum aliquot locupletatum, & lectionis discrimine in margine adscripto, adnotationibusq; ad obscuriora loca illustrato. Tu quæso per Musas, scriptis literis ad Francofurtensem mercatum, aut Basileam missis prouoca illius, aut Henrici Petri, qui operas communicare videntur, voluntatem, & vrge ne exspectationi omnium (quod erit velut illectamentum quoddam καὶ ὥσπερ πιθανάγκη ad celebrandam editionem) desit, qua re gratius mihi nihil facere poteris. Vale.

Hadrianus Iunius Lucæ Fruterio S.D.

QVod prioribus tuis ad me literis, doctissimis quidem illis & humanitatis notis refertissimis, ex tempore non responderim, tam tu mirari desines, quam tecum ego doctissime Fruteri. Qui incuriam excusant, aut socordiam pluribus plerunque & validioribus patrociniorum ansis munire se solent, ad quæ ne communi cum illis caussa laborare, in iisdemque salebris ac cœno hærere videar, descendere nolim. Verissimam, vt libere dicam, fuisse silentii mei ac tergiuersationis ἀφορμὴν putabo, admirationem tuæ eruditionis, & ex tot insignium locorum restitutione natam ἔκπληξιν, sed ab amore non recedentem, quæ superd te me alioqui occupatum nonnihil iusto rescribendi labori compulit, & vere comperendinare. Sed quid hic moror, quin tuum secutus morem, tuoque prouocatus exemplo, aliquantisper tecum in amœnum illud, semperque restibili fœcunditate adlubescens Musarum viridarium secedo. Vnum e Martialis lib. 10. annotabo, non quod paria tecum facere sperem, sed vt iudicii tui ἀκρίβειαν explorem, vbi in conuiuii apparatu ita legitur vulgo: *Nec de st ructat ix menta nec herba salax.* Mecum exemplar manuscriptum clare legit: *Et destupra*

Martialis locus lib. x. Epig. XLVIII. emendatus, vbi de Mentha.

trix menta, sed herba salax, quo versu videtur repugnantes (vt videri alicui possit prima fronte) vires in eadem herba perstrinxisse, vt *destupratricem* vocet, quod vim seminalem infringat, sed eandem *salacem*, quæ Veneris incentiuum exstimulet, quam lectionem auctorum consensus confirmat; Hippocrates enim cum Plinio & Dioscoride semen genitale viri colliquere ita vt diffluat, inualidumque reddatur, testantur. quo nomine Oppianus eam [illegible] appellat, & Cassianus Bassus ἀνεπιτήδειον πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Neque aliorsum Aristoteles censuit, mentam belli tempore nec serendam, nec in cibos sumendam, quod hoc tempus maxime τῆς παιδοποιΐας studium postulet, quippe quod regiones vrbesque viris exinaniat, prolificatio autem vitiato semine non succedat. Rursus menta libidinis vim exstimulari, vno ore loquantur Galenus, Aetius, Ægineta, & Zethus. Dabis veniam, quod opistographa epistola aures tuas onerauerim, nec tecum Laconice agere valuerim.

Hadrianus Iunius Lucæ Frutterio S. D.

VT male sit istis curarum alluuionibus, qui me miseris modis totum iam ferme bimestre etiam occupatissimum tantum non obruerunt, qui me talaribus (at non aureis) Mercurii vltro citroque subiectum, maria terrasque peragrantem, ita a Musis alienarunt, vt ad studia literarum redire postliminio, & quasi ex Vlyssæo naufragio incolumem respirare me posse difficulter sperem, vsque adeo [illegible] istæ hereditatis cernendæ atque familiæ herciscundæ (quam multo impeditissimam reliquerat socrus repentina mors) animum, prope dixerim, efferarunt, tanta est τῆς πλεονεξίας vis atque tyrannis, quæ non tam meum obsedit pectus his mancipatum sordibus, vt ingenue dicam, quam ex affinibus vnum prorsus occupauerat totum atque insederat, cuius vt insidiis (quibus sorores suas germanas & pupillum fratrem circumuenire parabat, & cum me quoque velut Musis operatum, astusque oportunum) laqueis paulo oculatior detectis occurrerem, ac velut obiectu corporis memet opponerem, plurimis de caussis incitatus fui. Qua quidem de re vt iustus dolor, qui hanc querimoniæ necessitatem mihi extudit, plura loqui admonet, ita pudor ab incepto reuocat, modumque mihi imponit. Nonnihil tamen dicendum fuit quod & eandem peregrinationis absentiæque caussam, eandem quoque silentii altioris tibi appendere coactus sim atque approbare, quod si ab humanitate tua impetro, faciliore me vteris, vbi primum his sollicitudinibus atque molestiis me meosq; explicuero, quarum iam finem animo metior, imo videre mihi videor,

cum

cum ardelioni illi, affini licet, & fuco effrænata cupiditas ad certos cancellos contracta ac circumscripta sit, non ante hesternam lucem res omnis quatuor iudicum (quod in votis maxime fuerat) arbitrio com missa, qui depulsa caligine serenitatem nobis pollicentur pauculos intra dies. qui vbi vere Alcyonii nobis illuxerint, tum vero copiosius crebriusque tecum per literas colloqui decreui. Proinde deprecor, ne me ita durionis ac ferreum suspiceris, qui acquisitas amicitiæ ἀφορμὰς fouere, pascere, retinere nolim ac fastidiente ston ac ho reiicere potius velim. Istud vero tanto impensius vrgeo, quod in partem huiusce rationis veniat & tabellarius, qui propter me in criminis vicem arcessitur, tanquam qui fabulas meras tricasque pro veris caussis tibi attulisse & φιαλῆς ψεῦδιον φέρεσθαι ἄτερ φυσῶν creditus fuerit, cuius certe patrocinium obiter att xere libuit, quod coniunctam mei excusationi eius caussam viderem, velimque mea gratia illum liberali manu a qualicunque vel dissimulationis vel fraudis suspicione assertum, quando mihi non obtinendi mendacii, sed probandi veri caussa huc verborum ventum est, quæ tu non aliter accipies, quam vt libere in defensionem innocentiæ vtriusque fundantur.

Transeo ad flosculos seu gemmas, quibus omnia tua abundant, ac primo ad Columellæ locum, quem in meo codice Tiguri excuso ita lego, vt a te interpolatur, *salutatoris*, non *saltatoris*. De Vegetii loco tecum sentio, ac pro eo habeo gratiam, quod admonueris. Nunc vicem vt rependam, mutuasque operas tradam, ne asymbolus ad te veniam, locus est apud Columellam libro sexto, capite decimoseptimo: *Est etiam mortifer ius serpentis ictus est & magnorum.* Lego ex Vegetio in arte Veterinaria manuscripto, *minorum*; nam de *magnorum* noxa quid miri fuerit, vbi eadem verba leguntur & paulo post, *Muris aranei, quem Græci* ζυτάλην, repono μυγάλην, nam male apud Vegetium *mygale m* inscriptum inuenias. Rursus, vel *Symonianum trifolium* lego, *si er montanum*, nam hoc serpentibus aduersari testatur Plinius. Corruptus etiam est is locus apud Vegetium, cuius verba sunt libro tertio, capite quarto: *Creditur radix si co ntusa conatur, vel siler montanum reperiatur, & trifolium simonianum, quod fragosis locis &c.* in manuscripto ita, *Cuius efficacior creditur radix, si contusa ponatur, vel siler montanum reperiatur, trifolium confragosis locis, &c.* irreptitium verbum illud, *Symonianum*, pro *Silere montano*. Neque vero trifolium aliquod est Symonianum, cum dicat acutum trifolium a figura dici Romanis, quod ab odore graui ἀσφάλτιον Græci. Columella libro septimo, capite tertio, pro ἱμόρευον ἄργος lego ἱμόρρυλλον, libro octauo,

Columella aliquammultis locis maculatus.

cap.2. *figurali creta liniuntur*. repono *figulari*. lib.11. cap.1 initio, *sermonibus instigatus excudit mihi*. malim *extudit*. Addam corollarii vice ex Palladio, qui Columellæ adhæret lib. 1. tit. 1. *eorumque inuentionibus*. ex manuscripti codicis fide lego & *aquæ inuentionibus*. ibidem, *sane imprimis hoc seruare constitui*. lego, *in pomis*. Sed heus mi Pontane, cogor hic manum de tabula; nam auocor ad Philippum Cobelium modo reducem a legatione in Daniam. Tu qualiacunque ista nostra boni consules. Vale.

Item Palladius.

Harlemi.



INDEX

INDEX RERVM, AC VERBORVM, QVARTO ET QVINTO TOMO, COMPREHENSORVM.

CCc 5

Alani

b

B.

κηραμια

Cimo-

cometæ

Cuper.

D.

Dysen-

Enim

F.

Factum

Hippo-

istud,

limulis

M.

mundum

N.

Orge

P.

propriam,

Q.


Super

V

Verba-

bonos

FINIS.



LAMPAS, SIVE

FAX ARTIVM LIBERALIVM,

HOC EST,

THESAVRVS CRITICVS,

IN QVO INFINITIS LOCIS THEOLOgorum, Iurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Oratorum, Historicorum, Poetarum, Grammaticorum, scripta supplentur, corriguntur, illustrantur, notantur.

Tomi V. supplementum.

Ex otiosa Bibliothecarum custodia erutum, & foras prodire iussum,

A IANO GRVTERO.

Cum Indice & Locorum & Memorabilium.



PRODIT FRANCOFVRTI

E Collegio Paltheniano, Sumtibus Ionae Rhodii Bibliopolae.

ANNO M. DC. VI.



IVSTI LIPSII DE CRITICIS OPERIBVS IVDIcium e Libro Electorum excerptum.



LIBRO *huic Electorum, neque iusto plane operi, neque exasciato, feci lucem, mi Lector: praepropere, & fortasse ante legitima dies partionis. Sed caussa festinandi, praeter has, quibus iactamur, turbas, etiam valetudo, qua pertinaciter aduersa, aurem mihi vellit vt vasa colligam, & cogitem de discessu. Inscripsi Electa: non abhorrenti a re nomine, quia pleraque varie elegimus & decerpsimus: Plinii exemplo, quem commentarios CXX. Electorum reliquisse, docuit me alibi eius nepos. Reperies correctiones, sed non solas. quia enim plerique delicati hoc Criticum genus adspernantur, quasi ludum aliquem nugarum: feci, quod antiquus quispiam Medicus, & callide miscui ritus. Medicum aiunt, in puella regia curanda, quae abhorrebat sectionem, scalpellum spongia tectum intulisse, & vber dum leniter fouet, incidisse: ego vetorituum publicorum correctiones aliquot texi nō publici gustus. Ita manum adiu suauiludiis istis: nec metuam formulam, Quod dolo malo. Tu fruere, bone Lector.*



SYLLABVS CRITICORVM VOLVMINE ISTO CONTENTORVM.

HENR

HENRICVS STEPHANVS LECTORI S. P.

SChediasmata inscripsi hos Obseruationum, Emendationum, Expositionum, Disquisitionum libros, nō studio nouitatis; nō vt Plato loquitur, κενοδοξίας ὀνομάτων ἕνεκα (quis enim minus est φιλόκαινος?) verum vt hæc scripta legens si non exspectationi tuæ, at certe titulo suo respondere cogitares. Alioqui enim aliud illis nomen imposuissem; neque tamen lectiones varias vocassem (non enim video, quomodo hac inscriptione tam diuersa comprehendi argumenta potuissent) sed Symmictωn appellatione, vel alia quapiam, quæ & ipsa nihil fastus habere dici posset, vsus fuissem.

Placuit autem mihi illa Schediasmatωn inscriptio non ea solum de caussa, quod tantum a fastu absit, vt etiam veniam a te precetur, verum & quod eadem appellatio esse Capitum loco poterat: id est, quod Schediasma primum libri primi, Schediasma secundum, & ita deinceps vocare poteram, quod & feci. Sed cur nominare capita nolebas? quæres fortasse. Quoniam is quidem liber in quo vnum idemque tractatur argumentum, recte in capita diuiditur, quæ sunt illius tractatus veluti tmemata: at in scriptionibus, quas ipsa argumenti diuersitas separat, vix posse diuisionem illam locum habere existimaui.


Iam vero, quod libris nomina non tantum ex ipso ordine imposui sed de Mensium etiam nominibus eos vocaui, id feci partim quoniam ineunte anno, atque adeo ipso Ianuario, inita fuerat a me harum scriptionum ratio, easque aggressus eram: partim etiam quod mihi conscius quam difficile alioqui futurum esset tantum otii a meo ergastulo (id est, a mea typographica officina) impetrare, quantum ad persequendum hoc opus satis esset, ipsum ad illud mihi concedendum ea cogere ratione volebam: quasi

eius qui primos tres Menses legisset, expectatio sequentiũ, velut arrhabo ab illo mihi datus, futura esset. Neq; enim dubitabam quin lectis tribus primis libris, sequentes esset desideraturus, etiamsi hi nõ satis illius exspectationi fecissent. quoniam quo quidam argumento secundas nuptias deserebat, eodem ego vtens, illud sequentes legendi Menses desiderium mihi pollicebar. Si cum prima vxore συμβίωσις suauis fuit (inquiebat ille) quidni & a secunda suauitas eadem speretur? sin iniucunda, periculũ tamen & secundi coniugii faciendum est, sperandumq; fore vt huius suauitate insuauitas illius compensetur. Eodem certe & ipse modo mihi pollicebar fore vt si ille nec voluptatem nec vtilitatem ex primorum Mensium lectione cepisset, quæ illum ad legendos sequentes alliceret atq; inuitaret, at quod me sequentium diligentia primorum & quidem hyemalium negligentiam (quam etiam ea quæ frigoris comes est, inertia excusare aliqua ex parte potest) cõpensaturum speraret, id vero ipsi maximum ad illorum lectionem inuitamentum esset. Sicut aũt nunc quoq; non dubito quin & tu illud ipsum sis speraturus, ita meum esse scio, dare operam ne te spes hæc fallat. Me igitur daturum hãc spondeo: neq; tantum alia, iis similia quæ tibi hyemales menses (quod pace Martii dictum sit) dederint, sed aliqua præterea ex libris nondum editis excerpta tibi exhibiturum.

Sed vicissim videndum tibi est ne me fallat spes quam de tua æquitate concepi: falleret autem, si ex hyemalibus mensibus, & de vernis & de æstiuis & de autumnalibus iudicium facere velles. Quod si tamen ne hi quidem tibi aliquando satisfecerint, at suæ inscriptioni satisfecisse dici poterunt. Ideoq; te etiam atque etiam rogabo vt non minus dum hos, quam dum illos leges, horum quos in illam inscriptionem lusi versuum recorderis,

Hic si forte tuæ rudius quicquam acciderit auri,
Te meminisse velim quid Schediasma sonet.

HENR.



HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

Id est,

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM,

Liber I.

qui est

Succisiuarum IANVARII horarum pensum.

SCHEDIASMA I.

Animam *a Platone dici* esurire & sitire *non corpus: quinetiã quod animã quidam apud Lucam Euangelista hortatur* vt edat & bibat, *idem cum sermone eiusdē Platonis necnon Xenophontis cõuenire.*

A QVODAM Testamenti noui loco, non dicam tanquam a Vesta, vt est in prouerbio, sed tamquam a bonis omnis principio, & quod non sine bonis esse auspiciis possit, meum Ianuarii pensum ordiar.

Ante menses plus minus octodecim prodiit ex mea officina Testamenti noui Græci editio, parua forma, vt vulgo loquimur. Eius marginibus obscuriorum vocum, alicubi & loquendi generum interpretationes q̃ potui ἀκριβέστατα adscripsi: simul vero præfationem illi præfixi, in qua longe illos falli dixi, qui operis illius sermonem incultum omnino atque horridum esse arbitrantur. Neque vero id dixi tantum, sed etiam probaui: probare quidem certe conatus sum, quantum extemporaneo scripto præstari a me iam poterat alia in aliud tempus argumenta & exempla reseruante. Eorum tamẽ vnum quod mihi nunc in mentem veniebat, repræsentandum censui, quoniam posse multorum instar esse videtur.

Legimus capite duodecimo Euangelii Lucæ, Ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά· ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου. id est, *Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, ede, bibe, hilarem vitam age.* Quotusquisque autem hoc loquendi genus non mirabitur? corpus enim, non animam, ad edendum videmur debere hortari. At ego illo etiam modo posse nos loqui, & quamuis illa sermonis forma auditu primo dura sit auribus, eiusmodi tamen esse, quæ non exemplis tantum sed ratione etiam nitatur, ostendã. Vnde autem petitis exemplis? ex duobus qui & inter scriptores Græcos & inter Socratis discipulos sunt præstãtissimi: Platone nimirum & Xenophonte. Vnde petita ratione? ex ipsa philosophia. Hæc enim apud Platonem exstant, Tomi secundi meæ editionis, pag. 439. Aldinæ aũt. tomi posterioris pag. 56. Τοῦ διψῶντος ἄρα ἡ ψυχὴ, καθόσον διψῇ, οὐκ ἄλλό τι βούλεται ἢ πιεῖν, καὶ τούτου ὀρέγεται, καὶ ἐπὶ τοῦτο ὁρμᾷ. Apud Xenophõtem vero leguntur hæc, pag 138 (exemplarium quæ itidem a me sunt edita) Οἱ δ᾽ αὖ πεπαιγμένοι, ἐπεὶ ὥρα ἦν, δεῖπνον παρετίθεσαν. τῷ δ᾽ ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν οὐ προσίετο, διψῆν δ᾽ ἐδόκει, καὶ ἔπινεν ἡδέως. Quibus exemplis quamuis lector contentus esse possit, atq; adeo contentus vt opinor, futurus sit, tertium tamen adiungam, ex eodem Xenophonte sumtum, in extrema pag. 414. τὸ μὲν οὖν ὑπερεσθίοντα ὑπερπονεῖν ἀπεδοκίμαζε (loquitur autem de Socrate) τὰ δὲ ὅσα ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν, ἐδοκίμαζε. Quum autem non solum exemplis, sed etiam ratione illud genus loquendi niti dixerim, illis allatis hæc proferẽda est. Eam igitur ex Socratica apud Platonem philosophia depromam, pag. 34. & 35. Tomi secundi meæ editionis. Primum τὸ διψῆν (quæ autem περὶ τοῦ διψῆν dicuntur, ea sunt & περὶ τοῦ πεινῆν intelligenda, mutata tantum πώματος appellatione in βρώματος appellationem) statuitur esse τὸ κενοῦσθαι: ideoq; δίψος esse ἐπιθυμίαν, & quidẽ nõ alius rei quam πληρώσεως πώματος. Vnde vero hæc ἐπιθυμία proficiscitur? ἐκ τῆς ψυχῆς, quæ ibi dicitur τῆς πληρώσεως τῇ μνήμῃ. Summa enim disputationis hæc est, Sitire nõ aliud est, quã vacuari (vel potius, vacuatũ esse) ex vacuatione nascitur cupiditas eius, quod vacuationi contrarium est: repletionis videlicet. sed quum corpus repletionem apprehendere non possit, quia non id ipsum quod patitur, sed quod ei contrarium est concupiscit: superest vt illam ab anima dicamus apprehẽdi, memoriæ adminiculo. Ex ea certe disputatione cuius summa hæc est, tandem hæc colligit Socrates, Corpus igitur nostrum nequaquam sitire, aut esurire, aut aliquid tale pati, ratiocinatio hæc euincit. Disseram autem de hoc Platonis loco alibi copiosius: interim ex eo pariter & Xenophonte habebit lector, quæ cum illo conferens Lucæ loco, eam sermonis formam mirari, aut etiam aspernari desinat. Quamuis enim is non sim, qui Testamenti noui sermonem, quod ad genera loquendi attinet, exigere velim ad normam eius, quo vsus sit vllus ex scriptoribus

bus profanis, lubenter tamen partim antea ostendi, partim nunc ostendo, nonnulla etiam esse, quæ ab horũ consuetudine loquendi abhorrere falso existimentur: quum, si non apud omnes, apud quosdam saltem, eosque primarios, illorum exempla inueniantur. Quod autem a me & ostensum antea fuit, & nunc ostenditur, idem alio etiam tempore, aliis exemplis, Deo fauente, ostendetur.

SCHEDIASMA II.

De quodam Platonis loco vbi mentio fit interioris *siue* interni hominis, *sicut a Paulo apostolo.*

DOctrinam philosophicam de moribus (quam vocant Ethicem) cum Christiana velle comparare, nihil aliud esset quam turbidam lacunarum aquam, aut etiam fœtidam cum manante ex limpidissimis fontibus aqua conferre. Pleraq; tamen disserentes de moribus philosophos audimus, quæ, si modo scopũ doctrinæ illorum nõ spectes, ne Christianorum quidem vel auribus, vel etiã ore sunt indigna. Primam aũt hac in parte laudem inter antiquiores meretur Plato: apud quem obseruatione & animaduersione dignissimum hoc est (vt alia nonnulla prætermittam) quod sicut a diuo Paulo, ita etiam ab illo quidã interior homo, siue internus, constituatur: vno τὸν ἔσω ἄνθρωπον, altero τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον eum appellante. Legimus enim apud diuum Paulum epistolæ ad Rom capite septimo, (quo nunc loco ero contentus, quum & alibi verbis illis vtatur) συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Apud Platonem quoque locus exstat in quo τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου, (sicut dixi) fit mentio. Is est libro nono De republ. pag 589. meæ editionis, οὐκοῦν αὖ ὁ τὸ δίκαιον λέγων λυσιτελεῖν. φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος. Est autem hæc Platonis τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου appellatio consentanea similitudini cuidam, qua vsus erat in iis, quæ proxime præcedunt, atq; ad eam refertur: sicut & illa quæ his subiungit eodem spectant. Quum autem duos proponat, quorum vnus vtile esse dicat iniuste agere, alter contra vtile esse contendat iuste agere, interioris hominis dominatum ex iustis actionibus pendere ait. Ceterum quum diuum Paulum, sicut poetarum Græcorum ita etiam philosophorum libros euoluisse constet, (quod cum propter alia mirum videri non debet, tum vero propter id, quod Strabo de Tarsensibus testatur, eos philosophiæ aliarumque disciplinarum, quæ encycliæ vocantur studio Alexandream atq; ipsas adeo Athenas superasse) non incredibile fuerit fortassis eum in hunc etiã locum aliquando incidisse: longo autem post tempore hanc epistolam scribentem genus hoc loquendi e tenebris in lucem, produxisse, id est, e tenebricosa doctrina, aut saltem sublustri tantum-

modo, ac solum malignam quandam lucem habente (vt malignā lunæ vocat lucem Maro) ad eam traduxisse doctrinā, quæ auctorem habet eum cuius luce animi nostri magis, quam solari corpora illuminantur. Apostolus igitur per *interiorem hominem* eam hominis partem intelligit, qua renouatus est per Spiritum sanctu, sicut per *exteriorem*, (quam subiicit legi membrorum) hominem non regeneratum: quem etiam ψυχικὸν alibi appellat, & opponit τῷ πνευματικῷ: at Plato, *hominis interioris* appellatione, hominem quatenus ratione vtitur: *exterioris* vero, eundem, quatenus affectibus nō ratione regitur, significat: quemadmodum & Aristoteles duas animi partes, vnam, λόγον ἔχουσαν, alteram, ἄλογον constituit. neque enim philosophorum mentis acies tam acuta esse potuit, vt præcipuam hominis vitiositatem in ipso λογικῷ inesse perspiceret. Plato autem λογιστικοῦ & ἀλογίστου appellationibus lubenter vtitur (sicut rationem non minus λογισμὸν quam λόγον vocat) & alicubi τὸ ἐπιθυμητικὸν adiungit τῷ ἀλογίστῳ. vt De republ. 4. (pag. 439. meæ editionis) τὸ μὲν, inquit, ᾧ λογίζεται, λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ καὶ διψῇ, καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται, ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικὸν πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. quo quidem loco non δύο μέρη τῆς ψυχῆς esse dicit, vt Aristoteles, sed δύο εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντα.

Iam vero & quod ad præclarā illam Pauli apostoli ἀντιστρατείαν attinet, vbi dicit, βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, talis etiam apud Platonē est eodem in loco illorum duorum quæ dixi λογιστικοῦ & ἀλογίστου descriptio. vt ἀντιστρατεύεσθαι dici possint: quum ait vnum κελεύειν, vt hoc vel illud faciamus, alterum aūt κωλύειν, atque adeo ἀνθέλκειν: sed ita vt totam culpā conferat in illud ἀλόγιστον: quum ad illud arcanū cuius paulo ante mentionem feci penetrare non posset, ex quo ipsum etiā λογιστικὸν, in sua natura manens (id est, antequam Dei fauor illud instauret) ad vitia nos impellere cognouisset.

SCHEDIASMA III.

De quadam comparatione, siue quodam exemplo quod a Platone & Paulo apostolo affertur, vtroque ad studium eius de qua loquitur victoriæ *exhortante.*

LEctori cogitandum relinquam, an quod de præcedente Platonis loco dixi, magis credibile de illo, quem nunc proferam, esse possit: diuum Paulum eius recordatum fuisse quum exhortatione quadam vteretur 1. ad Corinth. cap. 9 in fine. ibi enim postquam dixit de iis, qui in stadio currunt, omnes quidem currere, sed vnicum esse qui brauium consequatur: Corinthiis vero ita esse currendum vt id adipiscantur: addit, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ, ἄφθαρτον. Nam Platoni quoque (quamuis interim non negem po-

r:ibile

tuisse alioqui eadem diuo Paulo in mentem venire, nō lecto illius loco) athletarum exemplum materiam exhortationis præbet, & quidem ad studium adipiscendæ victoriæ, quam itidem athletica victoria multo præstantiorem & optabiliorem esse cōtendit. Hæc enim sunt eius verba, De legibus libro 8. (pag. 840. meæ editionis) postquam mentionem fecit quatuor athletarum qui celeberrimi fuerunt, τί οὖν; οἱ μὲν ἄρα νίκης ἕνεκα πάλης καὶ δρόμων, καὶ τῶν τοιούτων, ἐτόλμησαν ἀπέχεσθαι λεγομένου πράγματος ὑπὸ τῶν πολλῶν εὐδαίμονος· οἱ δὲ ἡμέτεροι παῖδες ἀδυνατήσουσι καρτερεῖν πολὺ καλλίονος ἕνεκα νίκης; Vbi quod Plato νίκην, id est *victoriam*, appellat, diuus Paulus στέφανον, id est *coronam*, vocat, id quod præcedit, intelligens ex eo quod sequitur: (quod hac de re loquentibus vsitatissimū est) atq; vt Plato, athletarum continentiam siue abstinentiam commendans (qui, in iis quæ proxime præcedunt, rem eam nominauerat ex cuius præcipue abstinentia laudem quatuor eorum celeberrimi merebantur) verbo ἀπέχεσθαι, adiecto illi suo genitiuo, necnon verbo καρτερεῖν vtitur, ita diuum Paulum verbo ἐγκρατεύεσθαι, quod illa duo comprehendit, vti videmus. Nihilo tamen magis hic quam in iis quæ antea protuli, sacra cum profanis, aut profana cum sacris conferre volo (absit vt committam quod in alio abominater) sed lectorem hoc saltem considerare cupio, quomodo ab eorundem exemplo argumentum exhortationis ad desiderium ac studium victoriæ sumserint, & quidem quam vterque multo athletica præstantiorem esse ait: quamuis ille de adipiscē-da beatitudine philosophica (id est, philosophicæ doctrinæ seu philosophicis regulis consentanea) hic de consequenda beatitate Christiana loquatur.

SCHEDIASMA IV.

De pulcerrimo quodam Horatij dicto, quod ex quodam Platonis loco sumsit: simul autem de genuina loci illius Platonici interpretatione, & de quorundam in ijs, quæ illum proxime sequuntur emendatione.

EX Græcorum scriptorum, cum aliorū, tum vero philosophorum libris, præclaras sententias quidam e Latinis poetis hauserunt, potissimum vero Horatius. Præter illos autē locos in quibus id factum ab eo esse alii obseruarunt, quidam a me obseruati fuerunt: sed ego nunc iis contentus esse cogor, quos mihi suggerit memoria, ac lectorem mecum iis esse contentum par est. Incipiam igitur a pulcerrimis illis & vere aureis Poetæ illius verbis, humanā mentem, diuinæ auræ particulam appellantis. Locus is exstat Satyra secunda libri posterioris, vbi scribit.

——quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoq; prægrauat vna,
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Nihil enim aliud hic (vbi legitur etiam *affligit humo*) eum intellexisse puto *diuinæ auræ* appellatione, quàm quod Plato vocat τὸ θεῖον in anti[illegible] circa finē libri De republica 9. Hæc enim ibi leguntur: Οὐκοῦν ἵνα καὶ ὁ τοιοῦτος ὑπὸ ὁμοίου ἄρχηται οἵουπερ ὁ βέλτιστος, δοῦλον αὐτόν φαμεν δεῖν εἶναι ἐκείνου τοῦ βελτίστου καὶ ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὸ θεῖον ἄρχον. vbi ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὸ θεῖον ἄρχον significare dico, *Habentis in seipso dominatum eius quod diuinum est*, siue *Subiacentis imperio & dominatui eius quod diuinum est, atque id intra se habentis.* Neque vero dubium mihi est, quin ista adeo honorifica appellatio τῷ λογιστικῷ tribuatur, & quia cum eo, quod ἀλόγιστον dicitur, comparatum, θεῖον merito vocetur. Ideoq; probare nō possum eas interpretationes, quæ τὸ θεῖον ἄρχον *diuinum imperatorem* esse voluit: quum nec τὸ θεῖον ἄρχον idem significare quod τὸ θεῖον ἄρχοντα possit, &, si posset, minus aptum huic loco futurum sit. Sed & in iis, quæ proxime sequuntur, non video cur non τοῦ θείου & φρονίμου in genere neutro itidem accipiamus, vbi dicit ἀλλ' ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι. Verum quæ proxime sequuntur, mendo, vel potius mendis carere non videntur. hæc enim subiungit, μάλιστα μὲν, οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὑτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφεστῶτος. nam scribendum crediderim ἔχοντι & ἐφεστώς: vt referatur ἔχοντι ad παντὶ, at cum ἐφεστώς, sicut & cum οἰκεῖον, intelligatur τὸ θεῖον καὶ φρόνιμον.

Iam vero quod ad hæc eiusdem poetæ & eiusdem versus attinet verba, *Affigit humo*, siue *Affligit humo* (vt alios legere dixi) conueniunt cum iis, quæ non multo ante a Platone dicuntur, nimirum initio pag. 586. meæ editionis.

SCHEDIASMA V.

Horatium, vbi quanta sit iræ vis describit, sensum verborum Platonis pulcerrime exprimere. Eundem Poetam quodam ibi verbo vti, quod aliter etiam posse exponi videtur, quam vulgo exponatur.

HOratius Ode 16. libri primi, veniam a puella petens, cuius famam versibus suis læserat, & culpam in iram trāsferens, postquam dixit,

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber æque: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes vt iræ:

hæc adiicit,

——quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.

Quibus verbis posterioribus Horatium describentem vim iræ, simul

mul vim verborum Platonis de illa, paucorum quidem sed valde significantium, expressisse dico: nec tantum expressisse, sed etiam παραφράσαι Hæc enim ab eo scribuntur De republ lib. 2. (pag. 375. nostræ editionis) ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός; Quibus quum esse contentus posset, addit, οὗ παρόντος, ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος. Possem autem multa aliorum dicta de iræ vi & potentia referre, sed non æque cum illo Horatii loco conuenientia.

Quandam autem nominis *incola* quo hic vtitur Horatius expositionem afferam, velut ἐν παρόδῳ, omnino fortasse nouam, nõ ridiculam tamẽ, opinor, futuram. Dico enim parum mihi placere, vt *incola Pythius* sonet *qui Pythona incolit:* faciliusque posse adduci vt credam, διθυραμβικῶς (id est, *dithyrambica quadam audacia*) esse dictum *incola*, quod eorum mentem incolere videatur, cum eos numine suo afflat: perinde ac si diceretur illorum mentem, tanquam domicilium suum, aut sedem suam, κατέχειν: eo modo quo κατεχόμενοι ὑπὸ θεοῦ, vel κάτοχοι ἐκ θεοῦ dicuntur, qui vnica etiam voce θεοφορούμενοι. Atq; adeo, si sacrorum vti verborum exemplo liceret, ac non vererer ne illa profanare dici possem, adderem ita dictum esse illud *incola*, vt a Paulo apostolo, διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν Hæc illa est expositio, quã nouam fore puto, quoniam a nemine adhuc est allata, quod sciam. Quid si vero eam antea quispiam attulisse comperiatur: hoc certe animum mihi ad eam amplectendam addet.

SCHEDIASMA VI.

Virgilium & Horatium ætatem puerilem militiæ assuefaciendam *censuisse: & Horatium in dando ea de re consilio ad Platonis locum posse videri respexisse. De* catulorum *exemplo, quo ibi Plato vtitur.*

ASsuetudine nihil esse maius cecinit Naso: & quoniam

—nihil assuetudine maius,

ideo alibi dixit idem,

Quod male fers, assuesce, feres bene.

Quam verum autem hoc sit, nihil maius esse assuetudine, sicut quotidiana experiẽtia, ita & quotidiano prouerbio docemur, quo dicimus *consuetudinem esse alteram naturam.* Transit enim in consuetudinem id demum cui assueuimus. Sed multa sunt quibus a teneris assuescere oportet: sicut loquutus est Maro, Georg. 2.

—adeo a teneris assuescere multum est.

vel (vt in aliis exempl. scriptum est)

—adeo in teneris consuescere multum est.

Itaque quum dixit, *Assuetumque malo Ligurem*, credibile est intellexisse *Assuetum a teneris malo.* id est, εἰθισμένον τῇ κακοπαθείᾳ, siue εἰθισμένον κακοπαθεῖν, aut κακοπαθῶς ζῆν. Ac meminit idem poeta,

adeo multum esse a teneris assuescere, & in brutis etiam animātibus locum habere, cecinit eodem libro,

Tu quos ad studium atq; vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Quis autem dubitet quin militia ex iis sit, quæ hanc a teneris assuetudinem postulant? In ea certe sententia se fuisse ostendit idem Poeta, his versibus,

——sub te tolerare magistro
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta
Incipiat, primis & te miretur ab annis

Sed expressius (vt ita dicam) suam hac de re sententiam declarat Horatius, quum etiam det de ea consilium: in principio odes secundæ libri tertii,

Angustam, amici, pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamque sub dio & trepidis agat
In rebus.

Atque hoc consilium quum daret, videri potest ad ea respexisse, quæ Plato libro De republica quinto (pag. 467 meæ editionis) scribit, ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβιβαστέοι ὡς νεωτάτους, καὶ διδαξομένους ἱππεύειν ἐφ' ἵππων, ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν. Vel potius ἐφ' ἵππων iungere debemus cum ἀκτέον, vt admonui in meis in Platonem annotationibus. esset enim pleonasmus propemodum ridiculus, addere ἐφ' ἵππων post ἱππεύειν. Neque vero iubet Plato (sicut tamen Ficinus & alii interpretantur hunc locum) vt consuescant equitare primis ab annis pueri, & quum hoc didicerint, in equis ad spectaculum belli ducantur: sed vt prima sint eorum equitationis rudimenta (si ita loqui licet) quum ad illud belli spectaculum ducentur in equis. Nam διδαξομένους dicit, non διδαξαμένους. *Iam inde, inquit, a prima pueritia tollendi sunt in equos* [vel, *imponendi equis*] *ducendiq; ad belli spectaculum, vt eos equitare doceamus.* Ad verbum, *Ducendiq; nobis ad belli spectaculum, eos equitare docturis.* Facit autem huius rei mentionem Plato & alio in loco, quem habemus libro eiusdem operis septimo, pag. 537. Οὐκοῦν μέμνησαι ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφαμεν τοὺς παῖδας εἶναι ἀκτέον ἐπὶ τῶν ἵππων θεωρούς; (reducit autem in memoriam locum quem modo protuli) καὶ ἐάν που ἀσφαλὲς ᾖ, προσακτέον ἐγγὺς καὶ γευστέον αἵματος, ὥσπερ τοὺς σκύλακας; id est, *Nonne dixisse nos meministi ducẽdos in equis esse pueros ad spectandum bellum? &, si quis tutus sit locus, prope esse admonendos & sanguinis, non secus ac catulis, gustum præberi oportere?* Quod autem de catulis dicit, de iis intelligendum est qui assuefiunt iis, quæ ad venationem seu venandi artem pertinent, vt assue-

fiunt

I. Ctus erat vnus illorum quos Lycurgus in concionem dimisit. & qui, quum Lycurgus leporem & patinam in medio posuisset, statim ad leporem cõtendit, quum alter ad patinam prosiliret. Quorum exemplo, præsertim quum iisdem nati essent parentibus, ostendere voluit quantum posset assuefactio, quantum educatio & institutio. Dixi autem, *iisdem parentibus*, quod Plutarchus, hanc narrans historiam in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, itidem γονέων dicere non reformidarit.

Ceterum in eo est aliquid inter locum Platonis & Horatii discriminis quod Plato de prima pueritia loquatur: quippe qui dicat ὡς νηπίους, & antea dixerat παιδία: at quæ Horatius dicit, illi potius puero conueniant quem Græci non simpliciter παῖδα, sed vna syllaba præfixa βουπαῖδα appellant. Ac mihi assentitur Porphyrio, qui *Robustus puer* exponit, *Quum iam robustus est* (ita enim apud eũ scribendum est, non aũt, *Quum ita robustus est*) ac per hoc *quum adolescens est*. Quinetiam quod de *pauperie patienda* dicit, tam teneræ ætati non quadrat. Eam autem mali appellatione cõprehendisse videri possit Maro, in eo cuius ante mentionem feci, hemistichio, *Assuetumq; malo Ligurem.*

SCHEDIASMA VII.

Admonitio de deprauata Ficini interpretatione cum alibi, tum in eo loco qui citatus fuit præcedente Schediasmate: & de iis quæ ibidem sicut ille, ita & alij male sunt interpretati.

SChediasma proxime præcedens occasionem mihi præbet admonendi lectorem de quibusdã locis in Ficini interpretationẽ deprauatis. Religio enim mihi fuerit lectorẽ celare quod & cautiorem reddere, & Ficinum apud eum inscitiæ suspicione liberare (quod ad quosdam locos attinet) potest. Sic igitur habeto quicunque hasce meas commentationes lecturus es. Quum ego in eo quod proxime præcedit schediasmate dicerem, Platonem velle pueritiam militiæ assuefieri, & initio eius spectatricem saltem esse, & ipsius ea de re verba retulissem, placuit, quæ genuina esset eorum interpretatio, & quid in iis vertendis Ficinus peccasset, ostendere: quum quædam ibi non satis fideliter eum vertisse recordarer. Qum autem non aliam in mea bibliotheca inuenire subito possem editionem interpretationis illius, quã Lugdunensem, anni M. D. LVII. quæ in titulo vocatur Noua editio, adhibita Græci codicis collatione a duobus doctissimis viris castigata: eam in manus sumsi, & ad locum quo mihi opus erat veniens, eum ibi talem inueni. *Quomodo istud ais? Imponẽdi sunt equis, vt statim a pueris equitare discant, & ducendi ad spectaculum equorum, nõ ferocium quidem aut nimium bellicosorum, sed quam velocissimorum & habenis facile obsequentium.*

Platonis autẽ verba hæc sunt, Πῶς λέγεις; ἔφη. ἐπὶ ἵππους ἀναβιβαστέον

ἐγὼ) ἀναβιβαστέον, ὡς νεωτάτους· καὶ διδαξαμένους ἱππεύειν, ἐφ' ἵππων ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν, μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων. Illa vero Ficini interpretatio cui siue correctrices siue deprauatrices manus adhibitæ non fuerunt, habet hæc ipsa verba: *Quomodo istud ais? Equitare consuescant primis ab annis pueri: quumque hoc didicerint, equis ad spectaculum belli ducentur, non ferocibus quidem aut nimium bellicosis, sed quam velocissimis & habenis facile obsequentibus.*

Recte profecto interpretatus erat, & sensum verborum Platonis expresserat Ficinus, quum pueros ad spectaculum belli ducendos esse diceret, & quidem in equis nō ferocibus aut nimium bellicosis: contra vero castigatores illi a sensu verborum huius philosophi procul aberrarunt, quum dixerunt ducendos esse ad spectaculum equorum, non ferocium aut nimium bellicosorum. Nam præterquam, quod ex præcedentibus manifestissimum est Platonem non loqui de ducendis pueris ad spectādos equos, sed ad spectandum bellum (quippe qui dixerit θεωροὺς πολέμου τοὺς παῖδας ποιεῖν) non scriptum est hoc in loco, ἀκτέον ἐπὶ τὴν ἵππων θέαν μὴ θυμοειδῶν sed ἐφ' ἵππων ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν: quod nihil aliud significare potest, quam si verba hoc essent ordine collocata, ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν ἐφ' ἵππων μὴ θυμοειδῶν, &c. Relinquit autem subaudiendum genitiuum πολέμου, quod præcessisset θεωροὺς πολέμου. Vide quam turpiter deprauarint Ficini interpretationem castigatores illi, dum eam sibi videntur emendare: simulque, si forte vnquam locum illum in ea editione Lugdunensi legens, Ficinum inscitiæ accusasti, nunc contra, vicem eius commiserans, veniam precare. Ad priorem quidem certe loci huius partem quod attinet, in ea castigationem merebatur interpretatio Ficini, vt ex iis etiam apparet, quæ dixi in proxime præcedente Schediasmate: sed prioris partis castigationi (& quidem non satis exactæ) posterioris deprauatio subiungenda non fuit.

Reddat igitur te cautum, lector, hæc admonitio, quum illam editionem, aut aliam (si qua est) ad illius exemplar excusam in manus sumes. Sunt enim & alii plerique loci in quibus talis iniuria interpretationi Ficini facta fuit. Quorum vnus est qui vt in memoriam primus nunc venit, ita fortasse cōmemoratione præ multis aliis est dignus, in epistola septima. vbi primum quidem quum Ficinus hæc de Dionysio verba, ὑπ' ἀδελφῶν οὓς ἔθρεψέ τε αὐτὸς νεωτέρους ὄντας, ita esset interpretatus, *Neque ex fratribus suis iunioribus quos ipse educauerat:* illi castigatores ita hic interpretationem eius mutarunt, *Neque ex fratribus suis quos ipse a pueris educauerat.* quasi vero Plato, si id significare voluisset, aliter loquuturus non fuisset: & fieri non possit, vt quis fratres paulo se iuniores educet, quos vt iam inde a pueris educaret, fieri non potuerit. deinde quū hæc verba: Δαρεῖος δὲ ἐκ [illegible] ὕστερος ἐλθὼν, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς

πιστεύ-

πισεύσας, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τεθραμμένοις, κοινωνοῖς δὲ μόνον τοῖς τὸν Μῆδον τε καὶ εὐνοῦχον χειρωσαμένοις διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαστῳ Σικελίας πάσης ἑπτά, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς, &c. ita vertisset Ficinus *Septies deterior Dario, qui neq; fratribus confidens, neq; his qui sub eo educati fuerant, sed sociis duntaxat Midæ eunuchiq; captiuitatis, partes diuisit septem, singulas maiores tota Sicilia, assignauitque singulis, atque eos nactus est fidos regni socios, neque vel sibi vel inuicem insidiantes.* Quum inquam locum hunc ita Fic. vertisset, castigatores illi sublato genitiuo illo *Captiuitatis* scripserunt, *Sed sociis duntaxat Midæ eunuchique*. At qui falsum hoc est illos fuisse socios Midæ, vel potius Medi (male enim *Midæ*, quasi Μίδου non Μήδου scriptum esset) verum contra quod interpres ille scripserat, *fuisse socios captiuitatis illius*: sed ita vt fatear *captiuitatis* appellatione abutendum esse, ita loquendo. alioqui barbara voce *captiuationis* vtendum: quum Plato dicat χειρώσασι. Interim hoc manifestum est, eos locũ deprauasse, quem ille si non Latine, fideliter saltem interpretatus erat. quum ii de quibus loquitur non socii Medi fuisse dicantur, sed socii Darii in Medo capiendo atque opprimendo. Hæc enim vis est illius vocabuli χειρώσασι. Contra vero errorem grauissimũ, qui huic loco subest non deprehenderunt, istis videlicet verbis: *Qui neq; fratribus confidens, neq; his qui sub eo educati fuerant, &c.* Hæc enim sensum verborum Platonis omnino peruertunt: quippe qui quiduis potius quam hoc dicat, Darium fratribus nõ confidisse, neque iis, qui sub eo educati fuerant, sed scribens: οὐκ ἀδελφοῖς πισεύσας, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, intelligat τοῖς οὐκ οὖσιν ἀδελφοῖς, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, id est, *Confidens iis qui neque fratres ipsius erant, neq; ab eo educati fuerant.* Nam particula negat ua οὐκ non iungitur cum participio, sed cum datiuo ἀδελφοῖς. Hic enim est pulcerrima Dionysii cum Dario non dicam comparatio, sed antithesis, quod Dionysius adeo male suis rebus consuluerit & tam inconsulte se gesserit, vt nullũ inuenire potuerit, quem imperii socium faceret, nullum inquam non modo ex familiarib. suis, sed ex ipsis etiam fratribus: quamuis eos & educauisset, qui le iuniores essent, & ex priuatis ad honores amplissimos euexisset (nam hæc quoq. de fratribus dicuntur, & male alio quam ad eos referuntur) atque adeo ex inopibus longe ditissimos reddidisset: Darius contra ita rationibus suis prouiderit, vt imperii socios habuerit, & quidem tales, vt ii fidere potuerit, quamuis neque fratres eius essent, neque eos educauisset. sed tantum operam illi suã in opprimẽdo Medo & eunucho præbuissent. Hic sensus plane est aliorum interpretationi contrarius, sed tamen verus. Ceterũ huius loci cum iis quæ ab Herodoto & Iustino narrantur collationem habent meæ in Platonem annotationes.

Quidam vero sunt loci, in quorum interpretatione, quum Ficinus peccauerit, ita tractantur ab illis duobus castigatoribus,

viris scilicet doctissimis, vt error non tollatur, sed alio (& quidem interdum paruus magno) commutetur. Nonnulli etiam sunt in quibus Ficini interpretatio vna ex parte emendatur, ex altera deprauatur. Exemplum est in eodem epistolarum opere (ne ab illo nunc discedam) & quidē in quodam loco qui in epistola ad lectorem editioni præfixa commemoratur, & velut in triumpho ducitur. Ea igitur quæ ibi sunt verba apponam: *In epistolis* inquiunt, *hunc insignem locum offendimus. Nemo, mediocriter saltem eruditus ignorat, Latomias carcerem fuisse Syracusis, sic dictum a lapidibus excisis. Plato igitur in epistola secunda ad Dionysium Siciliæ tyrannum sic scribit,* ὑπέσχετο δέ μοι καὶ Φιλιστίωνα εἰ σὺ ἀφῇς αὐτὸν ἥξειν προθύμως Ἀθήναζε· τὸν ἐκ τῶν λατομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς. *Qui locus ad verbum expressius hoc significat*, Promisit mihi Philistion, si tu eum dimiseris, Athenas celeriter venturum. Recte feceris si tu eum e Latomiis dimiseris. *Quibus hæc addunt illi boni viri, Hæc est illius loci facillima interpretatio. at in editionibus alijs legebatur hoc modo;* Lithotomiensem vero illum dimisisse laudabile fuit. Hactenus istorum verba: nunc tibi lector ostendere volo, verum esse quod dixi, loci huius interpretationem Ficini, si mutetur in eam quæ hic proponitur ex parte emendari, parte contra deprauari. Esto enim illa verba ἐκ τῶν λατομιῶν ἀφεὶς rectius in hac reddi: at duo certe in ceteris verbis peccantur, quæ Ficinus non peccauerat. Vnum est quod εὖ ἐποίησας ἀφείς, vertitur, *Recte feceris si dimiseris*: quum significent, *Recte fecisti quod dimiseris*. Alterum, quod τὸν ita redditur, ac si idem valeret quod ὄν. (quod quam alienum sit a sermonis Græci consuetudine pudet dicere) ideoque hæc de Philistione, cuius fit mentio in iis, quæ proxime præcedunt, intelligenda essent: quum de alio dicantur, vt in meis annotationibus ostendo: in quibus alia etiam de hoc loco a me scribuntur. Nunc ista de deprauatricibus castigationibus interpretationis Ficini dixisse sit satis, ad eam ab iniuria, quantum in me est, vindicandam: quam alioqui multis in locis castigatione indigere, re ipsa ostendi in mea Platonis editione quæ ante paucos dies in lucem prodiit. nam & in iis quæ margini sunt adscripta, & in annotationibus, plerumque & ab illa interpretatione & ab aliis quæ illam sequuntur, discedo, & quidem in nonnullis etiam qui magni momenti sunt, locis. Quod siue cum ratione fecerim, siue secus, testatur saltem me in illius verba minime iurasse. Quod si quis obiiciet me in Laurentii Vallæ interpretatione Herodoti & Thucydidis ausum idem esse quod castigatores illi in Ficiniana ausi sunt, id ego ei pernegabo: quum intactam illi suam interpretationem reliquerim, margini castigationes meas adscripsisse contentus. Quas tamē sibi fallas non videri illi saltem ostenderunt, qui ad cōficiendas nouas interpretationes nulla meliora adminicula quam illas habuerūt, vt collatio ipsa ostendet.

SCHE-

SCHEDIASMA VIII.

An vere a Cicerone dictum sit, Latinam appellationem Cõuiuium *meliorem esse quam Græcam* Sympoſium.

GRæcorum vt mores & instituta ita etiam sermonem exagitandi non lubenter occasionem prætermittit Cicero. De illorum moribus ab eo reprehensis alius erit dicendi locus: nunc de sermone hoc dico, eum inuide potius quam vere loquutum alicubi de illo posse videri: sed quod epularem amicorum accubationẽ (siue accubitionem) maiores suos melius nominasse ait quã Græcos *Compotationem* siue *Concœnationem*, hoc ego si non inuideat ridicule certe potius, quam vere ab eo dici persuasum habeo. Ac in meo quidem dialogo, qui inscriptus est Nizoliodidascalus, siue Monitor Ciceronianorum Nizolianorum, in Camilli persona hanc Ciceronis reprehensionem reprehendi: ac primum quidem dixi, ipsum Ciceronem de prima & maxime propria nominis huius significatione loqui quam maiores eius illi dederint: sed postea latius (vt fit) extenso illius vsu, *Conuiuium* fortassis appellatam fuisse eorum accubationem epularem, qui quum amicitia iuncti nõ essent, ad easdem tamen epulas inuitati conuenirent: deinde vero (quibusdam interiectis) honestiorem *Conuiuij* appellationem esse negaui, quam συμπόσιον vel σύνδειπνον, id est, *Compotationis* vel *Concœnationis*, vt ille interpretatur. Quumque ibi excepisset Marcus, Ciceronianæ illi reprehensioni patrocinari volens, Atqui de ipsis etiam pecudibus vna potantibus dici potuisset συμπόσιον, sicut de vna vescentibus iisdem συμβρώσιον (neque enim dicere ausim συμφάγιον) at vero nomen hoc *Conuiuium* non itidem posse hominibus cum pecudibus esse commune quisquam dixerit, quũ in eo Latini ad id respexerint, quod scribit Cicero: respondet Camillus se & illi & Ciceroni ipsi negare, Latinos ad id respexisse, & quicquam tale iis quos maiores suos vocat Cicero, in mentem venisse. Neque vero Græcis, si eo respicere voluissent, defuturam appellationem fuisse illa etiam Latina meliorem: quia ex συμβιῶναι vel potius ex verbali eius nomine συμβίωσις deducere potuissent συμβιώσιον, cuius eadem quæ & illius συμπόσιον, forma esset. Rogante autem Marco cur melior Græca hæc quam Latina illa fuisset, respondet Camillus, Quia non itidem ambigua illis fuisset suæ appellationis ratio. Atque id ex eo fieri ait, quod ambigua sit verbi *Viuere* significatio: & quæ illa sit ambiguitas declarat. Ceterum quum ibi quæstionem hanc παρέργως tractans dubium etiam lectorem relinquere videri possim ioco ne & εἰρωνευόμενος, an serio illa dixerim, nunc profiteor. non recusare me quin vt serio Græcos reprehendit Cicero, ita mea reprehensio Ciceronis pro seria habeatur.

Iam igitur, non οὔθ' ὡς παίζων, οὔθ' ὡς σπουδάζων (sicut loquitur

quidam apud Platonem) verum καίτοι πάντως ἐνδοιάζων dico, Ciceronem mihi videri vocem Latinam immerito Græcæ antepofuisse: ac mirari satis non posse quomodo illi in mentem non venerit verbum *Viuere*, præter vulgarem & simplicem (vt ita dicam) significationem, aliam etiam habere: qua nimirum idem valet quod *Genialiter viuere*, siue *Genio indulgere*. Verum antequam longius in hoc sermone progrediar, ipsos Ciceronis locos proferam, & quidem altius vtrunq; repetens. Hæc sunt igitur apud eum Catonis verba in libro De senectute, *Neq; enim ipsorum conuiuiorum delectationes corporis voluptatibus magis, quam cœtu amicorum & sermonibus metiebar. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quam Græci, qui hoc idem tum Compotationem tum Concœnationem vocant: vt, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector: nec cum æqualibus solum, &c.* Non in hoc autem duntaxat loco id a Cicerone dicitur, sed in quadam epistola, vbi nequaquam vt hic in alius persona loquitur. Nam hæc legimus in vicesima quarta libri noni (earum quæ ad familiares scriptæ sunt) *Sed mehercule mi Pæte, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beate viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui, viuas. Nihil est aptius vitæ, nihil ad beate viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atq; victus, remissionemque animorum, quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus. vt sapientius nostri quam Græci. illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est, Compotationes aut Cōcœnationes: nos Conuiuia, quod tum maxime simul viuitur. Vides vt te philosophando reuocare coner ad cœnas!* Hæc ibi Cicero: qui dicit *Reuocare ad cœnas*, respiciens ad hæc sua verba, non longo interuallo præcedentia, *Te ad cœnas itare desisse, moleste fero. magna enim te delectatione & voluptate priuasti.*

At ego Ciceroni respondeo, quum verbo *Viuere* Latini, & quidem illi etiam, quos maiores suos appellat, alteram quoque illam quam dixi dederint significationem, vt idem esset quod *Genialiter viuere*, (quod etiam dicitur *Genio indulgere*, & *curare cutem* siue *cuticulam*) rationi consentaneum esse, vt in *Conuiuij* appellatione ad illam respexisse dicamus. Nam si tantummodo ad communitatem vitæ atq; victus respexissent, quis communitatem vitæ atq; victus in tenui etiam victu esse neget? Neganti certe testem filium aduersus patrem producerem: in cuius filii epistola legimus, *Nam quid ego de Bruttio dicam, quem nullo tempore a me patior discedere: cuius cum frugi seueraque est vita, tum etiam iucundissima conuictio. non est enim seiunctus iocus a philologia, & quotidiana συζήτησις. Huic ego locum in prox. &c.* Neque enim hæc iucundissima conuictio de ea dicitur, quæ inter conuiuia esset, sed potius inter frugales cœnas,

nas, vt colligere possumus ex aliis quæ ibi dicuntur. Quod si Græcis vti libuisset vocabulo, cui illius communitatis vitæ atque victus significatio inesset, de illo, quod dixi statim cogitassent: de illo, inquam, συμβιώσιον, ad id velut deducente eos voce συμβιῶναι: quam Ciceroni placere adeo videmus, vt relicta Latina, ea vtatur: Neque enim Conuictio dicit cum suo filio (apud quem male quædam exemplaria scriptum habēt Coniunctio) sed συμβίωσις, in quadam ad Atticum epistola. Sed illa certe appellatione συμβιώσεων nō declarassent tales epulas, quales Conuiuii appellatio pollicetur, lautas nimirum, atq; adeo geniales, vt quidam vocarunt. de quibus Epulum etiam dictum fuit sine adiectione. An vero inter epulas eiusmodi quærenda est illa remissio animorum, de qua loquitur Cicero? Imo vero tales epulæ animos vna cū corporibus prægrauant, atq; affigunt humo diuinæ auræ particulam, vt verbis Horatianis vtar. Cœnæ illæ quæ dubiæ vocantur, ex quibus quisque pallidus surgit, συμφιλολογεῖν permittunt scilicet. At Conuiuia (excipiet quispiam) vocari possunt non illæ solum cœnæ, quæ ita sunt epulis instructæ, vt dubiæ dici queant: sed etiam quæ tantum epularum habent, vt quum nihil supersit, nihil desit tamen: atq; adeo quæ frugales homines, & quidem ipsos etiam philosophos, decēt. Nam Platonis etiam cœnam, qua Timotheum, clarum hominem Athenis & principem ciuitatis accepit, conuiuium a Cicerone videmus appellari: quamuis eiusmodi fuisset, vt de ea contrarium omnino testaretur ipse Timotheus ei, quod de cœna dubia dicitur ab Horatio: quum hæc efficiat vt corpus onustum hesternis vitijs animum quoq; prægrauet vna: at illam Platonicam, non solum in præsenti, sed etiam postero die iucundam fuisse Timotheus diceret. Respondeo, fatendum tamen esse, Conuiuium proprie de illa cœna, non de hac dici: id est, de ea quæ illi, non de ea quæ huic similis sit. id enim innumeros propemodum scriptorum locos testari: ideoque fateri simul oportere, quod & antea dixi, appellationem illā ab ea verbi Viuere significatione esse sumtam, qua de genio indulgentibus & cuticulam curantibus dicitur: qui etiam bene viuere dici possunt. Cuius exemplo ipsius Ciceronis: quippe qui de asotis scribit, De fin. lib. 2. Hos ego asotos bene quidem viuere, at beate nunquam dixerim. (vbi tamen de aliarum etiam voluptatū fruitione intelligendum est quam earum quæ in cibo & potu versantur) His autem bene viuentibus opponuntur ii, qui parce & frugaliter viuūt, vt Horatius alicubi loquitur. Verum ad exempla veniendum tandem est, illius quam dixi verbi Viuere significationis: qua non pro Parce & frugaliter viuere, sed pro Bene viuere, accipitur, vt quidem asoti bene viuere dicuntur. Legimus igitur inter fragmenta illa quæ in calce poematum Virgilii poni solent,

Pone merum & talos: pereat qui crastina curat.
Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.

Præsertim vero huius Catulliani versus meminisse multi possunt,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

Atque, vt Martialis locos omittam, in quibus verbo *Viuere* ita vtitur, & *vitam* itidem appellat eam demum, quæ est *voluptaria*, & potius ad eos veniã, qui Catullo etiam & Virgilio (aut eo, qui distichi illius est auctor, quisquis sit) sunt antiquiores: affertur ex Lucillio, *Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.* afferuntur item hæc ex Varrone, *Properate viuere pueræ, quas sinit ætatula ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas.* (qui locus videtur habere aliquid simile huic versui Nasonis *Vtendum est ætate: cito pede labitur ætas.*) Iam vero & apud ipsum Ciceronẽ, nõ procul ab iis, quæ ex illo attuli verbis de asotis, legimus ex [Porcio] Lacilli Hymnide ista, quæ illos in orco habere dicit, *Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum orco spondeo.* Cui etiam loco significatio illa conuenire videtur.

SCHEDIASMA IX.

Ciceronem Bene viuere *&* Beate viuere *distinxisse, Horatio cõtra passim idem esse* Bene viuere *quod* Beate viuere: *(cui opponi* Male viuere *apud eundem) & Homerũ itidem* εὖ ζώουσι, *quod proprie sonat* bene viuunt, *dixisse de ijs, qui beate viuunt: at deos dictos ab eo esse* ῥεῖα ζώοντας.

Eidem Horatio quid sit Recte viuere, *& alicubi etiam* Bene viuere.

SChediasmati huic materiam præbebit locus quidã Ciceronis, quem in proxime præcedente attuli. Ex Cicerone enim cum alia me afferre memini, tum vero hæc, *Hos ego asotos bene quidem viuere, at beate nunquã dixerim.* At Horatio *Bene viuere* aliud non est, quam *Beate viuere*, Epistolarum libro priore: vbi versus hi eam claudunt, quam ad Bullatium scripsit,

Strenua nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis, hic est,
Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

Atque in eodem libro clauditur his versibus illa, quæ ad Valam scripta est,

Nimirum hic ego sum. nam tuta & paruula laudo,
Cum res deficiunt, satis inter vilia fortis:
Verum vbi quid melius contingit & vnctius, idem
Vos sapere & solos aio bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Apud eundem in illa eiusdem libri epistola qua Numicium compellat, legimus,

Si, bene qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus
Quo ducit gula: piscemur, venemur.

Sicut autem *Bene viuere* est illi *Beate viuere*, seu *Feliciter viuere*: ita

Male

Male viuere, est *Infeliciter viuere*, *Misere viuere*. vt in epistola ad Scæuam, quæ est eodem in libro,

Nec vixit male qui natus moriensq; fefellit.

Item Satyra quarta libri prioris,

Nonne vides Albi vt male viuat filius? vtq;
Barrus inops?

Ad Ciceronem autem quod attinet, mirari quis possit, cum quos *Bene viuere* fateatur, quamuis non beate, non itidem velle fateri *Bene cœnare*. Scribit enim, *Cur igitur non bene cœnabat Gallonius? Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, praue, nequiter, turpiter cœnabat.* Sed nonne eadem ratione negare possumus Ciceroni asotos illos bene viuere? eos tamē bene viuere fatetur, beate negat. At Horatius contra Bene quidem cœnare asotos concederet, bene viuere nō item: quoniam aduerbio Bene aliter vtitur cum verbo Cœnat, aliter cum verbo Viuit: vbi dicit, *Si, bene qui cœnat, bene viuit.* Sed Cicero in eo, quod asotos aut saltem aliquem quendam Gallonium bene cœnare negat, poetam sequitur, Lucillium puto: cuius hæc sunt verba,

O Publi, o gurges. Galloni es homo miser, inquit.
Cœnasti in vita nunquam bene, quum omnia in ista
Consumis squilla atq; acipensere quum in decumano.

Quæ etiā exponit ita Cicero, vt in illo Bene, melle boni significationē ostendat. *Is hæc loquitur*, inquit, *qui in voluptate nihil ponent, negat eum bene cœnare, qui omnia ponit in voluptate. & tamen non negat libenter vnquam cœnasse Gallonium (mentiretur enim) sed bene. Ita grauiter & seuere voluptatem secernit a bono.*

Ad Horatium autem vt reuertar, sicut is *Bene viuere* dicit pro *Beate viuere*, sic Homero εὖ ζώουσι, quod est *Bene viuunt* (si verbum verbo reddatur) non aliud est, quam *Beate viuunt*: in hoc loco Odysseæ ρ.

ἦσαν δὲ δμῶες μάλα μυρίοι ἄλλά τε πολλὰ
οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἄφνειοι καλέονται.

Vbi est ellipsis nominatiui οἱ ἄνθρωποι, qui relinquitur subaudiendus. Ex his autem Homericis verbis εὖ ζώειν quidam ex Homeri posteris per compositionem fecerunt nomen εὐζωΐα pro *beatitudine*. Ipse autem Homerus ζωὴν etiam aliquot dicit locis de iis, quæ Latini *fortunas* seu *fortunæ bona* vocant, aut de rebus saltē, quę vitæ sunt necessariæ. Ab eodem poeta sicut homines εὖ ζώειν, ita dii ῥεῖα ζώοντες dicuntur, cum alibi, tum Odyss. δ & ε. de quo epitheto in alio Schediasmate disseram. Nunc quid eidem Horatio *Recte viuere* sit, dispiciendum est. *Recte viuere* ab illo dici puto non eadem significatione, qua *Bene viuere*, sed ad eandem tamen rem pertinente. Nam *bene viuere* illi est *Beate viuere*, vt paulo ante docui: at *Recte viuere* est *Viuere conuenienter virtuti* (vt alibi dicit idē poeta, *Viuere naturæ conuenienter*) quæ facit vt beate viuamus.

Venio igitur ad locos in quibus hoc genere loquendi vtitur. Legimus libro priore epistolarum,

—viuendi recte qui prorogat horam,
Rusticus exspectat dum defluat amnis.

In eodem libro.

Tu recte viuis si curas esse quod audis.

In eodem,

Si quæret quid agam, dic multa & pulcra minantem,
Viuere nec recte, nec suauiter. haud quia grando
Contuderit vites, oleamq; momorderit æstus,
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis:
Sed quia mente minus validus quam corpore toto,
Nil audire velim, nil discere quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis, &c.

In quibus rationes affert, non cur non viuat recte, sed cur non solum non viuat recte, sed ne suauiter quidem. Legimus libro posteriore eiusdem epistolarum operis,

Viuere si recte nescis, decede peritis.

Quem versum ea quæ præcedunt confirmăt, quod de horum verborum significatione tradidi. dixerat enim,

Non es auarus: abi. quid? cetera iam simul isto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terroresq; mag. &c.

Et paucis interiectis, *Quid te exemta iuuat spinis de pluribus vna?* appellans vitia *spinas*: &, quum nō satis sit vno vitio carere, vt quis dici possit recte viuere. ita concludens,

Viuere si recte nescis, decede peritis.

Quin etiam hi versus epistolæ sextæ libri prioris, *Recte viuere* id esse quod dixi testantur,

—vis recte viuere? quis non?
Si virtus hoc vna potest dare, fortis omissis
Hoc age deliciis.

Atq; adeo in epistola secunda illa verba, quæ antea protuli, *—viuendi recte qui prorogat horam.* subiungit istis, *sapere aude.*

Alicubi tamen fortasse *Recte viuere* accipi etiam possit, pro *Bene viuere*, id est *beate*: sicut vbi dicit, *Rectius viues Licini, neq; altum Semper vrgendo*, non aliud esse videtur *Rectius* quam *Beatius*. Vicissim autem *Bene viuere* alicubi est *recte viuere*: vt Satyra quarta libri prioris, *—at bene siquis, Et viuat puris manibus, contemnat vtrumque.* Idem alibi, *—rectius hoc est: Hoc faciens, viuam melius.* Philosophice quidē certe loquendo, hæc duo *Recte viuere* & *Beate viuere*, nō solū permutari posse, sed etiā pro iisdem haberi putet quispiā, eos sequendo philosophos qui beatitudinē in virtute cōstituunt. veterum poetas modo ex vulgi modo, modo ex philosophorū sententia loqui considerandum est.

SCHE-

Schediasma X.

Quid sit Viuere conuenienter naturæ: *(quibus verbis Cicero & Horatius interpretati sunt hæc Græca Stoicorum ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν) quod etiam* Viuere secundum naturam *aut* e natura *dicitur.*

Viuere bene & *Viuere recte* ab Horatio distingui, at *Viuere bene,* & *Viuere beate* (siue *Viuere beatum*) esse illi eadem, Ciceroni diuersa, in proxime præcedente Schediasmate ostendi: nunc disserendum eadem opera censeo de illis duobus loquẽdi generibus, *Viuere conuenienter naturæ,* & *Viuere sibi.* Incipiam autem a quodã Horatii loco, qui extat epistola decima libri prioris,

Viuere naturæ si conuenienter oportet,
Ponendaq; domo quærenda est area primum,
Nouistine locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? &c.

His autem verbis interpretatur Horatius hæc Stoicorum, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Quo interpretatus modo est etiam Cicero, non vno in loco, addẽs illi alicubi & *Congruenter.* Ac significatione eadem dicit etiam *E natura viuere,* necnon *Secundum naturam viuere,* vt Græci κατὰ φύσιν ζῆν. Quemadmodum autem ὁμολογουμένως *Conuenienter,* sic etiam ὁμολογίαν, quæ itidem est Stoicorum vox, interpretatur *Conuenientiam.* Alioqui & ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν eadem significatione dixerunt Stoici. Quid autem sit *Conuenienter* seu *congruenter naturæ viuere,* aliquot locis docet Cicero, ex illorum sententia. legimus enim libro tertio De finibus bonor. & malorum, *Circumscriptis igitur iis sententiis quas posui, & iis quæ similes earum sunt, relinquitur vt summum bonum sit, viuere scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eueniant, seligentem quæ secũdum naturam, & si quæ etiam contra naturam sunt, reiicientem, id est, Conuenienter congruenterq. naturæ viuere.* Et duabus paginis post: *Deniq; ipsum bonum, quod in eo positum est, vt naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet.* Idem libro eiusdem operis quarto, *Quum enim superiores,* (intelligit autem de iis qui ante Zenonem fuerant) *e quibus planissime Polemo, secundum naturam viuere, summum bonum esse dixissent, his verbis significari Stoici tria dicunt. vnũ eiusmodi, viuere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura eueniret. Hunc ipsum Zenonis aiunt finem esse, declarantem illud quod a te dictum est, Cõuenienter naturæ viuere. Alterum significare idem vt si diceretur, Officia omnia media aut pleraq; seruantem viuere. Hoc sic expositum dissimile est superiori. illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit sapienti soli: hoc autem incoati cuiusdam officii est, non perfecti. quod cadere in nonnullos insipientes potest. Tertium autem, omnibus aut maximis rebus iis, quæ secundum naturam sunt fruentem viuere.* Meminit vero & alibi Cicero huius opinionis Stoi-

corum. in illis autem duobus locis obseruandum est, eum, quum dicit, *Viuere adhibentem scientiam earum rerum &c.* genere loquendi vti: quod alioqui duriusculum videri possit, vt hæc Stoicorum verba exprimat. ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν κατὰ φύσιν συμβαινόντων (quidã vero adiecerunt & ὅλων, dicentes, ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν κατὰ τὴν ὅλων φύσιν συμβαινόντων. atque ita Posidonius apud Galenum) Sed & aliter quidam eadem de re loquuti sunt, quum dicerent esse πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν: item, πᾶν τὸ ἐνδεχόμενον ποιεῖν ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν πρώτων. Quorum etiam verborum sensum partim hic, partim alibi exprimit, aut saltem adumbrat Cicero. Nam & De fin. lib. 2. quum paulo ante dixisset, *Nam sunt & in animo præcipua quædam & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc discernere incipit, vt ea, quæ prima data sunt natura, appetat, aspernetúrq; contraria. In his primis naturalibus voluptas insit necne, magna quæstio est.* Quum, inquam, hæc dixisset, paucis interiectis subiungit. *Ergo nata est sententia veterum Academicorum & Peripateticorum, vt finem bonorum dicerent, secundum naturam viuere: id est, virtute adhibita, frui primis a natura datis.* Paulo post, *Stoicis [finis bonorum] consentire naturæ: quod esse volunt, E virtute, id est honeste, viuere.* Quod ita interpretantur, *Viuere cum intelligentia earum rerum, quæ natura euenirent, eligentem ea, quæ essent secundum naturam, reiicientemq; contraria.* Ita enim scribendum est, nõ autem *Eligente & reiiciente:* vt etiam ex alio, quem paulo ante protuli loco apparet. Vbi quod dixit, *Viuere scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eueniant,* hic dicit, *Viuere cum intelligentia earum rerum, quæ natura euenirent:* id est, ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν κατὰ φύσιν συμβαινόντων, siue τῶν φύσει συμβαινόντων. Simul vero est obseruandum, verbis illis, τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν πρώτων (quum dicerent πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν, siue πᾶν τι ἐνδεχόμενον ποιεῖν ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν πρώτων) melius respondere quæ hic legimus, quã quæ paulo ante ex libro quarto habuimus. Dicit enim hic, *Frui primis a natura datis,* (quæ statim post *Prima naturalia* vocat) item *frui principiis naturalibus:* illic autẽ, *Omnibus aut maximis rebus iis, quæ secundum naturam sint fruentem viuere.*

Iam quid a Cicerone, vel potius quid a Stoicis apud Ciceronẽ vocetur *Conuenienter naturæ viuere,* ex illis patere locis potest: sed dubium mihi est, an Horatius verbis illis eodem sensu vsus sit, licet ex eadem schola sumtis: an potius *Cõuenienter naturæ viuere* dixerit, quod alibi *Intra naturæ fines viuere:* in hoc videlicet loco Satyræ primæ libri prioris,

—vel dic quid referat intra
Naturæ fines viuenti, iugera centum
An mille aret.

Ac videtur posset illam expositionem adiuuare hic locus Ciceronis De legibus libro primo, *sed certe ita se res habet, vt ex natura viuere sum-*

re summum bonum sit, id est, vita modica, & apta virtute perfrui: aut ducem naturam sequi, & eius quasi lege viuere. id est, nihil quantum in ipso sit praetermittere, quominus ea quae natura postulet consequatur: quod inter haec velit e virtute, tanquam lege, viuere. Praesertim autem haec loci istius verba, *Vita modica*, expositionem illam adiuuare videri possent. Nam *vita modica* appellatione ea intelligi puto tantum, quae natura postulat vitae subsidia, qualem significationē antea dixi Homerum voci etiam ζωὴ dare. multis autem aliis locis ad illos naturae fines respicit Horatius, veluti quum dicit Satyra secunda libri prioris,

Nonne cupidinibus statuit natura modum? quem,
Quid latura, sibi quid sit dolitura negatum
Quaerere plus prodest, & inane abscindere soldo?

Sic & Satyra prima,

—adde Queis humana sibi doleat natura negatis.

Et libri posterioris Satyra 3

Quod satis esse putat pater, & natura coercet.

Alibi diuitem opis suae naturam vocat, significās τὴν αὐτάρκη. Iam vero & hoc facere videtur pro ea, quam dixi expositione illorum verborum, cōuenienter naturae viuere, quod in eadem epistola de vi naturae scribit, his verbis,

Naturam expellas furca, tamen vsq; recurret,
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.

Fastidia enim eiusmodi non innascuntur iis, qui intra fines naturę viuunt, sed luxus ea demum, quae exquisita, magnifica, sumtuosa sunt appetens, facit vt contra, quae parabilia sunt fastidiantur: quibus contenti essent illi, qui intra fines naturae viuerent. Parabiles autem naturae diuitias appellauit & Epicurus, vt quidem Cicero verba eius interpretatur. Ita enim ille, ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει. Quae quum ita sint, non absimile vero fuerit fortasse, quod de illa Horatiani loci expositione attuli: hoc quidem certe verissime dici posse existimo, Horatium multo simplicius, quam Ciceronem verbis illis esse vsum, minimeq; ad illa omnia, quae commemoraui adrecta a Stoicis λεπτολογήματα respexisse.

SCHEDIASMA XI.

Quid sit Viuere sibi *& an idem etiam valeat, quod a Platone dicitur* τὸ ἑαυτοῦ πράττειν, *& ab illo valde laudatur, tanquam in eo sit σωφροσύνη.*

Viuere sibi quum dixerunt Horatius & Ouidius, eo, vt opinor, respexerunt, quod qui principibus viris, aut saltem potentioribus se, inseruiunt, non solum ad nutum illorum viuere, vel sub nutu illorum (vt dixit Lucretius, *—alterius sub nutu degitur aetas*) sed illis non sibi viuere dici & possint & debeant. Vsus autem

est Horatius illo genere loquendi sub finem epistolæ decimæ octauæ,

Quid sentire putas, quid credis amice precari?
Sit mihi quod nunc est, etiam minus: vt mihi viuam
Quod superest æui, si quid superesse volunt dij.

Dummodo (inquit) non aliorum sed meo arbitratu viuam: vel, Dummodo non viuam alius cuiusquam voluntati obnoxius: vel, dummodo vitam meis auspiciis ducere mihi liceat, (vt loquitur illa regina apud Maronem) non tantum iis, quæ habeo contentus esse volo, sed paucioribus etiam. Verum magnam huic loco gratiam addere videtur particula *Vt*, accipiendo eam pro *Dummodo*: adeo vt qui hanc particulam amittunt, id est, qui in voculam *Et*, mutant, simul etiam magnam gratiæ partem amittere mihi videantur.

Ouidius autem eo genere loquendi vsus est Tristium libro tertio, elegia quarta,

Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi quantumq; potes prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosit potius si quis obesse potest.

Aulici certe nõ vltimum inter eos locum tenent, qui dici possunt non sibi viuere, sed iis quorum superba limina laborioso pede terunt: ideoq; merito Ouidius, quum hortatur hunc vt sibi viuat, simul ab aulica dehortatur vita, vtpote illis qui sibi viuere volunt omnino inimica. Nam *Viuere sibi* dicendum puto eum, qui suus est, non alterius: (vt loquutus est is qui dixit, *Alterius nõ sit qui suus esse potest*) id est, qui non aliena negotia sed sua procurat, non alienis commodis sed suis, atque adeo non alienæ valetudini sed suæ seruit: qui denique nõ aliis quietem laboribus suis comparat, sed quieta ipsemet vita tranquillaq; fruitur. Vt aũt quieta sit vita, mentem quietã esse oportet: ideoq; hanc inter illa, q̃ beatiorem vitam efficiunt enumerat Martialis: *Lis nunquam, toga rara, mens quieta.* Vbi etiam animaduertendũ est, *togam raram* in hoc numero poni: & *togam* hoc in loco esse ad id, quod paulo ante dixi referendã, de iis qui superba potentũ limina terunt. cupit enim cõtra raro contingere, vt togatus illorũ adire limina cogat̃, salutationis officio, tanquã cliens, defuncturus. De quo salutationis officio ita Maro,

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.

Otii autem appellatione de vita eorum vtebantur Romani, qui sibi viuere dici poterant. Sed & *Otia* vocat Horatius, vt epistola septima libri prioris,

—nec Otia diuitijs Arabũm liberrima muto.

Cæte-

Ceterum quidam ex illis quorum epigrammata poematibus Virgilii adiiciuntur, octastichon hoc versu clausit, *Vni viue tibi. nam moriere tibi.* Totum autem epigramma est hoc,

Viue, & amicitias omnes cole. verius hoc est
Quam, Regum solas effuge amicitias.
Est mea mors testis: maior me afflixit amicus,
Deseruitque minor: turba cauenda simul.
Nam quicunq; pares fuerant. fugere fragorem,
Nec dum collapsam deseruere domum.
Nunc & non reges tantum fuge. viuere doctus
Vni viue tibi nam moriere tibi.

Porro quod de aulicis dixi, id etiam de illo genere hominum verum esse videtur, quos Graeci πολυπράγμονας appellant, eos videlicet non sibi sed aliis viuere. Nisi potius dicendum est, dum omnibus viuere volunt, nulli posse viuere. Si autem τοῖς πολυπράγμοσι recte opponuntur non solum οἱ ἀπράγμονες (sicut & τῇ πολυπραγμοσύνῃ opponi solet ἡ ἀπραγμοσύνη: de qua hoc a Synesio scribitur, quod huc pertinet, ἀδεέστερον εἶναι λέγουσα τὴν μετ' ἀπραγμοσύνης ἀσφάλειαν τῶν ἐν ἐπιφανεῖ βίῳ κινδύνων) sed etiam illi, qui dicuntur τὰ ἑαυτῶν πράττειν: rationi consentaneum est, vt hos contra in eorum numero ponamus, qui sibi viuunt. Opponi autem τὸ ἑαυτοῦ πράττειν & πολυπραγμονεῖν, cum aliunde tum ex Platonis Charmide discimus: vbi etiam narratur quidam dixisse σωφροσύνην esse τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. & paulo post dicitur, ἢ οὖν ἐπολυπραγμονεῖτε, καὶ οὐκ ἐσωφρονεῖτε τοῦτο δρῶντες; Quin etiam in Timaeo legimus, ἀλλ' εὖ καὶ πάλαι λέγεται τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν, σώφρονι μόνῳ προσήκειν. vbi Plato, sicut & aliis quibusdam locis, verba implicat, quum dicit τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτόν: quum alioqui haec eorum esse collocatio deberet, τὸ πράττειν τὰ αὑτοῦ καὶ γνῶναι ἑαυτόν.

SCHEDIASMA XII.

De illis loquendi generibus, Viuere secum, Secum esse, Secum habitare: *& de Graecis quae illis respondent.*

Viuere *sibi* quidnam sit, quum in iis, quae proxime praecedunt declarauerim, nunc qua significatione dicatur *Viuere secum,* declarare volens, locum Ciceronis in Catone maiore primum cōsiderandum proponam. *Haec igitur ibi legimus, Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat, delectatur tamen etiam qui in vltima: sic adolescentia voluptates propter intuens, magis fortasse delectatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum quantum sat est. At illa quanti sunt? animum, tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque (vt dicitur) viuere? Si vero habet aliquod tanquam pabulum studij, &c.* Hic certe quidā Secum

esse & *Secum viuere*, significare putauerunt, *Res suas duntaxat agere, alienis negotijs priuatis aut publicis non se immiscere*. quæ expositio si reciperetur, dicendum esset, *Secum viuere*, idem valere quod *Sibi viuere*: quæ tamen diuersa esse puto. Quid igitur his verbis *Secum viuere* significari putabimus? Crediderim equidem hominem dici posse *Secum esse*, & *Secum viuere*, eo sensu quo Græci dicunt ἑαυτῷ συνεῖναι. & ἑαυτῷ συγγίνεσθαι: sed quoniam hic animo peculiariter hoc tribuitur, etiam quoddam viuendi genus, quod (si ita loqui licet) cum corpore minime illi commune sit, sed quodammodo proprium, intelligendum esse suspicor. Quando igitur *secum esse secumq; viuere* animus dicetur? quum illi propemodum seuocato a societate & contagione corporis, vacare licet iis, quibus gaudet cogitationibus. Ne quis autem me his eti vocabulis miretur, quum dico, *Seuocato a societate & contagione corporis*, ipsius viri Ciceronis verbis sciat, scribentis libro De diuinatione primo, *Quum ergo est somno seuocatus animus a societate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura præuidet*.

At vero *Secum habitare*, quod ex Persio sumtum est, alio sensu dicitur. apud eum enim legimus Satyra quarta,

Respue quod non es, tollat sua munera cerdo.
Tecum habita, vt noris quam sit tibi curta supellex.

Legitur autem & *Respice* pro *Respue*: sed non dubito, quin hoc, non illud a Persio scriptum fuerit. Quorum versuum hunc esse puto sensum, *Respue quod esse diceris, quum tamen non sis: auferat suas laudes a te non agnitas adulator ille, qui est fortasse quispiam e fæce populi. Non alij, quam tibiipsi de rebus domesticis fidem habeto, vt noris, quam paruæ sint tuæ opes, siue, quam tibi sit tenuis fortuna*. Nec male certe hoc ad conscientiam refertur. quasi diceret, Tuam ipse conscientiam interrogato an illis ingenii dotibus, vel illis virtutibus sis præditus, quas tibi vulgus laudibus suis tribuit. Talis est hæc admonitio Horatii,

Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas.

Apud ipsum autem Persium illi loquendi generi *Secum habitare*, simile est *Non se quærere extra*, item, *In sese descendere*. Nam dixerat paulo ante,

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

At vero illud genus loquendi *Non quærere se extra*, legitur Satyra prima,

——non si quid turbida Roma
Eleuet, accedas, examenue improbum in illa
Castiges trutina: nec te quæsiueris extra.

Ceterum illud, de quo nunc agitur dictum, *Tecum habita*, inter Adagiorum chiliadas relatum ita exponitur, *Domi tuæ viuito, vt intelli-*

intelligas quam tenuis sit tua fortuna. Ac dicitur translatum esse ab iis, qui in [illegible] familijs agunt, &, vt vulgo fit, ex alienis opibus perinde quasi suis intumescunt: quibus si domi viuendum sit, vix salinum habeant, quod apponant. vt *Tecum habita,* non aliud sit, quam Tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis bonisue teipsum expende. Sed latius fortasse fuerit ita intelligere, Quemadmodum si velis scire, quam bene instructa sit supellectili domus alicuius, id sciscitaueris ex quopiam eorum qui cum illo habitant, ita tu tecum habita. *Habitare autem secum* dicetur merito ille vir bonus, qui factorum & dictorum rationem a se exigit:

Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei.
Quæ prætergressus? quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? &c.

Quæ sumta sunt ex illis Pythagoræ aureis carminibus,

Οὐδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῇ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Tale (inquam) examen illi conuenit, quem Persius *habitare secum iubet.* At Politianus his verbis aliter vti videtur: scribens in quadam epistola, *Non est, quod aut ruri vrbem, aut rus in vrbe desideres, si ipse habitas tecum, si quocunque is, te sequeris, magnum tibi in quauis solitudine theatrum, magnam solitudinem in quouis theatro facturus.* Hæc certe, quæ a Politiano de eo ad quem scribit dicuntur, de Publio Scipione, qui primus Africanus appellatus est, vera fuissent: quem dicere solitum scripsit Cato (teste Cicerone) *Nunquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus: nec minus solum, quam quum solus esset.*

SCHEDIASMA XIII.

Apollinis præceptum, Nosce teipsum, *an sit iubentis, quod Persius dicit,* in se descendere & secum habitare.
Ciceronem huius præcepti sententiã videri latius extendisse.

NOsce teipsum (quod præceptum *a cælo descendisse* dicit Iuuenalis) quo sensu dicatur, notum non fuit illi (nisi forte iocantis sunt verba) qui apud Menandrum comicum ait fuisse potius dicendum *Nosce alios.* Hac enim admonitione de noscendis alijs minime opus fuisse, ostendunt satyricorum reprehensiones: cuiusmodi est illa Horatii,

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum
Quam aut aquila aut serpens Epidaurius?

Illa item Persii,

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed praecedenti spectatur mantica tergo.

Cui simile est hoc Catulli,

Sed non videmus manticae quod in tergo est.

Hinc & Seneca, *Aliena vitia* (inquit) *in oculis habemus, a tergo nostra sunt.* Idem, *Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis hulceribus.* Quae reprehensionis forma similis est illi Euangelicae, eius, qui *festucam ex oculo fratris vult eiicere, quum in suo trabem non videat.* Ad id autem, quod Æsopus de *duabus manticis* scriptum reliquit, Augustinus quoque respexit, quum peccatores post dorsum peccata sua dixit proiicere. Haec quum ita sint, merito nō de noscendis aliis, sed nobis metipsis moniti fuimus. Ceterum si, quum dicit Persius, *neminem tentare descendere in sese, sed praecedenti tergo manticam spectari,* perinde est ac si diceret, neminē conari seipsum cognoscere sed vnicuique satis esse, si alios cognoscat, (vt intelligamus manticam spectari in tergo alius qui praecedit) non dubiū est quin hoc dictum *Nosce teipsum,* sit iubentis in sese descendere, & secum habitare (vt eundem poetam loquentem audiuimus in proxime praecedente Schediasmate) siue *In sese descendere, & Secum habitare,* idem valere existimandum sit quod *Noscere seipsum,* siue eius esse qui sibi viam ad noscendum seipsum sternat.

Quemadmodum porro minime opus fuit, nes iubere alios noscere, ita etiam superuacaneum videtur fuisse futurum iubere nos, quid boni nobis insit noscere, quum φιλαυτία nos id ignorare non sinat: ideoque existimari possit latius illorum verborum sententiam extendisse Cicero, quum vult Quintum fratrem putare *γνῶθι σεαυτὸν non solum ad arrogantiam minuendam esse dictum, verum etiam vt bona nostra norimus.* Idem tamen in quodam libri primi De officiis loco, qui ad hoc ipsum praeceptum pertinet, non solum iubet vt quisque vitiorum suorum, sed etiam vt bonorum acrem se iudicem praebeat. *Suum igitur* (inquit) *quisq; noscat ingenium, acremq; se & vitiorum & bonorum suorum iudicem praebeat.* Sed respondere hic potest, velle Ciceronem, quemque sicut vitiorum, ita etiam bonorum suorum acrem iudicem se praebere, vt non, sicut illa, minora, ita haec, maiora quam sint, censeat. Atq; hanc bonorū nostrorum mensuram (vt ita dicam) nosse oportet, si ad quas res aptissimi erimus, in his potissimum simus elaboraturi: quod ille paulo post praecipit.

At illud quod ab eodem Cicerone scribitur Tuscul. quaest. lib. primo, *Quum igitur* NOSCE TE *dicit, hoc dicit, nosce animum tuum:* ex Platone sumtum est, in Alcibiade priore, ψυχὴν ἄρα ἡμᾶς κελεύει γνωρίσαι ὁ ἐπιτάττων γνῶναι ἑαυτόν.

SCHEDIASMA XIV.

Haec verba, Stultorum plena sunt omnia, *quamuis apud Ciceronem*

nem legantur (in vna ex epistolis ad Papirium Paetum) stultum videri pro Ciceronianis habere.

STVLTORVM *plena esse omnia*, scriptum est quidem in vna ex Ciceronis ad Papirium Paetum epistolis, sed nō tamen a Cicerone. Ita enim me posse loqui existimo de iis, quæ in Ciceronis librorum exemplaria irrepserunt, dicendaque sunt subdititia & supposititia, vt vulgo loquimur: siue παρεμβεβλημένα, si quis Græco vti vocabulo malit. Quid? an Cicero, si hoc dixisset, vera loquutus non esset? imo veriora quam illa quæ apud Sagram, vt est in prouerbio: sed hanc sententiam nec loco illi, in quo exstat adhibiturus fuit, nec illis fortasse verbis eloquuturus. Scripta enim sunt in ea ad Papirium Pætum epistola, cuius & sedem & argumētum in memoriam statim reuocant hæc duo prima eius verba, *Amo verecundiam*. Nam postquam multa exempla eorum protulit vocabulorum, a quibus abstinetur, quod esse obscena videantur, addit,

Nos autem ridicule: si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus est. Et quidem iam, non etiam obscena verba pro obscenis sunt. Batuit (inquit) impudenter: Depsit multo impudentius, Atqui neutrum est obscenum. STVLTORVM *plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis &c.*

Quorsum, obsecro, verba illa de magno stultorum numero Cicero interiecisset? aut cur hunc locum mentioni eorum dedisset? nam & proxime præcedunt illorum, quæ dixi vocabulorum exempla, & adiunctur alia in iis, quæ proxime sequuntur, quorum enumerationem illorum de stultis verborum interiectione Ciceronē fuisse interrupturum, nō mihi fit verisimile: præsertim quum esse contentus & posset & deberet mitioribus illis, quibus vsus erat aduersus eos, qui nescio quam obscenitatem his vel illis vocabulis subesse falso credebant. Dixerat enim, *Vides igitur nihil esse nisi ineptias: turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaq; nusquam esse.* Dixerat item, *Nos autem ridicule: si dicimus, Ille patrem strangulauit, &c.* quæ paulo ante protuli. Adde quod, quum Cicero se quoque in numero illorum hic ponat, qui ridiculo quodam metu tenentur, dum talium vocum vsum ita reformidant, illa quoque verba, *Stultorum plena sunt omnia*, in se, non minus quā alios quotquam, iaceret. Quum autem antea his rationibus impulsus ὑποβολιμαῖα esse verba illa suspicarer, eandem esse Gulielmi Canteri suspicionem postea comperi: tandem vero & vetusti cuiusdam exemplaris auctoritatem vtrique nostrum adstipulari didici, vt pote in quo illa minime exstarent. Annotat autem ille, vel totum hoc plane esse tollendum, vt a scriptore aliquo, qui nimio Ciceronis acumine subostensus esset, primū in margine positum, deinde ab alio pro vero agnitum: vel pro *Stultorum*, aut *Sed istorum*, aut li-

mile quid esse reponendum. Quæ ego quum legissem, aliquandiu quidem in alia, quam prius fui sententia, vt non tollenda illa verba, sed retinenda mutato duntaxat genitiuo *Stoicorum*, existimarem: verum exemplaris illius auctoritas fecit vt illam priorē φορτικὰ quæ mihi cum illo communis erat, quam ὁ δὲ τέχνα hanc, illi propriam, Σοφωτέραν putarem. Sed, quod ille dicit de nimio Ciceronis acumine, non satis placet. Nam minime quidē dubito quin aliquis illis, quæ ibi legeret offensus ea scripsisset, sed ita, vt non Ciceronis acumen, verum eorum, qui tam acutum ad perspiciendam illam obscenitatem ingenium ostentarent, rideret.

SCHEDIASMA XV.

De prouerbio quo dicitur, Aut regem aut fatuum nasci oportere [*vel oportuisse*.]

STultorum mentionem facienti venit in mentem prouerbium illud *Aut regem aut fatuum nasci oportere*; simulque de eo aliquid quod lectorem libenter ex me intellecturum existimaui: nimirum, quum tam varia sint stultitiæ genera, ad quod eorum potissimum respici in hoc prouerbio existimandum sit. Dico igitur rationi consentaneum mihi videri, vt potissimum ad illud stultitiæ genus referamus, quæ in plerisque regibus eo maior est, quo maiore, quam vlli alii, potentia sunt præditi. Quasi enim nō præpotentes sint tantum, sed omnipotentes, & quasi eorum manus non tantum sint valde longæ & ὑπερμήκεις (vtendo voce qua Herodotus hac de re vtitur) sed tam longæ, vt ad omnes mundi partes possint pertingere: ita quidlibet, quantumuis arduum videri possit, aggrediuntur: neque de sententia vllo deduci modo queunt, nisi quum eam rerum susceptarū exitus ita refellit, vt simul ingentis stultitiæ conuincat, plerunque etiam minime impunitam sinat. Vnde autem hoc? ex eo quod sese, quamuis reges, homines tamen esse non recordentur, sed nescio quam diuinitatem somnient, ab assentatoribus fascinati. Rectissime enim & verissime Iuuenalis, Satyra quarta,

—*nihil est quod credere de se*
Non possit quum laudatur diis æqua potestas

Atque apud eundem legimus de Alexandro, qui Iouis filius salutari gaudebat,

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis:
Æstuat infelix angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis paruaq; Seripho.

Sed & in aliis plerisq; Macedonum regibus, in plerisq; Persarū, in plerisq; etiam Cæsarum Romanorum (vt taceam de aliis regibus quorum recens est memoria) verum comperietur, quod dixi. Pro mea autem expositione facere videtur hic Dionis Chrysostomi locus in oratione quadragesima quinta, καὶ τὸ περὶ [illegible]

πολλοὶ

πολλοὶ ἐγκατέλιπον τῆς πόλεως οὐ τῶν ἀσυνέτων (ἧττον γὰρ ἦν τὸ δεινὸν) ἀλλὰ τῶν πολιτῶν, οἷς μειζόνων ἢ καθ' αὑτοὺς ἐφιεμένης, καὶ διαφερούσης οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῆς παιδὸς τῆς βασιλέων.

Crediderim autem hac loquendi forma vsos fuisse quum vsurparent illud prouerbium, vt dicerent, *Hunc* (vel, *illũ*) *aut regem aut fatuum nasci oportuit*: vtentes disiunctiua particula quod, qui fatui alioqui vocati fuissent, minime fatui vocarentur, quoniam reges erant: tanquam regum appellatione alteram tegente. Ceterum memorabile stultitiæ, vel potius insaniæ exemplum tibi exhibebit proxime sequens Schediasma, in rege se hominem esse non recordante, & ob illam quam conceperat de se opinionem, tanquam diuinitate quadam prædito, nuptias Mineruæ ambiente. In eodem quiddam & de Ptolemæo Philadelpho, quod ad hunc locum pertinet, narrabitur.

SCHEDIASMA XVI.

De insigni quodam Rhiani poetæ loco, in quo ex historia sumtum est, quod alioqui poetice fictum & poetica hyperbole dictum existimaretur. De Ptolemæo Philadelpho immortalitatem sibi pollicente.

RHiani poetæ elegantissimorum versuum sum recordatus, quum in proxime præcedente Schediasmate de illo stultitiæ genere loquerer, quo plerique regum laborarunt. Eorum primi sunt hi:

ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
ἄνθρωποι, φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα
ἀφραδέῃ κραδίῃ, &c.

Id est,

Nempe hominum mentes cunctorum errore tenentur.
Donatamque suos vtrauis e lance deorum
Excipimus sortem prudenti pectore nulli.

Qui autem totum locum, qui continet vnum & viginti versus, (& eos quidem elegantissimos, vt dixi) simulque meam illorum interpretationem habere volet, in libello inueniet, quem ego inscripsi, *Encomia virtutum*, siue *Gnomas de virtutibus*, ex poetis & philosophis vtriusque linguæ: pag. 18. & 19. In illis versibus ostendit Rhianus homines neque paupertatem neque diuitias moderate ferre. Vocat autem θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα, tanquam alludens ad Iouis lances Homericas: quamuis alioqui conueniant cum iis, quæ idem poeta dicit de duobus Iouis doliis, Iliad. ω.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

Ceterum quiddam aliud dicit Rhianus, quod monstrosæ (vt ita dicam) stultitiæ exemplum esse possit: & quem poetice fictum, seu poetica hyperbole dictum videri queat, non autem ad certum quen-

dam regem respiciendo, ego contra ex historia sumtum esse comperi. Postquam enim poeta ille de eo loquutus est, cui contigit, vt dona acciperet, quæ ex lance mala (vt ita dicam) proueniunt, de eo qui contra ex altera accepit, hæc dicit,

ὃς δέ κεν ὀλβίζῃσι θεὸς καὶ ἐπ' ὄλβον ὀπάσσῃ
καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται ἤτοι γε γαῖαν
ποσσὶν ἐπιστείβειν, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες.
ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἀμαρτωλῇσι νόοιο
ἶσα Διὶ βρομέει. κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
καί περ ἐὼν ὀλίγος. μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην,
ἠέ κεν οὐρανὸν ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Ὀλύμπονδε,
ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.

Quos versus ita verti,

At contra superum quem dextera larga beauit,
Cuiq; dedit late dominari, haud iam memor ille est
Se calcare solum, mortalesque esse parentes.
Transuersamq; rapit vesana superbia mentem,
Vt fremat æqua Ioui. quamuis & corpore paruus,
Attollit ceruice caput: tandemque Mineruæ
Fit procus: atq; viam sibi iam molitur ad ædes
Æthereas, vt ibi fiat conuiua deorum.

Quod enim de *Mineruæ proco* hic dicitur, non est res poetice ficta, sed ex historia sumta: quam ex Theopompo habemus apud Athenæum libro duodecimo. Cotys rex Thraciæ, qui nulli cedebat in iis, quæ ad luxum vitamque voluptariam pertinent, tandem se dignum Mineruæ coniugio existimauit, tantamque de illa spem cõcepit, vt epulo iam instructo ac thalamo præparato, bene potus aduentum deæ exspectaret. Quumq; iam moræ pertæsus, quendã e satellitibus misisset, qui videret an Minerua in thalamum venisset, & is neminem ibi esse retulisset, sagittis eum confodit. Misit vero & secũdum, quem idem renuntiantem, eodem mortis genere affecit. At tertius, animaduertens quid eum ad illos occidendos impulisset, reuersus illum a dea iamdudum exspectari retulit.

Schediasmatis proxime præcedentis argumentum ne nunc quidẽ me prætermittere sinet, quod Phylarchus apud eundem scriptorem de Ptolemæo Ægypti rege secundo (is autẽ est, cui cognomen fuit Philadelpho) luxu & delicias adeo mentem eius corruptam fuisse, vt sibi immortalitatem promitteret, & se solum eam inuenisse diceret. Et tamen (quod stultitiam illam magis admirabilem reddit) illũ supra quosuis alios principes veranda quadam maiestate præditum, (siue augusta grauitate verendum) & studio literarum deditum fuisse scribit.

SCHEDIASMA XVII.

De prouerbio, Procul a Ioue, & procul a fulmine.

PRouerbium est insigne, atque ex illorum numero quæ nobis opti-

optimum dant consilium, Πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ, id est, *Procul a Ioue & procul a fulmine.* cuius sensum non videtur assequutus esse Erasmus. non enim aliter exponit, quam si diceretur *Non procul a Iouis fulmine.* At ego intelligi puto, *Procul sis incommodis, quæ Iupiter afferre potest, & simul procul sis ab eius fulmine.* Iouis autem appellatione hic nō tantum reges, sed & quilibet potentes viri intelligendi sunt. Naso (vt opinor) non solum ad ipsum respexit, sed exposuit etiam, his versibus, Trist. lib. tertio,

Vsibus edocto si quicquam credis amico;
Viue tibi, & longe nomina magna fuge;
Viue tibi: quantumque potes prælustria vita.
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosit potius si quis obesse potest.

Legimus apud eundem libri primi elegia prima,

Forsitan exspectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeam Cæsareamque domum:
Ignoscant augusta mihi loca diique locorum;
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

Item elegia octaua eiusdem libri,

Sæua nec admiror metuunt si fulmina, quorum
Ignibus afflari proxima quæque solent.

In illis quoque versibus, qui Virgilii operibus subiuncti sunt, monemur deuitare *ingentes dominos, & famæ nomina claræ.* (Naso autem dixit tantum *Nomina magna*) *Illustriaque graues nobilitate domos.*

Verum ad tyrannos, non item eos, qui regum nomine sunt digni, prouerbium hoc respicit; si credimus Synesio: qui a regibus ad tyrannos veniens, scribit, ἐν βασιλείᾳ δὲ τοῖς τυράννοις ὑπάρχει· δι' ὅ γε ἡ κομψὴ παροιμία, πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ, διὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ὑπηκόοις ἄνδρας, ἀδεέστερον εἶναι λέγουσι τὴν μετ' ἀσφαλείας ... ἀσφάλειαν τὴν ἐν ἀφανεῖ βίῳ κινδύνων.

SCHEDIASMA XVIII.

Quid intellexerit Martialis genij appellatione in illo versu, Victurus genium debet habere liber.

MArtialis, *librum qui victurus sit, genium debere* dicit *habere.* vbi *genius* gratiam & leporem significare existimatur, & τὸ ἐπίχαρι, vt Græci loquuntur: ego vero, quum desiderem huius significationis exemplum & Martialis in scriptis Pompili, quæ victura non putat, gratiam & leporem desiderare non videatur, quippe quæ ingeniosa esse dicat: addens tamen hoc non esse satis famæ, id est, ad comparandam famam: atque his videam subiungere,

Quam multi tineas pascunt blattasque diserti,
Et redimunt soli carmina docta coci.

Nescio quid plus est, quod donat secula chartis:
Victurus genium debet habere liber:

quum (inquam) hæc animaduerteram, aliud vocem *genium* significare mihi persuadeo: nimirum *felicitatem quandam, siue quendam genii fauorem, qui eius sit veluti custos.* Q. d. Non tantum viri & vrbes suos genios habere debent, sed etiam libris suus quidam genius esse debet, qui suo illos fauore prosequatur, & tanquam patrocinium illorum suscipiat.

SCHEDIASMA XIX.

De versibus Horatij quibus pleriq; abutuntur, dum illorum testimonio vti volunt.

HOratii versibus nonnullis abutuntur plerique, dum illorum testimonio vti volunt, alium ex illis sensum tribuere ignorantes. Vnius autem nunc recordor, cui plane contrarium sensum tribuunt: ex poematio De arte poetica,

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres

Quotusquisque est enim, qui hunc versum Horatii statim in ore non habeat, & auctoritate eius nitatur, vt *verbum verbo reddere*, fidi interpretis non esse probet? Atqui ego illis, qui in ea sunt opinione non suffragari, sed refragari hunc versum Horatii, & contrarium ei, quod dicunt, illo probari, atq; adeo, quod illo probatur, verissimum esse contendo: esse nimirum fidi interpretis, verbum verbo, quantum fieri potest, reddere. Sed quoniam nunc satis est eam, quam dico fuisse Horatii mentem, ostẽdere, lectorem moneo subesse huic versui familiarẽ illi poetæ ellipsin particulæ *Ceu* vel *Tanquam*, aliusve huiusmodi: & intelligi debere, *Nec verbũ verbo reddere curabis, tanquam fidus interpres.* Id est *Perinde ac si fidum interpretem agere cures. vel fidi interpretis officio fungi.* Tantum enim abest, vt Horatius ei quem compellat, & cui præcepta dat, neget fidi esse interpretis, verbum verbo reddere: vt contra diligentiam hanc, seu diligentem operam, fido interpreti relinquendam esse dicat. Esse autem hunc morem Horatii, relinquere subaudiendam illam vocem, multis exemplis docui in quadam Diatriba ex iis, quas operibus huius poetæ in mea editione subiunxi. Atque hanc meam obseruationem ante multos annos Dionysio Lambino communicaui, quum Patauii degeremus. Ceterum ex iis, qui illam, quam dixi ellipsin non animaduerterunt, & contrarium illum sensum isti versui subesse putauerunt, nonnulli hæc verba *Fidus interpres*, non coniunxerunt, ne dicere cogerentur *Fidus interpres* pro *Fide interpres* a poeta dictum esse: sed ita exposuerunt, *Et tu interpres non curabis, quamuis velis esse fidus, reddere verbum verbo.* Quæ certe ellipsis tam dura & inusitata [illegible], quam altera illa quam dico, & mollis est & vsitata:

iatenius (vt dixi) multa in mea Horatii editione exempla proferuntur.

Alius est Horatii versus, qui minore quidem cum periculo, sed non minore tamen errore, in contrarium sensum affertur, ex eodem poematio:

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba.

Vulgus enim hoc vtitur versu de eo, qui fundit ampullas & sesquipedalia verba: siue ex ore emittit, id est, *Qui magna loquitur*, vel *Magnifice loquitur*: aut etiam, *Magnifice magna loquitur*, vt dixit Tibullus, quod a Græcis dicitur vno verbo μεγαληγορεῖν, siue μεγαλοῤῥημονεῖν, (estque ab illo nomine factum verbum *Ampullari*, quo vtitur idem poeta epistola tertia libri prioris) atqui contrarium significatur; *Abiicit illa magnifica verba* siue *Procul a se reiicit*. Id est, *Valde abhorret ab illis magnificis & tumidis verbis*. Manauit autem hic error, id est, hic fallus istorum verborum vsus, ex ea, quæ data olim fuit verbi *Proiicit* expositione a quibusdã Horatii enarratoribus. Quorum errore & P. Victorium doctissimum virum, abreptum fuisse mirum est. Nam verbi *Proiicere* illum esse quem dixi vsum ostendit multis exemplis postremus enarrator, qui de hoc Poeta melius quam quisquam aliorum (quorum quidem labores ad nos peruenerint) est meritus. Sed in eo fallitur, quod Græco πέμπειν respondere dicit. Potius enim id de passiuo πέμπεσθαι dicendum erat. Quin etiam addere duo debuerat, quæ ad confirmationem huius expositionis valent. quorum vnum est quemadmodum Horatius de comœdia dixit, illam interdum vocem tollere: ita sibi iungere, tragicum vicissim plerumque dolere sermone pedestri: (nam quod dicit *Et tragicus plerunq; dolet, &c.* perinde est ac si diceret, *Et vicissim tragicus plerunque dolet, &c.*) quemadmodum autem *Chremetem tumido delitigantem ore*, attulit in exemplum eius quod dixit de comœdia vocem tollente: ita *Telephum, & Peleum* in exemplum eius, quod de tragœdia dixit afferre. Sed vt conuenire hoc exemplum possit, ita verbum *Proiicere* accipiamus necesse est, non vt vulgus accipit. Alterum quod ab illo enarratore adduci debuit, est hoc, repugnare illi expositioni proxime sequentem versum, quo dicitur, *Si curat querela sua spectatoris cor tangere*. Quomodo enim querela sua cor eius tanget, si in ea magnificis atque elatis verbis vteretur?

Alius est eiusdem Poetæ versus, qui ideo in prouerbium abiit apud vulgus, quod in alium sensum acceptus fuerit: de quo tamen iampridem Petrus Victorius admonuit. Loquor autem de his verbis:

. . quandoque bonus dormitat Homerus.

Putarunt enim *Quandoque* hic valere idem quod *Aliquando*, quum sonet *Quotiescunque*: & cum hoc aduerbio iungendum est ver-

bum *Indignor*, quod proxime præcedit: ita interpungendo hunc locum,

> *Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus ille,*
> *Quem vix ter, bonum cum risu miror: & idem*
> *Indignor quandoq; bonus dormitat Homerus.*

SCHEDIASMA XX.

De illis prouerbialibus verbis, Dimidium facti, qui bene cœpit, habet, *quæ nonnulli tanquam Horatiana afferunt.*

VErba hæc, tanquam prouerbialia, in ore habent multi, *Dimidium facti, qui bene cœpit habet:* in quibus afferendis alii errant, alii non item. Nam, qui tanquam prouerbialia afferunt, auctorem non nominantes, quamuis particulam *Bene* addant, haud sane errant: at qui Horatium ita scripsisse dicunt, erroris ab ipsa versus lege seu mensura conuincuntur: quũ vox *Bene* versum Horatii ingredi non possit. huic enim versui,

> *Dimidium facti qui cœpit habet: sapere aude.*

quomodo illa inseri particula possit? Sed tamen vulgi errore abrepti nonnulli docti alioqui viri verba illa, tanquam Horatiana citarunt: ac (quod multo magis omnes mirabuntur) quum pater meus Robertus Stephanus in suo Thesauro Latinæ linguæ in nomine *Dimidium*, vsum eius ex Horatii eiũ loco ostendens, cum ita scripsisset, *Dimidium facti qui cœpit habet*, illi, qui postea idem Thesauri opus excuderunt, imitari scripturam in qua falso credebant esse errorem: nolentes, vere & turpiter errarunt. illam enim voculam *Bene* inseruerunt, tanquam ab Horatio positam, & a patre meo male omissam. Quemque iam hæc ipsa scripsissem, quia fidere meæ memoriæ nolebam, eam Thesauri editionem cõsului, quæ Lugduno prodiit anno septuagesimo tertio supra millesimũ & quingentesimum, & rem ita se habere comperi.

Sed cur ii, qui afferunt illa, tanquam prouerbialia, aduerbium *Bene* addentes non errant, dummodo pro Horatianis non afferant, quum videamus ab Horatio illud *Bene* non agnosci? an duo esse prouerbia dicendum est? Ego certe suspicor, eum cuius sunt hæc verba; *Dimidium facti qui bene cœpit habet*, (quæ versum pentametrum efficiunt) non alio, quam Horatium prouerbio vti, sed magis exacte loqui voluisse. Ac videri etiam potest Plato hoc ita intelligendum existimasse, quippe qui, postquam dixit, ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργον, addit: καὶ λέγε καλῶς ἄρξασθαι πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε. Quibus subiungit τὸ δ' ἐστί γε, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, πλέον ἢ τὸ ἥμισυ. Apud eundem alioqui nullam eiusmodi adiectionem esse scio in alio loco, vbi scribit, *Principium cuiusuis operis, esse rem maximi momenti*, De repubL lib. 2. οὐκοῦν οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον.

SCHEDIASMA XXI.

De illo eiusdem Horatij loco, (Satyræ quartæ libri posterioris) —illæ salubres Æstates peraget qui nigris prandia moris Finiet.

Disputatur varie de hoc loco, quomodo *salubria esse possint mora*, si illis claudatur prandium: & quidam litem lite resoluentes, non minus mirum esse dicunt, quod de *lactuca* scribitur a Martiali, quæ suo tempore *dapes incoaret*, quum *auorum cœnas claudere soleret*. Alii alia elabuntur via, nouam videlicet quandam expositionem afferentes horum verborum, *Finiet prandia*: nimirum, vt non intelligamus de illo, qui prandium claudat hoc cibo, qui pro quo vltimo loco fuerit appositus: sed cui totum prandium suu. mora, qui illorum esu est cōtentus, qui nullum alium cibum illis addit. *Finire* enim *moris prandium suum* dici posse, si nec ante nec post alio vllo cibo vescatur. Atq; ita, perinde fuerit ac si diceretur, *Cui mora, quæ aliis sunt tantum prandij principium, totum prandium conficiunt*. At ego ad hanc expositionem verbi *Finire* non necesse puto confugere: sed considerandum in cuius persona hæc dicantur ab Horatio. Dicuntur certe in Catii persona, vel potius a Catio, Epicureo philosopho, nihil minus, quam philosophice, atq; adeo plane ridicule de nonnullis ad artem culinariam pertinentibus differente, & se summo studio & quadam propemodum anxia cura omnia de lautitiis, vel potius cupediis, præcepta conquisiuisse ostendente, quinetiam aliquid, quod esset e præceptis τῆς ὑγιεινῆς διαίτης admiscente. Illius enim Satyræ hoc esse puto argumentum, quod & mea editio habet illi a me præfixum: Catium Epicureum philosophum inducit quædam artis culinariæ, siue τῆς ὀψοποιητικῆς, aut ὀψαρτυτικῆς, præcepta tradentem: & sub persona huius sectam illam irridet, vt, quæ in huiusmodi rerum cognitione, tanquam maximi facienda, valde sibi placeret, & delicatæ ac lautæ mensæ honorem affectaret: interim tamē ne hanc quidem artis culinariæ artem exacte teneret, sed sicut aliarum quarundam rerum, ita & huius artis peritiam falso sibi arrogāret. Hæc enim, si est mens Horatii in hac Satyra, nemini mirum esse debet ab eo induci Catium aliquid ad illam siue artem siue scientiam pertinens, quod etiam sit plane ridiculum, dicentem. In eadem certe editione pauca margini verba apposui e regione illius loci, quibus illam meam sententiam declaraui. Scripsi enim, Adnotatiuncula de vltimo ferculo, quod prandia finiat: vt Catio stulte hoc præcipiente. Dixi autem alios intelligere, quod nonnulli quibus hoc propolueram, quod de loco isto sentiebam, mihi assentirentur.

SCHEDIASMA XXII.

Quomodo sit interpretandum apud Platonem μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, quod prouerbii loco dicitur.

NEmo nescit ἀκίνητον vulgo significare *immobile*, id est, *Quod moueri non potest*: sed aliud significet oportet in prouerbio ἀκίνητα κινεῖν. quum enim aliquem dicimus quidpiam κινεῖν, id est, *mouere*, illud quod mouet, non esse ἀκίνητον, id est, *immobile*, fateamur necesse est. Quinetiam quum prouerbiali prohibitione dicitur ἀκίνητα μὴ κινεῖν, ridiculum videri possit hoc prohibere, si ἀκίνητα interpretemur *Immobilia*. Apud Platonem tamen aliquot locis, quorum vnus est initio libri vndecimi De legibus, interpretes ἀκίνητα ita verterunt: vbi scribit ille ἐπὶ πολλοῖς γὰρ δὴ λεγόμενον εὖ τὸ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, καὶ περὶ τούτου λέγοιτ' ἄν, ὡς ἑνὸς ἐκείνων ὄντος. interpretati sunt (inquam) & hic ἀκίνητα *Immobilia*: quum ratio ni contentaneum sit, vt interpretemur *Non mouenda*, vel *Quæ moueri non debent*. Subiungam autem hexastichon, quod lusi olim in quendam non hac quidem voce, sed hoc prouerbiali præcepto abutentem.

Quum mutanda tibi sententia dicitur, Aule,
Est quod ἀκίνητον ne moueatur, ais.
Qui mouet ex animo ratio quod fixerit, Aule,
Is quod ἀκίνητον debuit esse mouet:
Qui mouet id quod non rationi innititur vlli,
Non is ἀκίνητον quod decet esse mouet.

Duo aũt exstant duorum oraculorum versus, qui ad illud prouerbiale genus loquendi alludere videntur: quamuis illo nomine, nec idem vtrobiq; nec idem quod hic significetur. Vnus est hic,

Μὴ κίνει Καμαρίναν. ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Hic enim ἀκίνητος neq; est *Non mouenda*, vel *Quæ moueri non debet*: neq; *Immobilis*: sed *Immota*, id est, *Non mota*. Ac reddi etiam possit, *Dum non mouetur*: vel *Quantisper non mouetur*. Alter versus est iste apud Herodotum in Eratone,

Κινήσω καὶ Δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

vbi *Immobilem* significare puto: quamuis vulgo reddatur *Immotam adhuc*.

SCHEDIASMA XXIII.

De duabus emẽdationibus meis duorum Platonis locorũ, quas postea auctoritate Æliani eos imitantis confirmari comperi.

APud Platonem in Theæteto quandã lectionem margini adscripsi, quam postea Æliani auctoritate confirmari lubenter vidi. Locus est in mea editione Tomi primi pag. 144. ὁ δὲ οὕτω λείως τε καὶ ἀπταίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις, μετὰ πολλῆς πραότητος, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ὥστε θαυμάσαι τὸ τηλικοῦτον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι. Ex hac voce ἐλαίου quidam fecerũt ἰλυΐου: ego vero margini adscripsi, mihi legendum videri ἐλαίου: ac postea in hunc Æliani locum incidi, vbi ἔλαιον itidem πράως dicitur fluere: διὰ μέσων δὲ τῶν Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, σχολῇ καὶ πράως προϊών, ἐλαίῳ δίκην.

Alter locus est in Menexeno seu Epitaphio p. 246 Tomi secūdi, ὧν τι ἀεὶ χρὴ ἀναμιμνήσκειν, ὅτι τούτων ἐκγόνοις πάντ' ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ μὴ λείπειν τὴν τ[ῶν] προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν ἥκοντας κάκῃ. E regione cuius loci adscripsi margini ista, Scripsisse Platonem puto εἴκοντας κάκῃ. quod loquendi genus est ποιητικώτερον. & quidē nominatim ὁμηρικώτερον, præsertim quod ad hunc verbi εἴκειν vsum attinet. Hæc ibi tum margini adscripsi ex tempore: aliquanto post autem in eiusdem Æliani quendā locum incidi, qui hanc meam emendationem omnino confirmat. In eo enim scriptum est, οὐδεὶς οἰκέτης μνημονεύεται κάκῃ εἴξας τὸ προδοῦναι τὸν δεσπότην. *Memoriæ, inquit, proditum non est, vllum seruum præ ignauia prodidisse suum dominum.* ita enim puto aptissime exprimi posse illud loquendi genus: alioqui εἴξας κάκῃ (id est, ad verbum, *Qui cessit ignauiæ*) dicēdus fuerit, *Qui ab ignauia est superatus.* Vtitur autem & alibi Plato nomine illo κάκη, pro κακία vt De republ. lib 5 pag. 468. Quinetiam in duobus tribusue aliis locis id me apud illum legere memini. Quum autē dixi εἴκοντας κάκῃ esse ποιητικώτερον, non intellexi (ne quis fallatur) magis poetice id dici, quam illud ἥκοντας κάκῃ (ita enim scriptum est & in Aldina editione, ἥκοντας, & κάκη sine iota subscripto) sed dici aliquantum poetice: hoc, magis poetice, quam oratorie. In illis autem verbis ἥκοντας κάκη tantum abest, vt poeticum vel oratorium loquendi genus habeamus, vt ne vllum quidem sensum ex iis elicere possimus. Ceterum quamuis constet multa Platonis loquendi genera imitatos esse eius posteros, ac præsertim recentiores (quod & in Luciano verum comperitur) tamen fieri etiam potest, vt id, quo de nunc agitur ex eodem vterque loco, aut ex iisdem locis sumserit. quem ego locum, aut quos locos alicuius tragici fuisse non absimile vero mihi esset.

SCHEDIASMA XXIV.

De duobus participiis deprauatis, vno apud Liuium, altero apud Melam: hoc ex literæ adiectione, illo ex eiusdem omissione.

PArticipia duo obseruaui apud duos scriptores Latinos, modis inter se contrariis deprauata. vnum est *Adempta*, apud T. Liuium: alterum, *Direptis*, apud Pomponium Melam. Apud hunc enim legitur in fine capitis quarti libri secundi, de Alpibus, *Deinde, vbi Germaniam attigerunt, verso impetu in orientem abeunt, direptisq; populis immanibus vsque in Thraciam penetrant.* Hic enim scribendum esse puto *Diremtisque populis.* Qua voce vtitur libenter de fluuiis. vt cap. secundo eiusdem libri, *Hos ab Istricis Tyra separat, qui surgit in Neuris.* Alibi de Rhodano, *Deinde Lemanno lacu acceptus tenet impetum: seque per medium integer agens, quantus venit egreditur. Inde contra in occidentem abiatus, aliquandiu Gallias dirimit.* Atque adeo in quodam loco, vbi vulgo recepta le-

ctio est *Diuidit*, in nonnullis vet. exempl. est *Dirimit*. Est autem is locus initio capitis tertii libri secundi.

Ad Liuii autem locum quod attinet, in eo contra, vti dixi, litera *m* iam illa fuit: sed cum alia etiam mutatione. Quoniam autem in mea præfatione in librum De Latinitate falso suspecta & malum illud & illius originem indicaui, locum illum pro iis eo iure huc transferam. Ita igitur ibi, Vtinam tamen hoc mali duntaxat ex illa superstitiosa ignorantia contingeret, vt illi loqui conantes obmutescere sæpe cogerentur. Aliud certe multo grauius ac perniciosius inde oriri videmus, vt nimirum sicut multa vocabula immerito suspecta illis sunt, ita etiam plerique immerentes immerentium scriptorum loci pro eorum libidine in partes omnes versentur, tandemq; ita immutentur, vt ne agnosci quidem a suis, si reuiuiscant, possint. Eius quod dico insigne apud Liuium exemplum habemus in eo lib. 1. loco, vbi nunc legimus, *Hodieq; in legibus magistratibusq; rogãdis vsurpatur idem ius vi ademptum*. Quum enim *Vi adeptum*, scripsisset, qui participium *Adeptum* passiua interdum significatione poni ignorabant, in *Ademptum* mutauerant: at in postremis editionibus, crescente paulatim mutandi audacia, pro *Vi ademptum* scriptum fuit *Vi adempta*. Facta vero est & cuidam Ciceronis loco in eadem voce iniuria in Catone maiore. Siquidem vbi legimus, *Quo in genere in primis est senectus, quam vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti*. Ille *Adeptam* scripserat. Iampridem enim in vet. exemplari hanc lectionem inueni, cui postea omnia, quæ Parisiensi editioni adhibita fuerunt, assentiri comperi. hoc enim annotationes illi subiunctæ testantur. Sed qui sibi in illa editione multa ex coniectura (proh facinus) innouare permiserunt, hac in re tot veterum librorum auctoritatem sequi ausi non fuerunt. adeo suspecta illis hæc Latinitas fuit, Eandem accusant *adeptam*, passiua significatione. Quidam tamen Nasonis locus, quoniam eius, quod ad sensum attinebat, difficilis mutatio erat, sacrilegas talium correctorum manus effugit.

SCHEDIASMA XXV.

De quibusdam valde subtilibus & argutis quæstionibus, quas Gellius apud Tauri philosophi mensam agitari solitas scribit, sicut & alias quasdam illis similes.

Quæsitum est (inquit Gellius libri sexti capit. decimo tertio) *quando moriens moreretur: an quum iam in morte esset, an tum etiam quum in vita foret. Et quando surgens surgeret: an quum iam staret, an tum etiam quum sederet. Et qui artem disceret, quando artifex fieret: an quum iam esset, an tum quum etiam non esset*. Hæc ille: a quo quæ prima proponitur quæstio, non dubito quin eo agitata modo fuerit, quẽ videmus in isto Sexti philosophi loco, libro tertio Pyrrhoniarum hypotyposeωn (quas olim a me interpretatas

luce

luce donaui, capite De generatione & corruptione, εἰ ἀπέθανε Σωκράτης, ἤτοι ὅτε ἔζη ἀπέθανεν, ἢ ὅτε ἀπέθανεν &c. Totius autẽ loci hæc est mea interpretatio, *Si mortuus est Socrates, mortuus est vel dum viueret, vel quum iam esset mortuus. Atqui non dici potest mortuus esse dum viueret: alioqui idem vixisset simul & mortuus fuisset. Nec vero dici potest mortuus quum iam mortuus esset: alioqui bis mortuus esse diceretur. Non igitur mortuus est Socrates.*

Quam autem difficile sit ad hanc quæstionem respondere, vel ex his Tauri verbis, quæ a Gellio subiungũtur, colligere possumus. *Sed ea omnia,* inquit, *quum captiones esse quidam futiles & inanes dicerent, Nolite* (inquit Taurus) *hæc quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Grauissimi philosophorum super hac re serio quæsierunt: & alij morientis verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putauerunt: alij nihil in eo tempore vitæ reliquerunt, totumque illud quod mori dicitur, morti vindicauerunt, &c.* Videtur autem Gellius, quum ait, *Totum illud tempus, quod mori dicitur,* intelligere de tempore, quod Latini *moribundi* appellatione exprimunt. quod certe est in mortis & vitæ confinio: ideoque non video cur illi totum id morti vindicauerint. Nam, qui *moribundus* a Latinis dicitur, sicut ex parte mortuus, ita ex parte viuus est.

Ceterum quemadmodum de morte, ita & de natiuitate quæstionem ibi proponit Sextus philosophus. Si, inquit, *natus est Socrates, vel natus est quum non exsisteret, vel quum iam exsisteret. Si natus est quum iam exsisteret, bis fuerit natus: sin vero est natus quũ non exsisteret, simul & exsistebat Socrates & nõ exsistebat. Exsistebat quidem quatenus natus erat: non exsistebat autem, secundum illam hypothesin.* Vtor autem in his interpretãdis, vel potius abutor verbo *Exsistere,* ad vitandam ambiguitatem: quia si dicerem, *Si natus est Socrates, vel natus est quum non esset,* intelligeret quispiam *Qui non esset natus.* Sic denique in sequentibus.

SCHEDIASMA XXVI.

De duabus alijs subtilibus & argutis quæstionibus, quæ a Gellio ibidem proponuntur.

QVæstionis illius, quæ apud Gellium proxime sequitur eam, de qua in præcedente Schediasmate disserui, eadem ratio est. *Quæsitum est,* inquit, *quando surgens surgeret: an quum iam staret, an tum etiam quum sederet.* Eadem (inquam) est ratio, quæ illius de qua disserui. nam vt ibi responderi non potest Socratem esse mortuum dum viueret, neque etiam quum iam mortuus esset: quoniam, qui respondebit eum mortuum esse dum viueret, eundem vixisse simul & mortuum fuisse dicet: at qui responderit mortuum esse, quum iam mortuus esset, bis mortuum esse illum dixerit: ita hic responderi non potest aliquem surgere quum iam stat, neque etiam dici potest surgere tum etiam quum sedet. Nam si quis di-

cat eum surrexisse tum etiam quum sederet, idem simul surrexisse & sedisse dicendus erit: sin respondeat eum surrexisse quum iam staret, bis ei tribuet illud stare. Eum enim e sedili surgentem dicit stare, quem iam tum fuisse stantem, non sedentem, ait. Responderet quidem vulgus Socratem surrexisse tum quum sedere desiit, sicut esse tum mortuum, quum desiit viuere: sed hoc non est ad interrogationem respondere, in qua responsionis etiam formula præscribitur.

Quod autem ad quæstionem tertiam attinet, eorum qui interrogabant, *quando artifex fieret is*, qui artem disceret, *an quum iam esset, an tum quum etiam non esset*, in ea certe eodem, quo in præcedentibus, modo hærendum est. Considerandum est enim non proponi hanc interrogationem, Quisnam fiat artifex, an qui iam sit, an qui nondum sit: sed Quando quis fiat artifex, an quum iam sit, an tum quum etiam non sit. Nam si respondeatur, fieri artificem quum iam est, absurda erit responsio, quum fieri non possit, vt quis illud fiat, quod iam est: sin respondeatur fieri artificem tum etiam quum non est, absurda hæc quoque fuerit responsio: quia simul dicetur fieri, vt sit artifex, & non esse artifex.

At vero apud Platonem aliud eadem in re captionis genus est: apud Platonem inquam in Euthyd. Tomi primi editionis meæ, pag 276 & deinceps. Quæritur enim, *vtrum qui discunt, ea discant quæ sciunt, an ea quæ nesciunt*. Respondenti enim, ea discere quæ nesciunt, opponitur quoddam exemplum, a quo ille ad fatendum contrarium compellitur. Sed postea captio in ambigua verbi μανθάνειν significatione esse ostenditur, ita vt eadem in Latina lingua repræsentari non possit: quum μανθάνειν sit, & quod Latine dicitur *Discere*, & quod Græce alio verbo ξυνιέναι.

SHEDIASMA XXVII.

De sophismate, quo Herophilus medicus illusit Diodoro sophistæ, dicenti luxatum sibi esse humerum, *ideoque medicam eius opem imploranti: & quomodo imitaretur id sophisma, quo ipse Diodorus* motum non esse *probare volebat.*

QVæstiones præcedentes reuocant mihi in memoriam quoddam sophisma, quo Herophilus Medicus illusit Diodoro Philosopho, vel potius Sophistæ. Quum enim Diodorus ad eum venisset, eius opem implorans, quod humerum sibi luxasset, negauit fieri posse vt luxatus esset humerus. Aut enim (inquit) in quo erat loco humerus, in eo excidit, aut in quo non erat. Sed neque excidit in quo erat loco, neque in quo non erat. Non igitur excidit. Vtor autem verbo *Excidit*, quia ille dicit ἐκπέπτωκεν, quum alioqui antea dixisset ἐκβαλὼν ὦμον, vbi ego verbo *Luxare* sum vsus. Cæterum hic medicus Diodoro illudebat, & simul ad sophisma alludebat, quo ille vtebatur, negans *motum esse*. Si (inquiebat) mo-

uetur aliquid, aut in quo est loco mouetur, aut in quo non est. Atqui neque in eo mouetur in quo est: (manet enim) neque in quo non est. (quomodo enim aliqua res aliquid agere possit eo in loco, vbi ne vllo quidem modo est?) Non igitur mouetur quicquam.

SCHEDIASMA XXVIII.

Quid responsuri sint Sceptici philosophi Ciceroni eos omnem actionem e vita tollere *dicenti.*

CIceronem hæc aduersus Academicos dicentem audimus in Acad. quæst. secundum libro quarto, qui Lucullus est appellatus, *Maxime autem absurdum, vitia in ipsorum esse potestate: neque peccare quenquam nisi assensione, hoc idem in virtute non esse. Cuius omnis constantia & firmitas ex iis rebus constat quibus assensa est, & quas approbauit: omninoque ante videri aliquid, quam agamus necesse est, eique quod visum sit assentiri. Quare qui aut visum aut assensum tollit, is omnem actionem tollit e vita.* Hæc ille. At Sceptici pro se pariter & pro Academicis responsuri sunt (quod enim Academicis obiicitur multo iustius Scepticis obiici potest) se actionem omnem e vita non tollere, (quod Græci, qui eos insectabantur, vocabant ἀνενεργήτους εἶναι) quoniam quamuis non assentiantur, aliquid tale vel tale esse, assentiuntur tamen tale, vel tale esse videri: & visorum rationē habentes, (aut visis acquiescentes) ea, quæ ad vitam communem pertinent obseruando, opinatione omni liberā agunt vitam. In his aut Sextum philosophum sequunt: cuius quoniā libri Græce nondum sunt editi, & verbis vtitur, quæ vix alibi reperiri queant, totum illum locum proferendum censui. Ita igitur ille,

Διὰ τοῦ μὲν τοῦ φαίνεσθαι τοῖον ἢ τοῖον τὸ ὑποκείμενον, οὐδεὶς ἴσως ἀμφισβητεῖ· περὶ δὲ τοῦ εἰ τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον φαίνεται, ζητεῖται. τοῖς φαινομένοις οὖν προσέχοντες, κατὰ τὴν βιωτικὴν τήρησιν ἀδοξάστως βιοῦμεν. ἐπεὶ μὴ δυνάμεθα ἀνενέργητοι παντάπασιν εἶναι. ἔοικε δὲ αὕτη ἡ βιωτικὴ τήρησις τετραμερὴς εἶναι· καὶ τὸ μέν τι ἔχειν ἐν ὑφηγήσει φύσεως, τὸ δὲ, ἐν ἀνάγκῃ παθῶν· τὸ δὲ ἐν παραδόσει νόμων τε καὶ ἐθῶν· τὸ δὲ, ἐν διδασκαλίᾳ τεχνῶν. ὑφηγήσει μὲν φυσικῇ, καθ᾽ ἣν φυσικῶς αἰσθητικοὶ καὶ νοητικοί ἐσμεν. παθῶν δὲ ἀνάγκῃ, καθ᾽ ἣν λιμὸς μὲν ἐπὶ τροφὴν ἡμᾶς ὁδηγεῖ, δίψος δὲ ἐπὶ πόμα. ἐθῶν δὲ καὶ νόμων παραδόσει, καθ᾽ ἣν τὸ μὲν εὐσεβεῖν παραλαμβάνομεν βιωτικῶς, ὡς ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀσεβεῖν ὡς φαῦλον. τεχνῶν δὲ διδασκαλίᾳ, καθ᾽ ἣν οὐκ ἀνενέργητοί ἐσμεν ἐν αἷς παραλαμβάνομεν τέχναις. ταῦτα δὲ πάντα φαμὲν ἀδοξάστως.

SCHEDIASMA XXIX.

De tribus trium Gellij locorum emendationibus.

GEllii quædam quum paulo ante afferrem, emendationum trium eius locorum sum recordatus: quas te celare nolo. Sunt duo in capite octauo libri primi. Hæc enim ibi leguntur de Laide Corinthia, *Conueniebantque ad eam ditiorum hominum ex omni*

Græcia celebres erant, neq; admittebatur nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem, Hinc ait &c. Quis putet A. Gellio (siue Agellio, vt quidam nominandum putant) in mentem venisse, ita quantitatis appellatione vti? vel potius, quæ aures puritati Latini sermonis assuetæ hoc illius vocabuli vsu nō offendantur? Contra autem lubenter (sat scio) alteram lectionem recipient, *Nimium quantum.* Quod si quis ne hanc quidem lectionem recipere velit, is se veteri etiam libro fidem derogare sciat, in quo ita legitur.

Primum autem eiusdem capitis vocabulum est *Phocion*, pro quo in eodem libro scriptum est *Sotion:* de qua itidem scriptura illi assentiar, donec quod de Sotione constat (cuius nonnulla edidi olim cum quibusdam Aristotelis & Theophrasti opusculis) idē de Phocione etiam constet.

Tertius locus est in capite tertio libri decimi octaui, cui eandem adhibere oportet emendationem, quam illi a quo Schediasma hoc sum exorsus: sed quod hic est vocabulum, multo vicinius est ei, quod substitui debet, quam esset illud. Nam illic *Quantum* pro *Quantitatem*, hic *Quantum* pro *Quanto* substituendum est. Locus est hic, *Tum exsurgit sententiæ dicendæ gratia homo quispiam turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus, sed lingua tunc atque facundia nimium quanto præstabilis.* Nam & hic minime dubium est, quin scribere oporteat *Nimium quantum.* Vtitur alioqui hisce verbis secus isto in loco, quam in altero, quum hic *Quantum* aduerbialiter ponatur, illic proprium vsum retineat. Sic vero ὅσον & ὀλίγον, quum dicitur θαυμαστὸν ὅσον, siue θαυμαστὸν ὀλίγον, vtrumque vsum habent: sed frequentius (si bene memini) eum, quo aduerbialiter ponuntur. Sonant autem proprie *Mirum quantum:* & hoc quoque modo quidam e Latinis scriptoribus sunt loquuti.

Sunt & alii Gellii loci quorum emendationes in alio quopiam Schediasmate inuenies. prius enim eos mea memoria inueniat oportet.

SCHEDIASMA XXX.

De obseruatione quadam quæ eodem pertinet quo Gelliana.

GEllianæ cuidam obseruationi aliam eodem pertinentem addidi, id est, margini libri mei e regione loci illius adscripsi; quam hic proponendam putaui. Scribit Gellius libri septimi cap. penultimo, *Quoad viuet quum dicitur, item Quoad morietur, videntur quidem duæ res dici contrariæ, sed idem atque vnum tempus vtraque verba demonstrant.* Hæc ille: mea autem pertinens eodem obseruatio est hæc, quod & quum dicitur *Periculum vitæ* & *Periculum mortis*, res vna eademq; significatur. Quoniam periculum vitæ amittendæ (hoc enim subaudiendum est) non aliud est, quam mortis periculum.

SCHEDIASMA XXXI.

De Gelliana cuiusdam loci Homerici interpretatione falso reprehensa.

GElliana interpretatio cuiusdam loci Homeri placere quibusdam non potest: sed fortasse placitura est, vbi eam me defendentem audiuerint. Legimus igitur apud eum, libri primi capite vndecimo, *Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibundos.*

> Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ
> ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισι.

Interpungimus autem post θυμῷ, nõ meum iudicium, sed illam editionem sequor, vnde hæc depromsi. hæc enim ἐν θυμῷ non cum μένεα πνείοντες sed cum μεμαῶτες iungi puto. Neq; vero Gellium his verbis *Conspiratu tacito nitibundos* interpretari voluisse existimo verba illa, σιγῇ μένεα πνείοντες, sed ista, ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισι. quomodo enim ignorasse Gellium credibile sit σιγῇ ad verbum ἴσαν pertinere? Sed enim quia notissimum est illam vocem *Tacito* conuenire cum ista σιγῇ, non mirum est illa Gellii verba pro interpretatione prioris versus quosdam habuisse: quibus haud itidem notum fuit, hæc quoque verba ἐν θυμῷ interdũ idem valere, quod aduerbiũ σιγῇ vt certe hic a Gellio accipi, & quidem recte accipiente, dico. Nam & quod ab eodem poeta dicitur ἐν θυμῷ χαίρειν, Tibullus dixit, *In tacito sinu gaudere*, item, *In tacito sinu clausa gaudia cohibere*: quum alioqui prouerbium illud & breuiore & vsitatiore loquendi forma efferendo, diceretur, *In sinu gaudere*.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

Id est,

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM;

Liber II.

qui est

Succisiuarum FEBRVARII horarum pensum:

SCHEDIASMA I.

De errore qui est in primo limine operis Dipnosophistῶn Athenæi.

IN Limine huius operis Februario proprii magnum quoddam mendum a limine operis Dipnosophistici, quod nobis Athenæus reliquit, remouere volo: quod quo maius est, eo magis a nemine (quod sciā) animaduersum esse miror. Legimus enim in illius limine, *Τί αὐτὸς ὦ Ἀθήναιε μετειληφὼς τῆς καλῆς ἐκείνης συνουσίας τῶν νῦν ἐπικληθέντων δειπνοσοφιστῶν, ἣ λέγεις αἳ χ' ἦν πάλιν πολυθρύλητος ἐγένετο, ἢ παρ' ἄλλου μαθὼν, τοῖς ἑταίροις διηγήσω;* Sed quid sibi vult illa vocula Τί, quæ primam in hoc sermone sedem habet? Etiamsi hāc orationem in partem omnē verses, quid illæ duæ literæ sibi velint non reperies. Nec mirum, quum non scripta sit ab ipso Athenæo, tanquam ad eam pertinens, sed a librario quopiam perperam adscripta, eam intro recipiente, quæ extra collocata fuerat. Quum enim Timocratis, qui loquitur, persona primis duabus literis notata extrinsecus fuisset hoc loco, sicut & paulo post (quemadmodum etiam Athenæi colloquentis personam primis duabus A & Θ notatam videmus) librarius quispiam hoc non animaduertens, ex literis Τι, quæ pro *Τιμοκράτης* ab Athenæo scriptæ erant, superposito vocali ι accētu acuto fecit particulam interrogatiuam Τί. Nondum mihi credis? Mihi credas faxo, vbi etiam principium dialogi Platonici, quod imitatum Athenæum esse dico, protulero. Audi igitur Phædonis principium, *Αὐτὸς ὦ Φαίδων παρεγένου Σωκράτει, ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ τὸ φάρμακον ἔπιεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ ἄλλου*

λλου του ἤκουσας; Atque vt huic Echecratis interrogationi respondet Phædo, Αὐτὸς ὦ Ἐχέκρατες, sic in illo Deipnosophistan primo libro Timocrati respondet Athenæus, Αὐτὸς ὦ Τιμόκρατες μετέχων. Scribendum igitur, Τ. αὐτὸς ὦ Ἀθήναιε &c. nisi pro T solo malis, vel Τιμ. nam Τι. non sine periculo scribi hic posse ostendit error ex hac scriptura natus vel Τιμοκρ vel Τιμοκράτης, nihil abscindendo. Interpres autem putauit τι significare *Nunquid* quæ certe plane noua est, atque inaudita significatio. At vero errores in audacis pariter & imperiti hominis interpretatione inuenire, minime nouum est: qui de lectoribus eo tantum nomine bene meretur, quod amplam illis risus materiam plerisque locis præbeat. ex quibus vnus est non procul ab hoc principio, vbi Apollodori versus quosdam Latine reddere conatur. in eorum enim postremo vocem δίφρον interpretatus est *Essedum*. Qua interpretatione nulla fingi magis ridicula potest. ex his enim quæ præcedunt colligi poterat ab eo cui vel mica iudicii esset, δίφρον vel *sedile*, vel aliquid saltem esse, quod sedilis vsum præstet. Ita enim Apollodorus,

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
ἔστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου
εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντα τὰς θύρας.
ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτόν ἐστιν, ἡ κύων
ἔσηνε, καὶ προσῆλθεν. ὑπαντήσας τις,
Δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ
Μηδέν.

Quum aliquis inquit, *domum amici ingreditur, beneuolentiam amici eam in ipsis foribus perspicere est Primum ianitor hilaris est, canis adblandiri incipit: adest aliquis statim, qui sedile illi ponat, non exspectans donec id facere iubeatur.* At ille ita,

Domos amici ingressus atq; limina,
Statim videbis Nicophon gaudentia
Iucunda amiciq; obuiantis pectora.
Iucundus est ianitor, mouens caudam canis
Occurrit: alter iam parauit essedum Iniussus.

Cogita lector, quam spatiosa fuisse oporteret cœnacula, si quidem in ea inferri solerent plaustra siue esseda, in quibus tanquam sedilibus, sederent quicunq; ex amicis ingressi essent. Sunt vero & alia, quæ tibi de his esse discogitanda relinquo, vt participare mecum risum possis, quē tibi inuidere nolui. Sed in penultimo versu mendosum esse ὑπαντήσας, admonere te volo. At si ὑπαντῶν scribas, recte certe α in ω mutaueris: sed tum quoq; producere υ in præpositione ὑπὸ necesse erit. quod non absre mirum cuipiam videri possit.

SCHEDIASMA II.

De loco Dionysii Halicarnassei, in ipso historiæ eius limine, cui duo interpretes contrarium sensum dederunt.

A Limine ad limen transire libet: id est, ab emendatione loci, qui est in limine operis Athenæi, ad emendationem alterius me conuertere, qui est itidem in limine operis Dionysii Halicarnassei. Quum tamen illic non solum interpretationem, sed ipsum etiam textum, vt vulgo appellamus, corrigere oportuerit: hic interpretatio duntaxat corrigenda, & de falsa interpunctione, quæ duos interpretes in grauissimum errorem impulit, admonendus lector erit. Quem enim grauiorem vllus interpres potest errorem committere, quam quum in ipso operis initio, tam procul a sui auctoris mente recedit, vt verba Latina contrarium sonent ei, quod sermone Græco dicitur? Talis est tamen ille error. Ita enim Dionysius,

Τοὺς εἰωθότας ἀποδίδοσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν λόγους ἥκιστα βουλόμενος ἀναγκάζομαι καὶ περὶ ἐμαυτοῦ προειπεῖν. ἐν ᾧ οὔτε ἐν τοῖς ἰδίοις μέλλω πλεονάζειν ἐπαίνοις, οὓς ἐπαχθεῖς οἶδα φαινομένους τοῖς ἀκούουσιν. οὔτε, &c.

At Lapus Florentinus ita. *Quum minime vellem rationes, quæ reddi solent in procœmiis historiarum scribere, de me præfari cogor: nec extollendis tamen laudibus meis superflue vacaturus, quas molestas audientibus scio: nec &c.*

Quinetiam Sigismundus Gelenius ita. *Etsi non libet hac præfatione rationem scribendi reddere, necesse tamen habeo primum de me ipso dicere: nō propriis laudibus immoraturus, quas scio molestas videri audientibus: nec &c.*

At ego contendo locum hunc interpretandum esse, ita (si non iisdem verbis, at certe quorum sit idem sensus) *Rationes quas in procemiis historiarum moris est reddere, de me afferre in hac præfatione necesse habeo: quod alioqui minime vellem. Sed neque multus in propriis laudibus sum futurus, quas audientibus graues molestasque videri scio: nec &c.*

Ambobus autem illis interpretibus ita in ipso limine impingendi & sensum omnino inuertendi caussam fuisse manifestum est, quod post ἥκιστα βουλόμενος interpungerent, & accusatiuos τοὺς εἰωθότας λόγους, cum illo participio βουλόμενος iungerent: quum contra non aliter sit intelligendus hic locus, quam si hoc collocata ordine essent verba, ἀναγκάζομαι περὶ ἐμαυτοῦ τοὺς εἰωθότας ἀποδίδοσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν λόγους, ἥκιστα βουλόμενος. Perinde ac si diceret, καίπερ ἥκιστα βουλόμενος. Neque vero culpam reiicere possunt illi interpretes in ea, quibus vsi sunt exemplaria: quum animaduertere deberent, Dionysium id diligentissime in tota hac præfatione præstare, quod se præstiturum esse negasset, vt quidem eum interpretabantur. Vix enim vllam prætermisisse comperietur ex iis rationibus, quæ in procemiis historiarum reddi solent.

SCHE-

SCHEDIASMA III.

De quibusdam locis historiæ Dionysii Halicarnassei, in quos nomina, quæ vocantur appellatiua pro iis, quæ propria dicuntur irrepserunt: de aliis item aliorum emendationibus.

Dionysii Halicarnassei historicos libros voluēs, quum aliquid in iis quærerem, quod me olim apud eum legisse recordabar, margini adscriptas inueni quasdam emendationes ex coniectura, (& quidem ab eo iam tempore, quo pater meus auctorem illam luce donauit) quæ hic lectori propositæ, cautiorem eum, quum eosdem libros in manus sumet, reddēt: utæ videntur. quoniā in iis, quomodo vocabula quædam appellatiua sedem propriorum occuparint, videbit.

Pagina igitur octaua, non procul a fine, scriptum ibi est, κἀν τῷδε ἐν δὴ κατὰ τοῦτον μηδὲν διαφέρειν τὸ τῶν Ἀβοριγίνων φῦλον ἂν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ δὴ λέγω. τοῖς γὰρ ἀοικίοις οὖσι μιγάσι, καὶ μηδεμίαν γῆν βεβαίως ὡς πατρίδα κεκτημένοις, ταύτην ἐπιθέντο τὴν ὀνομασίαν ὡς τὰ πολλά. Sed pro δὴ λέγω annotatum ibi est scribendum videri Λελέγων, cuius nominis etymo quadrant, quæ a Dionysio dicuntur, sic appellatos esse eos, qui essent ἄοικοι & μιγάδες. nam & Eustathius scribit ita nominatos existimari, quod essent σύμμικτοι καὶ μιγάδες. Et alibi itidem tradit, a verbo λέγω significante συνάγω ductam esse illam appellationem, quod essent ἐκ πολλῶν συλλεγέντες ἐθνῶν. Atque hæc cum iis conueniunt, quæ a Strabone libro 13. scribuntur, hos Lelegas εἰς ὅλην τὴν Ἑλλάδα καταμερισθέντων.

Item pag. 33. vbi scriptum est, νῆσοί τε Προχύτη καὶ ἀκρωτήρια καὶ ἐπιτυχεῖ προσορμισάμενοι, pro his duabus vocibus καὶ ἐπιτυχεῖ alia lectio annotata ibi est ex coniectura, Καιήτη de qua non video, quomodo dubitari possit. quum hoc promontorium a nutrice Æneæ nomen hoc accepisse tradat, sicut & Virgilius in primis libri septimi versibus.

Est vero & de hoc monendus lector, in nonnullis locis priorem interpretem Lapum potiorem nostra lectionem sequutum esse: vt pag. 21. de Minerua, καὶ παρ' ἐκείνῳ, τέως εἰς ὥραν ἀφίκετο τρεφομένη, pro ὥραν ille νεᾶνιν se legisse ostendit: quod est huic loco multo aptius. Et pag. 57. circa principium, παιδίλια, nō παιδισκίλια. Quinetiam in nominibus propriis alicubi eius exemplar meliorem habuisse scripturam videtur. Ne hoc quidem dissimulare volo, illū aliquot locis quædam in suo exemplari inuenisse, quæ in nostro non fuerint. Monendus est præterea de cōferendis locis aliquot, qui ab Eusebio afferuntur. Quo tamen labore, vel potius quibus laboribus, eum leuabit, vt spero, quæ a me prodibit historici illius editio, cum noua interpretatione, cuius iam oblatum mihi specimen summopere placuit.

hunt *Probati* & *Cogniti*: vt ab eodē in Verrem *Certæ res* dicuntur, quæ probatæ sunt & iustæ, vereque cognitæ: vbi scribit, *Hæc omnia non rerum certarum sed furtorum improbissimorum sunt vocabula.* Atque ita *Nebulonem certum* appellari, qui sit cognitus & spectatus, in quadam ad Atticum epistola. Quidā vero *Certum patremfamilias* dici tradunt *bonum & constantem.* Ac me quoque fateor olim *Certi patrisfamilias* exposuisse *Rectam regendæ familiæ disciplinam constanter tenentis.* Verum quum postea considerarem nullā harum expositionum aptam fore illi alteri loco, vbi dicitur *Certissimum genus epistolarum*, aliam quæ vtrique conuenire posset excogitaui: vt nimirum *Certus paterfamilias* is dicatur *Qui certo nomen patrisfamilias meretur, Quem patrisfamilias nomine dignum esse certum est, Ad quem certo pertinet nomen patrisfamilias.* Hoc saltem constat, si hæc expositionis forma loco isti conueniat, nos eadem posse vti & in illo altero, vbi dicitur *Certissimum genus epistolarum*: at si dicamus *Certum patremfamilias* esse *Probatum* & *cognitum*, vel *Spectatum*, quum ad alterum illum locum veniemus, aliā expositionem quærere necesse erit. Sed ad illum iam veniendum est. Inueniemus autem in secundo Epistolarum ad familiares libro, in principio vnius earum, quæ ad Curionem scriptæ sunt, *Epistolarum genera multa esse non ignoras: sed vnum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. Huius generis lit. &c.* Quo cum sensu, obsecro, genus illud appellari *certissimum* diceremus? Non certe, quod maxime probatum sit & cognitum, quod maxime spectatum: sed, vt opinor, cui certissimum sit epistolæ appellationem conuenire. Perinde ac si diceret Cicero, *Varia sunt scribendi genera* (vel, *varia sunt scriptiones*) *quibus appellatio epistolarum tribuitur, ac dubitet quispiam fortasse, an satis omnibus illa conueniat: sed iis sane conuenire scriptionibus certissimum est quarum caussa inuenta res ipsa est, vt certiores fac. &c.* Scio equidē doctum quendam virum *Certissimum genus epistolarum* exposuisse *Verissimum & maxime germanum*: quæ expositio a mea non dissentit, sed non itidem indicat quo respiciens Cicero adiectiuo illo potius quam alio vtatur.

Ceterum quum σαφὲς sit Græcis, quod Latinis *Certum*, de his dissertenti locis venit mihi in mentem quidam Xenophontis in OEconomicis, vbi πενίαν σαφῆ itidem vocat, *Rem cui certo paupertatis nomen conueniat*: vbi scribit, ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς, τὸ δεόμενον αὐτὸν μὴ ἔχειν χρῆσθαι. Q.d. *Misera est hæc res, eo quod domi habeas, non posse vti quum opus est, quod inuenire nequeas*: & qui hanc rem paupertatem vocabit, is minime errabit.

SCHEDIASMA VI.

Quid sit Veritas *apud Ciceronē in orat. Pro P. Quintio, vbi dicit,* In

tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam, P. Quintius confugerit.

VEritas ex iis est vocabulis in quibus perspici potest, quod in proxime præcedente Schediasmate dixi, quum loquerer de iis, quæ intelligi potius videntur, quem intelliguntur. Ideo autem huius vocabuli potius, quam alius mentionem facio, quoniam legitur in loco, qui valde vicinus est ei, quem ibi citaui. *Quum*, inquit *tot tantisq; difficultatibus affectus atq; afflictus, in tua C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam, P. Quintius confugerit: quum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit: quum ei summam per iniuriam omnia inium &c.* Quid enim hic *veritatis* appellatione significari dicemus? quam esse hanc C. Aquili: sicut *misericordiam*, ita etiam *veritatem*, ad quam P. Quintius confugerat? Neque [illegible] hic valet profecto quod passim, neque id etiam omnino, quod paulo ante, quum diceret, *Si apud hoc consilium ex opibus nō ex veritate, caussa pendetur.* Hic enim *Veritas* appellari existimatur *Bonitas caussæ* & *æquitas.* quæ expositio illi alteri loco minime congruere potest, huic tam in satis apta, meo iudicio: multo quidem certe aptior quam eorum, qui dicunt significare *innocentiam*, qua veritas minime nititur: vt sit subiectum pro re ipsa positum. Et quamcunque hic significationem isti nomini dederimus, eandem statim post dare oportebit, vbi dicit, *Certe aut apud te & eos, qui tibi adsunt veritas valebit, &c.* Posset autem aliquis fortasse vulgari etiam contentus vtrobique esse: (præsertim quum præcedat, *Vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur*) at in illo, quem primum proposui considerandū loco, fieri posse non videtur, vt *veritatem Aquilij* vocet eius ἀλήθειαν. Interim tamen mihi fit verisimile Ciceronem de industria vsum hic esse hac potius quam alia appellatione, vt quod caussæ P. Quintii tribuerat, idem & iudici illius caussæ Aquilio tribueret. quasi dicat, Sicut dixi hanc P. Quintii caussam veritate niti, & nihil esse illi timendum, dummodo non ex opibus, sed ex veritate pendatur: ita etiam ipse ad tuam fidem, veritatem misericordiam confugit. Sed quid tandem putabimus *Veritatem* hic esse? Nullum certe inueni qui exponeret: neque aptius quicquam occurrit quam vt *Iustitiam* esse dicamus (sicut Budæus in quodam loco orationis pro Deiotaro vult accipi) aut *Veritatis studium*, id est, non ἀλήθειαν, sed φιλαλήθειαν, significare putemus. (quum viri boni sit esse φιλαλήθη. vt ab eodem Cicer. dicitur, De offic. lib primo, *Vir bonus, & simplicis veritatis amicus.*) Alioqui *Tuam* intelligerem *Tibi amicam, Quæ a te colitur, Quæ valet in omni iudicio, quod a te exercetur.*

At *Verum* est pro *Æquum* est, vel *Iustum* est, multo magis est in vsu.

SCHE-

SCHEDIASMA VII.

De quodam vsu particulæ Quo *&* Quod, *apud Ciceronem valde mihi suspecto, Ciceronianis tamen valde frequenti.*

PArticulæ *Quo* & *Quod* passim apud Ciceronem occurrunt, non solum in similibus locis, sed in iisdem: quoniam contingit, vt in vno eodemque loco exemplaria quædam hanc, quædam illam particulam habeant. Reuocarunt autem mihi in memoriam hũc particulæ *Quo* abusum, loci duo proximi iis, quæ modo ex oratione Pro P. Quintio attuli. Ibi enim exemplaria multa habent, *Non eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & constantia: aut quo non iis quos tibi aduocasti viris lectissimis ciuitatis spem summam habere P. Quintius debeat.* Sed & *Quod* vtrobique in libris nonnullis legitur. Sic autem & in aliis quamplurimis vel potius infinitis locis ita vsurpata hæc particula reperitur: sed ita vt in plerisque altera illa *Quod* exstet in aliis exemplaribus. Sic in quadam ad Oppium epistola, *Tu mi Oppi conseruabis amorem tuum. etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem.* Sic etiam in principio epistolæ tertiæ libri sexti, præcedente particula *Quam:* vbi scribit, *Superioribus literis, beneuolentia magis adductus, quam quo res ita postularet, fui longior.* Vbi autem particula negatiua præponitur, non semper in posteriore parte sequitur *Sed quo*, vel *Sed quod*, verum alia plerunque forma oratio absoluitur, vt in quadam ad Pætum, quæ est libro nono, *Hæc tibi antea non rescripsi: non quo cessator esse solerem, præsertim in literis, sed quum explorati nihil haberem, nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.* Interdum autem subiungit *Sed tamen*: vt in eodem libro, in ea ad Dolabellam epistola, cuius principium est, *Vel meo ipsius interitu &c.* Legimus enim paulo post, *Non quo ita sim fractus, vt aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est.* Alicubi interiiciuntur etiam paucula verba inter *Sed* & *Tamen*: vt epist. ad Atticum libro nono, in ea cuius prima verba sunt, *De Epicuro, vt voles. etsi &c.* nam paulo post legimus, *Nihil habeo ad te quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, vt eliciam tuas literas: nõ quo aliquid ex his exspectem: sed nescio quomodo tamen exspecto.*

Ex his locis, quis sit illarum apud Ciceronẽ particularum vsus, manifestum esse potest: quibus infiniti (vti dixi) adiici possent. Sed veniendum iam est ad eas rationes, propter quas iis potius exemplaribus fidem habendam censeo in quibus *Quod* quam iis in quibus *Quo* scriptum est. Ac primum quidem illam exemplarum controuersiam (si vocare ita licet) reddere controuersum illum particulæ *Quo* vsum, fateantur omnes oportet: aut saltem alterutrius harum vsum suspectum reddere. Quæ tamen controuersia

mitius in Pauli Manutii, quam in aliorum, ac præsertim Lambini, editionibus perspicitur. Manutio enim passim ita placuit ea lectio, quæ habet *Quo* vt alteram *Quod* ne margini quidem adscribere dignatus sit: atq; hinc factum est, vt Ciceroniani multi non hac sed illa particula vtendum sibi putauerint, si puri putique Ciceroniani esse vellent.

Tutius tamen, vt dicam esse illos sequi libros in quibus *quod* legitur, tribus rationibus impellor, quas lectorem diligenter ponderare velim.

Prima est, quoniam etiamsi *Quo* constaret a Cicerone scriptum esse tamen non aliud valere dici posset quam *Quod*, in ea significatione qua ponitur pro *Quia*. Ac si quis forte tanto contendendi studio teneretur, vt hoc etiã quod apertũ est negare vellet, aliquot conuinci locis posset. quorum vnus est in vna ex epistolis, quæ ad Cornificium scriptæ sunt, libro duodecimo. Hoc enim est illius principiũ, *Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quã significasti literis. quam vt conserues, non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo.* Hic enim non aliud valere *Quo* quam *Quia*, ex posteriore parte apparet, in qua habemus hãc ipsam particulã *Quia*: quum tamen perspicuum sit non alium posse in priori vsum habere *Quo*, quam habeat in posteriori *Quia*. Ad exemplarium autem testimonia quod attinet, non eorum tantummodo, quæ manu sed eorum etiam, quæ typis scripta sunt, Manutium quidem illo suo de quo dixi more, hic *Quo* in sua editione posuisse fateor: sed multas multorũ editiones illi repugnare dico, partim ex vetustioribus, partim ex recentioribus: & nominatim quidem eam cui Dionysius Lambinus præfuit.

Hoc quidem certe nemo negauerit, quod dixi, eundem vtriusque particulæ vsum esse debere, & eius quæ priori & eius quæ posteriori orationis parti adhibetur: ideoq, quum dicit Cicero, *Non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi. &c.* non alium sensum esse, quam si ita loquutus esset, *Non quia de tua constantia dubito, sed quia mos est ita rogandi.*

Secunda ratio, qua inducor, hæc est, quod loci inueniuntur, vbi non eandem vtraque pars orationis particulam habet, quamuis eundem vtriusq; vsum esse oporteat: sed in vna *Quo*, in altera *Quod* legitur. Epistola quarta libri sexti exemplũ nobis exhibebit: quũ in ea hæc exstent, *Equidem quum hæc scribebam, aliquid iam actum putabam: non quo ego certo scirem, sed quod non difficilis erat coniectura.* Quis vero Ciceronem hæc ita scripsisse putet, vt in locis adeo vicinis, vel potius in vno eodemque loco (quum hi duo pro vno haberi possint) diuersis eadem in re particulis vsus sit, & tamen ita diuersis, vt in literæ vnius adiectione diuersitas tota consistat? Adde quod valde suspectã hic reddere potest particulam *Quo* vel illa scripturæ huius loci discrepantia, quæ est in typographicis editionibus

nibus: quum nonnullæ (vt dixi) in priori parte nobis exhibeant *Quo*, in posteriori *Quod*: quædam vtrobique *Quod*. quamuis Pauli Manutii (hāc alioqui valde amantis particulam) posteriores quoque editiones, & quædā etiam filii eius, quæ prodiit septuagesimo secundo post millesimum & quingentesimum anno, ex iis sint quę *Quo* in priori parte, *Quod* in posteriori habent.

Tertia ratio quæ me impellit vt *Quod* non *Quo* in locis huiusmodi Ciceronē scripsisse credam, ea est, quod nonnulli inueniuntur loci vbi quum prior pars orationis in nonnullis quidē exemplaribus *Quo*, in aliis autem *Quod* habeat, nō iam in posteriori eadem esse a tertia parte possit, sed vbi legere *Quod* necesse sit. Exemplo esse ille ipse locus poterit quem modo attuli. Ibi enim legimus, *Non quo ego certo scirem, sed quod non difficilis erat coniectura.* Vbi exemplaria omnia *Quod* in posteriori parte coacta fuerunt retinere, etiā ea quæ alioqui in priori non hanc sed alterām particulā agnoscebant. videbant enim librarii posse quidem ferre aures *Non quo scirem*, pro *Non quod scirem* (propter alios plerosque similes locos) at vero, *Quo non difficilis erat*, pro *Quod non difficilis erat*, vix illas aures propter insolentiam esse admissuras. Si autem non vana est mea suspicio, si nullos illi locos Ciceronis deprauassent, quibus ille particulam *Quod* adhibuerat, non minus insolens ille alter vsus esset alterius voculæ *Quo*. Alterum autē vsum appello eum, in quo cum præsenti modo optatiui iungitur.

SCHEDIASMA VIII.

Quoad *pro* Quod ad *scriptum itidem inueniri, orto errore ex præcedenti.*

SI autem *Quo* in illis quos citaui locis, aliisque eiusmodi quamplurimis perperam scriptum esse fatendum est, ac substituendum esse *Quod*, eadē certe ratione *Quoad* male scribi fateri oportebit, illis in locis vbi nihil aliud, quam *Quod ad* potest significare. Neque enim de eo particulæ huius vsu loquor quo iungitur cum verbo *Possum* pro *Quantum* (cum verbo *Possum*, inquam, aut aliis quibusdam ἰσοδυνάμοις habentibus: veluti quum dicit Cicero in vna ex orationibus De lege agraria, *Quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret*) neq; de eo quem habet vsu quum ad tempus refertur, pro *Quamdiu*, seu *Quantisper*, aut *Interim dum*: sed de illo quem ibi habet vbi verbum *Attinet* relinqui subaudiendum dici potest. veluti in hoc loco, *Nec interest, quoad feras bestias & volucres, vtrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno.* Neque enim quisquam (vt opinor) negauerit, verbum *Attinet* hic subaudiri, præsertim quū ab eo, qui hæc scripsit adduci etiam potuerit. Est autē quidam Ciceronis locus, qui quamuis verbum *Peruenit* additum haberet, tamen *Quoad*, non *Quod ad*, in prioribus editionibus legebatur, in prima actione De lege agraria, *Animum vos, qui amplissimo populi*

Senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis: quoad quemq; peruenit, peruenerit, ex præda, ex manubijs, &c. ita enim legebatur in quibusdam superioris temporis editionibus, vt testantur etiam Dictionaria, quæ locum hunc in exemplum afferunt talis vsus vocabuli *Quoad* talis vsus, inquam, quem sibi fingebant, qui mendosam esse scripturam illam ignorabant. Ceterum si vbi etiam additum erat aliquod verbum, tamen error ille irrepsit, mirum esse nõ debet, si vbi verbum illud *Attinet*, subaudiendum relinquebatur, erratum fuerit.

SCHEDIASMA IX.

Quiddam apud Platonem de cupiditatibus præposterum dici, ob vnam literam verbo cuidam male adiectam.

IN Philosophorum præsertim libris, vel vna literula magnæ deprauationis loci alicuius caussa esse potest. Id adeo apud Platonem etiam expertus sum nuper (nunc enim ex eius scriptis petito exemplo, cuius mihi recẽs est memoria, contentus esse volo) in dialogo cui nomen est Philebo: pag. 45. tomi secundi, meæ editionis: vbi legitur, τί δ' οὐχ (nisi scribendum est τί δ'; οὐχ) αὗται τῶν ἡδονῶν ὑπερβάλλουσιν ὧν ἂν καὶ ἐπιθυμίαι μέγισται προσγίγνωνται; Vnius enim literulæ in verbo προσγίγνωνται adiectione locum hunc ita deprauari dico, vt philosophicæ isti disputationi tenebræ offundantur: ausim etiam dicere, vt non solum menti Socratis, sed ipsi etiam rationi repugnetur. Agitur enim ibi de *voluptatibus, & quæritur quænam sint maximæ.* Ac quum probare velit Socrates, *omnium maximas ægrotis potius, quam sanis contingere,* interrogat *annon maximæ sint voluptates quarum etiam cupiditates sunt maximæ.* Hoc autem concedente Protarcho, quærit *annon ii, qui febri alijsq; huiusmodi morbis tenentur, magis sitiant & algeant, magisq; cetera patiantur, quæ per corpus pati solent: annon etiam magis in indigentia versentur* (dicit enim ἐνδείᾳ ξυγγίγνονται) *&, quum replentur, maiores voluptates percipiant.* Atqui, vt hæc vera sint, necesse est, vt dicamus (quod & rationi consentaneum est, atque adeo ipsa experientia docet) cupiditates earum rerum, quarum fruitio nobis voluptatem affert, non accedere, id est, προσγίγνεσθαι, sed præcedere, id est προγίγνεσθαι. Vnde enim oritur cupiditas? ex vacuatione. Cupiditas igitur, cuius rei est cupiditas? repletionis. Exempli gratia, Qui sitit, vacuatus est: ideoque repleri potu cupit. Nec vero dubium est, quin Socrates hoc in loco ἐνδεῖν appellet, quam cum aliis locis, tum vero pag. 35. κένωσιν nominat. sicut & κενοῦσθαι ibidẽ dicit, & pag. quæ illam præcedit. Quinetiam pag. 47. faciens mentionem eorum, quæ antea dixit, ita loquitur, ἃ τοῖς ἔμπροσθεν μὲν διήλθομεν ὡς ὁπόταν αὖ κενῶται, πληρώσεως ἐπιθυμεῖ· καὶ ἐλπίζων μὲν, χαίρει κενούμενος δὲ, ἀλγεῖ. Vbi ego participia hæc participiis itidem nolim reddere, sed potius, ἐλπίζων, *Quatenus sperat*: eodemque modo.

modo, κενούμενος, *Quatenus vacuatur*. Ex his autem, sole clarius esse puto, scribi debere περιγίγνων.) Quo verbo vtitur hic etiã scriptor (ne forte in hoc tãtum eius loco inuentum iri putes) pag. 39. quinetiam duo, quæ multo minus sunt vsitata, ibidem habes, περιχαίρειν & περιλοπεῖσθαι.

Sed ad illam emendationem addo, velut ἐν παρόδῳ, aliam cuiusdam vocis, quæ breuissimo sequitur interuallo. nam ἀποπληρούμενοι, aut ἀποπληρουμένως (videlicet τῆς ἐνδείας) scribendum esse dico.

SCHEDIASMA X.

De eo quod ex Platone affertur in proxime præcedente Schediasmate, de voluptate quam ægroti quidam percipiunt.

ÆGrotos quod dicit Plato (vel potius Socrates apud Platonẽ) *voluptatem quandam longe maximam, siue voluptates longe maximas percipere*, male quidam attulit tanquam serio dictum. Atq; illius error occasionem mihi præbet nouitios (vt ita dicam) Platonis lectores monendi, vt diligenter animaduertant, Socratem non solum εἰρωνεύεσθαι plerumque, sed etiam multa, quæ absurda sint ex verbis eius, aduersus quem disputat, elicere: atq; adeo illum ad fatenda absurda compellere. Id certe illo quoq; fit in loco. cum enim, qui voluptates corpore dicat percipi, & maximas omnium esse illas, quas maximæ cupiditates antegressæ fuerint, eo adigit, vt fateri necesse habeat quarundam voluptatum maiorem fruitionem ægrotis, quam sanis contingere. Hoc autem, qui considerauerit, is, quemadmodum dictum olim a Nasone fuit,

Non habet vnde suum paupertas pascat amorem,
Non tamen hoc tanti est pauper vt esse velis:

ita etiam dicet,

Est sua nonnullis ægris permagna voluptas:
Non tamen hac tanti est æger vt esse velis.

Deligit autem eo in loco ex ægrotantibus eos, qui febricitant, de quibus illud dicat: propter sitim præsertim, quæ in illis quum longe sit maxima, ideoque longe maxima sit potus etiam cupiditas, necesse est, vt quum κένωσις hæc suam πλήρωσιν nanciscitur, voluptas longe maxima percipiatur, & quidem longe maior quam a sanis.

SCHEDIASMA XI.

Platonem alicubi περὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, id est, de cupiditatibus, *id dicere quod alibi dicat περὶ τῶν ἡδονῶν, id est, de* voluptatibus.

EXaminandum aliud quiddam est in eo quem paulo ante attuli loco ex Platonis Philebo: vbi quum fiat cupiditatũ & voluptatum mentio, librarii errore factum esse ostendi, vt præpostetum quiddam a Platone dicatur, quasi accedant voluptates, non

autem antecedant. Lectorem igitur Platonis censui monendum, antequam illi Philebi loco valedicerem, quamuis ea sit ἐπιθυμιῶν, id est cupiditatum natura, quam ibi dixi, & præcedant ipsas voluptates, quas ἡδονὰς vocant, eum tamen alicubi ἐπιθυμιῶν vti appellatione, vbi ἡδονῶν appellationem adhibere potuisset, ac fortassis etiam, in sermone ἀκριβεῖ, debuisset. Ex iis locis, vbi voce illa sic vtitur, vnus est pag 68. Tomi primi. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως, ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν; Hic enim *Cupiditates* pro ipsis *Voluptatibus*, id est quod præcedit (vt apparet ex iis, quæ in illo Schediasmate uno fuerunt dicta) pro eo quod sequitur, poni dixerit fortasse quispiam: atque id vel ex aliis ipsius et Platonis probare conetur locis, vbi περὶ σωφροσύνης, id est, *de temperantia*, verba facit. Eam enim esse dicit τὸ κρατεῖν ἡδονῶν: alicubi tamen & ἐπιθυμιῶν appellationem addens. vt pag. 196. Tomi tertii, εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη, τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. Item pag 430. Tomi secundi, Κόσμος πού τις, ἦν δ' ἐγώ, ἡ σωφροσύνη ἐστὶ, καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι. Quum autem alterutra tantum appellatio huic definitioni σωφροσύνης adhibetur, ἡδονῶν potius quam ἐπιθυμιῶν fit mentio, non ab illo solum verumetiam a ceteris philosophis. Eodemque Latini modo quum suam *Temperantiam* definiunt, *voluptatum* potius quam *cupiditatum* mentionem faciunt. veluti quum Cicero *Temperantiam in prætermittendis voluptatibus cerni dicit*: & alibi, *constare ex prætermittendis voluptatibus*. Quinetiam cum verbo ἡττᾶσθαι lubenter alii ἡδονῶν, aut etiam ἡδονῆς appellatione vtuntur: dicentes, ἡττᾶσθαι περὶ τὰς ἡδονὰς, vel περὶ τινα ἡδονήν: sed Plato, vt in illo quem citaui loco sic etiam alibi ἐκπλήττεσθαι περὶ τὰς ἐπιθυμίας dicit. vt pagin. 439. Tomi secundi, τὸ δ' ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ καὶ διψῇ, καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται. Vt tamen minus hos Platonis mirer locos in quibus dicit ἐπτοῆσθαι περὶ τὰς ἐπιθυμίας, facit quidam Aristoteleus, vbi vtramque appellationem ponit. Is est initio capitis decimi octaui libri sexti, κατὰ πάντων δὲ τῶν ζώων κοινὸν, τὸ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπτοῆσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ὀχείας μάλιστα. At vero σωφροσύνη sicubi dicitur esse τὸ κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν, plus esse puto, quam si diceretur τὸ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν: quum τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος coercere oporteat, vt ipsas ἐπιθυμίας coercere dici possimus: at vero κρατεῖν τῶν ἡδονῶν eius esse possit, qui ὑπὸ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ superatus fuerit. Quod quum ita sit, videri possit satis esse dicere κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν, minimeque requiri alterum genitiuum τῶν ἡδονῶν.

SCHEDIASMA XII.

Quid sit πρᾶξις siue πλῆξις Platoni in Cratylo. Item, quid μωρία ab illa

ab illo & a Xenophonte dicatur, significationem huius nominis restringentibus.

IN Cratylo Platonis, pag. 404, legimus ἴσως δὲ τὴν ἐπιθυμίαν πόθον ... κἀ μανίαν ... ὁ Κρόνος ... ὁ πατὴρ ... αὐτῷ ... ἀνθρώποις. Ibi enim ita scriptum est: quamuis ex iis locis etiamnunc, qui in proxime præcedente Schediasmate fuerunt citati, πόθον potius sit scribendum: quum ibi πόθον, non ... habeamus, sicut in aliis plerisque locis. Simul autem oit ... videntur illi, qua sit nominis huius significatio: id est, πόθον dici, breuitate ..., pro τὴν περὶ ... πόθον, aut etiam περὶ τὰς ἐπιθυμίας: vt idem Plato περὶ ... μίας ... non semel dicit: atque adeo illum Cratyli locum hæc verba præcedunt, ἀλλὰ τότε συνίστασθαι ἐπειδὰν ἡ ψυχὴ ... τῶν ... περὶ τὸ σῶμα κακῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. his autem opponitur illi πόθος & illa μανία. Si autem legamus πόθος (vt scribendum potius censeo) confirmabitur & scriptura & illa quam dixi significatio. Aristotelis loco libri quarti De generatione animalium capite quinto, ... καὶ τῶν γυναικῶν ... περὶ τὴν ὁμιλίαν ἀκρατεῖς τὴν ... ὅταν πολυτοκῶσι ... τῆς πόθησεως. Vbi minus late πόθησεως significationem extendit, eam ad τὴν τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίαν restringens: sicut etiam dicitur ἐπτοημένος περὶ τὰ ἀφροδίσια. Legitur vero & apud Petrum Apostolum πόθησις, Epist.3.cap.3. vbi non male fortassis μηδεμίαν πόθησιν intelligemus τὸ περὶ μηδεμίαν ἐπιθυμίαν ἐπτοῆσθαι.

At vero μανία, quod a Platone illi πόθησις subiungitur, non dubium est quin ad eam verbi μαίνεσθαι significationem pertineat, a qua dicitur aliquis γυναικομανής, siue γυναιμανής: item ἐρωτομανής, nec non οἰνομανής. Eodemque esse vsum modo Xenophontem puto, vbi scribit, τί δίκαιον· τί ἄδικον· τί σωφροσύνη, τί μανία. Quamuis enim interdum σωφρονεῖν significet *Mentis compotem esse*, vel *Esse sanæ mentis*, quum ei opponitur τὸ μαίνεσθαι, hic tamen μανίαν minus late patere puto, & opponi σωφροσύνῃ quatenus hæc dicitur περὶ τὸ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν, siue ἐπιθυμιῶν: quo etiam modo Platonem loqui dictum est.

SCHEDIASMA XIII.

De quadam nota compendiaria, cuius loco posita passim fuit vox quædam ἀστρο...

EOrum quæ sunt in libris mendorum origines varias esse constat (quarum pleraque alibi commemoraui) & quin scripturæ compendia in earum sint numero, nemini dubium esse debet. Quamuis autem hoc in vtriusque linguæ libris verum comperiatur, hic ex Græcis tantum exempla proferam: quos plura, quam Latinos damna (& quædam magis etiam periculosa) inde accepisse, ideo mirum non est, quod magis varia magisque familiaria

Græci librarii, quam Latini scripturæ compendia habuerint. Sed quod dicam de quodam, id vero aliquis merito mirabitur. quoddam enim fuisse dico in antigrapho scholiorum Demetrii Triclinii in Sophoclem ab Adriano Turnebo excusorum Parisiis, anno M.D.LIII. cuius vis seu significatio quũ ignoraretur, omnes loci, in quibus librarius vsus eo erat, deprauati fuerunt. Contentus tamen ero iis, qui in oculos meos statim in vnica pagina incurrerunt, quum præcedentia iam scripsissem, & librum illum ad quærenda eius, quod dixeram exempla in manus sumsissem.

Dico igitur, in pag. 84. vers. primo, siue prima linea, vt vulgo loquimur, hæc ibi lege. Εἴχε δ' ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν] Ηως ἐκ πράγματος ἔχει τὸ ἰδεῖν, ὡς ἀλλοτρόπως ἔχοντος ἢ ὅπερ συνέβαινεν, &c.

Eiusdem pag. vers. 6. Ζῆνι τρεπόμενοι] Ηως τῷ τρόπῳ αὐτῶν ποιοῦσι Διὶ ἡμεῖς γὰρ, &c.

Eiusdem pag. vers. 11. Τῶν νῦν θέσθε] Ηως ἐκθέσθε καὶ ποιήσατε λυομένων τῶν πολέμων τῶν νῦν.

Eiusdem pag. vers. 13. ἐλελίχθων] Ηως, ὁ κινῶν διὰ τῶν χορῶν τὰς Θήβας.

Eiusdem pag. vers. 30. καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ γνῶμα, ἤως γνωματεύματα καὶ νοοῦ.

Quid sibi vult ἤως in his omnibus locis? sciunt omnes ἠὼς *auroram* significare, ac videre possunt nihil illi cum vllo horum locorum esse negotii: at ἤως quis est, qui Græcam vocem esse dicere audit? aut si ausit dicere, probare possit? Contra vero, voce illa, vel potius vocula, quæ compendio quo vsus erat librarius significabatur, vix vlla est notior in Græca lingua. ea enim est ἤγουν: quæ respondet Latinæ *Videlicet*: ideoque enarratoribus in frequenti est vsu. Exempli gratia, enarrator Arati, Θήρης ἀργυρέμεν expones, scribit, ἤγουν ἀργυρέμεν, ἀντὶ τοῦ ἀργυρωμένος. Et paulo post, explicans hæc verba, Δανυτὸς φιλόχρυσον, ab eadem particula initium sumit, ἤγουν αὐτὸ ὥσπερ τὸ πλῆθος καὶ ἔχοντα. Et valde paruo interuallo, Μεμαρμένη γούνασιν] ἤγουν, ὑπὸ τοῦ ἄνδρος μεταζομένη κατὰ τὰ γόνατα. Sed quid aliis enarratoris locis id confirmare opus est, quum apud illum ipsum, apud quem illud ἤως legitur, in eadem pagina ἤγουν loco huiusmodi adhibitum inueniatur? Ita enim ibi, circa finem, Πολλαὶ γὰρ ἐγὼ] ἤγουν πολλαὶ φροντίδες ἐπέστησαν καὶ ἐπῆλθον ἐμοὶ αἰσχρῶς.

Neque vero illud compendium in ἤως tantum versum fuit, sed etiam in ἤτοι: quod vocabulum nihilo magis est insolens in Græca lingua, vel potius nihilo magis notum Græcæ linguæ quam illud. Habent autem istud ἤτοι scholia in Callimachum, non ea quidem, quæ ex editione mea nuper prodierunt, sed quæ Frobenius antea ediderat Basileæ. In hæc enim verba hymni in Cererem, Χείμασι τὸ σῶμα, scriptum est (pag. 67. illius Frobenianæ editionis) Καὶ ὁ μασὸς ἤτοι ἡ γραφή.

SCHEDIASMA XIV.

De alia nota compendiaria, cuius significatio quum ignoraretur in exempl. Dionysii Halicarnassei, spatium vacuum pro illa relictū fuit, alicubi vero vocula ουν falso pro ea fuit posita. Item, De quorundam eiusdem scriptoris in eodem opere locorum emendatione.

IN Dionysii Halicarnassei libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, ex Aldina editione, (quæ illum cum multis aliis rhetoribus coniunxit) occurrit locis aliquot paruum spatium inane, (quod lacuna vel potius lacunula vocandum esset, vulgarem sequendo appellationem) quibus omnibus vna eademque vox conuenit: ita vt sedem relictam esse vacuam manifestum sit, quod quænam significatio esset cuiusdam notæ compendiariæ, quam exemplar ibi habebat, ignoraretur.

Legitur enim pagina 518. illius Aldinæ editionis,

Οὐχ ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη τῆς λέξεως διαθεῖναι τὴν ἀκοήν, ὥσπερ &c.

Item pag 521. in principio,

Δυνήσεται δὲ οὐχ κινεῖν τὴν ἀκοὴν ἅπαντα. οὐδ' ὡς μὲν γὰρ, &c.

Et in fine eiusdem,

Μένει γὰρ ἐπὶ βραχεῖα συλλαβή· πλὴν οὐχ ἀλλ' ἔχει τινὰ παραλλ. &c.

Item in fine pag 531,

Τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐν ποιητικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀπάσῃ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι χρώμενοι πάντες, οὐχ αὐτὰ συντίθεμεν.

Vna, inquā, eademq; vox, id est, vnum idemque aduerbium ὁμοίως, omnibus his locis conuenit: neque solum conuenit sed sibi sedes illas vendicat, vt veteris etiam exemplaris testimonio cōstitit. Sed compēdiaria nota qua illud aduerbium ὁμοίως indicabatur, ignorata fuit. Dubium autem est vtrum hæc spatia relicta itidem essent inania in exemplari, quo Aldus vsus est, quod librarius in eo vnde descripserat, inuentas & minime intellectas prætermisisset, an illi tantum, qui Aldinæ editioni præfuerunt, vacua loca illa reliquerint.

Multo certe maior alii eiusdem scriptoris loco in eodem opere facta fuit iniuria, ex eadem ignoratione. Nam pag 514. ob notam illam compendiariam non itidem aliquid vacui spatii prætermissum fuit, sed in notæ illius ignoratæ locum substituta fuit vocula ουν. Legimus enim ibi, Οὐ γὰρ δὴ πάντα γε τὰ πάντων διατίθεμαι πέφυκεν οὖν διατιθέναι τὰς ἀκοάς. quum scribendum sit, πέφυκεν ὁμοίως διατιθέναι τὰς ἀκοάς sicut & in vno ex præcedentibus locis, eo videlicet, qui primus citatus fuit legendum est, οὐχ ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη τῆς λέξεως ὁμοίως διατιθέναι τὴν ἀκοήν.

Nunc autem eadem opera quibusdam aliis eundem librū mendis, quæ editioni patris mei cum Aldina communia sunt, repur-

gare, et coniectura. In hoc igitur loco, qui est pag. 24 editionis patris mei, at pag. 525. Aldinæ, ἀνθρώδες δὲ πάνυ τοῦτο σχῆμα καὶ εἰς σημειότητ[illegible] λογίων ἐπιτήδειον. Hic enim scribendum esse puto, καὶ εἰς σημειο[illegible] ἐπιτήδειον. Pag. autem quarta edit. patris, vbi legitur, ἡ σου[illegible] καὶ αὐτὴ δηλοῖ [illegible] παρ᾽ ἄλληλα τῶν [illegible] Aldina habet παράλληλα. quæ lectio ferri non potuit: sed ne alteram quidem παρ᾽ ἄλληλα retineo in puto, verum scribi debere παράλληλος. (quamuis postea dicat [illegible] τὰ [illegible] παρ᾽ ἄλληλα, Apud Platonem autem παρ᾽ ἄλληλα scio alicubi legi, vbi scribendum potius coniuncte, non quidem παράλληλος, vt illic, sed παράλληλα. Considerandum præterea lectori relinquo an non τόπου in τύπου itidemque τόπον in τύπον mutare oporteat in locis qui sequuntur: suntq. partim in prima, partim in secunda illius opusculi pagina.

Primus est hic, Διττῆς γὰρ οὔσης ἀσκήσεως περὶ πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα, ὧν ἡ μὲν τοῦ πραγματικοῦ τόπου μᾶλλον ἐφάπτοιτ᾽ ἂν, ἡ δὲ τοῦ λεκτικοῦ. In Aldina autem editione legitur perperam πολιτικοῦ pro λεκτικοῦ.

Secundus in secundæ paginæ principio est hic, ἐὰν δὲ [illegible] μοι [illegible] καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων [illegible] ἐξοίσω σοι γραφήν, ἵνα τὸν λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς.

Tertius circa finem eiusdem Δευτέρα δὲ [illegible] μοῖρα, τῶν περὶ τὸν λεκτικὸν τόπον [illegible] κατασκευάζουσα τὴν λέξιν. His, inquam, in locis & in aliis, si qui sunt his similes, annon magis verisimile sit τύπου appellatione vsum esse Dionysium, lectori considerandum relinquo.

SCHEDIASMA XV.

De insigni quodam mendo sublato ex eiusdem Dionysii opere De arte rhetorica.

Dionysii Halicarnassei alius exstat liber, qui τέχνη ῥητορικὴ est inscriptus: in cuius pagina 53. quo insignius est mendum eo ingeniosior eius loci illius emendatio. Quum igitur ibi scriptum sit, παραδείγματα αὐτῶν ἐστί που ἐν παλαιοῖς ἀρχαίοις τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πολιτικοῦ, παρά γε τῷ τοῦ λόγου καὶ παρὰ τῷ τοῦ Ἀρίστωνος. dico pro τῷ τοῦ λόγου scribendum esse τῷ τοῦ Ὀλόρου. Esse autem τὸν τοῦ Ὀλόρου, Thucydidem, Olori filium: sicut τὸν τοῦ Ἀρίστωνος, Platonem, filium Aristonis: suppeditant enim ambo illa de quibus hic loquitur funebrium orationum παραδείγματα. Hanc autem meam emendationem, cuius & in quibusdam annotationibus facta fuit a me olim mentio, quidam sibi vendicasse audio. Merito quidem certe asterisci nota loco illi apposita interim fuerat.

SCHEDIASMA XVI.

De emendatione cuiusdam loci Ciceroniani, libro nono Epistol. quæ ad familiares scriptæ sunt.

Aude-

Audebone, post tam multos tamq; doctos viros, in quosdam Ciceronis ad familiares epistolarum locos inquirere, quod ad fidem librariorum attinet? Imo quidni ausim, quum emendatio mea, licet coniectura tantum nitatur, verisimilis esse possit, quæ vocabulum substituat & loco valde accommodatũ, & in quo minima sit scripturæ mutatio? Adde quod liberum cuique iudicium relinquetur, & receptæ lectioni nihil, ob hanc meam admonitionem, decedet.

Ille igitur locus est libro nono (vti dixi) epistolarum, quæ ad familiares scriptæ sunt, in calce vnius earum quas Cicero Pæto scripsit. Ita enim in omnibus quas mihi videre contigit editionibus clauditur, quæ est vicesima quarta, *Sic tibi mi Pæte persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui liberique sint. Nullum locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. hoc denique animo sum, vt si in hac cura atq; administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem. Etiam atq; etiam vale,* Ita, inquam, in omnibus legitur quas videre mihi contigit editionibus: neq; quicquã vel a Manutio, vel a Lambino, vel ab alio quoquam annotatum in eum inuenio. At ego tamen vocem *Agendi* mendosam esse contendo: primum quia non satis aptam habere sedem videtur hoc siue participium siue gerundium inter illa duo *Monendi* & *Prouidẽdi*: deinde (quod magis monere nos debet) quoniam bis idem eodem in loco & eodẽ vocabulo a Cicerone diceretur: quum præcesserit, *Me nihil aliud agere, nihil curare.* Quid ergo pro *Agendi* reponendum fuerit? Apte, meo iudicio (parua quidem certe cum mutatione) reponetur *Vrgendi*. Huius autem vocis, quã apta sit huic loco significatio, non quæreut (vt opinor) qui eam cum ex aliorum scriptorum, tum vero aliis ipsius Ciceronis locis cognitam habebunt, atque adeo postponi illam non præponi debuisse fatebuntur: quum prius monendus sit quispiam quam vrgendus. Sed vnde natum esse hunc errorẽ putabimus? Idem certe, quod aliis quamplurimis vel potius infinitis in locis, hic quoque contigisse arbitror, vt vocis quæ paulo ante præcedit affinitas errandi occasionẽ præbuerit. quum enim librarius paulo ante *Agere* scripsisset, verisimile est verbum illud in memoriam illi reduisse, & fecisse vt *Agendi* pro *Vrgendi* scriberet.

Si autem meam & de quorundam aliorum Ciceronis locorum emendatione sententiam audire cupis, consule & quæ sequuntur Schediasmata.

SCHEDIASMA XVII.

De alius Ciceroniani loci emendatione, in eodem Epistolarum opere.

AB emendatione initium sumam, quæ magni momenti est, quod ad sensum attinet, cum parua tamẽ sit & ipsa mutatio.

ne. Ita enim clauditur ea libri decimitertii epistola, quæ ad *Aristũ*, vel (alios sequendo) ad *Auctum* scripta est *Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex meæ amicitiæ, & ex tuo in me officio maximum te fructum summamq; voluptatem esse capturum.* Hæc ita in omnibus, quæ vnquam in manus meas venerunt editionibus leguntur: neq; vnquam (quod sciam) de alia lectione quisquam, vel ex veteri libro, vel ex coniectura, monuit. Subolet tamen mihi locus: neque tantum subolet, sed plane mendam olere mihi videtur. Quorsum enim Cicero *amicitiæ suæ* mentionem hic faceret? quod si de ea hæc dicerentur, nonne hominis inepti esset, semetipsum sponsorem & vadem suæ amicitiæ proponere? Neque vero in aliarum epistolarum, quæ itidem commendatitiæ sunt, clausulis, amicitiam suam tanquam nouam, sed eorum potius quos cõmendat, pollicetur. Contra enim quum huic, vel illi quempiam commendat, id facit amicitia seu iure amicitiæ fretus, quæ sibi cũ eo intercedit. Sic in illa epistola, quæ excipit eam cuius locus nunc emendãdus proponitur, *Peto a te & pro nostra & pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiusq; rem famamq; tuearc.* Item in quadam quæ non longo sequitur interuallo, *Sentiatq; meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absim, prodesse in primis apud te.* Alibi vero idem aut aliquid tale aliis verbis dicit. At vero nouæ eorum, quos commendat amicitiæ facere spem solet, aut etiam eam, interdum & magnum ex ea fructum polliceri. Sic in ea, quæ proxime sequitur eam in qua versamur, *Virum bonum tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq; gratissimum feceris.* Sic in alia, quæ præcedit, *Quod si eos honorifice liberaliterque tractaris & tibi gratissimos optimosq; adolescentes adiunxeris, & mihi gratissimum feceris.* Nihil enim aliud esse, *Adiunxeris tibi eos*, quam *Eorum amicitiam tibi adiunxeris*, siue *conciliaris*, notum cuiuis esse debet. Quin etiam ipsa *amicitiæ* appellatione alicubi vtẽs, illud quod dixi pollicetur: vt hic, *Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atq; eum (quod sine molestia tua fiat) si qua in re opus ei fuerit, iuueris. Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate obseruantiaq; cognosces.*

Alibi autem aliis eodem pertinentibus verbis vtitur: vt hic, *Ex ipsis præterea gratissimis & humanissimis moribus, confirmo tibi, eum te, quem soles fructum a bonorum virorum officijs exspectare, esse capturum.* Item in isto loco, *Sed præterea tibi affirmo, te ex C. Flauij officio & obseruantia, & præterea splendore, atque inter suos gratia, magnam voluptatem esse capturum.*

Hæc autem quum ita sint, qui mederi incommodo illi poterimus? Magnum enim hoc in ea, quam habemus lectione erit incommodum, quod a Cicerone dicuntur, quæ dicere inepti est hominis, vt iam ostendi. Leui mutatione opus fuerit, pro EX MEA scriben-

ſcribendo Ex Ea. Videtur autem erroris occaſionem præbuiſſe, quod a Cicerone ſubiungitur, Et ex tuo in me officio: id conſiderandum erat, Ciceronem loqui de eius quem commendat amicitia quam Ariſtus ſibi adiuncturus eſſet illo officio. Perinde ac ſi dixiſſet Cicero, *Spondeo, te ex ea amicitia, quam tibi conciliaueris, & ex eo, quod in me contuleris officio, præſtando illi quod a te peto, maximum fructum ſummamq; voluptatem eſſe capturum.* Longior fui, quod hanc emendationem, a tam multis doctis viris prætermiſſam, ita ſartam & tectam eſſe cuperem, vt reprehenſiones lectorum non timeret. Quod tamen neſcio an aſſequutus ero.

SCHEDIASMA XVIII.

De aliis aliorum Ciceronis locorum emendationibus, in eodem epiſtolarum opere.

LEgimus in decimaſexta epiſtola libri noni, earum quæ ad familiares ſcriptæ ſunt *Sic audio, Cæſarem, quum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, ſi quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non ſit, reiicere ſolere. Quod eo nunc magis facit, quia viuunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in ſermone vario multa, quæ fortaſſe illis, quum dixi, nec illiterata nec inſulſa eſſe videantur.* Hæc verba *Quum dixi,* quid ſibi volūt? vlluſne magis ineptus eſſe pleonaſmus poteſt? Nemo certe non fatebitur, ridiculum eſſe ita loqui, *Mea verba,* vel *mea dicta, quum ea dixi,* (vel *poſtquam ea dixi*) *non inſulſa illis videntur.* In neminem tamen incidi, qui aures ſuas hac oratione offenſas eſſe dixerit. At meas quum ſemper offenderet hic locus, tandem quomodo remoueri poſſet illa offenſio inueniſſe mihi viſus ſum & quidem exigua cum mutatione, vt pro *Quum dixi* ſcribamus *Quos dixi:* & intelligamus illos Cæſaris familiares, quos dixit ſecum fere quotidie viuere.

In eadem epiſtola, nō multo ante, *Nec præſtari quicquam poteſt, quale futurum ſit quod poſitum eſt in alterius voluntate ne dicam libidine* Vbi multo libentius legerem, *Nec præſtare quiſquam poteſt.* Eiuſdem libri epiſtola vigeſima prima, *Veruntamen quid tibi videor in epiſtolis?*

Libri autem decimi tertii epiſtola decimaſexta, *Teſtimonium meum de eo iudicii, quod & ipſe magni æſtimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi.* Hic vero non ſolum dixerim me libentius lecturum, ſed auſim etiam contendere legendum eſſe; *Mei de eo iudicii.* Paulo poſt eadem de re loquens dicit, *Habes opinionis meæ teſtimonium.* Manutius tamen illud *Meum* retinet, ne facta quidem vlla mentione alterius, quam ex coniectura aſſero lectionis.

Libri quinti epiſtola vigeſima legimus, *Ita accepi librum a meo ſeruo ſcriba, vt eundem acceperim a fratre tuo. Si bonus is fuit, maiorem tibi habere non potui: ſi fides, maiorem tibi habui, quam pene ipſe*

mihi. Si prouidendum fuit ne quid aliter ac tibi & honestum & vtile esset, referretur, non habui cui potius id negotij darem. Hic locus emẽdatione minime opus habere videtur nec de eo quicquam dicendum putarem, nisi Manutius in suis scholiis admoneret, in omnibus quos viderit libris scriptis legi, *Cui potius id negotij darem, quam darem.* Exceptis tribus, in quibus sit, *Cui potius id negotij darem quam tibi.* Sed videri abundare hæc verba, *Quam darem*, siue *Quam tibi*: adiecta ab aliquo imperito, qui putaret id per se consistere nõ posse, *Cui potius id negotij darem.* Quod tamen ita consistit, si subaudiatur *Quam Tullio, scribæ meo.* Hæc ille. Ego vero suspicor illa *Quam darem* mendose scripta fuisse pro *Commendarem.* ac primũ quidem fuisse scriptum *Darem*, deinde quempiam *Commẽdarem* eius loco scripsisse, oblitum delere illud *Darem.* tandem vero *Cõmendarem* in *Quam darem* mutatum fuisse. Hæc autem quum dico, sicut *Dare alicui negotium*, esse Ciceronianum scio, ita *Commendare alicui negotium* minime alienum a Ciceroniana Latinitate esse puto.

Alias quorundam aliorum Ciceronis locorum emendationes meas, id est, in quibus nitor coniecturis duntaxat, exhibebit tibi dialogus nuper a me editus, qui inscriptus est Pseudocicero.

SCHEDIASMA XIX.

De Platonis loco non intellecto, quoniam eo, quo ibi vtitur loquendi genere ad quosdam locos Homeri alludere animaduersum non fuerit.

HOmerus ita erat ab omnibus πανταχοῦ veterum scriptorum ætate, nominatimque Platonis, eorumque quos in suis dialogis loquentes introducit, vt nullum ex vllo eius loco vocabulum peti posset, nec ad quicquam, quod ille dixisset respici, siue alludi, quin lectores statim id animaduerterent. Hinc fit, vt illi quædam eius verba, vel loquẽdi genera suo sermoni intermisceãt, eius tamen nomen tacentes, atque adeo ne admonentes quidẽ, ea aliunde a se peti. Sed multa quæ lectores illi quibus adeo familiaris erat Homerus, animaduertere statim poterant; a nobis, quibus multo minor cum hoc poeta familiaritas intercedit, vix ac ne vix quidem animaduerti queunt. Sic certe in aliquot Platonis locis quædam Homerica obseruaui, quũ alii in illis nihil Homericum agnouerint. Ex aliis vnum mihi nunc memoria suggerit memoratu dignissimum, qui exstat libro septimo De republ. pag 521. tomi secundi meæ editionis, ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν (οἴει) οἱ τρόφιμοι ταῦτ' ἀκούοντες, καὶ οὐκ ἐθελήσουσι ξυμπονεῖν ἐν τῇ πόλει ἕκαστοι ἐν μέρει, τὸ δὲ πολὺ χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ. Quid Homericum (dices) habet hic locus? Habet certe datiuum καθαρῷ cum sua præpositione ἐν. apud eum enim legimus aliquot locis ἐν καθαρῷ, ex quibus in hunc aptissime transferre potuit Plato, simul etiam aliqua significationis translatione vtendo. Iliad. Θ.

Τρῶας

Τρῶας δ' αὖτ' ἀγερθῶν ποιήσατο φαίδιμος Ἕκτωρ,
νόσφι νεῶν ἀγαγὼν, ποταμῷ ἔπι δινήεντι,
ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος.

Legimus item Iliad. κ.

ἐς δ' ὄρυγ' ἐκδιαβάντες ὀρυκτὴν, ἑδριόωντο
ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος
πιπτόντων

Necnon libro ψ eiusdem poematis,

πὰρ θῖν' ἐπὶ θινὶ πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
κεῖτο βαρυστενάχων πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν
ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον.

Vsus est autem Aristophanes (si bene memini) verbis iisdem eadē in significatione: at noster Plato ex istis Homeri locis aptissime (vt dixi) in illum situm ea transferens, atque aliqua etiam significationis translatione, eos οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ dixit, *qui in loco habitarent a tumultibus & turbis ciuilibus puro.* Non enim dubito quin Ficinus quoque, si Platonem eo, quo dixi, respicere seu alludere animaduertisset, ita interpretaturus fuerit, non autem *In contemplationis otio diutius commorari.* Neque tamen philosophis otium tale conuenire nego (si *contemplationis otium* appellare licet) sed vocem Græcam id minime sonare dico. Eum autem quē dixi sensum sequendo, perinde fuerit ac si dixisset ἀπράγμονα βίον καὶ ἀκύμονα ζῆν. id est, *vitam tranquillam & tempestatum expertem degere*, vel (vt verbum verbo reddatur) *vitam imperturbatam* [siue *minime turbulentam*] *atque ab vndis intactam.* Qua metaphora eadem deteriens Horatius dixit, — *& mersor ciuilibus vndis.* vbi tamen olim legebatur *versor.*

SCHEDIASMA XX.

De aliis Homeri locis ad quos alludere Platonem deprehensum non fuit.

HOmeri sunt alii loci, ad quos nihilo magis animaduersum fuit Platonē alludere. Ex his alii ipsa Homeri verba, siue illis synonyma, aut saltē idem loquendi genus, mutata tantū orationis formā habēt: alii sermonis quidem formā (vt ita dicam) retinent, sed verbum aliquod mutant. Ad hos posteriores quod attinet, eorum vnus est in Alcibiade posteriore, Tomi secundi meæ editionis pag. 140. in ipso limine, ἀλλ' ἰσως ἐμοί τε καὶ σοὶ σύν τε δύο σκεψαμένω ῥᾳδίως ἂν εὕροιμεν. Nam hic sermonis quidem siue orationis forma est Homerica, vbi dicitur σύν τε δύο σκεπτομένω, sed σκεπτομένω minime est Homericum, verum in locum alius participii ἐρχομένω substitutum. Ita enim Homerus Iliad. κ.

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν
ὅππως κέρδος ἔῃ.

Abierunt autem in prouerbium illa verba, σύν τε δύ' ἐρχομένω,

quod idem philosophus in Protagora vsurpat, non mutans λέγομεν in aliud participium, licut in illo Alcibiadis posterioris loco. Sed & Cicero in duobus suarum epistolarum locis illo vtitur, & quidem in eum sensum, quo vulgus dicit, *Plus vident oculi quam oculus:* siue, *Plus vident quatuor oculi, quam duo.*

Vsurpationis autem illius prioris versuum Homericorum, vt ita dicam, exemplum habemus in Hippia maiore, pag. 295. Tomi tertii, ἀ, μὴ μέγα ἔ ἰπαῖα λέγε. Vbi si sensum exprimere horum verborum velimus, interpretari oportebit, *Ne rem adeo magnam polliceator.* At Ficinus, quum vnde sumpta essent verba hæc & prouerbialem eorum vsum ignoraret, toto (quod aiunt) cœlo in iis interpretandis errauit. vertit enim, *Ne alia id voce dicas o Hippia.* Ignorauit certe manasse hoc loquendi genus ex iis, quibus Homerus vtitur verbis, cum alibi, tum Odyss. χ

λίαν γὰρ μέγα εἶπες. Totus autem locus est hic,

ὦ γέρον, οἴπω πῶ τις ἔπ᾽ ἔπος πλεῖστα ὁίω,
λίαν γὰρ μέγα εἶπες ἄγη μ᾽ ἔχει· οὐκ ἂν ἔμοιγε
ἐλπομένῳ τὰ γένοιτ᾽, οὐδ᾽ εἰ θεοὶ ὣς ἐθέλοιεν.

Quinetiam libro χ eiusdem poematis legimus,

ὦ Πολυθερσείδη φιλοκέρτομε μή ποτε πάμπαν,
εἴκων ἀφραδίῃς μέγα εἰπεῖν· ἀλλὰ θεοῖσι
μῦθον ἐπιτρέψαι, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσι.

Neque vero apud Platonem tantum, sed etiam apud alios in prouerbium abierunt illa verba. ex quibus affert Erasmus: sed ex Homero prouerbium manasse ignorauit, mentionem alioqui facturus. Prouerbiali aut autem forma dicebatur non solum μὴ μέγα εἴπῃς, sed etiam μὴ μέγα λέγε. & nonnunquam μὴ μεγάλα λέγε Aristoph. vero retinens etiam aduerbium λίαν, quod apud Homerum est, dixit, —μὴ μεγάλα λίαν λέγε. Vtitur certe Plato & in Phædone. Ceterum ille huius prouerbii vsus, in quo ad Nemesin respicitur, & eius metus incutitur, conuenit cum illo Homeri loco quem ex Iliad. χ. attuli, —μή ποτε πάμπαν —μέγα εἰπεῖν. ἀλλὰ θεοῖσι Μῦθον ἐπιτρέψαι. Neq; vero ab his alienum est illud Pauli apostoli (quamuis longe alia de re loquentis) μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. nam esse intelligendum, ἀλλὰ φοβοῦ τὸν θεόν, ostendunt quæ sequuntur.

SCHEDIASMA XXI.

De quodam verbi παρὰ... apud Platonem non intellecto.

Vocabulum Græcum quo vsus sum in principio Schediasmatis quod proximo prior... quum dicerem Homerum ab omnibus simile ... ... Platonis, quendam huius locum in memoriam mihi reuocat, vbi significatio verbi vnde factum est illud participium, ab interpretibus ignorata fuisse mihi videtur. ea ipsa est autem, quam & illi participio eo in loco tribuo. Hæc enim leguntur in Phædro, pag. 273. ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν αὐτὸν

τὸν πεπάτηκας ἀκριβῶς. Quæ verba ibi ita redduntur, *Tisiam ipsum grauiter pessum dedisti.* Quum interpretari oportuerit, *Tisiam ipsum adhibita exacta quadam diligentia triuisti.* vt videlicet ita verbum *Terere* accipiatur, vt quum dicitur *Terere scriptorem quempiam.* Mutuatus est enim Plato hoc verbum ex veteri prouerbio, Οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας. Quum autē his & alia adiicere vellem, recordatus sum meas in Platonem annotationes loci illius mentionē facere: ideoque ad illas, si contentus iis, non es quæ dixi, te remitto.

SHEDIASMA XXII.

De miro quodam vsu verbi Timere *apud Ciceronem.*

T*imere* quid sit nemo ignorat: sed mirum est apud Ciceronem legi *Timebamus*, vbi auditor exspectaret *Sperabamus*: in hoc loco epistolæ vndecimæ libri sexti, (earum quæ ad familiares scriptæ sunt) *Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur: & ipsa caussa ea est, vt iam simul cum republ. (quæ in perpetuum iacere non potest) necessario reuiuiscat atq; recreetur. quotidieq; fit aliquid lenius & liberalius, quā timebamus.* Quis enim hic *Sperabamus*, aut *Putabamus*, potius quā *Timebamus*, non exspectasset? Neque tamen crediderim deprauatum esse locum, tum quod nimium sit remotum verbum illud ab hoc, sicut significatione, ita scriptura: tum quod alii etiam loco tali adhibitum inueniatur, qui sextam libri decimi quinti epistolam claudit, his verbis, *Ego, vt spero, te propediem videbo. atq; vtinam republ. meliore quam timeo.* Eadem enim ratione exspectandum hic esset *spero*, non *timeo*.

Non videtur autem alia posse iniri ratio defendēdi verbum *Timere* his in locis, quam si comparatiua, quæ præcedūt, resoluantur in nomina contrariæ significationis, præfixo aduerbio *Minus*. id est, si *Meliore* resoluamus in *Minus mala*: & perinde accipiamus ac si dictum esset, *Republ. minus mala quam timebamus.* Sic alterum locum, *Aliquid lenius quam timebamus*, quū legimus, resoluamus in hæc verba, *Aliquid minus asperum (vel durum, aut immite) quam timebamus.* Ac nisi alterū illum locum similem postea reperissem, in qua fui aliquādo sententia (si suspicio vocari potest sententia) persistissem, de interiicienda particula *Quod*: hoc modo, *Aliquid lenius quam quod timebamus.* Ad illum autem resoluendi modum, quod attinet, tali est vtendum quum dicitur *Prope abesse.* exponēdum enim, *Non longe abesse*: sic *Propius abesse*, *Minus longe abesse*. Alioqui certe prima fronte aduerbia illa cum hoc verbo non satis apte iungi videri possent.

SCHEDIASMA XXIII.

De Ciceronianis quibusdam abutentibus his vocibus EGO VERO *in principiis epistolarum, dum Ciceronem imitari volunt.*

O Imitatores, seruum pecus, de quibusdam imitatoribus a Flacco dictum, in nonnullos Ciceronianos (vt quidem ipsi salutari gaudent) merito iactaretur: qui cum alia pleraq; imitari volunt, quæ non intelligunt, tum vero vsum vocum EGO VERO, vel MIHI VERO. Quia enim apud Ciceronem ab illis incoari quasdã epistolas vident, idem suarum plerisque dant initium: perinde ac si ornatus tantum gratia Cicero principiis illa vocabula adhiberet. Vt igitur posthac illis non abutantur, sed vtantur, sciant hoc apud Ciceronem esse eorum officium, vt ostendant ad id de quo aliquis scripserit, vel de quo per quempiam a se missum interrogarit, responderi.

Sic libro 16. epistolarũ ad familiares, *Ego vero cupio te ad me venire: sed viam timeo. Grauissime ægrotasti, &c.* Respondet Tironi, qui scripserat se mirari cur Cicero nõdum vellet eum ad se venire: qui, inquam, vel hoc, vel aliquid tale scripserat.

Sic libri septimi epist. trigesima, *Ego vero iam te nec hortor, nec rogo, vt domum redeas.*

Sic sexta libri quarti, *Ego vero Serui, vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. Quãtum enim præsens &c.* Quæ epistola aperte ostendit rem ita se habere vt dico, quum Seruii epistola ad quam hæc respondet, proxime præcedat.

Sic in principio primæ ad Atticũ epistolæ, libri quinti, *Ego vero & tuum in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis.*

Eodem autem modo *Mihi vero*, item *Tu vero*, alibi responsioni adhibita leguntur. vt in quinta libri noni, *Mihi vero ad nonas bene maturum videtur fore.* Et libro 16. Tironi, *Tu vero conf*i*ce professionem, si potes. etsi hæc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat.*

Minime autem principiis tantum illa pronomina adhibentur, sequente particula *Vero*: id est, ita vt sint prima epistolæ alicuius verba. Legimus enim in ea quæ est septima libri noni, *Cœnabam apud Seium, quum vtrique nostrum reddita sunt a te literæ. Mihi vero iam maturum videtur. nam quod antea te calumniatus sum, &c.* Qui etiam locus cõfirmat, quod de harum vocum vsu dixi. Manifestum enim est perinde esse ac si diceret, *Redditæ sunt a te literæ, quibus rogas, an maturum mihi videatur. Mihi vero iam maturum videtur.*

Alicubi autem ita respondetur hac particula *Vero*, vt simul negetur quod dictum fuerit: vt ad Atticum epist 13. (siue 14 vt in aliis editionibus) lib. 3 *Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi vero mens integra est.*

Quemadmodũ autẽ illæ epistolæ, quæ in primo limine habent particulã *vero*, præcedente pronomine, respondentis sunt, ita etiam quæ habent *Ain' tu?* vel *Ain' tandem?* vt vigesima prima libri noni, *Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorũ,*

vt scri-

vt scribis, fulmina? Ab illis autem vocibus *Aut tu*, orditur quandam ad Atticum, quæ est quinta libri quarti.

SCHEDIASMA XXIV.

De Ciceronianis quibusdam κακοζηλίαν ineptam ostēdentibus, dum vsurpant quæ apud Ciceronem non solum valde rara sunt, sed valde etiam suspecta, potius quam quæ & frequentia sunt & a suspicione multum absunt.

IN Ciceronianis quibusdam (nondum enim eos facere missos volo) in eo quoque iudiciũ desidero, quod nescio, quæ loquendi genera consectentur, quæ non solum valde rara sunt apud Ciceronem sed valde etiam suspecta esse debent. Tale est, *Capere dolorem in aliqua re*, quoniam legitur epistola sexta libri primi, (earum quæ ad famil. scriptæ sunt) *Me in summo dolore quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, &c.* Atqui scire illos oportebat, aut, si sciebant, considerare, esse ibi & aliam lectionem, *Quem ex tuis rebus capio.* Esse autem frequens, & minime suspectum, *Capere dolorem ex aliqua re:* sicut vicissim, *Capere ex aliqua re voluptatem.*

Iidem particulā *In* (qua ibi vtuntur pro *Ex*) omittunt post verbum *Esse*, quum dicunt, *Esse magno dolore, Esse magna lætitia, Esse magna spe:* non *Esse in magno dolore:* itidemque in ceteris. Nimirũ quod apud Ciceronem legatur, quarta libri sexti epistola, *Quanto fuerim dolore meministi.* Sed & moueat fortassis aliquos Pauli Manutii auctoritas, scripturam hanc defendentis, his verbis, *Offendi scio Latinæ linguæ rudes hoc loquendi genere: quasi mendosum sit, Quanto fuerim dolore: sincerum autem, Quanto fuerim in dolore: quia scilicet non dicatur, Ego sum lætitia, sed Ego sum in lætitia. Apte vero & apposite. quis enim hoc negat, Ego sum lætitia, dolore, spe, Latine non dici? At illud quis negare potest, Ego sum magna lætitia, magno dolore, magna spe, recte & eleganter dici?* Hæc ille: a quo certe quatuor aut quinque saltem exempla requirenda putarem illorum loquendi generum, in locis Ciceronis, de quorum lectione libri veteres inter se consentirent: quum ibi contra ne vnum quidẽ adiiciat ad confirmationem scripturæ loci illius, ex epistola quarta libri sexti. Ego vero hoc illi gratificabor, vt vnum ex epistola quadam ad Atticum proferam, quæ est sexta libri quarti. ibi enim legitur *Qua dolore esse debeo?* Sed quum ex multis aliis constet locis Latine dici *Esse in magno dolore*, quidni suspicer omissam vtrobique esse *In* particulam? Quod si etiam non putemus esse prætermissam, cur magis Latinum erit, *Esse magno dolore*, quam *Esse in magno dolore*, quum hoc in tam multis, illud in tam paucis locis inueniatur? Sic autem in alio Ciceronis loco legitur, qui est in vltima libri quarti epistola, *Tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse.* Quod im tan-

tes illi boni viri non dubitabunt dicere *Ego sum periculo proprio.* Quin vero non potius credendum sic omisisse librarium particulam *in*, quam Ciceronem ita scripsisse.

Hic autem postremus locus, quoniam in eo legitur *Proprio*, revocauit mihi in memoriam & illud, quod ab iisdem semper dicitur *Proprium meum*, & *Proprium tuum*: non quod hoc loquendi genus velim reprehendere, sed quod mirer illos, non etiam altero aliquando vti, videlicet *Proprie meum*, itidemq; *Proprie tuum*, quasi non itidem Ciceroniane dici possit: quum tamen non minus, quã illud apud Ciceronem legatur.

Verum, vt ad peiora magisq; periculosa veniam, & in quibus suam κακοζηλίαν nõ minus inepte, quam in vllis aliis ostendunt, placet *Maximo meo beneficio est*, pro *Maximum a me beneficium accepit*: vel *Max. a me benef. habet.* vel, *Maximo a me beneficio deuinctus est.* Aut simplicius, *Max. a me benef. est affectus.* Quoniam legitur in quadam ad Curium epistola, quæ est libro septimo, *Acilius, qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est* Quũ aliοqui in quibusdam exempl. legatur. *Maximo meo beneficio affectus est.* Sed Paulus Manutius lectionem alteram ita amplectitur, vt ne vllam quidem huius mentionem faciat: exponens, *Maximũ a me beneficium habet.* putátq; tale esse quale illud, *Summo ingenio est.* At ego pene dicere ausim, me in eo, dum hos dicit, ingenium vel potius iudicium desiderare. Nam quis *Maximo meo beneficio est*, pro *Maximo beneficio a me affectus est*, vel, *Maximum a me beneficium habet*, longe alia ratione quam *Maximo* (vel *summo*) *ingenio est*, dici non videt? Hic certe vocabulũ *Præditus* locum habet, quum dici etiã possit, *Summo ingenio præditus est*: at illic minime. Quin etiam liceat, ablatiuo in genitiuum mutato, dicere *Homo summi ingenij*, vel *Summi iudicij*: sicut *Summæ virtutis*: at in illo altero loquendi genere permutatio hæc nullo modo habere locum possit.

Imitantur iidem Ciceroniani locũ illum, *Magnum tamẽ esse speramus apud te meas quoq; literas.* Atqui videmus in aliis exempl. legi, *Magnum t. esse sp. apud te m. qu. literas pondus habituras.*

Ne illud quidem prætermittunt, quod in filii Ciceronis epistola legitur *Omnia mea caussa velles mihi successa* Et tamen quid est barbare loqui, si hoc non est?

Et quemadmodum ex filio & fratre Ciceronis, ita ex alio quolibet eorum, epistolæ quorum sunt Ciceronianis permixtæ, (quasi omnes illi nó aliter quam Ciceroniane loquantur) potius quam alius cuiusquam, post Ciceronem, verba & loquendi genera, quo rariora sunt, eo libentius excepẽrũt: cum illis etiam ἀρχαΐζοντες interdum & non solum *Confiexi* (quo Terentius & Virgilius vsi sunt) sed etiam *Apisci* vsurpantes, tanquam Sulpicianum: quum tamen multo plura exemplaria *adipisci* habeant. adeo raritatis stulto desiderio

siderio tenentur. Nec desunt ex illorum numero, qui ignotis etiam vtantur: quale est *Palmari*, ex Asinii Pollionis epistola, quum tamen ibi *Palparer*, non *Palmarer*, antea legeretur, & quidem Lambino quoque lectionem hanc agnoscente: quem alioqui scimus non pauciores, quam Manutium veteres libros in consilium adhibuisse.

Ne autem longior sim in hoc sermone, faciunt duo mei dialogi, ex quibus multa huc pertinentia peti poterunt. Eorum vnus inscriptus est Nizoliodidascalus, siue Monitor Ciceronianorum Nizolianorum: alter, Pseudocicero.

SCHEDIASMA XXV.

Pleonasmos esse videri in quibusdam loquendi generibus apud Ciceronem. Item, vocabula nonnulla in quibusdam videri πλεονάζειν, si Ciceronis loci inter se conferantur.

In Ciceronis sermonem inquirere nolo: (absit a me tanta φρενο-[illegible], vt hoc mihi sumam) sed hoc tamen dico, exstare quædam loquendi genera apud illum in quibus esse pleonasmi videri possint siue ita Cicero illa scripta reliquerit, siue (quod de nonnullis potius crediderim) librarii scripturam eius deprauarint:

Ad exempla vt veniam, legimus libro De fin. tertio, *Recta igitur effectio; item conuenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est, vt naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet.* Qui hic genitiuum Crescẽdi πλεονάζειν negabit, is neget etiam oportet, eundem absque illo sensum futurum fuisse: id autem si neget, aliis locis conuincetur. At vero vbi dicit, *Argumẽtum scribendi*, quamuis itidem *Argumentum* sine illa gerundii (vt quidam vocarunt) adiectione eundem significaturum fuisset, tamen tolerabilior hæc, quam illa adiectio videtur. Sic autem loquitur libri secundi epist. quarta. *Quamobrem, quoniã mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtar ea clausula qua soleo, &c.* Atque vt hic *Argumentum scribendi*, ita in quadam ad Atticum epistola *Argumentum ad scribendum*, dicit, libri nono. Apud eundem legimus gerundium *Cogitandi* additum nomini *Curam*, libro De off. primo, nõ procul a principio, *Quum enim vtilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se videtur, fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi.* Magis autẽ pleonastice dictum videri possit, quod apud eum habemus paulo ante, *Triplex igitur est consilii capiendi deliberatio.* Nam si inter *Consilium capere* & *Deliberare* discrimen statuere quis volet, vt *Deliberare* sit *Cogitare de rebus, & consilium inire, seu consultare*: at vero *Capere consilium*, sit *Statuere aliquid, seu decernere, quod nobis illa deliberatione, id est cogitatione & cõsultatione, conuenientem venerit*: nescio quomodo hæc distinctio defendi possit, & tale discrimen poni inter hæc duo loquendi genera, *Consilium inire*, & *Consilium capere*. Adde quod Cicero, si discrimẽ

inter illa vocabula constituere voluisset, videtur dicere debuisse, *Triplex igitur est de consilio capiendo deliberatio, vel, in consilio capiendo.* Aut potius ita, *Triplex igitur est consilij capiendi & deliberandi ratio.* Omnia tamen exemplaria de illa lectione cõsentire puto *Triplex igitur est consilij capiendi deliberatio.*

At de loco illo quid dicemus, vbi *diuturnitatem maximos luctus vetustate tollere scribit?* is est in epistola decima sexta libri quinti non procul a fine, *Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præripere consilio prudentiaque debemus.* Quid hic ablatiuo *Vetustate* opus erat? Vix certe mihi quisquam persuaserit, adesse potius, quam abesse debuisse.

Iam vero & alio modo quędam verba videri possunt πλεονάζειν, ipsos videlicet Ciceronis locos cum aliis eiusdẽ conferẽdo. Veluti si in hoc loco Epist. libri decimi tertii, *Magnopere eius caussa vult omnia,* dicamus abundare nomen *Omnia,* huic loco alios quàmplurimos opponẽtes, in quo dicitur *Velle alicuius caussa,* sine adiectione illius nominis. Quod si hic dicamus esse pleonasmum, multo iustius esse dixerimus in illo epistolę filii Ciceronis loco, *Nam cum omnia mea caussa velles mihi successa, tum etiam tua.* Quod si non pleonasmi, at certe barbarismi (quod multo turpius vitiũ est merito hũc locum, vt opinor, insimulauerimus. Verum, vt a pleonasmis non discedam, si recentioribus editionibus cum aliorum tum vero Pauli Manutii habenda fides esset, pleonasmos quibusdam locis subesse diceremus, quos alioqui superioris temporis editiones hac suspicione liberant. Exempli gratia, libro decimo tertio, vbi legimus, *Gratissimum mihi feceris si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse,* dicendum erit illud vocabulum *Pondus* esse pleonasticum, & *Habuisse* mutandum in *Fuisse:* vt legatur, *Hanc commendationem magnum apud te fuisse:* quoniam contendit ille, Ciceronem eodem in libro ita scripsisse, *Magnum tamen esse sperauit apud te meas quoque literas:* & non addidisse hæc verba, *Pondus habituras,* quæ in aliis editionibus leguntur.

SCHEDIASMA XXVI.

Occultas esse nonnullas parentheses apud Ciceronem: quarum vna non animaduersa fecit, vt quidam locus epistolæ non. libri primi suspectus solœcismi fuerit.

APud Ciceronẽ occultas quasdam esse parentheses, ideo monendum lectorem putaui, quod duas duobus in locis a duobus alioqui perspicacibus viris non fuisse animaduersas, animaduerterim. Sed mihi vnus eorum duntaxat in mentem nunc venit, qui etiam solœcismi suspectus, quod ea non deprehẽderetur, fuit. Is est in illa longissima libri primi ad Lentulum epistola: qui alte est repetendus, vt iudicium de eo ferre tutius possit lector. Ita igitur Cicero, *Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est,* qui

qui meos cives & a me servatos & me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis armatis obiici noluerim: declararíq; maluerim quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si iis pro me stante pugnare licuisset, quum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animum tu non perspexisti solum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti. Qua in caussa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero & prædicabo libenter. usus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quam fuerant iidem in tenendo. Qua in sententia si constare voluissent, &c. Hic certe omnes post adverbium *libenter* claudunt periodum quod alii quam magnum ac solœcismo periculum huic loco impendere existiment: quidam vero (ex quibus est Dionysius Lambinus) huic loco aliter etiam cōsulere volunt, nimirum scribendo ex coniectura (nullum enim ullius veteris libri testimonium proferunt) *Te usum esse quibusdam nobilissimis hominibus.* At ego locum hunc, etiamsi nihil in eo mutetur, procul a solœcismi suspicione abesse debere dico: atque id adversus hanc suspicionem remedium adhibendum esse, quod in mea illius Epistolarum operis editione adhibui. quod non aliud est, quam parentheseos notis verba quædam includere: hoc modo, *Qua in caussa (non modo non negabo, sed etiam semper & meminero & prædicabo libenter) usus es quibusdam nobilissimis hominibus, &c.*

SCHEDIASMA XXVII.

De quibusdam disputationibus philosophicis Ciceronis ad Politicen pertinentibus, in epistolis ad famil. & de cuiusdam loci, in una earum, emendatione, quæ consentanea videtur sententiæ ipsius Ciceronis.

PHilosophice disputat Cicero in nonnullis suarum ad familiares epistolarum de multis ad πολιτικὴν pertinentibus, aut ad officium πολίτου, qui & vir bonus sit & patriæ amans. Quod argumentum minime convenire posset iis, quæ familiares vocarentur: ideoque iure optimo familiares epistolæ vocari desierunt, quæ illo volumine continentur, & Epistolæ ad familiares vocari cœptæ sunt: etiamsi Paulus Manutius titulum illum retinuerit. In earum autem epistolarum numero, quæ graves illos tractant locos, merito ponetur nona libri primi: in qua cū alia præcepta, tum vero hoc (quod ex Platone sumsit) habemus. *Tantum contendere in republ. quantum probare tuis civibus possis: vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere* In eadem legimus. *Nunquam enim præstantibus in republ. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed ut in navigando tempestati obsequi, artis est, &c.* Et cum hoc loco cum alii conveniunt, qui in earundem epistolarum opere leguntur, tum vero quidam in epistol. ad Atticum: ex quibus est hic, libro duodecimo, *Temporibus parere omnes*

πολιτικοὶ præcipiunt. Nec non hic in alia quadam, *Nemo doctus vnquam mutationem consilij, inconstãtiam dixit esse.* Præsertim vero in consolatoriis epistolis multos graues & philosophicos habemus de boni viri & patriæ amantis officio locos: neque hoc postremũ est in iis, quæ ad consolationem non aliorum tantum, sed etiã sui, affert, inter ciuilium bellorum tempestates, sibi cõscium optimorum consiliorũ esse. Scribit enim libri sexti epistola prima, *Si enim bene sentire, recteq; facere, satis est ad bene beateq; viuendum, vereor ne eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse nefas sit dicere.* Sic etiam alibi, *Tamen multa iam me consolantur, maximeque conscientia consiliorum meorum.* Alib., *Ita fit vt & superiorum consiliorum conscientia, & præsentis temporis moderatione me consoler.* Sed & *cõscientiam rectæ voluntatis* alibi eadem de re dicit. Alicubi etiam, *Quum recordere te tamen recte vereque sensisse.* Item, *Quod ea senseram, quæ rectissima fuerunt.* Quo loquutus est modo in illa libri sexti epistola prima. Verum ibi non tantum *bene sentire*, satis esse dicit ad bene beateq; viuendum, verumetiam addit *Recteq; facere.* Atq; ita, quum alibi mentionem faciat *consiliorum* duntaxat in oratione pro Cluentio addit, *Atque factorum.* Ceterum ex illa sententia, siue ex illis sententiis de *conscientia optimorum consiliorum*, siue *rectæ voluntatis*, pendet alia, quæ in multis earundem epistolarum inculcatur locis, *Vacare* siue *carere culpa*, siue *abesse a culpa*, magnum esse solatium. Quæ sententia alibi philosophorum etiam auctoritate probatur. Scribit enim libri noni epistola decima sexta, *Sic video philosophis placuisse, iis qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, Nihil esse sapientis præstare nisi culpam.*

Hæc autem quum ita sint, videndum est quomodo ad illam regulam seu normam examinari locus hic possit, qui legitur in epistola sexta libri noni *Et simul ostentaui tibi, me istis esse familiarem, & consilijs eorum interesse quod ego cur nolim, nihil video. Non enim est idem, ferre si quid ferendum est, & probare si quid probandum non est.* Videtur enim perinde esse ac si diceret Cicero, *Nõ dubito quin mirum futurum sit nonnullis me non recusare consilijs illorum interesse, quum tamen in illis a me probentur ea etiam quæ probanda non sunt: sed ego aliud esse dico, probare quod nõ est probandum, quam ferre quod ferendum non est.* Quem sequendo sensum, legendum fuerit, *Ferre quod ferendum non est.* Sed enim excipiat quispiam, Vbinam, Cicero, tua illa erit optimorum consiliorum, illa rectæ voluntatis cõscientia, si probes ea, quæ probanda non sunt? Poterisne te recte sensisse, & te culpa vacare, dicere? Quum autem hæc Ciceroni merito obiectum iri videatur, aliam mihi rationem expositionis huius loci, quamuis illam alibi attulerim, conandum est: præsertim quum scribat epistol. tertia libri decimi, ad Plancum, *Scis profecto (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent te nimis seruire temporibus. Quod ego quoq; existimarem,*

si te

si te ea quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer. Videndum igitur an non ita possit accipi locus ille de quo nunc agitur, vt dicat Cicero se non probare, quæ ibi statuantur & decernantur, sed ferre tamé illa eorum decreta quorum consilio interest, quod illis obsistere nullo modo possit. Sicut in eo quem modo attuli loco ex epistola ad Plancum, postquam dixit, *Quod ego quæq; existimarem, si te ea quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer:* addit, *Sed quum intelligerem quid sentires, prudenter te arbitrabar videre quid posses.* Omnino enim videtur significare, Plancum passum esse, seu tulisse quæ tamen non probabat, quum contra recte sentiret: quia videbat non eam esse suam potentiam, quæ aliorum consiliis & decretis, quæ minime probabat, posset obsistere. Vel hunc certe locum sequendo, non immerito dixerimus meo quidem iudicio, Ciceroné in illo altero epistolæ sextæ libri noni, negare se probare, quæ statuantur & decernantur ab iis, quorum cōsiliis intersit. Quod si ita est, locum illum aliter quam dixi supra, oportebit παραφράζειν: in hunc nimirum (aut talem) modum, *Mirum videbitur nōnullis,* el, *Reprehendent nonnulli, quod ego illorum consiliis intersim: at ego cur nolim interesse nihil video Non enim est idem, ferre si quid ferendum non est, & probare si quid probandum non est. Ego fero quidem, quod ferendum non est: (feram enim necesse est, quum prohibere non possim) sed longe falletur, qui existimabit, me, quod probandum nō sit, probare.* Ac quæ subiunguntur etiam, ostendere videntur eum negare illa probari a se. addit enim, *Etsi quid non probem quidem, nescio, præter initia rerum. nam hæc in voluntate fuerunt.* Perinde enim est (opinor) ac si diceret, *Nescio tamen quid sit, quod probare non debeam, & quod si probem, merito reprehendi possim Nam initia quidem rerum nō probo, nec probare potui: sed iam illi quorum consiliis intersum, multa illis initiis cōsentanea statuere coguntur, eaq; alioqui minime statueret.*

Vtramcunq; autem sententiam huius loci esse dicas, necesse erit legere, *Ferre si quid ferendum non est:* quam lectionem & Lambinus probauit. Non est autem, quod quisquam miretur locum hunc diuerse expositū esse, quum ipsi etiam Ciceronis eadem de re loci aliquid inter se diuersum habere primo aspectu videri possint. Libro enim quarto hæc scribit Sulpicio. *Ergo aut probare oportet ea quæ fiunt, aut interesse, etiamsi non probes. Quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat vt discedendum putem.* Vbi *Aut interesse,* accipio pro *Aut saltem interesse:* & quum *turpe,* vnum, alterum *esse periculosum* dicat, hoc ad verbū *Probare,* illud ad verbum *Interesse* referri si dixero, huius loci nitar testimonio, *Incredibile est, quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim.* Quo etiam in loco obiter vides, eum non libenter, imo inuitum illorum consiliis interesse, quū tamen in illa libri noni sexta epistola ita loquatur ac si nō inuitus, sed potius libens illis interesset. Iam vero & in epistola decima quarta libri quarti ea legimus ex quibus

colligi posse videtur eum plerumque vix ausum esse libera oratione defendere, quae non probaret ver. *Ego autem inquit, si dignitas est bene de rep. sentire, & bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, si possis, aut deniq. libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis: agimusque praeclare, si nosmetipsos regere possumus, ut ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus.*

Ac de illius quidem loci vera lectione simul & expositione, aut etiam de expositionibus, hactenus. sed hoc addere libet, quum illis verbis, *Non enim est idem, ferre si quid ferendum est,* (vel potius, *ferendum non est,* ut legendum esse docui) *& probare si quid probandum non est*: quum inquam illis verbis subiungantur haec, *Etsi quid non probem quidem nescio, praeter initia rerum*: inveniri & hanc lectionem valde diversam, *Etsi quid non probem? Quid enim iam scio praeter initia rerum?* Sed altera lectio magis mihi placet: cuius expositio mea (quam paulo ante proposui) vide an tibi sit itidem placitura.

SCHEDIASMA XXVIII.

Sicut Actorium apostolicorum cap 19. curiosae artes *vocantur* artes magicae *ita* curiosum hominem *videri ab Horatio appellari, qui artium illarum studio sit deditus.*

Quid sit περιεστάναι αὐτὸν τοῖς ἱματίοις, *Act. cap 22.*

Quae possit esse apta interpretatio verbi σωφρονίζειν, *in hoc loco epist. ad Titum cap. 2.* σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους.

Ibidem, οἰκουροὺς ἀγαθὰς *videri legendum sine interpunctione.*

ἐν τούτῳ, *epist. ad Cor 2 cap 5. & Act. cap 24. videri significare* Interim: *quamvis interpretes vertant* in hoc.

FEbruarium breuem aliquot eiusdem sacrosancti Testamenti locis clausurus, a quo Ianuarium sum auspicatus, initium a quodam sumam, qui exstat in Actis apostolorum, capite 19.

Vers. 18. ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων. καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε.

Quae vetus interpres ita reddidit,

Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam, denariorum quinquaginta millium.

Alii autem illa verba, ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων exponunt, *Multi ex iis, qui curiosas artes exercuerant*: quam interpretationem magis probo, quum dici possint aliqui artes curiosas sectari, qui ad studium illarum animum appulerint, etiam si eas non exercuerint: quod tamé ex participii πραξάντων significatione intelligendum videtur. Quaenam vero erant illae *curiosae artes*? Non dubiú est quin

magica. De quo tamen si forte dubites, eum vsum Latinæ vocis *Curiosus*, quem habet in illo loco Horatii, considerandū tibi proponam, sicut & aliis propoſui. Hunc, inquam,

An quæ mouere cereas imagines,
(Vt ipse noſti curioſus) & polo
Deripere lunam vocibus poſſum meis,
Poſſum crematos excitare mortuos,
Deſiderique temperare poculum,
Plorem artis in te nil habentis exitum?

Quis enim mihi non aſſentiatur, dicenti *curioſum* itidem hic appellari eum, qui magicarū artium ſtudio deditus eſſet, aut ſaltem illarum non omnino rudis eſſe vellet? Hoc tantum eſt diſcriminis, quod quū ibi περίεργα de re dici videamus, hic *Curioſus* de homine, qui illa περίεργα ſectatur, aut ſcrutatur, dicat. Sic autem περίεργος ab Herodiano is appellatur, qui cuiuſdam etiam extraordinariæ (vt ita dicā) ſcientiæ ſtudio tenetur. Legimus enim apud eum, libro quarto, de Antonino, περίεργος γὰρ ὤν, οὐ μόνον τὰ ἀνθρώπων πάντα εἰδέναι ἤθελεν, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖά τε καὶ δαιμόνια πολυπραγμονεῖν. Et paulo poſt dicit eum, quum omnes ſibi ſuſpectos haberet, *magos etiam & aſtronomos vndique accerſiuiſſe, vt eos conſideret*. Sic autem & apud Platonem in Apologia, dicitur de Socrate περιεργάζεται, ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια. Quod ſi illi, qui τὰ θεῖά τε καὶ δαιμόνια ἐπολυπραγμόνουν, (vt loquitur Herodianus) dicebantur περίεργοι, iuſtius etiam, qui ad artes magicas animum appellebant, velut κατ' ἐξοχὴν appellari περίεργοι poterant: quod ſi illi περίεργοι merito dicebantur, non immerito certe eorum ſtudia, vel potius quæ ab iis ex illarum artium præceptis fiebant, a Luca περίεργα vocata fuerunt.

In eodem Actorum opere, cap viceſimo ſecundo, leguntur hæc,

V. 24. ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολήν· εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν, ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ.

V. 25. ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος, Εἰ ἄνθρωπον ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;

Quæ vetus interpres ita vertit, *Iuſſit tribunus induci eū in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt ſciret propter quā cauſſam ſic acclamarent ei. Et quum adſtrinxiſſent eum loris, dicit aſtanti ſibi centurioni Paulus, Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*

At ego, vt de ceteris taceam, quæ hic aliter interpretanda fuerunt, & verò etiam id quod potiſſimum eſt, nullo modo poſſum illam verbi προτείνω interpretationem admittere: quam tamen & alios ſequi video: vertunt enim itidem, *Quum autem adſtrinxiſſent eum loris*: vel *Quū adſtrinxiſſet*, ſequendo alteram lectionē προέτεινεν; quaſi προτείνειν Græcis ſignificet *Adſtringere*, & quaſi illis ἱμᾶσιν

ad eum vinciẽdum vel adſtringendum vti vellent,non aũt ad eum cædendum. Quod ſi etiam hoc daretur,at illud dari nullo modo poſſet, προτείνειν ſignificare *Aſtringere*. Spero igitur fore,vt huic meę expoſitioni aſſentiaris. *Quum obiecissent eum loris*.id eſt *Quum iam ei verbera intentarent*. Sic autem accipiendum erit *Obijcere*,vt dicitur *Obijcere gladio*. atq; vt Plautus dixit *Priusquam te huic meæ machæræ obijcio maſtigia*. Quamuis enim res ſint diuerſæ,lora,quibus cęditur aliquis,& gladius quo percutitur,videmur tamẽ poſſe verbum illud hinc mutuari,quũ aliud deſit. Niſi forte dici queat, *Admouere loris*. Erit quidem certe *Obijcere aliquem loris*,ſeu *verberibus*,ſiue *Admouere loris*, eum prehendere, & eam corporis partẽ, quæ verbera eſt exceptura,velut in manus tradere eorum,qui ſunt verberaturi.

Epiſtolæ ad Titum capite ſecundo,legimus,de vetulis,

V.24. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας. φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους.

V 25. Σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθάς ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν.

Vbi σωφρονίζωσι puto idem valere, q. σωφρονίζουσαι διδάσκωσι quum ſequatur infinitiuus. Ita autem exponendo,apte dicetur. σωφρονίζουσαι διδάσκωσιν εἶναι φιλάνδρους. φιλοτέκνους id eſt, *Ita caſtigẽt adoleſcentulas,vt doceant eſſe maritorum pariter & liberorum amãtes*. Vel, *Caſtigatione ſua doceant,&c.*

In verſu autem 25. non puto interpungendum inter οἰκουροὺς & ἀγαθάς:ſed dici οἰκουροὺς ἀγαθάς ea forma,qua Latine diceretur *Bonas matresfamilias*. Sic apud Homerum ἀγαθὴ cum κουροτρόφος videmus iung. Alioqui quorſum illud adiectiuum nomẽ,cuius tam late patet ſignificatio,illis quinque ſubiungeret?

Legimus epiſt.ſecundæ ad Corinthios capite quinto.

V.2. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. Quæ vetus interpres ita vertit, *Nam & in hoc ingemiſcimus,&c.* Eodemq; modo & alii ἐν τούτῳ interpretantur *In hoc*: at ego vertendum puto *Interim*: quum hæ voces ἐν τούτῳ hanc ſignificationem habeant, & apud optimos quoſq. ſcriptores frequentiſſimam,& huic loco longe aptiſſimam.

Idemq; dico de iiſdem vocabulis in hoc loco Act.cap 24.

V.15. Ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

V.16. ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.

Hic quoq; omnes ἐν τούτῳ interpretantur *In hoc*: ego tamen ſignificare itidem puto *Interim*. Non minus certe(ne dicam magis)huic loco quam præcedenti iſta ſignificatio conuenit.

HENR.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

id est;

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM,

Liber III:

qui est

Succisiuarum MARTII horarum pensum.

SCHEDIASMA I.

De sapientissima precatione, quam Socrates apud Platonem ex poeta quodam affert, cuius nomen tacet.

MARTIVM meum a precatione Socratica, meaqué eius interpretatione, auspicari libet: quod in ea nihil quicquam esse videatur hominis Christiani vel aure, vel ore indignum, præter primam voculam Ζεῦ. adeo, vt si Ζεῦ βασιλεῦ mutet quis in Παμβασιλεῦ, vel Παμμέδων, vel Παντοκράτωρ, siue Κοσμοκράτωρ, vel ὑψιμέδων, vel Παντομέδων, nihil dicturus sit, quod non εὐχὴν Χριστιανικὴν sicut Σωκρατικὴν deceat. Audienda est igitur illa, ex Alcibiade posteriore petita: qui dialogus & περὶ προσευχῆς est inscriptus,

> Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
> ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξοις.

Sed quomodo precationem hanc vocare Socraticam possum, quum Socrates apud Platonem ex quodam poeta eam se afferre dicat? Eam, credo, Socraticam vocare mihi nihilominus licebit, quum eius memoriam Platoni siue Socrati acceptam ferre debeamus. eius enim memoria intercidisset, nisi ibi mentio eius facta fuisset. Nam legitur quidem & in Anthologiæ epigrammatum libro primo: sed ex illo Platonis sumpta loco. Atq; ibi posterioris versus posterius hemistichium ita scriptum est —τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις, eodem sensu. Neq; vero apud Platonem ita scriptum est vltimum verbum posterioris versus, verum id ex eo, qui exstat in illo Anthologiæ loco, ad formulam precationis accommodare mihi

permisi. Ibi enim scriptum est (ne, si hoc dissimulem, videar non satis bona fide in citãdo loco illo vsus esse) —τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει. Eodemq; modo a priore versu particulam φησὶ, quæ extrinsecus interiiciebatur, reieci. ita enim ibi,

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, φησὶ, καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις, &c.

Sed veniendum est ad horum versuũ interpretationem, si prius tamen ea, quæ Socrates his præfatur, attulero.

Κινδυνεύει γ' οὖν (ita enim legere malo quam Κινδυνεύειν) ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητὴς ὃς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. Id est, *Videri possit, Alcibiades, prudens fuisse poeta ille, quem ego existimo, quũ stultos quosdam amicos haberet, eosq; & facere & precari illa videret, quæ suis rebus non conducerent, vt tamen illi putabant, hanc communem omnibus futuram precationem composuisse.*

Versuum autem interpretationes primum quidem quæ sunt aliorum, deinde meas proferam. quoniam & digni sunt tam pulcri versus plurium interpretum opera, & lectorem delectabit diuersarum interpretationum inter se collatio: præsertim quum talia in illis sint vocabula, vt non facile duo Græci duobus Latinis reddi queant: ita quidem vt nihil omittatur.

Ex Moro affertur hæc, tribus versibus comprehensa,

Da bona, siue rogere Deus, seu nulla rogere,
Et procul a nobis mala quæq; petentibus aufer:
Et mala siue petare nega, seu nulla petare.

Franciscus Bellicarius ita,

Da bona poscenti Saturnie: triste precanti
Nec damnum dederis: dandi hic fac optime finem.

Interpres nouus Platonis ita,

Optima da nobis, vel si, pater, illa rogemus,
Vel non: at damnum cæco si errore precemur,
Tu damnum a nobis præsens auertito

Ego autem triplici interpretationis genere versus illos dignatus sum: quarum prima totidẽ versibus ac pene totidem verbis Græca illa exprimit. secunda paulo liberior est: tertia, libertima.

Prima igitur hæc est,

Quæ bona sunt nobis da rex Iuppiter, illa precanti,
Haudq; precanti etiam: mala si precer, attamen arce.

Secunda hosce tres versus habet,

Quæ bona sunt, nobis largire o Iuppiter, o rex,
Seu non sint precibus nostris, sint siue petita:
At mala longe arce, quantumlibet illa precemur.

In tertia hanc παραφράσεως libertatem mihi permisi, consulto Iouis nomen omittens,

O qui rex regum es, magni dominator olympi,

Æterno

Æterno a cuius bona seu mala numine pendent,
Quæ bona sunt facilis nobis largire precesque,
Ne tu exspectato nostras: verum illa precari
Seu venit in mentem seu non, da posse potiri.
Quod si etiam mala nos leua te mente rogemus,
Stultitiam miserare tamen pater optime nostram:
Nostraque te quamuis temeraria vota fatigent,
Parce his indulgere: & quæ exoptamus adesse,
Fac procul a nobis contra cernamus abesse.

Huic autem similes precationes valde placuisse Iuuenali, dissimiles valde displicuisse, ex proximo Schediasmate intelliges.

SCHEDIASMA II.

De precandi regula a duobus Socratis discipulis, Platone & Xenophonte, tradita; quam & Iuuenalis proponit.

PRecandi deos regulam eandem duo eiusdem Philosophi discipuli tradiderunt, Plato & Xenophon: & ad illum quidem quod attinet, satis ostendunt ii quos tantopere laudat versus quam tenendam regulam putauerit quæ alioqui ex multis eius peri locis potest: plenissime vero tractatur in Alcibiade posteriore. Ex Xenophonte aũt Apomn lib. 1. discimus *Socratem non aliud a dijs precari solitum, quam vt darent quæ bona essent: quod illi optime scirent quænam res essent bonæ. At vero eos qui precibus suis aurum vel argentum vel tyrannidem vel huiusmodi quidpiam a dijs peterent, perinde facere putabat, ac si precarentur vt sibi liceret alea ludere, vel præliari: vel quid aliud peterent eorum, quæ incertum exitum habere constat.*

Ad quæ merito cuipiam videatur respexisse Iuuenalis, in his Satyræ decimæ versibus.

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusque sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt dij.
Carior est illis homo quam sibi.

Nam pro iucundis (inquit) *dij aptissima quæque dabunt.* Id est, Si tu illorum arbitrio permittas res tuas, si tu omnem de tuis rebus curam illis relinquas & quasi in illorum sinum deponas, dabunt ea quæ si tibi non futura sunt iucunda primo aspectu, at certe futura sunt aptissima. Tota autẽ Satyra stultas hominum preces & stulta vota insectatur: multisque ex ea petitis exemplis probari potest, quam sapienter scripta sit illa poetæ veteris precatio, quæ in præcedente Schediasmate fuit commemorata.

SCHEDIASMA III.

De Platonis locis qui testantur eius pietatem, quatenus quidem hæc in hominem ethnicum cadere poterat.

ID *Pietatis* siue εὐσεβείας genus quod in ethnicos cadere poterat, in Platone, si in alio quoquam ex veteribus philosophis perspicitur: quia etiam a Socrate primum imbutum fuisse constat, a quo cum alia θεοσεβῶς dicta, tum vero illud commemorat, πείσομαι δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. (liber autem in quo id commemorat, est Apologia) quod certe quum legitur, venit statim in mentem illud Petri apostoli, πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Atqui vt taceam quæ de rite precando numine ab illo tradi in præcedentibus Schediasmatis dictum est, videmus quam sit passim de illo inuocando solicitus, in Timæo, pag. 27. & 48. Quinetiam libro De legibus primo, hospes Atheniensis (quem non alium quam Platonem ipsum esse quidam putant) leges scripturus & rempubl. constituturus, *Deum* (inquit) *ad ciuitatis constitutioné inuocemus: ille vero nos audire velit, & exauditus* (vel, *exoratus*) *propitius nobis ac beneuolus adueniat, nobiscum ciuitatem ac leges ordinaturus* (vel *constituturus*). Eius verba sunt pag. 712 θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὁ δ' ἀκούσειέ τε καὶ ἀκούσας ἵλεως εὐμενής τε ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους. Id est διακοσμήσων σὺν ἡμῖν. Est autem διακοσμεῖν non *Exornare* (sicut & Ficinus hic vertit *Exornaturus*) sed *Ordinare, Constituere*, κατασκευάζειν. Sed quum iam dixisset κατασκευὴν, maluit συνδιακοσμήσων quam συγκατασκευάσων dicere. Cicero dicit etiam *Collocare aliquem statum reipubl.* Ceterum Platonis exemplo Cicero suæ legum scriptioni hæc præfatur, M. *Ab Ioue Musarum primordia, sicut in Arateo carmine orsi sumus.* Q. *Quorsum istuc?* M. *Quia nunc item ab eodem & a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.* Verum omnis etiam cogitationis non solum sermonis principiú a diis sumendum esse scribit Plato epistola octaua, ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν.

Cum alii autem multi loci id quod dixi testantur, in quibus Deum solum posse ἀγαθὸν vocari tradit, in quibus admirabilem eius in prouidendo hominibus bonitatem & sapientiam considerandam proponit: tum vero ii in quibus eos qui nullum numen agnoscerent (qui athei & ab ipso appellantur) tanquam monstra execratur: sicut & in sequente Schediasmate docebo.

SCHEDIASMA IV.

Quantopere atheos abominatus sit Plato.
De quodam vsu vocabuli θεῖος illi (vt opinor) peculiari quod ἀθέῳ opponere videtur. Loci cuiusdam illius emendatio.

IN eo etiam quod atheos, tãquam monstra quædam, abominatur Plato, (cum alibi, tum 2. [illegible] pag. 88) & deinceps) pietatis eius testimonium habemus pietatis in Deum eiusmodi qualis ethnico inesse potuit. *Neque vero legislatorem cum illis agere vult verbis tantum & verberibus, sed tandem etiam e medio illos tollere.*

Est au-

Est autem obseruatione dignissimum apud illum, θεῖον ei opponi, qui ἄθεος appellatur. Quod tamē ab interpretibus animaduersum non fuisse video: ego autem quum in duos iam locos incidissem, ex quibus hunc quoque nominis istius vsum apud Platonem esse coniiciebam, tandem tertius quidam certam eius rei fidem fecit. Legeram enim iam, Tomi secundi pag. 945. ὅμως δὲ πειρατέον εὐθυντάς τινας ἀνευρίσκειν θείους. legeram item pag. 966. τὸ μηδέ ποτε τῶν νομοφυλάκων αἱρεῖσθαι τὸν μὴ θεῖον καὶ διαπεπονηκότα περὶ αὐτά: sed postea in hunc etiam locum incidi, pag. 176 tomi primi, παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου, ἀθλιωτάτου &c. vbi aperte θεῖος opponitur ἀθέῳ. Quod autem ad duos praecedentes locos attinet, in priore quidem dubitari possit, an θείους ita oporteat accipere: an vero θείους ad præstantiam tantum referre (sicut & quum dicit νομοθέτου θείου λέγων, initio dialogi quarti De legibus eo referri videtur) at in posteriore nullam de illa significatione dubitationem relinqui dico, partim ex iis quæ præcedunt, partim ex iis quæ sequuntur.

Ceterum potest ibi lectori negotium facessere pronomen αὐτὰ post θεῖον. dicit enim, τὸν μὴ θεῖον καὶ διαπεπονηκότα περὶ αὐτά. quo autem refertur vel potius quid referre pronomen αὐτὰ dicendum est? Sed ego subiungi αὐτὰ existimo, perinde ac si non τὸν θεῖον præcessisset, verum τὸν ἐν θεῖα γεγονότα vel τὸν περὶ τοὺς θεούς: siue τὸν ἔμπειρον τῶν θείων: quod illud adiectiuum verbis hisce, aut aliis huiusmodi sit ἰσοδυναμοῦν. Ceterum *vulgus falso existimasse cognitionem astronomiæ homines efficere atheos, potiusq; contrarium ab ea effici*, docet in fine libri De legibus duodecimi.

Libet autem lectorem monere & de mendo, quod iis, quæ proxime sequuntur subesse puto, μηδ᾽ αὖ τῶν πρὸς ἀρετὴν ἐγχειρητῶν γίγνεσθαι. Scribendum enim existimo ἐγκρίτων: vt dicantur ἔγκριτοι πρὸς ἀρετήν, qui adeo virtute præstant, vt eos hæc præstantia ex aliorum numero eximat. Sic autem πρὸς ἀρετὴν cum participio ὑπερβάλλοντας iungit pag. 945.

SDHEDIASMA V.

Quid aspectabilium deorum *appellatione intelligere oporteat apud Platonem. De cuiusdam loci eius emendatione.*

QVamuis Plato libro De legibus decimo reprehendat quosdam, quod naturæ vi & potentiæ adscribant ea, quorum laudem potentia Dei meretur, quamuis etiam corpora cœlestia motum ab hac ipsa accipere tradat, in Epinomide, ea tamen non solum animantium, sed etiam deorum in numero ponit. Neq; dubitandum est quin libro De legibus vndecimo, pag 930. vbi dicit *ex diis alios esse hominibus omnino conspicuos, & ab illis eos cernentibus coli, aliorum autem imaginibus honorem deferri, deos qui cernuntur appellet ipsa astra.* Scribit enim in Epinomide, pag 981. νομιστέον δὲ

δὴ δεῖ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν ζῶα εἶναι ζώων γένη· ὁ δὴ πᾶν χρὴ φάναι θεῖον γένος ἄστρων γεγονέναι, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ' εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀρίστης. Pag autem 984. vocat deos qui cernuntur, & qui acutissime cernunt, θεοὺς τοὺς ὁρατοὺς καὶ ὀξύτατον ὁρῶντας: addens etiam μεγίστους καὶ τιμιωτάτους. ac non multo post θεοὺς φανερούς appellat. (cui loco subesse mendum puto, & pro his αἰσχυνομένους τε ὄντας ἑτέρους θεούς, scribendum esse, αἰσχυνομένους τε ὄντας ὡσπερεὶ τοὺς ἑτέρους θεούς.) Quinetiam pag 821 Solem & Lunam *magnos deos* appellat. Ceterum de motu & agitatione astrorum in Epinomide quidem illud, quod dixi tradit: in Politico autem agitationem mundo partim a deo, partim αὐτόματον tribuit.

SCHEDIASMA VI.

De arcana quadam diuinitatis cognitione, & arcana de eadem doctrina, quam Platoni quidam ex Græcis theologis adscripserunt: & de quibusdam eius locis ex quibus tum alia de eo tum id probare conantur. De loci cuiusdam ex epist. ad Dionys. expositione.

PLatoni quidam ex theologis Græcis nescio quam diuinitatis arcanam cognitionem atq; adeo arcanam de eadem doctrinam adscribunt. Sicut enim quædam in præcedentibus Schediasmatis ex eo attuli pietatē eius testantia, ita cum alia quædam, tum vero quæ in proxime præcedēte leguntur, impietatis eum damnare dici possunt. Nam si doctrinā illam occultare metus illum cogebat, at non & diuinitatem illis quoque tribuere cogebatur quibus minime ab aliis philosophis (aut saltem non ab omnibus) tribuebatur: vt taceam de aliis quæ illi & peculiaria sunt & ab illa quam dicunt cognitione valde aliena. Primus autem (vt opinor) Iustinus Martyr ἐν τῷ παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ, cum alia huc pertinentia de eo scripsit, tum vero eum probasse quidem Mosis & aliorum prophetarum de vno soloq; Deo doctrinam, quam in Ægypto intellexerat: sed propter illa, quæ Socrati acciderant, quū timeret ne aduersum se quoq; Anytū quempiam aut Melitum cōcitaret, metu cicuræ implicito quodam & tecto sermone, de diuinitate loquentē, visum esse. Adeo quidem vt in Timæo eum quem vocat δημιουργὸν sibi repugnātia loquentem induxisse dicat, quod formidaret eos qui plures deos agnoscebant. Atq; vbi ab hoc philosopho scribitur, ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν πάντων ἔχων, dicit hic aperte a Platone παλαιοῦ λόγου appellatione *legem Mosis* significari. Quinetiam in hoc eiusdem loco. τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται δίκη, etc. ... ἐπὶ τούτων ... ἄνδρας ... ὁ θεὸς ... καὶ ἀνδρῶν ὅς ἂν ἐκείνῳ φίλος ᾖ. illos ἄνδρας eum intelligere *Mosem & ceteros prophetas*: ex quorum libris futurum iudicium Dei didicisse: & de illo esse intelligendum quendam libri De rep. publ. primi locum.

A Iustino (apud quem alia quamplurima huc pertinentia legenda

genda relinquo) ad Clementem Alexandrinum venio: qui Platonem *equum* ὑβριστὴν appellasse dicit τῆς ἐπιθυμίας, quod locum illum legisset, ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγένηθητέ μοι.

Eusebius quoq. & Theodoritus occultam quandam vnius Dei agnitionem quibusdam Platonis locis subesse existimarunt. Ex iis locis vnus est hic, in ea epistola ad Dionysium, quæ vltimum inter epistolas locum tenet. περὶ δὲ δὴ τοῦ ξυμβόλου τοῦ περὶ τὰς ἐπιστολάς, ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω σπουδῇ καὶ ὅσας ἂν μή, οἶμαι μέν σε μεμνῆσθαι· ὅμως δὲ ἐννόει καὶ πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν. πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς διωθεῖσθαι. τῆς μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς θεὸς ἄρχει, θεοὶ δὲ τῆς ἧττον. Vel potius, τῆς μὲν οὖν σπουδαίας &c. vt apud Eusebium legitur, libro vndecimo Præpar. euangelicæ. pag. 312. editionis patris mei. *Quod autem* (inquit) *attinet ad notam quam serijs epistolis & eius quam non serijs appono, quamuis te putem vtriusq; meminisse, tamen attende, atque animum aduerte: quoniam multi petunt a me vt scribam, quos haud facile est aperte repellere. Seriæ igitur epistolæ initium est* DEVS, *at vero* DII, *eius quæ minus seria est.* vt cum ἧττον subaudiatur σπουδαίας. Alioqui τὸ ἧττον vidēdum esset an significare posset, *Eius quæ minoris est momēti*: vel (vt quidam est interpretatus) *Leuioris epistolæ.* Ego vero non puto Platonem ad hoc significādum ita loquututum fuisse. in principio autem huius loci ideo περὶ τοῦ ξυμβόλου verti *Quod attinet ad notam*, quoniā μέμνημαι τούτου, non μέμνημαι περὶ τούτου, dicunt Græci, quum μέμνημαι significat *Memini*, quod est *Recordor*: at quum pro *Memini* ponitur significante *Mentionem feci*, vel *facio*, tum præpositionem genitiuo interdum præfigunt. Ceterum ex hoc loco Eusebius manifestum esse putat Platonem deum vnicum agnoscere, quamuis Græcorū consuetudinem sequens deos multitudinis numero passim dicat. Theodoritus autem, postquam eundem illum attulit locum, *Quo autem pacto* (inquit) *melius quis possit mentis suæ consilium explicare? Plane siquidem nobis ostendit quid in ea nominum differentia ipse intelligi vellet. quasi manifeste diceret, Vt populari sententiæ me accommodem, deum quandoq; numero multitudinis appello, dum videlicet ad falsas meorum ciuium opiniones respicio: at quotiescunq; serio atq; ingenue scribo, neque de illius fide dubito qui literas perferat, eiusue qui illas accipiat, Deum singulariter dico: a quo & initium scribendi facio.* Deinde postquam dixit eundem ita esse de Deo sapientissime loquutum, τὸν γὰρ πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἐξειπεῖν ἀδύνατον: (quæ Cicero vertit, *Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, &, quum iam inueneris, indicare in vulgus nefas*) addit, *Neque enim, sicut cetera quæ discimus, ita & hoc potest dicendo exprimi. Ceterū qui hoc loco pie ac prudenter de Deo loquutus est, alibi tamen, vel quod sibi a populo pertimuerit, vel q tunc veritatem penitus ignorarit, multorū deorum mentionem fecit, magnamq; ita perniciem illis attulit qui in*

eius monimenta incurrunt. Hactenus Theodoritus, vt quidẽ Zenobius Acciaolus eum interpretatus est: quum opus illud περὶ τῆς τῶν ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτικῆς Græce editum non sit.

Schediasma VII.

De alio Platonis loco, cui arcanum subesse existimatur quod ab Hebræis hauserit.

ALius est eiusdem philosophi locus cui arcanum quoddã subesse existimant duo illi, Eusebius & Theodoritus: is exstat in fine epistolæ ad Hermiam, Erastum, & Coriscum, καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν, ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας. *Nonne* (inquit Eusebius) *tibi videtur Plato, quum hæc scriberet, Hebræorum dogmata sequutus esse?* Præsertim autem illam κυρίου appellationem argumento vult esse, eum ab Hebræis ista hausisse. Theodoritus vero legens θεῶν, non θεὸν, sicut cetera laudat, ita hoc reprehẽdit: sed eum in mendosum exemplar incidisse puto ac Platonem scripsisse non, τὸν τῶν πάντων θεῶν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, id est, *ducem omnium deorum & qui sunt & qui futuri sunt*, sed τὸν τῶν πάντων θεὸν, &c. Nam Ficinus quoque hanc lectionem in suo exemplari siue in suis exemplaribus habuit. vertit enim, *Testando deum rerum omnium ducem præsentium & futurarũ, ac ducis & caussæ patrem dominum.* Agnoscit vero & Eusebius θεὸν, non θεῶν.

Præsertim vero locus ille epistolæ ad Dionysium, quæ secunda est inter epistolas, in quo Plato dicit se ænigmatice loqui velle, magnum arcanum cõtinet περὶ τῆς τριάδος si Eusebio credimus: sed vereor ne illi vel de hoc vel de præcedente loco credere sit tantum mysterium profanare.

Schediasma VIII.

De Theodorito, qui Plutarchum & Plotinum sacra euangelia audiuisse putat.

De primis verbis Euangelij Ioannis, quæ quidam e recẽtioribus philosophis Amelius dicitur agnouisse.

NEque vero minus videri potest mirum (ne dicam incredibile) quod Theodoritus scribit de recentioribus philosophis, Plutarcho & Plotino, quam quod de Platone modo commemoratum fuit. illos enim tradit *audiuisse quid essent sacra euangelia.* Quibus subiungit, *Id quod Amelius ille qui Porphyrij scholis præfuit, manifeste ostendit.* admiratur enim vehementer procemium illud a quo Ioannes euangelista theologiæ mysteria orsus est. sic enim inquit, Καὶ οὗτος ἄρα ἦν ὁ λόγος καθ' ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε, καὶ νὴ Δί' ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶναι καὶ θεὸν εἶναι· δι' οὗ πάντα ἁπλῶς γεγενῆσθαι. ἐν ᾧ τε γενόμενον ζῶν, καὶ ζωὴν, καὶ ὂν πεφυκέναι, καὶ εἰς τὰ

σώματα

καὶ σάρκα πίπτειν καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μετὰ καὶ τοῦ τηνικαῦτα δεικνύναι τῆς φύσεως τὸ μεγαλεῖον. ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεοῦσθαι καὶ θεὸν εἶναι οἷος ἦν πρὸ τοῦ εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι. Sumpsi aũt ex Eusebio hunc locum, quum apud Theodoritum eius tantum sit interpretatio Latina Acciaoli: qui quoniam nonnulla secus legisse videtur, & quidem melius, eam subiungam. *Et hoc ergo erat verbum secundum, quod semper fuerunt quæ facta sunt, sicut Heraclitus ipse censeret. ita etiam profecto barbarus homo censet in principij loco ac dignitate verbum apud Deum constitutum, Deumque esse per quem absolute omnia facta sunt. Quod factum sit, in eo inquit & viuens & vitam & ens fuisse. in corpus autem illapsum, carnemque indutum, apparuisse hominem: in quo tamon & naturæ suæ magnificentiam tunc ostenderit. Quumque morte obita solueretur, rursus ad diuinitatem rediisse affirmat, Deumque esse, qualis videlicet prius fuerat quam in carneum corpus hominemque descenderet.* Ea autem quæ Theodoritus loco illi allato subiungit, ita interpretatur, *Vsque adeo igitur barbari hominis theologiam suspexit homo Platonis aliarumque philosophorum eloquentia innutritus, vt verbum confessus fuerit esse in principio, ac deum esse, omnia denique effecisse, omnibusque vitæ caussam dispensatoremque esse. Publica vero salutis caussa, maiestatem quidem diuinitatis carne occuluisse: at ne sic quidem in crassa illa corporis nebula deperdidisse ingenuam nobilitatem.* Quibusdã vero interiectis ita claudit hunc locum, *Quod si aduersarij veritatis vsqueadeo veritatem admirantur, vt exiguis inde corrogatis particulis libros suos cultiores efficiant, neque parua illa ramenta, quanquã multa falsitati admixta sint, splendorem suum decusque amittunt, sed uniones in fimo ac stercore valde effulgent, ac sicut in Euangelio edocemur, Lux in tenebris lucet, neque a tenebris occultatur, facile hinc licet cognoscere quantopere adamanda quamque admiranda sint omnibus sacræ literæ, quum omnis sint erroris ac falsitatis expertes. multum siquidem interest vtrum vnio statuatur in cœno, an positus in corona resplendeat.*

SCHEDIASMA IX.

De quodam loco illius Isocratis cuius est Parænesis ad Demonicum: in quo philosophicum quoddam dogma, ex Platone sumtum vsurpat.

Isocratem illum cuius est Parænesis ad Demonicum, quoddam philosophicum dogma ex Platone sumtum in ea vsurpasse cõperi, seruato etiam præcipuo quo Plato vsus esset verbo. Legimus enim in principio secundi Platonis De republ. libri, Λέγε γάρ μοι, ἆρά σοι δοκεῖ τοιόνδε τι εἶναι ἀγαθόν, ὃ δεξαίμεθ' ἂν ἔχειν, οὐ τῶν ἀποβαινόντων ἐφιέμενοι, ἀλλ' αὐτὸ αὑτοῦ ἕνεκα ἀσπαζόμενοι; Et affertur exemplum, οἷον τὸ χαίρειν, καὶ αἱ ἡδοναὶ ὅσαι ἀβλαβεῖς καὶ μηδὲν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ ταύτας γίγνεται ἄλλο ἢ χαίρειν ἔχοντα. Et respondetur, ἔμοιγε

δοκεῖ τι εἶναι τοιοῦτον. Quinetiam circa medium eiusdem libri, ἐπειδὴ οὖν ὡμολόγησας τῶν μεγίστων ἀγαθῶν εἶναι δικαιοσύνην, ἃ τῶν τε ἀποβαινόντων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὰ αὐτῶν. Ille autem Isocrates in eo quem nominaui libro postquã dixit, *In omnibus autem quæ facimus, non ita principii recordamur, vt sensu finis afficimur:* subiungit quod Plato dicit, τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ δι' αὐτὰ τὰ πράγματα ποιοῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονοῦμεν. *Pleraque* (inquit) *in vita agimus non propter res ipsas, sed propter illa quæ ex iis consequuntur.* id est, *In plerisq; earum rerum quas facimus, non tam earum rationem habemus quam eorum quæ inde sunt consequutura.* siue, *Non tam eas spectamus quam ea, quæ inde consequi solent.* Apud vtrunque enim τὰ ἀποβαίνοντα non puto aptiore verbo reddi posse. Quamuis autem non eadem orationis forma tradatur hoc a Platone, ex illa tamen, quæ apud eum est interrogatione & responsione idem colligitur: quum ibi respondeatur, *bonum aliquod esse eiusmodi, vt ex illa velut regula excipi debeat*, quæ dicitur ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα ποιοῦμεν. Ac quemadmodum in exemplum eorum quæ ex hac regula excipiuntur (id est, quæ propter se persequimur, non propter illa quæ inde consequuntur) afferuntur voluptates innocuæ: sic etiam ille Isocrates de iisdem loquens, ad illud velut ἀξίωμα deuenit, quod illi eius loco cum Platonico est commune. Ceterum apud Platonẽ paulo post dicitur, τῶν ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένων eadem significatione qua τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἀποβαινόντων. quum alioqui infra hoc non illud participium repetatur, in eo quem circa medium dialogum esse dixi loco.

Sed obseruandum est, accuratius hanc rem in illo Platonis loco examinari: & concedi quidem esse quæ homines ament & consectentur non propter se, sed propter τὰ ἀποβαίνοντα: verum ita vt & secundum quoddam constituatur genus ἀγαθῶν, quod non solum propter τὰ ἀποβαίνοντα, sed ipsum propter se cõsectari soleant: (& quidem nonnullorum genus tale, vt magis etiam propter se) quinetiam tertium constituatur, eorum quæ propter se tantummodo.

SCHEDIASMA X.

Quamuis valde fœcundum fuerit Nasonis ingenium, ipsum quoque tamen quædam habere quæ quum natiua videri possint, sunt tamen aduentitia & externa. Felicitatis ingenij eius in varianda aliis atq; aliis verbis eadem re, exempla.

NAsonis ingenium, magis quam cuiusquam eorum qui ad nostram ætatem peruenerunt poetarum fuisse fœcundum puto: ideoque non mirum est, si quædam ab eo excellenter dicta, natiua tamen & αὐτοφυῆ esse existimantur. Verum & ex his quæ natiua videri possint, nonnulla esse aduentitia constat. Exemplo esse vel hoc distichum potest,

—Iam-

—laudataq; virtus—Crescit.

Quis enim dictum hoc non existimet natiuum & αὐτοφυὲς esse? est tamen aducatitium & ἐξωτικόν: quum iampridem Graecus quidam scriptor dixisset ἀρετὴν ἐπαινουμένην αὔξεσθαι, id est, *Virtutem dum laudatur, crescere*, siue *augeri*, aut *incrementum capere*. Sed apud Clementem Alexandrinum duo adiciuntur verba, quae hanc sententiam valde exornant, quoniam in illis est comparatio cum arbore. Nam Paedagogi libro primo, postquam dixit, *εἰ δὲ αὐτῇ προσέχοντες τῇ πίστει, οἷον αὐτοδίδακτοι καὶ προαιρετικοὶ αὔξονται τῷ ἐπαίνῳ*, id confirmat illius sententiae testimonio, *ἀρετὴ γὰρ ἐπαινουμένη δένδρον ὡς ἀέξεται*. Fortassis autem deest datiuus ὕδατι, aut alius quispiam: vt dictum sit virtutem ita laude, quemadmodum arborem aqua, crescere, siue augeri. At Naso illam quidem comparationem omittit: sed iis quae ante & post peregrinam hanc & exoticam mercem collocat, eam magis vilendam reddit. Ita enim ille, De ponto libri quarti elegia secunda,

Excitat auditor studium: laudataq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Atque vt hic dicit *gloriam immensum calcar habere*, sic alibi eodem metaphorae genere vtens dicit, *famam ingenio stimulos subdere*,

Deniq; nulla mihi captatur gloria, quaeq;
Ingenio stimulos subdere fama solet.

Ita enim ibi scribendum est, *Ingenio*, aut certe *Ingeniis*: non *Ingenii*, vt habent quaedam editiones.

Alibi autem *Gloria* dicitur ab eodem *acuere*, eodem sensu, eiusdem libri elegia sexta,

Gloria vos acuat, vos vt recitata probentur
Carmina, Pieriis inuigilate choris.

Alibi dicit *gloriam dare vires animo, & laudis amorem facunda pectora facere*: Trist. lib. quinti elegia duodecima,

Deniq; non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

Quinetiam alio genere loquendi alibi vtitur, quum dicit *ex ipsis populi plausibus & laeto fauore quoduis ingenium potuisse incalescere*: in quodam ex libris De ponto si bene memini,

Plausibus ex ipsis populi, laetoq; fauore
Ingenium quoduis incaluisse potest.

Contra vero *musam suam in plausus ambitiosam non esse*, alibi scribit. Libuit autem hos eodem pertinentes locos proferre, vt ostěderem quam foecundum & felix in vna eademque re aliis atq; aliis verbis varianda esset poetae huius ingenium: quod tamen quum antea foecundum esse dixi, non de hoc magis quam de quouis alio foecunditatis genere intellexi.

SCHEDIASMA XI.

Quod Ouidius de artibus ingenuis dixit, eas mores emollire, ex Platone sumtum videri posse.

De alio earum fructu, cuius Cicero & Ouidius meminerunt.

Varijs nominibus Latinis esse vsos de illis ingenuis artibus: Platonē autem ὀρθὴν παιδείαν dixisse.

De quodam nominis ἀπαίδευτος vsu, qui conuenit cum ea Latinæ vocis Humanitas *significatione, qua dicitur de eruditione.*

NAsonem si dixero eam quoque sententiam aliunde mutuatū esse, qua dicit, *ingenuarum artium cognitionem mores emollire*, verum, vt opinor, dixero: præsertim quum apud Platonem (quem ille ducem sequi haud recusaturus fuit) eadem legantur. ita enim Naso libri secundi De ponto, elegia nona,

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Eandemque sententiam alibi his inclusit verbis, *Artibus ingenuis mollescunt pectora, & fugit asperitas.* sed quædam per parenthesin interciuntur hoc modo,

Artibus ingenuis (quarum tibi maxima cura est)
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

Plato quoque iampridem dixerat in fine libri tertii De republica, loquens περὶ τῶν ἐπικούρων suæ reipubl. quos & φύλακας appellat, ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν ἄξιον [διισχυρίζεσθαι] ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτέ ἐστιν, εἰ μέλλουσι τὸ μέγιστον ἔχειν πρὸς τὸ [ita enim scribendum esse contendo, non τῷ] ἥμεροι εἶναι αὐτοῖς τε καὶ τοῖς φυλαττομένοις ὑπ' αὐτῶν. Paulo ante autem, καλῶς πεπαιδεῦσθαι id erat illi, quod hic est τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας. quum diceret, Οὐκοῦν τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας παρεσκευασμένοι ἂν εἶεν, εἰ τῷ ὄντι καλῶς πεπαιδευμένοι εἰσίν. Malui autem locum illum, quem priorem attuli, Nasoniano subiungere, quam eum in quo eadem de re loquutus erat (vt etiam ipse dicit, ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν) quoniam paucioribus quam illic verbis comprehensa est. Ceterum τῆς ὀρθῆς παιδείας meminit Plato & in tertio De legibus, pag. 694 meæ editionis: vbi dicit, *Cyrum fuisse* τὰ μὲν ἄλλα στρατηγὸν ἀγαθὸν καὶ φιλόπολιν, *verum* παιδείας ὀρθῆς οὐχ ἧφθαι τὸ παράπαν.

Latini illam παιδείαν, quæ mores emollit, nō solum *artes ingenuas*, vel *liberales*, item *liberalem doctrinā*, & *liberalia studia*, & *optima studia*, verum etiam *studia humanitatis*, atque adeo *humanitatem*, appellarunt. Quinetiam *Artes quæ ad humanitatem pertinent*, a Cicerone vocantur. Item, *Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet*, in oratione pro Archia poeta. Sed & *politiorem humanitatem* apud eum legimus: & *virum humanitate politū*. Qui *verba Latina fecerunt* (inquit Gellius lib. 13. cap. 15.) *quique iis probe vsi sunt, humanitatem non id solum esse voluerunt, quod vulgus existi-*

existimat, quodque a Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat dexteritatem quandam beneuolentiamq; erga omnes homines promiscuam: sed humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem institutionemq; in bonas artes, dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetuntque, ij sunt vel maxime humanissimi. Huius enim scientiæ cura & disciplina ex vniuersis animantibus vni homini data est, idcircoq; humanitas appellata est. Quinetiam *Humanio* eadem ratione a M. Varrone dictum esse ostendit, significare volente *Eruditiori doctiorique*. Pro iis autem quæ ibi a Gellio de illa *humanitatis* significatione dicuntur, faciunt quæ modo ex Cicerone attuli, in oratione pro Archia poeta, *Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.* Obseruaui porro, quacaratione Latini *humanitatis* nomine παιδείαν interdum vocarunt, eadem Græcos nonnunquã ἀπαιδεύτους appellasse eos quibus quandam non solum *rusticitatem*, verumetiam *inhumanitatem* subesse significare vellent.

Ceterum cum Platonis pariter & Nasonis locis optime conuenit hic Ciceronis in prima ad Q. fratrem epist. lib. I. *Cuius natura talis est, vt etiã sine doctrina videtur moderata esse potuisse: ea autem adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit.* Quam rem & aliis alibi verbis dicit.

Verum alium quoque esse ingenuarum artium fructum, iidem illi, Cicero, inquam, & Naso, testantur. Legimus enim apud Ciceronem, in epistola quadam ad Varronem, quæ est sexta libri noni, *Cum enim te semper magnum hominem duxi, tum quod his tempestatibus es prope solus in portu: fructusq; doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, vt ea consideres eaque tractes, quorum & vsus & delectatio est omnibus istorum & actis & voluptatibus anteponenda.* Idem in quadam libri sexti, quæ est ad Trebianum. *Consolatione non vtebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter sapienterq; ferres iniuriam temporum: quamq; te vehementer consolaretur conscientia factorum & cõsiliorum tuorum. Quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis: in quibus te scio semper esse versatum. Idq; vt facias, etiam atq; etiam te hortor.*

Exstant vero & alii Ciceronis loci, in quibus eandem laudem studiis artium ingenuarum tribuit. veluti quum in quadam ad Sulpicium epistola, postquam *illum ab initio ætatis summæ doctrinarum omnium fuisse studiosum* dixit, *atq; omnia quæ a sapientissimis ad bene viuendum tradita essent, summo studio curaque didicisse*: addit, *Quæ quidem vel optimis rebus & vsui & delectationi esse possent: his vero temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus.* Vtiturq; alibi etiam verbo *Acquiescere*, de suis artibus loquens, alicubi verbo *Conquiescere*. Legimus enim lib. .. in quadam ad Varronẽ epistola *Quamuis enim hæc sint misera (quæ sunt miserrima) tamen artes nostræ nescio quomodo nunc vberiores fructus ferre videntur quam*

elim: siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus, siue quod grauitas morbi facit, vt medicina egeamus, &c. Altero autem illo verbo *Conquiescere* vtitur in illa ad eundem Varronem epistola, vnde quendam locum paulo ante attuli nam postquam dixit *eum fructus eos doctrina percipere qui maximi sunt,(&c.)* paucis interiectis, addit *Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto: libenterq; omnibus omnes opes concesserim, vt mihi liceat, vi nulla interpellante, isto modo viuere.* Quibus subiungit *Quod nos quoque imitamur, vt possumus, & in nostris studijs libentissime conquiescimus.* Sic etiam in fine epistolæ vltimæ libri primi ad Atticum, *Ego autem quotidie magis quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studijs conquiesco.* Maxima vero laus est literarum illa quam initio ex epistola ad Sulpicium attuli, quam & alibi considerandam proponit. Quemadmodum enim ibi legimus, literas vel optimis rebus & vsui & delectationi esse posse, in aduersis autem [nam dicit, *his temporibus*] eiusmodi esse vt in illis acquiescat: sic etiam in quadam ad Varronem, *Modo stet nobis illud, vnà viuere in studijs nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem.* Sic lib. sexto, in fine epist. decimæ tertiæ, quæ ad Ampium Balbum scripta est, de doctrina & literis (harum enim ibi, non studiorum, mentionem facit) *Quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem.* Dixerat autem antea, *Sed est vnum perfugium, doctrina ac literæ, quibus semper vsi sumus.* Quum autem magno literas honore afficiat his in locis, maiore etiam afficit, vbi elegantissima periphrasi vtens, appellat, *Ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur.* Locus est libro quinto, in fine epist. ad Lucceium, *Itaq; vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducam, transferamq; animum ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur.* Quibus subiungit, *Tecumq; & ero tantum quantum patietur vtriusque ætas & valetudo: &c.* Vbi id etiam intelligere videtur, quod in illo epistolæ ad Varronem loco, vbi scribit, *Modo stet nobis illud, vnà viuere in studijs nostris.*

Possent & alij eodem pertinentes loci afferri: sed ne tot quidẽ attulissem ex alio scriptore: hic autem considerraui, Ciceronis locos eodem de re scriptos conferre inter se, & ad rei de qua agitur cognitionem & ad comparandam paulatim eloquentiam posse multum prodesse. Adiungere certe ad illos locos quẽdam necesse est, tanquam corollariũ, ex oratione pro Archia poeta, *Hæc studia* [literarum] *adolescentiã alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.* In iis autem quæ præcedunt quædam sunt quæ cum illo epistolæ ad Q. fratrem loco a me antea allato conueniunt.

Sed iam ad Nasonis quoque locos veniendum est: quamuis nec

tot-

tot sint, nec tam luculente (vt ita dicam) in iis laudentur studia literarum: potiusq; de poetices quam aliarum artium studio intelligenda sint quæ ab eo dicuntur. Verum præterquam, quod poetice quoq; ex ingenuarum est artium numero, de quibus nunc agitur, non dubito quin vbi dicit,

Ipse mihi (quid enim faciam) scriboq; legoq;,

non de poeticorum tantum sed aliorum etiam quorũdam librorum (quamuis in alia epist. nullos in eo vbi sit loco libros esse queratur) præsertimq; de philosophicorũ, lectione intelligat. ideoq; vereor ne in iis quæ dixi aliquam illi iniuriam fecerim. nulla ideo eorum habita ratione consideret sequentes versus lector.

Primum igitur in elegia septima (vel octaua, vt in aliis editionibus) libri quinti Tristium, habes cum alios pertinentes huc versus, tum vero illos,

Detineo studijs animum, falloq; labores:
Experior curis & dare verba meis.

Item libri quarti elegia prima,

Forsitan hoc studium possit furor esse videri,
Sed quiddam furor hic vtilitatis habet.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,
Præsentis casus immemoremque facit.

Quod autem *obtutum* hic, alibi *contemplatum* appellat: in illo videlicet priore loco,

Sic animum tempusq; traho, meq; ipse reduco,
A contemplatu semoueoq; mali.
Carminibus quæro miserarum obliuia rerum:
Præmia si studio consequar ista, sat est.

Alicubi etiam *medicinam sibi esse* ait, (vt Ciceronem de suis studiis loquentem audiuimus)

——quorum medicina quiesq;
Nulla nisi in studio est Pieridumque mora.

Intellige autem *Quorum malorum.*

SCHEDIASMA XII.

Dicti cuiusdam Ouidiani de ira, *conuenientia cum ijs quæ a Platone dicuntur: & cum his collatio eorum quæ a Cicerone scribuntur.*

LEgimus apud eundem poetam, Trist. lib 3. el 5.

Quo quisq; est maior, magis est placabilis ira,
Et faciles motus mens generosa capit.

Quod ab eo confirmatur leonis exemplo,

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem quum iacet hostis habet.

Ab vrsis autem & aliis ignobilibus feris contrarium fieri dicit,

At lupus & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Idem de leone testatur hoc distichum, quod inter vetera epigrammata exstat,

Iratus recolas quod nobilis ira leonis
In sibi prostratos se negat esse feram.

Pertinentq; eodem hæc quæ apud Fabium in quadam Declamatione (si tamen ille autor est) leguntur, *Age, si perisset, cadauer calcasses? Feræ mehercule generosiores iacentes transeunt.*

Naso autem, proposito illo leonis exemplo, Achillem quoque & Alexandrum magnum affert in exemplum,

Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanij lacrymas non tulit ille senis.
Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Porus,
Præclarique docent funeris exsequiæ.

Nõ dubium est autem quin hæc omnia & quæ his similia sunt faciat pro illa consociatione τοῦ θυμοειδοῦς & τοῦ πράου quæ a Platone proponitur: & pro eo quod ab eodem dicitur ἀκραχολοῦντα γυναικείως πικραινόμενον διατελεῖν. Nam [illegible] plane est contrarium ei, quod dicit Naso *Esse placabilis iræ*: ideoque rationi consentaneum est vt sicut hoc virum magnanimum & generosum decere dicitur, ita illud muliercula conuenire dicatur. Extant autem loci illi libro De leg. quinto pag 731 meæ editionis. Ibi enim scribit θυμοειδῆ μὲν δὴ χρὴ πάντα ἄνδρα εἶναι, πρᾶον δὲ ὡς ὅτι μάλιστα. Et aliquanto post, ἐλεεινὸς δὲ τῷ μὲν ἰάσιμα ἔχοντι ἐν χερσὶ, [illegible] τὸν θυμὸν πραΰνειν καὶ μὴ ἀκραχολοῦντα γυναικείως πικραινόμενον διατελεῖν. Deinde postquam dixit *oportere contra*, τοῖς ἀκράτως καὶ ἀπαραμυθήτως πλημμελέσι ἐφιέναι τὴν ὀργὴν repetit quod dixerat τὸν ἀγαθὸν decere esse θυμοειδῆ & πρᾶον. Idem dicit, *quo quis sit* γενναιότερος *(id est generosior) eo minus posse irasci: tunc quidem certe quum iniuriam se inferre putat.*

Ex Ciceronis tamen verbis colligi videtur, exstimatum vulgo fuisse magnanimi & fortis viri esse grauiter inimicis irasci: sed eos qui id putant, minime audiendos esse dicit. Scribit enim, De Off. lib. primo *Nec vero audiendi qui grauiter irascendum inimicis putabunt: idq; magnanimi & fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atq; clementia.* Ab eodem simul Facilitatis & altitudinis animi fit mentio, sicut a Liuio *modestiæ æquitatisq; & altitudinis animi*: de quibus locis v. de meum Nizoliodidascalum, siue Monitorem Ciceronianorum Nizolianorum.

SCHEDIASMA XIII.

Trium scriptorum Platonis, Xenophontis, Nasonis, tres sententiæ de iis qui ad deos proxime accedunt: *id est, qui habent quod ad naturam diuinam proxime accedat.*

Platoni si fidem habemus, *naturam nostram diuinæ assimilare potest iustitia*: si Xenophõti credimus, *quo paucioribus indigemus,* eo pro-

eo propius ad illam accedimus: si Nasonem audimus. *beneficentia dijs similes reddimur.* Cuiusq. verba, ex quibus hanc eius sententia esse cognoscemus, afferam: deinde quæ mea sit de illorum sententiis sententia declarabo.

Ita igitur in Platonis Theæteto Socrates, Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. id est, *Deus nulla ex parte nulloq. modo est iniustus, sed tanta iustitia quanta maxima esse potest præditus. Nihilq. similius illi est quàm is e nobis qui iustissimus sit.* Paulo ante tamen iusti iæ *prudentiam* adiunxerat, eadem de re loquens: quum diceret Theodoro, *fieri nõ posse vt mala inter deos locum habeant: esse contra necesse vt mortalem naturam oberrent: ideoq. dandam esse operam, vt hinc primo quoque tempore fugiamus. fugam autem esse vt deo quoad fieri potest nos assimilemus. quæ assimilatio in eo posita sit, vt iusti & sancti simulq. prudentes simus.*

Xenophon autem Apomnem. lib. 1. pag. 425. meæ editionis, vel potius apud Xenophontem idem Socrates, dicit, ἐγὼ δὲ νομίζω, τὸ μὲν μηδενὸς δέεσθαι, θεῖον εἶναι· τὸ δ' ὡς ἐλαχίστων, ἐγγυτάτω τοῦ θείου. Id est, *Ego autem existimo, nulla re indigere, eius esse qui diuina sit natura præditus: quàm paucissimis egere, ad dei naturam proxime accedere.* vel, *proximum esse dei naturæ.* ita enim in his locis θεῖον (quod proprie *diuinum* significat) accipi arbitror. Quod si priore loco θεῖον interpretatus essem *Diuinum*, non facile eandem interpretationis rationem in posteriore loco retinuissem.

At Naso, secundi De ponto elegia nona, ad Cotyn,

Hoc tecum commune deis, quod vtriq. rogati
Supplicibus vestris ferre soletis opem.

Quibus subiungit,

Nam quid erit quare solito dignemur honore
Numina, si demas velle iuuare deos?

Et paulo post,

Vtilitas igitur magnos hominesq. deosque
Efficit, auxilijs quoque fauente suis.

Alibi quoque huc pertinentia quædam dicit, si bene memini. Videri autem possit in illis verbis —*si demas velle iuuare deos*, alludere ad etymologiam nominis quod datum fuit ei qui deorũ est maximus. *Iouis* enim dictus initio fuisse traditur a *iuuando*: postea *Iupiter*, quasi *Iuuans pater* (potius quam, quasi *Iouis pater*, vt alii volunt, intelligentes *Iouis* in recto casu) quo pertinet quod a Cicerone scribitur. *propter beneficia vocatum esse optimum: sicut propter vim, maximum.*

Omitto plurima quæ his addi possent & ad illam meam de his tribus sententiis sententiam (vt item promissis) venio. Dico igitur, Platonem & Xenophontẽ magis philosophice loquutos esse: sed posse alii etiam virtuti eandem laudem tribui, philosophice

disputando (sicut de virtutibus etiam, quæ cui sit anteponenda, disceptatur) atq; adeo Platonem, quã vno in loco tribuat δικαιοσύνῃ laudem, in alio tribuere σωφροσύνῃ ad quam referri posse & quod a Xenophonte scribitur. At vero Nasonem vulgi potius iudicium sequutum esse, quum & deorum maximus, a *iuuando* (vti dixi) nomen suum accepisse creditus sit, & multos pro diis habitos cultosque sciamus fuisse, quod, dum viuerent, optime de hominibus meriti essent. Quo pertinent ista Horatii,

Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dum terras hominumq; colunt genus, aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt.

Pro Nasone facit & hoc, quod bene de se meritum moris erat *deum suum* appellare. Quo ex more dictum existimatur illud, *Namq; erit ille mihi semper deus*. Sic & Cicero P. *Lentulum parentem ac deum suæ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis*, vocauit. Adeo vt mirandum non sit, in sua quadam ad illum epistola his vsum verbis esse, *Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ: quibus intellexi te perspicere meã in te pietatem. quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis videatur?* Sic autem Naso quoque in suis de Tristibus & de Ponto libris *pietatis* appellatione vsus est.

SCHEDIASMA XIV.

Consideratione accurata dignam esse, quæ a Nasone fertur de Callimacho sententiam, ei plane contrariam quam fert de Ennio.

De Callimacho sententiam Nasonis & miratus sum antea, & mirari nõ desino: quo Callimacho neminem doctiora poemata scripsisse memoriæ proditum est. In eo enim tanto alioqui viro ingenium Naso desiderat. Scribit enim,

Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quamuis ingenio non valet, arte valet.

Contra autem de Ennio,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Item alibi, *Ennius arte carens.*

Quod autem omnium poetarum ingeniosissimus fuit hic iudex, id illius iudicio auctoritatem vna ex parte tribuere, ex altera posse detrahere videtur. Ideo enim iudicio non potuisse dicetur valeret ingenio Callimachus, necne, quum ipse esset [illegible], (exempli gratia) hac in parte peccare poterat vbi ingenii Callimacho deesset: ideo autem suspectum eius iudicium culpam fuerit, quod verisimile sit eum voluisse aliorum ingenium ex suo metiri, minimeq; illam sui ὑπεροχὴν considerasse: ac perinde fecisse ac si Milo Crotoniates aliorum athletarum robur cum suo, hoc est cum suis æstimans, in illis robur & lacertorum vim desideraret. Eius autem quod dico περὶ

ἀφε-

Epl.... exemplum habemus vel in tractatione fabulæ de Erisichthone. quædam enim Callimacho ibi deesse videri possunt, cũ autem Nasonis Musa ita ibi luxuriat, vt quædam superesse potius quam deesse dici queant. Varia tamen de hoc Nasonis iudicio esse iudicia possunt: quod ego in omnem partem versans, aliquot epigrammata de eo lusi, quum illum Græcum poetam edidi.

Primum est hoc, in quo ipsum Callimachum compello, tanquã illi Nasonis iudicio parum fidei habens,

Non satis ingenio Nasone es iudice promtus,
Summo inter vates qui fuit ingenio.
Quid nobis de te est aut de Nasone putandum?
Iudicium deest huic, ingeniumne tibi?

In secundo dico me suspicari Nasonem, vel nõ omnia eius poemata, vel non satis attente legisse, eumque sicut & in præcedente atq. in sequentibus compello.

Callimache, ingenio te Naso valere negauit.
Sicut & in sera id posteritate legi.
Carmina non equidem tua legerat omnia Naso,
Legerat hæc oculo vel properante nimis.

In tertio dico, censuram Nasonis, tanquam nimis rigidi censoris, posse fortassis reiici: & videri vocare noluisse ingenium, quod ab aliis hoc nomine appellari soleret,

Nasonis verax est si censura poetæ,
Haud tua Musa viget dotibus ingenij.
Naso nimis rigidus nobis an censor habendus?
Ingenium & vulgus quod vocat, esse negat?

Quartum ad illud respicit quod dixi, voluisse Nasonem ingenium illius ex suo metiri.

Naso tua ingenij non sat putat esse Camœnæ,
Et tanquam haud dubitans hoc canit ille palam.
Te Naso tunc est ex se metitus, opinor,
Nec suis ingenij plus satis esse sibi.

In quinto rationem affero cur Naso ingenium Callimachi ex suo metiri non debuerit,

Nasonem, ingenio quum te valuisse negaret,
Ex se metiri te voluisse puto.
Mensuram ingenium sed quod superauerat omnem,
Mensuræ quisnam vellet habere loco?

Sed felicius idem Græce lusi, præsertim quod ad eius clausulam attinet, propter maiorem linguæ illius felicitatem,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

In sexto epigrammate, quod est octastichum, dico videndum

esse ne Naso nimium laudis arti illius tribuerit, ingenium interim sua fraudans: & quum tantus sit artis splendor, ne hic Nasoni aciem oculorum præstrinxerit, quominus quod ingenii erat, posset internoscere.

Battiade, arte quidem te Naso valere fatetur,
Ingenio sed te Naso valere negat.
Ah, quam Naso tuæ laudem non inuidet arti,
Ingenio cur hanc inuidet ille tuo?
Anne, quod ingenij est, hoc arti adscribere mauult?
Datq; arti laudem quam rapit ingenio?
Imo cuncta artis tanto splendore nitescunt,
Ingenij lucem splendor vt ille tegat.

Tandem vero & hoc addidi, quo ipsum Nasonem compello,

Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quamuis ingenio non valet, arte valet:
Hac tu Naso canis: tibi sed contraria, quæ te
Est melior iudex, Calliopea canit:
Battiades toto semper cantabitur orbe:
Ingenio is multum, plus tamen arte valet.

Fateor alioqui quod Nasonis de Callimacho, idem quorundam aliorum de poetis aliis fuisse iudicium. Atque huc pertinet quod Plinius iunior de Silio Italico dicit, epistola septima libri tertii, *Scribebat cura maiori quam ingenio.*

Præterquam autem quod arte sine controuersia excellit Callimachus, hoc etiam ceteris præstare dici posse videtur, quod vtrumque carminis genus pari felicitate scripserit. heroicam enim & admirabilem quandã grandiloquentiam habet: quamuis alioqui eius carminis tenuitas cum ab aliis tum a Propertio celebretur. Apud eum enim legimus,

Callimachi manes & Coi sacra Philetæ,
In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.

Et duobus versibus interiectis,

Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quoue pede ingressi, quamue bibistis aquam.

Sic etiam alibi Callimachum non inflatum esse testatur,

Tu satius memorem Musis imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.

Est autem illa carminis tenuitas de elegiaco intelligenda, in quo potissimum se exercuit.

SCHEDIASMA XX.

De quodã Nasonis loco, in quo ita dissentit a Cicerone, vt quod huic consolationem affert, mærorem illi augeat.

NAsoni valedicere Martius meus non vult, priusquam locum eius quendam cum Ciceronianis aliquot locis contulerit, & & cur-

& cur nam illi ab his dissentiant inquisierit. Legimus enim apud hunc poetam,

Atque ego peccati vellem modo conscius esse.

Dolet quod peccati conscius sibi non sit: quum Cicero contra in suis epistolis eo se consoletur, quod peccato & culpa vacet, iidemque aliis ad eos consolandos proponat, quod culpa careant. Legimus enim in tertia libri septimi (earũ quæ ad familiares scripta sunt) *Sed tamen vacare culpa magnum est solatium.* Item libro sexto, in quadam ad Torquatum, *Nec enim, dum ero, angar vlla re, quum omni vacem culpa.* Nec non libro duodecimo, scribit Cornificio, *Ego certe reip. non deero: & quicquid acciderit a quo mea culpa absit, animo forti feram.* Scribit & Thoranio, *Tamen ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.* Rursum Torquato, *Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa.* Eidem, *Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: eaq; quum careamus, omnia humana pacate & moderate feramus.* Ideo autem hoc dicit quoniam *nullum esse magnum malum* existimat *præter culpam.* Scribit enim Torquato, *Conscientiam rectæ voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse vllum magnum malum præter culpam.* Cornificio quoque scribit, libro duodecimo, *Nec, a quo culpa absit, quicquam in malis numerandum.* Denique alio quodam loco, *Præter culpam ac peccatum, quo semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimescendum.*

Sed Naso, cur contra doceat quod sibi peccati non sit conscius, rationem affert,

Æquo animo pœnam qui meruere ferunt.

Quæ regula & alibi ab illo proponitur,

Leniter, ex merito quicquid patiare ferendum est:
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Sed alia alibi ipsemet Naso dicit, vel potius contraria, & quæ cum iis quæ a Cicerone dicuntur, conueniunt. Legimus enim apud eũ, libri primi De ponto elegia prima,

Quumq; sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Estq; pati pœnam quam meruisse minus.

Quinetiam hæc addit,

Vt mihi dij faueant, quibus est manifestior ipse.
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certe ne sim, quum venerit exsul:
Ne non peccarim, mors quoq; non faciet.

Quid igitur respondebimus? quomodo Nasonem non a Cicerone solum, sed etiam a seipso dissentientem excusabimus? Respondendum esse crediderim, eum hic cum Cicerone, vt virum bonũ, loqui & considerare quæ philosophi nobis ea in re consideranda

proponunt atq; adeo quæ considerare nos iubent: at vero illic ex vulgi sensu loqui. Sed quod attinet ad priorē ex duobus illis quos attuli locis, in quib. eum ex vulgi sensu loqui dico, in eo certe Nasonem ambigue etiā loqui, & in ambigua significatione ludere arbitror. Quum enim *Peccare* a Latinis, præsertimq; a poetis passim dicatur de iis, *qui cum aliqua, quacum nō licet, rem habent*, obiiceretur autem Nasoni ꝙ cum Cypassi rem habuisset, eodem modo & ipse *Peccati* appellatione vsus esse videtur, & illum sibi a Corinna vetitum concubitū illo nomine vocasse. Existimet tamen fortasse quispiam *non* fuisse dictos *peccare eos quoq; qui cum ancilla rem haberent*: sed est vsus ita Horatius, hoc in loco,

quid inter- est in matrona, ancilla, peccesne togata?

Shediasma XVI.

De duobus Ciceronis locis, in quorū vno quidam philosophorum *nomen ad omnes philosophos male extendere, in altero,* ciuitatis *appellationem male ad vnam ciuitatem restringere videntur. Item, De quodam mendo quod priori loco subesse suspicor.*

LEgimus apud Ciceronem, epist. decima sexta libri noni, earum quæ ad familiares scriptæ sunt, *Sic video philosophis placuisse, iis qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, Nihil esse sapientis præstare, nisi culpam. qua videor mihi dupliciter carere, & quod &c.* Quinetiā epist. prima libri sexti dicit Torquato, *Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstādum præter culpam putemus: eaq; quum careamus, omnia humana placate & moderate feramus.* De illo priore loco non possum assentiri iis, qui eum ita accipiunt, vt id de omnibus philosophis intelligatur. id est, vt non certis quibusdā philosophis hoc placuisse dicat, sed vniuersis. Perinde ac si per appositionem (vt loquuntur grammatici) hoc diceretur. hoc sensu, *Sic video philosophis placuisse, iis hominibus qui mihi soli videntur &c*, Quibus verbis non aliud intelligeretur quā istis, *Sic video philosophis placuisse, qui soli ex hominibus mihi videntur &c.* At non possum (inquam) ita hunc locum accipientibus assentiri (quoniam mihi non sit verisimile Ciceronem quibuslibet philosophis tantum honoris voluisse deferre, vt diceret illos solos vim virtutis tenuisse: præsertimq; de Epicureis hoc minime puto dicendum existimasse) sed de certis quibusdam philosophis id intellexisse, qui soli vim virtutis tenuisse dici possent.

Iam vero & hoc, velut ἐν παρέργῳ, considerandum proponam, annon *Viam virtutis* Ciceronem scripsisse magis sit credibile. vt *Viam virtutis* dicat *Viam quæ ad virtutem ducit*, siue *Viam qua ad virtutem peruenitur*: siue *Viam rectam viuendi, & ex virtute*. Nam *Viuendi viam* & *Rectam viuendi viam* apud eum legimus: quinetiam *Virtutis viam* non dubito quin & alibi dixerit. Horatius quidem certe ita loquutus est.

Quem-

Quemadmodum autem in eo Ciceronis, quem modo attuli loco nimis late, id est ad nimium multos extendi aiunt quoddam vocabulum, ita nunc alium eiusdem afferam, vbi e contra *Ciuitatis* appellationem ad vnam quandam male restrinxisse (vt vulgo loquimur) quidam expositores mihi videntur. Is locus est in primo limine orationis Pro P. Quintio, *Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia: Quarum alteram C. Aquili vereor, &c.* Atqui (dicent illi) in aliis eiusdem orationis locis sic accipi manifestum est, & ita accipere necesse est. Quid tum? ibi nō debuit addere Cicero pronomen *Hæc*, siue *Ista*, quod manifestum esset ita debere accipi: at vero in hoc loco quis non omnino necessariam fuisse dicat pronominis adiectionem, si ad suam ciuitatem dictum hoc restringere voluisset? Sed cur restrinxisset, obsecro? cur Romanorum ciuitati seu reipubl. proprium esse dixisset, quod illi cum omnibus commune esse, statim omnibus in mentem venire poterat? Nisi forte quod Demetrius Phalereus dixerat, *eloquētiam in republ. tantum posse, quantum in bello gladium*, id de Repub. Romana duntaxat intelligendum erat. Sed quid verbis opus est, quum id minime ad illam ciuitatem seu rempubl. esse restringendum, ex Demosthene etiam constet?

SCHEDIASMA XVII.

Illum qui docta alioqui scholia scripsit in Ciceronis epistolas, quas vulgus familiares vocat, & nimis audacter & male exponere videri Præstare, Efficere vt non sit, Cauere, Vitare: & Præstari, Pro certo affirmari.

VErbum *Præstare* in eo vsu de quo nunc dicturus sum, in eorum numero merito ponetur, quæ quamuis intelligantur, non facile exponuntur. De eo autem vsu verba sum facturus, quē habet apud Ciceronem, quum dicit Q. fratri, (prima primi libri epistola) *Atque inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa respublica, duntaxat finibus iis præstabis quos ante præscripsi: quos vero aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt.* Quum etiam paulo ante dixisset, *Sed esse circumspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciæ non te vnum, sed omnes ministros imperii tui, sociis & ciuibus & reip. præstare videare.* Vbi obseruandum est dici *Præstare illos*, & *Præstare illorum facta atque dicta*, eadem significatione. Quod autem scribit, *Duntaxat finibus iis præstabis quos ante præscripsi*, referendum est ad ista, quæ paulo ante dixerat, *Præclarum est enim, summo cum imperio fuisse in Asia triennium sic, vt nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuius-*

quam, nulla conditio pecuniæ, (quibus rebus abundat ista prouincia) ab summa integritate continentiaque deduxerit. Et, paucis interiectis. Non itineribus tuis perterreri homines, non sumtu exhauriri, non aduentu commoueri, &c. Nam paulo post, ostendere volens, dandā esse Quinto operam, vt eadem integritas continentiaque in iis omnibus quos habet ministros imperii sui cernatur, dicit oportere Præstare illos reip. subiungit enim, paulo interuallo, His autem in rebus iam te vsus ipse profecto erudiuit, nequaquā satis esse, ipsum hasce habere virtutes, [intellige autem integritatem & continentiam, vt paulo ante vocauerat] sed esse circumspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciæ non te vnum sed omnes ministros imperij tui, socijs & ciuibus & reip. præstare videare.

Atque vt ad exempla petita aliunde veniam, legimus in epist. 17. libri 7. quæ ad Trebatium scripta est, Hunc tu virum nactus, si me aut sapere aliquid aut velle tua caussa putas, ne dimiseris: & si qua te forte res aliquanto offenderit, quum ille aut occupatione aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto, & vltima exspectato: quæ ego tibi & iucunda & honesta præstabo. Item in 16. libri 5 Vt & communem incertumq; casum, quem neq; vitare quisquam nostrum neq; præstare vllo pacto potest, sapienter ferres.

Quoniam autem in vno ex iis, de quibus sum acturus locis verbum Præstare accusatiuo Culpam iungitur, afferam locum eiusdē in quo iunctum est accusatiuo, qui aliquam significationis affinitatem cum illo habet. Legimus libro De off tertio, Is igitur iudex ita pronuntiauit quum in venundando rem eam, scisset, & non pronūtiasset, emtori damnum præstari oportere. Ibidem legimus hoc verbum iunctum accusatiuo Vitium, qui etiam habet eodem pertinentem significationē. scribit enim. A iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta quicquid enim inest prædio vitij, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.

At vero is de quo nunc agendum est locus, habet (vti dixi) accusatiuum Culpam, iunctum isti verbo, Præstare. Ita enim Cicero Epist 16. libri noni, Sic video philosophis placuisse, ijs qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, Nihil esse sapientis præstare nisi culpam. Vbi Paulus Manutius in scholio margini adscripto Præstare culpā esse dicit Efficere vt non sit: vel Cauere, Vitare. Et addit, Nam culpa quidem vt vitetur in nobis est: At ego Præstare culpam esse dico, nō Cauere culpam, seu Vitare culpam, sed Damnum præstare quod culpa nostra contigerit. Atq. vbi de sapiente dicitur, eius non esse aliud præstare quam culpam, perinde esse ac si diceretur, non esse eius præstare res fortuitas, sed tantum culpam. Casus autem fortuitos quis vitari posse dicet? Imo Cicero in loco qui paulo ante allatus fuit, scribit, Vt & communem incertumq; casum, quem neq; vitare quisquam nostrum neque præstare vllo pacto potest, sapienter ferres. Quod si Præstare idem esset quod Vitare, cur Neque vitare neque præstare, hic dixis-

dixisset? Sed quod ad expositionem loci illius attinet, *Nihil esse sapientis praestare nisi culpam*, exponi potest non solum eo quo dixi modo, *Praestare damnum quod sua culpa euenerit:* sed etiam *In se recipere damnum, si quod sua culpa eueniat.* id est, *promittere se praestiturum damnum.* Legimus idem loquendi genus apud eundem libro De orat. primo. *Perge vero Crasse,* inquit Mutius. *istã enim culpã quam vereris ego praestabo.* Denique *praestare culpam suam* vel *alienam* dicitur *qui damnum quod sua vel alius culpa contigit, sarcit,* & (vt vulgo loquimur) *pro damno satisfacit,* quoniam & verb *Luere* hac in re vtuntur siue *Qui si forte damnum aliquod sua vel alius culpa contingat, in se recipit* (quod itidem Graeci dicunt *ἀναδέχεσθαι*, & *εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεσθαι*) *& sarciturum se promittit: & ita velut in se recipit rei exitum seu euentum:* dicique etiam potest *Praestare periculum.* nam qui praestat culpam, vult euentum rei suo periculo esse.

Quemadmodum vero longe discedit Paulus Manutius a significatione verbi *Praestare* illo in loco, ita etiam (ni fallor) ab ea procul abest in isto, *Nec praestari quicquam potest quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate* Hic enim ille exponit *Pro certo affirmari* Quis autem vnquam praeter illum dixit *Praestare* esse Latinis *Pro certo affirmare?* Alioqui dicendum idem esset de hoc, qui eadem in epistola est loco, *Cetera vero, quid quisq; me dixisse, dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum viuant ii, qui me assidue colunt & obseruant, praestare non possum.* At potius esse, *Non possum in me hoc recipere,* vel *Non possum huius rei periculum in me recipere.* non negabunt (vt opinor) qui alios similes locos obseruarint: verbi gratia, vbi dicitur, *Praestabo illos non esse facturos:* item, *Praestabo illum rationem esse habiturum.* Verum in illo de quo nunc agitur loco illud *Quicquam* non satis aptam sedem habere videtur, ideoque non immerito suspectum fuerit. Quod si etiã suspicetur quispiam scripsisse Ciceronem, *Nec praestare quisquam potest,* idem me quoque suspicatum esse sciat. Fui autem longior, verum tot exempla coaceruaui, quod scirem quanta illius viri, in cuius expositiones inquiro, sit existimatio: & quam multi de omnibus, quae ab illo scripta sunt, non aliud respondendum putent, quam *αὐτὸς ἔφα.*

SCHEDIASMA XVIII.

De alijs eiusdem Ciceronis locis, in quib. eiusdem Pauli Manutij expositiones non sequendae esse videntur.

De vnius ex illis Ciceronianis locis emendatione.

DOctissimum fuisse virum Paulum Manutium, & de Cicerone vel potius de Ciceronis lectoribus optime esse meritum, si quis ignorabit, is merito dicetur versari hospes in republ. literaria, merito dicentur illius aures peregrinari: (vt Ciceronis ipsius vtar verbis) sed non placet tamẽ, cum plerisque, omnibus quae ille

scripta reliquit, ἀβασανίστως fidem adhibere, & de illo subinde illud Pythagoreorum de suo magistro, αὐτὸς ἔφα, usu pare. Considerandas igitur lectori quasdam alias eius expositiones proponam, meam de illis sententiam proferens.

Legimus epistola quinta libri sexti, ad A. Cæcinã scripta, *Ea natura rerum est & is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi aut ceteris fortuna esse diuturna, neque hærere in tam bona caussa & in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem qua extra ordinem de te ipso habemus, nõ solum propter dignitatem & virtutem tuã (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium, summamq; virtutem.* Hic enim vult Manutius, *Virtutem* priore quidem loco significare *Præstantiam quandam in rebus omnibus*, vel potius *Præstantiam quandã naturæ* (nam primæ editiones verba illa margini adscripta habebant: quæ eas sequutæ sunt, ista habent) at in posteriore, *Scientiam*. Quarum expositionũ prior quidem, audacula, at posterior, audacissima mihi videtur. Fuerit vero (vt opinor) illa *naturæ præstantia* quæ a Græcis dicitur vno verbo εὐφυΐα: nihilo quidẽ certe magis virtutẽ de naturæ præstantia, quam ἀρετὴν dici ἀντὶ εὐφυΐας puto. Esto tamen, posse ita accipi *Virtutem*: quid? an etiam *Scientiam* significare poterit? Cur vero a scientiæ appellatione abstinuisset Cicero, & significationem illi vocabulo dedisset, quam ne is quidem ad quem scribebatur epistola, intellecturus erat? imo vero ne *scientiam* quidem dixisset, meo quidem iudicio: sed potius *doctrinam*. Verum, quoniam in duobus non solum valde vicinis, sed etiam ad eandem periodum pertinentibus locis illud vocabulum bis ponitur, excogitanda fuit scilicet in posteriore magis etiam noua, quam in priore significatio.

At ego ad talia commenta confugere nihil necesse existimo: quum priore quidem loco *Virtutem* ἁπλῶς, at in posteriore *Summam virtutem* Ciceronem dixisse considero. Puto enim hunc esse huius loci sensum, *Quare bene de statu rerum tuarum sperato, quum de illis ipsi etiam bene speremus: & quidem ita vt non eandẽ tantummodo de te quam de aliis multis exsulibus spem habeamus, sed extraordinariam quandã & peculiarem. nam dignitas quidem & virtus tua spem nobis faciunt, sed quũ hæc tibi cum aliis sint communia, valde illã augent tuum eximium ingenium & summa virtus.* Perinde ac si diceret, *Quod extraordinariam quandam de te spem concipimus*, [id est, περὶ τῆς καθόδου. erat enim exsul] *in caussa sunt illæ tuæ extraordinariæ dotes, eximium ingenium atq; virtus summa. Multi enim virtute præditi sunt* (ideoque virtutem, sicut & dignitatem, dixit esse ornamenta illi cum multis communia) *at pauci summa virtute: pauciores etiam, eximio ingenio simul & summa virtute.* Nunc tandem ex iis quæ dixi, perpendat lector an *Summa virtus* nihil aliud sit quam *Scientia*. Nam quod attinet ad expositionem huius nomi-

nis *Virtus* in priore loco, vbi Ciceronem, dicẽtem *Virtutem tuam*, intelligere puto *Præstantiam quandam in rebus omnibus*, siue *Præstantiam quandam naturæ*, minus audax videtur, vti dixi: quamuis *naturæ præstantiam* (ex duabus enim explicationibus hanc malo) minime videtur ab *ingenio* separaturus fuisse. quũ *naturæ præstantia* ad eam referatur quam Græci εὐφυΐαν appellant: huic autem iniuria fieri videatur si ab ingenio separetur.

Verum enimuero ab vno certamine ad aliud veniendum mihi est. postquam enim aduersus illam huius loci expositionem certaui, superest vt etiã aduersus scripturam eius certamẽ suscipiam. quem Dionysius Lambinus plane mẽdosum, & inexplicabilem in libris omnibus & veteribus & manuscriptis (ita enim apud eum legimus) esse conqueritur. Sic enim in illis scriptum esse ait, *Quapropter ad eam spem, quam de te ipso habemus, nõ solum propter dignitatem & virtutem tuam, (hæc enim orn. s. tibi etiam cum al. communia) sed etiam accedunt tua præcipua, propter exim. ing. summ. virtutem.* Paulus autem Manutius in posterioribus suorũ in Ciceronẽ scholiorũ, quæ calci epistolarum adiuncta sunt, editionibus, sicut & in prioribus, ad σολοικοφανὲς confugit: sic tamen, vt non omnino eadem scribat vtrobique. Scribit enim in prioribus, *Inconsequens & obscura locutio. ex quo vereor ne corrupte totus hic locus legatur. Ac fieri tamẽ potest, vt ita scripserit Cicero, & inciderit in vitium, quod Græci σολοικοφανὲς appellant, Cuius generis nonnulla cũ in reliquis eius scriptis, tum in libris maxime contra Verrem deprehenduntur, quæ Pedianus notauit.* Hæc ille vir doctiss. in prioribus (vti dixi) editionibus. At vero in posterioribus, quæ δευτέρας φροντίδας habent (vt multa quæ mutata sunt ostendunt) scribit, Verba hæc: *Accedunt tua præcipua, liberius, atq; etiam quæ sequuntur, Propter eximium ingenium summamq; virtutem, parenthesi superiore includerem, vt post communia multorum ornamenta, statim præcipua Cæcinæ subijcerentur. Sed hoc videtur fieri non posse, propter illud, Ad eam spem: quod ad aliquod verbum referri necesse est. Omnino carere locum mẽdo vix crediderim: aut, si mendo vacat, erit ex eo genere, quod Pedianus habere solœcismi speciem in Cicerone interdum notauit.* Hæ sunt eius δεύτεραι de loco illo φροντίδες.

Nunc superest, vt meam cõiecturam proponã: a qua nullũ violentum remediũ exspectare te volo. quamuis enim pro deplorato habeatur hic locus, (vtpote de cuius salute illi duo præstantissimi librorũ Ciceronis medici, Paulus Manutius & Dionysius Lambinus, desperent) & *extremis morbis* (vt vulgus loquitur) *extrema remedia liceat adhibere*, neque ferro tamen, neque igni, neq; vllo alio remedio, quod violentum vocari possit, sum vsurus. Primum igitur (vt iam ἀλληγορεῖν desinam) nihil mihi vnquã magis persuasum fuisse dico quam hoc est, Ciceronem aliud quã præpositionem *Ad* post aduerbium *Quare* scripsisse: atque adeo non præpositionem

loco illi, sed verbum adhibuisse: & quidem verbum (vt propius accedam) quod cum accusatiuo *Spem* conueniret. Quodnam vero illud erit? Duo lectori proponam, atq; optionem illi relinquã: quum idem ex vtroque sensus efficiatur. Nam vel *Quare adi eam spem*, vel *Habe eam spem*, Ciceronem scripsisse suspicor. Illud quidem *Adi*, multo fuerit verisimilius, si, quam parua sit mutatio, spectemus: at vero *Habe* si scribamus, genus loquendi fuerit multo vsitatius, atq; idipsum quod proxime sequitur hoc modo, *Quare habe eam spem, quam extra ordinem de teipso habemus.* Sed tamen & alterum loquẽdi genus, quod magis verisimilem emendationem huius loci reddere poterit, ob valde paruã mutationem, cum Latinæ linguæ minime incognitum esse, tum vero analogia comprobari puto. Liceat enim *analogiam* appellare, vbi similis metaphoræ in similibus loquẽdi generibus habemus vsum. Habemus quidem certe hic, quum talia sint, *Ire in spem, Venire in spem, Ingredi in spem*, quale est illud *Adire spem*. Optionem tamen (vti dixi) lectori relinquens, ad sequentia pergo: & parentheseωs notas tolli iubeo, vt illis sublatis legamus, *Quare habe* [vel, *adi*] *eam spem, quam extra ordinem de teipso habemus, non solum propter dignitatem & virtutem tuam. Hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia: accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium summamq; virtutem.* Perinde ac si diceret *Propter tuum eximium ingenium, summamque virtutem, dicere possumus, ad illa ornamenta quæ tibi sunt cum aliis cõmunia, accedere tua præcipua.* Fateor tamen molliorem futuram fuisse eandem orationis structuram, non adiecta præpositione *Propter*: hoc modo, *Hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia: accedunt tua præcipua eximium ingenium, virtusque summa.* Alioqui enim non mirabor si durum lectori videatur, aut saltem duriusculum, præpositionem hanc *Propter*, in hoc posteriore membro non pertinere eodem, quo pertineret in priore. Exspectassent enim potius lectoris aures talem orationis structuram, simul etiam vtendo parenthesi, *Non solum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) sed propter illa quæ accedunt, tua præcipua, eximium ingenium, summamq; virtutem.* Verum non semper talem ἀκολουθίαν seruari scimus: &, vbi non seruatur, si σολοικοφανὴς esse dici oporteret (vt videmus Paulum Manutium locum hunc vitii illius insimulare) quotaquæque non Latinorum solum, sed Græcorum etiam scriptorum pagina esset, quæ σολοικοφανοῦς suspicione carere dici posset? Quæ certe addere libuit, vt interim Ciceronis patrocinium suscipiens, hanc saltem criminationem ab eo repellerem, siue (vt alii loquutum potius esse illum arbitrantur) depellerem.

Verum vt ad duos illos præstantissimos librorum Ciceronis siue medicos siue chirurgos reuertar. Manutiũ & Lambinum, cũ hæc ita sint, multo prudentius hoc in loco hic quam ille se gessisse vide-

videtur. Nam Lambinus ſtatim fatetur locum hunc plane mendoſum eſſe, & inexplicabilem, vt quidem ſcriptus eſt in libris veteribus (quæ ſcriptura noſtræ ſimilis eſt, niſi quod duæ voces *Sed etiam* poſitæ ſunt ante verbum *Accedunt*) at Manutius in loco aperte mendoſo, non ſecus quam ſi emendatiſſime eſſet ſcriptus, ſeſe torquēs, *Hic quæro* (inquit) *quibus cauſſis adductus Cicero ſpem haberet extraordinariam de Cæcina. Non enim ob ingenium & virtutem, quæ paulo poſt nominantur, ſpem de ipſo præcipuam cœperat: ſed illa dixit ad eam ſpem accedere, quam extra ordinem iam habebat. Quibus ſubiungit, alias cauſſas, præter ingenium & virtutem, quærendas eſſe, quæ ſpem extraordinariam efficiant: & quum nullæ occurrant, dicendum eſſe, quum Cicero ſcripſit, Quam extra ordinem de te ipſo habemus ſignificaſſe eam ipſam ſpem quam haberet ob illius ingenium & virtutem, non illam quæ ſine ingenii & virtutis acceſſione, extraordinaria eſſet. Vt hoc dixerit, Accedunt ad ſpem, vt extraordinaria ſit, ingenium & virtus. Accedunt autem, præter illa quæ tibi ſunt cum aliis communia.* Verum hęc Manutii explicatio, multum ſe (vt dixi) in loco qui aperte mendoſus eſt, torquentis, vereor ne apud multos explicatione indigeat. At Lambinus, in annotationibus quidem calci illius Epiſtolarum operis adiectis, de illa veterū librorum lectione id quod dixi fatetur: ſed inter annotatiūculas margini adſcriptas, ſuam huius loci emendationem proponit: quam ſequendo, legendum fuerit, *Quare ad eam ſpem quam extra ordinē de teipſo habemus, propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia) accedit tua præcipua, propter eximium ingenium, ſummamq; doctrinam, cui mehercule hic, &c.* Hæc eſt (inquam) eius emendatio: in qua certe tam ſe audacem oſtendit, quam ego in mea timidum. Expungit enim illa duo vocabula, *Non ſolum:* & pro accuſatiuo *Virtutem* ſubſtituit accuſatiuum *Doctrinam*. De qua mutatione poſtea dicetur: nunc autem, ea tantum examinans, quę ad ἀκολουθίαν orationis pertinent, dico, debuiſſe conſiderare Lambinum, non eſſe rationi cōſentaneum, vt parentheſi includatur id etiam vocabulum, quod tamē neceſſe ſit cum iis, quæ extra parentheſin ſunt intelligi. Atqui, ſi relictis iis quæ per parentheſin poſita ſunt, dicere libeat, *Quare ad eam ſpem quam extra ord. de teipſo h. propter dignitatem & virtutem tuam, accedunt tua præcipua, propter exim. ing. &c.* quomodo hæc duo adiectiua *Tua præcipua* ad ſubſtantiuum *Ornamenta* referre poteris, quod non præceſſerit?

Quum autem in hac emendatione, licet audaci, hoc incommodi eſſe conſidero, magis etiam quam antea mihi mea, illa probatur, quam ego minime audacem iudicatum iri puto, quod in ea ſit parua ſcripturæ mutatio: quamuis alioqui vocabulum, quod ſubſtituitur, longe ab altero ſignificatione differat. Iam vero & aliud conſidero, propter quod illa magis etiam adlubeſcit. Quid

illud est: quod cum ea lectione quam veteres libros in posteriore huius loci parte habere testatur Lambinus, conuenit. Nam si ita vt dixi priorem partem legamus, illæ voces, *Sed etiam*, aptam ante verbũ *Accedunt* sedem habebunt: atq; illa mea emendatione ita adiuta veterum librorũ lectio, non amplius mendosa plane & inexplicabilis esse dicenda erit. Tũ enim totus locus ita leget. *Quare adi [vel habe] eam spem quam extra ordinem de teipso habemus, non solum propter dignitatem & virtutem tuam. Hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia: sed etiam accedunt tua præcipua, &c.* Posset tamen & particula *Sed* absque illo *Etiam* locum hic habere. Addo autem & aliud ad illius emendationis confirmationem: quod adhortatio illa ratione quadam niti videtur, quam innuere crediderim Ciceronem iis quæ subiungit. Perinde enim esse puto ac si diceret *Cur quam de te spem habemus, eandem & ipse non habeas? Vel, Cur nos bene de te speremus, ipse non bene speres? præsertim quum illa tua bona, propter quæ spem illam concepimus, tibi nõ minus quam nobis nota esse possint? quum, inquam, scias Cæsarem illis quibus præditus es ingenii dotibus multum tribuere?* Ad mutationem autem illam quod attinet, qua accusatiuus *Doctrinam* in locum accusatiui *Virtutem* substituitur, audacem potius quam ab eo de quo hic agitur alienam esse fateor: maioremq; esse dico Manutianam audaciam in eo, quod *Virtutem* exponit *Scientiam*, quam Lambinianam in eo quod pro *Virtutem* substituit *Doctrinam*. Quia enim paruo interuallo præcesserat accusatiuus *Virtutem*, nõ incredibile esset, librarium, quum eum in mente haberet, hic quoque posuisse. nam plurimis hoc contigisse locis videmus. Meam autem illius emendationis fidem ne hæc quidem lectio eleuaret: sed cõtra minus etiam in reddenda ratione illius extraordinariæ spei laborandum esse dicerem.

2 Prætermittenda non est alia, licet multo minoris momenti, emendatio, in hoc ipso loco: vt legamus, *Quam extra ordinem de te ipsi habemus:* potius quam, *De teipso habemus*. Nam vt, *Habeto de teipso*, dicendum potius esset, ita, *Quam habemus de te ipsi*, dici potius debere existimo.

3 Ex aliis autem locis de quibus me dicturum pollicitus sum in mei Schediasmatis titulo, vnus est hic, in fine epistolæ decimæ sextæ libri secundi. *Hoc adspersi, vt scires, me tamen in stomacho solere ridere.* Nam *Ridere in stomacho* idem Manutius exponit *Ridere cum iracundia*: at ego vocabula hæc *In stomacho* non iungo cum verbo *Ridere*: ideoque puto significare Ciceronem, *Me solere stomachantem etiam ridere*, siue, *tum quoque quum stomachor*, id est *Me solere risum stomachationi meæ* [siue, *iræ meæ*] *intermiscere*. Vel, *Vt scires me, tum etiam quum habeo quæ mihi stomachum moueant*, [siue, *ob quæ stomachor*] *solere ridere.* Mentionem autem stomachi sui fecerat circa principium epistolæ, *Nosti enim non inertis stomachi*

mei

mei (cuius tu similem quondam habebas) sed etiam oculorum, in hominum insolentium indignitate, fastidium.

Ex eorum numero est hic quoque, libri noni epistola vigesima, *Nam omnem nostram de republ. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem caussarum abiecimus: in Epicuri nos, adversarij nostri, castra coniecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam. veterem dico, quum in sumtum habebas. etsi nunquam plura prædia habuisti.* Hæc enim annotat in hunc locum Manutius, *Plane ab iis dissentio, qui mendum esse in verbo Insolentiam existimarunt. est enim hic Insolentia, nimius sumtus, qui fiebat in cœnas. a quo se alienum Cicero dicit, lautitiam tantum quærere.* Quod tertia epistola his verbis ostendit, *Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum sit & lautum.* Adiiciemus & quædam exempla illius significationis. *Insolentiam* (inquit) *eodem sensu posuit Philipp. nona, Magnifico enim Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius sæculi insolentiam vituperabat. Et in or. pro Sex. Roscio, Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena.* Hæc ille: cui assentior in eo quod ab illis dissentit qui mendum esse in hoc verbo existimarunt: (ex quibus certe fuit P. Victorius) sed quemadmodum ab illis ea in re dissentit, ita ego ab ipso dissentire cogor in eo, quod vocabulum illud ita exponit. In illis enim duobus unde petit exempla locis, dico *Insolentiam* non tam significare *Nimium sumtum* quam id quod *nimij sumtus caussa est*, id est *luxum*: in eo autem de quo nunc agitur, simplicius etiam videri accipiendam, tanquam ad etymum ipsum respiciente Cicerone. Nemini enim dubium esse potest, quin nomen *Insolentiæ* a verbo *Solere* ortum habeat. his autem negat uterque se eum esse qui soleret. Dixerat enim, *At quem virum? non eum quem tu es solitus promulside conficere?* Et paulo post, *Illa mea quæ solebas antea laudare, o hominem facilem, o hospitem non gravem, abierunt.* (perinde enim est ac si diceret, *Solebam esse homo facilis, hospes non gravis: quæ tu laudabas*) subiungit igitur, *In Epicuri nos, adversarij nostri castra coniecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam.* Est itaque hic sensus (meo quidem iudicio) *Neque tamen volo te huic meæ insolitæ mollitiei satisfacere: sed quamvis Epicuream quandam & mihi insolitam mollitiem afferam, atque illi quibus antea delectabar fastidiam, mihi tam molli & delicato illa tua pristina lautitia satis erit.* Crediderim certe & pronomen *Hanc* pro illa mea expositione facere: quum videatur intelligendum, *Hanc insolentiam quam tibi narro.* Quinetiam si hic veniat in mentem, *Hanc* posse etiam ad illam Epicuri mentionem referri: perinde ac si diceret, *Nec tamen ad hanc Epicuream insolentiam.* Tunc vero de luxu intelligere oporteret. Quum autem vocabulum *Insolentiam* suspectum hic quidam habuerint, ego alius cuiusdam mendi potius suspectum hunc lo-

enim haberem, quod duriusculus & insolens etiam videri possit hic vsus præpositionis *Ad*. si oporteat *Ad hanc insolentiam* significare, *Ad indulgendum huic insolentiæ*, aut aliquid tale: præsertim quum ad explicationem alterius partis, vbi dicitur, *Sed ad illam tuam lautitiam*, non pessimus idem gerundium adhibere, quo vsi fuerimus in exponenda illa priore, *Ad hanc insolentiam*.

SCHEDIASMA XX.

De iis qui putarunt gratiarum actionem *in summa amicitia & necessitudine non requiri*.

QVæstio hæc digna disputatione philosophica videtur, *an inter valde amicos prætermittenda sit, aut prætermitti saltem possit gratiarum actio*, qua in sententia fuisse Brutum & Plancum epistolæ eorum testantur. Ita enim Brutus vnam ex suis ad Ciceronē epistolis orditur, *Noli exspectare dum tibi gratias agam, iampridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam beneuolentiam peruenit, sublatum esse debet*. Item aliam ita *Iam non ago tibi gratias, cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri*. Sed & Plancus quandam e suis ab his verbis inchoat, *Facere non possum quin in singulas res meritaq; tua tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore, neq; enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem: neq; ego libenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis: & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare* At Cicero ad eundem de gratiarum actione ita scribit, *Quanquam gratiarum actionem a te non desiderabam, quum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periucunda Sic enim vidi, quasi ea quæ oculis cernuntur, me a te amari. Dices, Quid antea? Semper quidem: sed nunquam illustrius.* Vbi certe videmus Ciceronem gratiarum actionem non improbare. Ac legimus quidem in quadam ad Seruium Sulpicium epistola, quæ est libro decimotertio, *De quo non modo rogare te vt eo studiosius mea quoque caussa facias, non debeo, sed ne gratias quidem agere:* verum addit rationem *Quod tu & ipsius caussa & tua sponte feceris*. Et in fine Epistolæ dicit: *Et quod modo verebar tibi gratias agere, nunc plane ago.* Neque vero illa ratio non agendi gratias, quæ a Bruto in illo posteriore affertur loco, debere videtur satisfacere. *Iam non ago tibi gratias* (inquit) *cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri*. Imo vero, Brute, (respondeat quispiam pro Cicerone) si præstare id non potes, quod est maius, ne tamen prætermitte quod potes, quamuis sit multo minus. Affert tamen & Plancus eandem rationem non cur gratias nō agat, sed cur se pudeat gratias agere: verum nec solam affert, nec ita ἀκατότμως (vt ita dicam) se, quum re gratum ostendere non possit, verbis nolle gratum ostendere ait. Postquam enim dixit, *Neq; ego*

liben-

libenter pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor orationis, & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare: hæc etiam adiicit, *Quod si mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias atq; etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate, vincam*. Sed & in fine epistolæ proxime præcedentis dixerat (obscurius quam illic, aut saltem minus aperte, loquens) *Opto vt mihi liceat iam præsenti pietate meorũ officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora*. Excusari igitur multo facilius Plancus in afferenda hac ratione possit, quam Brutus. huic enim & quod dixi responderi possit: & istud quoque, ex Nasone, De ponto lib.4.el.8.

Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
Quum pro concessa verba salute damus:
Sed qui quam potuit dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.

Quod autem ad illam alterã rationem attinet, *Neq; enim tanta necessitudo, quantã tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem:* (cum quibus conueniunt illa Bruti, *Noli exspectare dum tibi gratias agam. iampridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam beneuolentiam peruenit, sublatum esse debet*) ita fortasse probabilis fuerit, si consideremus, quum is quo cum mihi summa est necessitudo multis eius officiis & meis mutuis cõstructa, (vt ipse loquitur Cicero) sit *alter ego* (vt quidam dixerunt) quum sit *animæ meæ dimidium* (sicut amicitiam veram dixit quidam philosophus efficere, vt sit *anima vna in duobus corporibus*) me illi quocum tanta mihi necessitas intercedit gratias agentem, perinde facere ac si mihi ipsi gratias agerem. Sed quum illius definitionis amicitiæ exemplum in iis demum conspiciatur, qui inter se Pyladem & Orestem imitantur, si ratio illa locum habere deberet, at certe vix inter tot habere locum posset, —*quot sunt Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.*

Hoc tantum addo, quod ad gratiarũ actionem attinet, vrbane a Cicerone quodam dici loco *Gratias tibi agam propediem, vt confido*: volente significare, Confido te præstiturũ ea quæ a te peto. Legimus autem & in alio quodam loco, *Ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere quam commendatione.*

SCHEDIASMA XX.

De iis qui putarunt precibus dandum non esse locum *inter eos qui arctissimo amicitiæ vinculo essent adstricti.*

De alijs quibusdam ad amicitiæ leges *pertinentibus.*

QVæstioni præcedenti affinis est hæc, ac pene etiam eadem, *An vllus precibus locus esse debeat inter eos, qui arctissimo amicitiæ vinculo sunt adstricti.* Cicero tamen nusquam, quod sciam, prætermittendam sibi videri gratiarum actionem dicit (quod in altera

quæstione proponebatur) at de non adhibendis precibus, aliis assentiri alicubi videtur. Quo pertinet hic locus epistolæ ad Atticũ nonæ libri quinti, *Hoc tibi ita mando vt dubitem an etiam te rogem, vt pugnes ne intercaletur.* Idem Dolabellæ libro nono, *Peto igitur a te, vel, si pateris, oro, vt homines miseros &c.* (vbi *Si pateris,* ex alio loco possit exponi, *Si amicitia nostra patitur, vt te orem)* In illa autem libri primi longissima ad Lentulum epistola, *Ea tanta mihi cura sunt, vt me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim.* Idem Catoni, *Idq; etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere & rogari scio, tamen admonendum potius te a me quam rogandum puto.* Atque vt hic dicit, *Admonendum potius quam rogandum,* ita in quadam ad Sulpicium, quæ est libro decimo tertio, *Quasi rogatus, aut certe admonitus, liberaliter Attico respondisset.* Denique alicubi innuit, *rogare videri posse eius esse, qui de amicitia dubitet.* E nostris quidem certe moribus si iudicium hac de re ferendum sit, preces potius quam gratiarum actionem prætermittere decet.

Alicubi vero ita rogat & preces adhibet, vt simul se de eo, quod illas adhibeat excuset. Tale est hoc initium epistolæ ad Cornificium, quæ est decima septima libri duodecimi, *Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis quam vt conserues, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi rogo.*

Sicut autem *eos cum quibus arctissimum esset amicitiæ vinculum, minime decorum esse videbatur rogare, ita eos etiam cum quibus minus arctum illud esset, rogare multis verbis, non decere putabant.* Hinc illud in fine secundæ epist. libri decimi tertii, ad Memmium scriptæ: *Impedior verecundia ne te pluribus verbis rogem. neq; tamen dubito, quin, si tua nihil aut non multum intersit, eo sis animo quo ego essem si quid tu me rogares.* Ita enim hic *verecundiam esse* interpretandam puto. Huc pertinet & clausula epistolæ secundæ libri tertii ad Appium Pulcrum. postquam enim dixit, *Quid in eo genere efficere possis, tui consilij est: ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo:* subiungit, *Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem exspectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur: aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.*

Iam vero & quædam erant *de quibus ne monere quidem seu admonere posse existimabant, quin de amicitia dubitare seu diffidere viderentur.* Ideo in nona libri primi epistol. quæ scripta est Lentulo, dicit. *Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæq; mihi commendas, ea tanta mihi cura sunt, vt me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim.* Idem in quadam ad Oppium *Tu, mi Oppi, cõseruabis amorem tuum: (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quod te admonendum putem) meaque omnia tuebere.* Quibus similia

milia sunt hæc, quæ ex epistola quadam ad Cornificium attuli, *Quam (memoriam nostri tuam) vt cõserues, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo.* In quorum locorum collatione obseruandum est, de vna eademque re vnum *rogari*, alterum *admoneri:* quum alioqui (vt antea vidimus) admoneri potius dicendus sit, quam rogari is, qui summe nobis est amicus. Huc pertinent ista Nasonis,

Nec te credideris, quia non facis, ista moneri:
Vela damus, quamuis remige nauis eat.
Qui monet vt facias quod iam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

Quinetiam ab Horatio leniri videmus hoc verbum Monere, vbi dicit,

Protinus vt moneam, si quid monitoris eges tu.

At vero Cicero alicubi quamuis *moneat*, id tamen se facere negat, vt initio cuiusdam ad Marcellũ epistolæ, *Neq; monere te audeo præstanti prudentia virum.* Et tamen aliquanto post dicit, *Illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta, vel propter beneuolentiam tacere non potuisse.* Discimus autem ex illo loco, eum qui dicit *se monere amicum*, videri posse prudentiam in eo desiderare, aut certe non satis prudentem eum existimare, siue non satis prudentiæ illius fidere. Alicubi vero excusationem nõ præponit Cicero, sed postponit: vt in quadam ad Plancum epistola, pag. 193. *Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, quam quod arbitrarer te monitis & præceptis meis egere.* Vbi hæc, *Quam quod arbitrarer te monitis meis egere*, similia sunt illis Horatianis —*si quid monitoris eges tu.* Est autem obseruandum, *Admonere* plerisque in locis esse potius ὑπομιμνήσκειν: at *Monere*, νουθετεῖν. Quodam porro in loco non vult dici *suasor*, sed *rogator*. qui locus est in epistola ad Plancum, epistolis ad Atticum inserta, in fine libri decimi sexti. *Equidem cùm multa (quæ necesse erat in tanta occupatione) non probẽtur, quæ Cæsar statuerit, tamen otii pacisq; caussa acerrime illa soleo defendere. Quod tibi ille magnopere faciendum censeo. quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Igitur mi Plance rogo te, & etiam oro, &c.* Alicubi vero etiamsi non vtatur vel hoc vel illo verbo excusat tamen se de iis, quę dixerit: veluti quum quandam ad Curionem epistolam his verbis claudit. *In hanc sentẽtiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem. Et hoc quicquid attigi, nõ feci inflammandi tui caussa, sed testificandi amoris mei.* Sic vero & Horatius, quum dicit; *Disce, docendus adhuc, quæ censet amiculus*, perinde esse videtur ac si diceret, se non tam eius monendi, quam testificandi amoris sui caussa ea dixisse. præsertim quum præcedat, *Quamuis satis per te tibi consulis:* Epistolarum libro priore,

Quamuis, Scæua, satis per te tibi consulis, & scis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti,

Disce, docendus adhuc, quæ censet amiculus.

Quinetiam magis etiam se excusans, adiungit,

—vt si Cæcus iter monstrare velit. tamen aspice si quid
Et nos quod cures proprium fecisse loquamur.

Quodam autem in loco ita loquitur ac si existimet cum alia sibi apud amicos per leges amicitiæ licere, tum vero peccare in scribẽdo. Legimus enim in epistola ad Ser. Sulpicium, quæ est decima octaua libri decimi tertii, *Sed tamen quando mihi, pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet, vtrumque eorum quæ negaui mihi facienda esse faciam.* Idem autem peccatum (vt quidem ipse hic vocat) committit alibi.

SCHEDIASMA XXI.

De comparationibus quibus vtitur Lucianus, quum dicit, νεογνῦ παιδίου ὀργιλώτερος. *id est,* Iracundior puerulo recens nato: *item,* κυνὸς Μελιταίου ὀργιλώτερος. *id est,* Iracundior cane Melitensi.

VAlde iracundum significare volens Lucianus, dicit esse νεογνῦ παιδίου ὀργιλώτερον, id est, *iracundiorem puerulo recens nato.* Quã comparationem existimari posset ex isto Platonis petiisse loco, De repub. lib. 4 ὅτι θυμοῦ μὲν εὐθὺς γενόμενα [παιδία] μεστά ἐστι: nisi iram non simpliciter tribueret puerulo νεογνῷ, vt appellat, sed eam vehementissimam. Ab eodem dicitur aliquis esse κυνὸς Μελιταίου ὀργιλώτερος, id est, *Iracundior cane Melitensi.* Tales autem comparationes non tam fortasse prouerbiales quam prouerbialibus similes esse sunt existimandæ: quemadmodum & illa Horatiana, *Iracundior Adria:* (cui tamen locus inter prouerbia datus fuit) nisi forte dicamus, harum quasdam, præterquam quod e medio peterentur, id est, e quotidiana experientia, vulgi etiam sermone, sed vulgi tãtum, fuisse celebratas. Ceterum posse in has comparationes inquiri docebo in capite quod proxime sequetur.

SCHEDIASMA XXII.

Senecam a Platone videri posse dissentire in eo, quod dicit iram nusquam nasci nisi vbi rationi locus est.

SEneca libro de ira secundo, cap. tertio, *Sed dicendum est* (inquit) *feras ira carere, & omnia præter hominem. Nam quum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur nisi vbi rationi locus est.* At vero Plato De republ. lib. 4. (pag. 44.) τὸ θυμοειδὲς distinguens ἀπὸ τοῦ λογιστικοῦ sicut ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, hoc vtitur argumento, *quod puerulis recens natis iram quidem, sed non item rationem inesse videamus.* Ac discimus cum aliunde, tum ex Galeno, in libro De dogm. Hippocr. & Platonis, Chrysippum quoque dixisse μὴ χρῆσθαι λογισμῷ μήτε τὰ θηρία μήτε τὰ βρέφη. Videndum igitur annon dicẽdum sit suum illis quoddam iræ genus esse, quod non tam sit ira quam

quam quiddam iræ simile. Sed hac de re latius a me in alio quopiam Schediasmate disseretur.

SCHEDIASMA XXIII.

De allegoria quadam Persiana, quæ in aliquot Platonis exstat locis.

PErsius Satyra quinta, nec non tertia, quadam vtitur allegoria, qua etiam Plato vsus erat aliquoties: ex quo eam petitam ab illo fuisse credibile est. Quum autē sibi mutuo lucem afferre possint philosophi huius & poetæ illius loci, eos proferam a Persii versibus sumto initio. Exstant igitur hi Satyra quinta,

——pulsa, dignoscere cautus
Quid solidum crepet, & picta tectoria lingua.

In tertia quoque,

——sonat vitium: percussa maligne
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Legimus itaq; in Theæteto, pag. 179. meæ editionis, καὶ σκεπτέον, τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται. E regione cuius loci adscripsi margini hanc expositionem, *Vtrum vt integra an vt vitiosa sonet.* Ad verbum (sed durius) *Vtrum integrum an vitiosum sonet.* Quinetiam addidi, σαθρὸν φθέγγεται, ex Persio esse *sonet vitium:* sicut vicissim ὑγιὲς φθέγγεται ex eodem, *solidum crepet.* Vt autem hanc expositionem minime in dubium vocarem fecit locus Philebi, pag. 55. γενναίως δὲ, εἴ πῄ τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν. Ac quemadmodum in iis, quæ verba hæc proxime præcedunt, mentio fit τῆς ἐξετάσεως, sic Persius in loco illo Satyræ quintæ dicit, *Excutienda damus præcordia.* vbi *excutienda* reddi possit ἐξεταστέα. id est *examinanda*, siue *exploranda.* His porro duobus Platonis locis contentum esse lectorem velim, quum tertium mihi memoria non suggerat.

SCHEDIASMA XXIV.

Platonis locus emendatus & explicatus.

ANtequam longius ab illo Socratico sermone abscedam, cuius facta fuit in capite præcedente mentio, de mendo quod illi Platonis loco subesse puto, monendum lectorem, simulque quod inuenisse mihi videor aptum remedium proponēdum censeo. Locus enim hic, quo tam sincera doctrina continetur, dignus est quem labe omni purum reddere conemur. Ita igitur scriptum est in illa pag. 176. paulo post illa verba, quæ modo attuli, θεὸς οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. Atq; his ista subiunguntur, περὶ τοῦτο καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία τε καὶ ἀνανδρία. ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή· ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής. Sed hæc verba περὶ τοῦτο quomodo aptam huic lo-

ço significationem habere possunt? nam περὶ τούτου significare scimus *De hoc*. Statim igitur veniet cuipiam in mentem scribendum esse, παρὰ τούτου, id est *Ab hoc*: at ego παρὰ τοῦτο scripsisse Platonem puto: in qua lectione præpositio παρὰ vsum licet minus vulgatem, ne huic quidem scriptori tamen ignotum habebit. Legimus enim apud eum Tomi secundi pagina 715. τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα, οὔτι καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα, ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε πόλει καὶ τοὐναντίον. Id est, *Eos autem qui vocantur magistratus, appellaui nunc legum ministros, non quod noua rebus nomina imponere studeam: sed quia nihil esse puto in quo magis ciuitatis salus, vel contra pernicies, versetur.* Intellige autem, salutem in eo positam esse, quod magistratus sint legum ministri: perniciem, in eo quod non sint. Quod si omisisset καὶ τοὐναντίον, nihilo minus hæc altera pars a lectore intellecta fuisset: veluti quum Latine dicitur, *In ea re versatur salus ciuitatis*, aut *vertitur*: siue, *In ea re agitur salus ciuitatis*: siue, *Inde pendet salus ciuitatis*. Sic autem in loco quem emendandum suscepi, scribendo παρὰ τοῦτο, dico sensum esse, *Hac in re positum est, vt aliquis industrius sit, vel contra.* Quod si dicas, *In ea re versatur hominis solertia*, [siue *industria*] vel *Hinc pendet hominis solertia*, poterit itidem altera pars ei opposita intelligi. perinde ac si diceretur, *Hac res, si adsit, talis est homo: sin absit, est contra talis.* Verum quid refert (vt grammatici loquũtur) hoc pronomen? Ego certe intelligendum dico, παρὰ τοῦτο, τὸ δίκαιον εἶναι, ἢ μή. siue παρὰ τοῦτο, τὸ δικαιοσύνην ἀσκεῖν, ἢ μή. vt conuenire possit idem substantiuum cum eiusdem pronominis sequente genitiuo, id est vt cum τούτῳ intelligamus τὸ δικαιοσύνης. Sic autem & alibi, posito prius adiectiuo, id quod subiungitur, non iam ad ipsum, sed ad substãtiuum refertur, perinde ac si hoc non illud præcessisset: quoniam hoc in illo δυνάμει inclusum esse dici potest.

SHEDIASMA XXV.

In quo Platonis in Euthydemo locus explicatur, & proponitur emendatio, qua indigere videtur.

PLatonis Euthydemus quendam locum habet, dignum, meo iudicio, cuius explicationi (& emendationi quoque fortassis) studium impendatur. Is est pag. 288. meæ editionis: ἀλλ' ἔοικεν (ἔφην ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐν ταὐτῷ μένειν, καὶ ἔτι ὥσπερ τὸ παλαιὸν καταβαλὼν πίπτειν. *Aut erraui* (inquit Socrates) *in eo quod dixi, aut non erraui. Si non erraui, non poteris illud redarguere* (seu *conuincere*) *sin erraui, ne hoc quidem a te recte dicitur, non posse quenquam errare. Ita fit vt tuo illo sermone concluseris quidem non posse quenquam errare, refutando quod dixeram: sed idipsum quod conclusisti, ab illa tua refutatione euertitur.* Sic autem antea dixerat, ἐμοὶ δὲ ἀεὶ θαυμαστὸς οὗτος δοκεῖ εἶναι (ὁ λόγος) καὶ τούς τε

ἄλλους

ἄλλους ἀνατρέπων καὶ αὐτὸς αὑτόν. Neque vero alio (mea quidem sententia) referendum, quod circa finem eiusdem dialogi dicitur. ἀτεχνῶς μὲν τῷ ὄντι ξυρράπτετε τὰ στόματα τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ καὶ φατέ· ὅτι δ' οὐ μόνον τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δόξαιτε ἂν καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, τοῦτο πάνυ χαρίεν τε ἐστὶ καὶ τὸ ἐπαχθὲς τῶν λόγων ἀφαιρεῖται. Quorum locorum inter se collatio magnam huic rei de qua agitur lucem afferre potest. Exstat autem apud Sextum philosophum pulcerrima comparatio quæ eodem pertinet. tales enim sermones qui, euersis seu prostratis aliis, ipsimet concidunt, comparat *medicamentis quæ purgandi facultate valent: quoniã eodem hæc modo, non humores solũ e corporibus educunt, sed seipsa vna cum illis expellũt.* Ac videor mihi eandem & apud Plutarchum comparationem legisse.

Ad emendationem autem quod attinet, quamuis in iis quæ editio mea margini adscripta habet e regione loci illius, seruetur a me lectio illa τὸν παλαιὸν, (quasi referatur ad id quod dixit πέρυσι, & subaudiatur aliquis participii καταβαλὼν significationi aptus accusatiuus) tamen dissimulare nolo, magis mihi placere vt τὸν παλαιὸν mutetur in τὸ παλαῖον, aut etiam τὸν παλαίοντα, quo intelligamus τὸν αὐτοπαλαίοντα: quem etiam αὐτόπαλον prima & propria significatione dicunt. Tunc autem ὥσπερ ad participium καταβαλὼν tendet. Hæc porro duo participia, καταβαλὼν, vno in loco, & in altero ἀνατρέπων, quo aptius illis accusatiuis iungi possunt, eo magis coniecturæ meæ fauent.

SCHEDIASMA XXVI.

De vocabulo Σφαγία, quod in Platonis Menexeno loci proprium nomen esse, ideoque pro appellatiuo nomine *male accipi videtur.*

MEnexenum Platonis legens, non potui mihi persuadere σφαγία nomen esse *appellatiuum*, vt appellant grammatici: tandem vero etiam contrarium (si contrariũ id vocare oportet) mihi persuasi, esse *nomen proprium*. Locus est hic pag. 242 Tomi secundi meæ editionis, νικήσαντες αὐτοὺς ναυμαχίᾳ οἱ ἡμέτεροι, καὶ λαβόντες αὐτῶν τοὺς ἡγεμόνας Λακεδαιμονίους ἐν τῇ σφαγίᾳ, ἐξὸν αὐτοῖς διαφθεῖραι, ἐφείσαντο καὶ ἀπέδοσαν, καὶ εἰρήνην ἐποιήσαντο. Hic, inquam, σφαγίαν esse nomen loci proprium mihi persuasi: idemque, vt spero, sibi persuadebunt quicunque legerint insulam Σφακτηρίαν vocatam etiam fuisse Σφαγίαν.

SCHEDIASMA XXVII.

De nonnullis diuersorum scriptorum locis vbi interpretes ex propriis nominibus appellatiua *fecerunt, aut vicissim. Item, De aliis quibusdam quorum ignoratio, aut obliuio, illos in errorem impulit.*

FEcit vocabulum Σφαγία, de quo dixi in proxime præcedente Schediasmate, vt in memoriam redirem aliorum vocabulo-

rum quæ interpretes ex *nominibus proprijs* itidem *appellatiua*, aut vicissim ex *appellatiuis propria* fecerunt. Prioris erroris exemplum est μέλισσαι apud Callimachum, *Cereris sacerdotum nomen:* quum quidã *Apes* sint interpretati. Item Δεξαμενὸς apud Pausaniã. nam hanc quoq; vocem *propriũ* esse *nomen* interpretes ignorarunt: neq; tamen *appellatiuũ* nomen ex eo fecerunt, (non enim poterant) sed *participium:* quamuis vel ab ipsa sede accentus, nõ esse participiũ, admoneri debuissent. Memini me & αἰγῶν alicubi legere q̃ redditum sit genitiuo Latino *Caprarum*, tanquam ab αἶγες: quum sit ab αἰγαὶ, q̃ ibi est *nomen vrbis Ætolis:* est vero alibi & aliarum vrbiũ (id est, q in aliis sunt regionibus) nomen. Exemplum aũt risui mouendo aptissimum suppeditare posset Agathii interpres, quod celebris memoriæ virũ, Henricum Scrimgerũ, (magnum Scotiæ ob singularem doctrinã ornamentum) sæpe commemorantẽ audiui. ille enim bonus vir, q Agathii historias est interpretatus, σταγείτην, q̃ Aristotelem significat (quia στάγειρα erat eius patria) putauit *amphorã* vini significare. Sed hic diuersum est a præcedentibus peccatum, quũ id vocabulũ quod ita redditur ac si esset appellatiuũ, & significationem illã haberet, nihilo magis alibi quam illic *appellatiuum* sit, nisi τὰ ἐθνικὰ etiam ὀνόματα, vocare *appellatiua* oporteat.

Posterioris aũt erroris, quo ex *appellatiuis nominibus* facta *ꝓpria* fuerunt, exempla suggeret affatim collatio meæ editionis Herodoti Latini, id est, Latine redditi à Valla, cum iis quæ illã præcesserũt. Nam (vt dixi in epistola illi præfixa) inter alia ἱρὸν Ionica dialecto dictum pro ἱερὸν, quod est *sacrum*, in montem nomine *Hirũ* noua quadã metamorphosi mutatum conspiciet: item ex genitiuo μυχῷ (id est *recessu*, vel *sinu*) *Inachum* siue *Machum* vrbẽ repente ædificatam cernet: ex οἵτινες (id est *Qui*) populũ nomine *Hœtines:* ibidẽ ex ἥσσονες (quod sonat *Inferiores*) populũ alium *Hessones:* ibidem ex ἁλέες (q̃ declarat *Vniuersi*, vel *Simul omnes*) populosissimã gentẽ *Halees* subito illius interpretis iussu emersisse videbit. Quibus plane similis metamorphosis vocabuli ἀσώτοι, in iis Lexicis Græcolatinis, quę prodierunt antequam meum Thesaurũ Græcæ linguæ edidissem, spectat in verbo ἀσωτεύομαι: *significari hoc verbo Luxu diffluo: & sumtum esse a populo Asotorum, quod essent luxu perditi, perpetuoq; in comessationibus versarentur: & mentionem horum a Cicerone fieri libro De finibus tertio.*

IAM VERO & in multorũ *nominum appellatiuorũ* interpretatione peccatũ ab illis fuit, q̃ esse duas eorum significationes, aut non didicissent, aut non recordarentur. Exempla aũt quum passim occurrant, minime necesse duxi huc afferre. Neq; vero in verbis minus q̃ in nominibus ea inuenire facile fuerit. Atq; vt γραφεῖς Ficinus apud Platonem in Euthyphrone male vertit *Scriptores*, quũ significet *Pictores* (de quo errore primus admonui) sic verbo ποικίλλειν apud eundem Platonem, vbi ad *picturam* refertur, perperã alia significatio datur.

Verum

Verũ vt ad nomina redeã, hoc quoq; in errorẽ interpretes impellit, ꝙ a diuersis rectis siue *nominatiuis* quoſdã *obliquos* ille eosdem nõ animaduertant. cuius erroris insigne est exemplũ in quodã epigr versu, in voce παρ...: de quo loco alibi sum dicturus.

Accentus quoq; diuersa sedes non animaduersa in errore impulit: veluti vbi νομοὶ redditum perinde fuit, ac si νόμοι scriptum esset. Sic vero quendã δεξαμένη vertisse obseruaui non aliter quam si esset scriptum δεξαμένη: quum tamen accentus differentia non solum diuersam significationem efficiat, sed etiam vt diuersæ sint orationis partes faciat.

Alii sunt a superioribus diuersi errores: veluti quũ nõ alia quidẽ est vel declinatio vel accẽtus sedes, a qua significatio diuersa efficiatur: sed male redditur vocabulũ Græcum Latino, cuius, nõ itidẽ vt illius restringitur interdũ significatio. In cuiusmodi errorẽ apud Sophoclẽ omnes inciderunt in interpretãdis illis verbis, αἰσχρὸν ἦμαρ. Sed de his omnibus errorũ generibus aliisq; quamplurimis fuse disserentem me audies in libro *De fidi interpretis officio.*

SCHEDIASMA XXVIII.

De vsu vocabuli δῶμα in Testamenti noui scriptis.

IN Testamenti noui scriptis multa legi, quæ falso existimentur a cõsuetudine Græci sermonis aliena, admonui quidem, & aliquot exemplis probaui in iis Prolegomenis quæ meæ illius operis editioni (quæ est parua, vt vulgo loquũtur, forma) præfixi: multo pluribus, Deo fauente, idem aliquando probaturus. Sed iam nunc vnum addam, quod ibi nescio quomodo omissum fuit, quãuis in mentem venisset, de vsu nominis δῶμα. eum enim quem habet Act. cap. 10 ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα, προσεύξασθαι, non fuisse nõnullis scriptoribus Græcis ignotum, ostendunt nõ solum loci aliquot eorum, qui Septuaginta interpretes vocantur, sed etiã diminutiuum δωμάτιον, quo cum alii quidã ita vtuntur, tum vero Lysias, *de parte domus interiore, quæ simul erat superior.*

SCHEDIASMA XXIX.

Memoriam esse passionibus contrariam, *pro Platonis dicto falso haberi.*

MEmoriam esse passionibus contrariam, quum quendam dicentem audirem, idq; tanquam auctore Platone, miratus sum quid illud sibi vellet: tandem vero comperi falsam loci Platonis interpretationem illi imposuisse. Ita enim Plato in Philebo, pag. 35. ἡ δ' ὁρμὴ γε ἐπὶ τοὐναντίον ἄγουσα ἢ τὰ παθήματα, δηλοῖ που μνήμην οὖσαν τῶν τοῖς παθήμασιν ἐναντίων. Vbi probare volens Socrates, adminiculo memoriæ fieri vt is qui sitit, cupiat potum, qui contrarius est siti quam patitur, dicit, *Quod natura fertur animal ad ea quæ cõtraria sunt suis passionibus* [siue, *iis quæ patitur*] *id argumento est ipsi meminisse eorũ quæ suis passionibus sunt contraria.* Adeo vt nihil aliud

sit μνήμην ἔχειν τῶν ἐναντίων quam μεμνῆσθαι τῶ ἐναντίων, vt si Latine dicas, *Est mihi memoria illius rei*, pro *Memini illius rei.*

SCHEDIASMA XXX.

Quorundam Alcæi verborum expositio.

AMicus me quidam, qui Athenæum interpretatur, literis non ita pridem consuluit de his Alcæi verbis, δάκτυλος ἁμέρα, ego eum ad meas in Anacreontem annotationes remisi, quæ sunt ad istæ calci editionis Parisinæ, illius qua primus poetam illum in lucem protuli. Remisi autem ad illas annotationes, quod editionem hanc in qua extant, in mea bibliotheca inuenire tum nō possem. Ille ad ea quæ rescripseram respondit, fieri quidem a me ibi loci illius mentionem, & alium similem afferri, sed explicationẽ non adiici, quod ego, exemplari tandem inuento, ita se habere cōperi. Verum aliquanto post incidi in hæc Erasmi, inter prouerbiorum chiliados Δατύλου ἡμέρα id est, *Datyli dies: Vbi res feliciter successerunt. Sumtum a Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consequutus.* Hæc est illius expositio: quam dum legerem, propemodum mihi videbar somniare: sicut ea, nihil aliud est (meo quidem iudicio) quam somnium: ideoq; a me in eo tractatu, quẽ inscripsi Animaduersiones in Erasmicas quorundam adagiorum expositiones, silentio prætereunda non fuit: Erasmum tamen excusando, quum ex Zenobio, vel potius (vt alii vocant) Zenodoto, eam sumpserit. Sed obseruandum est, quomodo paulatim corruptum illud prouerbium fuerit: primum enim pro Δάκτυλος ἡμέρα dictum fuit Δακτύλου ἡμέρα, deinde Δατύλου ἡμέρα: & falsa scriptura falsam illam expositionem tandem inuenit.

Quem igitur illorum verborum Δάκτυλος ἡμέρα sensum esse credendum est? Quod credo quidem, sed alios tamen credere non iub: hoc (quoniam ex cōiectura tantum habeo) afferam. Puto igitur fuisse Bacchi satellitib. vsurpari solita verba illa, Δάκτυλος ἡμέρα: ac primum quidem δάκτυλος ἠὼς dictum, deinde ἠὼς in ἡμέρα mutatum fuisse. Sumtam autem fuisse illius ioci occasionem ex epitheti Homerici ῥοδοδάκτυλος deprauatione, vel potius decurtatione. Quum enim Homerus subinde dicat ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, illos, abscissis ex eo epitheto duabus primis syllabis, δάκτυλος ἠὼς dixisse, significare volentes *diem* esse *valde breuem*, vtpote *digito vno minime longiorem*: ideoque oportere omnes eius horas bene collocare, ac, ne per vnam quidem horam a potu cessandum esse. Atque hoc tanquam celeusma θεραπόντων Βάκχου fuisse, quo sese inuicem hortarentur: quod fortasse noctem somno reseruare mallent, dūmodo nullum diei tempus siccum sibi (vt ita dicam) abire permisissent. Pro hac certe mea expositione (quam tamen vt verisimilem potius quam vt veram affero) faciunt duo isti versus qui epigramma quoddam claudūt in Anthologio, pag 485. meæ editionis.

Πίνωμεν

Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυλος ἀώς.
ἢ πάλιν κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;

Vbi quum κοιμιστὴν λύχνον dicit auctor epigrammatis, videtur innuere quod dixi, somno reseruandam potius esse noctem, vt magis illi aptam, die contra magis potui conueniente. Sed vt hæc pro mea illa epositione faciunt, ita dissentire ab illa videri possunt (ne quid dissimulem,) hæc verba, quæ apud Alcæum præcedunt, Πίνωμεν· τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; Sed ego cum aliunde suspectum hic esse mihi dico verbum σβέννυμεν, tum vero multo etiam magis ab illo versu suspectum mihi reddi, ἢ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν. quũ hæc verba subiungantur illis, —δάκτυλος ἀώς.

Ecce autem, quum hæc scripsissem, & meã editionem fragmentorum, quæ ex lyricis poetis supersunt, afferri iussissem, commodum aliam & plane qualem ex illo versu coniectabam esse debere, ibi inueni, ἀμμένομεν, non σβέννυμεν. Miratus autem a me ibi afferri tanquam ex Athenæo lectionem illam, quum tamen hanc apud eum esse viderem, non prius euoluendi Athenæi finem feci, quam alteram quoque illam apud eum inueni, libro vndecimo. Ita sublatus est hic scrupulus.

SCHEDIASMA XXXI.

De duplici nouitate verborum, ex qua oriuntur menda.

NOuitas verborum (prima diuisione) duplex est, siue duorum generum: & vtraq; multorum mendorum est caussa. Vna eorum est verborum, quæ quum a vetustate sint repetita, ob intermissionem gratiam nouitati similem parant, vt Fab. loquitur: altera, eorum quæ contra quum veteribus ignota essent, ab eorum posteris ficta fuerunt. Erroris ex illo priore nouitatis genere nati esse puto exemplum in illo prouerbiali versu. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου fuisse enim dictũ a veteribus πέλει pro πέλουσι id est, in significatione τοῦ πέλουσι (atq; hinc remansisse δίπτυχις, siue δίπτυχος, & πολύπτυχος, atq; alia quædam) sed qui hoc ignorarent, scripsisse πέλει, quum non auderent πέλει scribere: illos alioqui sui erroris admonente vel hac interpretatione,

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

Mendi autem ex altera orti nouitate, (quæ magis proprie nomen hoc obtinere potest) exemplum est apud Nonnum (qui eodem quo hæc tempore in mea officina excudebatur) θυμβιαὶ αὐλοὶ, siue τυμβιαὶ, siue τυμβιαὶ. scribendum enim dico θυμβεριαὶ: quod ex nomine Θύμβρις fictum, Romanam significet.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

Id est,

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM,

Liber IV.

qui est

Succisiuarum APRILIS horarum pensum.

SCHEDIASMA I.

De eo genere canum venaticorum qui ab vno ex tribus Xenophontibus, (Atheniensi & ipso) Vertragi *Celtico nomine vocantur: quum* Vertagos *Martialis quosdam appellet.*

XEnophon quidam, quem mea solet bibliotheca tertium appellare, quod qqum duo iam cogniti mihi essent a quibus aliquid literis mandatum foret, accedens eius notitia, tertia fuerit (quamuis alioqui fieri possit, vt ille eum quem secundum voco, ætate præcesserit, nondum a me facta huius rei inquisitione) canum quæ a Celtis *Vertragi* sua ætate appellarentur, mentionem facit: & nonnulla de illis scribit, quæ vix apud vllum alium inuētum iri existimo: quum ne mentio quidem vlla earum alibi (quod sciam) quam apud Martialem exstet, *Vertagos* tamen non *Vertragos* appellantem: hoc in disticho,

Non sibi sed domino venatur Vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quod si tamē illa quæ affertur nominis huius etymologia fidem meretur, vt *Vertagus* dictus sit quasi *Fertrahus*, ex eo nimirū quod *feram trahat ad dominum*, litera g locum literæ h accipiente, (sicut *Tragulam* nomen a *trahendo* habere grammatici affirmant) rectius profecto ab illo Xenophonte tertio *Vertragum* quam a Martiali *Vertagum* appellari fatendum fuerit. Verum, præter quam quod ille Xenophon Celticam esse vocem ait, quæ in afferendo nominis illius etymo de hoc canum genere dicuntur, feram ab eo trahi ad dominum, quis peculiaria illi esse dixerit? Minus quidem certe

certe cum aliis commune istud habere dici posset, quod intactam etiam feram ad dominum trahat: vt ait Martialis,

Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quamobrem si quis defendere illam huius nominis notationem aduersus Xenophontem vellet, aduocandam fortasse sibi Gratii auctoritatem putaret *Vertraham* vocantis, hoc versu,

Et pictam macula Vertraham delege falsa.

Nisi forte *Vertrahum* scripsisse illum magis credibile alicui futurum sit. Sed, vtrocunque nomen hoc scriptum fuisse modo dicamus, verendum est ne magis huius poetæ obsit quam prosit auctoritas, etymum illud tueri volentibus: quod mediam corripi syllabam in eo videamus. Fateor alioqui, id quod ab illo tanquam epithetum datur huic cani, quum *pictam macula* dicit, (nam *falsa* non adiicio, quod esse corruptū suspicer) conuenire cum eo quod inter cetera ab illo Xenophonte scribitur: quum & ipse quasdam earum, ποικίλας fuisse tradat, sicut quasdam ἁπλῆν χρόαν habuisse. Vtor autem genere fœminino, eum scriptorem sequens: qui nō in huius tantum generis canum descriptione, sed aliorum etiam, illo, non masculino, vtitur. Et vero fœminarum a primo itidem Xenophonte mētionem passim fieri videmus, & a poetis quoque, præsertim Græcis, earum in venando operā fideliorem existimari: Hinc illud Sophoclis in principio Aiacis Flagelliferi,

——εὖ δέ σ' ἐκφέρει
Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

quum alioqui & λάκωνος lex versus dicere permitteret.

Sed iam tempus est vt eum illius Xenophontis noui (lectoribus quidem certe plurimis, si plurimi huius Schediasmatis lectores erunt, noui futuri) locum proponam. Scribit igitur, ex canibus Celticis eas quæ sunt ποδώκεις, appellari Celtarum sermone οὐέρτραγους: non ab vlla gente, sicut Creticas, aut Caricas, aut Laconicas: *sed quemadmodum* (inquit) *inter Creticas αἱ διάπονοι appellantur ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν: & ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέως καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν.* itidem istæ ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Eum enim locum sic legimus, (haud scio an satis fideliter a librario in cuius manum incidi scriptum) ἀλλ' ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι, ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν, καὶ ἰταμαὶ (nisi forte αἱ ἰταμαὶ scripsisse ipse auctor credendus est, vt præcedit αἱ διάπονοι) ἀπὸ τοῦ ὀξέως καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν οὕτω δὴ καὶ αὗται ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Sed post ὀξέως non tantum infinitiui modi verbum, verum & quædam alia vocabula deesse crediderim, quæ inter ὀξέως, & illa, καὶ αἱ μικταὶ, interiecta essent: & vnum ex illis fuisse appellationem, quæ his quas μικτὰς ἐξ ἀμφοῖν vocat, daretur. Fortasse vero & ἰταμαὶ cuipiam non immerito suspectum fuerit.

Addit porro, *canes has rem esse pulcram aspectu, & quod ad oculos attinet, eas quæ sunt prestantissimæ, & quod ad totum corpus, necnon ad pilos & colorem.* Deinde ad illud veniens in quo ei cum Gratio

conuenire videri potest (vti dixi) addit, ὥστε ταῖς τε ποικίλαις ἐπιπρέπει τὸ ποικίλον καὶ ὅσαις ἁπλῆ χρόα ἐστὶν, ἀποστίλβει καὶ αὐτή. *adeo (inquit) vt sit spectaculum viro venationis studioso iucundissimum.* Hæc enim est illi huius de isto canum genere sermonis clausula, καὶ ἔστιν ἥδιστον θέαμα ἀνδρὶ θηρατικῷ. Ideo autem quod περὶ τῆς ποικιλίας scribit, conueniens cum eo quod apud Gratium legitur, *picta maculæ*, posse videri aio, quoniam *maculosæ* a Latinis quædam feræ dictæ sunt, quæ a Græcis ποικίλαι. Scio tamen a Gratio non dici ἁπλῶς *pictam macula*, sed addi *falsa*: verum esse mendosum hoc vocabulum, persuasum habeo, sicut & antea indicaui. Nec absimile verò mihi est, a voce ista sedem alicuius epitheti occupari quo ἀποστίλβουσα significaretur: vt Xenophontis huius verbo vtar. Quem etiam obseruandum est, quum dixisset ἐπιπρέπει τὸ ποικίλον, statim post de colore quem ἁπλοῦν vocat, (ita distinguens ἀπὸ τοῦ ποικίλου) dicere ἀποστίλβει, tanquam vnum vocabulum vice alterius fungi queat.

SCHEDIASMA III.

De alio canum genere, quas idem ille Xenophon Egusias *appellatas, nomine a quadam Celtica gente deducto, scribit.*

IDem Xenophon nouus, vel potius alter e duobus Xenophontibus Xenophonte Grylli posterioribus, (quem mea bibliotheca *tertium* appellare Xenophontem ea quam dixi de caussa solet) de alio quodam Celticarum canum genere verba facit, quæ *Egusiæ* nominarentur, nomine a quadam Celtica gente deducto, vbi primum & natas & celebres fuisse (vel, in pretio fuisse) existimat. Ac de his cum alia scribit, tum vero *celebrari apud Celtas quendam, qui illas cum ijs, qui per vicos mendicant comparauerit. Vocem enim illis gemebundam & miserabilem esse: neque, tanquam ipsi feræ irascentes, clamorem edere dum inuestigant, sed velut misericordiam mouentes & rogantes.* Sed ipsamet eius verba audiri, (vt conferri cum mea interpretatione possint) volo. Postquam igitur οὐδενίας & ταπεινὰς ἰδεῖν esse scripsit, & quidem (quod vt mirabile, ita notabile est) quæ sint inter ipsas γενναιόταται, easdem & πονηροτάτας esse: addit, ἔστι δὲ δόκιμος ἐν Κελτοῖς ὁ ἀπεικάζων αὐτὰς ταῖς ἐπαίταις ταῖς ὁδοῖς πτωχεύουσι. Et rationem huius comparationis statim subiungit, καὶ γὰρ φωνὴ αὐταῖς γοερά τε καὶ ἐλεεινή ἐστιν καὶ οὐχ ὡς θυμούμεναι κατὰ τὸ θηρίον, ἐπικλάζουσιν ἐν τῇ ἰχνείᾳ, ἀλλ' ὡς οἰκτιζόμεναι καὶ λιπαροῦσαι.

Sed quum has canes *Egusias* vocari tradat, sumta ex nomine cuiusdam Celticæ gentis appellatione, quanam esse hanc dicemus? Non dubito equidem quin de ea ipsa intelligendum hoc sit quam *Accusios* appellari videmus: quorum *Accusiorum* coloniam esse aiunt, quæ Gratianopolis dicta fuit: (vnde nostrũ *Grenoble* deprauatũ esse constat: quum prius fortasse *Gratianople* aut saltem *Grene-*

Grenople, diceretur, sicut & *Constantinople* haud dubium est quin dictum initio fuerit) sed an *Accusias* itidem, non *Egusias*, vocare illos canes oportuerit an cõtra *Egusios* scribere debeamus vbi *Acusios* legimus, viderint qui talia scrutari gaudent.

SCHEDIASMA III.

Matarin, teli Gallici apud Liuium genus, vocabulum esse quod hodieque Galli, sed aliquantum deprauatum, retinent.

GALLICAE appellationes, quas ex illo Xenophonte, e duobus posterioribus Xenophontibus altero, depromtas proposui (nã Celticæ sunt Gallicæ, aut sub Gallicis, vt species sub genere, continentur) quandam itidem Gallicam mihi in memoriam reuocãt, quæ apud Liuium legitur, & hodieque in Gallorum sermone non sine aliqua tamen deprauatione, manet. Ac mirum est certe, quum tot ætates a tempore illorum qui vel ab illo vel ab aliis memorantur Gallorum elapsę sint, & innumeras interim mutationes sermo ille passus fuerit, nonnulla tamen vocabula ex iis quæ nos eorum posteri sermone quotidiano terimus, veteris illius notæ reperiri, ita vt ea, si reuiuiscant, statim sint agnituri. Dico igitur horum in numero poni debere quod apud Liuiũ habemus *Mataris*, de quodam Gallici teli genere. Locus est apud Liuium libro VII. *Stetitque suppresso impetu Romanus, & quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, & quod consul, dum inter primores incautus agitat, læuo humero matari prope traiecto, cesserat parumper ex acie.* Sic certe Galli hodieque *Materas* dicunt de sagitta, vel potius de quodam sagittę genere: & quidem vel prouerbio celebre hoc illarum genus reddente. Sæpe enim auditur, *Il va comme vn materas desempenne.* Perinde ac si diceretur, *Ita fertur vt mataris expennatus*, si tamen mihi vocem istam, ad exprimendam illam Gallicam, licet fingere, quæ dicitur de telo cui pennæ fuerint ademtæ. Recte quide certe simplex *pennatum* dici quod a nobis *empenne*. Plinius dubitare nos minime sinit: apud quem *pennatum telum* legimus. Alioquin & *pennigerum* dici posset, sed ποιητικώτερον: vt a Silio *pennigeræ sagittæ* dicuntur.

Ceterum fateri interim cogor, vulgus (sub quo & nonnullos comprehendo qui plus tamen sapere quam vulgus deberent) *matelas*, non *materas*, pronuntiare: *culcitræ* appellationi) nam *materas* nobis est quod a Latinis *culcitra* vocatur, vel *culcita*, vt quibusdam scribere placet) locum appellationis sagittæ dantes. Quo de errore iampridem pater meus, Robertus Stephanus, sicut de aliis plerisque, monuit.

SCHEDIASMA IV.

GALLOS suam itidem vocem *Caraque* (pro qua & *Casaque* dicunt) ex voce *Caracalla* sumtam retinuisse.

De alio eorum vocabulo *Eschars*, e Græca voce ἐσχάρα sumto.

SCribenti de voce Gallica *Mataris*, quam retinuimus, venit in mentem alia, quæ celebritatem quandam ex eo nacta est, quod Antoninus imperator cognomen ab ea nactus fuerit. Ea est *Caraque*. nam esse vestimenti genus scimus quod & *Caraque* & *Casaque* vocatur: a vulgo quidem *Caraque*, ab aliis autem *Casaque*. qui quum errare vulgus existiment in sua pronuntiatione (vt certe in multis vocabulis *r* pro *s*, & vicissim *s* pro *r* pronuntiare constat) errant potius ipsi, quum nomen ex quo nostrum originem habet, sit *Caracalla*: vt quidam historici volunt, qui Antoninum inde *Caracallam* appellatum tradunt. Fieri autem potest, vt is nomen a vestis nomine deductum, seu paulum tamen diuersum, haberet; minimeque illud commune vtrique esset.

Quemadmodum autem qui *Caraque* pronuntiant, errare existimantur ab iis a quibus *Casaque* profertur, quum tamen hi, non illi, in errore versentur: sic etiam qui *Escharas* dicunt, quamuis reprehendantur a dicentibus *Eschalas*, tamen appellationem Græcam χάραξ, vnde nos mutuati nostram sumus, pro illis nō pro his, facere manifestum est. Ac Picardos ab illorum partibus, non horum, stare videmus, quum *Escaras* proferant. Sic autem vocatur *palus* vel potius *paxillus, cui vitis alligatur*: a quibusdam *Adminiculum vitis* periphrastice dictus, ab aliis partim *Statumen*, partim *Ridica*, aut *Pedamen*, siue *Pedamentum*.

SCHEDIASMA V.

Apud Liuium, vbi Galliam *appellatam fuisse* ARIMINVM *tradit, videri scribendum potius esse* AREIMANIVM.

GALLIAM aliquando a Romanis fuisse appellatā ARIMINVM, in Liuii potius legi exemplaribus, quam in ipso Liuio, non suspicandum solum, sed dicendum (meo quidem iudicio) est. Neque tamen in quemquā incidi, qui vel suspectam huius apud eum loci scripturam habeat: qui est libro 28. *Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio [obtigit.]* Et quorsum (obsecro) eodem appellata *Gallia* nomine fuisset quo vrbs Romæ vicina dicta fuit? aut, si idem Galliæ datum nōmē foret, quomodo aliqua huius rei ratio vel ab ipso Liuio, vel ab alio quopiam historico non redderetur? Ne longum faciam, AREIMANIVM, (vel, AREIMANION, terminatione Græca) esse verum nomen, & quod ipse Liuius ad nos reuersus agnosceret propemodum persuasum habeo. Est autem diphthongus in secunda syllaba, quum Græce Ἀρειμάνιον scribendum sit: vt dictum sit Ἀρειμάνιον quasi Solum habens viros Ἀρειμανίους. Vel hoc certe, quod hac ipsa voce de Gallis Strabo & Plutarchus vsi fuerint, meam mihi coniecturam magis verisimilē reddit. Sed qui ἀρειμανίους interpretantur simpliciter *Bellicosos*, vel *Pugnaces*, nequaquam vocabuli huius vim assequuntur: (quamuis & Budæus ex eorum numero sit) minimeq; considerant, Græcos

quum

quum alios plerosq; populos significare bellicosos vellent, vel πολεμικοὺς, vel per periphrasin, ἢ πολέμου ἀγαθοὺς appellasse: poetas autem, cum Ἀρηΐους (vt Latini *Martios* dicunt) tum ἀρηϊφίλους eos nominasse: at vero eos quos dixi scriptores (quibus fortasse & alii adiici queunt) voce, qua nullam ne poetæ quidem significantiorem habent, de Gallis vsos esse, quum Ἀρειμανίους eos nuncuparent. Neq; enim quemquam, ex iis qui Græcæ periti linguæ sunt, latere puto, Ἀρειμανίους idem quod Ἀρειμανεῖς valere: videlicet (si verbum verbo reddatur) *Marte furentes*: id est, *Bellandi amore insanos*, siue *Quos insanus belli amor tenet*. Quam metaphoram retinentes nos eorum posteri diceremus *Enragez apres Mars*, vel *Enragez apres la guerre*. Præbuit autem Homerus compositionis pulcri illius vocabuli materiam, quum dixit, ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται ἄρης. Item in his, Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ Οὔρεσι μαίνηται. Vtitur porro insigni hoc vocabulo etiā Iosephus, vbi scribit, καὶ ἔγωγε τὸ μὲν ὑμνεῖν ἀρετὴν τὴν ἐν πολέμῳ πλούτην καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀρειμανίοις ποσοῦσιν ἀθανασίαν παρακλείω.

Fateor tamen, hos omnes scriptores, si ἀρειμανεῖς dixissent, vsuros voce fuisse, quæ forma cum aliis ex illo verbo μαίνομαι compositis magis conuenit: qua vtitur & Dionysius ὁ περιηγητής (licet Eustathius non minus Ἀρειμανίων apud eum quam ἀρειμανέων agnoscere videatur) & quæ terminationem habet solutæ orationis scriptoribus cum poetis communem: sed fieri potest vt dedita opera, illa potius quam hac terminatione vsi sint, illam huic ideo præferentes, quod, quum sit hoc vocabulum quorundam populorum epithetum, simul etiam nonnulli nomina ita desinentia, videlicet in ιοι, habeant.

Ceterum illud *Gallorum* epithetum, quo Ἀρειμάνιοι dicuntur (vnde etiam verisimile est: aio, *Galliam Areimanium*, non *Ariminum*, fuisse appellatā) cum alios historicos agnituros esse constat, tum vero Cæsarem: quum de iis inter cetera scribat, *ii qui virtute belli omnibus gentibus præferebantur*: nec minus ipsum Liuium, qui quamuis nonnulla in illis reprehendat, (non sine calumniæ suspicione,) tamen *gentem ferocem & ingenij auidi ad pugnam* appellat. Et alibi apud eum Samnites illos *inter ferrum & arma natos* vocant: & addunt, *feroces cum suopte ingenio, tum aduersus Romanum populum.*

SCHEDIASMA VII.

T. *Liuium nonnulla suspectum cuiusdam in* reges maleuolentiæ *reddere.*

SVspectus mihi iampridem fuit T. Liuius cuiusdam in reges, siue in regiam dignitatem, maleuolentiæ. Ac ea quidem quæ suspicionem hanc mihi eius historiarum libros euoluenti mouerunt, & longum esset & nihil attinet referre: sed quæ tandem eius

quod antea susp cabar tãtummodo, fidẽ fecerunt, ea vero eloquar. Quum igitur librum trigesimum legerem, quędam in locum incidi, vbi *superbo & regio animo*, tanquam his naturalem quandam copulationẽ habentibus, dicit. Narrat enim, Quintiũ, imperatorẽ Romanum, ad extremũ littus progressum, quum rex Philippus in proram nauis in anchoris stantis processisset, his vsum verbis esse, *Commodius, si in terram egrediaris, ex propinquo dicamus inuicẽ* (sed in vicem malo) *audiamusq;*. At rege se id facturum negante, Quintium interrogasse, *Quem tandẽ times?* Ad hoc aũt illum *superbo & regio animo* respondisse: *Nemine quidem timeo, præter deos immortales: nõ omnium autem credo fidei quos circa te video, atq; omnium minime Ætolis.* Quem sermonem imperatorem Romanum isto prosequutũ esse *Istud quidem par omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquiũ congrediuntur, vt nulla fides sit.* At regẽ his illa opposuisse, *Non tamen, T. Quinti, par perfidia præmium est, si fraude agatur, Philippus & Phaneas. Neq; enim æque difficulter Ætoli prætorem aliũ, ac Macedones regem in meũ locum substituant.* Præcipue tamẽ accusari superbiæ existimo illa verba, *Nemine quidem timeo, præter deos immortales.* Verum sicut hæc a regulo quopiam profecta (vt sæpe regulorum a Liuio fit mentio) videri superba poterant, ita ex regis Macedonum ore prodeuntia, altitudinẽ animi rege non omnino indignã præ se ferre videri fortasse possunt. Sed esto tamẽ, superbũ vocari posse hoc respõsum: liceat Liuio propter id Philippum *superbiæ* damnare: liceat alios quosdam reges ob idem vel aliud quodpiam vitium notare: vt *muliebrem animum* Perseo tribui libro XL. videmus: & *auaritiam* eius libro XLIV. notari: (& quidẽ valde pudendam regi notam paucis verbis inuri, vbi dicitur *pecunia quam regni melior custos*) liceat Liuio Antiochi *nuptias* appellare *infames* (quoniam, vt Acilius consul apud eum aliquãto post dicit, amoris caussa ex domo priuata & obscuri etiam inter populares generis vxorem duxerat) liceat denique illi in aliis alia regibus reprehendere: at de *superbia* perinde loqui ac si naturale in omnibus regibus vitium esset, quis hominis suam in reges seu regiam dignitatem maleuolentiam incaute & inconsulte prodentis, esse non iudicet?

Certiorem vero huius maleuoli animi fidem fecit alter hic locus, libri XXXV. *siue, ab insita regibus vanitate, ad consilium spem amplam, re inani, animo adiecto.* Quasi vero & *vanitas reges* omnes comitaretur. quomodo enim non esset comes perpetua, si insita illis foret? Mirum certe, cum non omnibus illis quos regiæ opes alunt, vanitatem & alicubi vaniloquentiam tribuere, sed tantum plerisq; (nam libro XXXV scribit de quodam Antiochi regis legato, *Is, vt plerisq; quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria terrasq; inani sonitu verborum compleuit*) at de regum vanitate ita loqui ausum esse, ac si nullus esset qui ea non laboraret.

Certiss-

Certissimam denique fidem tertius hic (inter illos qui a me fuerunt obseruati) locus mihi fecit. ex libro XXXV. *Grauem successorem eum instare senectuti suæ patrem credentem, per spadones quosdã, talium ministeriis facinorũ acceptos regibus, veneno sustulisse.* Eo aũt maioris apud me ponderis hic locus fuit, quo maius est crimen cuius hic reges accusat, quam illud, cuius in illo quem ex libro XXXVI. attuli loco, insimulantur. Neque tamen dissimulabo, me, non Liuium illius quã dixi κακοζηλίας, sed librarium incuriæ suspectum habiturum fuisse, per quam vocem *quibusdam*, aut *nonnullis*, aut etiam *plerisq;* tam in hoc quam in illo loco omisisset, voci *regibus* vel præpositam vel postpositam: nisi & illum de superbia locũ inuenissem. Quomodo enim ibi quoque conferendam in librarium culpam suspicari debeamus, non video.

SHEDIASMA VII.

Liuium aliis plerisque in locis regii animi *appellatione ad* superbiam *nequaquam respicere; alicubi tamen* regalem animum *dicere maluisse.*

Periphrasin Virgilianam ad significandum regium seu regalem animum, alicubi imitatum esse.

Romana regia eidem quid sit.

QVamuis autem Liuius in eo quem modo proposui loco *superbum animum* cum *regiõ* tanquam per synonymiam copulet, aliis tamen plerisque locis *regius animus* ab illo dicitur, vbi nihil minus quam ad superbiam respicit: quum alioqui multa sub his verbis comprehendat, ita vt aliquis eum sequens, his duobus *regio animo* ea propemodum omnia complecti posse videatur, quæ complectebatur apud Plutarchum ille, qui a rege interrogatus πῶς σοι χρήσωμαι, id est, *Quomodo me erga te geram?* vel, *Quomodo te tractabo?* respondebat, βασιλικῶς. Sic enim libro XLII. de rege Perseo. *Quippe quem non iustum modo apparare bellum regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant.* Vbi *regio animo* sonare videtur *Regia quadam animi altitudine.* Estque considerandum etiam duo eundem regem facere, quorum sicut vnum *regio animo* fieri scribit, ita fieri alterum *muliebri animo* dicere poterat: & ita quidem vt sibi constaret. Nam libro XL. dixerat de eodem rege *sibi spem nullam regni superesse nisi in scelere ratus, ad id vnum omnes cogitationes intendit:* & his ista subiunxerat, *Ceterum quum se ne ad id quidem quod mulebri cogitabat animo, satis per se validum crederet.* Quum porro & *regius* & *muliebris animus* eidem tribui non possit, videndum an non ita potius loqui Liuius debuerit, vt diceret, Perseum non iustum modo apparare bellum, tanquam regio animo præditum sed per omnia clandestina scelera latrociniorum ac veneficiorum grassari.

Tribuit tamen huic ipsi regi & alibi *animum regium*, & quidem *vere regium*, duabus in rebus: libro XLI. *in duabus tamen magnis honestisq; rebus vere regius erat animus, in vrbium donis, & deorum cultu*. Vbi *regius animus* de eo qui magnificentia & liberalitate regia gaudet, dici videtur. Sed vbi scribit, *Regios illis animos regias vxores facere*, ibi quoque ad altitudinem animi respici, non male dixerimus: & perinde esse, ac si dixisset non minus elatos animos quam si reges essent: ita vt hoc etiam in loco ad superbiæ significationem proxime accedat. Enimuero Scipio apud eundem, libro XXVII. *regalem animum* mauult quam *regium* sibi tribuere: vbi se regem appellari ab Hispanis recusat. *Tum Scipio* (inquit) *silentio per præconem facto, sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent: regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum esse: regalem animum in se esse. Si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite iudicarent, vocis vsurpatione abstinerent.* In illis autem quæ proxime sequuntur, *magnitudinem animi* illi tribui videmus ab hoc scriptore, licet aliam huius tituli rationem afferente, quam ipse fortasse Scipio attulisset. *Sensere etiam barbari* (inquit) *magnitudinem animi, cuius miraculo nominis alij mortales stuperent, id ex tam alto fastigio aspernantis.* Vt autem *regium* a *regali* hic distinguitur, ita βασίλειον ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ apud Dionysiũ Halicarn. distinctum inuenies.

Ceterum alicubi in significando animo regio hanc pulcrã Virgilii periphrasin, *Regum æquabat opes animis*, imitari volens, dixit *Æquare animos regno*.

Quinetiam *Romana regia* eleganter & sermone magis poeticæ libertati, quam solutæ orationi cõueniente, ab eo vocatur is Romæ status qui fuit sub regibus, libro I. *Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemplum.*

SCHEDIASMA VIII.

Liuius emendatus vbi tituli epistolæ regis Persei mentionem facit.

REges inter illos quibus parum æquus est T. Liuius, atq; adeo de quibus vel raro vel nunquam honorifice loquitur, numerandus est Perseus. eum enim tantum non ludibrio lectoribus exponit, quum iam satis fortunæ (vt ethnicis loqui conceditur) ludibrium fuisset. Sed nolo tamen de hoc scriptore, in iis quæ ad emendatam lectionem pertinent, male mereri, ne ibi quidem vbi de hoc rege male meretur, aut certe male mereri videri potest. Libro igitur XLV. non procul ab initio, postquam narrauit, Paulum Æmylium consulem, quum literas ab rege Perseo per ignobiles tres legatos cerneret, dici sorti humanæ illacrymasse, quod qui paulo ante non contentus regno Macedoniæ, Dardanos Illyriosque oppugnasset, & Bastarnarum ciuisset auxilia, is tum amisso exer-

exercitu, extorris regno, in paruam insulam compulsus, supplex, fani religione, non suis viribus, tutus esset: addit (vt quidem apud eum legimus) *Sed postquam regem Persea consuli Paulo S. legit, miserationem omnem stultitia ignorantis fortunam suam exemit.* Ex quo factum esse ait, vt, quanquam in reliqua parte literarum *minime regiæ* (id est, minime rege dignæ, vel minime regi conuenientes) *preces* erant, tamē sine responso ac sine literis ea legatio dimissa sit. Sed sensisse Perseum dicit cuius nominis obliuiscendum victo esset: itaq; alteras literas cum priuati nominis titulo missas & petiisse & impetrauisse, vt aliqui ad eum mitterētur, cum quibus loqui de statu & conditione suæ fortunæ posset. Habemus quæ locum, quem esse deprauatum contendo (quamuis de eo alii in suis annotationibus nō monuerint, quod sciam) præcedunt, nec minus quæ eum sequūtur: si quid forte ad illius emendationem adiumenti afferre lectori ea possunt. Ad me quidem certe quod attinet, Liuium ita scripsisse arbitror, *Sed postquam regem Persea consuli Paulo dicere S. legit*, (vel, non vtendo nota compendiaria, *dicere salutem*, siue *salutem dicere*) aut certe REX PERSEVS CONSVLI PAVLO S.

SCHEDIASMA IX.

Liuij alius locus, in quo pro voce clementiam *reponendam vocem* clientelam *censeo.*

Liuius, sicut & alii scriptores, quosdam mendosos habet locos, ex iis etiam qui nihil mendi habere videntur. Eorum in numero hunc toties pono, quoties lego, ex libro XLV, in paginæ secundæ principio, *Nihil ea legatione perfectum est. Perseo regium nomen omni vi amplectente, Paulo, vt se suaq; omnia in fidem & clementiam populi Romani permitteret, contendente.* Hic enim non *clementiam*, sed *clientelam* scripsisse Liuium existimo. Sed multi quamuis pro mea emendatione faciant loci, (vt paulo post ostendam) nescio tamē quomodo subit vereri ne quibusdam τὰ ἀκίνητα κινεῖν videar, aliquid hic innouādo. Quomodo enim non arrideat (prima frōte præsertim) vocabulum *clementiam*? vt perinde sit, ac si *fidem populi Romani comitatam clementia diceret*? Præsertim vero quum minime nouum sit Liuio non tantum quæ sunt talia, sed multo etiam magis diuersa cōiungere & velut copulare: ita quidem vt quæ posteriorem obtinet sedem vox, sit velut quoddam ad id quod alioqui omnibus in vsu est loquendi genus, additamentum. Vbi tamē altera ex parte cum legero, *fidem & clientelam* passim ita copulata inueniri, & valde illi de qua agitur rei conuenire, nō possum de illa sententia, qua [illegible] deduci. Cicero certe & ipse hoc genere loquendi, tanquam solemni, (mutato tamen verbo) [illegible] *Nam quū multos veteres [illegible], omnes*

eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt. Quinetiam apud Terentium comica quadam & festiua catachresi dicitur, *Thais patri se commendauit in clientelam & fidem.* Vbi & hoc obseruandum, versus caussa postponi *fidem*, quam ordo passim receptus, & qui magis ratione niti videtur, solet præponere. Iam vero *& clientelæ tutelam* adiungit Liuius (vocabulũ *fidem* omittens) libro xxv. vbi Syracusanorum oratores hoc apud Marcellum sermone vtuntur, *Inc. lumesque Syracusas familiæ vestræ sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas.* Dixerat vero ante illum Terentius, *Committere se in tutelam alicuius.*

Obiiceret forsitan aliquis, Quomodo regem ita in ordinem cogeret consul Paulus, vt eum quoq; se in clientelam vellet permittere? Verum in promtu ratio est, cum rege illi rem esse, cui status & conditio suæ fortunæ eiusmodi esset, vt regis titulo in epistola ab eo ad ipsum scripta, offenderetur: quemadmodum præcedente Schediasmate dictum fuit. In sequente autẽ de hoc ipso loquendi genere, quo quis *In fidem populi Romani se permittere, vel tradere,* dicebatur, ex Polybio quædam afferentur.

SCHEDIASMA X.

Polybij expositio huius generis loquendi, In fidem populi Romani se permittere, *vel* tradere.

POlybius solemne illud loquendi genus, quo aliquis dicebatur *In fidem pop. Romani se permittere,* vel *tradere,* interpretatur, εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, verbum verbo reddens: sic tamen vt Latino verbo *tradere,* magis quam alteri *permittere,* Græcum ἐγχειρίσαι respondeat. Sed aliud etiam loquendi genus affert, quod idem apud Romanos valere (nam dicit ἰσοδυναμεῖν) scribit: videlicet τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ: & quidem subiungens datiuum τῷ κρατοῦντι, id est, *victori.* Postquam enim narrauit, Ætolos statuisse ἐπιτρέπειν τὰ ὅλα Manio, *dando se in fidem Romanorum*: addit, *ignaros fuisse quæ vis huius loquendi generis esset, & deceptos fidei appellatione:* perinde ac si mitiorem propterea Manium essent habituri. Sed apud Romanos, inquit, easdem vires duo habent ista, εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι & τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι. Alio autem loco docẽs, quã late pateat ista phrasis qua dicuntur *aliqui dare se in Romanorũ ἐπιτροπὴν, dicit eos dare Romanis primũ quidem quã habeant regionem, & quæ in ea sint ciuitates: simul autem & viros & fœminas quotquot in regione sint atque in ciuitatibus: nec non fluuios, portus, templa, sepulcra: adeo vt Romani rerum omniũ domini sint, illi autem qui ita se dant, nullius omnino.* Cæterum obseruãdum est, cum paulo aliter hic loqui quã altero in loco: quũ hic scribat, οἱ γὰρ διδόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπήν, at vero illic, τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ. Non dubium est autẽ quin magis hic quã illic

[illegible]

formulæ Latinæ insistat: quæcunque vox ea sit, quã Græca sua ἐπιτροπῆς appellatione interpretari voluit. Quæ aut potius esse quã *clientela* credenda est? Sed quum Romani copulare *fidem* & *clientelam* solerent (sicut in præcedente Schediasmate videre est) Polybius de duobus loquendi generibus loquitur, eandem vim habẽtibus, quorũ vni, *fidei*, alteri, *clientelæ* appellatio adhiberetur: perinde ac si idem valeret, *Permittere se in clientelam*, vel *tradere se in clientelam*, quod *Permittere se in fidem*, vel *tradere*.

Neque tamen ignoro, vocabulũ ἐπιτροπὴν Græcis sonare potius (vt alterum eius vsum quo latius extenditur taceam) ꝙ Latini *tutelam* dicunt: sicut & ἐπιτρόπους vocari, quẽ illi *tutorem* appellant. Sed quid inuenire potuit Polybius interpretandæ voci Latinorũ accommodatius? præsertim quum fatendum etiam sit, quẽadmodum *pupillos* & *tutores*, ita etiam *clientes* & *patronos* quandam analogiam habere. Fateor interim, eos quidem quos Romani *patronos* vocabant, nõ ἐπιτρόπους, sed προστάτας Græcis esse, sicut ipsos *clientes*, πελάτας, si Dionysio Halicarnasseo, & post ipsum Plutarcho, credimus. Pro illa vero quam inter *clientelam* & *tutelam* esse dico affinitate & hoc facere dici potest, quod, sicut *Cõmendare aliquem tutelæ alicuius*, ita etiam *Commendare alicuius clientelæ* dicebatur, & *Commendare alicui in clientelam*. Nec dubito quin, quemadmodum *Committere se in tutelam alicuius* legimus, ita etiam *Committere se in clientelam*, dictum fuerit: quod cum verbo ἐπιτρέπειν, vnde est illud ἐπιτροπὴ, optime conuenire scimus.

Cæterum in illo priore huius scriptoris loco (qui & ipse est ἐν ταῖς περὶ πρέσβεων ἐκλογαῖς) legitur non multo post ea, quæ inde depromta attuli, & ἐγχειρίζειν pro ἐπιτρέπειν, sequentibus illis verbis, εἰς τὴν ῥωμαίων πίστιν: & nõ longo tamen interuallo adhibetur tertio alterum vocabulum huic loquendi generi. Dicitur enim, δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν.

At vbi voce ἐπιτροπὴ vtitur, & ab illo genere loquendi discedit, διδόναι αὐτοὺς εἰς ἐπιτροπὴν, (quod quum formam Latini seruet, mihi multo magis probatur) nõ solum dicit διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ αὐτῶν, sed etiam περὶ τῶν καθ' αὐτούς. Diodorus autem eandem historiam tractans, dicit τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν ῥωμαίοις. Idem de Celtiberis scribens, & legatis ab illis ad consulem Romanum de pace missis, respondisse illis tradit, vel διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπὴν ῥωμαίοις, vel πράττειν ἐνεργῶς τὰ τοῦ πολέμου. Sed plenius est loquendi genus quum dicunt, τὴν ἐπιτροπὴν διδόναι περὶ πάντων τῶν καθ' ἑαυτούς, vt alicubi loquitur. Eodemq; modo habemus συντόμως dictum, ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας: pro eo quod est, ἐκτὸς τῶν τὴν ἐπιτροπὴν διδόντων περὶ πάντων τῶν καθ' ἑαυτούς: vel (vtendo hac ipsa voce altero modo, in quo Latinæ phraseos forma seruatur) ἐκτὸς τῶν εἰς ἐπιτροπὴν ἑαυτοὺς διδόντων, aut πάντων τῶν καθ' ἑαυτούς.

Iam vero & Liuius, eandem illam historiam memoriæ prodens, non hac solum formula vtitur, *Permittere se in fidem Romanorum*, vel *Tradere se in fidem* (vt dicitur a Phanea, *Non in seruitutem, sed in fidem tuam nos tradimus*) verum ista quoque, *Se suaque omnia fidei populi Romani permittere*. Estque obseruandum præterea, talia verba esse *dedentium seipsos*, & pro deditione tale permissionis genus haberi. Nam de Ætolis, qui se ita Romanis permiserant, dicit M. Acilius consul (quem Manium, vt dixi, Polybius vocat) *se magnopere non curare, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum more Romano imperium id in deditos modo decreto suo, ante armis victos, habeat*.

SCHEDIASMA XI.

Collati tres trium historicorum loci de eadem historia, Polybij, Diodori, Liuij.

Apud Polybium emendati ex coniectura tres loci, apud Liuium vnus.

Ex tribus historicis eandem (vti promisi) historiam libet proponere, præsertimque Polybium & Liuium inter se conferre: vt qua cautione hic vtatur in iis, quæ ex illo excerpit, & quā caute illa in compendium contrahat, ostendam. Simul autem ex coniectura quædam apud Polybium emendare conabor. Legimus igitur apud Liuium libro XXXVI. Heracleam captam fregisse tandē animos Ætolorum: & post paucos dies quam ad bellum renouādum accipiendumque regem in Asiam legatos misissent, abiectis belli consiliis, pacis petendæ oratores ad consulem misisse. (Acilius hic cōsul nominabatur) Et pauculis interiectis, addit, *Parantibus ijs antiqua iura fœderum ordiri, meritaq; in populum Romanum, absistere ijs Flaccum iussisse, quæ ipsi violassent: confessionem ijs culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam. Nec enim in caussa ipsorum sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse.* Polybius autem scribit, Phæneam, Ætolorum imperatorem (si tamen hic τοὺς περὶ τὸν Φαινέαν singulari numero reddere possumus) quum Heraclea in Romanorum potestatem venisset, cernentem quo in statu essent res Ætoliæ, & ponentem ante oculos quæ reliquis ciuitatibus essent euentura, decreuisse legatos ad Manium de induciis & pace mittere. Pro his autem Polybii, παρελθόντες μὲν καὶ πλείους ποιησάμενοι λόγους, μεσολαβηθέντες δὲ κατὰ τὴν ἔντευξιν ἐκωλύθησαν, Liuius hic de pauculis est contentus verbis, *Quos dicere exorsos consul interfatus*. Nam hæc quæ proxime sequuntur, *quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, ad ista Polybii respiciunt, ὁ γὰρ Μάνιος κατὰ μὲν τὸ παρὸν οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν, περισπώμενος ὑπὸ τῆς τῶν ἐκ τῆς Ἡρακλείας λαφύρων οἰκονομίας. Nam qui dicit *alia sibi præuertenda esse*, perinde est ac si diceret οὐκ εὐκαιρεῖν, quod alia sibi sint præuertenda. Vt autem, omissis quibusdam quæ subiunguntur, & quorum simili-

tudo

tudo cuiuis cõferenti obuia esse poterit, veniam ad ista Liuii, *Parantibus iis antiqua iura fœderum ordiri, meritaq; in pop. Romanum*, hæc respondere sciendũ est istis Polybii, οἱ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνίσταντο τὴν δικαιολογίαν, ἀρχὴν ἔχειν περὶ Φιλίππου καὶ προσενηνεγμένοι σφίσι φιλανθρώπως τοὺς Ῥωμαίους. Vbi obseruandum est, τὰ φιλάνθρωπα (quo vocabulo mirum delectatur in modum Polybius) de iis quæ Liuius *merita* appellat, dici. At vero pro his, ὁ δὲ Λεύκιος ἐπιτιμῶν αὐτῶν τῶν ἔργων, habet Liuius, *absistere ijs iussit*. Et quod statim subiungit *quæ ipsi violassent* (perinde est autem ac si diceretur, absistere mentione eorum quæ ipsi violassent) non addit Polybianis: sed in eo quoque illum sequitur. nam apud eum legimus, διαλυμαίνων γὰρ τὰ ἐξ ἀρχῆς φιλάνθρωπα δι᾽ ἐκείνους, &c. Hæc vero, *Confessionem ijs culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam*, ad ista potissimum respiciunt. διόπερ ἀφεμένους τῆς δικαιολογίας, συνεβούλευε τρέπεσθαι πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, καὶ δεῖσθαι τοῦ στρατηγοῦ συγγνώμης τυχεῖν ἐν τοῖς ἡμαρτημένοις. Et quum dicit Liuius, *Nec enim in caussa ipsorum spem salutis positam esse*, non dubium est quin *caussa* hic sit *Causatio*, siue *Caussificatio*: ideoq; respondeat τῇ δικαιολογίᾳ.

Verum istas voces, τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, quem hic locum habere dicemus? non certe magis habere hic locũ eæ possunt, (meo quidem iudicio) quã tum apud Romanos magnifica Ætolorum verba habuissent. Quid? an pro illis substitui debere τὸν ἱκετικὸν λόγον censebimus? Huic ista emendatio loco conueniret quidem, quod ad sensum attinet: verum, quoniam, maior est ex voce ἱκετικὸν in vocem ἀξιωματικὸν mutatio, quam vt verisimile sit, illam in hanc transiisse, dicerem potius omissionem hic esse, quum scriptum fuisset, τρέπεσθαι μὴ πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν ἀλλὰ τὸν ἱκετικὸν λόγον. Fortasse autem ista Liuii, *suppliciter agentibus ijs*, non male ex Polybio (si coniectura illa fallax non est) interpretaremur, πρὸς τὸν ἱκετικὸν λόγον τρεπομένοις.

Verum, vt historiam persequamur, (omissis quibusdam quę interiecta sunt, vbi Græca ista, δόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, istis Liuii respondent, *vt in fidem se permitterent Romanorum*) considerandum est hic Liuium a Polybio in eo discedere, quod dicat Phaneæ principis legationis orationem fuisse varie ad mitigandam iram victoris compositam: quum a Polybio scribatur, ὁμοίως δικαιολογηθέντες. Nisi forte, varie compositam orationem ad mitigandam victoris iram dicens, intelligi vult, eum, licet ἀπὸ τῆς δικαιολογίας initium sumentem (quum alioqui antea dictum esset Ætolis, ipsos debere ἀφεῖναι τῆς δικαιολογίας) in eo non permansisse. Ipsam saltem orationis clausulam minime fuisse δικαιολογικήν, videmus: quum scribat ita illum eam clausisse vt diceret, *Ætolos decreuisse, in Romanorum fidem se ipsos tradere*. Quod autem clausulã dico, Polybius [illegible] appellat: At Liuius, [illegible] ἐπὶ τέλος ἐλθὼν εἶπεν, dicit *Orationem ita ad extremum* [illegible]

ceret. Estque obseruandum, Liuium, hic subiungere, *Ætolos se suaque omnia fidei populi Romani permittere*: quum antea dixisset, *hanc vnam viam omnibus ad salutem visam esse, vt in fidem se permitterent Romanorum*. Ex horum enim inter se collatione apparet, non solum dici eodem sensu, *se permittere fidei*, & *se permittere in fidem populi Romani* (vt a Polybio, εἰς τὴν πίστιν δοῦναι vel ἐγχειρίσαι, non τῇ πίστει, dicitur) sed etiam, vbi legimus tantum, *se permittere*, intelligi tamen simul, *suaque omnia*. Sed fortasse, quum hoc addebant, potius datiuo verbum illud iungebant. Atque hic meminisse oportet illius Græcæ formulæ cuius superiore Schediasmate facta métio fuit, qua dicitur διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν non solum περὶ αὐτῶν, sed etiam περὶ τῶν καθ' αὑτούς. Item τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν: nec nõ διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπήν.

Alius autem error est in iis quæ proxime sequuntur apud Polybium. Nam quum apud eum legamus μεταλαβών, scribendum est μεσολαβῶν. Nam huius verbi significatio, non illius, huic sermoni conuenit: & præterquam quod familiare est Polybio, etiam paulo post habemus μεσολαβήσας: & in præcedentibus, μεσολαβηθέντες ὑπὸ τὴν ἔνδειξιν. Liuius hoc μεσολαβεῖν reddere solet, *Interfari*. Nam vt habemus apud Polybium, ὁ δὲ Φανέας μεσολαβήσας, sic apud Liuium, *Prope dicentem interfatus Romanum Phaneas*. Et sicut in altero loco qui contra inter præcedentia legitur, μεσολαβηθέντες dicit ille, ita hic, *Quos dicere exorsos consul interfatus*. Miror autem, quẽdam (vt istud obiter moneã) de hoc loco tacere, quum alterum illum suspectũ habeat, vbi legimus, *Prope dicentem interfatus*. Vnde fit, vt ab illo minime animaduersum fuisse, mihi persuadeam. Participiũ igitur *Interfatus* cum illo accusandi casu suspicione liberãdum omni censeo, & *Interfatus loquentem* dici, quasi qui interfando loquentem interpellauit. Ac diu fortasse cogitauit Liuius antequam aliquam aptiorẽ vocem Græcæ interpretandæ inueniret.

Tertius apud Polybium est error vbi legitur, μήτε κατ' ἰδίαν μήτε κοινοῦ δόγματος. Scribendum enim est (vt opinor) μήτε διὰ κοινοῦ δόγματος. Stare quidem certe ille genitiuus absque adiectione quapiam non potest.

Ac, ne videar quam Polybio libenter præsto operam, Liuio denegare, apud hunc quoque aliquid emendandum esse moneo, reponendo *Menestan*, vel *Menestratum* ex Polybio, pro *Menetam*. Inter propria enim nomina potius illorum alterum, quam hoc locum habet: suntq; eiusdem formæ *Polystratus* & *Callistratus*, necnon *Pisistratus*, & quædam alia.

At vero *Phaneas* an necesse sit in *Phaneas* mutare, sequendo quã apud Polybium scripturam habemus, dubitari potest.

Manius eidem Græco historico est, qui Liuio *M. Acilius*, vel *Aquillius*, vt quidam scribunt. Ac nonnulli *Marci* prænomen indicari putant: quũ in Capitolinis fragmentis, *M. Acilium* legamus.

Is vero

Is vero qui *Lucius* tantum appellatur a Polybio, est qui Liuio *L. Valerius Flaccus.*

Quod si nunc in collatione horum locorum pergẽdum est, primum de hoc lectorem commonefacio, dubitari posse, an hi Polybii solius auctoritatem sequutus sit Liuius: quũ, vt de præcedẽtibus eius verbis taceam, quæ a Polybianis parum distant, vnusquisq; potest animaduertere ista, *Non in seruitutem, sed in fidem tuã nos tradidimus. Et certum habeo te imprudentia labi, qui nobis imperes quæ moris Græcorum non sint*, apud Polybium nõ agnoscimus, paucis exceptis. Nam apud hunc iubentur quidem illos qui & a Liuio nominãtur, ἐκδοῦναι τοὺς ..., id est *dedere* (vt ille vertit) sed Phæneas hoc audito imperio narratur tantum dixisse; id quod ab eo postularetur, neq; iustum, neq; moris Græcorum esse. nam ἑλληνικὸν ibi id sonat. ista quidem quæ de Phanea Ætolisq; aliis postea scribũtur, *Et tandem cuius conditionis essent sensere*: conueniunt cum his Polybii, βουλόμενος εἰς ἔννοιαν αὐτὸν ἀγαγεῖν τῆς περιστάσεως. illa catenas minantis consulis verba exstant apud vtrumque: sed ita vt hac etiam in parte sit plusculum inter vtriusque sermonem discriminis. Nam ambo quidem conditionem addunt: sed Polybius habet, ἂν τοῦτο ἐμοὶ δόξῃ: at Liuius (quod multo magis terrorem potest incutere) *ni propere fit quod impero.*

Ab vtroque iussisse *catenas afferri* refertur: sed Liuius hoc adiicit, *& circumsistere lictores.* Atque, vt cetera omittam, quæ insuper conferenda essent, narrat Liuius, *posteaquam omnis coacta multitudo* (intellige coactam, postquã Hypatam reditum esset) *eadẽ illa audiuit, adeo seuitia imperij atq; indignitate animos esse exasperatos, vt, si in pace fuissent, illo impetu iræ ad bellum potuerint concitari.* At Polybius, postquam dixit, οὕτως ἀπηγριῶσθαι τὸ πλῆθος, (pro quo Liuius habet, *exasperati animi sunt*) aliud proponit: videlicet, ὥστ' οὐδ' ἀπαντήσεσιν ἐπιβάλλεσθαι εἰς τὸ διαβούλιον.

ILLE autem Diodori locus quem conferre cum Polybiano & Liuiano libet ita eodem pertinet, vt tamen non ad eandem omnino historiam pertinere dici possit, verum ad aliam quæ huius est velut appẽdix. Ea enim est de Ætolis legatos iterum ad Romanos de pace mittentibus. *Quibus quid responsi dare oporteret, quum per aliquot dies certatum inter senatores esset, postremo neq; dari neq; negari pacem placuit: sed duæ conditiones eis latæ sunt: vel senatui liberum arbitriũ de se permitterent, vel mille talentum darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent.* Ita Liuius: qui etiam addit, *ipsis Ætolis exprimere cupientibus quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi respõsum esse: & ita infecta pace dimissos, vrbe eodem die, Italia intra quindecim dies iussos excedere.* Hæc Liuius: quũ Polybius eandem historiã tractauisset, eademq; breuitate vsus esset. At Diodorus, multo quam vterque breuior, scribit *senatum, Ætolos decreto suo iussisse* (dicit autem ἐψηφίσατο) *vel se suaq; Roma-*

nis permittere, vel mille talentum argenti Romanis continuo dare: at illos propter tam rigidum responsum non acquiescentes iis quæ imperabantur, in metus & magna pericula incidisse. Plura autem hoc de loco in sequenti vide Schediasmate.

SCHEDIASMA XII.

De Iudicio adhibendo in collatione quarundam historiarum Liuij cum Polybiana earundem narratione.

Quædam apud Polybium emendata.

Expositum apud eum elegans verbum ἑλληνοκοπεῖν, *quod vix alibi occurrit.*

Apud eundem ἀξιωματικὸν λόγον *longe aliud quam credit Fuluius Vrsinus significare.*

De paralysi *animi cum* paralysi corporis *a Polybio iuncta.*

Diodori locus emendatus.

QVi Polybium cum Liuio, vel potius Liuium cum Polybio cōferunt, (sunt autem laude fortasse pares, sed ea tamen dispari historici) quamuis maiorem in iisdem narrandis breuitatem, tamen aliquam interdum ad Polybiana accessionem, sæpe vero & discrepantiam, exspectare a Liuio debent, in nonnullis præsertim historiis. Quasdā enim haud dubium est, quin partim ex eo, partim etiam aliunde sumserit: sed in iis quas ex eo solo mutuatus est, alium plerisque in locis ordinem tenuerit. In ea quidem certe historia, quæ in proxime præcedente Schediasmate allata fuit (ne longe abeamus) præterquam Polybii, alius quoque auctoritatem sequutum esse, cogimur fateri. Nam vbi de *Menetu* (vel potius *Menesta* siue *Menestrato*) *Epirota*, scribit, in membro per parenthesin orationi intericcto, *Naupactum is cum præsidio ingressus ad defectionem compulerat*, nullo dici modo potest hæc sola Polybii verba interpretari, ὃς ἐτύγχανε τότε παραβεβοηθηκὼς εἰς Ναύπακτον. Ac pro istis, quæ paruo interuallo sequuntur, *Non in seruitutem sed in fidem tuam nos tradimus: & certum habeo te imprudentia labi, qui nobis imperes quæ moris Græcorum non sint*, non aliud habemus apud Polybium quam, ἀλλ' οὔτε δίκαιον οὐθ' ἑλληνικόν ἐστιν ὦ στρατηγὲ τὸ παρακαλούμενον. Deinde, quum apud Liuium respondeat consul, *se non magnopere curare quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum more Romano imperiū id habeat in deditos modo decreto suo, ante armis victos*: hæc apud Polybium minime comparent. nam hæc eum dixisse tradit, ἔτι γὰρ ὑμεῖς ἑλληνοκοπεῖτε, καὶ περὶ τοῦ πρέποντος καὶ καθήκοντος ποιεῖσθε λόγον, δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν; Ita enim hæc cum interrogatione legenda censeo: licet eius notam typographica editio non habeat. Sed & in λόγους mutari debere λόγον, aut tollendam esse præpositionem περὶ, contendo: sic tamen vt illam lectionem huic longe præferam. Dicere enim aliquid *neq; iustum esse, neq; Græcum*, id est, *mori Græcorum atq; instituto cōueniens*, est

est non solum τὸ δέοντας καὶ καθήκοντας λόγους ποιεῖσθαι sed etiam περὶ τοὺς δέοντας ἢ καθήκοντας λόγους ποιεῖσθαι: ac prius hoc esse illud, & posse atque hoc esse illud, ac non item solere hoc absque illo esse, scimus. Videri autem potest in verbo ἑλληνοκοπεῖν, alludere ad illud, quod dixit Phæneas, vel Phaneas, non esse ἑλληνικὸν, quod postularetur. Non temere porro verbum illud alibi quis inueniat: quod Latine vertendum Liuio si fuisset, plus fortasse negotii illi quam aliud vllum ex omnibus quę interpretatus est Polybii verbis, exhibuisset. Ac, si Græce loquebatur consul, inuidioso de industria verbo vsus est, simulq; valde significanti: quod Polybius ideo retinuerit. Tale est certe vt quamuis verbi δημοκοπεῖν formam habeat, neque dubium sit quin ad eius imitationem fictum fuerit, tamen, quum δημοκοπεῖν perinde sit ac si diceretur δῆμον κόπτειν, non itidē dicere possumus ἑλληνοκοπεῖν sonare ἕλληνας κόπτειν: sed potius κατὰ τὸν ἑλλήνων τρόπον κόπτειν, videlicet τοὺς ἀκούοντας. vt κόπτειν hic intelligatur (nam in compositione latius extendunt sæpe alicuius verbi significationem, ac liberius eo vtuntur) *Proscindere aliquem suis dictis*, aut saltem alicui ἐνοχλεῖν, id est, *Molestum esse, suis verbis*. Forsitan vero & apud Liuium videri potest consul aliquid Phaneæ, tanquam ita ἑλληνοκοποῦντι, obiicere: siquidem, vbi dicit, *se non magnopere nunc curare quid Ætoli satis ex more Græcorum factū esse censeant*, perinde velimus esse ac si diceret, Tu quidem, o Phanea, ἑλληνοκοπεῖν, morem ἑλληνικὸν mihi allegas, & meo imperio illum opponis: atq; adeo me imprudentia lapsum illud imperasse, mihi vis persuadere: quum ego nihil minus nunc curem, quam quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant.

Verum, (vt, vnde digressa est, eo mea redeat oratio) hoc addo, aliqua eorum quæ apud Liuium, non item apud Polybium, legimus, suspectam librarii fidem apud hunc posse reddere. Exemplo fuerit hic locus in ea ipsa de qua nunc agitur historia, εἰ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνίσταντο τὴν δικαιολογίαν, αὐτόθεν προσφερόμενοι τὰ προγεγονότα (φησὶ) φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς ῥωμαίους. Nam quum Liuius non tantum meritorum in populum Romanum, quæ sunt τὰ φιλάνθρωπα (qua voce mirum delectatur in modum Polybius) sed etiā antiquorum fœderum mentionem faciat, & aduerbium αὐτόθεν parum cum his, τὰ προγεγονότα φιλάνθρωπα conueniat: non immerito (meo quidem iudicio) suspicetur aliquis, inter προσφερόμενοι & illa verba deesse τὰς ὁμολογίας καὶ, vel τὰς συνθήκας καὶ, aut aliam quæ *fœdera* significet vocem. Posset tamen aduerbium αὐτόθεν & cum præcedentibus, manente quam dico lectione, iungi. Exemplum aliud suppeditare nobis potest ille, cuius antea mentionem feci locus Liuii, in hac ipsa historia, *Confessionem ijs culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam*. & pauculis interiectis, *& se suppliciter agentibus ijs ad futurum*. Nam ea his colligi posse dixi, scriptum a Polybio fuisse, συντόμως τρέπεσθαι μὲν πρὸς τὸ ἀξιωμάτα

Schediasmati tamen isti finem non imponam, quin præcedentibus meis in Polybio emendationibus aliquot adiecero. Primus tamen locus eiusmodi est, vt non tam eum emendare, quam de eo monere possim. Nam hic, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐχέδημον προδιαλεχθησόμενοι, videri potest desiderari nomen aliquod substantiuum accusandi casus, quod cum participio illo iungeretur. Nisi forte aliquis reliquisse subaudiendum existimat. At participium συμμίξαντες, in futuri temporis participium συμμίξοντες mutari, omnino necesse est. Paulo post deesse aliquid dico inter ἔτι δὲ & aduerbium πρᾳότερον: & Polybium scripsisse, ἔτι δὲ δυνατώτερον (vel δυνοικώτερον) ἢ πρᾳότερον, καὶ φιλανθρωπότερον. vel ἔτι δὲ προσφιλέστερον, aut etiam, ἔτι δὲ φιλικώτερον. nam & aduerbio φιλικῶς hic quoque scriptor vtitur. Venio nunc ad illud ἐρεσμένους de quo monet & Fuluius Vrsinus, quum de duobus præcedētibus taceat: & pro eo προφερομένους, aut aliquid tale, reponendum putat. At ego, præterquam quod minime verisimile est, repetiturum fuisse ex tam paruo interuallo vocem προφερομένους, eius significationem nullo modo præsenti posse sermoni conuenire aio: (quod sane libēter in loco, cuius antea mentio fuit facta, reponerem, videlicet προσφερόμενοι pro προφερόμενοι, vbi legimus, εἰ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνίσαντο τὴν δικαιολογίαν ἀνέκαθεν προσφερόμενοι μὴ προσηγορίοτε σφίσι φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους) sed ἐπιφερομένους: vt quemadmodum sæpe legimus, aliquem in eo quem habet sermone, iis quæ iam dixit, hoc vel illud tandem ἐπιφέρειν, ita hic narret Africanum suo sermoni finem imposuisse, ἐπιφερόμενον tandem, (licet ἐπιφέροντος futurum fuerit vsitatius quam ἐπιφερομένους) debere illos seipsos ἐγχειρίζειν καὶ πιστεύειν. Vbi certe ἐγχειρίζειν videri queat esse quod alibi dicit ἐπιτρέπειν: at πιστεύειν (quod notatu dignum est) ἐνδοῦναι εἰς τὴν πίστιν.

SCHEDIASMA XIII.

De Liuij consuetudine quadam reseruandi aliquid sequentibus.

De alio eiusdem more, a genere ad speciem satis longo post interuallo veniendi.

Prædæ venditionem odiosam fuisse: *eamq́ potius* concedi militi solitam, *aut saltem* partim vendi, partim ei concedi.

MOnendum lectorem putaui meæ cuiusdam apud Liuiū obseruationis, vel potius mearum obseruationum, quæ mihi paulo ante, dum in quibusdam eius locis versaremur, in mentem venerunt. Vna est, cuiusdam consuetudinis eius, qua reseruat aliquid sequentibus, quod alioqui lector potius inter præcedentia ab eo exspectaret, & vero aptiorem ibi locum habere videri posset. Exemplum habemus in ea, cuius antea mentio facta fuit historia, de Ætolis pacem a Romanis petentibus, & Atheniensibus etiam suos legatos eius petendæ caussa ad eos mittentibus. Nam quum scribat Polybius, ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς τοὺς περὶ τὸν

Ἐχέδη-

Ἐχέδημον, Liuius ita *Eo legati Athenienses venerunt, deprecantes pro Ætolis.* Satis autem longo interuallo *Sequuti & Athenienses sunt: & princeps legationis eorum Echedemus, fatigatos tot repulsis Ætolos, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem reuocauit.* vides enim, vt is cuius nomen in principio huius historiæ potius exspectatur, & qui ibi potius nominandus fuisse videri potest, in fine demum, vel non procul ab eo, nominetur.

Altera autem obseruatio (earum quidem certe de quibus nunc dicere institui) hæc est, illum aliquando a genere ad speciem venire, non vno eodemque in loco, sed interdum longo post interuallo. Quod si cui obscurum est, eo, quod proponam exemplo, apertissimum reddam. Quum in vno ex iis, qui allati fuerunt paulo ante locis legimus, *Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, nec addat consul, quænam illa essent, (vt certe dignitati illius non satis conuenire poterat videri hoc adducere, perinde ac si rationem eius quod dixerat vellet reddere) pagina quæ hanc excipit, id declarat ipse historicus: vbi scribit, *M. Acilius, vendita aut concessa militi præda.* At si dixisset M. Acilius, confecto quo distinebatur negotio, vel, confectis quibus distinebatur negotiis: sicut illic, ita etiam hic, genus nobis proposuisset. Neque enim cuiquam dubium est, quin, quum dicit, *quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, perinde sit ac si diceret, *alia negotia*, aut etiam, *aliud negotium*. Meam autem mihi diuinationem cõfirmauit Polybius: qui illud ipsum narrans de consule illos verba facere exorsos interfato, scribit, *cum dixisse sibi commodum tempus non esse, vt pote in dispensatione spoliorum Heracleæ occupato.* Quod ille *œconomiam* vocat. scribit enim, ὁ γὰρ Μάνιος κατὰ μὲν τὸ παρὸν οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν, παρασπώμενος (sed περισπώμενος scribendum) ὑπὸ τῆς τῶν ἐκ τῆς Ἡρακλείας λαφύρων οἰκονομίας. Quænam autem illa *œconomia* esset: (siue *distributionem*, siue potius *dispensationem*, siue tertio quopiam Latino vocabulo illud Græcum hic interpretari oportet: præsertimque si quod Gallico *mesnagement* respondens inueniri possit) declarat Liuius, quum scribit, a M. Acilio *venditam aut cõcessam militi fuisse prædam.* Ita enim accipiendum hoc est, vt si dictum foret, *partim venditam partim concessam militi prædam fuisse.* Nam Liuium & alibi sic illa vti particula obseruaui.

Fuisse tamen inuidiæ ad exercitum aliquando talem venditionem, apud eundem historicum legimus, & vero tribunis materiã criminandi ad plebem consules præbuisse. Nam libro tertio, de clade ab Æquis accepta loquutus, addit, *Præda parta ingens: eam propter inopiam ærarii consules vendiderunt. Inuidiæ tamen res ad exercitum fuit: eadem & tribunis materiam criminandi ad plebem consules præbuit.* Alibi quidem certe prædam omnem castrorum militi consulem Marcium Rutilium dedisse & victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxisse legimus libro septimo.

eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt. Quinetiam apud Terentium comica quadam & festiua catachresi dicitur, *Thais patri se commendauit in clientelam & fidem.* Vbi & hoc obseruandum, versus caussa postponi *fidem*, quam ordo passim receptus, & qui magis ratione niti videtur, solet præponere. Iam vero & *clientelæ tutelam* adiungit Liuius (vocabulū *fidem* omittens) libro xxv. vbi Syracusanorum oratores hoc apud Marcellum sermone vtuntur, *Incolumesque Syracusas familiæ vestræ sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas.* Dixerat vero ante illum Terentius, *Committere se in tutelam alicuius.*

Obiiciet forsitan aliquis, Quomodo regem ita in ordinem cogeret consul Paulus, vt eum quoq; se in clientelam vellet permittere? Verum in promtu ratio est, cum rege illi rem esse, cui status & conditio suæ fortunæ eiusmodi esset, vt regis titulo in epistola ab eo ad ipsum scripta, offenderetur: quemadmodum præcedente Schediasmate dictum fuit. In sequente autē de hoc ipso loquendi genere, quo quis *In fidem populi Romani se permittere*, vel *tradere*, dicebatur, ex Polybio quædam afferentur.

SCHEDIASMA X.

Polybij expositio huius generis loquendi, In fidem populi Romani se permittere, *vel* tradere.

POlybius solemne illud loquendi genus, quo aliquis dicebatur *In fidem pop. Romani se permittere*, vel *tradere*, interpretatur, εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, verbum verbo reddens: sic tamen vt Latino verbo *tradere*, magis quam alteri *permittere*, Græcum ἐγχειρίσαι respondeat. Sed aliud etiam loquendi genus affert, quod idem apud Romanos valere (nam dicit ἰσοδυναμεῖν) scribit: videlicet τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ: & quidem subiungens datiuum τῷ κρατοῦντι, id est, *victori.* Postquam enim narrauit, Ætolos statuisse ἐπιτρέπειν τὰ ὅλα Manio, *dando se in fidem Romanorum*: addit, *ignaros fuisse quæ vis huius loquendi generis esset, & deceptos fidei appellatione*: perinde ac si mitiorem propterea Manium essent habituri. Sed apud Romanos, inquit, easdem vires duo habent ista, εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι & τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι. Alio autem loco docēs, quā late pateat ista phrasis qua dicuntur *aliqui dare se in Romanorū ἐπιτροπήν, dicit eos dare Romanis primū quidem quā habeant regionem, & quæ in ea sint ciuitates: simul autem & viros & fœminas quotquot in regione sint atque in ciuitatibus: nec non fluuios, portus, templa, sepulcra: adeo vt Romani rerum omniū domini sint, illi autem qui ita se dant, nullius omnino.* Ceterum obseruādum est, eum paulo aliter hic loqui quā altero in loco: quū hic scribat, ... διδόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπήν, at vero illic, τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ. Non dubium est autē quin magis hic quā illic

firmu-

formulæ Latinæ insistat: quæcunque vox ea sit, quā Græca sua ἐπιτροπῆς appellatione interpretari voluit. Quæ aut potius esse quā *clientela* credenda est? Sed quum Romani copulare *fidem* & *clientelam* solerent (sicut in præcedente Schediasmate videre est) Polybius de duobus loquendi generibus loquitur, eandem vim habētibus, quorū vni, *fidei*, alteri, *clientelæ* appellatio adhiberetur: perinde ac si idem valeret, *Permittere se in clientelam*, vel *tradere se in clientelam*, quod *Permittere se in fidem*, vel *tradere*.

Neque tamen ignoro, vocabulū ἐπιτροπὴν Græcis sonare potius (vt alterum eius vsum quo latius extenditur taceam) quàm Latini *tutelam* dicunt: sicut & ἐπίτροπον vocari, quē illi *tutorem* appellant. Sed quid inuenire potuit Polybius interpretandæ voci Latinorū accommodatius? præsertim quum fatendum etiam sit, quēadmodum *pupillos* & *tutores*, ita etiam *clientes* & *patronos* quandam analogiam habere. Fateor interim, eos quidem quos Romani *patronos* vocabant, nō ἐπιτρόπους, sed προστάτας Græcis esse, sicut ipsos *clientes*, πελάτας, si Dionysio Halicarnasseo, & post ipsum Plutarcho, credimus. Pro illa vero quam inter *clientelam* & *tutelam* esse dico affinitate & hoc facere dici potest, quod, sicut *Cōmendare aliquem tutelæ alicuius*, ita etiam *Commendare alicuius clientelæ* dicebatur, & *Commendare alicui in clientelam*. Nec dubito quin, quemadmodum *Committere se in tutelam alicuius* legimus, ita etiam *Committere se in clientelam*, dictum fuerit: quod cum verbo ἐπιτρέπειν, vnde est illud ἐπιτροπή, optime conuenire scimus.

Ceterum in illo priore huius scriptoris loco (qui & ipse est ἐκ τῶν περὶ πρεσβειῶν ἐκλογαῖς) legitur non multo post ea, quæ inde depromta attuli, & ἐγχειρίζειν pro ἐπιτρέπειν, sequentibus his verbis, εἰς τὴν ῥωμαίων πίστιν: & nō longo tamen interuallo adhibetur tertio alterum vocabulum huic loquendi generi. Dicitur enim, δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν.

At voce ἐπιτροπὴ vtitur, & ab illo genere loquendi discedit, διδόναι αὐτοὺς εἰς ἐπιτροπήν, (quod quum formam Latini seruet, mihi multo magis probatur) nō solum dicit διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ αὐτῶν, sed etiam περὶ τῶν καθ' αὐτούς. Diodorus autem eandem historiam tractans, dicit τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαι ῥωμαίοις. Idem de Celtiberis scribens, & legatis ab illis ad consulem Romanum de pace missis, respondisse illis tradit, vel διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπὴν ῥωμαίοις, vel πράττειν ἐνεργῶς τὰ τοῦ πολέμου. Sed plenius est loquendi genus quum dicunt, τὴν ἐπιτροπὴν διδόναι περὶ πάντων τῶν καθ' ἑαυτούς, vt alicubi loquitur. Eodemq; modo habemus συντόμως dictum, ἢ ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας: pro eo quod est, ἐκτὸς τῆς τὴν ἐπιτροπὴν διδόντων περὶ πάντων τῶν καθ' ἑαυτοὺς vel (vtendo hac ipsa voce altero modo, in quo Latinæ phraseως forma seruatur) ἐκτὸς τῶν εἰς ἐπιτροπὴν ἑαυτοὺς διδόντων, aut πάντων τῶν καθ' ἑαυτούς.

Iam vero & Liuius, eandem illam historiam memoriæ prodens, non hac solum formula vtitur, *Permittere se in fidem Romanorum*, vel *Tradere se in fidem* (vt dicitur a Phanea, *Non in seruitutem, sed in fidem tuam nos tradimus*) verum ista quoque, *Se suaque omnia fidei populi Romani permittere*. Estque obseruandum præterea, talia verba esse *dedentium seipsos*, & pro deditione tale permissionis genus haberi. Nam de Ætolis, qui se ita Romanis permiserant, dicit M. Acilius consul (quem Manium, vt dixi, Polybius vocat) *se magnopere non curare, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum more Romano imperium id in deditos modo decreto suo, ante armis victos, habeat*.

SCHEDIASMA XI.

Collati tres trium historicorum loci de eadem historia, Polybij, Diodori, Liuij.

Apud Polybium emendati ex coniectura tres loci; apud Liuium vnus.

EX tribus historicis eandem (vti promisi) historiam libet proponere, præsertimque Polybium & Liuium inter se conferre: vt qua cautione hic vtatur in iis, quæ ex illo excerpit, & quã caute illa in compendium contrahat, ostendam. Simul autem ex coniectura quædam apud Polybium emendare conabor. Legimus igitur apud Liuium libro XXXVI. Heracleam captam fregisse tandẽ animos Ætolorum: & post paucos dies quam ad bellum renouãdum accipiendumque regem in Asiam legatos misissent, abiectis belli consiliis, pacis petendæ oratores ad consulem misisse. (Acilius hic cõsul nominabatur) Et pauculis interiectis, addit, *Parantibus iis antiqua iura fœderum ordiri, meritaq; in populum Romanum, absistere iis Flaccum iussisse, quæ ipsi violassent: confessionem iis culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam. Nec enim in caussa ipsorum sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse.* Polybius autem scribit, Phæneam, Ætolorum imperatorem (si tamen hic τοὺς περὶ τὸν Φαινέαν singulari numero reddere possumus) quum Heraclea in Romanorum potestatem venisset, cernentem quo in statu essent res Ætoliæ, & ponentem ante oculos quæ reliquis ciuitatibus essent euentura, decreuisse legatos ad Manium de induciis & pace mittere. Pro his autem Polybii, ὥρμησαν μὲν καὶ πλείους ποιεῖσθαι λόγους, μεταβληθέντες δὲ κατὰ τὴν ἐπίδειξιν ἐξελύθησαν, Liuius hisce pauculis est contentus verbis, *Quos dicere exorsos consul interfatus*. Nam hæc quæ proxime sequuntur, *quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, ad ista Polybii respiciunt, ὁ γὰρ Μάνιος κατὰ μὲν τὸ παρὸν οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν, περισπώμενος ὑπὸ τῆς ἐκ τῆς Ἡρακλείας λαφύρων οἰκονομίας. Nam qui dicit *alia sibi præuertenda* esse, perinde est ac si diceret οὐκ εὐκαιρεῖν, quod alia sibi sint præuertenda. Vt autem, omissis quibusdam quæ subiunguntur, & quorum similitudo

tudo cuiuis cõferenti obuia esse poterit, veniam ad ista Liuii, *Parantibus iis antiqua iura fœderum ordiri, meritaq; in pop. Romanum,* hæc respondere sciendum est istis Polybii, οἱ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνιστάντες τὴν δικαιολογίαν, ἀνέκαθεν ἐπεφέροντο τὰ προγεγονότα σφίσι φιλάνθρωπα πρὸς Ῥωμαίους. Vbi obseruandum est, τὰ φιλάνθρωπα (quo vocabulo mirum delectatur in modum Polybius) de iis quæ Liuius *merita* appellat, dici. At vero pro his, ὁ δὲ Λεύκιος ἐπιτεμὼν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, habet Liuius, *absistere iis iussit.* Et quod statim subiungit *quæ ipsi violassent* (perinde est autem ac si diceretur, absistere mentione eorum quæ ipsi violassent) non addit Polybianis: sed in eo quoque illum sequitur. nam apud eum legimus, λελυμένων γὰρ τῶν ἐξ ἀρχῆς φιλανθρώπων δι' ἐκείνους, &c. Hæc vero, *Confessionem iis culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam,* ad illa potissimum respiciunt διόπερ ἀφεμένους τῆς δικαιολογίας, συνεβούλευε τρέπεσθαι πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, καὶ δεῖσθαι τοῦ στρατηγοῦ συγγνώμης τυχεῖν ἐν τοῖς ἡμαρτημένοις. Et quum dicit Liuius, *Nec enim in caussa ipsorum spem salutis positam esse,* non dubium est quin *caussa* hic sit *Causatio,* siue *Causificatio:* ideoq; respondeat τῇ δικαιολογίᾳ.

Verum istas voces, τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, quem hic locum habere dicemus? non certe magis habere hic locũ eæ possunt, (meo quidem iudicio) quã tum apud Romanos magnifica Ætolorum verba habuissent. Quid? an pro illis substitui debere τὸν ἱκετικὸν λόγον censebimus? Huic ista emendatio loco conueniret quidem, quod ad sensum attinet: verum, quoniam maior est ex voce ἱκετικὸν in vocem ἀξιωματικὸν mutatio, quam vt verisimile sit, illam in hanc transiisse, dixerim potius omissionem hic esse, quum scriptum fuisset, τρέπεσθαι μὴ πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν ἀλλὰ τὸν ἱκετικὸν λόγον. Fortasse autem ista Liuii, *suppliciter agentibus iis,* non male ex Polybio (si coniectura illa fallax non est) interpretaremur, πρὸς τὸν ἱκετικὸν λόγον τρεπομένοις.

Verum, vt historiam persequamur, (omissis quibusdam quę interiecta sunt, vbi Græca ista, δόντες αὐτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, istis Liuii respondent, *vt in fidem se permitterent Romanorum*) considerandum est hic Liuium a Polybio in eo discedere, quod dicat Phaneæ principis legationis orationem fuisse varie ad mitigandam iram victoris compositam: quum a Polybio scribatur, ὁμοίως δικαιολογήσαντες. Nisi forte, varie compositam orationem ad mitigandam victoris iram dicens, intelligi vult, eum, licet ἀπὸ τῆς δικαιολογίας initium sumentem (quum alioqui antea dictum esset Ætolis, ipsos debere ἀφεῖσθαι τῆς δικαιολογίας) in eo non permansisse. Ipsam saltem orationis clausulam minime fuisse δικαιολογον, [illegible] videmus: quum scribat ita illam eam clausisse vt diceret, *Ætolos decreuisse in Romanorum fidem sepse tradere.* Quod autem clausulã dico, Polybius καταστροφὴν appellat: At Liuius pro his [illegible] ἐπὶ καταστροφῆς εἶπεν, dicit *Oratio tenerentur ad extremum* [illegible]

ceret. Estque obseruandum, Liuium, hic subiungere, *Ætolos se suaq; omnia fidei populi Romani permittere*: quum antea dixisset, *hanc vnam viam omnibus ad salutem visam esse, vt in fidem se permitterent Romanorum*. Ex horum enim inter se collatione apparet, non solum dici eodem sensu, *se permittere fidei*, & *se permittere in fidem populi Romani* (vt a Polybio, εἰς τὴν πίστιν δοῦναι vel ἐγχειρίσαι, non τῇ πίστει, dicitur) sed etiam, vbi legimus tantum *se permittere*, intelligi tamen simul, *suaque omnia*. Sed fortasse, quum hoc addebant potius datiuo verbum illud iungebant. Atque hic meminisse oportet illius Græcæ formulæ cuius superiore Schediasmate facta mētio fuit, qua dicitur διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν non solum περὶ αὐτῶν, sed etiam περὶ τῶν καθ' αὑτοὺς. Item τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν: nec nō διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπήν.

Alius autem error est in iis quæ proxime sequuntur apud Polybium. Nam quum apud eum legamus μεταλαβὼν, scribendum est μεσολαβῶν. Nam huius verbi significatio, non illius, huic sermoni conuenit: & præterquam quod familiare est Polybio, etiam paulo post habemus μεσολαβήσας: & in præcedentibus, μεσολαβοῦντες ἤδη τὴν ἔνδειξιν. Liuius hoc μεσολαβεῖν reddere solet, *Interfari*. Nam vt habemus apud Polybium, ὁ δὲ Φαινέας μεσολαβήσας, sic apud Liuium, *Prope dicentem interfatus Romanum Phaneas*. Et sicut in altero loco qui contra inter præcedentia legitur, μεσολαβοῦντες dicit ille, ita hic, *Quos dicere exorsos consul interfatus*. Miror autem, quēdam (vt istud obiter moneā) de hoc loco tacere, quum alterum illum suspectū habeat, vbi legimus, *Prope dicentem interfatus*. Vnde fit, vt ab illo minime animaduersum fuisse, mihi persuadeam. Participiū igitur *Interfatus* cum illo accusandi casu suspicione liberādum omni censeo, & *Interfatus loquentem* dici, quasi qui interfando loquentem interpellauit. Ac diu fortasse cogitauit Liuius antequam aliquam aptiorē vocem Græcæ interpretandæ inueniret.

Tertius apud Polybium est error vbi legitur, μήτε κατ' ἰδίαν μήτε κοινοῦ δόγματος. Scribendum enim est (vt opinor) μήτε διὰ κοινοῦ δόγματος. Stare quidem certe ille genitiuus absque adiectione quapiam non potest.

Ac, ne videar quam Polybio libenter præsto operam, Liuio denegare, apud hunc quoque aliquid emendandum esse moneo, reponendo *Menestan*, vel *Menestratum* ex Polybio, pro *Menetam*. Inter propria enim nomina potius illorum alterum, quam hoc locum habet: suntq; eiusdem formæ *Polystratus* & *Callistratus*, necnon *Pisistratus*, & quædam alia.

At vero *Phaneas* an necesse sit in *Pheneas* mutare, sequendo quā apud Polybium scripturam habemus, dubitari potest.

Manius eidem Græco historico est, qui Liuio *M. Acilius*, vel *Aquillius*, vt quidam scribunt. Ac nonnulli *Marci* prænomen indicari putant: quū in Capitolinis fragmentis, *M. Acilium* legamus.

Is vero

Is vero qui *Lucius* tantum appellatur a Polybio, est qui Liuio *L. Valerius Flaccus.*

Quod si nunc in collatione horum locorum pergēdum est, primum de hoc lectorem commonefacio, dubitari posse, an hi Polybii solius auctoritatem sequutus sit Liuius: quū vt de præcedētibus eius verbis taceam, quæ a Polybianis parum distant, vnusquisq; potest animaduertere ista, *Non in seruitutem, sed in fidem tuā nos tradidimus. Et certum habeo te imprudentia labi, qui nobis imperes quæ moris Græcorum non sint,* apud Polybium nō agnoscimus, paucis exceptis. Nam apud hunc iubentur quidem illos qui & a Liuio nominātur, ἐκδοῦναι τοὺς ἄνδρας, id est *dedere* (vt ille vertit) sed Phæneas hoc audito imperio narratur tantum dixisse, id quod ab eo postularetur, neq; iustum, neq; moris Græcorum esse. nam ἑλληνικὸν ibi id sonat. ista quidem quæ de Phænea Ætolisq; aliis postea scribūtur, *Et tandem cuius conditionis essent sensere:* conueniunt cum his Polybii, βουλόμενος εἰς ἔννοιαν αὐτὸν ἀγαγεῖν τῆς περιστάσεως. illa catenas minantis consulis verba exstant apud vtrumque: sed ita vt hac etiam in parte sit plusculum inter vtriusque sermonem discriminis. Nam ambo quidem conditionem addunt: sed Polybius habet, ἂν τοῦτο ἐμοὶ δόξῃ: at Liuius (quod multo magis terrorem potest incutere) *ni propere fit quod impero.*

Ab vtroque iussisse *catenas afferri* refertur: sed Liuius hoc adiicit, *& circumsistere lictores.* Atque, vt cetera omittam, quæ insuper conficienda essent, narrat Liuius, *postea quam omnis coacta multitudo* (intellige concilium, postquā Hypatam reditum esset) *eadē illa audiuit, adeo sæuitia imperii atq; indignitate animos esse exasperatos, vt, si in pace fuissent, illo impetu iræ ad bellum potuerint concitari.* At Polybius, postquam dixit, ἕως ἀπήχθησαν ἐπὶ τὸ πλῆθος, (pro quo Liuius habet, *exasperati animi sunt*) aliud proponit: videlicet, ὥστ' οὐδ' ἅπαξ ἔτι ἐμβάλλεσθαι εἰς τὸ διαβούλιον.

ILLE autem Diodori locus quem conferre cum Polybiano & Liuiano libet ita eodem pertinet, vt tamen non ad eandem omnino historiam pertinere dici possit, verum ad aliam quæ huius est velut appēdix. Ea enim est de Ætolis legatos iterum ad Romanos de pace mittentibus. *Quibus quid responsi dare oporteret, quum per aliquot dies certatum inter senatores esset, postremo neq; dari neq; negari pacem placuit: sed duæ conditiones eis latæ sunt: vel senatui liberum arbitriū de se permitterent, vel mille talentum darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent.* Ita Liuius: qui etiam addit, *ipsis Ætolis exprimere cupientibus quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi responsum esse: & ita infecta pace dimissos, vrbe eodem die, Italia intra quindecim dies iussos excedere.* Hæc Liuius: quū Polybius eandem historiā tractauisset, eademq; breuitate vsus esset. At Diodorus, multo quam vterque breuior, scribit *senatum Ætoles decreto suo iussisse* (dicit autem ἐκ[illegible]) *vel se suaq; Roma-*

nis permittere, vel mille talentum argenti Romanis continuo dare: at illos propter tam rigidum responsum non acquiescentes iis quæ imperabantur, in metus & magna pericula incidisse. Plura autem hoc de loco in sequenti vide Schediasmate.

SCHEDIASMA XII.

De Iudicio adhibendo in collatione quarundam historiarum Liuij cum Polybiana earundem narratione.

Quædam apud Polybium emendata.

Expositum apud eum elegans verbum ἑλληνοκοπεῖν, *quod vix alibi occurrit.*

Apud eundem ἀξιωματικὸν λόγον *longe aliud quam credit Fuluius Vrsinus significare.*

De paralysi animi *cum* paralysi corporis *a Polybio iuncta.*

Diodori locus emendatus.

QVi Polybium cum Liuio, vel potius Liuium cum Polybio cōferunt, (sunt autem laude fortasse pares, sed ea tamen dispari historici) quamuis maiorem in iisdem narrandis breuitatem, tamen aliquam interdum ad Polybiana accessionem, sæpe vero & discrepantiam, exspectare a Liuio debent, in nonnullis præsertim historiis. Quasdā enim haud dubium est, quin partim ex eo, partim etiam aliunde sumserit: sed in iis quas ex eo solo mutuatus est, alium plerisque in locis ordinem tenuerit. In ea quidem certe historia, quæ in proxime præcedente Schediasmate allata fuit (ne longe abeamus) præterquam Polybii, alius quoque auctoritatem sequutum esse, cogimur fateri. Nam vbi de *Meneta* (vel potius *Menesta* siue *Menestrato*) *Epirota*, scribit, in membro per parenthesin orationi interiecto, *Naupactum is cum præsidio ingressus ad defectionem compulerat*, nullo dici modo potest hæc sola Polybii verba interpretari, ὃς ἐτύγχανε τότε παρεισβεβοηθηκὼς εἰς Ναύπακτον. Ac pro istis, quæ paruo interuallo sequuntur, *Non in seruitutem sed in fidem tuam nos tradimus: & certum habeo te imprudentia labi, qui nobis imperes quæ moris Græcorum non sint*, non aliud habemus apud Polybium quam, ἀλλ' ὅτι δίκαιον οὐδ' ἑλληνικόν ἐστιν ὦ στρατηγὲ τὸ παραγγελλόμενον. Deinde, quum apud Liuium respondeat consul, *se non magnopere curare quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum more Romano imperiū id habeat in deditos modo decreto suo, ante armis victos*: hæc apud Polybium minime comparent. nam hæc eum dixisse tradit, ἔτι γὰρ ὑμεῖς ἑλληνοκοπεῖτε, καὶ περὶ τοῦ πρέποντος καὶ καθήκοντος ποιεῖσθε λόγον, δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν; Ita enim hæc cum interrogatione legenda censeo: licet eius notam typographica editio non habeat. Sed & in λόγους mutari debere λόγον, aut tollendam esse præpositionem περὶ, contendo: sic tamen vt illam lectionem huic longe præferam. Dicere enim aliquid *neq; iustum esse, neq; Græcum*, id est, *mori Græcorum atq; instituto cōueniens*, est

est non solum τοὺς δέοντας καὶ καθήκοντας λόγους ποιεῖσθαι, sed etiam περὶ τοὺς δέοντας ἢ καθήκοντας λόγους ποιεῖσθαι: ac prius hoc esse illud, & posse antique hoc esse illud, at non item solere hoc absque illo esse, scimus. Videri autem potest in verbo ἑλληνοκοπεῖτε, alludere ad illud, quod dixit Phæneas, vel Phaneas, non esse ἑλληνικὸν, quod postularetur. Non temere porro verbum illud alibi quis inueniat: quod Latine vertendum Liuio si fuisset, plus forrasse negotii illi quam aliud vllum ex omnibus quę interpretatus est Polybii verbis, exhibuisset. Ac, si Græce loquebatur consul, inuidioso de industria verbo vsus est, simulq; valde significanti: quod Polybius ideo retinuerit. Tale est certe vt quamuis verbi δημοκοπεῖν formam habeat, neque dubium sit quin ad eius imitationem fictum fuerit, tamen, quum δημοκοπεῖν perinde sit ac si diceretur δῆμον κόπτειν, non itidē dicere possumus ἑλληνοκοπεῖν sonare ἕλληνας κόπτειν: sed potius κατὰ τὸ ἑλλήνων πρόσωπον κόπτειν, videlicet τοὺς ἀκούοντας. vt κόπτειν hic intelligatur (nam in compositione latius extendunt sæpe alicuius verbi significationem, ac liberius eo vtuntur) *Proscindere aliquem suis dictis*, aut saltem alicui ἐνοχλεῖν, id est, *Molestum esse, suis verbis.* Forsitan vero & apud Liuium videri potest consul aliquid Phaneæ, tanquam ita ἑλληνοκοπιῶντι, obiicere: si quidem, vbi dicit, *se non magnopere nunc curare quid Ætoli satis ex more Græcorum factū esse censeant*, perinde velimus esse ac si diceret, Tu quidem, o Phanea, ἑλληνοκοπεῖν, morem ἑλληνικὸν mihi allegas, & meo imperio illum opponis: atq; adeo me imprudentia lapsum illud imperasse, mihi vis persuadere: quum ego nihil minus nunc curem, quam quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant.

Verum, (vt, vnde digressa est, eo mea redeat oratio) hoc addo, aliqua eorum quæ apud Liuium, non item apud Polybium, legimus, suspectam librarii fidem apud hunc posse reddere. Exemplo fuerit hic locus in ea ipsa de qua nunc agitur historia, εἰ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνίστανται τὴν δικαιολογίαν, ἀνέκαθεν προφερόμενοι τὰ προγεγονότα (φησὶ) φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς ῥωμαίους. Nam quum Liuius non tantum meritorū in populum Romanum, quæ sunt τὰ φιλάνθρωπα (qua voce mirum delectatur in modum Polybius) sed etiā antiquorum fœderum mentionem faciat, & aduerbium ἀνέκαθεν parum cum his, τὰ προγεγονότα φιλάνθρωπα conueniat: non immerito (meo quidem iudicio) suspicetur aliquis, inter προφερόμενοι & illa verba deesse τῆς ὁμολογίας καὶ, vel τὰς συνθήκας καὶ, aut aliam quæ *fœdera* significet vocem. Posset tamen aduerbium ἀνέκαθεν & cum præcedentibus, manente quam dico lectione, iungi. Exemplum aliud suppeditare nobis potest ille, cuius antea mentionem feci locus Liuii, in hac ipsa historia, *Confessionem ijs culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem versam.* & pauculis interiectis, *& se suppliciter agentibus ijs ad futurum.* Nam ex his colligi posse dixi, scriptum a Polybio fuisse, συνεβούλευσε τρέπεσθαι μὴ πρὸς τὸ ἀξιωμα-

τὸν ἐν τῷ ἱκετικὸν λόγον quum in typographica editione legatur, ποιούμενοι τοὺς πρεσβευτὰς τὸν ἀξιωματικὸν λόγον. Non possum enim satis mirari, quid cogitans Vrsinus, verba hæc τὸν ἀξιωματικὸν λόγον esse dixerit, quod apud Liuium legimus, *totam in preces orationem versam*. Quid enim τὸ ἀξίωμα cum precibus, quod attinet ad significationem, commune habet, ita vt ὁ ἀξιωματικὸς λόγος dici ea possit, *quæ ad preces conuersa est oratio?* siue, *quæ precibus agitur*: aut, *quæ preces adhibet*: aut, *quæ precibus vtitur*. Imo certe rationi consentaneum est, eo nomine vocari *orationem dignitati eius, qui loquitur conuenientem*, *orationem qua quis vtens, suā dignitatem seruat*: qualis nimirum est eorum, qui antiqua fœdera suaque merita allegant: vt hi allegare ea parabant.

Sicut Liuius quæ apud Polybiū non exstāt, ita Polybius vicissim quædam affert, & quidem multo plura, q̄ nusquam apud Liuium cōpareant. Ac (vt omittā illud ipsum, quod modo propositū fuit consulis responsum, in quo est insigne illud verbū ἐκφοβοῦντα in iis quæ proxime præcedūt, scribit de Manio consule, quem M. Aciliū Liuius appellat, *illum non tam ira impulsum ad ea dicenda fuisse, quā voluisse illi considerandū in quem deducta res eius erant, statum proponere, & omnino perterrefacere*. Sed hoc de iis potissimū intelligi debet, quæ sermonem illum claudunt: de iis inquam verbis quibus catenas illi ceterisq; Ætolis minatur. Illud item, quod apud Polybiū a consule loco priore ponitur *de non transeundo in Asiam*, a Liuio plane tacetur. At, quum Liuius his sit contentus, *Tum fracta Phaneæ ferocia Ætolisq; aliis est: & tandem cuius cōditionis essent, senserE:* Polybius longe alia ora dicit, *Phanea & omnes qui cum illo erant, ita obstupefactos fuisse, vt ne edere quidem vocem possent, perinde ac si paralysis quadā corpora pariter atq; animos inuasisset*. Scribit enim, οἷον εἰ παραλελυμένοι καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς addens, διὰ τὸ παράδοξον τῶν ἀπαντωμένων. An aūt & de animo, quod nihilo magis suo fungi officio potest, q̄ corpus paralysi affectum, dici *paralysis* queat non nimiū audaci metaphora, viderint critici: ego quidē non primum tantum, sed solum etiā ita loquutum esse Polybiū crediderim: & hoc loquēdi genus non sine risu a Liuio (audaculo alioqui in nōnullis metaphoris) fuisse lectū. Ceterum ne ea quidem quæ his a Polybio subiungūtur, agnoscit Liuius, ὁ δὲ Λεύκιος, κελεύσας ἐπενεχθῆναι τὰς συμπαρούσας ἁλύσεις, ἐκέλευσε τῷ Μανίῳ μηδὲν βουλεύεσθαι δυσχερὲς ὑπὲρ τῶν παρόντων ἀνδρῶν, ἐπεὶ τυγχάνουσιν ὄντες πεπιστευκότες. Si tamen verum est, quod paulo ante dixit idem Polybius, *consulē non tam ira impulsum ad minas illas processisse, q̄ vt eum rerum suarū ad statum attendere animum cogeret*, non magnopere illa deprecatione opus fuisse videtur. Est alioqui & hoc obseruandum, ea inter quæ Liuius Polybio relinquit, quum ille tantum dicat afferri catenas & circūsistere lictores iussisse: ab hoc scribi, *cum iussisse catenam afferri, & vnicuiq; catellum ferreum collo circumdare*.

SED illas duas, vt veniam ad historias, quas huius esse velut appendices dicere possumus, cōsiderandū est, vt in priore vterq; breuitati magis [illegible] in posteriore minus consuluerit: & illic potius quā hic vestigiis Polybii insistere Liuius voluerit. Ac priorē quidem antea ex vtroq; proposui, quibus & Diodori eadē de re locū adiunxi: (sed in iis, quæ illū claudunt verbis, quibus eius quę illā eorum detrectationē excepit, miseriæ mentionē breuiter facit, animaduertendū est male ἀντιτείνειν iungi cum sequentibus, & iungi debere cū his antecedentibus vocibus συνεζευγμένοι τῷ βασιλεῖ: quinetiā particulā καὶ illi participio præponi aut illi opoitere postponi. sic tamen vt illā emendationē huic præferam) ad posteriorem vero quod attinet, operæpretiū est quo visus sit delectu Liuius in iis, quę ex Polybio sumsit, expendere & an vbiq; stare iudicio eius debeamus. vide [illegible] Liui *legatos Athenienses primū ad P. Scipionem, deinde ad [illegible] [illegible] scribit, deprecantes pro Ætolis*: at Polybius Athenienses non [illegible] [illegible] suis legatis mandasse scribit, ἅμα μὲν ἀσπασομένους τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον καὶ Πόπλιον, ἅμα δὲ καὶ [illegible] περὶ τῆς Αἰτωλοὺς [illegible]. Subiungit Liuius, *clementius responsum ab Africano tulisse*: [illegible] Polybius quædā de ea, qua illos excepit humanitate præmittat, dicit enim inter cetera & hoc, ἐφιλανθρώπει τοὺς ἄνδρας. Quod verbū, magis Polybii, quā aliorum Græcorum) præsertim cum accusandi casu) est vocabulū. Deinde, quum rationē aperte reddat Polybius cur illa eos humanitate prosequeretur, addens, *id fecisse, q videret eos suis consiliis & conatibus adiumento fore*: deinde, quænā illa essent consilia adducat: Liuius postquā dixit *Clementius responsum ab Africano tulerunt*, non aliud subiungit quam istud *Qui caussam relinquendi honeste Ætolici belli quærens, Asiam & regem Antiochū spectabat*. At ex Polybio discimus, *illum ita caussam relinquendi Ætolici belli quæsiuisse, & Asiam regemq; Antiochum spectasse*. [illegible] autem obserua verbum *spectare* de spe & eo quod ἐπιβολὴν vocat Polybius, poni: & ita hic dici, *Asiam & regem Antiochū spectabat*, vt libro XXVII. de eodē legimus *Iam Africam magnamq; Carthaginem & in suum decus nomenq; velut cōsummatam eius belli gloriam spectabat*. *vt interim certus esset, quemcunq; res Ætolorum exitum haberent, in Asiam transire*. Quinetiam cur istud in animo haberet, subiungit, quod Liuius tacet. Cetera quæ interiecta sunt, lectori iisdem conferenda relinquens ad finem venio, & considerare iubeo, nullam mulierum a Liuio mentionem fieri, sicut a Polybio, vbi de moderanda permissione agitur. Nam ab eo scribitur, *petitum tandem ab Ætolis fuisse, vt vel ex summa pecuniæ demerent, vel permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent*: quum apud Polybium legamus, ἢ τῶν χρημάτων ἀφελεῖν, ἢ τῆς ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας. Intelligo autem apud Liuium, *Permissionem extra ciuium corpora fieri*, e qua ciuium corpora exciperentur, ita vt in ea nihil iuris esset.

Schediasmati tamen isti finem non imponam, quin præcedentibus meis in Polybio emendationibus aliquot adiecero. Primus tamen locus eiusmodi est, vt non tam eum emendare, quam de eo monere possim. Nam hic, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐχέδημον ἀποδεξάμενοι ἀσμένως, videri potest desiderari nomen aliquod substantiuum accusandi casus, quod cum participio illo iungeretur. Nisi forte aliquis reliquisse subaudiendum existimat. At participium συμμίξαντες, in futuri temporis participium συμμίξοντες mutari, omnino necesse est. Paulo post deesse aliquid dico inter ἔτι δὲ & aduerbium πρότερον: & Polybium scripsisse, ἔτι δὲ εὐνούστερον (vel εὐνοϊκώτερον) ἢ πρότερον, καὶ φιλανθρωπότερον. vel ἔτι δὲ προσφιλέστερον. aut etiam, ἔτι δὲ φιλικώτερον. nam & aduerbio φιλικῶς hic quoque scriptor vtitur. Venio nunc ad illud ἐρομένους de quo monet & Fuluius Vrsinus, quum de duobus præcedêtibus taceat: & pro eo προφερομένους, aut aliquid tale, reponendum putat. At ego, præterquam quod minime verisimile est, repetiturum fuisse ex tam paruo interuallo vocem προφερομένους, eius significationem nullo modo præsenti posse sermoni conuenire aio: (quod sane libêter in loco, cuius antea mentio fuit facta, reponerem, videlicet προφερόμενοι pro προσφερόμενοι, vbi legimus, εἰ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ συνίσταντο τὴν δικαιολογίαν ἀνέκαθεν προσφερόμενοι τὰ προγεγονότα σφίσι φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς ῥωμαίους) sed ἐπιφερομένους: vt quemadmodum sæpe legimus, aliquem in eo quem habet sermone, iis quæ iam dixit, hoc vel illud tandem ἐπιφέρειν, ita hic narret Africanum suo sermoni finem imposuisse, ἐπιφερόμενον tandem, (licet ἐπιφέροντος futurum fuerit vsitatius quam ἐπιφερομένου) debere illos seipsos ἐγχειρίζειν καὶ πιστεύειν. Vbi certe ἐγχειρίζειν videri queat esse quod alibi dicit ἐπιτρέπειν: at πιστεύειν (quod notatu dignum est) διδόναι εἰς τὴν πίστιν.

Schediasma XIII.

De Liuij consuetudine quadam reseruandi aliquid sequentibus.

De alio eiusdem more, a genere ad speciem satis longo post interuallo veniendi.

Prædæ venditionem odiosam fuisse: *eamq; potius* concedi militi solitam, *aut saltem* partim vendi, partim ei concedi.

Monendum lectorem putaui meæ cuiusdam apud Liuiũ obseruationis, vel potius mearum obseruationum, quæ mihi paulo ante, dum in quibusdam eius locis versaremur, in mentem venerunt. Vna est, cuiusdam consuetudinis eius, qua reseruat aliquid sequentibus, quod alioqui lector potius inter præcedentia ab eo exspectaret, & vero aptiorem ibi locum habere videri posset. Exemplum habemus in ea, cuius antea mentio facta fuit historia, de Ætolis pacem a Romanis petentibus, & Atheniensibus etiam suos legatos eius petendæ caussa ad eos mittentibus. Nam quum scribat Polybius, ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς τοὺς περὶ τὸν Ἐχέδη-

Ἐχέδημον, Liuius ita *Eo legati Athenienses venerunt, deprecantes pro Ætolis.* Satis autem longo interuallo *Sequuti & Athenienses sunt: & princeps legationis eorum Echedemus, fatigatos tot repulsis Ætolos, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem reuocauit.* vides enim, vt is cuius nomẽ in principio huius historiæ potius exspectatur. & qui ibi potius nominandus fuisse videri potest, in hoc demum, vel non procul ab eo, nominetur.

Altera autem obseruatio (earum quidem certe de quibus nunc dicere institui) hæc est, illum aliquando a genere ad speciem venire, non vno eodemq; in loco. sed interdum longo post interuallo. Quod si cui obscurum est, eo, quod proponam exemplo, apertissimum reddam. Quum in vno ex iis, qui allati fuerunt paulo ante locis legimus, *Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, nec addat consul, quænam illa essent, (vt certe dignitati illius non satis conuenire poterat videri hoc adducere, perinde ac si rationem eius quod dixerat vellet reddere) pagina quæ hanc excipit, id declarat ipse historicus: vbi scribit, *M. Acilius, vendita aut concessa militi præda.* At si dixisset M. Acilius, confecto quo distinebatur negotio. vel, confectis quibus distinebatur negotiis: sicut illic, ita etiam hic, genus nobis proposuisset. Neq; enim cuiquam dubium est, quin, quum dicit, *quum alia sibi præuertenda esse dixisset*, perinde sit ac si diceret, *alia negotia.* aut etiam, *aliud negotium.* Meam autem mihi diuinationem cõfirmauit Polybius: qui illud ipsum narrans de consule illos verba facere exorsos interfato, scribit, *cum dixisse sibi commodum tempus non esse, vt pote in dispensatione spoliorum Heracleæ occupato.* Quod ille *œconomiam* vocat. scribit enim, ὁ γὰρ Μάνιος κατὰ μὲν τὸ παρὸν οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν, περισπασώμενος (sed περισπώμενος scribendum) ὑπὸ τῆς τῶν ἐκ τῆς Ἡρακλείας λαφύρων οἰκονομίας. Quænam autem illa *œconomia* esset: (siue *distributionem*, siue potius *dispensationem*, siue tertio quopiam Latino vocabulo illud Græcum hic interpretari oportet: præsertimque si quod Gallico *mesnagement* respondens inueniri possit) declarat Liuius, quum scribit, a M. Acilio *venditam aut cõcessam militi fuisse prædam.* ita enim accipiendum hoc est, vt si dictum foret, *partim venditam partim concessam militi prædam fuisse.* Nam Liuium & alibi sic illa vti particula obseruaui.

Fuisse tamen inuidiæ ad exercitum aliquando talem venditionem, apud eundem historicum legimus, & vero tribunis materiã criminandi ad plebem consules præbuisse. Nam libro tertio, de clade ab Æquis accepta loquutus, addit, *Præda parta ingens: eam propter inopiam ærarij consules vendiderunt. Inuidiæ tamen res ad exercitum fuit: eadem & tribunis materiam criminandi ad plebem consules præbuit.* Alibi quum certe prædam omnem castrorum militi consulem Marcium Rutiliũ dedisse & victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam rediisse legimus libro septimo.

At vero libro XLIV. non procul a fine, scribit *Paulum consulem spolia iacentis hostium exercitus peditibus concessisse, equitibus prædam circumiecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent.*

Neque tamẽ ignoro, & alibi venditã prædam narrari sed in eo, cuius recordor loco, dicitur id de illa cui domini nõ exstitere. Nã libro tertio scribit, *Lucretius cum ingenti præda, maiore multo gloria, rediit. Et auget gloriã adueniens, exposita omni in campo Martio præda, vt suum quisq; per triduũ cognitum abduceret. Reliqua vẽdita, quibus domini non exstitere.* Vbi quis mendum subesse huic postremo mẽbro crediderit, quum non inueniet vnde vocula *quibus* pendeat. Ego tamẽ nihil desiderari puto, sed Liuium more suo subaudiendum antecedens reliquisse: ideoq; nõ aliter intelligi hunc locum debere, quam si dictum esset, *Reliqua vendita præda eorum, quibus domini non exstitere.* Vel, *earum rerum quibus domini non exstitere.* Fateor alioqui Liuium, cui familiaris sit ellipsis antecedentis, ibi potius ipsum subaudiendum relinquere, vbi facilius quam hic lectori in mentem venire potest.

SCHEDIASMA XIV.

Dionysium Halicarnasseum recte quidem Thessalicam πενεστῶν *appellationem deduxisse a verbo* πένεσθαι, *sed male existimasse, in ea Thessalos ad eam verbi huius significationem respexisse, quæ sonat* Pauperem esse.

Dionysium Halicarnasseum, tantum virum, & quidẽ tantum criticum, in quibusdam imperitia Latini sermonis lapsum esse (vt alibi ostendam) & minus miror, & minus indignum venia videri potest: at vero in sua etiam lingua hoc ei euenisse, id est, suæ linguæ ignorantia (pro quo fortasse obliuionem malit quispiam dicere) in errorem incidisse, & miror, & haud scio, an dici possit veniam mereri. Sed ecce, his auditis valde statim mirabitur lector, quinam sit locus, in quo id tantopere mirer. Ipsum igitur diu suspensum non tenebo.

Apud illum scriptorẽ, libro Antiquitatum Romanarum secundo, vbi de patronis & clientibus agit, *Romulum, in eo quod cuilibet e vulgo sibi quem vellet patronũ adsciscere, permisit, morem Græcũ eumque priscum, quo Thessali vsi diu erant, & Athenienses initio, in melius mutasse* (nam pro λατρῶν reponendũ πελατῶν censeo, vt dixi meis in illum nuper editis operis) scribit. Deinde postquam dixit, *illos suis clientibus* (quos πελάτας vocat, sicut patronos, προστάτας) *superbe vti solitos, opera illis imperantes, quæ liberos homines minime decerent, & si quando aliquid eorum non facerent quæ iubebantur, plagas etiam incutientes, & ceteris quoq; in rebus non aliter illis quam seruis emptitiis vtentes:* addit, *Athenienses quidem nominasse illos,* θῆτας, διὰ τῆς λατρείας: (nam lectionem illam ἐπὶ τῆς λατρείας nullas nisi similis erro-

ris

ris exemplis defendi posse arbitror) *Thessalos vero,* πενέστας *appellasse, exprobrantes illis statim ipsa appellatione suam conditionem.* Nisi quis τύχην *fortunam,* magis verbū verbo reddens, interpretari malit: vt etiam omnes verterunt interpretes. Sed apud Gelenium id, quod Dionysius suppresserat & lectori cogitādum reliquerat, adiicitur, in posteriori quidem certe editione. Nam pro his Dionysii, ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν θῆτας, τοὺς πελάτας ἐπὶ (vel potius ἀπὸ, vt modo dixi) τῆς λατρείας. Θετταλοὶ δὲ πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς εὐθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην: legimus apud illum interpretem in illa posteriori interpretatione, *Hos Athenienses* θῆτας *vocabāt, ob ministeria: Thessali vero,* πενέστας, *ipso vocabulo fortunam eis exprobrantes* [*nam* πενέσθαι *Graecis significat Paupere esse.*] Quid, Dionysi: in mentē tibi hæc scribenti vel Homerici quidā versus non veniebant? non recordabaris, apud Homerum δαῖτα πένεσθαι sæpe occurrere? Nam (vt alios plerosque locos omittam) legeras, vt opinor, Iliad. libro σ.

Κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο.

Et Odyss. α. libro γ

——— ἐσθλὰ δ' ἔδωδεν

Δμῶες ... δμωαί τ' ἀγακλυτὰ δαῖτα πένοντο.

Sic vero & πένεσθαι ἄριστον apud eum legitur, & quidem adiecto verbo ἐντύνεσθαι synonymo, aut saltem fere synonimo: Iliad. libro ω.

—φίλοι δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
ἐσσυμένως ἐπένοντο καὶ ἐντύνοντο ἄριστον. Alii enim dubitare nos non sinunt loci quin verbum quoque ἐπένοντο ad nomen ἄριστον tendat: quum alioqui videri posset perinde esse, ac si dictum fuisset, ἐσσυμένως πενόμενοι, ἐντύνοντο ἄριστον.

Quinetiam præfixa præpositione περὶ vtitur aliquādo hoc ipso πένεσθαι. vt Odyss. libro δ.

ὣς οἱ μὲν περὶ δεῖπνον ἐνὶ μεγάροισι πένοντο.

Estq; obseruandum, sicut hic περὶ, ita ἀμφὶ alibi huic verbo præfigere, sed ita vt hæc vocula cum ipso cohæreat, dicendo ἀμφιπένονται & ἀμφιπένοντο.

Verum, vt de simplici illo πένεσθαι pergam disserere, quamuis tot loci talem eius vsum habeant, non est tamen quod existimet quispiam *culinariis tantum ministeriis* ab illo adhiberi. Nam legimus Odysseæ libro π.

αὐτὰρ ὁ δ' οὐκ ἂν ἔγωγε καὶ σταθμοὺς ἐθέλοιμι
μίμνειν ἀτρέμας ..., ἀλλ' ὕστερον τοῦ τα πένεσθαι.

Sed quid pluribus nobis in re tam aperta testibus opus est? quis ex his locis non perspicit, πένεσθαι non semper sonare *Pauperem esse,* sed interdū *Struere,* siue *Parare* aut *Apparare:* atq; adeo interdum vix alio verbo, quā *Facere* reddi posse? Quamuis enim Eustathius exponat περὶ δαῖτας ἐνεργεῖν, nō semper tamen περὶ δαῖτας significationē inesse illi credidetim, sed generalius etiā περὶ τὸ ἐνεργεῖν dici. Præfer-

tim vero versus ille in quo illi præfigitur [illegible], facit, vt hoc mihi persuadeam. quid enim addi necesse foret, si verbum ipsum per se semper πενιχρῶς ἐπέχειν significaret?

Hæc autem quum ita sint, cur Thessalos, quum clientes suos (vt vult Dionysius) πενέστας vocarent, tanquam paupertatem exprobrantes, hoc nominis illis imposuisse arbitrabimur? Nemo, vt opinor, ac ne ipse quidem Dionysius negauerit. magis rationi consentaneum esse vt dicamus, *Thessalos ad ministeria potius quæ obibant, quam ad paupertatem, respexisse*: præsertim quum paupertas in eorum, quæ exprobari possunt numero minime ponatur: vtpote quæ (vt vulgari etiam prouerbio fertur) *minime vitium sit*.

Sed quum Dionysium vel ignorantia, vel obliuione in hunc errorem incidisse dixerim, vereor ne ipsemet errare existimer, si, quod vel Homerus tot locis docet, ignorasse illum putem. In obliuionem igitur eam culpam conferamus, & ἁμάρτημα μνημονικὸν esse dicamus. Enimuero, quum πενέστας Thessalis, & θῆτας Atheniensibus fuisse *clientes* scribat idem Dionysius, (id est, quod Romanis clientes erant) in hoc quoque eius dictum inquirendum videtur: atq; id sequente Schediasmate faciam.

Hoc tantummodo addam, nõ minus πενέσται, quam πενέσται, quũ sit ab infinitiuo ille πένεσθαι, scribi posse, quin potius ratione magis niti hanc scripturam videri.

SCHEDIASMA XV.

Dionysio Halicarnasseo an fides habenda sit scribenti πενέστας (siue πενέσθαι) Thessalis, θῆτας Atheniensibus, fuisse clientes: id est, illud ipsum quod Romanis erant clientes, aut saltem clientum instar.

Quosdam πενεστῶν appellationem aliunde, quam ἀπὸ τοῦ πένεσθαι deduxisse, sed hanc eorum deductionem nõ æque verisimilem posse haberi.

Eodem in ordine videri fuisse εἵλωτας apud Lacedæmonios, κλαρώτας apud Cretenses, καλλικυρίους apud Syracusanos, quo erant πενέσται Thessalis, θῆτες Atheniensibus: sed δούλων (sicut apud Latinos seruorum) appellationem, aliquid peculiare habuisse.

Dionysii Halicarnassei ἁμάρτημα esse μνημονικὸν saltem, ostendi in eo, quod Thessalos suis ministris seu famulis paupertatem exprobrasse tradit *Penestas* eos appellando: nunc in hoc eius dictum (vt sum promissis) inquiram, Thessalis quidem *Penestas*, Atheniensibus vero *Thetas* fuisse clientes, aut saltem clientum instar. Clientum (siue clientium) fuisse saltem instar dico, quod ille scribat, Romanos morem Thessalorum & Atheniensium ἐπὶ τῷ κρείττω λαβεῖν vel potius μεταλαβεῖν: si mea non fallitur coniectura, λαβεῖν in μεταλαβεῖν mutans. Profiteor itaq; hanc a me conuenientiam, aut etiam analogiã, inter clientes Romanos & illos Græcos,

ςος, minime agnosci: quum vix tantulum inter illos Græcorum ministros & seruos esset discriminis, at multum inter Romanorum, *clientes* & *seruos* fuisse constet. Nam (vt cetera omittam) in eo, quod omnium maximum erat, magnum erat discrimen, quod clientes sibi patronos eligebant seu deligebant: at illi penestæ, ac thetes, & ceteri, ab iis quibus operam præstabant, eligi solebant, ante etiam quam illis abuti (sicut ea quæ Dionysius commemorat, sunt abutentium) receptum esset. Quod si quis Romanos itidem clientibus suis abusos esse & obiiciat, & probet, non tamen inde, quod nego, probare poterit, peiorem longe illorum quam clientum conditionem fuisse. Vt autem quod dico, ex aliorum testimoniis scriptorum appareat, de iis quorum facta mentio fuit Græcorum seu ministris seu famulis, atque aliis, quæ scribuntur a ceteris, referenda videntur.

Vt igitur a Penestis initium sumam, primum, nõ idem huic vocabulo etymum ab omnibus datum fuit: quum nonnulli μενέστας initio fuisse nominatos, memoriæ prodiderint: & quidem ob eam quæ in meo Thesauro Græcæ linguæ refertur, caussam. Deinde, fuisse conditionem illorum non multum a seruorum conditione differentem, ex eo apparet, quod θετταλοικέτας appellatos eosdem legimus.

At θητῶν appellationem non æque peculiarem Atheniensibus, vt πενεστῶν, Thessalis, dicere possumus: quum ne Homero quidem incognita fuerit: ac fieri etiam queat, vt ex eo sumta sit. Neq; tamen ex Hesiodo sumtam fuisse, minus fortasse dicendum est: ac, petitam ex vtroque esse, nõ abs re forsitan quis dixerit. Apud Homerum quidem certe videmus huic θῆτες subiungi δμῶες, tãquam his duobus aliquid diuersum habentibus: Odysseæ δ.

Νημερτές μοι ἔνισπε, πότ' ᾤχετο καὶ τίνες αὐτῷ
Κοῦροι ἕποντ'· Ἰθάκης ἐξαίρετοι, ἢ ἑοὶ αὐτοῦ
Θῆτές τε δμῶές τε.

Discrimen autem ab Homero quoq; inter θῆτας & δμῶας hoc præcipue poni volunt, quod θῆτες *mercenarij famuli* seu *ministri* essent: quos & *conductitios* (vt opinor) forsitan vero & *extraordinarios* dicere possumus.

Εἵλωτας eodem sibi modo cõparasse Lacedæmonios, quo Thessalos, eos qui ab ipsis πενέσται vocabantur, ex Athenæo discimus: qui scribit, Lacedæmonios & Thessalos κατασκευάσασθαι τὴν δουλείαν (ita hic δουλείαν dicens, vt Latini *seruitia* pro *seruis* nonnunquam dicunt) ex Græcis qui prius regionem incolebant: illos, ex Achæis: hos, ex Perrhæbis & Magnesiis: ac illos, τοὺς καταδουλωθέντας appellasse εἵλωτας: hos autem, πενέστας. Sed inter conditionem eorum tamen aliquid interfuisse puto, & δουλείαν de *Hilotibus* potius, quam de *Penestis* dici potuisse: licet æque de vtrisque in illo Athenæi loco dici videamus. Qua de re mihi assentietur Dionysius, qui, quũ

Thessalos eo quo dictū est modo se gessisse erga illos scribit, non tamen eiusdem fuisse cuius & δούλους ordinis, sed illos esse ipsis tā quam seruis vsos (quū id tamen potius abuti quam vti esset) commemorat: & ita quidē vt ἀργυρωνήτοις post δούλοις addat: quasi hi viliores etiā & contemptiores essent, quam qui bello capti erant: quos Graeci, praesertim poetae, (& inter hos tragici potissimū) δορυαλώτους, nec non δοριλήπτους & δοριαλώτους vocabant. Cui δοριλήπτων appellationi respondet illa εἱλώτων, si a verbo ἑλεῖν dictos esse credimus: vt certe credibilius saltem est, q̄ a ciuitate quae *Helos* diceretur (quod Lacedaemonii, ea expugnata, omnes in seruitutem redegissent) sic vocatos. Vtor aūt vbique hoc nomine tanquā habente rectum *Helotes*, potius quā *Helota*: etiamsi ex Liuio & Aemylio Probo hic afferatur, & quidem εἱλώτης itidem in quibusdā Lexicis inueniatur. nihilominus enim suspicione apud me nō caret. Scribit autem hic *esse quoddam hominum genus quod eo nomine vocatur: quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, seruorumq́ munere fungitur.* Ac tibi est hic quoque obseruandum, non dici seruos esse, sed *seruorum fungi munere*.

Ceterae seruorum locis certis ꝓpriae appellationes multo sunt ignobiliores. Ex harum aūt numero sunt κλαρῶται, & μνοΐται δοῦλοι, necnon καλλικύριοι. Ac κλαρῶται quidē Cretensium erant. quū Callistratus apud Athenaeū scribat, ꝙ Spartani fecerant ἐπὶ τῶν εἱλώτων, Thessali ἐπὶ τῶν πενεστῶν, hoc Cretenses ἐπὶ τῶν κλαρωτῶν fecisse. Vocare autē eos ita suos οἰκέτας (ꝙ an *seruos*, an tātum *famulos* interpretari oporteat videndū est) quorum opera in agris vterentur. Conuenit porro illi cum quodā Ephoro de etymo huius appellationis. vterque enim ἀπὸ τῶν κλαρωθῆναι (quod diceretur pro κληρωθῆναι) appellatos censet. Nā hic ait *fuisse olim indigenas sed postea in bello quodā redactos in seruitutem, & quidem ita vt eos inter se sorte distribuerent.* Vnde fortasse colligere possumus hoc discriminis inter hos, & eos qui πενέσται, eos qui θῆτες eos qui εἵλωτες vocabantur, quod Cretenses opera horum priuatim, at vero alii opera aliorū magis publice quam priuatim vterentur. Praesertim tamen de Hilotibus verum illud compertum iri crediderim. At καλλικύριοι Syracusanis, vt μνοΐται δοῦλοι Heracleensibus proprii fuerunt. De vtrisq; plura Graecos apud lexicographos & scholiastas vide.

Ne autem me in horum appellationibus abs re immoratum existimes, vide quod sequitur Schediasma.

SCHEDIASMA XVI.

Dionysium & Plutarchum, vocantes πελάτας quos Romani clientes *dicebant, appellatione non satis Latinae respondente vti videri.*

CONsiderandū ꝓ lectori proponere nunc libet, an satis Dionysiana πελατῶν appellatio Romanae *clientum* appellationi respon-

spondeat. Iam enim abunde illud ostendisse mihi videor, in alio *clientes* ordine Romanis quam *penestas* Thessalis, *thetas* Atheniensibus, & aliam horum apud Thessalos & Athenienses quã *clientum* apud Romanos conditionem fuisse. Ac de aliis etiam quorũ aliæ ciuitates ministerio vtebantur, dicendũ putaui, vt lectori ostenderem, nõ videri Dionysium *penestas* potius & *thetas*, quam reliquos etiam (præterim tamen *helotas*) tanquam cum *clientibus* conuenientiam habentes, in medium afferre Sed vlterius etiã progreditur, & perinde illos cum Romanis clientibus cõparat, ac si eadem illorum quæ horum conditio esset: præterquam quod aduersus illos pro vsu abusus inualuerat. Vel illud certe quod opposui, *clientes fuisse voluntarios, & singulos sibi pro arbitrio patronum quem vellent elegisse*, magnum constituere discrimen, nemo, vt opinor, non dixerit: quum de Græcis illis tale nihil legatur.

Esto tamẽ me hac in re falli: videndũ an in hoc quoq; fallar, quod Græcam πελατῶν appellationẽ Romanæ siue Latinæ *clientum* non satis respondere aio. *Clientes* igitur quum dicerent, voce hac esse vsos nego, tanquã de hominibus, qui vllis famularibus ministeriis addicti essent: at contra πελατῶν fieri nõ posse mentionẽ quin hoc intelligamus, dico: nisi quũ γείτονα, id est *vicinum* sonat. Ac crediderim quidẽ πελάτην initio dictum de *famulo* seu *ministro qui interior seu intimus esset* (si ita de illo licet loqui vt de amico, quũ *intimus amicus* aliquis dicitur) siue qui *propior*, id est, propius dominum accedere quã alii soleret: sicut *amicum* etiam dici *propiorem* videmus ab Horatio: & a Cicerone *societas* quædã *interior & propior* vocatur. Crediderim (inquam) initio quidem πελάτην de tali famulo fuisse dictũ, (respiciendo ad eius originem, videlicet ἀπὸ τοῦ πέλας, vel ab ipso quod hinc factum est verbo πελάζω: etiamsi πελάτης ab hoc magis rationi consentaneũ sit dicere, quod nec nusquam inuenitur) sed postea latius fuisse extensum: quemadmodũ in multis vsuuenit vocabulis vt a sua significatione ad aliã generaliorem transeant. Nã πελάτην exponi non solum λάτριν, & ὑπηρέτην, siue ὑπηρετοῦντα, sed etiam δουλεύοντα, videmus: & quidem ab Hesychio πελάτας esse dici τοὺς διὰ τὴν αὐτουργίαν τροφῆς μισθῷ δουλεύοντας. Sic vero & Pollux isto participio de illis vtitur: vbi scribit πελάται & θῆτες esse ἐλευθέρων ὀνόματα διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων. Is tamen satis proprie δοῦλος is dicitur qui est ἐλεύθερος, pro eo quod ab Æmylio Probo *Serui munere fungi dicitur*. Quod si cõtra clientes nullis famularibus addicti ministeriis erant, cur eos pariter πελάτας appellandos dicemus?

Sed quænam est vox quã in locum illius substituere queamus? Hic vero me hærere fateor, & quidẽ eo magis, quod Plutarchũ illa ipsa vsum voce video, sumta, vt opinor, ex Dionysio: sed quam mihi persuadeo illum in aliam mutaturũ fuisse, si qua alia satis apta in mentem ei venisset. Quum tamen & προστάτης ab eo dicti

reperiantur quos Romani *clientes* appellabant, hoc saltem alteri præferendum nomen dixerim, tantisper dum aliud conuenientius inueniatur.

Quid? audebone alius cuiusdam appellationis, quæ mihi post tantos viros in mentem venit, mentionem facere? Audebo certe, vel eo saltem, vt aliam ab alio accommodatiorem eliciam. Ea igitur est ἐθελόδουλοι. quid enim aliud *clientes*, quam *voluntarij serui* erant? qui autem voluntarii serui sunt, quid minus quam serui? Vt taceam, in eo qui dicitur ἐθελόδουλος, vocis δοῦλος significationem ad viuum resecandam non videri.

SCHEDIASMA XVII.

Ab Ant. Mureto, non minus quam ab Erasmo, perperā exponi hunc Græcum versum,

ἔργα νέων, βουλαὶ δ' ἀνδρῶν, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

PRouerbialem esse versum hunc constat, quo, quid potissimum iuuenibus, quid viris, quid senibus conueniat, describitur. In huius autem versus expositione Erasmum quidē lapsum esse, minus miror, (quem, licet in plerisq; perspicacem, multa non vidisse tamen, meæ in illud Adagiorum opus Animaduersiones, multis abhinc annis editæ, abunde ostendunt.) at vero Antoniū Muretū, cui, præter alia adiumēta, quæ Erasmo fortasse defuerūt, (sicut vicissim multis naturæ & ingenii dotibus hic illo præstantior fuit) maius etiā considerandi versum hunc otium fuit, ad eundem lapidem in eius expositione impegisse, quis mecum non miretur?

Erasmus enim, postquam scripsit, *huius adagii meminisse Aristophanem grammaticum, & Hyperidem in oratione contra Autoclem ex Hesiodo citauisse, cuius esse creditur:* addit, *sensum per se liquere, nēpe ad rem gerendam adhibendos iuuenes, quod viribus ætas ea præpolleat: in consilium autem adsciscendos mediocris ætatis viros, propterea quod in his, nonnihil detrito virium vigore, valeat tamen vsu rerum aucta prudentia: at senes, vtpote religiosos, solere a superis optima precari: ceterum neq; viribus iam vtiles, neq; mente satis constantes esse, ætatis vitio.* Hæc ille. At Muretius, postquam dixit, *Romæ senatorem a sexagesimo anno coactum non fuisse, a septuagesimo ne citatum quidem:* & adiecit, *tum Platonem, tum Aristotelem videri senibus mandata sacerdotia dicere, vt nō satis iam idoneis ad aliorum munerū procurationem:* versum illum, tanquā hac ipsa de re celebratū, affert: & quidem alteram scripturam sequens: quæ est huiusmodi,

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Vt μέσοι vocentur οἱ ἄνδρες, id est viri: quod eorum ætas media sit.

Ceterum, εὐχαὶ hic neque de *precibus quæ dijs funderentur*, seu *votis quæ dijs fierent*, illud dicam: tanquam nec iuuenum nec virorum esset, preces itidem diis fundere seu vota illis facere: (quis enim vnquam hoc dixit, aut quomodo esse rationi consentaneum posset?)

sit) contra autem εὐχὰς appellari aio *senum vota*, in ea significatione, qua dicitur de iis, quæ vouemus & optamus (eo modo quo dixit Horatius, *Quid voueat dulci nutricula maius alumno?*) & quidem iis de rebus intelligi, quarum senibus desiderium tantummodo superest, quum eas habuerint antequam ad senectutem peruenirent. Vt videlicet perinde sit ac si dicerct huius versus auctor, *in senibus neutrum eorum esse quæ iuuenes & qui virilis sunt ætatis habent: sed desiderium tantummodo illorum* (vt ex Tibullo paulo ante loquebar) *superesse*. Talis εὐχῆς insigne habemus apud Homerū exemplum in his versibus, Iliad. η. tanquam ab ore Nestoris,

αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
ἡβῷμ' ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο
ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι,
Φειᾶς πὰρ τείχεσσιν, &c.

Et versu qui abhinc est decimus sextus,

Οἱ δὲ μάλ' ἐτρόμεον καὶ ἐδείδισαν:

Et in sequentibus se contra deterritum non fuisse ait,

Ἀλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν,
Θάρσεϊ ᾧ· γενεῇ δὲ νεώτατος ἔσκον ἁπάντων.
Καὶ μαχόμην οἱ ἐγώ, δῶκεν δέ μοι εὖχος Ἀθήνη.
Τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον κτάνον ἄνδρα,
Πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.

Post quem versum illud suum votum repetit.

Εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη.

Et addit,

Τῷ κε τάχ' ἀντήσειε μάχης κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Quem locum mirum non est Maronem esse imitatum: sed mirū fuisset, quum pulcerrimos quosq; imitari, & magna etiam ex parte interpretari statuisset, hūc ab eo prætermitti. ita igitur ille, libro sui præclari operis VIII.

Tum pater Euandrus, dextram complexus euntis,
Hæret, inexpletum lacrymans, ac talia fatur,
O mihi præteritos referat si Iupiter annos,
Qualis eram, quum primam aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi victor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi.
Nascenti cui tres animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat. &c.

Apud Homerum autem habemus & Odyss. libro ξ. versum illum,

ὡς νῦν ἡβώοιμι βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη.

Nec vero pastor qui apud Maronem (vt ad illum ex tam paruo interuallo reuertar) dicit,

Omnia fert ætas, animum quoque. sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles:

qui, inquam, ita loquitur pastor, αἰδ' εὐχὴ, hæc verba non profert.

Nec non, quum apud Lacedæmonios chorus senum caneret, (vt Plutarchus aliquot testatur locis)

ἁμὲς ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι,

hic eius versus aliquid δεικτικὸν habere dici poterat.

Quinetiam Milo Crotoniates nihilo magis ἄνευ πάσης τῆς ὀχῆς, quam ἄνευ δακρύων, dicebat, suos lacertos aspiciens, *At hi quidem mortui iam sunt.* Ita enim Cicero in suo Catone maiore, *Quæ enim vox esse potest contemtior quam Milonis Crotoniatæ? qui quum iam senex athletas se exercentes in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse, At hi quidem mortui iam sunt.* Cui ita respondetur vt & appelletur nugator: *Non vero tam isti quam tu ipse, nugator. neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis.*

Sed in his omnibus locis, aliisque nonnullis his similibus, nõ audimus senes de amissa prudentia, sed tantum de amissis viribus, querentes. Nec rationi certe consentaneum est, vt, quæ prudentia valere supra virilem debet ætas, ea sibi huius prudentiam reducere optet. Quare inquirendum in illum versum censeo: quod sequente fiet Schediasmate.

SCHEDIASMA XVIII.

In prouerbialem illum versum inquiri debere, quo prudentia virili ætati, non senii, tribuitur.

HEsiodi, aut eius quicunque est auctor illius prouerbialis versus de quo in præcedenti Schediasmate, eam esse quã dixi mentem, spero fore vt lector mihi assentiatur. Sed ego huic eius menti minime assentiendum esse dico, quin potius in eam esse inquirendum. Quid enim? an quã omnes senectuti laudem, summo quotidianæ experientiæ assensu, tribuunt, eam illi eripi ab hoc poeta sinemus? Ac miror certe quomodo Erasmus non animaduerterit se illi prouerbio alios, qui illum oppugnarent versus subiungere. Postquam enim eam expositionem quam retuli (& quam, sicut & Mureti, falsam esse ostendi) nobis proposuit, subiungit ex Euripide in Melanippo,

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

id est,

Verbum vetustum, Facta præstare iuuenum,
At consilia præstare natu grandium.

Quibus potuisset & alium eiusdem poetæ eadem de re locum adiicere, ex Phœnissis, vbi Iocasta iam vetula Eteocli adolescenti filio dicit,

ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεις πρόσεστιν· ἀλλ' ἡ 'μπειρία
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Qui-

Quibus ille ex tribus versibus hos quatuor fecit,

O gnate Eteocles, cuncta nequaquam mala
Adsunt senectæ. nam per experientiam
Vsumq; rerum, dicere haud nihil rudi
Potest iuuenta melius ac prudentius.

At ego tres tribus ita olim reddidi,

O gnate Eteocles, haud mala omnia senio
Insunt: sed experientia senilis potest
Prudentius quidquam iuuenta dicere.

Sed non prætermittendus (quẽ tamen ille prætermisit) Nasonis locus hos ipsos versiculos imitantis, & ex parte etiam interpretantis.

——non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet: seris venit vsus ab annis.

Exstat etiam inter μονοστίχους γνώμας ista huc pertinens,

Γνώμη γέροντος ἀσφαλεστέρα νέου.

Id est,

Sententia iuuenilis haud tuta vt senis.

Quinetiam exstat pulcerrimus Gregorii huc faciens senarius,

ῥυτὶς γάρ ἐστι πραγμάτων ἐμπειρία.

Id est,

Rerum peritia, ruga quæ senes arat.

Nisi quis ἐμπειρίαν malit hic *experientiam* interpretari. Dico autem *senes arat* pro *senum vultibus*.

Ipse denique Erasmus, postquã inseruit quendam Homeri locũ, parum huc pertinẽtem, contra Plutarchi quendam proponit valde huic sermoni conuenientem, ex libello in quo disputat, *An seni administranda sit respublica*, vel *An seni tractanda res politica* (nam vtroq; posse modo reddi existimo hunc Plutarchi titulũ, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον) in quo scribit, καὶ μάλιστα δοκεῖ (scil.) πόλις ἔνθα βουλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί. Quæ verba ex poeta quopiam sumta existimo. nam postrema verba ita redigi in senarium queunt, minima cum mutatione,

ἀνδρῶν δ᾽ ἀριστεύουσιν αἱ αἰχμαὶ νέων.

Sic autem sub multis Plutarchi verbis latere versus præsertim iambicos, aut alioqui lyricos, animaduerti.

Ceterum omnibus aliis præpõderat testimoniis id cui vltimus ibi locus datur. Est autem id Æschinis, in sua contra Ctesiphontem oratione testantis, *hoc Solonis legibus fuisse cautum, vt in consultatione natu maximus primus diceret: & apud Athenienses olim fuisse morem, vt præco facturus dicendi facultatem, interrogaret, Quis vult concionari ex iis, qui annum quinquagesimum excesserũt?* His enim vtebatur verbis, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Cuius consuetudinis meminit & Liuius, sed huius de annorum numero adiectionis nõ itidem mentionem (eo quidem cuius

nunc recordor loco) faciens. Verum idem non vno in loco consulares ac seniores fuisse indicat eos, qui primi sententias rogarentur: adeo vt quendam libri VIII. loco, vbi *principes sententiarum consulares* legimus, desiderari suspicer *ac seniores*, vel *senioresque*. Atque hunc fuisse habitum senioribus honorem, ex Dionysio Halycarnasseo non minus discimus.

Sed cur ego tam multa de re quæ extra omnem posita esse cōtrouersiam videtur? (quid videtur, dico? imo vero est) non tam certe, vt hanc senibus ter pi laudem ab illo poeta non sinam, quam vt etiam ostendam, his immerito ereptam, illis tribui, qui in virili sunt ætate, minime tantum honoris merentibus. Nam quis eorū, qui consilio senes valere dicunt eos qui virilis se medium ætatis (si quis alteram sequi scripturam malit, βουλαὶ δὲ μέσων) illis vel adiungit? Quamobrem haud dubitarim, hoc ipso vtens vocabulo quo Ciceronem vtentem paulo ante audiuimus, eum qui cunque est huius versus auctor, *nugatorem* appellare. nugatoré quidem certe in hac quam de senectute pronuntiat sententia. Ac facile crediderim huius versus auctoré quicunque is est (nam Hesiodum esse, non fit mihi verisimile) de senectute per iocum simul & contemtum ita loquutum esse: perinde ac si diceret, duas illas priores ætates omnia sibi sumere nihil senectuti relinquere. Nam qui senes nihil aliud posse dicit quam optare vt præteritos referat annos Iupiter, perinde est ac si nihil reliqui illis faceret. Sic, quum Tibullus *ex magnis opibus desiderium sibi superesse* scribit, perinde est ac si nihil sibi superesse diceret. Atque, vt huc tandem sermonem mea coniectura seu diuinatione claudam, (nihil enim velim dissimulare) suspicor versum illum ex alio velut per parodiam factū esse, qui contra laudem senilis ætatis haberet: & cuius finis hic esset, — βουλαὶ δὲ γερόντων. Quod si magis etiam audacem coniecturā illi adiicere licet, ex illa natam, venit in mentem suspicari, totum versum ex quo hic παρῳδῆται, talem fuisse,

ἔργα νέων, θάρσος δ' ἀνδρῶν, βουλαὶ δὲ γερόντων.

vel, θάρσος δὲ μέσων. Aut certe,

ἔργα νέων, τόλμη δ' ἀνδρῶν βουλαὶ δὲ γερόντων,

aut, τόλμη δὲ μέσων.

SCHEDIASMA XIX.

Sacerdotia ijs demum, qui ad senilem ætatem peruenissent, data non fuisse.
De sacerdotijs & sacerdotibus alia quædam.
Dionysii Halicarnassei locus emendatus.

PErsequens quam attuli prouerbialis illius versus expositioně, vel meam potius inquisitionem in eam, addo, etiamsi Plato & Aristoteles *valde senibus mandari sacerdotia* velint, vt nō satis iam idoneis ad aliorum munerum procurationem: tamen ætatis a Romanis

manis præsertim habitam raro fuisse tantam rationem. Nam legimus quidem, Romulum *lege sanxisse ut qui sacris præfuturi essent annum quinquagesimum excederent, e singulis curijs bini*: sed videndum est, an quibuscunque mandata sacerdotia erant, illi ἐφιστάμενοι τοῖς ἱεροῖς dicerentur, aut dici possent. Nam his vtitur verbis Dionysius Halicarnasseus, etiamsi talē ἐπιστασίαν postea ἱερωσύνην appellet. Potius autem assentiendum illi est, qui τοὺς ἐφισταμένους τοῖς ἱεροῖς *antistites sacrorum* interpretatur (pro quo, magis verbū verbo reddens, dixi *Qui præsunt sacris*) quam ei, qui perinde reddit illam vocem acsi τοὺς ἱερεῖς scriptum esset: quam interpretetur *sacerdotes*. Nam si *sacerdotes* omnes ad hāc peruenisse ætatem oportebat, quomodo tam magnus eorum numerus fuisset? quomodo ii quibus sacerdotia iure τῆς συγγενείας debebantur (quas συγγενικὰς ἱερωσύνας, *gentilia sacerdotia* interpretantur: vel *gentilitia*, quod malo) illud ætatis tempus exspectassent? quomodo denique & in mulieribus sacerdotibus eadem lex, aut certe eadem propemodū, non valuisset? Vt omittam, non esse verisimile, etiamsi tot senes ad fungendum sacerdotali munere apti reperirentur, cetera quoque idoneos reperiri potuisse. cetera, inquam, vel in ceteris idoneos, quos idem præter illam ætatem requisisse in illis Romulū scribit. Iam vero, si quibusdā sacris peragendis pueri, etiam, qui modo *patrimi & matrimi* essent, adhibebātur, (ita enim a Liuio appellātur, qui a Dionysio παῖδες ἀμφιθαλεῖς, ex Homero hanc appellationem sumente) quomodo aliis omnibus alios quam senes, aut saltem senectam ætatem iam ingredientes, lex adhibere vetuisset?

Sed apud Dionysium suspicor eum in quo hac de re agit locū, mendosum esse: & vbi legimus, τῶν δὲ κλήρῳ διαιρεθησομένων τοὺς ἱερεῖς, accusatiuum hunc τοὺς ἱερεῖς expungi debere. Auget aūt hoc suspicionem, quod a bono illo viro, Lapo Florentino, primo interprete, video non agnosci: sicut nec a Gelenio: adeo vt in persuasionē suspicio illa transeat: nec dubitem quin aliquis, quum deesse aut relictum esse subaudiendum nominatiuum aliquem putaret, eum quem coniectura assequebatur, margini adscripserit, videlicet τοὺς ἱερεῖς: quum tamen cogitare deberet, Dionysium, si accusatiuum addere voluisset, potius τὰς ἱερωσύνας fuisse additurum, & in iis quę sequuntur omissurum. Sed voluisse nos τὸ τίμιον repetere, constat: quam vocem quum recte (meo quidem iudicio) bonus ille vir *hūc honorem* vertisset & Romulus eum recte sequutus esset, nō debuit tertius, ab vtroq. discedens, *huius honoris pretium* interpretari. Si enim τὸ τίμιον eo sensu dixisset Dionysius, haud apte cum sequentibus illis verbis iungi posse (repetitum δὲν κοινῇ vt dixi) vidisset. Quinetiam participium διαιρουμένων fidelius ille bonus vir interpretatur, dum verbum verbo reddere conatus, dicit, *remq; sorte diuidenda fecit sacerdotia*, quam Gelenius illa verba, τῶν δὲ κλήρῳ διαιρουμένων, vertens, *quidam sortibus committentes*. Nam κλήρῳ διαιρεῖν

est *diuidere seu distribuere eum honorē illis*, siue *inter illos, quibus sorte obtigit*. Sed quoniam multa de hoc loco annotaui, quæ non conferenti cum Græcis Dionysii verbis non multum prodesse poterūt, ea proferam. Ita igitur Dionysius libro 11. de Romulo verba faciens. ἔπειτα, ὅτι τῶν ἄλλων φαύλως πως καὶ ἀπερισκέπτως ὡς ἐπὶ πολὺ πεπολιτευμένων περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἐπιμελησομένων τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῶν μὲν ἀργυρίῳ τὸ τίμιον ἀποκηρύττειν ἀξιούντων, τῶν δὲ κλήρῳ διαιρούντων τοὺς ἱερεῖς (est autem hic accusatiuus, ille quem expungendum contendo) ἐκεῖνος κατ' οὐδέτερα χρηματίζων ἐποίησε τὰς ἱερωσύνας, οὔτε κλήρῳ μεριστάς. Vbi inter alia obserua hasce duas postremas voces κλήρῳ μεριστάς ex quibus apparet κλήρῳ διαιρούντων non aliud sonare quā κλήρῳ μεριζόντων. Quomodo autem κλήρῳ διαιρεῖν vel κλήρῳ μερίζειν τοὺς ἱερεῖς, pro τὸ τῆς ἱερωσύνης τίμιον, diceretur? Quamquā ne hunc quidem genitiuum ex præcedentibus possumus subaudire, sed potius, τὰ τῆς ἱερᾶς ἐπιμελείας ex illis, τῶν ἐπιμελησομένων τοῖς ἱερεῦσι. quum tamen non dubium sit, quin postea τὰς ἱερωσύνας eadem de re dicat, ea voce τὰς τῆς ἱερᾶς ἐπιμελείας (nisi potius & hic nominatiuo contenti esse debemus) intelligens. Nequaquā igitur illa fuerint ad diuersos referéda accusatiuos verba, ἀποκηρύττειν ἀξιούντων & hæc, κλήρῳ διαιρούντων, & quidem τοὺς ἱερεῖς accipiendo pro τὰς ἱερωσύνας: vt fecit postremus interpres, quum vertit *Et alij censeant huius honoris pretium voci præconis subijciendum, alij vero sacerdotia sorte diuidant*. Debuit vero idem, quod ad vocem τίμιον attinet, considerare, si hæc dicta de *pretio* foret, futurum vt ἀργύριον diceretur ἀργυρίῳ ἀποκηρύττεσθαι: quum pretium illud non solum constet argento, sed etiā dici possit argentum esse. Neq; vero tot mihi verbis opus esset, si non alios quam qui multū in Græca sunt lingua exercitati, & iudicio valēt, hæc mea lecturos putarē: sed quoniam nō dubito quin & in aliorum oculos tam doctrina quā iudicio illis inferiorum veniat, istis quoq. consulere & iis quæ considerãda propono, velut χειραγωγεῖν consilium est. Sæpenumero enim ab iis qui huius in re literaria ordinis essent memini me de multis quæ breuiter, dum his similia tractans, & ceteris potius quam ipsis gratificari volens, scripsissem, non paucis interrogationibus postea ἐνοχλεῖσθαι: quod nequaquam contigisset, si non breuitati consulens, multa quæ alioqui adiecturus eram, omisissem. Ac velim certe, quam hic reddo mei consilii rationem, in aliis huiusmodi locum habere locis.

Nunc, ad sacerdotia reuertēs, iis quæ dixi, addo nos etiamsi daremus quod ex mala loci illius Dionysiani interpretatione colligeretur, tamē id huiusmodi non esse vt ad cōfirmandā quæ a Mureto, sicut & ab Erasmo, data est illi prouerbiali versui expositionē, satis momēti possit habere. Neq; enim in exponēdis talibus locis habenda ratio eorū est, quæ ab hoc vel ab illo tantum (quicunq; is sit) decernuntur, & quidē vni tantum vrbi aut regioni peculiaria futura: ac forasse ne ibi quidem diu permansura: sed eorum quæ

omni-

omnium fere consensu & omnibus propemodum in locis recepta esse videmus. Quod si tamē permansisset lex illa de habēda in eligendis sacerdotibus tanta ratione ætatis, quomodo & reliquorū quæ adducuntur in ea, fuisse longo tempore habitam dicere possemus? vt nimirū iidē genere ceteris antecellerēt, & virtute præstantes essent, quinetiā vt opibus sufficienter instructi forēt, & omnes corporis partes integras haberent? Quis enim post Numam tam multa in sacerdotibus requisita fuisse crediderit? Verisimile est autem illam quoq; de ætate cautionē vna spretam iacuisse: atq; hæc omnia tum maxime contigisse quū plebs de communicandis sibi sacerdotiis aduersus patricios certauit. Narrat enim Liuius lib. x. *Certamen iniectum inter primores ciuitatis, patricios plebeiosque, ab tribunis plebis: qui vndiq; criminandorum patrum occasionibus quæsitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperūt, qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesq; plebeios: quorū honoribus nihil præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset.* Estque obseruandum, sicut hic dicit, *Quæ nondum promiscua erant*, sic alibi eidem voci eundem vsum dare, de iis videlicet quæ plebeiis cum patribus communia essent. Sic libro i v. *Tendere ad consulum comitia, quæ nondum promiscua essent.* Alicubi tamen *Promiscua* non sine adiectione dicit, sed illos duos ablatiuos addens: vt ibidem, id est, non eodem solum libro, sed etiam loco, paulo ante præcedentia verba, *Sine quæstoriis quidem comitiis, quæ sola promiscua plebi patribusque reliquisset senatus.* Ibidem vero videmus patres non magni facere, quod salii flaminesque crearentur. *Patres contra* (inquit) *non pro communicatis sed pro amissis honoribus fremere: negare, si ea ita sint, liberos tollendos esse: qui pulsi maiorum loco, cernentesq; alios in possessione dignitatis suæ, salii flaminesq; nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperiis ac potestatibus relinquantur.*

Fateor tamen, si sequamur Dionysium Halicarnasseum, initio libri quinti, in eo qui primus sacrorum rex appellatus fuit creando, rationem ætatis habitam fuisse: sed a Liuio nullam huius rei mentionem fieri dico: *regem sacrificulum* (nisi *sacrificum* potius scribere oportet) appellatum, tradente: & nomē eius, quod a Dionysio positum fuit, omittente. Neq; vero idem Dionysius quidquam de ætate dicit, vbi narrat, *Iulo regni loco sacram quandam potestatem attributam, quæ potior esset regia* (quamuis non βασιλείαν sed ἱεραρχίαν dicat) *ob vitam tum magis securam, tum etiam magis quietam.* Nisi quis *magis otiosam* malit interpretari. Fuisse autem etiam delicatam ac genio indulgentem vitam sacerdotalem, testantur duo quæ prouerbialiter iactata fuerunt, *Saliares dapes, & Pontificales cœnæ.*

SCHEDIASMA XX.

Prudentia cui potissimum ætati insit.

Dionysium Halicarnassеum in ferenda de hac re sententia nõ solum sibi non constare, sed varie inconstantem esse.

In Dionysio emendata quaedam.

VErsauero partes in omnes illam versus illius prouerbialis expositionem, si hoc quoq; problema expediuero, *cui potissimũ aetati insit prudentia.* Quamobrem & hoc a me fiet. quod fieri nequit tamen, quin & hic in Dionysii in Halicarnasseum inquiram. itaque & hoc faciendum fuerit: si tamen prius Solonis in mediũ attulero sententiam. Apud eum enim inter illa, quae de hominis aetatibus scripsit ἐλεγεῖα, legimus de sexta hebdomade, id est, de anno aetatis XLII.

Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς,
Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.

Sed quamuis dicat hominis νόον hac aetate καταρτύεσθαι, tamen sequitur apud eum, de anno XLIX.

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσιν μέγ' ἄριστος,

Ita enim legendus hic versus, nõ vt in editione Adriani Turnebi,

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μετ' ἀρίστης.

Ceterum in illo priori loco, vbi νόον ἀνδρὸς scribit καταρτύεσθαι, intelligo νόον de *mente:* in posteriori νοῦν de *prudentia.* At interpres Gelenius vidit quidem, vocabulum istud priori in loco non significare *prudentiam.* sed in posteriori, an contra eo id significari viderit dubium esse alicui potest, quum in sua interpretatione id omiserit. Nam versum illum cuius initium est, Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτ. & pentametrum ei annexum ita vertit,

Sexta aetas animo si quid deest, addet: eaq;
Disces quid deceat, quid quoq; dedeceat.

At sequentes duos, sic.

At quae succedunt per proxima ter duo lustra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquiis,

In qua interpretatione vides omnino non agnosci vocabulum illud νοῦν. Suspicor autem id ab eo fuisse praeteritum, tanquam superuacaneum, quod iam in elegeio quod proxime istud antecedit, positum fuisset. Sed in mentem venire illi oportebat, quae de duplici vsu huius nominis paulo ante dixi: & hac ipsa *mentis* appellatione potius vti: sicut ego vsus sum, ita vertens,

Mens in sexta ad res instructa est iam satis omnes.

Vix enim quidquam aptius in mentem venit ad exprimẽdum verbum καταρτύεται: quod adeo apte dici de mente existimauit Plutarchus, vt φρενὸς κατηπηγυίης dixerit, significare volẽs *Mentis stabilis & composita,* sicut Budaeus vertit. Ego non minus libenter *solidam mentem* dicerem: & apud Solonem,

Hebdomade in sexta mens res solidatur ad omnes.

Nec vero placet pentametri interpretatio illa,

—eaq; Disces quid deceat, quid quoq; dedeceat.

Nam

Nam valde a nimis sane remota hæc esse videmus ab illis Græcis,

Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἐστ' ἀπαλὰ καὶ τὰ ἔθ.

Quæ ita reddo (scribens potius ὁμῶς quam ὁμως.

Nec iam rebus ei est dedita mens leuibus.

Ad se iuens vero elegeiun quod attinet, in cuius interpretatione præterit ille Gelenium voce νοῦ dixi, eius post nouem versum deprauatum esse, persuasum habeo at priorem ita reddo,

Septima in hebdomade est mens illi linguaq; præstans

At pentametrum deprauatum esse, plane persuasum habeo, (vt iam dixi) præsertimque in priore parte. quum nec ferri quidem possit in eo ἀμφότερα, nisi cum licentia. Gelenius quidem certe quiduis potius quam quod illa verba præ se ferunt est interpretatus.

Sed libet paulo vlterius pergere, ac proxime sequentis elegeii quam ille putarit & quam ego ab illo dissentiens, esse putem sententiam tanquam ἐπιμετρον addere. Ita igitur Solon,

Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,

Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν, γλῶσσά τε καὶ σοφίη.

Ita ex Solone Gelenius,

Nona ætas languet, tum frigida membra retardant

Virtutem non vnquam interitura animi.

Ita ego,

At minus in nona mens illi linguaq; pollet,

Quam præstare aliquod forte queant vt opus.

Vbi μεγάλην ἀρετὴν reddo *aliquod forte opus*, a Solonis sensu minime discedens: quum μεγάλη ἀρετὴ sit *magni alicuius & fortis operis effectrix*: sed interdum etiam *magnum aliquod & forte opus*, seu *factum*, vel *magna & fortia facta* significet. At σοφίην dico *mentem*: quoniam videtur σοφίην vocare, quod præcedenti elegeio νοῦ vocauerat: quum non posset, sicut alterum γλῶσσα, ita hoc quoque inde repetitum in suum hunc versum includere. Nō dubito enim quin illa duo νοῦ & γλῶσσαν quibus dixerat hominem pollere septima (vel potius a septima) hebdomade, dicat ne in nona quidem vires amisisse: sed eas habere remissiores quam vt aliquid, magnæ quod sit virtutis, præstare queāt. At Gelenius in sua interpretatione, nec γλῶσσαν nec σοφίην agnoscit, id est, illa, tanquam nō agnoscens, præterit (vt paulo ante νοῦ ab eo in septimo elegeio non agnosci dictum fuit) nam his,

Nona ætas languet, tum frigida membra retardant.

Virtutem non vnquam interituram animi,

quis vel vmbram illarū vocum subesse queat dicere? Sed ne, quod a me addi, velut ἐπιμετρον, dixi, faciam παρεργον, finem hic isti sermoni imponam: & de Solonis sententia, quæ nunquam dixi ætati prudentiam alliguat, pauca dicam. Fateor igitur haud satis certe

me an assentiri ei debeam, quum a quibusdam aliis prudentiae laudem aetati huic etiã prouectiori reseruari sciam. Verum conciliari posse videntur hae sententiae, si dicamus ab eo tempore quod ille statuit, initium habere prudentiam, in eo autem quod ab illis statuitur, non solum incrementum magnum sumsisse, sed ad summum peruenisse.

At Dionysius Halicarnasseus tam varie hac de re pronuntiat, ut quae sit eius sententia, dici non possit. Nec in omnibus eius scriptis esse quidquam puto in quo aeque nõ solum sibi non constet, sed varia etiã sit eius inconstantia. Nam libro II de Numa Pompilio agens, dicit *electum fuisse in regem illum, quum & prudentissimae aetatis foret, & formae dignitate regalis esset.* vel, *& formae dignitate regale quid haberet.* Sic ibi enim, ἡλικίας τε τῆς φρονιμωτάτης ὄντα, καὶ ἀξίωμα μορφῆς βασιλικόν. Verum in eodem hac metaphora utitur per parenthesin inter alia, τῆς ἀκμαιοτάτης γὰρ οὐ πολὺ ἀπεῖχεν. Vbi Gelenius illa verba, ἡλικίας τῆς φρονιμωτάτης ὄντα, male interpretatur *Prudentissimos aetatis annos ingressum.* At libro IV. dicentem audimus Tarquinium de seipso ὅτι εἰς τὴν κρατίστην προεληλυθὼς ἡλικίαν τοῦ σώματος καὶ φρονήσεως ἀκμήν, τριάκοντα γεγονὼς ἔτη. ibi enim refert, õ (?)cens Tullio eique suam pollicitum operam obtulerat de tradendo ipsi regno simulatque virilem aetatem attigisset. (sed fratrem una comprehendens in aetatis mentione) dicit, ὅταν ἀνδρωθῶμεν ἐγώ τε καὶ ἀδελφός, ἀποδώσειν ὑπέσχου τὴν ἀρχήν. Vbi εἰς ἄνδρας ἐλθόντες iidem qui & ἀνδρωθέντες dicuntur. Neque tamen se ἀνδρωθῆναι dicit id est *ad virilem aetatem peruenisse,* tum demum quum illam aetatem attigit: verum ita loquitur ac si aliquot ante annis ad eam peruenisset. Nam dicit, *Debueras igitur, si, quod aequum postulat facere volebas, quum mihi auitam domum traderes, una cum facultatibus regnum quoque tradidisse: proborum tibi exemplum tutorum proponens, qui quũ regis liberos pupillos in fidem suam accepissent* (neque enim placet ἀναλαβόντες reddere simpliciter *Quum accepissent*: sed fortasse satius fuerit reddere *Quum in tutelam suam accepissent*) *factis viris paterna & auita imperia recte iusteque tradiderunt.* Quibus addit eadem μηδέπω τοῦ φρονεῖν ἧς προσῆκεν ἐφαινόμην, ἀλλ' ἔτι διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας οὐχ ἱκανὸς εἶναι πόλιν τηλικαύτην διοικεῖν· ὅτε εἰς τὴν κρατίστην παρῆλθον ἡλικίαν τοῦ σώματος καὶ τῆς φρονήσεως ἀκμήν, τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μετὰ τοῦ γάμου τῆς θυγατρὸς ἔδει καὶ τὰ τῆς πόλεως ἐγχειρῆσαι πηδάλια. Sed repono ἐγχειρίσαι, ab ἐγχειρίζω. *Quod si (inquit) tibi nondum quantum decebat sapere, nec propter iuuenilem aetatem ad tantae urbis administrationem idoneus esse videbar: saltem, postquam ad praestantissimum corporis & prudentiae vigorem perueni, factus trigenarius, una cum filiae connubio urbis gubernacula committere etiam oportebat.* Obseruandum est autem, illum non satis proprie loqui, quum sibi tribuat iuuenilem aetatem, & tamen iam se inter τοὺς ἀνδρωθέντας fuisse, ἢ τοὺς εἰς ἄνδρας ἐληλυθότας, putauerit. Quomodo enim idem & iam ἀνδρ-

& iu-

& nihilominus adhuc νέ@- dici potest? Quinetiam, quum alii in trigesimo demum anno virilem ætatem statuant, perinde hic loquitur (vt dixi) ac si ante illud tempus eam attigisset. Scio alioqui & vigesimum octauũ annum virili ætati, vel potius eius principio, assignari, assentiente etiam Hippocrate (qui usq; ad annũ XLIX. eam extendit: & quidem hunc comprehendens) sed videtur hîc de tempore quod pluribus etiam quam duobus annis trigenarium præcesserit, intelligi velle quod dicit: at suspicor de vigesimo quinto saltem intelligi a nobis id debere. Atq; ita dicemus illũ ne trigesimo quidẽ anno potitũ sui regno fuisse, quo potiri vigesimo quinto debuerat, si Tullius stare promissis voluisset: imo vero ne anno quidem quadragesimo quarto id illi cõtigisse, vt ex paulo post sequentibus verbis eius apparet. Sed iam alium ad locum transeundum est ex iis, vbi aliud tempus virili ætati statuitur: si prius emendationes duas præcedenti adiecero. Earum vna est, vt ante ὅτι εἰς τὴν κρατίστην περιελθόντα τὸν τε σώματος καὶ τῆς φρονήσεως ἀκμὴν, legamus, ἀλλὰ νῦν, vel ἀλλὰ νυνὶ. Altera, vt in sequenti periodo ante πράξεων vel ἔχων vel ὄντα ponamus. Atq; hæc emendatio magis priore necessaria est.

Iam duobus in locis duo diuersa tempora ætati prudenti, seu prudentiæ capaci saltem, apud Dionysiũ dari vidimus, hic quidẽ annum trigesimum at vbi de Numa sermo illi est, annum quadragesimum, aut eam quæ nõ longe re nota est ab illa, ætatem. Nunc eandem tribui laudem ostendam & ætati, quæ longe infra trigesimum annum est, & illi quæ longe non trigesimum tantum sed etiam quadragesimum superat: meritam quidẽ hanc (meo iudicio) at illam, immeritam. Legimus igitur libro IV. *de Tarquinio, illum ex Etruria cum tota familia migrasse quũ esset* ἐν τῇ κρατίστῃ τῶν φρονεῖν ἡλικίᾳ. id est, *in ea ætate qua homines prudentia præstant*: siue, *qua potissimum valent prudentia*. Ac paulo post tamen *tempus illud fuisse annum vigesimum quintum scribit. Alius igitur quispiam* (inquit) *hoc pro confesso poneret, illum triginta minimum annos natum inde migrauisse: quoniam leges ab hac ætate plerunque vocant eos, qui imperium aliquod obtinere & rempubl. administrare volunt: at ego hanc migrationem anno vigesimo quinto tribuo*. Quid? tu, hæc licet bene, Dionysi, recordaris te laudem illam ei, qua migrauit ætati dedisse laudem haud sane paruam, & quam ne ipse quidem illi iuuenili ætati soles tribuere.

Vt autem a loco vbi ætatem laude hac dignatur qua indigna est, ad alterũ transeam in quo eam illi ætati tribuit, quæ ea dignissima est, ad quartum illum mihi reuertendum est librum. In eo enim Tulliã, Tullii filiarum alteram, audimus marito suo Tarquinio dicentem, *Quid? an infirmia iuuentus & qua ab eo longe abest, vt supere quantum satis est [illegible] reipubl. at propter hanc non æquum censes rempubl. a te administrari? Imo vero propemodum es*

quinquagenarius. Ita est autem natura comparatum vt inter homines ii potissimum, qui circa hanc ætatem sunt prudentia magis quam in alia vlla valeant. Hæc illa: sed turpe hoc, vel potius turpissimum, nos in sententia mulieris ore pronuntiata, magis quam in iis, quæ viri eadem de re apud eundem scriptorem pronuntiant, veritatem cernere. Quid dico apud eundem scriptorem? imo vero in illis etiam quæ nõ solum apud eum, sed ab eo super hac re dicuntur, magis & experientiæ & rationi consentanea loqui eam fatendum est. Nam, vt vnius sim loci contentus testimonio, vbi de Numa Pompilio agit, sua ipsum in persona (vt vulgo loquimur) pronuntiantem audimus, *nullam ætatem magis prudentia valere, quam quæ est quadraginta, aut circiter, annorum.*

Verum habeo hic (antequam ad sententiæ mulieris illius confirmationem veniam) de quo lectorem moneam: nimirum, vt in huiusmodi locis ab iis interpretibus, qui libertate vti volunt, sibi caueat. Quis enim, audita apud Dionysium illa fœmina, deinde audito Gelenio, aliam huius quam illius super ætate prudentiæ capace sententiam esse non affirmet? Dicit illa, ὃς οὐ πάνυ ἀπόδεις (sed repono ἀποδεῖς, ne omnino contra consuetudinem Græcæ linguæ loquatur) πεντηκονταέτης εἶναι. id est, *qui quum sis quinquagenarius parum abest:* vel breuius, *qui ferme es quinquagenarius:* At interpres ille, *Quum sis quadragenario maior.* At quis non videt quantum inter hæc sit discriminis? quis non videt tantum propemodum esse, quantum inter decem annos est interualli? Nam qui vel vno mense quadragesimum annum excesserit, quadragenario maior dici potest. Doctus tamen vir fuit Gelenius, sed libertatem potius quam cautionem suis interpretationibus adhibere solitus, ideoq; de iis quos Latinos fecit scriptoribus, plerisque in locis male meritus. Ecce enim, quum hoc in loco ita redditto, vt reddi debet, habeamus sententiam non solum experientiæ & rationi consentaneam, sed etiam cum ea quam Solon pronuntiat conuenientem: contra, vt ille interpres eum vertit, de annis decem aut circiter inter eas cõtrouersia fuerit. Solon enim (vt antea dictum est) scribit, de septima hebdomade, quæ ad annum XLIX. peruenit,

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσιν μέγ' ἄριστος.

Simul vero videndum est vt cautionem his adhibeamus locis, vbi dicuntur homines hac vel illa ætate maxime prudentia valere: nimirum vt intelligamus, si in vlla ætate in ea maxime, vel in ea potissimum. Ideoq; locum Dionysii in quo legimus, κράτιστα δὲ ἐν ταύτῃ φρονεῖν πεφύκασιν οἱ περὶ ταύτην μάλιστα γενόμενοι τὴν ἡλικίαν, verti *Ita est autem natura comparatum, vt inter homines ii potissimum* (quod aduerbium omitti etiam potest) *qui circa hanc ætatem sunt, prudentia magis, quam in alia vlla valeant.* Alioqui plurimos esse notissimum est, qui nulla in ætate multum prudentia valeant, nec

pau-

paucos qui non tantum haud multū, sed vix aliquantum ea valere dici queant. At, quod de κορώνῃσι apud Dionysium, idem de ἄρσεσιν illo Solonis versu iudicandum est. Perinde est enim ac si diceret, αὐτὸς ἑαυτοῦ ἄρισος, vt Græci nonnunquam loquuntur.

Ad confirmationem autem illius sententiæ a nobis pronuntiatæ magni nobis esse ponderis debet, præter Solonis & quorundam aliorum testimonia, etiam illud quod solitum apud Athenienses proclamari a præcone, Æschines quoq; auctor est (vt dictū antea fuit, pag. 79) τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. id est, *Quis verba facere vult ex ijs, qui annum quinquagesimū excesserunt?* Et vero in Romana historia passim videmus, non ante illud tempus τὴν τῆς φρονήσεως ἀκμὴν (vt Dionysius loquitur) a quoquam exspectari.

SCHEDIASMA XXI.

De Virilis etiam ætatis annis *controuersiam inter scriptores esse.*

De nomine ætatis quæ virilem proxime præcedit, *& de nomine eius quæ eandem proxime sequitur.*

In Solonis versibus emendata quædam.

Homerici loci expositio, ex quodam nondum edito scholiaste petita.

SChediasmate hoc (quod præcedentis velut appendix erit) de *virilis* itidem *ætatis annis* libet verba facere: & quam hic quoque inter se dissentiant scriptores, ostendere: simulque, quorū sententiæ magis standum videatur, declarare. Vt autem a Solone (cuius auctoritate & antea nitebamur) initium sumam, huc pertinēs eius ἐλεγεῖον est huiusmodi,

> Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδεσσιν ἄριστος
> ἰσχύν, οἵ τ᾽ ἄνδρες σήματ᾽ ἔχουσ᾽ ἀρετῆς.

Ita enim scribendum, non παῖς τις ἐν ἑβδομάδεσσιν. Fortasse autem & pro ἑβδομάδεσσιν scribendum ἑβδομάδ᾽ ἐστίν, vt ita totus ille prior versus legatur,

> Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδ᾽ ἐστὶν ἄριστος.

Quinetiam in posteriori pro οἵ τ᾽ ab eo ἥν τ᾽ scriptum fuisse, propemodum venit in mentem suspicari. Ceterum Gelenius sic vtrūque Latinum fecit,

> *Quartus id augebit iam septenarius, isq;*
> *Optima virtutis proferet indicia.*

Pendet autem illud elegeion ex illo præcedente, quod ita verterat,

> *Annis ter septem prima lanugine malas*
> *Vestiet, ætatis robore conspicuus.*

In illo igitur, vbi dicitur, *Quartus id augebit iam septenarius*, non dubium est quin *id* referatur ad robur. Ceterum neque huic versui, neque pentametro qui hunc excipit, *viri* appellationem inseruit: quod tamen facere necesse erat, sicut ab ipso Solone ἄνδρες poni videmus. A me certe factum id fuit, in hac inter-

pretatione (in qua sequor eas quoq; quas proposui modo emendationes.)

Hebdomade in quarta sunt summa in corpore vires:
Inque viris virtus quanta sit aspicimus.

In hac, inquam, interpretatione sequor illas meas coniecturas, ἑβδομάδ' ἐστὶν, & ἧς τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς vt perinde ac si diceret, *homines, qui tum demum viri appellari possunt, suæ virtutis indicia dare, quanta ea futura sit, vtpote corporis robore tum ad summum gradum perueniente.*

Ceterum in eo, quod hoc consequitur de quinta ætatis hebdomade elegeio, ἀνδρῶν iterum fit mentio, *& iam tempus esse dicitur, vt de ducenda vxore cogitent.* Sed singulari, non plurali, vtitur, cogente versu. Tale enim est illud quoque elegeion,

Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
Καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.

Quod elegeion ita vertit Gelenius, ne in eo quidem vllam viri mentionem faciens,

Adde alios totidem, festinans ocyus ætas
Coniugio monuit quærere progeniem.

Ego sic, verbum verbo propemodum reddens,

Coniugij in quinta est tempus meminisse, volentem
Victuram post se quærere progeniem.

Neque enim ὥριον cum nomine ἄνδρα iungere oportet, sed accipere pro ὥριόν ἐστι. Imitatum autem puto Solonem hoc in versu illum Hesiodi,

Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.

Ceterum animaduertendum est, quum in elegeio, quod proxime antecedit istud, virilis fiat ætatis mentio, eam in isto continuari, tanquam videlicet illa ab anno XXVIII. initium sumente, & vsq; ad XXXV. perueniente. Nam quod sequitur,

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσιν μέγ' ἄριστος,

non itidem ad virilem pertinere ætatem existimandum est. Nisi quis forte Hippocratem hac in re sequi velit, huic ætati idem initium quidem statuentem, sed ipsius terminos vsque ad annum XLIX. proferentem. Verum de numero eum hic sequentium nequaquam fuerim.

Quid? an Homeri Hesiodiq; testimonia locum hic nullum habebunt? Imo vero habebunt quidem locum, sed non eum quem alia quædam eorum aliis in rebus testimonia obtinent. Ac primū de hoc admonitum lectorē velim, de quo iam in meo Græcæ linguæ Thesauro admonui. Ibi enim, postquā ἥβης μέτρον ex Homero, ἥβης αὐτὸς ex eo pariter & Hesiodo, ἥβης ἀκμὴν ex Sophocle attuli, etiam de vocabuli huius vsu præfatus hoc sum, poetas, præsertimq; Homerum & Hesiodum *pubertatis tempus longius extendere,* ac certe vsq; ad *ætatis florem* interdum: quum Homerus non solū

αὐτὸς

[illegible] tribuat ἥβην sed etiam [illegible] videns, eius [illegible] est. [illegible] Quibus subiungit illum Homeri versum ex Iliad. Καὶ δὴ ἴχει ἥβης αὐτὸς, ὅτε κράτος ἐστὶ μέγιστον: scholiastem τὸ ἀ[illegible] τῆς ἀκμῆς dicens exponere. Quid Eustathius quidve quid hunc in locum scribat, legere omnes possunt: sed quod in quibusdam scholiis, quae nondum edita sunt, & quae quam pauci libris egere dantur, hunc in locum annotatum inveni, id vero te non celabo: si prius de duplici versus illius scriptura verba fecero, & quidem ex hoc etiam ipso scholiaste. Sciendum est igitur legi,

Καὶ δὴ ἴχει ἥβην αὐτὸς, ὅ, τι κράτος ἐστὶ μέγιστον,

ut ὅ, τι sit pronomen relatiuum: vel ὅτι κράτος ἐστὶ μέγιστον, ut ὅτι sit temporis aduerbium. Ab illo autem hypomnematiste, utramque scripturam agnoscente, scribitur ὅτι sit temporis aduerbium, futurum hunc esse sensum, *Quum circa virum unumquemque suum robur viget*: at si duae sint orationis partes, ita, *Quod est viro robur maximum*: videlicet, *esse in aetate cuius maximus est vigor*. Eius verba sunt, τὸ δὲ ὅτε καὶ μὴ ἡ χρονικὸν (subaud. dum est ἐπίρρημα) ἔσται ἡ διάνοια οὕτως, ὅτι ἀεὶ ἑκάστου ἀνδρὸς ἡ οἰκεία ἰσχὺς ἀκμάζει· καὶ εἰ ἡ δύο μέρη λόγου, οὕτως, ὃ ἐστιν ἀνδρὶ κράτος μέγιστον, τὸ ἐν τῇ ἀκμαιοτάτῃ τῆς ἡλικίας εἶναι. Vbi observa, eum vel etiam scribi ὅτι (quum scribi soleat ὅ, τι, interiecta discriminis caussa, notula, quam virgulam appellamus) ut duae sint partes orationis.

Verum, ab his ad id quod maioris est momenti veniam, ab illo scholiaste hunc in locum annotatum, & eum in quo versamur sermone pertinens. Τοὺς (inquit) τὴν [illegible] τῶν ἐτῶν οἱ δὲ τῶν μ. Et rationem addit qua nituntur illi, qui de quadragenaria aetate intelligunt, ἐπεὶ καὶ ὁ Ἡσίοδός φησι, Τοῖς ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο. Est autem hic versus apud Hesiodum in poemate, quod Ἔργα inscriptum est. Postquam enim comparare boues iussit, & quidem quales describit addit,

Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,
ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον·
ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι.

Quis vero tam diuersas expositiones non miretur? a quibusdam ἥβας αὐτὸς de *vigesimo quinto aetatis anno*, ab aliis de *quadragesimo* fuisse expositum? Nam si alii de *vigesimo quinto*, alii de *trigesimo anno* exposuissent, nec mira nec ratione carens haec discrepantia posset videri: at nō de quinq; sed de quindecim annis esse controuersiā, hoc vero aliquem vel obstupefaciat. Verum hanc tantae discrepantiae rationem afferri posse arbitror, quod illi qui de viginti quinque annis accipiendum id putauerūt, ad illud tempus a quo ἥβης αὐτὸς initium sumebat, respexerunt: at, qui de quadraginta, tempus illud, quo iam ad summū gradum peruenit sibi ante oculos posuerunt. Potius autem annos quadraginta quam viginti quinque (nam hac demum aetate cōsummatum esse robur plu-

qui existimarunt puto dixisse q. illo Hesiodi versu, tanquam praeiudicio aliquo, mentem praeoccupatam haberem? & videri enim (quod & ipsum non immerito quis miretur) Hesiodum in quodam, qui non magno interuallo subiungitur versu, ostendere, se de illo quē *αἰζηὸν τεσσαρακονταετῆ* vocat, tanquam de eo qui adhuc sit iuuenis, loquutum esse. Sequitur enim paulo post,

——τοῦ δ' οὔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
Σπέρματα δάσσασθαι καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.

Quibus ἐπιφέρει,

Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.

Quum enim scribit, *alium qui sit iunior quam ille αἰζηός*, *nequaquā esse has ad res aptiorem*, nimirum in iuuenili adhuc aetate illum esse censet. Quid? an Hesiodus virilem aetatem in ea, quae quadragenaria etiam posterior esset, constituebat? Nequaquam, vt opinor: sed *virilem aetatem a iuuenili non distinguebat*, verum intra eius terminos includebat. Colligere est autem ex his, Hesiodi seculo homines tales fuisse quibus & robustissima corpora, & (quod huiusmodi corporibus est consentaneum) longissima vita esset.

Haec autem quum ita sint, non immerito dubitet quispiam quoto aetatis anno vxorem a suae aetatis hominibus (& valde robustis illis quidem & longaeuis, vti dixi) ducendam esse censuerit. Audiat igitur,

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων,
μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.

Audis *circiter annum trigesimum vxorem ducere iubentem:* ita quidem vt quis nec longe a trigesimo absit, nec multum eum excedat. Atq. ita maturius etiam quam censeat Solon, eos quibus scribebat, maritos fieri iubebat, aut saltem consilium hac de re dabat. Nam Solon, ait vt antea retuli,

Πεμπτῇ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι.

Incidit autē haec quinta hebdomas in annum XXXV. Obiter porro & hoc animaduertendum, ὥριον, quod legimus hic in mentione γάμου, videri posse ex imitatione illius Hesiodei esse hemistichii, γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.

Quod autem ad sequentem Hesiodi versum attinet,

ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο,

in eo magis proprie verbo ἡβᾶν vti sciendum est, quam vtatur Homerus ἥβης appellatione in illo, qui supra examinatus fuit versu. Neq; enim dubium est quin de illa *pubertate* loquatur, quam significabant solutae orationis scriptores, quum annos ἀπὸ τῆς ἥβης numerarent dicentes οἱ δέκα ἀφ' ἥβης, & οἱ πεντεκαίδεκα ἀφ' ἥβης, vsque ad τοὺς τετταράκοντα ἀφ' ἥβης: quod apud Xenophontem a Budaeo quoq; lectum, sed non intellectum fuit; alibi rursum hoc loquendi genus, quoniam & ad intelligendum illud Hesio-

deum

ετιam magno nobis esse adiumento potest) at Homerus ἥβης appellationem ibi latius extendat.

SED IAM tempus esse puto vt a priscis illis ad eorum posteros veniam & quidem ad eos qui satis longo illis interuallo successerunt: etiamsi ille a quo sermonis huius initium sumā, non ita magno fortasse interuallo illis successisse existimari potest. Is enim est Tarquinius, Romanorum rex & primus cui datum Superbi cognomen fuit. Eum audimus apud Dionysium Halicarnasseum *de se loqui tanquam virilem ætatem habente, tum etiam quum a trigesimo anno procul abesset*: ac scimus ex iurisconsultis plerosque eam ætatem *vigesimo quinto* tribuisse. Quamobrem non est quod Tarquinium ita loqui miremur: sed mirum videri potest, quod se, quamuis ἀνδρωθέντα, siue εἰς ἄνδρας ἐλθόντα, tamen ponere in numero τῶν νέων pergat. Nam Tullium compellans, & ei quod promissis non steterit, de dando ipsi, postquam vir factus esset, regno, obiiciens: addit, εἰ δὲ μὴ ταῦτα σοι φαίνεται (?) ἐφ' ἡμέραν, ἀλλ' ἔτι διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας ἔχ᾽ ἱκανὸς εἶναι πόλιν τηλικαύτην διοικεῖν. Quem locū memini me inter præcedentia Latinum fecisse: sed quæstionem de vocis νέον interpretatione non proposuisse, quam tamē dignam quæ proponatur existimo. Nam si quis τὸ νέον τῆς ἡλικίας, *iuuenilem ætatem* reddat, virilem cum iuuenili, siue iuuenilem cum virili cōfundat necesse est. Nec video quomodo aptius hic nodus siue in hac siue in Græcā solui lingua queat, quam si dicamus, sicut est senectus, quæ ita dicitur simpliciter, & absque adiectione vlla, & senectus quæ prouecta vocatur: ita etiam *iuuentutem* ἁπλῶς, & *iuuentutem* μετὰ προσθήκης *prouectam* posse dici, in quam virilis ætas ingrediatur.

Vbi tamen scribit idem Dionysius *leges plerunq; ab anno ætatis trigesimo vocare illos, qui aliquod imperium obtinere & negotia publica tractare volunt* (scribit autem libro I V. non procul a principio) innuere videtur, hanc ætatem potius quam quæ est viginti quinq; annorum tantummodo, pro virili habitam fuisse. Atq; adeo Tarquinius postquam dixit Tullio, *Saltem mihi iam tricenario cum filia tua reipubl. etiam gubernacula tradere debueras*, addit, *Ea certe tu ætate & familia nostra tutelam & regni gubernationem suscepisti.* Quinetiam audimus Tanaquilem hortantem Tullium, qui illi pueros Tarquinios commendat, ὅταν δὲ εἰς ἄνδρας ἔλθωσι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν ἱκανοὶ γένωνται, τὸν πρεσβύτερον αὐτῶν ἀποδεῖξαι βασιλείων ἡγεμόνα. & ita ingressum in virilem ætatem cum negotiorum publicorum seu rei publ. administratione coniungentem. Vnde nō immerito & ipsa tempus illud in trigesimum, aut circiter, incidere annum, videri potest existimasse. Nec dubium certe quin, si ante administrationi maturum tempus exspectari debeat, illam talem exspectare ætatem oporteat. Eo q. minus ex ... possit videtur, quod illam viginti quinque annorum ætatem tam honori-

fico titulo ornat. vt etiam τὴν κορωνίδα τῶν φρονίμων ἡλικιῶν appellet, (quemadmodũ ante docui) quum aliàs multo prouectioribus ætatibus hanc laudem multo iustius tribuat. Narrat aliquis idem libro VII. *Aristodemũ Cumanorum tyrannum, postquam pueros praua educatione corruperat, in virorum numerum solitum recipere, vbi ad vigesimum annum peruenissent.*

Quam autem *virilem togam* vocabant, iis etiam qui tantũ *adolescentes* essent, datam fuisse, vel ex Valerio apparet qui de M Cotta loquens, *Hanc pietatem* (inquit) *æmulatus M. Cotta, ex ipso die quo togam sumpsit virilem protinus vt e Capitolio descendit, C Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postulauit, peractumq; reum iudicio afflixit* quibus tanquam per epiphonema, addit *& ingenium* (sic tamen ita scripsit) *& adolescentiam præclaro opere auspicatus.* Sed quosdam eam maturius quam alios sumpsisse, vel ex Papinio liquet, *properatam togæ libertatem* dicente,

Quem non corrumpit pubes effrana, nouæq;
Libertas properata togæ.

Quibus verbis alludit etiam ad alterã huius *togæ* appellationem, qua & *libera* dicebatur.

Sed in danda virili toga non semper obseruatum fuisse *eundem annorum numerum*, vel ex eo credibile est, quod ne de sermone quidem harum ætatum, adolescentiæ & iuuentutis in suo sermone exacte custodiebãt. Nam quis iuuentuti potius quam adolescentiæ conuenire non dicat, quod adolescentiæ tamẽ tribui a Cicerone videmus, quum eam *florem ætatis* appellat? *Vestibulum floris ætatis* ea vocari possit: præsertim si iis iurisconsultis assentimur, a quibus *adolescẽs* esse dicitur, qui inter annum decimum quartum & decimum quintum ætatem agit: sed *florem ætatis* eam appellare posse non videmur, quin iuuentuti iniuriam faciamus, & laudẽ ei debitam eripiamus, sicut ἀκμὴν ἡλικίας & ἀκμάζουσαν ἡλικίαν Græci eam dicebant. Ac viderint sane illi iurisconsulti quomodo, quod de adolescentiæ tempore scribũt tueri possint: quum videamus alios hanc ætatem non longius quam vsque ad vigesimum annum extendere, sumto a fine pueritiæ initio (quam finiri anno duodecimo volunt) ac necesse sit, adolescentię terminos ad illud vsq; tempus proferendo, iuuentuti terminis multum detrahere, aut cum virili ætate eam cõfundere. Ipsa profecto vox *Adolescens* si consideretur, nos monebit de eo dici, *cuius corpus incrementum sumit*: quũ perinde sit ac si diceretur, *Is qui adolescit*, vel *cuius corpus adolescit*: quamdiu nimirum crescit in longitudinẽ corporis, & primã lanuginem producere incipit. vt Plinius loquitur. Cuius lanuginis tempore est ille νεηνίης Homericus, πρῶτον ὑπηνήτης, nec minus qui ab Hippocrate dicitur μειράκιον. Scribit enim, μειράκιον δ' ἄχρι γενείου λαχνώσιος ἐς τὰ τρὶς ἑπτά. At νεανίσκος ille est ætate prouectior, & quod de crescente corpore dictum modo fuit, huic ab aliis tribuitur,

buitur, & quidē, ad annum vsq; XXVIII. scribit enim, νεανίσκος δ᾽ ἄχρις αὐξήσιος ὅλου τοῦ σώματος ἐς τὰ τετράκις ἑπτά. Sed animaduertendum est, generaliter illum de incremento corporis loqui, non de eo tantum, quod capit crescendo in longitudinem. Ac conueniunt certe cum his Hippocratis ea quæ a Solone de quarta illa hebdomade dicuntur.

Nvnc & de nomine ætatis quæ *virilem proxime præcedit*, & de appellatione eius, quæ eandem proxime sequitur, pauca (vt hic quoque item promisis) dicenda sunt. Ita igitur censeo, ætatem quæ proximo gradu virilem præcedit, aliter quam *iuuentutem* a Latinis haud posse appellari. Nec est quod quis obiiciat, eos qui virilem iam ætatem sint ingressi, interdum tamē adhuc *iuuenes* dici, sicut antea monui. Neq; enim dubium est quin talis vsus illius nominis acyrologiam habeat, etiamsi quis non simpliciter *iuuentutem*, sed *prouectam iuuentutem* dicat. At vero apud Græcos, quāuis νεότης respondeat Latinæ *iuuentutis* appellationi, tamen videmus, Hippocratem non ἀπὸ τοῦ νέου sed ἀπὸ τοῦ νεανίσκου, transire ad ἄνδρα: atque eo quem νεανίσκον vocat septem annis priorem facere quem μειράκιον nominat. De quibus vocabulis & paulo ante dictum aliquid fuit.

At quæ *virilem ætas* excipit quamnam alium (dicet aliquis) quā *senectutis* habere ὀνομασίαν potest? Habet certe apud Græcos aliā, quam quæ senectuti plane respondet, si Hippocrati credimus qui πρεσβύτην inter ἄνδρα & γέροντα ponit: & postquam dixit quempiā esse ἄνδρα vsq; ad annum XLIX. addit esse postea πρεσβύτην, ad annum vsque LXVI. & ab hoc tempore esse γέροντα. Sed quid huic πρεσβύτου appellationi respondere apud Latinos existimabimus? Dici fortasse poterit ei respondere *Senior*, ei dando illum quem comparatiua nomina interdum accipiunt, vsum, quo minus aliquid, quam ipsa positiua sonant. At vero πρεσβύτου quidem *senectutem*, vel simpliciter *senectutem*, vel *Senectutem viridem*: (nisi & *Crudam senectutem* cum Virgilio dicere nobis permittamus, qui Græcum ὠμογέρων ita loquendo imitari voluit) eam autem quæ γέροντος est, *Senectutem prouectam*.

Schediasma XXII.

Ætatis gradus *nonnullos interdum a scriptoribus confundi.*

Admonitio quædam hic a me lectori proponetur, propter quam & hoc Schediasma, præcedentium videri poterit velut appendicula, quatenus in eo etiam de ætatum gradibus aliquid dicetur.

Meminisse igitur eum velim, nonnullos esse ætatū gradus quos interdum confundant scriptores: sed præsertim pueritiæ gradum cum adolescentiæ, adolescentiæ cum iuuentutis gradu confundi. Ac frequentius tamen quod hic est quam quod illic discri-

men tolli. Apertissimum huius rei exemplum habemus apud Liuium cum alibi, tum libro XL. vbi discordiam Persei & Demetrii, Philippi regis filiorum, commemorat, & quomodo in ea se pater ipse erga vtrunque gesserit. Demetrium enim quum antea non semel *iuuenem* vocasset, tandem, vbi eius de morte verba facit, *adolescentem* appellat, *Prospicientes* (inquit) *animo exitum incauti a fraude fraterna iuuenis.* Et aliquot paginarum interuallo iterum *iuuenem* appellat: (an etiam in iis, quæ interiecta sunt, videndum tibi relinquo) *Quum simplicitatem iuuenis incauti captaret.* Aliquanto post autem, mortem eius narrans, vel potius eius morti iam narratæ indolescens, *Ita innoxius adolescens, quum in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent, interficitur.* Hic porro meminisse eius oportet, quod præcedenti Schediasmate dictum fuit, de Cicerone *florem ætatis adolescentiæ* tribuente, & ita quod iuuentutis potius est, finibus adolescentiæ includente.

Aliud eiusdem in confundendis ætatum nominibus licentiæ exemplum habemus libro XXIV. vbi de Hieronymo agit, nepote Hieronis, illi in regnum succedente. Postquam enim dixit, in Sicilia Romanis omnia mutauisse mortem Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem eius translatum, *puerum vixdum libertatem, nedum dominationem modice laturum:* & paulo post adiecit, *veritum fuisse Hieronem ne sub dominatu puerili per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque, interiret regnum:* ac tertio etiam *puerum* appellauit: tamen statim post ab eodem Hierone *iuuenem*, non *puerum*, vocatum scribit. *Itaque* (inquit) *tutores numero quindecim puero reliquit: quos precatus est moriens, vt fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab se cultam, inuiolatam seruarent, iuuenemq; suis potissimum vestigiis insistere vellent, disciplinæq; in qua educatus esset.* Sed obseruandum est, Hieronymum hunc, qui & *puer* & *iuuenis* appellatur, fuisse ferme annorum XV. vt ab eodem scribitur. Nam addit, de tutoribus loquens, *Puerog; in concionem producto (erat autem XV tunc ferme annorum) paucis qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testam. &c.* Ac paucissimis verbis interiectis sequitur, *Deinde ceteros tutores summouet Andronodorus: iuuenem iam esse dictitans Hieronymum ac regni potentem.*

Excusari tamen posset is locus in quo sermonem Andronodori tutoris refert: cui ex puero iuuenis faciendus erat, ad numerum annorum eius addendo, *vt esse regni potentem* (si ita scripsit, pro eo quod est, *regni gubernandi potentem*: vel, *administrationis regni capacem*) persuaderet. Ac fortasse alter etiam ille, vbi ipse Hiero tutores precatus dicitur, *vt iuuenem suis potissimum vestigiis insistere vellent*, ita posset excusari, vt ille de aliquanto post futura ætate loqui diceretur. Et excusemus sane vtrumque: at quod ipse, in sua persona loquens, dicit, *Hanc leuitatem ac inclinationem animi neque*

mirabantur in iuuene furioso, neq; arguebant, quo defendi modo posset? Esto enim plusculum temporis intercessisse: at non iuuenis tamen sed adolescentis appellationem, quam scimus inter illas duas, pueri & iuuenis, intercedere, dare illi oportebat.

Græcos etiam interdum eadem vti libertate, vel potius licētia, poëtas præsertim, me obseruare memini. Quod autem nunc memoria suggerit exemplum, ex primo est epigrammatum Græcorū & libro & titulo. In eo enim Antipater postquā Arian vocauit παῖδα, paulo post ἠΐθεον nominat.

SCHEDIASMA XXIII.

Cuiusdam Græci versus prouerbialis alia expositio, quā quæ a Dionysiodoro Trœzenio allata fuit, & quam sequitur Plutarchus, nec non illi Homeri scholiastes qui nondum editus est.

De suspecta cuiusdam loci Liuij scriptura.

PErcurrens cum Liuii locum, vnde quædam modo attuli, atque hæc de Hieronymo Hieronis Syracusarum regis nepote & successore verba legens, *velut suis vitijs desiderabilem efficere vellet auum*, recordatus sum prouerbialis illius versus,

Τίς πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί;

tanquam cum iis quæ a Liuio dicuntur, conuenientis: si modo in quem scriptus est (meo quidem iudicio) sensum accipiatur, non in quem vulgo accipi videmus. Nam quum *de eo dictum patre* existimem, *a quo filij degenerantes faciunt, vt ab omnibus eius recordantibus laudetur simulq; desideretur*, videmus tamen perinde intelligi ac si diceretur, *patrem non alios quam suos ipsius filios habere laudatores solere*, & quidem filios qui sint κακοδαίμονες non secus quam si dictum esset, τίς ἄλλος τὸν πατέρα αἰνήσειεν ἢ οἱ κακοδαίμονες αὐτοῦ υἱοί; vel ita (eodem sensu) τίς τὸν πατέρα αἰνήσει πλὴν τῶν κακοδαιμόνων αὐτοῦ υἱῶν; Erasmus quidem certe hunc prouerbialem versum ita Latinum facit,

Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis?

Cui interpretationi statim adiicit, *carmē esse vulgo iactatum de ijs, qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirum nihil habentes quod de seipsis verè prædicent*. Et paucis interiectis, addit, *posse in hanc quoque torqueri sententiam, Improbi filij sic laudant parentes, dum illos, ceu bonos desiderat populus, quod hos longe deteriores ferre non possit. Id quod nonnunquam* (inquit) *solet in principibus vsuuenire, videlicet vt quem viuum oderant, mortuum probent ac requirant, filij comparatione, bonum*. Atq; his addit Plutarchi locum, de quo & a me postea dicetur, si prius lectorem monuero, κακοδαίμονας υἱοὺς, vel κακοδαίμονα τέκνα, (nam & ita legitur) non esse *liberos laudis inanes*, vt ille vertit, nouam huic nomini significationem tribuens: nec (sequendo quem plerunque habet vsum *liberos infelices*, seu *infortunatos*, aut etiam *miseros*: sed eos qui sunt *nequam*, vel qui sunt

improbi. Nisi malimus, hæc duo copulantes, (vt interdum copulata inueniuntur) dicere, *qui sunt nequam & improbi.* Ideoq; crediderim interpretandum ita esse illum versum,

Quis patrem laudet, nisi quando est improba proles?

Ita quidem vt (quemadmodum iam monui) intelligamus, non ipsam prolem esse patris laudatricẽ, sed eos qui considerant quãtum hæc ab illo degeneret, tum demum ad eum laudandum incitari: perinde ac si dicerent, *O quam dissimilis filius parenti, qui ita se erga suos gerebat.* vel, *qui talem se suis præstabat.* Quum igitur in illa posteriori Erasmi expositione tria proponantur, eam in vno tantum sequor, in eo nimirũ quod dicit, *quum filij improbi sunt, populũ parentes eorum desiderare.* Nam ne hoc quidem placet, vt parentes non laudentur tanquam boni, nisi contingat vt liberi sint deteriores. fieri siquidem non minus potest, vt qui boni fuerunt, desiderẽtur atque laudentur, quum qui illis succedunt, non itidem boni sunt, sed tam mali quam illi boni erant. Atq; hoc in isto Liuij videre est loco, vbi de Hieronymo tyranno dicitur, *velut suis vitijs desiderabilem efficere vellet auum,* non tanquam auus hic, cui nomẽ erat Hieroni, vitiosus & ipse, minus tamen illo, fuisset: sed perinde est ac si diceret, *Velut eo magis desiderabiles reddere aui sui laude omni dignos mores vellet, quo pluribus & maioribus ipse vitijs abundaret.* Totus enim Liuij locus est hic, *Vix quidem vlli bono moderatoq; regi facilis erat fauor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritate Hieronis: verũ enimuero Hieronymus, velut suis vitijs desiderabilem efficere vellet auum, primo statim cõspectu, omnia quam disparia essent ostendit.* Eos siquidem qui per tot annos Hieronem, filiumq; eius Gelonem, nec vestis habitu, nec alio vllo insigni differentes a ceteris ciuibus vidissent, conspexisse purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisq; etiam alborum equorũ interdũ ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Sed in illius prioris loci initio videndum est ne potius scribendum sit, (libet enim obiter de hoc monere) *succedenti tantæ caritati Hieronis.* Alioqui fuerit post *succedenti* interpungendum (quod *succedenti* male in quibusdã recentibus editionibus mutatum fuit in *succedendi*) & *tãta caritate Hieronis,* non aliter intelligendum quam si dictu esset, *Quum tanta esset caritas Hieronis.* Iam vero & principis alicuius mores posse etiam magis laudabiles quam fuerint, videri, vbi cum successoris moribus omnino prauis cõferuntur, ex Plutarcho discimus, in his quæ vitam Artoxerxis claudũt deque eo dicuntur verbis δόξας δὲ τοῦ αὐτὸς εἶναι καὶ φιλυπήκοος, οὐχ ἥκιστα διὰ τὸν υἱὸν Ὦχον, ὠμότητι καὶ μιαιφονίᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενον, vel potius ὑπερβαλόμενον.

A Plutarcho ad Plutarchum venio, id est, ab illo Plutarchi loco, quo eius prouerbii vsum confirmaui) ideoq; merito aliquis apud eum e regione illius loci margini adscripserit illum, quo de agitur prouerbialem versum, sicut mei exemplaris margo a me adscriptum

ptum habet ad allium in quo expositioné huius prouerbialis versus ex Dionysiodoro Trœzenio affert. Ac sic ut loc s ille, ειτα Artoxerxis clausula est ta hic vitæ mérati inchoat, Παροιμίαν λεγ ... ὁ Πολυκράτης ... μοι δοκεῖ ... (sed ...) ...

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ δυσδαίμονες υἱοί;

Sed Dionysodorus Trœzenius (inquit) illum redarguens, contra propon t verum prouerbium,

Τίς πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί;

& dici ... *us qui ex se ipsis nullius sunt pretij, verum se in maiorum quorundam virtutes insinuant, & in illorum laudibus sunt nimij, silentium imponi.* Verum quan uis Plutarchus huic Dionysiodori expositioni assentiri se ostendat iis quæ subiungit, ego tamen in illa mea, quam protul. sententia permaneo: accipiens etiam κακοδαίμονες in ea significatione, quam dixi: etiamsi Plutarchus sequi se alteram ostendat, quum dicit. ... τῶν ἀπὸ γένους ἀρίστων.

Simul autem ab illo Homeri scholiaste, qui nondum est editus dissentire cogor quum & ipse in hunc versum Homeri,

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι,

annotet ... πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα.

SCHEDIASMA XXIV.

An Liuius satis sibi constet in ijs, quæ de tutoribus Hieronymo Sy*racusanorum tyranno da ... scribit.*

Alia eodem loco dici in quæ inquirendum videtur.

Audam & alia, quæ mihi percurrenti eundem illum Liuii locum, d g a visa sunt in quæ inquireretur, non minus quam id de quo dictum Schediasmate xxii fuit.

Quũ enim scripsit ... Liuius, *Hieronem, tutores numero quindecim puero Hieronymo reliquisse: & morientem eos precatum esse, ut fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab se cultam, inuiolatā seruarent; iuuenemq; suis potissimum vestigijs insistere vellent disciplinaque in quaedoctus esset:* & quum post hæc mandata expiraßet, tut res produxisse: a.. quibusdam interiectis, addidißet *Deinde ceteros tutores summouet Andronodorus, iuuenem esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem: deponendoque tutelam, quæ ijs cum pluribus communis erat, in se vnum omnium vires conuertit:* quum, inquā, hæc legamus de summotis ... tutoribus, paruo tamen interuallo ... *aditus non alienis modo sed tutoribus etiam difficilis: libidines nouæ, inhumana crudelitas. Itaq; ...*

terror inuaserat, vt quidam ex tutoribus aut morte voluntaria, aut fuga præuerterent metum suppliciorum. Quinetiam quædam de tutoribus addit, quibus solis aditus in domum familiarior erat. Atqui eos *summotos* quomodo dicere Liuius potest, deinde hæc de illis addere? Nimirum aut verbo *Summouere* nouũ aliquem dat vsum, (quum tamen illum ipsum quem ceteros summouisse dicit, deposuisse tutelam dicat) aut *tutores* vocare pergit, qui tamen tutorum fungi munere haud pergebant.

Sed in hãc etiam loquendi formã merito quis inquisiturus esse videtur, *præuerterent metum suppliciorum.* Si enim suppliciorũ metus illos ad voluntariam mortem aut ad fugam adigebat, quomodo eum *præuertere* dici possunt? Dicere autem, illum periphrastice *metum suppliciorum* pro *supplicijs* dixisse, non excusare, sed magis accusare esset. Quid? an dicemus illos supplicia non metuisse, sed præuidisse sibi periculum imminere, ne metuenda in posterum essent? & hoc præuidentes, aut morte aut fuga sibi cauisse? Hæc eius si fuit mens, aliter eam declaraturus fuisset, aut saltem declarare debuisse, videtur.

Denique & in hoc nõ immerito inquisiturus quis videtur, an debuerit ita loqui, *aut morte voluntaria, aut fuga.* Quũ enim, sequendo eum vsum quẽ aliqui disiunctiuæ huic dant particulæ, eodem quo hic modo bis positæ, intelligere possimus, *eos partim morte voluntaria, partim fuga illum metum præuertisse;* sed alius etiam se sensus offerat, sequendo vulgarem huius voculæ vsum: ab hac ambiguitate cauere debuisse, merito (vt opinor) dicetur.

SCHEDIASMA XXV.

De spe bona & mala, *(quarum vtramque Græci plerunque plurali numero efferunt, χρηστὰς & πονηρὰς ἐλπίδας vocantes) in alia quã vulgari significatione dictis: ex Platone, Isocrate, & Dionysio Halicarnasseo.*

De spe *quæ a Pindaro γηροτρόφος, id est,* altrix senectutis, *appellatur.*

Ciceronis loci tres ex coniectura emendati.

De vocis Conscientiæ *apud Ciceronem vsu in plurali numero.*

OCculta quædam est significatio harum vocum, *Spes bona* & *Spes mala*, præter vulgarem, & omnibus notam. Apud Græcos autem præsertim scriptores occurrit illa, qui numero multitudinis libentius vtentes, ἐλπίδας χρηστὰς vel ἀγαθὰς, interdum & εὐδαίας dicunt: & vicissim ἐλπίδας πονηρὰς, vel κακάς: sic tamen vt πονηρὰς potius quam κακὰς (quantum meminisse possum) dicant. Pendet porro ex *bona conscientia spes bona,* quemadmodum *spes mala, ex mala conscientia:* quum effectum malæ cõscientiæ effectui bonæ contrarium esse sciamus. Est autem bonæ effectus qualem Cicero locis aliquot ostendit: veluti vbi scribit Sulpitio, *Con-*

siliorum

filiorum meorum conscientia me consolatur. Item vbi dicit *aliquem consolari se conscientia optima mentis.* Sed & in Catone maiore audimus ipsum dicentem, *Conscientiam bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordationem esse iucundissimam:* Scipionem autem in fragm. libri De republ. VI. *Conscientiam factorum egregiorum amplissimum virtutis præmium esse.* Ad illud certe, quod scribit de conscientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatione, pertinet quod scribit Catullus,

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
Est homini, quum se cogitat esse pium,
Nec sanctam violasse fidem, nec fœdere in vllo
Diuum ad fallendos numine abusum homines:
Multa parata manent in longa ætate Catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.

Quum sint autem *malæ conscientiæ* contrarii (vti dixi) effectus, omnino contraria de ea merito exspectabimus: ac talia certe ex Cicerone plerisq; locis audiemus. Sic enim Paradoxo V. *Quid? quum cupiditatum dominatus excessit, & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor? quam est illa misera, quam dura seruitus!* Ac quemadmodum hic *dominatui cupiditatum* succedit *conscientia peccatorum,* sic etiam alibi *æstui cupiditatum* succedere apud eundem videmus. Nam libro De legibus secundo legimus *Vidimus eos qui, nisi odissent patriam, nunquam inimici nobis fuissent, ardentes tum cupiditatum æstu, tum conscientia: quidquid agerët, modo timentes, vicissim contemnentes religiones, iudicia perrupta ab iisdem & corrupta hominum, non deorum.* Vbi non dubito quin omissus sit genitiuus *peccatorum,* quem alter ille locus eidem nomini subiunctum habet: aut certe genitiuus *scelerum,* aut *facinorũ,* aliusue huiusmodi: & scribendum sit, *ardentes tum cupiditatum æstu, tum conscientia peccatorum,* vel, *scelerum,* vel *facinorum.* Nam & hunc genitiuum alibi illi ipsi nomini subiungit: adeo vt minime dubiũ esse possit quin horum genitiuorum aliquem, vel adiecerit Cicero, vel subaudiri a lectore voluerit. Sed potius adiunxisse quam subaudiendum reliquisse crediderim.

Aperiunt autem nobis hi loci fenestram ad eorum intellectum locorum, qui illarum πονηρῶν ἐλπίδων de quibus dixi, mentionem faciunt: præsertimque in quibus legimus, μετὰ πονηρῶν ἐλπίδων ζῆν. Quos inter est insignis hic Dionysii, libro VII. in Appii Claudii concione, μέλλοντες ἀρὰν καὶ ἐπιορκίαν, καὶ μῖσος τὸ μὲν παρ' ἀνθρώπων, χόλον δὲ τὸν παρὰ θεῶν ἐκ τῆς δίκης ἀπολαῦσαι, καὶ μετὰ πονηρῶν ἐλπίδων ζῆν. Quid autem aliud est hæc *mala spes,* quam quod M. Tullium appellantem *timorem, (ex conscientia peccatorum exortum)* & quidem tanquam de *domino* loquentem audiuimus? Qualis vero sit hic *dominus,* ostendit alibi, *improbos conscientia animi excruciari* scribēs. Alibi autem *conscientias maleficiorum stimulare* ait. Quinctiam

Conscientia scelerum suorum opprimi apud eum legimus. Sed & vlterius pgrediens, dici *furias angore conscientiæ fraudisq; cruciatu agitare & insectari homines:* libro De legibus primo. Denique & *labes conscientiæ ac vulnera* apud eũ legere est, libro De officiis III. *Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera?* Verũ aut valde fallor ego, aut *tabes*, non *labes*, ibi scripsit Cicero: quod quanto sit illo significantius, cuilibet satis notum esse potest. Nec me tamen hoc vnum ad ita emendandũ hunc locum impellit: sed multo magis, quod libro Tuscul. quæstionum quarto, *ægritudinem & metum tabificas mentis perturbationes* vocat.

Ad istas vero locorum Ciceronis emendationes, in quibus de conscientia agitur, addam & hanc de huius vocis apud eum vsu obseruationem, (quamuis velles obiter tantum, sic etiam hanc sim propositurus) *Cõscientias* plurali numero libenter dicere quũ de *facinorosis ac sceleratis* loquitur, quos *conscientia* eo, quo dictum est modo excruciat: & quidem interdum genitiuu *facinorum*, aut huiusmodi quempiam adiicientem, interdum vero genitiuum *animi*. Scribit enim in orat. Pro Roscio Amerino, *Sua quemq; fraus & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent.* Idem pro Cluentio, *An etiam consilia conscientiasque eiusmodi facinorum supplicio dignas iudicarent.* Quin etiam alicubi illo itidem numero plurali vtens, *conscientias maleficiorum stimulare* ait: vt in præcedentibus docui.

Vide lector quam late extendatur, quod πονηρὰς ἐλπίδας vocãt interdum Græci scriptores. Neque enim dubium est quin is, qui μετὰ πονηρῶν ἐλπίδων *viuere* dicitur sua illi *conscientia sit sæua domina & vere excruciatrix*. Vnde etiam factum est vt interueniẽte *Furias* seu *Erinnyas* ab antiquis creditum sit, supplicium de adhuc viuentibus sumturas. Hinc apud eundem Dionysium legimus) eum enim sui dicti aliqua saltem ex parte expositorem proponere satius est) τοῖς γὰρ δὴ παρὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων ἐπιπεμπομένας τοῖς ἀνόσια καὶ δεινὰ διαπραξαμένοις ἐριννύας ὑφ' ὧν αἰκιζόμενοι ψυχαί τε καὶ σώματα κακοὺς μὲν διαντλοῦσι βίους, πικρὰς δ' ὑπομένουσι τελευτάς. Quod enim in fine huius periodi dicit, πικρὰς δ' ὑπομένουσι τελευτάς, illud est hoc ipsum quod illas πονηρὰς ἐλπίδας (de quibus agimus) facit: quia nimirum hæ πικραὶ τελευταὶ ab iis, qui suis sceleribus deberi illas sciunt timentur. Neq; tamen ὑπομένουσι pro *expectant* accipio (quem vsum raro ὑπομένειν, crebro ἀναμένειν habet) sed pro *perferunt*.

Sed antequam plura περὶ τῶν πονηρῶν ἐλπίδων ex Platone etiam afferam, dicendum & de iis, quæ contra χρησταὶ vel ἀγαθαί, aut etiam χρυσαῖ appellantur. Et quidem postremum illud, quod omnium rarissimum est, apud Isocratem (cuius quidem certe Isocratem cuius παραινετικὸν ad Demonicum λόγον habemus) legitur, vbi dicit,

iustos,

ipsos, si nulla in re alia meliore, quam iniusti conditione sunt, saltem in eo superiores illis esse, quod spes bonas habeant. Eius verba sunt, εἰ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' ἐλπίσι γε χρησταῖς ὑπερέχουσι. Reddit autem his verbis eius, quod dederat seu præcepti seu consilii rationem, μηδὲν τὰ ζήλου τῆς ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας. Dionysius autem χρηστὰς ἐλπίδας non vno in loco dicens, alicubi παρὰ τῶν θεῶν, vel παρὰ τοῦ δαιμονίου addit. Legimus enim libro IX. in Appii Claudii concione, εἰ μὲν οὖν ἤδη ἡ ἀρχὴ μεθ' ὁμονοίας εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ πάντων ἀγαθῷ παρέσται σὺν οἰωνοῖς τε καὶ τελείοις, πολλῶν ἂν ἡμῖν ἐγένετο καὶ μεγάλων, ἀγαθῶν αἰτία· χαρίτων, ὁμοφροσύνης, εὐνομίας, ἐλπίδων χρηστῶν παρὰ τοῦ δαιμονίου, μυρίων ἄλλων. Vbi male Gelenius hæc ipsa de quibus nunc sermo nobis est verba, ἐλπίδων χρηστῶν παρὰ τοῦ δαιμονίου interpretatur, *bona de diis spei.* Ita enim totam periodum reddit. *Si hic magistratus in ciuitatem per concordiam, adiuuanda totius reip. commoda, rite bonisque auibus inuectus esset, fuisset nobis multorum magnorumque bonorum caussa, concordia, bonarũ legum, bona de diis spei, innumerorum aliorum.* Quorsum enim, *bona de diis spei*, quum Græcus sermo, *bona a diis spei*, sonet? Et cur παρὰ significare περὶ (quod fieri nullo modo posse existimo) aut etiam hanc pro illa vocula reponi debere dicemus, quum potius hæc, si posita hoc loco fuisset, in illam mutanda fuerit? Dicitur enim *bona spes a diis esse*, quando *omnia fausta & prospera a diis expectantur.* Quam expectationem iis, quæ hoc loco dicuntur, consentaneam esse videmus.

Neque vero dubium est quin hæc ipsa *spes bona*, ea sit, quam Pindarus γηροτρόφον id est, *senectutis altricem*, vocauit: & de qua Plato scripsit, illo ipso Pindari epitheto eam ornans, atque adeo locum eius, licet eo non nominato, afferens: lib. De repub. I. τῷ δὲ μὴ δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ, γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα γηροτρόφος ξυναορεῖ ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ. Sed cur spem illam *senectutis altricem* vocat Pindarus? Eo (vt opinor) respiciens quod quanto propinquior est morti senex quam qui nondum prouecta ætate est, eo magis de reddenda post mortem vitæ ratione cogitat: atque id dum cogitat, conscientia bene actæ vitæ illum non solatur tantum, sed etiam plenum bonæ spei reddit. Quod nequaquam de illis dici potest, quibus conscientia scelera multa in memoriam reuocat. horum enim animo contra illas πονηρὰς de quibus dictum est ἐλπίδας inducit: dum timent & ne numen πικρὰν τελευτὴν ipsos sua ob scelera velit ὑπομένειν, (vt ille apud Dionysium Halicarnasseum loquitur) & μετὰ τελευτὴν etiam iudicibus illis quorum apud inferos nulli parcens tribunal a Platone & Virgilio describitur, *reddere rationem* cogantur.

SCHEDIASMA XXVI.

Bellicæ res *quum* celeritatem (*præterquam in consiliis capiendis,*

præsertim quæ sunt magni discriminis) postulent, quomodo & in bello cunctatio locum habeat.

Quum Cunctator *&* consideratus *interdum copulentur, etiam* consideratum *pro* cunctatore *Fabium dicere videri apud Liuium.*

CElerit*atem nihil æque postulare atq; res bellicas*, summos inter imperatores semper extra controuersiam fuit: & quidem adeo, vt nusquam verius comperiatur Lucani istud,

——*semper nocuit differre paratis.*

Dixerat autem multis ante illum seculis Hesiodus,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

id est,

Dilatorem hominem oppugnant incommoda semper.

Non potui enim propius ad illud loquendi genus accedere, quod sonat, *semper autem dilator* (seu *procrastinator*) *aduersus incommoda luctatur*, vel *damna*. Credibile est autem Alexandrum Magnum huius versus nunquam oblitum fuisse, quin potius illum subinde sibi in memoriam reuocasse: quippe qui ita eius siue præcepto siue consilio semper paruerit, vt *interrogatus quomodo tot victorias tam breui tempore consequutus esset, non aliud responderit, quam, οὐδὲν ἀναβαλλόμενος*. id est, *nihil differens*. siue, *nihil procrastinans* Eum autem hac in re non minus feliciter quam studiose imitatus est Iulius Cæsar (quem enim potius quam tantum regem in exemplũ sibi proposuisse dicemus?) vt passim eius de suis bellis commentarii testantur. *His facile pulsis* (inquit libro I I. De bello Gallico) *ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt: vt pene vno tempore & ad syluas & in flumine & iam in manibus nostris hostes viderentur.* Quibus statim subiungit, *Eadem autem celeritate aduerso colle ad nostra castra atq; eos, qui in opere occupati erant, contenderunt.* Ac passim *celeritatis* factam mentionem inuenies; & quidem alicubi tantæ vt reuocatura sit in memoriam dictum illud, *Veni, vidi, vici.* Et quidem quanti ea sit momenti, aliquoties declarat: veluti libro V I I. De bello Gallico, Quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit. *Hoc vna celeritate posse vitari: occasionis esse rem, non prælij.* Et dicentem libro eiusdem historiæ V. audimus, *Vnam esse in celeritate positam salutem*, vbi tamen malim *Vna*. Itidemq; eodem libro, *Tamen vnum communis salutis auxilium in celeritate ponebat.* Nec vero nullam apud ceteros historicos *celeritatis* commendationem, contra *cunctationis* reprehensionem habemus. Tale est enim quod apud Dionysium Halicarnasseum lib. x. dicit Virginius trib. plebis in fine suæ ad senatum orationis, *ὀξέως μὲν τυχεῖν τοῖς πράγμασιν εἰς ἰσχὺς δεῖ.* Et addit de *cunctatione*, *καὶ ἡ μέλλησις τῆς ἀσφαλείας ἄωρος ἐν οὐ μέλλουσι δεινοῖς.* Quod eleganter dictum est, perinde ac si quis Latine dicat, *Et cunctatio intempestiua est in non cunctantibus periculis.* Cui dicto simile est istud lib. V I.

in

in Agrippæ Menenii ad senatum oratione πεῖρα δ' οὐχὶ σμικρὰ τοῦ χρονισμοῦ καὶ τῇ μελλήσει τῶν ἐλθουσομένων συμμάχων ἐν ᾧ χρονίζουσιν οὐδὲ μέλλουσι δεινοῖς; Denique celeritatem in rebus bellicis laudatam semper fuisse, & laudari semper debere, propter occasiones præsertim quas sæpe contingit statim auolare, satis constat. *Celeritatem* tamen *in consilijs* excipio, *quum illis* (præsertimque iis, quæ magni sunt discriminis) *nihil æque sit inimicum ac celeritas*: vt recte quidam apud Liuium. Atque hinc ego inter mea Parangelmata siue consilia militaria,

Consilia magni si qua sunt discriminis,
Nil celeritate noxium est illis magis.
Namq; celer illa & pœnitentia sequitur,
Sed quæ tamen iam sera, nec quidquam iuuat.

At enim, quum aliis omnibus in bellicis rebus *celeritas* requiratur, & reprehendi soleat *cunctatio*, quam esse aliam *cunctationem* dicemus, quæ locum tamen in iis habere potest? Eam profecto *quæ non a segnitie*, sed *a circumspectione & consideratione* (vt hæc copulat Cicero) *prouenit*: & quæ huiusmodi est, vt *cunctatorem ducë* de *considerato & cauto*, seu *caute agere volente*, intelligamus. Scio tamen alioqui plerumque male audisse hanc etiam *cunctationem* atque hos *cunctatores*. Vnde legimus apud Liuium, libro XXII. de Fabio, *Sed non Annibalem magis infestum tam sanis consilijs habebat quam magistrum equitum, qui nihil aliud, quam quod non imperabat, moræ ad rempubl. præcipitandam habebat.* Cui Fabii, qui *cunctator* erat, ingenio aliud plane contrarium illius magistri equitum describens, addit, *Ferox rapidusq; in consilijs, ac lingua immodicus, primo inter paucos, dein propalam in vulgus, pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat.* Ac nõ multo post huius magistri equitum conciunculam habemus, qua valde hac de cunctatione conqueritur: in qua inter cetera dicit, *Si hoc modo peragrando cacumina saltusq; Furius recipere a Gallis vrbem voluisset, quo hic nouus Camillus nobis dictator vnicus in rebus affectis quæsitus Italiam ab Annibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quam vereor ne sic cunctantibus nobis Annibali ac Pœnis toties seruauerint maiores nostri.* Nec multo post his eã verbis claudit, *Audendo agendoq; res Romana creuit, non his sensibus consilijsue quæ timidi cauta vocant.* Sed audiamus quid ad hæc aut similia, Fabius, aliquot post paginis, Æmylio consuli dicat, *Sine timidum pro cauto, tardum pro cõsiderato, imbellem pro perito belli vocent: malo te sapiens hostis metuat, quam stulti ciues laudent.* Animaduertendũ est autẽ, his in verbis, *timidum pro cauto*, respici non solum ad illa verba, *pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat*, quæ ante dicta, quibus illam conciunculã Minutii finiri dixi, *non his sensibus consilijsue quæ timidi cauta vocant.* Verum hæc *tardi* appellatio, quam sibi tribui ait Fabius, quo

ex Liuii loco petita est? Apud eum enim legimus, *Pro cunctatore segnem, pro cauto timidum.* Sed existimo, Fabium pro *segni* quidem *tardum*, at pro *cunctatore consideratum*, tanquam hæc duo idem quod illa duo valeant, dicere. Quod si ita est, non iam quærédum amplius fuerit quænam illa sit *laudabilis cunctatio*: sed existimandum, *cunctationis* appellatione, *consideratam cunctationem* significari, & quod Thucydides μέλλησιν λελογισμένην (vt opinor) aut etiam ὄκνον λελογισμένον appellare non dubitasset, sicut eum dicentem audimus, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει.

SCHEDIASMA XXVII.

Tardus *quum ponitur pro* cunctatore, *eandem esse acyrologiam, quæ apud Thucydidem* ὄκνον *αὐτὶ τῆς μελλήσεως dicentem: nec ea carere* tarditatis *appellationem apud Ciceronem, vbi* Tarditatem consideratam *dicit.*

Falli qui tardum *&* cautum *opponi apud Ciceronem putant.*

Dionysii Halicarnassei locus emendatus & expositus.

VIdendum est autem ne, quemadmodum Thucydides in hac gnome quæ legitur libro II. τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει, non sine acyrologia ὄκνον dixit αὐτὶ τῆς μελλήσεως: sic etiam Hirtius, siue Oppius, in Comment. de bello Africo, quũ non *cunctatorem*, sed *tardum*, cum *considerato* iunxit, in acyrologiam & ipse inciderit. Nam de Cæsare scribit, *Tardiorque & consideratior erat factus, & ex pristina bellandi consuetudine celeritateque excesserat.* Quod si quis eum Ciceronis tueri auctoritate velit, itidem *consideratam tarditatem* dicentis, nó *cunctationem*: haud scio an satis firma esse possit ista defensio, quum *Tardi* magis odiosam quam *Cunctatoris* fuisse appellationem ex quibusdam eius locis discamus, ideoq; *Cunctatorem* & *consideratum*, potius quam *Tardum* & *consideratum* dicere, Latinitati magis consentaneum fuisse videatur. Eorũ autem quos dixi locorum vnus est is, vbi scribit, *Vide quam sit cautus is quem isti tardum putant:* Neq; enim *cunctatorem* dicit, sed *tardum*, tanquam odiosius. Quo tamen loco qui nitentes, a Cicerone duo hæc opponi dicunt, falluntur. Non enim Cicero illi, de quo loquitur nomen dari innuit contrariũ ei, quod dandum erat, sed affingi vicinum virtuti vitium, vt Liuius loquitur. Sicut autem magis proprie *Cunctatorem* & *consideratum* vocari quempiam, quam *Tardum* & *consideratum*, dixi, ita etiã *Cunctatorem* & *cautum*, magis quam *Tardum* & *cautum*, aio: sicut etiam audimus Plinium iuniorẽ, *Cunctatior (malo cunctantior) fortasse & cautior esse deberem* non *Tardior & cautior*, dicentem.

Non dubium est autem quin hoc *Cautus* quod de *Cunctatore* dicitur, sit quod a Græcis ἀσφαλὴς vocatur, in hoc etiã ipso dicto, quod ad præsentem sermonem pertinet, ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Ideoque hic ἀσφαλὴς στρατηλάτης reddi debeat

Cautus imperator, non *Tutus imperator*, ut tamen apud Suetonium Tranquillum redditur, in calce libri, ubi & ceteræ Græcarū vocū interpretationes ponuntur. Ab Erasmo autem periphrastice redditum fuit, *Qui tuto citraq; lapsum rem gerit*. Sed lapsu hæc eius interpretatio non caret. quis enim est adeo ἀσφαλὴς, quis adeo cautus, ut præstare hoc possit, se citra lapsum rem gesturum? Imo vero satis est ei, cui nomen illud tribuitur si tuto rem gerit quantum prouideri humana ratione potest. Ceterum in uno ex iis, quos in præcedente Schediasmate attuli ex Dionysio Halicarnassei locis, habemus itidem vocem ἀσφάλεια cum voce μέλλησις, quæ *cunctationem* sonat, iunctam ex libro x. ὁ γὰρ κίνδυνος ὀξὺς, καὶ ἡ μέλλησις τῆς ἀσφαλείας ἄκαιρος ἐν οὐ μένουσι δεινοῖς. Vbi si legeremus καὶ ἡ ἀσφαλὴς μέλλησις itidem *Cauta cunctatio*, apte reddere possemus: sed quum τῆς ἀσφαλείας, substantiui genitiuum habeamus, sine aliqua adiectione, quomodo stare hæc orationis structura possit, merito quis dubitet. Ego nullam magis in promtu esse posse emendationem crediderim, quam si ἕνεκα addendum esse dicamus. Nam subaudiri quidem interdum non ignoro, sed subauditum in tali orationis forma obseruasse me non recordor. At Gelenius genitiuum hunc in sua interpretatione contemsit & præteriit: reliquorum interpretum neuter eum recte vertit. nam Lapus quidem, ita, *Et dilatio securitatis in non tardantibus malis intempestiua*: (atqui etiamsi reddere ita hanc vocem liceret, non tamen genitiuus hic ita pendere ab illo nominatiuo dici posset) at tertius, *Cunctatio in salute cōseruanda*. Atqui, ut omittam, Græci sermonis consuetudinem aliud verbum ad significādam *salutis conseruationem* postulare, & ipsum quoq; Dionysium alio uti solere: ut omittam & hoc, μέλλησιν absq; adiectione potius dici: hic certe quem ei habemus adiectum genitiuus merito superuacaneus dicatur, quum ad salutis conseruationem omnia de quibus hic agitur, & de quibus consilium datur, spectare, nemo nesciat. Quamobrem rationi (mea quidem sententia) consentaneum est ut ex sistimeraus perinde esse ac si iste dixeret, καὶ ἡ μέλλησις ἡ τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα γινομένη, vel γινομένη ἀκαιρία. (aut cum ἕνεκα tantum καὶ ἡ μέλλησις τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα, vel ἡ τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα) ἄκαιρός ἐστιν, ὅτι τὸ δεινὸν οὐ μέλλει ἀλλ' ἤδη πάρεστι, vel, ἀλλ' ἤδη ἐστὶ καὶ μονονουχὶ ἐπὶ θύραις ἤδη ἐστί.

SCHEDIASMA XXVIII.

Augusti apud Suetonium dicto de perfecto duce, aliquid a Suetonio adiectum esse: vel librarium ipsis Suetonij verbis id adiecisse.

Ciceronis locus emendatus.

SVetonius de Augusto loquens, *Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur*. At ego nihil minus, quam Augustum ita loquutum esse credi-

derim, vt duo copularit quæ nequaquam eiusdem naturæ sunt. & quorum vnum aliter, quam in malam sumi partem non potest, quum de altero nihil tale dici queat. Quid igitur? an *festinationẽ temeritatemq;* esse ἓν διὰ δυοῖν, & *festinationem temerariam* intelligi dicemus? Atqui, vt omittam, hoc schema, quo ἓν διὰ δυοῖν dicitur, potius esse poetarum: hoc dicens Augustus, quid aliud quã quod & omnem extra controuersiam est, & lippis ac tonsoribus notum est, dixisset? Quis enim *temeritatem* vbique reprehensione dignam esse sed in bellicis potissimum rebus, vtpote cum summo periculo coniunctam, ignorat? Ego igitur aut a Suetonio male adiectum esse *temeritatemq;* verba Augusti, aut librarium perperam Suetonii verbis illud adiecisse dixerim: sed hoc potius quam illud crediderim. Mihi enim fit verisimile, quum aliquis *festinationem* de *temeritate* hic intelligi debere, in margine annotasset, & quidem e regione illius accusatiuum *temeritatem* adscripsisset, tanquam illius exegesin, postea in ipsum contextum (vt vulgo loquimur) irrepsisse, adiuncta illi particula *que*. Habebit sane dictum Augusti, sublato illo vocabulo, aliquid noui, & modo non paradoxi, *Nihil minus in perfecto duce conuenire quam festinationem*. Ac, quum videri possit reprehensionem mereri hoc dictum, velut per ἐπιδιόρθωσιν adiecta dicentur ea, quæ sequuntur de *festinando* βραδέως. id est *lente*. Perinde ac si diceretur, *Nihil autem minus in perfecto duce quam festinationem conuenire arbitrabatur, præterquam eam, quæ* βραδεῖα *esset*, id est *lenta*. Cur autem alioqui dictum illud παράδοξον haberi queat, ostendunt vel illa quæ contra de celeritate bellicis rebus adhibenda a me dicta paulo ante fuerunt, in Schediasmate XXVI.

Ceterum, quamuis multa horum errorum exempla suppeditant, qui ex eo nati sunt, quod ex margine in contextum quædam irrepserint: potest tamen & quoddam ex Cicerone afferri, a nemine (quod sciam) animaduersum: & quidem in quo si non ea ipsa quæ hic, adiecta vox fuit, at ea certe, quæ illam proxime præcedit.

Schediasma XXIX.

Ab Augusto iactari solitum versum Græcum de duce, *apud Suetonium male reddi.*

Audaciam *de* temeritate, *&* Audaces *de* temerariis, *contra verũ Latinæ linguæ vsum dici.*

AB Augusto iactari solitum versum de quadam re quæ in duce requiritur, male interpretari soliti sunt, qui interpretationes Græcarum, quæ apud Suetonium sunt vocum eius calci adiecerunt, Nam quum hæc, Ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ᾽ ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης, reddiderunt, *Tutus enim est melior, quam temerarius imperator*, duobus in locis errarunt, nimirum & in nominis ἀσφαλὴς & in

& in nominis θρασὺς interpretatione. Nam primum ἀσφαλὴς non sonat *tutus*, sed *cautus*, vt antea dixi: (quamuis autem cautum esse aliquem oporteat & se ideo caute gerat vt tutus sit, non tamen semper hoc ex illo contingit) deinde θρασὺς non est *temerarius*, sed *audax*. Quum porro nemo sit, qui temeritatem damnandam vbique non norit, sed in bello præsertim, & quidem sit nemo qui eam non damnet, idem de hoc versu merito diceremus, quod de illa sententia ab Augusto super duce perfecto pronuntiata, nihil eo dici, quod lippis & tonsoribus non sit notum: at si *audax* reddatur, tum vero hic versus aliquid disquisitione dignum habere videri possit. multis igitur dictum illud sic reddentibus, *Tutus enim est melior quam temerarius imperator*, ego ita verti, in meis Parangelmatis seu consiliis militaribus: includens etiam versu, non eiusdem generis illo quidem, sed iambico senario,

Est melior audaci duce is qui cautus est.

Obiiciet aliquis fortasse, *audaciam* quoque in malam partem sumi: sed ego id perpetuum esse negabo, & testes Cæsarem ac Liuium laudabo. Si enim semper male sonaret *audacia*, nequaquam diceret hic, (nam ex illo testimonia petenda tibi relinquam) *Mille ad eam rem ex omni numero audacia experta delegerunt equites*. neque Tibullus *fortem audaciam* (inuito Cicerone, qui *audaciam fortitudinem* imitari scribit) appellaret. Nam & Virgilius, quamuis *Audentes fortuna iuuat*, dicat, potius quam *Audaces fortuna iuuat*, apud eum tamen *audacibus annue cœptis*, legimus.

Fateor alioqui, *audaciam* plerumque male audire: sed tamen a *temeritate* distingui eam debere dico: eoque magis miror, in libro de inuentione primo *Temeritatem & audaciam*, itidemque *Temerarios & audaces*, tanquam synonyma, aut fere synonyma, copulari. ac vix alibi apud Ciceronem huius copulationis exemplum inuentum iri credo. Sed magis miror esse qui *audacissimorum hominum* apud hunc, in quadam ad Atticum epistola, *temerariorum* exponant. Omnino enim inter *audaces* & *temerarios*, itidemque inter *audaciam & temeritatem* aliquid discriminis ponamus necesse est: & *audaces* interdum consilii aliquid adhibere, at *temerarios* nunquam, dicamus. Nam & prudentiam *audaciæ* alicubi tribuere Liuium videmus, & quidem *pertinaci audaciæ*. Legimus enim libro XLIV. *Nec aliud restabat quam audacter commissum, pertinaci audacia (quæ prudens interdum in exitu est) corrigere.* Quod certe nequaquam de *temeritate* diceret: sed eam esse quidem interdũ felicem posse haud negaret, at prudentem vnquam, pernegaret. Quod de felicitate dico, ex quadam Fabii concione sumo, in qua dicitur ab eo *Non semper temeritas est felix*. Qui enim ita loquitur, *aliquando felicem esse* confitetur.

Interim tamen non ignoro legi apud Nonium, *Audacia, consuetudine temeritas dicitur*: & alio in loco, *Audacia & Audentia*

hoc differunt, quod Audentia fortitudinis sit, Audacia, temeritatis. Sed ad priorem locum quod attinet, si in eligit *consuetudinem inualuisse vt audacia de temeritate dicatur,* innuit abusum quendam hac in re esse: at in posteriori loco, videndum an satis eo, quem affert Salustii loco ea significatio probetur. Vt omittam, nomen *Audentia*, quod in locum illius substituit, quum de fortitudine loquendum est, ex loco nullo eorum, qui primarii habentur, vix etiam ex paucis quorundam aliorum afferri.

SCHEDIASMA XXX.

Gelliana explicatio praecepti Augusto familiaris de festinando lente *examinata. Alia item ad praecepti expositionem & commendationem pertinentia.*

Euripidis trochaicus versus in iambicum mutatus.

Suetonio adiecta quaedam vocabula, quae deesse videntur.

Idem illud praeceptum ad vnam ex meis descriptionibus muneris imperatorij accommodatum.

AD expositionem illius praecepti Augusto familiaris de *festinando lente*, aduocādus est & Aulus Gellius: siue, vt nunc vocari solet, Agellius. Nam is libro suarum Noctium x. allata hac Nigidii expositione vocabuli *Mature*, qua dicit *Mature id esse, quod neq; citius est neq; celerius, sed medium quiddam & temperatum*: & quibusdam intellectis, addit, illud Nigidianum rei atque verbi temperamentum a diuo Augusto duobus Graecis verbis elegantissime fuisse expressum. Nam & dicere in sermonibus & scribere in epistolis solitum esse, σπεῦδε βραδέως. *Per quod monebat* (inquit) *vt ad rem agendam simul adhiberetur & industriae celeritas & diligentiae tarditas: ex quibus duobus fit maturitas.* Vbi haec duo nomina *industriae* & *diligentiae* non solum dandi, sed & gignendi casus esse possunt: vt *Celeritas industriae* sit, quam affert industria (quum omnia eo celerius fiant, quo maiori ad ea facienda industria vtimur) itidemque *Tarditas diligentiae*, intelligatur quā ponit diligentia: quoniam quo quid accuratius diligentiusque fit, eo etiam fieri tardius consueuit. Alioqui sane haec duo, *Industria* & *diligentia*, quae hic tanquam non eodem pertinentia ponuntur, a Cicerone copulantur, scribente libro De oratore primo, *tantum studium tantumq; laborem in Demosthene fuisse, vt impedimenta naturae diligentia industriaq; superaret.*

Nunc ad Graeca illa verba vt veniam, quamuis duas illas voces σπεῦδε βραδέως, proxime sequantur haec apud Suetonium,

ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης,

non tamen ex eodem petita esse loco credendum est, vt Erasmum videmus credidisse. Is enim ista verba,

Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς

efficere ait versum trochaicum tetrametrum catalecticum, (nam

Σπεῦ-

Στρατηγὸς his quidem subiungit, sed a verbis illis separans) quem ex poeta quopiam Cæsar decerpserit, & cui στρατηγὸς de suo subiecerit. Atqui audimus apud Euripidem in Phœnissis hoc dicentem Polynicen,

ἀσφαλὴς γὰρ ἐσθ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

(quæ verba trochaicum quidem & ipsa versum efficiunt sed dimetrum catalecticum) quum tamen illæ voces σπεῦδε βραδέως minime præcedant. Neq; verò vel ipsum Cæsarem, vel ipsum Suetonium ita hæc coniunxisse puto, sed scriptum ita fuisse a Suetonio, *Crebro itaq; illa iactabat*, Σπεῦδε βραδέως: & illa, ἀσφαλὴς γὰρ ἐσθ' ἀμ. &c. vel sic, *Crebro itaq; illa iactabat*, Σπεῦδε βραδέως: *&* *illum versum*, ἀσφ &c. Illud porro στρατηγὸς pro στρατηλάτης, ex quibusdam prioribus editionibus sumsit Erasmus: quod locum habere hic non posse (quamuis alioqui idem sonet) videmus. Haberet autē aptissimum, si ex illo trochaico dimetro catalectico iambicum trimetrum facere quis vellet. Ita enim fieri posset, omisso verbo ἐσθ', & particula γὰρ,

Στρατηγὸς ἀσφαλὴς ἀμείνων ἢ θρασύς.

Vel, iisdem verbis aliter collocatis,

ἀμείνων ἀσφαλὴς στρατηγὸς ἢ θρασύς.

Habebant porro huius dicti præclarum testimonium Romani in suo Q. Fabio Maximo, qui dum τῷ σπεύδειν βραδέως vult ἀσφαλὴς esse, adeo *cunctator* fuit, vt etiam *cunctatoris* cognomen inde habuerit. Sed ita vt quam felix eius cunctatio, & σπεύδουσα βραδυτὴς, fuerit, testem & Ennii versum habeamus,

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Ceterū de illo præcepto Σπεῦδε βραδέως, hoc etiam addam, feliciorem in eius expositione fuisse eundem illum parœmiographum, quam in ea, quam modo ex eo proposui, cōiectura. Dicit enim eo declarari, *Tutiora esse quæ lentis consiliis prouidentur, quam quæ calidis consiliis properantur.* Vbi tamen paulo magis placeret *maturantur* in priori parte. Sed & quædā alia in tota hac expositione partim mūtari, partim adiici (seruata alioqui eius sententia) possint, hoc modo, *Tutiora esse quæ cautis lentisq; consiliis maturantur, quam quæ feruidis consiliis properantur.*

Ne hoc quidē prætermittam, quod & ab illo parœmiographo annotatum fuit, & aliunde etiam discimus, idem dictum Tito Vespasiano placuisse, ideoq; sicut Augustum, ita & ipsum in suis numis expressisse, quum eius symbolum illis impresserunt, Augustus quidem, *terminum fulmini coniunctū:* Titus vero, *anchoram delphino adnexam*, ita quidem vt eius medium ceu temonem delphin obuolutus cōplectatur.

Quum autem dictum illud, tum ob alia multa, tum quod hisce duobus Romanis imperatoribus adeo placuisse viderem, mihi quoque summopere placuisset: etiam in describendo munere im-

peratorum belli, id est, ducum, ad vnam ex descriptionibus ipsius illud accommodare placuit, & inter mea Parangelmata seu cōsilia militaria (quoũr facta & antea mentio fuit) referre. Hanc autem quum tibi vel eo nomine non ingratam fore sperarem, illinc depromtam, & huius de præcepto illo sermonis, & non solum huius Schediasmatis sed etiā totius mei Aprilis clausulam facere libuit. Aurem igitur præbe.

Haŭd tardus imperator est laudabilis,
Nec imperator celerior quam cautior:
Laudandus is cui cauta tarditas sua.

In eandem sententiam.

Qui tardat imperator & procrastinat,
Occasiones plurimæ huic intercidunt:
Properantiæ insunt at pericla plurima.
Is rebus optime imperator consulit,
Qui propere agit omnia, & nihil præpropere agit.

Sed duos postremos versus in hos potes mutare,

Is munere ergo fungitur suo optime,
Properare lente in omnibus qui nouerit.

In eandem sententiam.

Amica bello celeritas nec omnis est,
Bello nec omnis est amica tarditas:
Amica bello celeritas quæ tarda sit,
Amica bello tarditas quæ sit celer.

In eandem sententiam.

Nil tarditate peius ad res bellicas,
Nil rebus est iisdem celeritate melius:
Si tarditate temperetur celeritas,
Et celeritate temperetur tarditas.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

Id est,

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM,

Liber V.

qui est

Succisiuarum MAII horarum pensum.

SCHEDIASMA I.

De Horatii loco vbi ex mens *pro* & mens *a me substituitur.*

MVlti nos multum torquent multorum scriptorum loci, emendatorum præsertim exemplarium penuria: quod experimur quotidie, quum illæ, quæ ex tenebris erutæ fuerint lectiones, in lucem prodeuntes, simul etiam lucem iis, quos Cimmeriæ tenebræ occupabant locis afferunt. Verũ nonnulli sunt scriptores, quorum pauca exemplaria vetera reperiuntur: nonnullorum multa quidem, sed ex multis paucissima emendata inuenire contingit: & ex hisce paucissimis valde pauca in eorum manus veniunt, qui eam quæ in conferendo cum excusis requiritur cautionem ac diligentiam adhibere norint, aut, si norint, etiam tantum laboris impendere huic rei velint. Hinc fit vt apud eos quoque auctores, in quibus multa quotidie e veteribus libris corriguntur, quædam coniecturis emendatricibus, siue emendationibus coniecturalibus, relinquantur. Hoc autem videre est vel in Horatio. quamuis enim vix vllus sit inter Latinos scriptores cuius plura exemplaria inueniantur, supersunt tamen loci in quos quum nobis nihil adiumenti ex illis afferatur, ex cõiectura auxilium petendum est: nisi sensum nescio quem inde eruere contenti simus, qui sensui communi propemodum repugnet, aut Latinitati vim afferre non dubitemus. Ad hunc tamen scriptorẽ quod attinet, fateor non perinde nos de iis, qui vetera eius exemplaria ac de nonnullis, qui alia aliorum contulerunt, queri posse. Nam quum Dionysius Lambinus multum laboris & diligentiæ

huic rei impendisset, non minus impendisse postea Iacobum Cruquium videmus. Sed tamen neuter ex quoquam veteri exemplari vllam huic celebri loco opem attulit, epistolæ secundæ libri prioris,

——qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse dolor quod suaserit & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.

Quorsum enim Horatium suasioni doloris *mentis suasionem* adiecisse credemus? Nemo certe non fateatur, satis fuisse dicere, *dolor quod suaserit*, nec vllum lectorem tale aliquid, quale est, quod adiicitur, requisiturum fuisse. Lambinus, postquam hanc quæstionem mouit, cur *dolorem & mentem concurrentes in ira fecerit, & in pœnis expetendis*: respondet *de dolore Aristotelem docere multis locis, iram cum dolore esse coniunctam: & tum dolore hominem iratum leuari, quum iniuriam acceptam retulerit*. *De mente autem, docere eundem libro* VII *De moribus ad Nicomachum, eum qui iratus sit, a ratione quodammodo persuaderi & induci, vt pœnas ab eo, qui iniuste læserit expetat.* Quibus addit, *posse etiam fieri, vt coniunxerit, quod ex veteribus alij iracundiam definierunt feruorem mentis, alij cupiditatem puniendi doloris.* At ego iram quidem in mente excitari, seu mentē ira corripi non nego: (vnde etiam audimus Thucydidem ita loquentem, καὶ ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης. πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι) sed quum mens ira, & dolore illo, qui iram sequitur, vel potius comitatur, correpta est; iam mētis perturbationem potius, quam mentem esse dico: adeo vt hæc nihil minus, quam ab illa ira seu ab illo dolore queat separari: sed verius is qui hoc correptus est, mente tantisper priuatus dici possit. Quod cōsentaneum erit dicto isti poetico, *Ille dolore amens*. siue *Illa dolore amens*. Quamuis enim hic de alio dolore agatur, id est, de alio doloris genere, non dubium est tamen, quin hoc ipsum & de Horatiano illo dicere nobis liceat. Verum non ignoro, quosdam etiam esse a quibus *dolor & mens* exponatur *Mens dolore affecta*: quod Horatium significare voluisse si credamus, nequaquam illum de ea, quam dixi separatione reprehendemus.

Sed ego, potius quam admittam expositionem tam violentam (quod cum venia dictum sit eorum, qui illam attulerunt: adiectum iri fortassis, esse ἓν διὰ δυοῖν, sicut in illis verbis, *Pateris & auro* pro *Pateris aureis*: quum tamen multum sit inter hanc & illam loquendi libertatem discriminis) coniecturæ meæ dandum esse locum crediderim: id est, emendationi, quæ non aliunde, quam ex mea cōiectura proficiscitur. Voculā certe nouam (nobis præsertim, quibus multa Latinæ linguæ vocabula, cum iis, qui illarum vsum sibi permiserant, perierunt) sed Horatio valde dignam illa ea habet: idq; cum vnius tātum literæ mutatione. nam *ex mens* pro *& mens* substituo. Quum autem Horatio valde dignam esse dico, ad mi-

ram

ram eius in imitando sermone Græco audaciam respicio: maiorem quidem certe ea, quę ab illis, quos legere mihi contigit, enarratoribus ostensa fuit: vt ipse alibi ostendā. Is igitur (vt verisimile est) quū videret, Græcos ex suo φρὴν non solum ἄφρων, sed ἔκφρων etiā deduxisse, & Latinos iam in suo *amens* illud ἄφρων, sicut synonymum ἄνους, imitatos esse: vlterius pgredi volens, vocula *exmens* alteram quoq; illā ἔκφρων imitari sibi concessit. Atq; vt minus dubitaret hanc vocem fingere, in caussa fuerunt (vt opinor) nonnullæ eiusmodi, quæ iam in Latinitatem receptæ erant. Ex iis autem sunt *exspes* & *exlex*. Quam porro conueniente epitheto *dolor* ille, *exmens*, id est ἔκφρων, vocetur, quid attinet dicere.

SCHEDIASMA II.

Euripidis versuum de pudore *emendatio & interpretatio.*

Versum de pudore, *quem Clemens Homero tribuit, non minus apud Hesiodum exstare.*

EVripidis isti duo versus afferuntur a Clemēte, Stromateωn libro VI. (vt quidem in typographica editione leguntur) περὶ τῆς αἰδοῦς, id est, *de pudore*, seu *verecundia*.

Αἰδοῦς δὲ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι.
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κᾆστιν οὐ κακὸν μέγα.

id est, Gentiano Herueto interprete,

Quid de pudore dicam, haud facile iudicem,
Eo est opus certe: nec est malum graue.

Atq; ita versus istos reddes, sequitur editionem illam typographicam Florentinam, quæ sola est: sed quis nō miretur Euripidem ita de pudore, seu verecundia loqui, vt dicat *eo esse opus, & nō magnum malum esse?* Hoc ego dum mirarer, veram inuenisse mihi videor lectionem, de qua omnium me assensum habiturum confido: præsertim quum & sententiam rationi consentaneam efficiat, & parua (ad scripturam quod attinet) ac fere nulla fiat mutatio. Etenim ne vlla quidem litera mutatur, sed tantum, qui superpositus est vni vocali spiritus tenuis mutatur in asperum, & circumflexus ei adiicitur. Nam pro

——— κᾆστιν οὐ κακὸν μέγα,

lego & legendum esse dico,

——— χᾆστιν οὐ κακὸν μέγα.

Sed vide, vt parua scripturæ mutatio eousque sententiam immutet, vt contrariam efficiat. Hic enim est sensus,

Haud facile, & ipse de pudore iudicem.
Et est opus eo, & est graue aliquando malum.

Nisi quis priorem versum reddere ita malit,

Quid de pudore iudicem, ego quoque ambigo.

Sequor porro in vtraque prioris versus interpretatione (quæ vnum eundemque sensum efficit) & aliam meam emendationem,

qua substituo κ' αὐτὸς pro αὐτὸς, quod alioqui πλεονάζειν videri posset. Nec dubito quin dicat se quoque non facile inuenire, quod de pudore ferat iudicium, sicut & alii quidam de ea vix iudicare potuerunt: aut etiam non alio, quam ad versum qui Hesiodo cum Homero communis est (sicut quidam alii) & in prouerbiũ abierit, respicere,

Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.

id est,

Commoda fert homini pudor, idem incommoda magna.

Aut ita, seruando ordinem simul, & ambiguum relinquendo, quod in Græco versu ambiguum est,

Damna homini fert magna pudor, fert commoda & idem.

Ambiguum enim est illic an vox μέγα, quæ aduerbialiter ponitur, repetenda sit cum verbo ὀνίνησι: præsertim quum & Euripides dicat quidem esse κακὸν μέγα: (meam sequendo emendationem) ab altera autem parte non aliud dicentem audiamus quam ea opus esse.

De hoc quoque moneo, quum dicitur κἆστιν οὗ κακὸν μέγα, hoc ipsum verbum ἐστὶν quod coalescit cum particula καὶ (quum sic κἆστιν pro καὶ ἔστιν) debere etiam subaudiri perinde ac si dictum esset, καὶ ἐνιαχοῦ (nam ἔστιν οὗ dici pro ἐνιαχοῦ scimus. id est alicubi) μέγα κακόν ἐστι.

Ceterum non immerito suspicabimur, Clementi in memoriã nõ venisse Hesiodi locum, in quo ille idem versus, quem Homero tribuit, legitur: & ita quidẽ vt apud Homerũ Iliad. ω. ipsum nomẽ αἰδὼς non eodem sit in versu, quo ea, quæ de ipsa dicuntur verba, sed in eo, qui proxime præcedit. ibi enim legimus,

ὣς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν, οὐδέ οἱ αἰδὼς
γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

quum apud Hesiodum tres sint contigui versus, ab illo nomen αἰδὼς initium habentes, in quorum postremo τῇ αἰδοῖ θάρσος opponitur.

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι,
αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.

Pro illo autem primo legitur apud Homerum,

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

vel προΐκτῃ loco infinitiui παρεῖναι: quamuis altera hæc lectio magis recepta sit.

SHEDIASMA III.

A Cicerone eum qui pudens *dicatur, maiori laude affici, quam ipsa vox præ se ferre videatur: & ab iis, qui vim eius ignorarent, mutatam in* prudens *aliquot locis fuisse.*

De prouerbio quo dicitur αἰδὼς (id est, pudor *seu* verecundia*) esse in oculis.*

De copu-

De copulatione nominis αἰδὼς cum nomine αἰσχύνη.

Quam sit verum quod Homerus & Hesiodus de pudore *scribunt.*

EX Clemente Alexandrino sumta dicendi de pudore occasio, facier, vt in hoc etiam Schediasmate de eo deq; illo qui *pudens* vocatur, ac de quibusdam, quæ huc pertinent, mihi sit sermo. Primum igitur hoc dico, multos scire familiare Ciceroni esse, aliquẽ *pudentem* appellare: quum pauci norint, quæ apud eum sit vis huius vocabuli, & quam honorifico titulo illum ornet, quem talẽ esse testatur. Vnde etiam factum est, vt non in vno eius loco pro *pudens* scriptum fuerit *prudens*. Ac quamuis *adolescentis aut iuuenis ætatis magis, quam viri conuenire possit videri*, (sicut & *verecundus*) non tamen adolescentem aut iuuenem tantummodo, pudentem dicit, sed etiam eum, qui ad virilem ætatem peruenerit, aut etiam eam excesserit. Et alicubi quidem *pudentem & modestum*, vel *modestum & pudentem*, alicubi *pudentem & officiosum* copulat: alicubi *bonum & pudentem*: quinetiam quibusdam in locis vel *optimum & pudentissimum*, aut *pudentissimum & optimum*: nec non *virum optimum & hominem pudentissimum*. vt in oratione pro Cluentio, *Homines totius ignari negotij, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum & hominem pudentissimum, pecunia oppressum arbitrarentur.* Sed (vt cognoscas verum esse, quod illa de mutatione dixi) quidam libri, iique non pauci, non *pudentissimum* sed *prudentissimum* habent: quum alioqui & in ea quam pro Flacco scripsit oratione, itidem *pudentissimus atq; optimus vir* iungantur, nõ tamen nullo reclamante exemplari, & *pudentissimus* itidem in *prudentissimus* mutãte. Sic autẽ epistolarum ad familiares libro XIII. quandam ad Seruium Sulpitium scriptam his verbis claudit, *Hominem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui a te diligatur.* Vbi eodem modo quædam exempl. non *pudentem* sed *prudentem* agnoscunt. Quod autem in præcedentibus & quibusdam aliis locis efficere falsa hæc lectio non potuit, vt superior in certamine euadens, illam sua sede expelleret, eamq; ipsa occuparet, effecit tandem cum alibi, tum vero in quadam eiusdem XIII. libri epistola, ad Brutum, quæ decima numeratur. Nam ibi summo omnium, quas quidem viderim editionum consensu, (plurimas autem cõsului) legimus. *Nam & modestum hominem cognosces, & prudẽtem, & a cupiditate omni remotissimum.* Quamuis autem multi fortasse nihil minus, quam mendi suspectum locum istum sint habituri, & mihi suspectum esse, nonnulli sint etiam miraturi, quod *prudentia* quam Cicero hic tribuit illi quem commendat, locum habere inter cetera posse videatur: alios tamen afferam eiusdem scriptoris locos, qui *pudentem* ibi non *prudentem* scribendum esse clamabunt. Neque enim solum videmus alibi quoque *Modestum & pudentem* copulari, sed etiam noua quadam copulantionis forma dici, *Adolescentis modestissimi pudor.* Quinetiam *pudorem & mode-*

stiam eodem connecti modo, vbi scribit, *Pudoris & modestiæ magistram esse seueritatem censoriam.* Nec non libro De inuentione secundo legimus, *Per modestiam pudor honestus claram & stabilem cōparat auctoritatem.* Ac nemo certe est, qui magnam inter *modestiā* & *pudorem* esse affinitatem fateri non cogatur, si cōsideret pudorē esse, qui facit vt rebus multis *modum* (a quo dicta *modestia* est) adhibeamus, qui a plerisque nō adhibetur. Verum & alio argumento, quod non perinde in promtu est, ad huius emendationis confirmationem nitar. Dico enim, sicut audimus Ciceronem in illo epistolæ ad Brutu n loco, *modestum hominem & pudentem dicere*, hisq; subiungere, *& a cupiditate omni remotissimum*, sic alibi istud honestis *pudori* tribuere, vt *moderatorem cupiditatis* esse scribat. Legimus enim libro De finibus secūdo, *in animi partibus inesse memoriam rerum innumerabilium, inesse coniecturam consequentium, non multum a diuinatione differentem, inesse moderatorē cupiditatis, pudorem.* Quæ quum ita sint, neminem mihi refragaturum existimo, *pudentem* eo in loco scribendum esse non *prudentem*, contendenti. Ceterum tot allati a me loci simul etiam vocabuli illius vsum & vim declarare nobis possunt, cuius ignoratione factum esse dixi, vt in plerosque vnum pro altero irrepserit. Hoc certe cum ex iis quos attuli tum ex aliis constat *pudentem* de illo dici *qui seruandi vbiq; decori, seruandi in omni vitæ parte officij studiosus est*, præsertimq; in iis, quæ amicitiæ leges postulant: qui omnibus, præsertimque amicis, molestus esse timet: atq; ita his vtitur, vt nunquam abutatur. Adeo, vt omnia complectatur, quæ nos vernacula voce *respectueux* (a *respectu* dicta) complectimur. Quamuis autem *Verecundus* & *Verecundia* synonyma illis *Pudens* & *Pudor* existimentur, Cicero tamen nomini *Pudens* potius, quam alteri illū tribuere vsum solet: quum alioqui apud eum id quoq; legamus, & quidem ipso etiam substātiuo *Verecundia* ibi plerunq; vtatur, vbi *Pudor* locum haberet: veluti *vbi timiditatem imitari verecundiā scribit.* Neq; enim dubium est, quin itidem dicere possimus *timiditatem imitari pudorem*: quamuis alioqui ideo conuenientissima hic sit *verecundiæ* appellatio, quoniam a verbo *Vereri* illa originē habeat, quod de timentibus dici itidem scimus: sic tamen vt minus quiddam esse, quam *Timere* existimetur.

Ad prouerbium illud venio de quo dicturū me sum pollicitus, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδὼς, id est, *Pudor in oculis.* vel, *Verecundia in oculis.* Id de illo etiam dici videtur, *quem propter alicuius præsentiam subit pudor, qui absente illo minime cum subiret.* Ac mihi assentiri videtur Eustathius, quum in hunc locum Odyss. ξ.

Τὸν μὲν ἐγὼν ὦ ξεῖνε καὶ οὐ παρεόντ' ὀνομάζειν αἰδέομαι.

scribit, *doceri nos, non debere nullo honore dignari & contemnere amicos absentes: ne quis hoc facientibus, cum opprobrio obijciat, αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς.* Sed male idem scholiastes ex Aristotele petitum

tum esse hoc prouerbium scribit, quem tamen ea non γνωμικῶς sed φυσικῶς καὶ ἀςείως dixisse ait. Contra enim ipse dictum hoc, tan quam prouerbiale affert. Ac Euripidi etiam in vsu fuisse videmus, hoc in versu,

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται τέκνον.

SED quum nomini αἰδὼς additur αἰσχύνη, quomodo hæc interpretabimur? Si enim αἰδὼς redditur *Pudor*, vel *Verecundia*; quid interpretationi nominis αἰσχύνη seruatur? Ego quidem *Reuerentiæ* appellationem non alienam esse dixerim, sicut *Revereri* pro αἰσχύνεσθαι. Nec male quis (meo quidem iudicio) dixerit, αἰδεῖσθαι, vel *ex sola ingenuitate*, id est, ingenuo honestatis amore, magis proficisci: at τῷ αἰσχύνεσθαι aliquid etiam *metus* accedere. Ac videntur certe pro me facere quæ ab eodem scholiaste scribuntur, ἐνόμισθαι γὰρ αἰδοῦς λόγῳ τοὺς ἀπεχομένους ἔν τινι ἀγαθῷ, οἷον ἀρετῇ, ἐμπειρίᾳ, δόξῃ, καὶ τοῖς ὁμοίοις ὑπὸ δὲ καὶ δίκης ἐκπεσεῖν αἰδούμεθα. *Verum* (inquit) *postquam inde excidimus, tunc ἐνοχαπούσης dicimur αἰσχύνην παθεῖν propter illa quæ peccauimus.* in iis autem quæ adiicit, deesse verbum videtur. quum enim legatur, καὶ οὐκέτι μόνους τοὺς εἰρημένους ἀγαθοὺς ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους, διὰ τὸ δοκεῖν ἅπασιν αἰσχρὰ νενομίσθαι τὰ πεπραγμένα, non habemus verbum a quo illa pendeant: quum tamen esse aliquod debeat: siue αἰδούμεθα, siue αἰσχυνόμεθα. siue etiam φοβούμεθα. Dicerem tamen non minus libenter, quod ad verborum αἰδεῖσθαι & αἰσχύνεσθαι discrimen attinet, aliquem dici seipsum αἰδεῖσθαι alios αἰσχύνεσθαι (respiciens ad illam parænesin, quæ Theophrasto tribuitur, αἰδοῦ σεαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσῃ) nisi viderem alicubi dici etiam ἑαυτὸν αἰσχύνεσθαι vt in hoc Democriti (id est, (quod sub Democriti nomine affertur) dicto, φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς μήτε λέξῃς, μήτ' ἐργάσῃ μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι. Huius enim vsus verbi αἰσχύνεσθαι eo major ratio a me habetur, quod & in aureis Pythagoræ carminibus iubeatur itidem vnusquisque *seipsum* αἰσχύνεσθαι: & ita quidem vt præceptum illud, quod Democrito tribui, dico iterum, sed eius esse non credo, sumtum inde videri possit. Nam ibi legitur, non procul ab initio,

— πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

fateor alioqui, magis receptum esse, vt quis *seipsum* αἰδεῖσθαι dicatur. Ita enim & in hoc Musonii dicto. αἰδοῦς παρὰ πᾶσιν ἄξιος ἔσῃ, ἐὰν πρῶτον ἄρξῃ σαυτὸν αἰδεῖσθαι. Quinetiam in isto, μάλιστα δὲ νομίζω δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν. μηδὲν γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. Affertur autē sub nomine Catonis dictū illud: sed (cuiuscunq; sit) eum scripsisse puto, μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. ideoq; vertere nolim, vt a Cōrado Gesnero redditū est) *Nihil enim a seipso separari vnquam posse*: sed hoc modo. *Nullum enim seorsum a seipso vnquam esse.* Iam vero & in priori huius sententiæ membro, αἰδεῖσθαι

N 2

ἑαυτὸν malim interpretari, *Pudere sui ipsius*, quam *Revereri sei ipsum*. vt hoc verbum seruemus potius alteri illi αἰσχύνεσθαι & huic verbo quandam timoris etiam significationem inesse dicamus, diuersi ab eo qui ingenuos subit, quibus αἰδῶς tribuitur. Vt de Pythias Aristotelis filia dicitur, *interrogata qui pulcerrimus color esset, respondisse, eum esse qui* διὰ τὴν αἰδῶ (id est, *propter pudorem*, vel *verecundiam*) *ingenuis oboriretur*.

NVNC, quod de pudore seu verecundia Homerus & Hesiodus scriptum reliquerunt, excutiendum superest: & quidem fidus scriptum reliquerunt, vt μέγα repetatur cum ὀνίνησι. siue, seruando eam, quæ in Græco versu est ambiguitatem, ita interpretari quis malit,

Damna homini fert magna pudor, fert commoda & idem.

aut hoc modo,

Commoda fert homini pudor, idem incommoda magna.

Quid? an Homerum eodem quo Hesiodū, retulisse dicemus, versui illi hunc, αἰδὼς ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι, subiungentem? Haud sane crediderim: (quamuis Eustathius ita sentire videatur) sed potius ad quasuis actiones respexisse ad quas nos pudor incitat, vel a quibus nos deterret, nostro malo interdum, nonnunquam bono. Dicitur autem *vetare pudor*: vel *impedire*, aut potius *præpedire*. Quo loquendi genere vtitur Liuius libro IX. vbi etiam exemplum habemus damni, quod pudor aliquando affert: *Itaque, quum ante noctem Capuam peruenire possent, incerti de fide sociorum, & quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostrauerunt*. Atque, *hoc quum Capuam esset nuntiatum, miserationem iustam sociorum euicisse superbiā Campanis ingenitam* scribit. Paucis autem interiectis addit, *Adeo super mœrorem pudor quidam effugere colloquia & cœtus hominū cogebat*. Præsertim vero in eo σίνεσθαι aut etiam μέγα σίνεσθαι dici pudor potest. (est autem ἡ δυσωπία αἰδώς *mala* seu *vitiosa verecundia*, seu *malus* aut *vitiosus pudor*, & is quem δυσωπίαν Græci appellant) quod elingues homines facit, vt loquitur Porphyrio apud Horatiū, vbi *pudor infans* ab hoc dicitur. Taciturnos saltem esse eos qui puderes sunt quotidie videmus. Quantum autem taciturnitas mali afferat, multis exemplis docemur: sed insigne habemus apud Suetonium, in Nerone, thmemate XXIII. *Taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia ac malignitate arguens, suspectosque sibi dicens*. Nā quid aliud *taciturnitatem pudoremque*, quam taciturnitatem ex pudore prouenientem aut (si ποιητικώτερον loqui licet) *taciturnum pudorem* esse dicemus?

SCHEDIASMA IV.

Phanoclis versus emendati & interpretati.
Apud Clementem supposititia quædam indicata.
Demosthenis locus quem Propertius imitatus existimatur.

Phano-

PHanoclis duo pulcri versus corrupti ad hunc vsq; diem manserunt: neq; tamen eorum restitutio mihi multum negotii exhibuit, quum ante multos annos in eos incidissem. Nam quum ita scripti sint apud Clementem,

ἀλλά τοι μοιράων τ' ἄμ' ἄλυξιν, οὐδέ πως ἐστὶν
ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα,

ita emendari (meo quidem iudicio) debent,

ἀλλὰ τὸ μοιράων νῆμ' ἄλυξιν οὐδέ πως ἐστὶν
ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γαῖαν ἐπιφερβόμεθα.

Nisi quis malit γαῖαν ἔπι φερβόμεθα: pro quo & γῆς ἔπι dici posset. Sed & οὐδέ πως non solum in οὐδ' ἔστι, verum & in οὐδ' ἔτι mutari queat. Sic autem & interpretatus sum, postquam emendaui,

Sed non Parcarum vis stamen soluebit, nec quis
Viuit, terrae est cui carpere dona datum.

Ceterum, quod in hoc Clementis loco, Στρωματέων libro VI. legimus, ex Demosthene horum versuum argumentum Phanoclem sumsisse, & quidem ex his Demosthenis, πέρας γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, & iis quae sequuntur, suppositicium esse suspicor: primum quidem, quod iam allatus, & quidē paulo ante, fuerit Demosthenis locus: deinde, quod alia ab Demosthenis verba legantur, & quidem ea fere ipsa, quae & in nostris exemplaribus apud illum in oratione Pro corona legimus: at vero illa, πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, sint potius Euripidea, aut saltem ex his Euripidis sumta, Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται aut certe ex his Archini πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Quae imitans Horatius dixit, *Debemur morti nos nostraque.* Suspicor itaque, haec omnia, ἀπὸ καὶ τῷ Δημοσθένει εἴρηται, & quae sequuntur, vsq; ad finem pentametri Phanoclis, alicuius esse, qui, quum non animaduertisset, Clementem loci Demosthenici mentionem fecisse, margini adscripserit e regione versus Homerici, Μοῖραν δ' οὔτινα φημὶ πεφυγμένον &c. ac Phanoclis distichum illi Demosthenis loco, tanquam ex eo sumtum, adiecerit. Sed quum ille Demosthenis locum adscripsisset, postea quispiam vel illum Euripidis, vel illum Archini inseruerit: deinde quum horum, quae margini adscripta erant, multa intercidissent, Demosthenis nomen & alius tamen, quam eius verba remansisse. Sic & alibi, nonnulla quae margini adscripta essent, quod ad illud de quo Clementi sermo erat pertinerent, inde ἐς τὸ κείμενον (vt Graeci recentiores loquuti sunt) irrepsisse animaduerti. A quibus locis, vt sibi caueret lector, eo libentius illum in exemplū proposui.

Oportet & illud addam, esse qui Propertium, in his versibus,

Ille licet ferro cautus se condat & aere,
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

imitatum esse illum Demosthenis locum arbitrentur πέρας μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ.

Vel, vt vulgo legitur ille locus, (eadem manente sententia) πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκ. &c.

SCHEDIASMA V.

Ambiguitatem, quæ primo aspectu quibusdam in locis se offert, interdum attente legenti non relinqui.

Diuersa ambiguitatis exempla ex Liuio & Cæsare.

AMbiguitas etiamsi diligenter, vt pote non paruum in oratione vitium, vitanda sit, interdum tamen in eam optimi etiam scriptores inciderunt. Sed nonnunquam ea, quæ legentibus aliquid ambiguitatis primo aspectu præ se ferunt, attente relegentibus ea carere comperiuntur. Præsertim aût pronomen *Suus* possessiuum ex reciproco *Sui* ortu habens, facit vt lectores ambigant atq; hæreant. Quod dici de isto Liuii loco potest, libro XXIV. vbi de Hierone Hieronymo nepoti tutores relinquête sermo est, *Itaque tutores numero quindecim puero reliquit: quos precatus est moriens, vt fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab se cultam, inuiolatam seruarent: iuuenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent, disciplinæq; in qua edoctus esset.* Nam prima fronte de *vestigiis tutorum* non minus, quam de *vestigiis Hieronis* posse hoc intelligi videtur. Verum si quis consideret præcedere *ab se cultam*, quod ad Hieronem tantum referri queat, & statim sequi, *suis vestigiis*, deinde *disciplinæ in qua edoctus esset* mentionem fieri, quam tutorum non fuisse, sed ipsius Hieronis, constat: dubitatio illa tolletur. Sic autem in plerisque locis attenta lectio, quod dubitationes huiusmodi eximat inuenire potest. Quanquam, hunc ad locum quod attinet, fieri etiam potest, vt Liuius scripserit, *suis ipsius potissimum vestigiis insistere vellent*, & ita nullam ambigendi occasionem dederit.

Verum aliis etiam modis amphiboliam habet oratio: quorum vnum efficit duplex eiusdē nominis vsus, ac sæpe quidē ob duplicem quā habet significationē: sed interdum etiam ex eo, quod vel adiectiuum vel substantiuū esse potest. Huius amphiboliæ insigne exemplū in hac ipsa insignis appellatione apud Cæsarē habemus. Nam quum ab eo scriptum sit nō procul a fine libri VII. De bello Gallico, *Accelerat Cæsar, vt prælio intersit. Eius aduentu ex colore vestitus cognito (quo insigni in præliis vti consueuerat), turmisq; equitū & cohortibus visis, quas se sequi iusserat.* Ex hoc enim loco annotarunt quidam, Cæsarem *vestitu insigni in præliis vti consueuisse*, perinde ac si, vbi scribit, *quo insigni in præliis vti consueuerat*, nomen hoc adiectiuum faceret, non aliter quam si diceret, *quem gestare insignem in præliis cōsueuerat.* At ego nomē istud esse illi substantiuum existimo, nec aliter accipiendum esse, quod dicit, quam si scriptum fore, *Quo colore* (vel *cuius coloris vestitu*, *vti in præliis consueuerat*, *vt insigne esset.* Sic certe Liuium audimus vocantem vestem *insigne*, quo

quo rex a ceteris ciuibus differt: libro XXIV. *Nam qui per tot annos Hieronem, filiumq; eius Gelonem, nec vestis habitu, nec alio vllo insigni differentes a ceteris ciuibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos.* Verum ad Cæsarem quod attinet, ea fortasse vestis qua vtebatur, non *insignis* erat, & tamen propter colorem eam *insigne* habebat.

SCHEDIASMA VI.

Quod Martialis in vita beata *primum ponit, senario iambico a Græcis fuisse iamolim notatum, & ab Homero quoque videri agnitum: quinetiam ab Horatio non fuisse prætermissum.*

ACHillem apud Homerum audimus dicentem, libro Iliados ι.

ἔνθα δέ μοι μάλα πολλὸν ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγήνωρ,
γήμαντα μνηστὴν ἄλοχον εἰκυῖαν ἄκοιτιν,
κτήμασι τέρπεσθαι τὰ γέρων ἐκτήσατο Πηλεύς.

Eum in locum annotat scholiastes, quem *ἀνέκδοτον* seu *ἀνώνυμον* appello, λέγει ὅτι *πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαιμονοῦντα.* Hæc autem verba iambicum senarium efficiunt, si *εὐδαιμονοῦντα* in *εὐδαίμονα* mutantes, scribamus,

Πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Quem ita reddo,

Paterna habere oportet, vt beatus sis.

Hoc ipsum a Martiali primum inter illa numeratur, quæ beatam vitam, seu beatiorem (vt ille loquitur) faciunt.

Res non parta labore, sed relicta.

Sed & apud Horatium rusticus ille quem beatum censet,

Paterna rura bobus exercet suis.

Ceterum, quum scribit ille scholiastes dici ab Achille, quod ille senarius testatur, ostendit, ab Homero quoq; agnitum fuisse illud, tanquam vnum ex iis, quæ ad vitæ beatitudinem requiruntur.

Addam & hoc de illo iambico versu, animaduertendum esse, dici non simpliciter *τὸν εὐδαίμονα*, sed *τὸν καλῶς εὐδαίμονα*: quasi quædam sed non omnis *εὐδαιμονία* dici *καλὴ* possit. Cuius tamen adiectionis fateor me rationem in mea interpretatione non habuisse.

SCHEDIASMA VII.

Nasonis expensus locus, quo de quadam dicitur, eam inter lacrymandum etiam fuisse formosam: *& allati duo Græci senarij huc pertinentes.*

NAsonem, si quemquam alium poetam, naturam humanã pulchre describere, fateri coguntur quicunque, quod verum est fateri volunt: & ita quidem, vt etiam in mentem nobis nonnulla

reuocet, quæ aliquando obseruauimus, & eorum quæ obseruata non fuerint, licet in oculos sæpe incurrentia, obseruatores nos reddat, aut reddere debeat. Is igitur magnam cuiusdam mulieris pulcritudinem describens, *tantam fuisse dicit, vt etiam inter lacrymandum pulcra fuerit*: perinde ac si diceret, *naturalem illum lacrymationis effectum, quo deformis ex formosa redditur facies, in ea locum non habuisse*. Itidemq; de alia, nimirum Ariadne,

Clamabat flebatq; simul: sed vtrunq; decebat,
Nec facta est lacrymis turpior illa suis.

Verum hoc tanquam aliquid rarum proponitur, quum (vti dixi) *fletus soleat multum de forma detrahere*, & interdũ ex formosa, aut formoso omnino pene deformẽ facere. Quod si ita est, quantam eius esse deformitatem dicemus flentis, qui cum etiam quum minime flet, deformis est? Ideo ille hypomnematistes anonymus in Homericum istum de Thersite versum, Il. β.

ἀλγήσας δ', ἀχρεῖον ἰδών, ἀπεμόρξατο δάκρυ,

duos istos iambicos affert,

ὡς αἰσχρόν ἐστι μὴ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
κλαῖον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

Ceterum *quantum lacrymas, tantum & iram, seu dolorem, vultum immutare & deformare*, ostendit idem Naso, quum Metamorph. lib. VI. de Niobe canit,

Et quantum ira sinit formosa.

Huc pertinet & quod legimus libro eiusdem poematis VII.

Tristis erat: sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi.

Et paucis verbis interiectis,

—— tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.

SCHEDIASMA VIII.

Horatij versus emendatus atq; expositus.
Poetæ Græci locus, eodem pertinens, emendatus & interpretatus.
Senecæ & poetarum Latinorum eodem pertinentes loci.
Ciceronis qui dissidere videntur loci conciliati.

HOratii locus quem proponam, diu mihi negotium exhibuit, antequam & mendi suspectum haberem, & quomodo emendandus esset, (si mea me coniectura non fallit) in mentem mihi veniret. Is legitur in epistola libri prioris, quæ est XVII. ad Scæuam scripta,

—— aut virtus nomen inane est,
Aut decus & pretium recte petit experiens vir.

Nam quomodo dicere audebimus, Horatium existimare, illi viro quem experientem vocat, *propositam esse pretij spem, id est vtilitatis?* Sed tamen ad hanc deuenire expositionem coactus fuit & Lambinus:

nus: nec animaduertit, Horatium hoc dicentem, non solum philosophis repugnaturum, sed etiam a seipso dissensurum. At si pro & scribamus *vt* (qua mutatione nulla esse minor potest) non cogemur & nos de illo hoc sentire: sed dicemus, *experientem virtutem*, *decus*, id est, *honorem, tanquam suum & sibi debitum præmium, petere*. Hoc autem omnino conuenit cum his, quæ a Cicerone tertio De republ. libro scribuntur, *Vult plane virtus honorem, nec est virtutis vlla alia merces, quam tamen illa facile accipit, exigit nō acerbè*. Quibus hæc subiungit respondens obiectioni quæ inici posset, *Sed si aut ingrati vniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem præmiis spoliant: næ illa se tamen multis solatiis oblectat, maximeq; suo decore se ipsa sustentat.* Quum vero dicitur, *virtus nihil aliud pro suo præmio, quam eum, qui ipsi debetur honorem, petere, sed hunc ipsum a seipsa accipere*, perinde est ac si nullum aliunde præmium petere diceretur. Ideoq: non poterit videri istud refragari illi a quo dicta est αὐτὴ αὑτὴν ἆθλα τ͂ πόνων ἔχει. Fuit autem poeta, & quidem tragicus (vt opinor) qui de illa est ita loquutus. Quicunque tamen is sit, totum eius de virtute dictum, ad præsentem sermonem pertinens, est huiusmodi, apud Clementem Stromatεων libro IV.

> ἐθ' οὐδέν' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
> οὐκ ἐκ θυρεῶν ἐπίχειρα λαμβάνει,
> αὐτὴ δ' αὑτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Sed ego hic pro θυρεῶν repono θυραίων, vt dicatur *virtus præmium seu mercedem ab extraneis non accipere, sed ipsam sibi laborum præmium esse*. Contra vero θυρεῶν, id est *clypeorum*, vel potius *scutorum*, quorum mentio fieret? Quum igitur Gentianus Heruetus hos pulcerrimos de virtute versus Latinos ita fecerit,

> *Nam sola virtus, rebus in mortalium,*
> *Non præmia ex clypeis capit militia.*
> *Sed ipsa seipsam habet laborum præmium:*

ego contra sic reddendos esse dico,

> *Nam sola virtus, rebus in mortalium,*
> *Haud vlla solet externa capere præmia,*
> *Sed ipsamet sibi laborum est præmium.*

Possit autem secundus versus & ita reddi,

> *Extraneorum nulla præmia accipit.*

Nec non isto modo: & quidem ita, vt eum præferam etiam ceteris,

> *Accipere nullum præmium extra se solet.*

Ceterum apud Senecam quoq; non vno in loco legimus, q̄ hic de illa dicitur, αὐτὴ δ' αὑτὴν ἆθλα τ͂ πόνων ἔχει. Eorum vnus est in libro De beata vita, cap. IX. vbi scribit, *Interrogas quid petam ex virtute? Ipsam. nihil enim est melius. ipsa pretium sui est.* Quinetiam Latini poetæ hoc de virtute testati sunt: & ita quidem vt Nasone dicente

virtutem per se petendam esse, externis bonis incomitatam, hæc externa bona possimus ex illo poetæ Græci loco τὰ θυραῖα interpretari. Ita enim elegia tertia libri secundi De ponto,

Iudice te mercede caret, per seq; petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

Breuius Claudianus,

Ipsa quidem virtus pretium sibi.

Et Silius Italicus,

Ipsa quidem virtus sibimet pulcerrima merces.

Deniq; omnes istud poetæ magno consensu de virtute testantur, dissentiente tamen Horatio, si vulgo receptā lectionem sequimur: sed assentiente, si eam sequi quam ex coniectura substituo, libeat.

Sed videndum est, an quæ de virtute huc pertinentia dicuntur, satis inter se consentiant. Nam audimus Ciceronem dicentem, *Vult plane virtus honorem, nec est virtutis vlla alia merces.* & tamen alibi de ea hæc loquentem audiemus, *Ergo item iustitia nihil expetit præmij, nihil pretij. Per se igitur expetitur, eademq; omnium virtutum caussa atq; sententia est.* Ac scio esse qui quod hic atq; alibi in eandem sententiam dicitur, repugnare illi, quod in proxime præcedente habemus loco arbitrentur: quum tamen ab eadem proficisci mente vtraque existimem. Nam qui dicit (vt attigi antea) *virtutem nullum aliud præmium, nullam aliam mercedem, quam honorem, poscere, & sic tamen, vt eum nō aliunde, quam ex seipsa sumat*, nonne perinde est ac si eam nullum a nobis præmiū, nullam mercedem petere aut exspectare, gratuitamque, non mercenariam, esse diceret? Nam si *ipsa sibi est pretium*, vt loquitur Claudianus, si *ipsa sibi est merces*, vt Silium loquentem audimus, ideone *mercenariam* appellare possumus?

SCHEDIASMA IX.

Tibulli locus emendatus.

De quodam nouo vsu quem apud eum vocabulum deterrita *habere videtur.*

Tibullum nō immerito cultum appellari si credimus, (vt certe credere debemus) cum alii in eo loci aures nostras possunt offendere, tum vero hic, libri primi elegia tertia,

Parce pater. timidum non me periuria terrent,
Non dicta in sanctos impia verba deos.

Quorsum enim hic, *non terrent me timidum* diceret? an, *Non terrent me qui alioqui sum timidus*, vellet a nobis intelligi? Imo vero non satis apte suæ *timiditatis* mentionē hic faceret. perinde enim esset ac si dicentē illum audiremus, *Non terrent me periuria, quem, vtpote timidum, facile est terrere.* Deinde cur non potius ordine seruato molliorem sermonem suum reddidisset? poterat enim dicere,

—non me timidum periuria terrent.

Aut, si hæc verba, *timidum non me periuria terrent*, nihil aliud sibi velle existimentur quam *Non terrent me ita, vt timidus reddar* (si tamen credibile esset, tale quid eum mente concepisse) poterat, sermone nihil pleonasticum habente, & magis putarn Latinitatem decente, vtens ita versum suum scribere,

—non me timidum periuria reddunt.

Deniq; nos illi facere iniuriam credo, si, quam habemus scripturam ab eo perfectam esse credimus: nec dubito quin si eius autographon exstaret, in eo hanc essemus lectionem inuenturi,

Parce pater timido, non me periuria terrent.

Ignosce (inquit) *timori meo: non ex periuriorum conscientia, aut impiorum, quæ in Deos dixerim verborum, hic oritur.*

HABES in eadem elegia vocabulum *deterrita* (cuius sum recordatus dum legerem illud *terrent*) quod suspicor noue dictum esse pro eo quod est *Terrore liberata* (vt Cicero *liberum terrore animum* dicit) noue inquam, id est, significatione, quæ noua nobis est, quum tamen Tibulli seculo non omnino fortasse noua esset. Loquitur autem de sua Delia,

Cuncta dabant reditum: tamen est deterrita nunquam.
Quin fleret nostras respiceretq; vias.

Quamuis (inquit) *omnia reditum illi darent*, id est, *spem mei reditus: tamen nunquam ita potuit illi terror adimi, quin fleret.* Neque interim vulgatem huius vocis vsum aliquem posse hic locum habere nego: sed dure hoc dictum iri aio, *Deterrita quin fleret*, pro eo quod est, *Terrore auocata a fletu.* Nam etiamsi multæ sint res, a quibus aliquem auocamus & auertimus terrore, non tamen & fletus earum e numero esse videtur.

SCHEDIASMA X.

Propertij versus emendatus.

Quod eo in loco narrat, etsi valde mirabile, non tanquam a poeta, sed tanquam ab historico, esse accipiendum.

PRopertium & Tibullum, quorum scripta nos abs re coniungi videmus, mea etiam memoria coniunxit, quum post emendationem loci Tibulliani, statim Propertianum suggessit. Hic legitur libri tertii elegia duodecima.

Felix eois lex funeris vna maritis.
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Nanq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto,
Vxorum fusis stat pia turba comis:
Et certamen habent lethi, quæ viua sequatur
Coniugium pudor est non licuisse mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora prabent,
Imponuntq; suis ora perusta viris.

Nam hic nō video quomodo ferri queat, dici prius quidē *ardent*,

posterius vero *flammæ pectora præbent:* & quamuis ad figuram, quæ hysteron proteron vocatur, referri quædam sciam in quibus ordo est præposterus, tanquam ea excusantem, tamen hic locum habere haud crediderim: quoniam durius est hoc præposteritatis (vt ita loquar) genus, quam id sit, quod excusari solet. Quomodo igitur emendandum esse hunc locum dicemus? reponendo (si mea: fides coniecturæ habebitur) *gaudent* pro *ardent*. Nam quum *certamen habeant lethi, & pudor sit non licuisse mori,* verisimile est illas nō sine gaudio victoriam ex illo certamine reportare. Deniq; quo magis hunc locum considero, eo magis hæc lectio mihi placet,

Gaudent victrices, & flammæ pectora præbent.

Perinde ac si diceret, *victrices pectora flammæ magno cum gaudio præbere.*

Ceterum quamuis admiratione dignum sit, & magna quidē ea, quod hic narratur, non tamen, vt poeticam, verum vt historicam narrationem accipere, nos propemodū cogit multorum scriptorum consensus. Nam, vt taceam mentionem huius moris ab Herodoto, Diodoro, Plutarcho, Cicerone, fieri, etiam Ioachimus Camerarius, postquam Herodoti locum attulit de Thracum mulieribus hoc commemorantis, eorum, qui supra Crestonios incolerent, *Sed* (inquit) *pleriq; alij omnes de Indicis mulieribus hanc historiā tradidere: & isti nauigatores nuperi idem narrant. Nosq; audiuimus de quodam qui affirmaret hoc se oculis suis vidisse.*

SCHEDIASMA XI.

Horatium, Græcum loquendi genus κατὰ θάλαττιον *vide imitatum videri hoc in versu,* Vectabor humeris tunc ego inimicis eques.

LEgimus apud Horatium in fine Epodon, in Canidiæ responso,

Vectabor humeris tunc ego inimicis eques,
Meæque terra cedet insolentiæ.

Vbi Porphyrio affert multa ad expositionem horum verborum, *Vectabor humeris eques:* quæ ego tibi apud eum videnda relinquo: & quod ab eo non dicitur, sed posse tamen vere hoc de loco dici arbitror, proponēs, Horatium Græci verbi κατὰ θάλαττιον vsum imitatum esse aio, quum videlicet de inimico loquentes dicunt κατὰ θάλαττιον αὐτοῦ. Neque enim recentiorum duntaxat scriptorum istud loquendi genus esse putandum est.

SCHEDIASMA XII.

Euripidis versus emendati & interpretati, in quibus vxorem mariti *ait, esse* δούλην.

Martialis distichum in quo Euripidi assentitur.

Apud Nasonem itidem Lucretiam sic marito suo absente loquētem, eum dominum *appellare.*

Alius

Alius Euripidis locus de vxore itidem & marito, emendatus & interpretatus.

EVripidis duo versus apud Clementem Alexandrinum leguntur, de *pudica vxore, & ea quæ impudica est*: quorum prior & apud Stobæũ exstat. Nam in quarto Stromatεων habet apud eum vulgaris editio, ex illo tragico,

Πᾶσα γὰρ δούλη ἐστὶν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.
ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόντα ὑπερφέρει.

Apud Stobæum autem, in tmemate LXV.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

Quum, vt ille versus scribendum sit,

Δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

siue hæc πᾶσα γὰρ, aut ἅπασα γὰρ, fuerint finis versus præcedentis, siue ab aliquo sint adiecta. Apud Clementem vero legentem ἐστὶ, non πέφυκεν, stare potest, ita scribendo,

Πᾶσ' ἐστὶ δούλη ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

Sed posterior versus nõ tam facile emendari potest: cuius tamen mihi videor emendationem inuenisse, vt nimirum scribatur,

Μὴ σωφρονοῦσα τὸν ξυνόντα ὑπερφέρει.

vel τὸν ξυνόνθ' ὑπερφέρει. Ad illam autem quod attinet vocẽ ἀνοίᾳ, credibile est, quum pro σωφρονοῦσα appareret tantum σωφρονια (vt sæpe vestigia solum quædã geminæ scripturæ oculis se nostris offerunt, quod iam ἐξίτηλοι nonnullæ literę sint) aliquem illam scripturam nihil significantem mutauisse in istam, σώφρων ἀνοίᾳ: non animaduertentem, numeros versus hanc lectionẽ non admittere: vt taceam, parum conuenientem rei, de qua sermo est sensum efficere. Ceterum memorabilem hanc sententiam ita reddidi,

Seruit marito quæ pudica est fœmina,
At impudica superior viro suo est.

Sic autem & Martialis *vxorem marito inferiorem esse vult*: & quidem bellę in eo ludens quod, quũ illa est marito suo inferior, tum demum inter hunc & illam *parilitatem* esse dicat. Postquam enim respondit Prisco se ideo vxorem locupletem nolle ducere, quod nubere suæ vxori nolit, addit,

Inferior matrona suo sit Prisce marito:
Non aliter fiunt fœmina virque pares.

Minus tamen esse fateor, *inferiorem* dici quam δούλην. Sed apud Nasonem Fastorum libro II. audimus illam vere σώφρονα (vt ipsius vtar Euripidis vocabulo) Lucretiam, dum de marito absente loquitur, *dominum* appellantem.

Mittenda est domino (nunc nunc properate puellæ)
Quamprimum nostra facta lucerna manu.

Sed ad Euripidem quod attinet, eum Clemens ποικίλως γράφειν scribit, (& quidem hoc facere μάτην) quod quum vno in loco de vxore pudica talia ab eo dicantur, alibi dicat, Πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κρείττων

ἄλοχος, κἂν ὁ κρείττων γήμῃ τὴν ἀδοκιμωτέραν. Qui locus est & ipse multum deprauatus, præsertimque in voce κρείττονος. nam pro χείριστος positam esse, manifestum videtur. Ad cetera autem quod attinet, videndum an restitui quo dicam modo possint, vt fiant hi duo versus,

ἀνδρὸς χερείων ἄλοχός ἐστι πᾶσά γε,
κἂν ἀδοκιμωτέραν χὠ κάκιστος ἂν γαμῇ.

Nisi quis malit ἀδοκιμωτέραν, sicut & ipse malim. Sed in priori versu parum mihi satisfacio: quamuis alioqui minime dubium videatur quin hunc sensum isti versus efficiant,

Deterior omnis est coniux viro suo,
Vel si celebrem quis habeat deterrimus.

Potius autem *deterior* & *deterrimus* quam *peior* & *pessimus* dico, quod non de *probitate* vel *improbitate* hic agi putem, sed de hoc, *vxoremne an virum pluris facere oporteat*.

SCHEDIASMA XIII.

Clementi Alexandrino non videri assentiendum de omnibus illis gnomis, seu sententijs Græcorum poetarum, quas ex alijs furatos esse scribit.

CLementi assentiri non possum, de nonnullis, quæ scriptores alios ex aliis furatos esse scribit: præsertimque de illis, quæ omnibus nota esse possunt, & quidē quæ aut prouerbialia, aut prouerbialibus sunt similia. Exempli gratia, vbi scribit, quum Homerus cecinisset,

Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

Archinum inde sumsisse ista, πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν, ἢ πρότερον, ἢ εἰς ὕστερον. itidemque Demostheni illum versum materiam horum præbuisse, πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος. κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ. Ignorabatur enim illud scilicet, antequam apud Homerum lectum fuisset. Imo vero non solum lippis & tonsoribus, sed ipsis etiam pueris notum hoc est, ac semper fuit: adeo, vt qui tempore Homeri viuebant, omnes ad vnum (qui quidem illo prouectiores ætate erant) dicere possent, *Hoc noueram antequā Homerus natus esset*: sicut quidam dixit, *Hoc noram antequam natus Theognis esset*. Id enim ista Græca verba valent, ἐγὼ δὲ ᾔδειν πρὶν Θέογνιν γεγενῆσθαι. quæ in prouerbium abierunt. Præsertim vero quum simpliciter & sine adiectione *de morte* hoc dicitur, nihil, quod non in ore quotidie sit omnibus, proponitur. Verum & quæ interdum de ea adiciuntur, veluti ab iis, *qui non solum nullam ætatem, nullum gradum excipi, sed ne minimum quidem discrimen ab illa inter ætates, aut inter gradus poni dicunt*: ea quoque vulgaria & peruagata esse fateamur necesse est. Nam ad ætatem quod attinet, sicut apud Archinum illum legimus, ἢ πρότερον, ἢ εἰς ὕστερον, sic apud Nasonem,

—*pau-*

——paulumque morati,

Serius aut citius sedem properamus ad vnam.

Et apud Propertium,

Longius aut propius mors sua quenq; manet.

Denique apud Horatium,

——omnium

Versatur vrna: serius, ocyus

Sors exitura.

Et apud eundem,

Mista senum ac iuuenum densantur funera: nullum

Saeua caput Proserpina fugit.

Quinetiam auctor carminis in obitum Mæcenatis,

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,

Non oblita rapit sed tamen illa senes.

Ad gradus autem, quod attinet, *non magis ei parci, qui in summo sit gradu, quam ei, qui infimo,* haud minus & istud peruagatum esse comperiemus. Vnus certe Horatius tribus saltem in locis huius rei mentionem facit. Nam libri primi ode quarta scribit,

Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas,

Regumque turres.

Et ode XIV. libri II. vbi dixit *Plutona ter amplũ Geryona Tityumq; tristi vnda compescere,* addit hæc ipsa de vnda,

—scilicet omnibus

Quicunq; terra munere vescimur.

Enauiganda: siue reges

Siue inopes erimus coloni.

Quoniam vero hic poeta si quis alia in gnome (si gnomen & hoc dictum vocare oportet) in hac maxime copiam suam ostentat, vt obiter huius quoque exemplum habeamus, etiam alios eadem de re locos adiiciam. Legimus igitur apud eum idem hoc quoque modo dictum,

—aqua tellus Pauperi recluditur

Regumque pueris.

Nec non isto,

Diuesne prisco natus ab Inacho,

Nil interest, an pauper, & infima

De gente sub dio moreris,

Victima nil miserantis Orci.

Nec aliud sibi vult hoc in loco, qui est initio odes primæ libri tertii,

—aqua lege necessitas

Sortitur insignes & imos:

Omne capax mouet vrna nomen.

Estque illis omnibus adiiciendus & hic, satyra VI. libri II.

—neq; vlla est Aut magno aut paruo lethi fuga.

Ego vero tam multis in locis (quos ea quã dixi de caussa huc congessi) nihil poetam hunc dicere aio, quod omnes non norint, & quod aliunde mutuari oportuerit. Atq; idem dicendum esse reor & de poetis Græcis, qui post Homerum, vel illud tantum, quod ipse *de morte*, scripserunt, vel eius dicto, tale aliquid, quale his in locis legimus, addiderunt. Sed miretur etiam hoc quispiam haud immerito, non omnes ex Homero sumsisse dici quædam, sed nonnullos ex eorum quopiam, qui ex Homero mutuati essent. vt quũ Phanoclem illud distichum quo *mortem ineuitabilem esse* testatur, (quod a me emendatũ & interpretatum habes Schediasmate IV.) haud ex Homero petiisse scribit, verũ ex alio, qui ex Homero acceperat. Quod sane perinde est ac si quis e riuulo quẽ quis e fonte deduxisset, haurire maluisse, quam ex eo ipso fonte, diceretur.

Sic etiam alia quædam sunt alicuius ex prioribus poetis dicta, quæ Clementi quendam e posterioribus, aut quosdam sumsisse ex illis credenti, haud credo. Quo in numero istud Theognidis pono dictũ, Τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Cur enim didicisse ex Solone Theognin putabimus, quod eum quotidiana docere experientia poterat? Nisi forte Theognin prius quidem hemistichium esse commune sibi cum Solone voluisse dicemus. vtpote quod prouerbiale, aut velut prouerbiale esset: at posterius quodammodo reformare: quum Solon quidem dixisset,

Τίκτει τοι (vel Τίκτει γὰρ) κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται:

at Theognis, restringere illius dictum ad *improbos* volens, quum iam dixisset ὕβριν esse primum malum homini a deo datum, addiderit,

τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Et quidem pentametro etiam mentionem *improbi* continuauerit. Addit enim,

ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

Adde quod non vno in loco, sed in aliis etiam tribus, κόρον, id est, *satietatem*, seu *saturitatem*, damnat: & ita quidem, vt non ex alius sententia, sed ex sua loqui se de illa ostendat. Nam περὶ γνώμης verba faciens, id est, *de prudentia*, dicit,

——— ἡ πολὺ κρείσσων
ὕβριος οὐλομένης λευγαλέου τε κόρου.

Nec his contentus adiicit distichum,

ἔστι κακὸν δὲ βροτοῖσι κόρος τῶν (vel τοῦ potius) οὔτι κάκιον.
πᾶσα γὰρ ἐκ τούτου Κύρνε πέλει κακότης.

Quinetiam alibi *de filia* τοῦ κόρου ita loquutus,

Τοιάδε καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα καὶ ὕβρις
Οἷα τὰ νῦν ἱερὴν τήνδε πόλιν κατέχει.

(cui disticho simile est & minas valdé habens istud in sequentibus,

ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα,
καὶ Σμύρνην· πάντως Κύρνε καὶ ὕμμας ὀλεῖ)

addit

addit *de illa saturitate, eius matre*, siue περὶ τοῦ κόρου, qui eius est pater,

Πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη
ἄνδρας, ὅσοι μοίρης πλεῖον ἔχειν ἔθελον.

Denique alibi, in iis quæ sequuntur,

Πολλούς τοι κόρος ἄνδρας ἀπώλεσεν ἀφραίνοντας,
Γνῶναι γὰρ χαλεπὸν μέτρον, ὅτ' ἐσθλὰ παρῇ.

Theognis scilicet tam multa περὶ τῆς ὕβρεως & περὶ τοῦ κόρου dicēdi occasionem ex vnico Solonis versu sumsisset, & furtum suum tot locis inculcasset. Imo vero iam tum fuisse prouerbio iactatum illud crediderim, vti dixi. Ab Aristotele quidem certe tanquam prouerbiale afferri dictum illud videmus, aliquid ei adiiciente, nimirum, ἀπαιδευσίαν μετ' ἐξουσίας eodem modo *parere ὕβριν*.

Ad sententiam igitur, quod attinet, furatum ex Solone illā esse minime putādum est: sed verba tamē eius retinuisse fateor, (paucis, vt ostendi, mutatis) sicut ipse fortasse Solon ex alio ea sumsisset. Atq; idem & de hoc versu sentio,

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι:

quum apud Solonem legatur itidem,

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται,

nisi & sequentes quinq; versus similes itidem, paucis exceptis, essent. Hinc enim suspicandum potius videtur ex vnius poemate in alterius poema irrepsisse.

Verum alia sunt quædam dicta, quæ magis etiam a quotidiana experientia quam hæc, præsertimque quam illud prius, τίκτει τοι κόρος ὕβριν, petita videri possunt: quæ ideo magis etiam mirum est Clementem existimasse vnum ex altero furatum esse. Tale est hoc Posidippi,

Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν
ἄνθρωπος ὤν.

Cur enim Posidippum ex Diphilo aut alio discere hoc oportuit, cuius exempla quotidie ante oculos habebat?

Quod autem de Euripide & Sophocle scribit, eos & συνακμάσαι & συναγωνίσασθαι, (quod alii negant ac pernegant) & tamen vnum ex altero sumsisse ait, id mihi nullo fit modo verisimile.

In eo quidem aperte peccat, quod diuersos diuersorum scriptorum versus affert, tanquam eadem sit vtriusque sententia, quum tamen & ipsa diuersa sit. Nam, exempli gratia, huius versus Theognidis,

Οὐκ ἔστιν φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος,

eandem esse vult sententiam, quæ est huius Euripidei,

Πένητι φεύγειν πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.

quasi vero πένης, id est, *pauper*, & φεύγων, id est *exsul*, idem valerent.

Mirum videri potest & quod Sophoclis quosdam versus, deinde Herodoti locum ceu similem affert: nisi, aliter quam verba

præ se ferant, hunc ille materiem suorum præbuisse versuum intelligamus.

SCHEDIASMA XIV.

Pindarum non videri posse excusari, invertentem, quod de saturitate & insolentia dicitur: ideoque suspectam esse ibi scripturam vulgo receptam, & fortasse no magna cum mutatione posse emendari.

PIndarus, quod Schediasmate proxime præcedente toties de *saturitate & insolentia* (nam ὕβριν ita malim, quam *ferociam* interpretari) dictum audiuimus, *saturitatem esse insolentiæ matrem*, omnino inuertit, dicens contra, ὕβριν, κόρου ματέρα id est, *insolentiam, saturitatis seu satietatis esse matrem*. Quo igitur respicientem Pindarum ita loquutum esse dicemus? Ad quotidianam quidem certe experiētiam respexisse nequaquam dici potest, quū illa contrariū omnibus ante oculos ponat: & vel ipsi equi, quum insolescentes κορδιᾶν dicuntur, rem non aliter se habere ostendāt. Quid igitur de Pindari loco nobis sentiendum est? Ego tanti poetæ honori non puto melius posse a nobis consuli, quam si deprauatum esse locum dicamus: (etiamsi tam multi per tam multos annos de hoc tacuerint) & pro κόρου reponendum esse φθόρου: Olympionic. ode 13.

ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν ὕβριν φθόρου
ματέρα θρασύμυθον.

Statim autem pro me facient ii, quos in proxime præcedēte Schediasmate habes Theognidis versus, *de urbibus nonnullis, quibus sua ὕβρις excidium attulit*. Eos igitur ibi videndos tibi relinquo: & simul idem περὶ τοῦ κόρου dictum, respiciendo (vt opinor) ad ὕβριν quæ eum consequitur.

SCHEDIASMA XV.

Euripidis versus a vulgo recepta opinione dissentiens: cui versui alij apud Clementem, alij apud Stobæum subiunguntur: & viri magis conuenire videantur.

Euripidei versus apud Stobæum emendatio.

IStud quidem dictum auribus nostris minime nouum accidit,

Οὔ τοι χρήσιμόν ἐστι νέα γυνὴ ἀνδρὶ γέροντι:

sicut neque hoc,

Αἰσχρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.

(ac videri possunt hæc quoque ex eorum esse numero, quæ Clemens dicere non debuerit posteriores poetas prioribus suffuratos esse) at vero illud Euripideum, quod præcedentibus contrarium videtur,

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέον ζεῦξαι νέαν,

haud tantum nouum, sed paradoxum etiā videri potest: ac (quod

& ipsum miretur aliquis) alii apud Clementē versus huic subiunguntur, quibus eius ratio redditur, alii apud Stobæum. Nam apud Clementem subiunguntur hi,

ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρων ἱμείρει λαβεῖν,
ἡ δ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα βουλεύει κακά.

At vero apud Stobæum illi,

Μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρρένων μένει,
Θηλείας δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

Totum autem locum, qualis affertur a Clemente, ita reddit Gentianus Heruetus,

Dare iuueni iuuenem mala est res coniugem,
Namq; is cupit cubile inire alterius,
Sed machinatur ipsa egens illi malum.

Sed quum viderem non stare secundum illum versum,

Namq. is cupit cubile inire alterius,

& in tertio illa verba, ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα, non bene reddita esse viderentur: eius interpretatione te contentū non fore putans, meam adieci. Ea igitur est huiusmodi,

Malum est, iuueni eam quæ iuuenis est iungere.
Alterius ad torum ille vult accedere,
Carens toro illa machinatur quid mali.

At vero locum eundem, qualis a Stobæo affertur, ita sum interpretatus,

Malum est, iuueni eam quæ iuuenis est iungere.
Nam masculorum robur est diuturnius,
Fœmineus at flos citius abit ex corpore.

Quid autem de his quibus tam diuersa ratio redditur versibus dicemus? Ego Stobæi lectionē libenter sequor, vtpote in qua videmus poetā φυσιολογεῖν: ne tamen suppositios esse putemus apud Clementē alios illos, qui subiunguntur versus, & nō eos esse ipsos quos ille pro Euripideis attulerit, hoc obstat, quod confert hunc locum cum quodam Epicharmi (ex quo Euripidem sumsisse putat) & in fine illius Epicharmei tale quid legimus.

Sed quum, vt apud Stobæum scriptus est tertius versus, minime stare possit, admoneo te, futurum vt stet, scribendo Θήλεια δ' ἥβη, minima cum mutatione.

SCHEDIASMA XVI.

Gallos iam olim venandi *non minus* peritos *quam studiosos fuisse, teste Xenophonte: altero videlicet ex posterioribus Xenophontibus.*

XEnophon ille cuius a me allatus fuit antea quidam locus (nō Grylli filius, sed eo posterior, & illorum alter, qui sūt homonymi & posteriores illo fuerunt, itidemq. aliquid monumentis literarum mādarūt) nostros Gallos iam olim, id est, eorū ante suum

seculum, fuisse venandi non minus peritos, quam studiosos ostendit: si quæ de illis scribit considerentur. Sæpe enim & cõmemorat & probat illorum *venatorias* (vt ita loquar) *artes*. Inter cetera autem narrat, *eos qui diuites sunt, ac quorum voluptaria & delicata est vita, mane exploratores mittere, qui renuntient, vbi leporem aut lepores viderint: ipsos autem eo venire, & immissis canibus equitantes sequi*. Eius verba sunt, Θηρῶσι δὲ Κελτοί, ὅσοι μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν καὶ τρυφῶσιν, ὧδε· ἐκπέμποντες ἐς τὰ χωρία τοὺς ὑποπτεύσοντας ἕωθεν, ἵνα κατοπτεύσωσιν ὅπου τῷ χωρίῳ ἀναπαυόμενος λαγώς. καὶ ἔστιν ὁ ἀγγέλλων εἰ τύχοι ὀφθείς, ... ὅπου αὐτοὶ τύχωσιν· ἔπειτα ἀφικόμενοι μεθιᾶσι τοὺς κύνας, ἐξαγείραντες τὸ θηρίον, αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ἕπονται. Tertia autem ab hinc pagina de iis loquitur, quibus nõ sunt quos exploratures mittant. *Horum alij* (vt scribit) πλείονες συνθήρευς συναγαγόντες, ἐξίασιν ἐφ' ἵππων. καὶ τὰ ὕποπτα ἐπιχειρούμενοι, ὅπως ἂν τύχοι ἐξεγερθεὶς λαγώς, μεθιᾶσι τοὺς κύνας. *Alij autem, & quidem qui sunt magis*, αὐτουργοὶ τῆς κυνηγεσίας (quod loquẽdi genus obseruatione dignum est) *pedibus proficiscuntur. Deinde si quis illos equitans comitetur*, καὶ οὗτος διώκει τὸ πεζὸν ἅμα τοῖς κυσίν. Atque alia nonnulla, quæ ab illis fiant, suam venandi rationem seruantibus, commemorat. Rursumque non multo post, Θηρῶσι δὲ Κελτοὶ καὶ ἀναμιγνύοντες ταῖς ἰχνευταῖς κυσὶ τὰς ὠκείας· καὶ οἱ μὲν μαστεύουσιν, αὐτοὶ δὲ διϊστάντες, μετὰ χεῖρας ἄγοντες τὰς κύνας τὰς ἀγαθάς, ὅπου μάλιστα εἰκὸς τὸν λαγὼ ἀποδιδράσκειν τὸν δρόμον. Vbi videtur *canes* vocare τὰς ἀγαθάς, quas τὰς ὠκείας appellarit.

SCHEDIASMA XVII.

Non Gallicas canes *tantum, sed & alias Gallicis pares Xenophonti priori ignotas fuisse: ideoq; existimari ab hoc, posteriorum vno, dixisse quod alioqui nequaquam dixisset, sed potius contrarium.*

Cuiates canes *cognitæ Xenophonti fuerint*.

Mirum est, ideoque relatu dignum mihi visum, quod idem ille Xenophon scribit, Xenophonti sibi homonymo, *non solũ ignotas canes Celticas fuisse* (cuius rei rationem reddit, ἄγνωστα γὰρ ἦν τὰ ἔθνη τῆς Εὐρώπης ὅσα ταύτῃ ᾤκισται ὅτι μὴ τῆς Ἰταλίας ὅσα ἐκείνοις κατείχον, ἢ ὅσοις κατ' ἐμπορίαν διὰ θαλάσσης ἐπιμίγνυον) *sed ne aliud quidem canum genus notum fuisse, quod ad Celticarum velocitatem accederet*. Atq; hoc argumento vtitur, quod dicat ille, quicunq; a canibus lepores capiantur, vel ab illis capi præter naturam corporis, vel aliquo fortuito casu. *Nam si* (inquit) *cognitæ illi canes Celticæ fuissent, illud idem de canibus dicturus fuisse mihi videtur, quoscunq; lepores non capiant canes, eorum vestigijs insistendo, præter naturam corporis accidere canibus, vt eos non capiant, aut aliquo casu fortuito id fieri. Nam quæcunq; valido sunt corpore, & generosæ, has nunquam lepus queat effugere*. Deinde quomodo τύχῃ χρησάμενοι videri queant ostendit. Sed ipsa eius verba totius loci afferam. ὡς δὲ

sco-

(inquit) οὐδὲ ἀπὸ ... κυνῶν ... Κιλλικῷ ... (videtur autem hic subaudiendum ex præcedentibus, ... Κιλλικῷ) ... Adeundus est autem Xenophontis prioris locus, vt quod in hoc posteriori de illo dicitur, plene intelligatur.

Sed *cuiates* cognitas fuisse Xenophonti *canes* dicemus? *Caricarum* tantum & *Cretensium* notitiam illi tribuere posterior ille Xenophon videtur, ad leporum venationem, quod attinet. Alioqui *ceruorum venationi* audimus priorem illum Xenophontem iubentem *canes Indicas* adhiberi: *aprorum* autem, *Indicas, Cretenses, Locrenses, Lacanasq*. *Cretenses* tamen seu *Cressas canes* fuisse & *ceruorum venationi* adhibitas etiam versus ille docet.

Κρῆσσαι κύνες ἐλάφοιο κατ' ἴχνιον ἴδρυνται ...

Vbi obserua, *fæminæ* itidem, non *masculi*, mentionem fieri, sicut ab vtroq; Xenophonte. Qua de re & in quodam libri præcedentis Schediasmate dictum fuit.

Schediasma XVIII.

Quod spectaculum venanti Xenophon prior magnam afferre voluptatem dixerit, hunc posteriorem esse voluptati *negare*.

HOnorifice semper aut modeste saltem de priori Xenophonte posterior hic Xenophon loquitur, non idem solum nomen, sed eandem quoq; patriam habens, vt ipse profitetur: quinetiam, quod maius est, ἀμφὶ ... ἐστὶ ... (non male autem, vt opinor, ante κυνηγέσια distinguetur, vt ... non minus ad sequentia duo, quam ad illud referatur) κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν καὶ σοφίαν. Ac modestiam hanc ostendit, vel quod in proxime præcedente Schediasmate retuli. Nam ibi ita reprehendentem illum audimus, vt simul excuset. Sed permittit tamen sibi ab illo prorsus dissentire de quadam re, *cuius spectaculum summam ille voluptatem afferre* ait. Nam quum ille scribat de lepore, *tantum esse huius animalis gratiam, vt nemo sit, qui si eum videat dum vestigatur, dum inuenitur, dum canes eum persequuntur, dum capitur, non oblivisceretur eius rei quam amet*: hic *cetera quidem iucundum esse spectaculum fatetur, sed videre eum capi, triste potius, quam iucundum esse*. Veruntamen & hic illum excusat, ... Sed ille Xenophon ... autem de eo loquens, dicit ... (quum veloces ca-

nes minime cognitas haberet, veniam meretur, si, videre leporem capi, magnum spectaculum esse existimabat.

Ceterum huic eius a Xenophonte dissensioni cõsentanea sunt, quæ paulo ante scribit de illis, quos τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοὺς appellat *eos non ideo canes educere, vt ipsum animal capiatur, sed vt cursu certetur.* ideoque (inquit) ἀγαπῶσιν εἰ ἐπιτύχοι ὁ λαγὼς τοῦ διασώσοντος *Quinetiam reuocari canes interdum ab illis dicit:* illis verbis hæc subiungens, καὶ καταφυγόντα εἰς ἀκάνθας ἐστὶν ὅτε ὀλίγας, οἱ δὲ καὶ ἑστῶτες ἐκπεπληγότα καὶ ἀπαγορεύοντα, ἀνακαλοῦσι τὰς κύνας, μάλιστα δὴ εἰ καλῶς διηγωνίσατο.

Quis vero non miretur, quod de se addit, *captiuo lepori interdũ libertatem suam restituente,* ὥστε πολλάκις ἤδη ἔγωγε ἐφ' ἵππου ἐφεπόμενος τῷ δρόμῳ καὶ ἀλόντα (nisi potius ἁλόντα scribẽdum est) ἐπεὶ γὰρ ζωὸν ἀφειλόμην καὶ ἀφελόμενος καὶ δήσας τὴν κύνα, ἀφῆκα διαφυγεῖν τὸν λαγών. καὶ εἰ ὕστερος ἀφικόμην ἢ ὥστε διασῶσαι, ἔπαισα τὴν κεφαλήν, ὅτι ἀνταγωνιστὴν ἄρα ἀγαθὸν ἀπώλεσαν αἱ κύνες. Vbi obseruandus ille mos *feriendi capitis in indignatione.* His porro illud de sua dissensione a sibi homonymo Xenophonte adiicit.

SCHEDIASMA XIX.

Emendatio loci cuiusdam Clementis, quem interpres prætermisit, tanquam aliquid absurdi eo diceretur.

EMendatio vnius loci Clementis, quam promitto, fenestram ad multorum siue apud eum, siue apud alios locorum emendationem aperire potest: eoq; libẽrius a me proponetur. Est certe eiusmodi, si inemendatus maneat, vt aliquid nouum inauditumq; auribus nostris afferat: & ita quidem, vt simul etiã absurdum videri possit. Quamobrẽ haud miror interpretem eum transiluisse: sed lectore non admonito hoc fecisse, nequaquã probo. Audi igitur quæ ex Protreptico ad Græcos afferam εἶτα κύνες μὲν, ἤδη πεπλανημένοι, ὀδμαῖς ῥινηλατοῦντες ἐξιχνεύουσι τὸν δεσπότην, καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι. ἐν ἵππου συρίγματι ὑπακούουσι τῷ δεσπότῃ. ἔγνω δέ φησι βοῦς τὸν κτησάμενον &c. Hic interpres caute agẽs (id est, eo quo dixi modo se gerens) non alia, quàm hæc, Latina ex illis Græcis facit, *Deinde canes quidem, qui iam aberrauerunt, sagacibus naribus quærentes, dominum inuestigant. Nouit autem (inquit) bos possessorem suum.* Vides vt illud, quod nouum inauditumq; auribus nostris & aliis (vt opinor) quibuslibet, affertur caute transiliuerit. Nã *esse aliquos, qui sibilum edant equos,* cui vnquã fando est auditum? At ecce tamen ἐν ἵππου συρίγματι. Nisi forte σύριγμα aliud, quam *sibilus* est, & quidẽ aliquid, quod equis tribuere, vt illorũ naturæ conueniens, liceat. Sed apud nostros tale quid lexicographos quærendum esset. Hoc te labore (qui non paruus & tamẽ inutilis esset) leuatura est mea emendatio, quæ (vt ceteræ propemodum omnes meæ) paruam scripturæ mutationẽ habebit, sed rem tamen longe diuer-

siuersam exhibebit,& in qua nulla ἵππου fiat mentio. Ita enim illa locum hunc scribendú esse dicit, ἵνα που συρίσμαζη. Huic omnes statim assensuros esse scio, quũ illum sibilum ab equo ad eius dominum ea transferri cernent. Quã enim inauditũ est sibilare equũ, tam vulgare scimus esse *sibilare hominem*. Quod si cui nouum hoc quoq. est, quod scribit Clemens, *sibilo reuocari equum a domino*, at nõ omnibus nouum fuerit: mihi quidem certe nequaquã, qui equos dominii sibilo assuefactos vidi: Ad illam vero particulã που quod attinet quam habes in ea, quæ a me reponitur lectione ἵνα που συρίσμαζη, talem eius pleonasmum minus etiam, quam quidquam aliud iis qui Græca in lingua exercitati sunt, fore nouum scio. Est autem ex illis particulis quarum pleonasmus aliquid gratiæ addit orationi: & quæ inter in plerisq; in locis, vbi πλεονάζειν videntur, aliquẽ vsum habere possunt quorum locorum in numero aliquis fortasse hunc non immerito posuerit.

Libuit autẽ in descriptione huius sibili exspatiari, quẽ ab equo ad hominẽ emendatio mea transfert, vt hinc, sicut ex aliis plerisq; locis, disceret lector quantæ imprudentiæ (ne dicã stultitiæ) sit, in nonnullis, qui res nõ solum nouas & inauditas, sed aliquid etiam absurdi præ se ferentes nobis proponũt, adeo se torquere, vt quotidie plerosq; se torquentes videre est: & quos ego ita facientes videre nequeo, quin simul eorum me misereat. Neque vero de locis tantu loquor iis, quorum etiam aliqui scriptura talis est, vt esse suspecta possit: vt hic non videmus esse, quod eam alioqui suspectam reddere nobis queat. Interim tamen nolo hic illis, qui alteram in partem peccant patrocinari. Quod de iis intelligo, qui locos omnes quorum assequi sensum nequeunt, aut qui aliquid sibi nouum & inauditum afferunt, (tanqã aliis omnibus tale futurũ esset,) suspectos habent, & mendosos esse clamitant.

SCHEDIASMA XX.

Emendatio quorundam Clementis locorum.
Heracliti Ephesii locus apud eundem emendatus.
Ex Cleanthe adsutum illud de sue dictum, quod Chrysippo a Cicerone tribuitur.
Euripidei versus emendatio.

ALios Clementis locos hoc Schediasmate emendabo, quorũ, dum de illo sibilo equi riderem, sum recordatus.

Incipiam autẽ ab isto, qui vna pagina illum antecedit ὅτι ἀπειρῶν εἶναι ὁ λόγος. φῶς ἐστι κοινὸν ὑπὸ αἰωνῆ πᾶσιν ἀνθρώποις. οὐδεὶς κιμμέριος ἐν λόγῳ. Nam illic deesse præpositionem πρὸς existimo. Et sic legendum πρὸς εἶναι hac causa desiderari nomen σκότος post κιμμέριος. Nam σκότος masculino et ã genere dici notum est. Potest aliquis & ζόφος deesse videri. quo, licet mag's poetico, vtuntur interdum Plutarchus & Lucianus. interpres tamen, nihil illi adie-

ctino κιμμέριος addens, vertit, *Nullus est in verbo Cimmerius.* Non dubium est porro, quin hoc dicat Clemens, *philosophicis tenebris, quæ magna ex parte vere sunt Cimmeriæ,* illud de quo loquitur lumen opponens.

Hinc vlterius ad præcedentia pergens, illuc venio, vbi & Heracliti Ephesii testimonio *simulacra sensu carere probat.* Nam vbi legimus, εἰ γὰρ ὡς ἀναισθήτους ὑβρίζουσι, πῶς θρησκεύουσιν ὡς θεούς; ferri non posse, dico illud ὑβρίζουσι, & mutandum esse in ἱδρύουσι. nisi forte ἱδρίζουσι pro ἱδρύουσι Heraclitum dixisse quispiam existimet. Interpres interim retinens ὑβρίζουσι, vertit, *Si enim tanquam insensiles eos iniuria afficiunt, cur adorant?* quum tamen manifestum sit dicere illum philosophum voluisse, *Si enim tanquam insensiles (siue omni sensu carentes) illos statuunt, cur adorant?* intellige autem *Illos statuunt,* pro eo, quod est *Simulacra eorum statuunt:* eo modo quo & statua statui dicitur.

Transeo hinc ad Stromateων opus: & primum ad librum septimum accedens, dico iniuriam Æsopo factam esse, non a Clemente, sed a librario cuius manum sequuta est, quā habemus eius editio. Nam quod pulcre seu recte ab eo dici Clemens scripserat, librarius pulcre seu recte dici negauit, quū καλῶς in οὐ καλῶς mutauit. Ita enim legi in editione illa videmus, ὅθεν καὶ ὁ Αἴσωπος οὐ καλῶς ἔφη τοὺς ὗς κεκραγέναι μέγιστον. quum scribendum sit καλῶς, aut certe οὐ κακῶς: sicut præcesserat, διέπαιξεν οὐ κακῶς ὁ κωμικὸς Πλάτων. Sed magis credibile est, quum scriptum esset καλῶς absq; negante particula, eam temere ex illo altero loco irrepsisse. At interpres Gentianus Heruetus illam negatiuam voculam retinens, nō cum ἔφη sed cum κεκραγέναι iungit: quippe qui verterit, *Vnde etiam dicebat Æsopus, non recte clamare sues, quum, quando trahuntur, maxime intelligant se ad nihil aliud esse vtiles quam ad sacrificium.* Verum ne cum hoc quidem infinitiuo locum eam habere constat, sed Clementis mentem fuisse, vel, *Æsopum id pulcre, siue recte dixisse:* aut, *Æsopum dixisse, sues recte* (id est *merito*) *maximum clamorem edere.* Verum si καλῶς vel οὐ κακῶς cum ἔφη iungamus, existimandum erit respici ad rationem, quam affert eorum clamoris. Perinde ac si diceret, *Æsopum pulcre rationem maximi eorum clamoris reddidisse.*

Mirum vero, ne illud quidem manifestissimum mendum Ἴσωπος pro Αἴσωπος interpretem illum animaduertisse: sicut nec istuc male post κεκραγέναι positam stigmen esse. Nam in illa editione legitur, οὐ καλῶς ἔφη τοὺς ὗς κεκραγέναι μέγιστον συνειδέναι γὰρ αὐτοῖς &c. quum tamen μέγιστον ad κεκραγέναι pertinere manifestum sit & cum illo infinitiuo tam bene conuenire, quam male cum συνειδέναι conuenit: non solum, quod nō sit aduerbium, quo tali cum verbo vtantur Græci, sed etiam, quod dictum potius fuisset, μέγιστον γὰρ συνειδέναι vel συνειδέναι γὰρ μέγιστον.

Obser-

Obiter autem hoc addam, quod Chrysippum *de sue* Cicero dixisse narrat, (legimus enim apud eum, libro De natura deorum II. *Sus vero quid habet præter escam? cui quidem, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus*) Cleanthis, si Clementi credimus, dictum esse. Quem tamen memoria lapsum hic fuisse minime credendum est, sed habuisse & ipsum cuius fidem sequeretur. Sic autem & pleraque alia dicta aliis alios philosophis tribuere obseruaui.

AT is, qui hoc Schediasma claudere debet locus, Euripidis est, ab hoc scriptore citatus, Stromatεων libro VI.

> ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐκπονουμένων
> σκληρὰς διαίτας οἱ πόνοι βελτίονες

Hic enim pro πόνοι reponendum esse τόκοι dico: nec quenquam huic reclamaturum emendationi puto.

SCHEDIASMA XXI.

Ex Dionysio Halicarnasseo sublatum vocabulum quoddam irreptitium.

ANimaduersi fuerunt in multis multorum scriptorum locis nati hinc errores, quod ea, quæ margini adscripta erant ad expositionem alicuius vocabuli, ipsis auctoris verbis permixta essent (quod vulgo, In contextum irrepere vocatur) sed nondum tamen quidam huius generis error in Dionysio Halicarnasseo animaduersus ab alio quoquam fuit, quod sciam. Is est libro VIII. pag. CCCLXXX. edit paternæ, at Germ. CCCCCXV. οἱ δὲ ὑπαγαγόντες ζεύγη τε ἡμιόνων ὀρεικὰ καὶ ἁμάξας, καὶ τὰ ἄλλα φορεῖα εἰς πλεῖστα παρασκευασάμενοι, καὶ ἐξαγόμενοι αὐτοὺς περὶ τὸ ὑπόκρημνον ἄχρι πολλοῦ. Nam quum ὀρεῖς nõ alii sint, quam ἡμίονοι, non possunt alia esse ζεύγη ὀρεικά, quam τὰ ἡμιόνων: (nisi quis adiectiuo inde facto cum Homero vtens, malit ἡμιόνεια dicere) sicut etiam Suidas, postquam ὀρεύς exposuit ὁ ἡμίονος, subiungit, καὶ ὀρεικὰ ζεύγη, ἀντὶ τοῦ ἡμιόνων. Quamobrem in dubium vocari hoc non debet, quin ille genitiuus ἡμιόνων esset adiectiui ὀρεικὰ expositio, margini adscripta: quæ postea in contextum (vt dixi nos hodie loqui) irrepserit. Ceterum apud eundẽ Suidam legitur & ὀρεικὸν (cum ει) ζεῦγος, τὸ τῶν ἡμιόνων. quæ scriptura & alibi reperitur, ac magis consentanea rationi videtur.

Quamuis autem non dubitem, quin verisimilis futura sit hæc emendatio illis præsertim omnibus, qui aliquando vetera exemplaria versarunt, quorum margini expositiones vocabulorum huiusmodi rariorum minusq; notorum adscriptas viderint: nec tantum pro verisimili, sed etiam pro vera emendationem hanc sint habituri: tamẽ velut ex abundanti testimonium cuiusdam exemplaris Iosephi producam, cuius margini cum aliarum id genus vocum explicationes adscriptæ sunt, tum huius nominatim. Nam in earũ numero est ὀρεῖς, exposita ἡμίονοι. Est autẽ id exemplar in bi-

bliotheca Heydelbergensi, quæ non tantū suis illustrissimis principibus, sed toti Germaniæ magno per illos est ornamento.

SCHEDIASMA XXII.

Ex Cicerone sublatæ itidem voces irreptitiæ.

De alio eiusdem loco unde tollendas esse quasdam, tanquam itidem irreptitias, falso nonnulli crediderunt.

DIonysii Halicarnassei locus admonuit me cuiusdam Ciceroniani, in quem dixi (in præcedentis libri Schediasmatū vno) voces quasdam ex margine in contextum irrepsisse, quum ad exponendum Ciceronis locum adscriptæ fuissent. Hunc tibi, ne quærendum diutius relinquerem, libuit proponere: simulq; aliū ei adiicere, qui falso eiusdem suspectus erroris fuit. Ille igitur, facta cuius a me est mentio, tanquam a nullo adhuc annotatus, extat Epistolarum ad familiares libro XII. in quadam ad Cornificium scripta. *Atq; inde ventis remisq; in patriam omni festinatione properaui.* Omnino enim persuasum habeo, hæc duo vocabula, *omni festinatione*, nequaquam Ciceronis esse, verum alicuius, qui prouerbium exponere volens, ea ipsius paginæ oræ adscripsisset: unde in contextum postea intrusa fuerint. Quæ tamen expositio ei loco minime tam conueniens erat, quam est illis, vbi metaphoricum vsum illæ voces *ventis remisq;* habent.

Enimuero monendus est hic lector, esse quidem & alios apud Ciceronem locos, in quos nonnullæ ex margine itidem voces irrepserint: sed vnum tamē esse cui quum idem accidisse quidā annotasset, & a multis magno applausu recepta eius opinio fuisset, postea Ioannes Auratus rem secus se habere, & ex tribus vocabulis vno emendato, reliqua duo, qualia in vulgaribus editionibus legebantur, retinenda esse ostendit. Is locus extat libro De diuinatione II. *Nō esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poema declarat (est enim magis artis & diligentiæ, quā incitationis & motus) tum vero ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, quum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur: vt in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit, id certe magis est attenti animi, quam furentis.* Nam hic quum verba ista, *quæ Ennius fecit*, pro spuriis & irreptitiis habita diu fuissent, tanquam ex margine in cōtextum (vt vocant) translata, cui pro expositione illius vocabuli Ennianis adscriptæ fuissent: postea sagaciter Ioannes Auratus odoratus est veram lectionem, Q. ENNIVS FECIT.

SCHEDIASMA XXIII.

Dionysio redditum rarum quoddam vocabulū, quod quum propter raritatem esset incognitum, in aliud fuerat mutatum.

DEprauationes multorum apud vtriusq; linguæ scriptores locorum cum aliunde originem habeant, vt doceo in meo de mul-

tiplici

tip'ici mendorum origine opusculo) tum vel maxime ex eo, quod rara quædam vocabula, ideoq; plerisq; librariis incognita, in alia fuerunt ab illis mutata, quæ & scriptura parum differebāt, & contra vulgaria & omnibus nota erant. Exempla huius rei insignia meum illud opusculum suppeditat: verum illis adiiciendum est, quod ex Dionysio Halicarnasseo afferam. Legimus autē id in eius Archæologiæ Romanæ lib. IX. circa finem concionis Appii Claudii, qui in populum inuehens & eum grauiter accusans, dicit inter cetera, ὅπλα τε ῥίψας καὶ τάξεις ἐκλιπὼν καὶ σημεῖα πολεμίοις προϊέμενος καὶ φυγῇ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐπονειδίστῳ χρησάμενος· ὡς ἐμοῦ μὲν μόνου ἀφαιρησομένου τὴν ἐκ τῆς νίκης δόξαν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῆς πατρίδος τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν πῦθος. Vbi Gelenius non videns quomodo hoc πῦθος interpretari posset, hanc tandem huius loci interpretationē excogitauit, *Arma proiiciens, ordines deserens, signa prodens hostibus, ante cōgressum ignominiose fugiens: quasi ageretur de mea gloria, non de securitate incolumitateq; patriæ.* Sed quis hic significationē vocis πῦθος potest agnoscere? At voluisse tamen illam nobis quoquomodo repræsentare constat: sed debuisse potius, quod in aliis quibusdam locis, idē & in hoc facere, dico, id est, illius boni viri, Lapi Biragi, interpretationem ita sequi, vt penes eum fidem esse vellet: quum ignoraret q̃ ille lectionē sequutus foret, sed quæcūq; illa esset, aliquid loco conueniens præ se ferret. Ita igitur Lapus, *Arma abiiciēs, aciemq; deserens signaq; hostibus obiiciens, & fuga antequam ad manus veniretur probrosa vtens: tanquā mihi soli adēmtura ex victoria gloriam, ac non patriæ etiam ex aduersis hostium, lætitiam.* Verum, quæ hic est vocabulū sub quo vel imaginari queamus *lætitiam*? illamne sub voce πάθος fingere nobis possumus? Nequaquam. verum illam significationem habet nomen γάνος, quod Lapus in suo exemplari inuenit. Sed dixit *ex aduersis hostium*, (vt *aduersa* sint *res aduersæ*) *lætitiam*, pro eo, quod simpliciter dictum erat, *aduersus hostes lætitiam* id est, *futuram aduersus hostes lætitiam*, Siue, *eam, quæ alioqui fuisset aduersus hostes lætitiam.* Quod si quis obiiciat, poeticam esse potius, quam solutæ orationi vsitatam vocem hanc, & apud ipsos etiam poetas raram: in promtu responsum est, Dionysiū aliis pierisque non minus poeticis vti, & quidem quarū nonnullæ apud ipsos etiam poetas, haud frequenter occurrunt. At verbum γανοῦν ex nomine illo factum facilius inuentu est vtrobique: vnde & participium γανούμενος apud Clementem Alexandrinum. nam is Pædagogi libro III. cap. itidem III. loquens de illo, quem Homerus appellat παρθένον ἠπεροπευτήν, scribit, περὶ ὄψιν δὲ ἤδη ἐπαλείφεται γανύμενος πώγωνι. Apud eundem legimus γάνωμα lib. Stromateon V. ἐπενδυσάμενος τὸ γάνωμα τῆς δόξης τοῦ πολυμαθοῦς ἐκείνου καὶ πλείω ἀνδρός.

SCHEDIASMA XXIV.

De multis vocabulis rarioribus & minus notis, pro quibus alia

(& quidem simplicia nonnulla pro compositis) apud Dionysium Halicarnasseum irrepserunt.

Restitutus quidam eius locus.

Eum neutro interdum genere uti loco masculini, quum de personis non de rebus loquatur.

DIonysium Halicarnasseum quandoquidem semel in manus sumsi, ex illis nõ prius dimittam, quam & alios eius locos sanauero: sed nonnullis potissimum reddere nunc sanitatem volo: quibus illud ipsum de quo a me in præcedente Schediasmate dictum est mali genus accidit, id est, e quibus sublata sunt rara quædam vocabula & incognita, vel paucis nota: substituta autẽ partim vulgaria partim minus rara. Ex vulgaribus est λογίζεσθαι male pro λεχίζεσθαι substitutum: nec minus vulgare ὁμολογεῖν pro ἀσομολογεῖν. Nam libro VIII. vbi legitur, τὸ γὰρ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντας τούτου πολεμεῖν, ἅπαντες αὖ ὁμολογήσουσιν εἶναι καλόν. Vel hoc autem, quod particula αὖ aptum hic locum nõ habet, suspectam huius loci reddere scripturam poterat. nam si illo monosyntheto vti cum illa particula voluisset, dicendum potius fuisset, ἅπαντες αὖ ὁμολογήσουσιν εἶναι καλόν. At vero αὖ ὁμολογήσουσι eo conuenientius est, quo est altero significantius. Plerunque autem simplicia, vtpote notiora, pro compositis apud eum recepta fuerunt. Ex quibus est πολεμεῖν pro καταπολεμεῖν: & ἱστασιακῶς τὴν πόλιν, pro διεστασιακώς. Quod de simplicibus autẽ, idem & de primis cõpositis, seu monosynthetis, dico. cuiusmodi est φιλονεικεῖν, pro συμφιλονεικεῖν positum, & φιλοχωρεῖν pro ἐμφιλοχωρεῖν.

Enimuero horum quidem aut his similiũ aliqua saltem suspecta iis fuerint, qui in Græca lingua non mediocrem progressum fecerunt: sed quædam sunt apud hunc scriptorem, non minus, quã apud alios, mendã, quæ tanto sunt aliis periculosiora, quanto αἱ ὕφαλοι πέτραι, id est, *petræ sub aqua latentes*, sunt iis, quæ eminent periculosiores Cuius deprauationis exempla habemus in duobus, quæ cognata & ab eadẽ origine sunt vocabulis, ἐπιβουλαὶ & ἐπιβούλως. Hæc enim qui legit, quod Græcis valde vsitata esse sciat, (præsertimq; nomẽ illud) nihil mendi subesse iis in quibus extant locis suspicatur: & quũ nihil deprauationis habere putet, ab ea sibi non cauet. At ecce tamen, ἐπιβουλαὶ quidem duobus in locis perperam pro ἐπιβολαὶ positum est: ἐπιβούλως autem, deprauatione magis etiam occulta, pro ὑπούλως. Ad nomen illud, quod attinet, eorum quos dixi locorum vnus est libro IV. paulo post cõcionem Bruti, οἱ δὲ κατὰ λογισμὸν μὴ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, ὄκνον ταῖς ἐπιβουλαῖς ἐπέφερον. Hic enim agitur περὶ τῆς ἐπιχειρήσεως τοῦ ἔργου, a quo verbo factum ἐπιβολαῖς hic substituendum est. At locus ille, qui aduerbium ἐπιβούλως pro ὑπούλως habet (quę deprauatio magis etiam occulta est, & plane ὕπουλος. eo modo quo ὕπουλον

πουλα quædam hulcera dicuntur, appellari potest) legitur libro v. vbi agitur de conspiratione cum ingenuorum quorundam, qui egeni erant, tum seruorum, οἱ διὰ τοὺς κολασθέντας ὁμοδούλους ἐν τῇ παρελθούσῃ συνωμοσίᾳ, δυσμενεῖς καὶ ἐπιβούλως διακείμενοι πρὸς τοὺς δεσπότας. Nam aliquis ex iis, qui aures Græco sermoni longo a tempore assuefactas habent, statim hic mendum subolfaciet, & illud ἐπιβούλως διακείμενοι suspectum habebit, quod contra parum exercitati minime mendosum esse putabunt: & recordans quid Græci ὕπουλον ἔχθραν vocent, scribendum esse ὑπούλως διακείμενοι contendet. Quid vero quum hunc etiam ipsum scriptorem ὕπουλον ἔχθραν dixisse ostendam? Legitur enim libro III. ὡς οὐκέτι κατέχειν τὴν ὕπουλον ἔχθραν ἐδύνατο.

Fine illi Schediasmati impositurus hic eram, nisi, dum illum libri IV. locum adirem, in quo ἐπιβουλαῖς pro ἐπιβολαῖς scriptum esse, dixi, aliquam deprauationem magis etiam periculosam & quæ plus negotii potest facessere, animaduertissem: & quidem in eo, quod proxime præcedit membro. Ita enim scriptum illud est, καὶ θυμοῖς συνεξέπιπτον φόβοις, οἱ μὲν ἐπὶ τῷ κακῶς δράσοντι τὰ μισούμενα τῆς ἀσφαλείας ὑπεριδεῖν ἐπιχειροῦντες. Atq; hic aliquis me non alio quam ad illud συνεξέπιπτον respicere existimabit: sed qui perspicacior erit non ibi tantum deprauationem inuenire videbit (cui mederi facile est, reponendo συνεπίπτον, aut συνεισέπιπτον) sed etiam in illo δράσοντι. Quis enim ille est, qui κακῶς δράσας τὰ μισούμενα dicitur? Imo vero non quærēdum quis ille sit, sed quærendum an ita Dionysius scripserit. At hoc quisquis quærens, diligenter locum expendet, comperiet, ab eo non δράσοντι sed δρᾶσαι τι, scriptum fuisse. Ac Gelenium quidem procul a mente Dionysii aberrasse, quum pro illis, ἐπὶ τῷ κακῶς δράσοντι τὰ μισούμενα (hanc enim lectionem sibi proponebat) vertit, *tædio malorum*: at bonū illum virum, Lapum Biragum, ita hunc locum reddidisse, vt saltem veram lectionem, plane cum mea emendatione conuenientem, nobis repræsentarit, aut saltem fecerit, vt a nobis agnosci in sua interpretatione queat. Ita enim ille, *quum alij quidem, vt odiosa malo afficerent, securitatem mallent negligere*. Atq; ita melius, quam eo posteriores locum hunc vertisse comperietur: vel potius, ille solus eum recte vertisse. Nam secundus quidem interpres ita, *Et audacia metuq; alternantibus, nunc tædio malorum contemnebatur securitas*. At tertius sic, *Et ira cum metu confligebat: atq; illa quidem ob facinora odiosa nefarie a Tarquinijs perpetrata, ad salutem negligendam homines impellebat*. O quā procul hæc verba, *ob facinora odiosa perpetrata*, absunt ab illis ἐπὶ τῷ κακῶς δράσοντι τὰ μισούμενα. eam enim & ipse lectionē sibi propositam habebat. Vide igitur quantū simplici illius boni viri interpretationi plerisque in locis debeamus, in qua (vt dixi) veram lectionem agnoscere liceat.

Hoc autem animaduertendum fuit, Dionysium sub neutro ge-

nere ipsas etiam personas interdū comprehendere, interdum vero de ipsis tantum loqui, licet genere hoc vtentem (quod & ipsum in Thucydidis exemplo facit) adeo, vt hic itidem perinde sit ac si dictum foret, ἐπὶ τῷ κακῶς δρᾶσαι τοὺς μισουμένους *Tantum* (inquit) *erat illis animorum, vel tantum irarum, vt ab his impellerentur ad afficiendos aliquo malo eos quos oderant: (vel ad inferendum aliquid damni illis quos odio prosequebantur) etiam si secure & absq; periculo facere id minime possent.* Illius porro quem dixi vsus generis neutrius pro masculino exemplum habemus, vbi dicit, μάλιστα δ' ἐν ταῖς αὐθαδείαις ἡ μετριότης γίνεται πρὸς τὸ ἀντίπαλον ἐπὶ βραχείας τεταγμένη, ἀλλ' ἡ βαρύτης. pro eo, quod est πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἐπὶ βραχείας τεταγμένους. Alicubi vero non τὸ ἀντίπαλον solum sed τὸ διάφορον etiam dixit, τοὺς ἀντιπάλους & τοὺς διαφόρους intelligens. Eodemq; dicitur modo libro VIII. κρείσσων γὰρ δὴ τῶν ἁπάντων φύσεως ὢν ὁ νόμος, ἰσχυρὸν εἶναι τοῦ φρονοῦντι τὸ πεπονθὸς κακῶς. Neq; enim negauerit quisquam perinde esse ac si dictum foret τὸν πεπονθότα.

Ad illa autem verba, quod attinet, καὶ θυμοὶ συνεξίπταντο φόβοις, non dubium est quin ex iis mendosum sit vnum, videlicet συνεξίπταντο: pro quo vel συνεξέπιπτον vel συνεπέπιπτον legendum videri, iam monui. Considerandum porro, an & hic iuuare nos Lapi interpretatio poterit, quæ est huiusmodi, *Collidebantq; cum metu spiritus.* Ego certe συνεπέπιπτον in hac eius interpretatione magis agnoscere mihi videor.

SCHEDIASMA XXV.

De Cautione adhibenda in lectione Dionysii Halicarnassei, propter multam, quæ apud eum occurrit sermonis nouitatem, non tantum, quod ad voces nonnullas antea inauditas, sed etiam, quod ad nouas quorundam verborum constructiones attinet.

DE Cautione adhibenda in Dionysii Halicarnassei lectione, vt plenius a me admonearis (interim dum meas in illū Operas excudendas curabo) haud te celarim, multā apud eum occurrere sermonis nouitatē, vel ei, qui alios omnes scriptores Græcos euoluerit: sed quæ sit eiusmodi, vt minime fide digna censeri debeat. Cur ita? quoniā non eius auctoritate nititur, (quātum ego in hac lingua iudicio valere possum) sed ex quorundam librariorū partim ignorantia, partim incuria proficiscitur. Nam, vt primum ad quædā noua composita veniam, id est, vocabula noue sibi præfixā præpositionem habentia (quemadmodum de nonnullis, quibus contra illa male detracta est, Schediasmate proximo te monui) quis καταγηραιά, quis καθυψηλὸν negare mihi possit, haud minus inepte, aut etiam stulte, quam noue, præpositionem præfixam habere? quis κακόπαθον βίον ferri posse dicet, quin simul ἄπαθον & εὔπαθον & ἡδύπαθον & πολύπαθον & σύμπαθον & ὁμοιόπαθον, pro ἀπαθεῖ & εὐπα-

ἀπαθῆ & ἡδυπαθῆ & πολυπαθῆ & συμπαθῆ & ὁμοιοπαθῆ admitti posse concedat? Quis vero hæc contendet nisi qui Græcæ linguæ puritatem a barbarie discernere non valebit? Atqui idem omnino de aliis compositis dicendum, in quibus tamen alio modo peccatur: quale est σύμβολον pro eo, quod ab aliis συμβόλαιον dicitur: & quale est ἐνθύμως ἀγωνίζεσθαι pro eo quod alii ἐνθύμως dicunt. Ac ponendum eodem in numero videri potest etiam πολυεργόν, vbi legimus πολυεργὸν αὖ ἐν λόγῳ. Quæ tamen vox diuersum & a proxime præcedentibus errorem habet. Non enim dici hic potest, aut syllabæ vnius omissum esse, vt in σύμβολον pro συμβόλαιον: aut vocem vnam pro altera præfigi, vt in ἐνθύμως pro ἐνθύμως: aut peccatum in terminatione tantum esse, vt videri queat κακόπαθον pro κακοπαθῆ scriptum esse (quamuis ego non minus suspicer κακοπαθοῦντα Dionysium scripsisse) & mutata itidem terminatione credendum esse πολυεργεῖς (sicut quædam ex nomine ἔργον composita hanc καλὰ λήξιν habere videmus) sed duo per compositionem iungi, quorum cõpositionem Græca lingua non agnoscit) præsertim huiusmodi in locis, vbi separatis vti consueuit) omnino fatendum est: aut saltem periculosum eius vsum esse, sine aliquot aliis exemplis, quæ ex locis non itidem suspectis sint petita. Verum ecce & aliud peccati genus circa vsum compositorum, vbi videlicet Græcæ linguæ consuetudo simplicia postulat. Sic enim alicubi ἀνεύρεσις, alicubi ἐπίκλησις tibi occurret, vbi simplici εὕρεσις & simplici κλῆσις vtendum erat. Idemque & in quibusdam coniugasse verbis comperies, vt in διέστησαν, lib. III. εἰκόνα καὶ ταύτην χαλκῆν διέστησαν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. Quis enim vnquã compositum διέστησαν, ac non potius simplex ἔστησαν, tali loco adhibuit? Alicubi vero idem compositorũ genus obseruaui, vbi pariter quidem simplici vtendum erat, & vsum fuisse Dionysium credibile est, sed præfixa particula δὴ vt in διεφθείρηται & διεσκευάσθησαν. Nam δὴ ἐφθείρηται & δὴ ἐσκευάσθησαν (ita quidem, vt particula δὴ cum præcedentibus iungatur) scripsisse illum, nemo satis in Græca lingua versatus negare possit. Minus tamen mihi nouum hoc errati genus esse confiteor, quod similia omnino apud Thucydidem obseruasse memini. Verum, vt illis in locis & quibusdam aliis pro simplicibus composita inuenies, ita vicissim in nonnullis simplicia pro compositis a te legi miraberis. Non solum enim τροφὰς pro συντροφάς, sed etiam σπονδὰς πόλεως leges, pro συνθήκαις vt quide ipse quoq; alibi loquitur. Nec nõ ἐγγίσαι vel pro ἐπεγγίσαι vel pro ἐξεγγίσαι: & quidem (quantum meminisse possum) vno in loco pro hoc, in altero aut pro illo positũ composito. Iam vero & vocabula cum vnica præpositione composita obseruaui pro iis, quæ duas præfixas habent. Nam, (vt taceã de ἐπέδοσαν pro ἀντεπέδοσαν) inuenies, ἡ παραζεύξασα δύναμις pro ἀντιπαραζεύξασα: & ὑποκλίνασθαι pro ὑποκατακλίνασθαι. Sed & vice versa, quædam cum duabus composita pro iis, quæ vnicam

poscunt. Hoc autem e numero est συνδιαλλαγῇ, quodā loco, vbi nominis συναλλαγῇ sedem occupat.

Ac sunt hic quidem a me tibi proposita exempla compositorū pro simplicibus, aut vice versa simpliciū pro compositis: sed aliud etiam nouitatis genus habes. nam & quædam composita pro aliis compositis, sicut nonnulla simplicia pro aliis simplicibus, in oculos tuos incurrūt. Atque vt simpliciū exemplis, quæ frequentiora sunt, prætermissis, ad composita veniam; quis συμμαχίας vel χρεῶν συμμαχίας dixisse Dionysium credat, quod alii ἀψιμαχίας appellant? at ecce tamen hanc quoq; nouitatem tibi liber VI. exhibet, (si quidem ei adscribenda hæc est) ἐξ ὧν συνέβαινε μὲν ἤδη κατὰ συστάδας τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὄντων τύχαις ἐγίνοντο, καὶ ἀντιπαρεξάξεις κατὰ τὴν ἀγοράν, ἔτι δ᾽ ὅτε καὶ χρεῶν συμμαχίαι. Nec multo minus mihi nouum est συγκαταλέγειν pro *Assentiri* & verbo συγκατανεῦειν alios hunc dare vsum dico: verumtamen illud non hoc inuenturus es libro X. ἐπὶ τῶν ῥηθέντων ὑπ᾽ αὐτοῦ λόγων, ὁ μὲν ἀντιλέγων Γάϊος Κλαύδιος ἦν μόνος, οἱ δὲ συγκαταλέγοντες, πολλοί. Sed eius cui familiaris est sermo Græcus etiamsi oculi συγκαταλέγοντες cernant, aures tamen συγκατανεύοντες audire sibi videbuntur. Ideo autem συγκατανεύοντες potius, quam συναγορεύοντες, quoniam ad scripturam participii συγκαταλέγοντες propius illud, quam hoc accedit. Alioqui & ipsum idem valere & locum habere hic posse fateor. Addens & tertium exemplum, proponam vocabulum αἰχμόμαλος, & quidem duobus e locis. Nam legitur libro V. non procul a fine, καὶ γίνεται πλησίον τοῦ τέλεως μάχη μέχρι ἕως αἰχμόμαλος. necnon in alio eiusdem libri loco, nō procul a fine, ἐτύγχανον δὲ πλῆθός τι αἰχμόμαλοι μάλιστα αἱ δυνάμεις αὐτῶν οὖσαι. Fallor enim ego, aut, recitante aliquo Thucydidi hosce duos locos, exclamasset, παπαί. πόθεν καὶ ὧδε τὸ αἰχμόμαλοι, καὶ ἐκεῖ τὸ αἰχμόμαλος; At si hic quidem αἰχμάλωτοι, illic vero αἰχμάλωτος audiisset, nequaquam nouum sibi vocabulum esse dixisset, quo se tantopere delectari sciebat. Minor quibusdam aliis in vocibus est mutatio, sub qua ideo facilius error latet. Illarum e numero est ἀντίστροφος pro ἀξιόστροφος (cui obserua præfixam esse eandem voculam, quæ & voci αἰχμόμαλος, de qua dictum modo fuit) libro II. ἐγένετο ἀντίστροφος ἡ τοῦ ἀγῶνος τύχη. Illis est annumeranda & vox ἀξιολογούμενα libro I. ἀμείνονος δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἀπέφασεν τῶν ἀξιολογουμένων. Quotusquisque est enim cui scriptura hæc fucum non faciat? cui vox ista ἀξιολογουμένων non imponat? Statim enim lector nominis ἀξιόλογος recordatur. & hinc sibi verbum ἀξιολογοῦμαι imaginatur, cuius participiū sit illud ἀξιολογουμένων. Sed tamen hic quoq; aut nouitate vsum Dionysium esse, aut aliter scripsisse fatendum est: & ita quidem, vt hoc non illud credendum sit, quum ἀξιουμένων & belle loco huic conueniat, & ita se legisse bonus ille vir Lapus Florentinus ostendat. Quis vero miretur multis imponere vocabulum ἀξιολογούμενα, tanquam quod per compositionem rationi & ana-

& analogiæ consentaneam factum sit, quum itidem vox ἀμφιβο-λογία & ante nostram ætatem & nostra etiam ætate (priusquam meum De abusu Græcæ linguæ libellũ edidissem) tam multis fucum fecerit? & quidem irrecitias itidem literas habens, ο & γ: quod obseruatu dignissimum est.

Statueram, omissis aliis plerisq; exemplis eius nouitatis, de qua priore loco lectores se moniturum Schediasma hoc meum pollicebatur, ad genus alterum nouitatis venire, ad eam videlicet, quæ in constructione spectatur (nam & hoc miraturus est consuetudinis Græcæ linguæ satis peritus lector, verba aliam quãdam, quam suam constructionem habere) verum mihi postea venit in mentẽ, magis consultũ fore, huius rei exempla, sicut & aliarum de quibus monendus est, qui Dionysii lector est futurus, illis meis in hunc scriptorem operis reseruare.

SCHEDIASMA XXVI.

Dionysio Halicarnasseo duobus locis reddita duo, quæ ablata fuerãt vocabula.

Alij eiusdem loco reddita negatiua particula.

QVamuis quod differtur, non aufertur, videor tamen mihi aliquam lectori Dionysii studioso iniuriam facturus, si aliorum quorundam locorum emendationes non repræsentauero. Quum igitur ad hũc locum, qui in vltima libri v. pagina legitur, venerit, ὡσθ' ἅπασι παρεστῆναι τὴν αὐτὴν δόξαν, ὅτι μία βοήθεια πατρίς ἐστιν ἀνιάτων κακῶν, καὶ τελευταία σωτηρίας ἐλπίς, ὅταν ἀπορραγῶσιν ἅπασαι διὰ χειμῶνας ἥκειν ἡ τοῦ δικτάτορος ἀρχή, meminerit ad hoc meũ Schediasma recurrere, vt discat quonam vocabulo adiecto locum hunc sit expleturus. Quod tamen antequam indicem, Gelenii interpretationem & quædam Liuii eodem pertinẽtia afferam. Hæc Gel. *vt vulgo crederetur vnicum id esse cuiusuis insanabilis mali remedium, & vnicam salutis spem reliquam, ceteris deficientibus.* Ex Liuio etiam discimus, *ad creationem dictatoris, tanquam ad vltimũ remedium, confugere solitos fuisse Romanos.* Nam libro secundo legimus, *In hac tantarum exspectatione rerum solicita ciuitate, dictatoris primum creandi mentio orta.* Apud eundem libro IV. *Quæ vbi tumultu maiore etiam, quam res erat, nuntiantur Romam, senatus extemplo (quod in rebus trepidis vltimum cõsilium erat) dictatorem dici iussit.* Vbi *vltimum consilium* est, in quo collocatur vltima salutis spes: quod sonant illa Dionysii verba, τελευταία σωτηρίας ἐλπίς. Consentaneum autem his videtur, vt dicamus ἄγκυραι post ἅπασαι deesse, vel potius αἱ ἄγκυραι, præfixo articulo. perinde nimirũ ac si diceretur, *vbi anchoræ omnes ruptæ fuerint,* & quidẽ illa etiam, quæ *sacra* vocatur. Alioqui certe videri posset, *illud in rebus trepidis vltimum consilium* esse sacra anchora: sed quum Dionysius ὅταν ἀπορραγῶσιν ἅπασαι dicit, se nullam excipere ostendit: eodemque

modo ἀίχυρας ἀπορρῆξαι apud Lucianum legimus. Quod tamen alii non animaduertentes, nomen ἐλπίδας post ἅπασαι desiderari putauerunt: sed non dubito quin & ipsi meam in sententiam sint transituri.

Nisi forte aliquis relinquere subaudiendum potuisse hoc vocabulum existimat, ideoq. nihil isti loco deesse. Hoc autē qui dicit, ad alterū illud prouerbium) nam & hæc verba prouerbialem esse loquendi formā arbitror) respiciet, vt opinor, ἐπὶ μιᾶς ὁρμεῖν: vt quēadmodum hic ἀίχυρας subauditur, ita illic ἀίχυραι subaudiri existimetur. Verum ego ei nequaquam assentiar, quòd eadem vtrobique non sit ratio. Nam verbi ὁρμεῖν talis est significatio vt nos, adiunctas illi cernentes has voculas ἐπὶ μιᾶς, statim ad illam subauditionem velut deducat: quum idem de verbo ἀπορραγῶσιν, adiunctum habente ἅπασαι, nequaquam dici queat.

Ceterum non dubito, quin Gelenius cum ἅπασαι subaudiendum existimauerit ἐλπίδας, ex præcedente ἐλπίς: verum considerare debuit, ἀίχυρας quidem dici ἀπορρήγνυσθαι, sed non itidem ἐλπίδας. Ac certe nō satis apte de illis dici, & ipse animaduertens, vertit, *ceteris deficientibus*, perinde ac si non ἀπορραγῶσιν sed ἐκλίπωσιν scriptum esset.

ALTER locus, cui ablatum similiter fuisse vocabulum pater, quod itidem reddendum est, legitur libro 11 καὶ τοῦ φρουμύλου (ῥᾷον γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος) ἐκβοηθήσαντος εἰς τὴν τάχους, ἐγένετο αὐτίστροφος ἡ τοῦ ἀγῶνος τύχη, καὶ πολλὴν ἔχουσα τὴν μεταβολήν. Nam deesse verbū, quo istud per parenthesin positū membrum claudatur, satis liquet. Verum dubitari potest scripserit ne Dionysius, ῥᾷον γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος εἶχεν. an ῥᾴων, sequente verbo ἦν, vel ἐγεγόνει. hoc modo, ῥᾴων γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος ἦν. vel ῥᾴων γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος ἐγεγόνει Sed quāuis & ita loquantur interdum Græci, tamen, quum ῥᾷον, non ῥᾴων, iam habeamus, illam potius quam hanc esse genuinam scripturam crediderim.

De αὐτίστροφος autem posito pro ἀγχίστροφος, in hac ipsa, de qua agitur periodo, dictum proxime præcedente Schediasmate fuit.

TERTIVS ille, cui negans particula restituenda est, locus, valde illi cui modo verbum reddidi, vicinus est, ἦν δὲ αὐτοῖς εὔπορος ἡ πρὸς τὸ χάραγμα ἀναχώρησις Nam hic Dionysium, scribentem οὐκ εὔπορος, negasse dico, quod tamen ait, si scripturam illam sequamur. Sed cur eam sequeremur, quum & quæ subiunguntur illi repugnent, & ne Lapus quidem sequutus illam fuerit? ita enim hic, *Erat tamen eis non facilis in vallum reditus.*

Habes autem in iis, quæ proxime sequuntur, vnum ex illis miris compositis, de quibus a me superiori Schediasmate dictum fuit. Sequitur enim, ἀπὸ κεφαλῆς τε χειρὸς καὶ διὰ κοιλίας ὁδοῦ διαφορηθείς.

SCHEDIASMA XXVII.

Dionysio Halicarnasseo redditum loquendi quoddam genus nõ minus rarum quam elegans: ex cuius ignoratione deprauatus fuit eius locus.

Aliis duobus eius locis restituta duo vocabula valde vsitata, quorum sedem alia duo occupauerant, quæ Græca lingua vix agnoscit.

INeptus quidam pleonasmus, quem animaduertebam in isto Dionysii loco, libro II καὶ τὰ θεῖα ἐξηγήσασθαι σοφὸς ἐν λόγοις, fecit vt veram eius scripturã statim subodorarer, σοφὸς ἐν ὀλίγοις. Postea autem, quum istud non minus rarum quam elegans loquendi genus in alio huius ipsius scriptoris loco inuenissem, libro III. ἀνὴρ ἐν ὀλίγοις ἄξιος εὐλογίας. desii de illa emendatione dubitare (præsertim quum & in tertio quodam loco ita loquentem obseruasse mihi viderer) sicut tibi lector omnem de illa dubitationem sublatum iri confido. Sicut autem in illo libri III. loco legimus, ἀνὴρ ἐν ὀλίγοις ἄξιος εὐλογίας, sic apud Plutarchum, τοῦ ἐν ὀλίγοις ἐπαινεθῆναι. de Galba laudem cum paucis communem consequuto. Verum Inter paucos ita Latine dictum, vt ἐν ὀλίγοις a Dionysio, memini me legere.

SED accidit eiusdẽ Dionysii locis duobus (ex iis quidẽ, quos mihi nunc memoria suggerit) contrarium ei, quod in illo accidisse loco videmus. Illic enim & raræ & insignis phrasi substituitur inepta quædam, id est, ineptum quendam & ridiculum pleonasmum habens: at in iis, quos proponam duo rarissima vocabula pro duobus, quę vulgaria sunt substitui videbimus. Sed quid rarissima duo vocabula dico? imo vero eorum alterum non tantum rarissimum est, sed eiusmodi, vt de ipso multi non immerito dubitaturi sint, vtrum a sermone Græco agnoscatur. Id enim est ἐξανθίζεσθαι, a quo participium ἐξανθιζομένους legimus libro VII in narratione de Aristodemo Cumanorũ tyranno, κομᾶν τε γὰρ τοὺς ἄρρενας, ὥσπερ τὰς παρθένους, ἐκέλευσεν. ἐξανθιζομένους καὶ βοστρυχιζομένους, καὶ κεκρυφάλοις ὡς τὰ κοράσια ἀναδουμένους. Vbi dici non potest, quam multis crucem figat hoc participium, quærentibus quid eo significare Dionysius voluerit: quum prius quærendum esset, an Dionysium ita scriptum reliquisse verisimile foret. Nec vero hic Lapus, sicut aliis quibusdam locis, sui exemplaris lectionẽ fuisse meliorem indicat. nam vertit *efflorescentes*: totum locum ita reddens, *Versari iussit, sicuti puellas virgines, mares in delicijs*, (aut legens τρυφᾶν, non κομᾶν: aut hoc vsum illius habere hic existimans) *efflorescentes, & calamistratos, reticulisq; & intortis reuinctos crinibus.* At vero Gelenius. *Iussit enim eos more virginum comam alere ac plectere, sertisque redimiri & reticulis.* In ea autẽ, quæ recognita fuit eiusdem interpretatione legimus, *Iussit enim eos more virginum comam alere, flo-*

res & cincinnos gerere, reticulisq; crinium nodos religare. Alii autem aliquam aliam illius participii significationem sibi finxerunt: quũ tamen pro eo aliud reponi debeat, parua cum mutatione, a verbo vsitatissimo ξανθίζειν. Hoc enim, quam huic loco conueniat, non quæret qui vel Homerici Menelai, quẽ toties ξανθὸν appellari audiuit, recordabitur. Ne is quidem hoc quæsiturus est, qui lepidissimos Menandri versus memoria tenebit,

> ἔρως γὰρ ἀργὸς κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
> φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα.

Verum in libello Sententiarum, quæ ex Græcis comicis collectæ sunt, in horum versiculorũ interpretatione, hæc verba κόμης ξανθίσματα, liberius reddidisse fateor, *pictam comam.* Ita enim illic,

> *Piger Amor est, & in pigris innascitur,*
> *Speculoq; gaudet, gaudet & picta coma.*

Vbi tamen nemo non videt potuisse me non minus *flaua coma* dicere, nõ minus hoc, quam illud admittente versu: sed quod generalius erat, magis mihi tum temporis placuit: non refragaturo alioqui ei, qui non *picta coma* aut *tincta coma* (pro quo illud irrepsit, licet non æque mihi placens) scribere *flaua coma* volet. Haud interim negem, posse magis exactam interpretationem inueniri, quæ ostendat *Amorem delectari flauis crinibus*, etiamsi illis non naturalis, sed arte quæsitus sit hic color. Afferam igitur & hanc interpretationem, in qua sum alio libertatis genere vsus, e duobus versiculis tres faciens,

> *Piger Amor est & in pigris innascitur:*
> *Spectare vultum gaudet ad specula suum,*
> *Colore tinctis gaudet is flauo comis.*

Ac, quoniam Amorem hac re delectari compertum est, nõ defuerunt, qui gratificandi illi studio, cuius possent herbæ succo crines ξανθίζειν docuerunt: quorum e numero est Dioscorides, sed obiter tantum id faciens.

Audi vero, quod miraberis: (atq; interim miscenti sacra profanis ignosce) idem, qui hunc Dionysii locum, etiam quendam Bibliorum locũ inuasit error. Nã ex Græca Leuitici interpretatione affertur itidem ἐξανθίζουσα θρὶξ, pro ξανθίζουσα, de *crine flauescente, seu fuluescente*, siue *ad flauum aut fuluum colorem accedente*: aut etiam (vt quibusdam placet) de *crine flauo*, seu *fuluo*.

Quod autem ad eam, quam hinc expellendam dico vocem attinet, participium esse liquet a verbo ἐξανθίζομαι: cuius vsus nullũ exemplum inuenio, sed tantum actiuæ vocis ἐξανθίζω, apud Suidam, exponentem βάπτω.

ILLVD alterum vocabulum, quod me tibi propositurum sum pollicitus, est ἀπεσμιεσμένα, in hoc loco libri V. οὐ γὰρ ἄζηλον καὶ τὸ τὰ τῆς πόλεως πολιτεύματα καὶ βίους. οὐδὲ ἀνωνύμους καὶ ἀπεσμιεσμένους ἀνθρώπους βουλεύματα καὶ πράξεις μᾶλλον διηγεῖσθαι. Rideret certe Aristophanes,

phanes, rideret affatim, si hunc in locum incideret, & suum vocabulum a ioco ad serium sermonem, ridiculo errore trāslatum videret. Quamquam non hoc ipsum nomen, sed ex eo factum aduerbium apud eum legimus, in Nubibus,

ἀμαθής γε νὴ δί' ὅςις οὑτωσὶ σφόδρα
ἀπεριμερίμνως τὴν θύραν λελάκτικας.

Vbi scholiastes hoc ἀπεριμερίμνως exponit ἀμαθῶς, & ἀπείρως, nec non ἀνεπιστημόνως. Sed cogitare debuit, ad primam expositionem, quod attinet, idem bis dictum iri, si ἀπεριμερίμνως sit pro ἀμαθῶς: quoniam præcedit ἀμαθής. Hoc certe constat, eum ideo hoc aduerbio vsum esse (a se, vt credibile est, ficto) vt alluderet ad suam illam μεριμνοφροντιστῶν appellationem, quam illis de quorum vno hic loquitur, tribuentem audimus. & perinde esse alioqui, ac si ἀνοήτως aut ἀλογίστως dixisset. Sic autem in proxime sequente versu comice ludens, φροντίδα ἐξήμβλωκας dicit, perinde ac si μέριμναν diceret,

Καὶ φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξηυρημένην.

Scimus porro, comicos, atque hunc præsertim, libēter aliquid παρὰ προσδοκίαν afferre: & quidem in hoc ioci genere vocabulis potissimum delectari sonum saltem habentibus aliquo modo affinē iis, quæ auditor exspectabat. Hoc autem de isto posse dici loco videmus. nam quum ἀπεριμερίμνως & ἀπερισκέπτως idem principium habeant, spectatorem, auditis tribus illis primis syllabis ἀπερι, exspectasse credibile est, vt sequeretur σκέπτως, quum tamen μερίμνως sequutum sit.

At Dionysius, si eius sermo vocem postulasset, quæ *inconsideratos & minime circumspectos* significaret, an & ipse eodem ludere modo voluisset? ac non potius ἀπερισκέπτων dixisset? Quem igitur illa vox ἀπεριμερίμνων habere hic locum potest? Nullum certe: sed occupat alius valde tritæ vocis sedem, ἀπερριμμένων, optime cum illa præcedente ἀνωνύμων conuenientis. Nec vero apud alios tantum trita est, sed ab hoc etiam ipso scriptore aliquot aliis locis adhibita. vt libro IX αὕτη δημοτικὸς μὲν καὶ συνεχὴς, οὐ μὴν τῶν ἀπερριμμένων τις, ἀλλὰ τῶν ἐπισημοτάτων δι' ἀρετήν. Sic etiam libro VII. μέντοι ἀπερριμμένον εἰς τὰς ἐσχάτας κλήσεις τὸ δημοτικὸν πλῆθος ἀποκλείηται τῆς ἴσης ψήφου.

SCHEDIASMA XXVIII.

De quodam eiusdem Dionysii loco, vbi quum prouidentiam numinis agnoscere, *mutatio vocis vnius interuenisse videtur, ob quam nihil sale in eo compareat: & quomodo posse in integrum restitui existimem.*

Alia ibidem emendata.

LEgimus apud eundem Dionysium, libro X. τότε μὲν οὖν ἐπέσχε τὴν τῆς θρασύτητος ὁρμὴν ἡ τῶν θεῶν πρόνοια· καὶ ἀναβολὴν ἔλαβεν ὁ

δίκη, ἀλλὰ μικρᾶς ἐμπεσούσης φιλονεικίας καὶ ζητήσεως ὑπὲρ τοῦ σώματος, εἴτε ἐν δεσμῷ &c. Vbi scire velim quænam sit hæc τοῦ δικαίου πρόνοια, *quæ audaciores repressisse dicitur.* A Gelenio redditur *iustitiæ ratio,* locum hunc sic reddente, *Ita prævaluit iustitiæ ratio, vt differretur iudiciū.* Sed in ea, quæ cum recognitione fuit edita legimus, *Itaque tunc prouida iuris consideratio cæcos audaciorū impetus repressit: dilatumq; est iudicium.* At ego, quamuis sciam posse dici, quorundam illam τοῦ δικαίου πρόνοιαν hac in re spectari, quod nollent eos, qui in capitis discrimen veniebant, indicta caussa perire: tamē celare nolim, quod suspicor, non τοῦ δικαίου, sed τοῦ δαιμονίου πρόνοια scripsisse Dionysium. Cur enim, quam in aliis leuioribus & minoris momenti rebus agnoscit, nequaquam hic agnosceret? Alicubi vero nō simpliciter ἡ τοῦ δαιμονίου πρόνοια dicit, sed addens etiam, ὑφ' ἧς ἀεὶ σωζόμεθα κοινῇ. vt eodem libro, in quodam, qui hunc duarum paginarum interuallo sequitur loco, in Virginii concionantis persona ita loquens. Tantum vero abest, vt τοῦ δαιμονίου πρόνοια cum illis, quæ hic de aduersantibus quorundā audaciæ scribuntur, minus conueniat, vt contra nihil conuenientius dici queat: quum rationi consentaneum sit, dicere, *illam numinis prouidentiam eorum animis talem scrupulum iniecisse.*

Ceterum in iis, quæ proxime sequuntur, εἴτε ἐν δεσμοῖς αὐτὸ φυλάττοιτο τέως, εἴτε ἐγγυητὰς δοῦναι τῆς ἀφίξεως, ὥσπερ ὁ πατὴρ ἠξίου, videtur deesse δεῖ, vel δέοι, ante τέως: & pro ἀφίξεως alius quispiam genitiuus debere reponi: præsertim quum Lapus habeat, *an vades dari sistendi eum.* Non dubium est autem, quin genitiuo παραστάσεως id plane significari posset: quum ita vocetur *exhibitio eius, pro quo intercessit quis in vadimonio promittendo.* Quod si tamen, vt in alio quodam loco, ἀφίξεως retineatur, non pro *aduentu,* sed pro *reditu,* accipiendum fuerit.

SCHEDIASMA XXIX.

Defensa duorum eiusdem Dionysii locorum scriptura.

QVemadmodum loci multi sunt mendosi, q tamē nihil mendi præ se ferunt (q de nonnullis a me in hoc ipso scriptore emendatis dici potest, ac de illo nominatim de quo a me in proxime præcedēte Schediasmate differitur: si quidē quæ a me ibi proponitur coniectura vera est) sic etiam non pauci pro mendosis habentur, qui tamen minime tales comperiuntur. Hoc autē exemplis duobus ex hoc ipso scriptore sumtis confirmabo.

Legimus enim inter illa ex Dionysio excerpta De legationibus, in ea historia, q ordine proponitur quarta, ἀνασυνάμενος τὴν ἀναβολὴν. vbi Fuluius Vrsinus ἀνεκβολὴν mendose pro ἀναβολὴν scriptū esse affirmat, tanquā de re sibi perspecta exploratam; pronunciat. At si meum Græcæ linguæ Thesaurū consuluisset, statim inuenisset, quę se sententiam mutare coegissent. Nam quum nusquā ἀναβολὴν,

βολὴν, sicut περιβολὴν, de *amictu* dictum inueniri putaret, se aliosq; secum non nullos hac in re falli, ex illo didicisset.

Alter autem locus est e libro IX. τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ στεφανώσας τοὺς ἀριστεύσαντας ἐν ταῖς μάχαις ὥσπερ τοῖς στρατηγοῖς δωρεαῖς, τοῖς τε τὰ ἴσχα τὰ ἀφ' ἑαυτῶν ἐν τῇ χώρᾳ... ὑγιᾶ τε καὶ ἀνδράποδα καὶ σκηνὰς πολλῶν ἀγαθῶν γεμούσας τοῖς στρατιώταις ἐχαρίσατο. Quis enim est qui istum participium στεφανώσας ab hoc esse loco alienum nõ sit clamaturus? Nec certe putauit Gelenius fieri posse, quin de co[ro]narum etiam donatione hoc intelligeretur: ideoq; vertit, *coronis donauit aliisq; donis militaribus*. At ego etiam si coronas minime fuisse donatas putem, minime tamen esse mendose scriptum στεφανώσας credo, verũ nouum quidem vsum fortasse, sed tamen laudandum potius, quã reprehendendum a Dionysio illi datum esse, significare volente, *eum coronarum loco donis excellentissimis ornauisse*. Quidni vero sicut στέφειν scholiastæ alicubi κοσμεῖν exponunt, ita στεφανώσας Dionysio pro κοσμήσας dicere licuerit?

SCHEDIASMA XXX.

Dionysii locus suæ integritati restitutus, in quo deprauato aliquid ridiculum & absurdum dicebatur.

Sicut paulo ante dixi, quendam ineptum pleonasmum, a me animaduersum apud Dionysium, suspectum mihi locum reddidisse, & vt veram eius scripturam statim subolfacerem fecisse: ita etiam dicere possum de illo, cuius nunc emendationem proponã, (qui ex eodem est petitus) quiddam me in eo, tam non modo ridiculum, sed absurdum etiam deprehẽdisse, vt suspicione nunquã postea carere apud me potuerit: eamque tandem, errore cognito, non vanam fuisse cognouerim.

Audimus enim eum libro IV. vbi rationem reddit cur a Fabio ceterisq; historicis discesserit, qui relictos a Tarquinio pueros, filios eius, non nepotes, esse tradiderunt, (quum ipse nepotes fuisse affirmet) hoc inter cetera vtentem argumento, ἀλλὰ μὴν, εἰ γε ἀνδρῶν ἡλικίαν εἶχον οἱ παῖδες, οὔτ' ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν ἀπέθνησκεν, οὔτ' ἂν ἡ μήτηρ αὐτῶν ἡ ... ... καὶ προβεβλημένη... ... ... κατέλιπεν ὁ πατὴρ αὐτοῖς ἀρχήν. Atqui hoc quale est? *non fuisse moriturum Tarquinium si eius filij ætatem virilem attigissent*. Vnde hoc datũ erat Tarquinio, vt non moreretur, si ad ætatis virilis annos filij eius peruenissent? a quo hanc immortalitatẽ, & quo sponsore, pactus erat? Mirum tamen nõ est, errorem in hunc scriptorẽ irrepsisse, qui aliquid tam ridiculum, vel potius tam absurdum (vt antea vocaui) nobis proponeret: sed neminem hactenus hãc ἀτοπίαν animaduertisse, hoc vero valde mirum est. Interpretum quidem certe mirum in hac absurditate admittenda cõsensum videmus: quum primus ita hunc locum reddiderit, *At, si quidem viriles fuissent ætatis filij, neque pater interisset, neque misera mater adeo*

erat & impia vt desc. &c. Secundus ita, *Ad hæc si virilem ætatem habuissent filij, nec pater fuisset occisus nec mater adeo misera & dijs inuisa fuisset fœmina, vt lib.* Tertius ita, *Quinetiam, si filij virili ætate fuissent, neq; eorum pater interijsset.* Quid? an secundum illum interpretem (is autem est Sigismundus Gelenius) putabimus, velut mollire hanc ἀτοπίαν volentem, non vertisse itidem, *neque eorum pater interijsset*, vel *mortuus fuisset*: quum tamen id Græcam sonare vocem omnes norint) sed *nec pater fuisset occisus*, interpretatum esse? De hoc lectoris iudicium esto: verum non consideratum ab eo fuisse, Dionysium a refutatione vnius opinionis ad alterius refutationem transire, ex eo apparet, quod pro ἀλλὰ μὴν dicat *Ad hæc*: sicut & secundus eum sequens, *Quinetiam*, quasi continuatio eiusdem sermonis esset: quum vtrunque sequi potius primum interpretem, bonum illum virū, Lapum Biragum, oportuisset, aptissime particula *At*, hic vtentem. In reddenda autem voce θεοστυγοῦς hunc quoq; fateor lapsum esse, alio tamen modo. nam *impia* vertit, at Gelenius, *dijs inuisa*: quum sonet *mente capta*, siue *Mente alienata*: perinde ac si diceretur, *Cui mens à dijs læsa esset*.

Sed nimium diu fortasse te suspensum lector teneo exspectatione illius molimenti, seu moliminis, quo ad amoliendam tantam absurditatem vtar. Imo vero leuissima mutatio (quo etiam miteris magis) totum hoc præstabit. nam si ex ὅτ' ἂν, primo in loco, facias ὅτε, quidquid absurdi, quidquid ridiculi hic erat, protinus euanescet. Non enim dicet Dionysius, *Si filij virili ætate fuissent, nequaquam mortuus pater fuisset* (monstrificam certe quandam & portentificam vim ætati virili filiorum tribuens arcendi a patre suo mortem) sed hoc ab eo dicetur, *Si virili ætate filij fuissent quum pater moreretur* Non dubium est porro quin errandi occasionem præbuerint particulæ ὅτ' ἂν, quæ duobus in locis sibi vicinis sequuntur: aduerbio ὅτε, vel ὅτ' ἂν (nam & ita scribi scimus) se in illas mutari, ob tantam scripturæ affinitatem, facile passo. Quominus autem de illo aduerbio lector vllus cogitarit, obstitit fortassis hoc quoque inter cetera, quod ὅτε cum indicandi modo hic iungitur, quum potius cum coniunctiuo poni soleat. Verum & alibi ab hoc ipso scriptore huic modo iungitur: vt libro vndecimo, ὅτε ἀπηγξάμην. Vide autem lector, quomodo contigerit, vt quo in loco Dionysius aliorum ἀτοπίαν magis, quam alibi vsquam reprehendit, (nam paucorum versuum interuallo sequitur, ἔχει δὲ καὶ ἄλλας τινὰς τὸ πρᾶγμα ἀτοπίας: & dixerat in principio huius sermonis, οὐδὲν ἐξεταζόντες τῶν αἰσχρῶν τε αὐτῶν ἀδυνάτων τε καὶ ἀτόπων) ipsemet in magnam ἀτοπίαν a librariis deductus sit. id est, ita eius sermo mutatus sit, licet minima cum scripturæ mutatione, vt aliquid ἄτοπον, vel potius ἀτοπώτατον, loqui dici possit. Disce igitur hoc

etiam

etiam ex loco, quædam ἄτοπα in veterum scriptorum libris inuenit, de quibus non illi, sed librarii in quorum calamos eorum libri inciderunt, sint accusandi: & (quod mirum est) multa huiusmodi, quamuis aperta, lectorum tamen prope innumerabiliũ oculos fallere. Disce hoc quoque, neq; aduersus talia menda, postquam deprehensa sunt, esse obfirmandum animum, neq; de illis, id est, de illorum emendatione, esse desperandum. Nam ego me hunc locum aliquoties legisse fateor priusquam, vel minima eius emendandi spes affulgeret.

Oblitus eram te monere & de vocula ὢν post θεοῦλαβὴς adiicienda.

SCHEDIASMA XXXI.

Apud Liuium repositum Consilia calida, *apud Ciceronem vero confirmatum.*

Quieta consilia *apud Liuium ita dicta, vt* Quietæ cogitationes *apud Ciceronem.*

De celeritate consiliis bellicis inimica, *Liuij loci, & versus mei.*

AB Historico vno ad alium venio, sed a Græco ad Latinum: quod sim cuiusdam apud T. Liuium emendationis recordatus, quæ mihi ne excidat, vereor. Ea est in quadam voce earum quæ hic leguntur (libro XXXV. pagina sexta a fine) *Athenienses, quibus primis post regiam legationem dicendi, quæ vellent potestas facta est, mentione omni regis prætermissa, Romanæ societatis Ætolos, meritorumque in vniuersam Græciam T. Quintij admonuerunt: ne temere eam celeritate nimia consiliorum euerterent. Consilia callida & audacia, prima specie læta, tractatu dura, euentu tristia esse.* Vide lector, considerato aliquamdiu hoc loco, an coniectura poteris assequi, quænam hic illa vox sit, quam emendatione opus habere dico. Sed potius, vt te maiori parte laboris leuem, faciam, quod mihi olim a meis præceptoribus factum fuit: & multo breuius spatium, intra quod mendum illud continetur, proponam. Id igitur suum latibulum habere scito in postremo membro, cuius initium est, *Consilia callida & audacia.* Quid? nondum erratum vllum animaduertis? Amplius tibi gratificabor, & addam, in vno ex quatuor illis vocabulis esse a quibus initium habere illud membrum dixi. Adhuc hæres? en, hoc quoque adiiciam, quale sit errati genus: & in literæ geminatione esse dicam, quæ geminari non debuerit. Nimirum, hoc quoque adiicere, perinde est ac tibi rem totam aperire, eum videlicet errorem in vocabulo *callida* esse. Cur autem *consilia calida*, non *callida*, hoc quidem loco, scribendum censeam, id quoque (nisi quid te detinet) audi.

Primum considerandum est præcessisse, *ne temere eam Romanam societatem celeritate nimia consiliorum euerterent*: deinde, huic adiectiuo adiungi vnum, quod magis cum *calida*, quam cum *callida* conuenit. Additur enim, *& audacia*. Postremo, magis rationi esse consentaneum, vt *calida* consilia quam vt *callida* reprehendantur.

Antequam tamen plura hoc de Liuii loco dicam, proferam Ciceronis locum, in quo itidem eodem peccatum in vocabulo fuit. Is est in libro De officiis primo, *Vt enim sunt (quemadmodum supra dixi) qui vrbanis rebus bellicas anteponant: sic multos reperies, quibus periculosa & callida consilia quietis cogitationibus splendidiora & maiora videantur.* ita enim in plurimis exemplaribus *callida*, non *calida*, scriptum est: (sicut etiam *quietis & cogitatis* in nonnullis legimus) sed non tam male cum eo, quam cum Liuio agitur, ad hanc deprauationem, quod attinet. quoniam altera lectio *calida* iam annotata ex quibusdam libris fuit: quod Liuio non contigit. Ceterum esse scio, qui *cogitationes quietas* à Cicerone de bellicis rebus intelligi existiment: de ducibus videlicet, qui se in illis ita gererent, vt Fabium Maximum se gessisse legimus: verum hic Ciceronem de iis loqui, quæ in pace tantum habere locum possunt, animaduertent, qui totum locum attente expendent. Adde, quod apud Liuium quoque quieta consilia belli consiliis opponuntur. Nam in Annibalis ad Scipionem oratione, vbi huic illum dicentem audimus, *Quod ad me attinet, iam ætas senem in patriam reuertentem, vnde puer profectus sum, iam secundæ, iam aduersæ res ita erudierunt, vt rationem sequi quam fortunam malim: tuam & adolescentiam & perpetuam felicitatem, ferociora vtraque quam quietis opus est consilijs, metuo*, non dubito, quin *quieta consilia belli consilijs*, id est, *consilijs de bello*, opponantur: præsertim quum paulo ante facta pacis mentione, (vbi dicit, *de pace agitur*) sequatur, *animo tantum nobis opus est non abhorrente à quietis consilijs*

Verum, ad *calida consilia*, vt redeam, e Græcis sumtam esse hanc metaphoram constat, θερμὸν ἔργον (vnde & θερμουργὸς) ita nonnunquã dicentibus: & quin a Cicerone etiam ita vocata sint, ambigere nos haud sinit Nonius, qui *ferocia & inconsulta* exponit. Nõ male autem fortasse e Liuio ipso exponeremus, Quibus nimia celeritas adhibita fuit. Nam (vt antea docui) quum dixisset, *ne temere eam celeritate nimia consiliorum euerterent*, subiunxi statim, *Consilia calida & audacia, prima sp. &c.*

Quid tamen *nimia* addere necesse erat, si omnino celeritas in consiliis damnanda est? Damnanda est autem, si, quod ipsemet de consiliis magni discriminis dixit, esse generale velimus. Cur vero noli-

riolimus? ego certe in meis Parangelmatis bellicis seu Consiliis latius extendere non dubitaui. Ita enim ibi,

Quum celeritatem bellicæ res postulent,
Haud consilijs tamen adhibenda bellicis.

Item,

Consilia bellica properanter qui capit,
Ad pœnitentiam properat ille, quisquis est.

Quoniam tamẽ in illis magni discriminis consiliis magis est periculosa, ego huius rei ratione habita & illos versus scripsi,

Inimica consilijs celeritas omnibus:
Sed si qua magni consilia discriminis,
Illis celeritas omnis inimicissima.

Denique illum de consiliis bellicis locum quatuor his versibus clausi,

Lenta meminerit ille festinantia
Consilia rebus qui capit de bellicis:
Sed exsequenda consilia cui sunt bona,
Sit omnis ille lentitatis immemor.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMATVM VARIORVM,

Id est,

OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, EXPOSITIONVM, DISQVISITIONVM,

Liber VI.

qui est

Succisiuarum IVNII horarum pensum.

SCHEDIASMA I.

De insigni loco cuiusdam historici a me in Italia inuenti, & nondum editi: a Suida etiam citato, sed absque auctoris nomine, de quo laboro.

HIstoria quædam iam tum meas in manus venit, quum in Italiæ bibliothecis meam seu venaticam seu venatoriam artem exercerem: & cupidissime quidem exercerem, præsertim postquam Anacreon illius θήραμα fuerat (væ huius linguæ paupertati, si venamentum dicere mihi non permittit) idque in ipso propemodum venationis meæ tirocinio. Eo inquam tempore, id est, multis abhinc annis, qui iuuentutem meã, vel potius adolescentiam, eamq; primam, in senectutem mutarunt, cõtigit in quãdam historiam incidere, & omnia propemodum posse in ea legere, præter auctoris nomen. Prima enim nominis illius litera non poterat a me cognosci: ac, quum multas fugientis pene oculos scripturæ per totum librum difficultates expugnassem, inexpugnabilis illa fuit. Nam ΕΙ ΛΟΥ quidem oculis se meis offerebat, sed ita, vt animaduerterem primam literam se illis subducere, quantumuis perspicacibus, & in lectione cuiuslibet scripturæ veteris Græcorum librorum supra, quam ferre ætas videretur exercitatis. Hoc tantum profiteri possum, literam quæ meos oculos non omnino quidem, sed magna ex parte subterfugiebat, visam mihi esse Γ. Verum, quodcunq; illi nomen sit, accidit ante aliquot menses, vt in eosdem illos, qui se tantopere eo in libro fatigauerant oculos incurreret quidam Suidæ locus, qui verba nonnulla

a me apud illum historicum lecta haberet. Recordatus sum enim eorum post annos plusquam quindecim, a quibus eum scriptorē non videram: atq; adeo a quinque aut sex memoriam eius propemodum amiseram. Illa sunt huiusmodi, Οὐ κατασχὼν τῆς χαρᾶς, περιλαβὼν ἀθρόον τοὺς ὤτας τῷ στόματι. Ac, nequis se in illis quærendis fatiget, sciat illa inuentum a se iri cum aliis, quæ e diuersis auctoribus excerpta a particula οὐκ initium habent. Nam præcedunt hæc, οὐ κατὰ κόσμον, quæ sunt ex Homero: & exponuntur, οὐ κατὰ τὸ πρέπον: sequuntur ista, οὐκ ἰᾷ: quibus adiecta est expositio, οὐ συγχωρεῖ.

Sed quum sperarem, simulatque prima in oculos meos illius historici verba apud Suidam incurrerunt, fore, vt nomē illius idem me doceret, de quo discendo diu multumque frustra laborassem: spe mea frustratum me comperi: quum ille nec auctoris nomen nec expositionem vllam addat: quamuis alioqui sæpe quidem auctoris nomen ab eo taceatur, ac præsertim, vbi valde pauca verba afferuntur (sicut illa proxime præcedentia, οὐ κατὰ κόσμον, Homerica esse tacet) sed aliquod saltē vocabulum explicetur, aut aliquid ad expositionem loci pertinens afferatur. Ibi ego memoriæ meæ diffidere, an quæ mihi apud illum historicum legisse viderer, legissem: & tandem, vt desiderio meo satisfacerem, illum per totam bibliothecam vestigare: omnia scrinia & scriniola, omnes arcas & arculas, omnes apothecas & apothecul as excutere. Quo enim magis mihi locus ille apud Suidam placuerat, eo pluris auctorem faciebam: & mihi ipsi indignabar, quod quum antea dicere potuissem,

Decidit in casses præda petita meos,

dicendum nunc esset,

Elusit casses præda petita meos.

Sed tertio demum die præter spem in manus meas velut postliminio præda illa reuersa est. Ita enim historiam illam, quam meum Italicū θήραμα vocaui, appellare posse mihi videor. Illius autem tam longæ vestigationis tædium leniuit quodammodo hæc felicitas, quòd primus fere, qui se mihi aperto libro obtulit locus fuit ille, quē Suidas affert, Οὐ κατασχὼν τῆς χαρᾶς. Sed ego illi & paucula ex iis quæ sequuntur, adiiciam. Ita igitur ibi quadam in narratione scriptum est, Καὶ ὁ κατασχὼν τῆς χαρᾶς, περιλαβὼν ἀθρόως τοὺς τίτθους τοῦ σώματος· καὶ καταφιλῶν, ἀχανὴς ἐκείμην χαμαὶ τεθνάναι τοῖς πολλοῖς νομισθείς. ἤμην γὰρ ἐν πάλαι τῇ λύπῃ περὶ ἀδελφῶν οὐδὲν πάντοθεν πλὴν τὸ ὁρᾶν καὶ ἀναπνεῖν, ὢν νεκρός. At vero apud Suidam non ἀθρόως, sed ἀθρόον legitur, quod certe aduerbialiter positum fuerit. Ceterum quum hic iis, quæ affert verbis nihil addat, ideoq; id suspicari tantum, seu coniectura assequi, aut saltem persequi, superfit, dico me suspicari, allatum esse ab eo huius loci principium, in exemplum illius constructionis verbi κατέχειν cum gignendi casu.

quæ videri noua possit. Sed habemus alioqui & alia hoc in loco notabilia: & quidem (vt prius de eo, quod propinquius est dictum) in eorum numero vsum illum nominis πέρι ponere debemus.

Ad vocem vero ἀχανὴς, quod attinet, idem lexicographus ei suo loco significationes duas tribuit, quarum altera huic loco optime conuenit. Scribit enim καὶ ἀχανὴς, ὁ μὴ χεχηνώς· καὶ ἄφωνος, ὁ ἄναυδος· (pro quo & ἄνεως dicitur) ὁ ἐκπεπληγμένος σιωπῇ. nisi potius scripsit, ὡς ἐκπεπληγμένος σιωπᾷ. Rara sunt autem vsus nominis huius exempla: sed vtitur quidam apud eundem, non hic (nullum enim hic exemplum subiungit) sed alibi, θῶς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀχανεῖς γενέσθαι, καὶ παρεῖναι τοὺς διαιρέσεις, συμπάσχοντας τῇ τῶν ἐκκλησιαστῶν ὑπερβολῇ. Vtitur & Dionysius duobus (quantū meminisse possum) in locis: quorum vnum vox alia irreptitia occupauit: alter autem libro VII. exstat. ἡ δὲ βουλὴ δίους ἀπάντως ἐγένετο· καὶ ἀχανὴς ἦν ἐπαστος, οὐκ ἔχων συμβαλεῖν ὅ, τι τὸ δηλούμενον ἦν ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Est autem ἀχανὴς plus quam ἄφωνος. nam ἄφωνος dicitur *de ita obstupefacto, vt emittere vocem non possit, nihilo magis quam si mutus esset.* vt apud Ouidium legimus,

Nec me flere diu nec potuisse loqui.

Et alibi,

Et lacrymæ deerant oculis, & verba palato.

At vero ἀχανὴς est, *qui ne hiscere quidem potest.*

Sunt vero & quæ sequuntur, elegātiæ plena, & quidem eiusmodi, vt ad eam in hoc genere nihil addi posse videatur. Quid enim ad has adiici hyperbolas, aut quomodo, quæ sub illis proponūtur, aptius posse exprimi dicemus? Ceterum scio quidem aliquem primo aspectu existimaturum hasce duas voces redundare, ὤν νεκρός: sed qui locum attentius expendet, quandam esse non carentē aurei repetitionem, & quæ propterea ingrata esse non debeat, animaduertet. Verum & de hoc moneo, quum παντάπασι vel ad præcedentia, vel ad sequentia referri posset, indicasse me multo aptius iunctum sequentibus iri.

SCHEDIASMA II.

Eorum, qui Hemerodromoi *vocabantur descriptio, ex eodem illo scriptore, cuius incertum nomen est, sumta.*

Scriptorem illum (cui dixi ΕΙΑΟΥ nomen, prima litera deficiente relinqui) tam longo interuallo legere, quum mihi datum esset, non potui, licet valde occupatus, eum e manibus deponere, quin aliquid præterea noui & quod vix aliunde peti posse existumarē, mihi largitus esset. Tanta autem benignitate erga me vsus est, vt non vnum quidpiam, sed multa huiusmodi obtinuerit. Inter illa fuit eorū, qui ἡμεροδρόμοι vocabātur descriptio: quam quum, sicut noua mihi fuit, sic aliis quoq; futuram existimem, in medium afferam. *Qui* ἡμεροδρόμοι *vocantur* (inquit) *sunt inuenti at..re,*

paulo

paulo natu maiores quam qui ephebi vocantur, sub prima lanuginis tempus. Aliud autem non portant, quam arcus & sagittas, iacula & lapides ignarios. Hæc enim ipsis ad vitam & ad conficiendũ iter conducunt, quæ alia quidem cibos ex captura sua, alia vero ignem ad illos assandos subministrent. Lignorũ enim ipsis vbiq; & virgultorum aridorum magna copia est. sed ipsemet sua lingua loquẽs audiendus est. Postquam igitur dixit, καὶ δὴ πέμπουσι πρὸς αὐτὴν δύο τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων ἡμεροδρόμων ἐγκαλοῦντες παραβᾶσι τῶν συγκειμένων σπονδῶν: ad illam quam interpretatus sum descriptionem eorum, qui *hemerodromoi* vocantur, venit. his vtens verbis, νέοι δ' εἰσίν, ἐφήβων ὀλίγῳ πρεσβύτεροι, περὶ τὴν ἐκφυσίαν ἰούλους, οἱ τοι· ἑαυτοὺς ὑπηρετούμενοι χωρὶς τόξων καὶ βελῶν, ἀκοντίων καὶ πυροβόλων λίθων ἐπιφερόμενοι πλέον οὐδέν. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὴν ζωήν, καὶ τὴν ὁδοιπορίαν γίνεται χρήσιμα, τὰ μὲν, τὴν ἄγραν τὰ δὲ τὸ πῦρ παρέχοντα πρὸς τὴν ὄπτησιν: ξύλων γὰρ αὐτοῖς ἐν παντὶ τόπῳ καὶ φρυγάνων ἀφθονία πολλή, ἑκάστου κατὰ τὴν ἔρημον ὑλοτομοῦντος τὰ φυόμενα.

Fuisse autem antiquam hanc τῶν ἡμεροδρόμων appellationem, vel ex Herodoto, qui ea vtitur, constare potest. Ceterum non esse dictos ἡμεροδρόμους ad significandum simpliciter *Qui currunt*, tanquam ab aliis, qui κυκλοδρόμοι dicerentur, (si qui erant) distinguendo: sed vt significarentur *qui totum diem currunt*: id vero te meus Thesaurus Græcæ linguæ docebit.

SCHEDIASMA III.

Collatio quorundam, quæ de timoris effectu *ab illo historico pariter & ab Ouidio eleganter dicuntur.*

A Scriptore illo nondum possum discedere: tantæ sunt eius illecebræ, præsertim vbi aliquid poeticæ libertatis illi, quæ solutæ orationi vsitata est, admiscet. Hoc autem cum alibi facit, tum in hoc dicto, τοῖς τοῦ φόβου πτεροῖς ὀξέως φερόμενος. Ac nullus certe est, cui hæc verba non statim in memoriam reuocent illa, *—pedibus timor addidit alas:* & quæ vel apud Latinos, vel apud Græcos sunt illis similia. ab Ouidio certe ex eodem velut communi loco sumtum est illud, Metam. XIII.

——fugit illa tamen, veloxq; timore
Peruenit in summum positi prope littora montis.

Et libro XI. eiusdem poematis,

——celeremq; metu celer vrget amore.

Nam & hic non aliud quam τὰ τοῦ φόβου πτερὰ velocitatem ac celeritatem affert.

Pulcre vero & istud, de metu & ipsum, ab illo dicitur, ποιεῖ γὰρ ὁ φόβος μείζονα νομίζειν τὰ συνεχόντα, καὶ πλείονα φαντάζεσθαι παρασκευάζει τῆς ἀληθείας, τῆς δειλίας αὐξούσης ὑπὲρ τὸ ἴσον τὰ πράγματα. Habere autem aliquid poeticum tales παθῶν quibus natura humana obnoxia est descriptiones, ostedit collatio cum ipsis poetis. Rursum

enim Ouidium tale quid de timore dicentem audimus, De ponto lib. II.

—sed me timor ipse malorum
Sæpe superuacuos cogit habere metus.

Et in epistola Protesilai,

—nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri facta putare timor.

Iam vero & alium effectum timoris ab illo ipso historico notari videmus, quem idem poeta non vno in loco notauit. Legimus enim in epist. Hypermn. ad Lynceum,

Et vires subtrahit ipse timor.

Et in Fastis,

Abstulerat vires corporis ipse timor.

Alicubi autem *timor* ab eodem *sensum etiam & animum auferre* dicitur: vt libro Metamorph. XIV.

Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem
Sensumque animumque) fuit, quum vos petere alta relictus
Æquora conspexi?

SCHEDIASMA IV.

Collatio eorum, quæ ab vtroque illorum de dolore *dicũtur, qui lacrymis egeritur: & qui tantus est nonnunquam, vt & viam illis intercludat, sicut & ori vocem.*

SChediasma hoc præcedentis velut supplementum erit. Addam enim illis conuenientiæ duorum scriptorum (in longe diuerso alioqui scribendi genere) exemplis & aliud, insigne illud quidem. Legimus enim apud illum Græcum historicum, quem anonymũ dicere non possum, & cuius tamen nomen a me sciri dicere haud ausim, ὡς γὰρ νέφος ἀποτίθεται ζόφον, ἀποσκίζον ὀμβρίους σταγόνας, καὶ κατ' ὀλίγον καθαίρεται τοῦ γνόφου, κενούμενον τοῦ ὕδατος ἀχλύος· οὕτω κουφίζεται τῆς ἀθυμίας ψυχὴ ταῖς οἰκείαις τραγῳδοῦσα συμφοραῖς τῇ διηγήσει τῶν λυπηρῶν συνεκκενουμένης ὥσπερ τῆς καρδίας. Quod enim hic κουφίζεσθαι τῆς ἀθυμίας & συνεκκενοῦσθαι τὴν καρδίαν, id Ouidius, *expleri & egeri dolorem,* hoc versu,

Expletur lacrymis egeriturque dolor.

Idem alibi,

Flere licet: flendo certe diffundimus iram.

Apud eundem historicum legimus, quod & apud illum poetam, *de dolore,* qui tantus est, *vt quis ne flere quidem possit.* Ac vno quidem in loco, dicit ille poeta, nimirum in epistola Sapphus,

Nec me flere diu nec potuisse loqui.
Et lacrymæ deerant oculis & verba palato.

In alio autem, quem habet Metamorphosis,

Et pariter vocem lacrymasque introrsus obortas
Deuorat ipse dolor.

Sed &

Sed & in alio ita hac de re loquitur, vt φυσιολογοῦντα etiam audiamus. is est in epistola Ariadnes ad Thelcum.

Iamq; oculis ereptus eras, tunc deniq; fleui:
Torpuerant molles ante dolore genæ.

Hoc autem *torpere*, est quod historicus ille ναρκᾶν dicit, eadem de re loquens, videlicet de facultate naturali, quæ genas ipsasq; gubernat. ἡ γὰρ κυβερνῶσα τὰ βλέφαρα ἔνδον ναρκήσασα δύναμις ἡμῖν ἀπέπληξε, καὶ κατακλιθεῖσα τὰ κατὰ τὴν φυσικὴν ἐνέργειαν αἰσθητήρια. Atq; illis subiungit ita eodem pertinentia, & in quibus φυσιολογεῖ eodē quo illic modo, διὰ τοῦτο γὰρ ἡ ὑπερβάλλουσα λύπη· ἀχανεῖς τῷ λίθῳ ἀναισθητοτέρους ποιεῖ, καὶ τὸ ὑγρὸν τῶν δακρύων πηγνῦσα, τῇ παχύτητι τῶν πνευμάτων κωλύουσα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς χωρεῖν. Quod autem attinet ad vocem, quæ & ipsa dolore intercluditur, non hic solum sub voce ἀχανεῖς id declaratur, sed & in loco quem proposui in primo Schediasmate, eadem sub voce declaratum fuit.

SCHEDIASMA V.

Emendatio ex coniectura cuiusdam Græci versus prouerbialis.

Legimus apud Suidam, post expositionem verbi ἴσυχον, vocem ἰσυχῶς: cui subiungit dictum istud. Οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἰσυχῶς ἀνήρ. At vero apud eundem in Οὐδὲν habemus. Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀσυχὸς ἀνήρ. Sub quibus verbis iambicum senarium inueniemus, ordine verborum mutato, vel ita,

Οὐδὲν δίκαιον ἀσυχὸς φρονεῖ ἀνήρ.
vel ita,
Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀσυχός.

Sed nimium odiose & parum vere dictum hoc fuisset, *de quolibet vrbano viro*, id est, *commorante in vrbe*, *eum nihil æqui cogitare*. Nec certe is, qui admonere volebat (quod Erasmus putat) rusticam vitam innocentiorem esse, vt quæ sola cum solis habeat commercia terris, ita loqui debebat. Quum vero & alia lectio apud Suidā exstet, (vt paulo ante docui) videlicet Οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἰσυχῶς ἀνήρ, sciendum & apud Eustathium eandem reperiri, ad illud ἰσυχὸς; quod attinet: quum apud illum legatur. Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἰσυχῶς ἀνήρ. Videndum igitur, an aliquid obscœni significari suspicandum sit, an legi debere ἑστηκώς: vt iocose dictum hoc sit, respiciendo *ad eos, qui stant cogitabundi*, quum alioqui sedeant potius ii, qui aut quieto aut saltem minus inquieto sunt animo.

SCHEDIASMA VI.

Apud Horatium pocula lethæos somnos ducentia *videri de mādragora dici.*

De Lucani duobus locis diuerse scriptis, eodem tamen modo potius mandragoræ *mentionem facientibus.*

Aliter efferendum de mandragora *prouerbium videri, quam a prouerbiorum collectoribus effertur,*

Horatius inter illa carmina quæ Epodωn nomine inscribuntur, canit.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus,
Pocula lethæos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas occidis sæpe rogando.

Ego hic poetam non quæuis ὑπνωτικὰ aut ὑπνοποιὰ pocula significare voluisse existimo (vt alii volunt) verum sub generis appellatione, & ea quidem periphrastica, ad certam speciem respexisse, videlicet ad Mandragoræ potum: præsertim quum in prouerbium abiisset apud Græcos. Fuisse autem non infrequens apud illos, vel ex Demosthene coniicere est, Philipp. IIII, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν ἢ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Videor autem mihi & in alio eius loco idem dictum legisse. Ceterum nihil me mouet quod videmus hic a Demosthene adiici, ἢ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον: cũ nominari speciem illa constet quæ magis celebris erat.

Sed quid de duobus Luciani locis dicemus, in quorum vno, ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, in altero, ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας legimus? Prior est in Timone, non procul a principio, πῶς γὰρ, ὅς γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις; Sunt autem Timonis ad Iouem verba: quæ Erasmus vertit, *Quidni enim faciat? vbi tu perinde ac sub mandragora dormis?* Posterior autem locus est in Demosthenis encomio, ἀλλ' ἀνίστησι μὲν ἄκοντας οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας τοὺς αὐτοῦ πολίτας. Quid? an aliud vno quam altero in loco significare voluisse Lucianum dicemus? Haud crediderim: sed quemadmodum dicuntur hic καθεύδειν ἐκ μανδραγόρου illi quos Demosthenes μανδραγόραν πεπωκότας dicit, idem & de illis quorum illic fit mentio esse intelligendum. Sed quomodo ὑπὸ μανδραγόρᾳ in dandi casu legendo intelligi illud poterit? Ego vel retinens μανδραγόρα, non subscribam literæ α, vt talis sit genitiuus qualis Πυθαγόρα: vel in μανδραγόρου mutabo, vt in posteriori loco ἐκ μανδραγόρου habemus. Siue autem hoc siue illo modo genitiuus scribatur, dixerim ὑπὸ μανδραγόρα sonare *Præ mandragora*, pro eo quod est *Præ nimio mandragoræ potu:* sicut dicitur ὑπὸ οἴνου & ὑπὸ μέθης. Deniq; nullo modo interpretationem illam admiserim *sub mandragora dormis*. Mirum est autem, apud Erasmum eo ipso in loco, vbi male hunc locum interpretatur (eius enim illa est interpretatio) & tanquam lectionem illam vulgarem sequens, ὑπὸ μανδραγόρᾳ, tamen recte (meo quidem iudicio) legi ὑπὸ μανδραγόρου. Hæc enim lectio cum in aliis editionibus exstat, tum vero in duabus Frobenianis, anni 1533. & 1540.

Aliud est de quo monendus mihi es, illud *de mandragora* prouerbium aliter efferendum videri, quam efferri a prouerbiorum collectoribus soleat: videlicet, non μανδραγόραν πίνειν, sed μανδρ-

γόρ-

γόραν πεπωκέναι. Vel potius in modo indicandi, μανδραγόραν πέπωκε. Cæterum alio etiam loquendi genere vtens Lucianus, talem mandragoræ mentionem facit, in illa oratiuncula aduersus ineruditum, & multos tamen libros ementem, οἶον ὅσα ἤτοι μανδραγόραν κατασκεχύσθαι αὐτοῦ, ὡς τούτων μὲν ἀκούειν, ἐκεῖνα δὲ μὴ εἰδέναι, &c.

SCHEDIASMA VII.

Hesychio magnetem lapidem *non esse illum* qui ferrum attrahit.
De quibusdam apud eundem verbis, quæ iambicum trimetrum, & quidem prouerbialem, efficiunt.
Emendata quædam apud eundem.

APud Hesychium in Ἡρακλεία λίθος, & Μαγνῆτις λίθος, necnon in Λυδικὴ λίθος, quiddam legimus quod paradoxum est *falli eos qui magnetem lapidem* (vel μαγνῆτιν λίθον, vt ille vocat) *eum esse putant, qui ferrum attrahit. Eum enim qui hoc facit*, ἡρακλείαν λίθον, aut etiam ἡρακλεῶτιδα vocari, at μαγνῆτιν λίθον *esse lapidem argento similem, & ita quidem vt hac similitudine oculos decipiat.*

Ego litem hanc sub iudice nunc quidem relinquens, interim monebo de quibusdam verbis quæ in Λυδικὴ λίθος, leguntur, duo sub illis latere: primum, ea efficere iambicum trimetrum, deinde illum habere prouerbialem vsum. Nam cuum scriptum sit apud eum. Λυδικὴ λίθος σίδηρον, (nam ita post σίδηρον est interpunctum) πλάνην περισπάζει: ego scripsisse illum arbitror, Λυδικὴ λίθος λίθος σίδηρον πλάνην περισπάζει: & facta mentione λυδικοῦ λίθου, attulisse versum de illa prouerbialem,

Λίθος σίδηρον πλάνην περισπάζει.

Sed quem putabimus huius prouerbialis versus vsum fuisse? Existimo dici solitum *de eo qui alicuius amicitiam sibi conciliarit, & quidem eum in sui amorem attraxerit, sicut Lydicus lapis occulta quadam vi ferrum ad se attrahit.* Conueniet autem cum illo versu,

Πάντας γ' ὑφέλκων, οἷα μαγνῆτις λίθος.

Vel potius ἐφέλκων. Sed non fuisse intellectum huius versus vsum, vel ex hac eius interpretatione apparet. *Cuncta attrahens, haud aliter ac magnes lapis.* perinde ac si πάντα scriptum esset: quod nec ipsi numeri admittunt.

Emendandum autem διαστᾶται, (vbi legitur, ἡ δὲ μαγνῆτις διαστᾶται τὴν ὄψιν) mutando fortasse in πλανᾶται, si quidem pro πλανᾷ alibi inuenitur. Nam ἀπατᾷ quod in Μαγνῆτις legitur, nimium a διαστᾶται remotum est.

Obiter autem moneo, & in voce Λυδικὰς, pro μυσεργεῖς reponendum videri λιθουργεῖς: quod dictum sit vt ἀπεικουργεῖς, & χρυσοθηκουργεῖς.

SCHEDIASMA VIII.

De prouerbio quodam, quod apud Hesychium sub duobus verbis

lectores latet, quum tamen hæc ab illo prouerbialia agnoscantur.

Eadem opera, in mentione Hesychii, te monebo, apud eum esse quædam alia verba sub quibus prouerbia lateant. Horum vnum (quo me nunc esse contentum mea memoria vult) e latebris eruam. Aio enim prouerbialiter dictum fuisse, Λέγω παρθένω. quibus verbis subiungit Hesychius, τὰ μὴ ὄντα μὲν, λεγόμενα δέ. quũ potius dicẽdum fuisset, si eadem qua alibi sermonis forma vti voluisset, ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων μὲν, λεγομένων δέ. Non minus autem placeret παρθένος. Sed, vtrocunq; modo scribatur, magis festiue & apte significare non possumus, *rem aliquam fama quidem, sed non reuera esse*. Præsertim vero conueniet, vbi de re agetur cuius laudem falso alicui tribui, non facile probare possumus.

At vero hæc prouerbialia verba, παρθένος τὰ πρῶτα, aliud sibi volunt.

SCHEDIASMA IX.

De sermone Elliptico Hesychij, lectoribus suspecto futuro.

Addam & hãc de quibusdam illius lexicographi locis admonitionem: visum tibi iri illis quidpiam deesse, quum tamen nihil desit. Eorum e numero vnus est in Αἴσωπος ᾠδός. nam his subiungit, οἱ μὲν τὸν Εὐηνίδην ἀκούουσι, τὸν ἀπὸ Ἀντίσσης· οἱ δὲ Φρύνιν· ὁ καὶ μᾶλλον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκωμῴδηται ὡς ψυχρός. &c. Quis enim post ὁ καὶ μᾶλλον aliquid deesse non suspicetur? At nihil desideratur tamen, sed ellipticum est hoc loquẽdi genus, & aliquid subaudiendum relinquitur. Hoc autem cuiusmodi sit, te docebit mea Proparasceue ad lectionem veterum in Thucydidem scholiorũ: quam habes posteriori meæ editioni Thucydidis adiunctam.

Sunt autem & aliæ apud eum ellipses, sed quæ minus facessere negotii possunt: (ac ne hæ quidem illi peculiares) præsertim vero ea, quæ post ἔνιοι, siue ἔνιοι, aut ἔνιοι δέ, vel post οἱ δέ, a nobis ὑπακουσθῆναι vult φασί, aut λέγουσι. Scio tamen esse & locos apud eum, vbi omissum dicere necesse sit.

SCHEDIASMA X.

Quo admonentur lectores cum de alijs apud Hesychium mendis, tum vero de ijs, quibus duæ voces in vnam male coaluerunt, aut vna in duas diuulsa fuit.

Ne hoc quidem te celabo, magnam cautionem adhibendam esse in quibusdã locis huius lexicographi, ob conflatas duas voces in vnam. veluti in Περίκομμα (duobus in locis) in ὑπεμόρφων, in αἱμασιὰν μετ', in ἀβραδεύλη, in Μαψαῦραι, in εὐνομένος. & Ευαγομένων. Sunt vero & quædam vocabula quibus male adhæret articulus, tanquam eorum pars, & quidem prima eorum syllaba: vt

Αἰαν-

Αἰκωλᾶζαι. Sed nonnulla sunt in quibus minus est manifestus hic error.

Alicubi vero (sed paucioribus in locis) vice versa vna vox male in duas diuisa fuit: vt Εὔ ἱστῷ pro Εὐϊστῷ.

Alicubi litera vna superuacanea negotium facessit: & vero alicubi facit, vt vox, quæ exponenda proponitur, contrariam suæ expositioni significationem habeat. vt ἀκαθαρτὴς pro καθαρτής, & ἀκαθαίρειν pro καθαίρειν.

Sed & vicissim literæ omissio alicubi negotium exhibet: interdum & vocabuli integri, in expositione, vt in ἔναγος, omissum ἀρᾷ: vt sit ἀρᾷ ἔνοχος, vel ἔνοχος ἀρᾷ. Sic συνεστάμενοι, ἀντὶ συνηγμένοι. Et in στρίγλος, inter κέρδος & νυκτίφοιτον (pro quo potius scribi debet νυκτίφοιτος) deesse puto καὶ ὄρνεον. Alicubi præpositio est omissa: vt in ἀνεμωλιὰ legitur, ἐπὶ τῷ μηδενὸς χρησίμου φιλοτιμουμένων pro περὶ μηδενὸς χρησίμου.

At locorū, qui voces alias pro aliis positas habent, multo maior est numerus: & alicubi quidē voces sunt, quæ receptæ non sunt & nihil significant, ex quibus minus periculosa menda nascuntur: alicubi, quæ suam quidem significationē habent, sed non ei loco aptam. vt Στέμφυλα, τὰ πλαίσματα τῶν ἐλαιῶν. pro πιέσματα.

Verum exempla mendorum omnis generis apud hunc lexicographum (cui quantum debeamus dici non potest) videnda tibi relinquo in mea Bibliotheca Græca.

SCHEDIASMA XI.

Supposititia quædam esse apud Hesychium, necnon apud Suidam.

NOndum valedicam illi lexicographo: sed prius & de hoc monebo, esse apud eum nonnulla, quæ aperte ὑποβολιμαῖα sunt, nonnulla quæ videri talia possunt, non tamen sine controuersia. Exempli gratia, quæ de vocabulo Αἶται scribuntur, *esse Iouis filias, quæ precantibus opitulantur.* nam hæc sunt eius verba Αἶται, θυγατέρες Διὸς, αἳ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσι. Hæc (inquam) de voce illa Αἶται scribi quis non miretur, ac potius de voce Λιταὶ scripturum ea fuisse Hesychium non dicat: Neque enim verbum αἰτεῖν, a quo deductum esse nomen illud dicendum est iis, qui defendere ipsum volent, facere posse videtur, vt pro Λιταὶ recipiatur. Quædam vero duobus in locis duobus modis scripta sunt: in vno quidem ita, vt de scriptura non dubitemus, in altero contra sic, vt illam suspectam merito habeamus: veluti si non Αἶται tantum, sed Λιταὶ etiam apud eum exstaret.

Sicut autem apud Hesychium, sic & apud Suidam supposititia quædam esse sciendum est.

SCHEDIASMA XII.

De emendatione quorundam Hesychij locorum, quibus asterisci nota apposita est.

ALiud ex alio in mentem venit quod de hoc scriptore (cui multum, vti dixi, Græca lingua debet) dicam. Nunc autem hoc ex me intelliges, non esse tibi de omnibus iis desperandum Hesychii locis, quibus notam asterisci appositam vides. Quædam enim eiusmodi sunt vt vox quæ pro mendosa reponi debet, aliquantum in Græca lingua exercitatis venire in mentem post non longam cogitationem possit. Quod de isto merito dicetur loco, Σκειρῶν (vel potius Σκείρων) ἄργη τὶς λέγεται. quis enim ex eorum quos dixi numero, venti qui ἀργέστης appellatus fuit, non recordetur, & hoc nomen pro duabus illis vocibus ἄργη τὶς substituendum non contendat? Interim vero probo consilium illorum qui locum hunc ita cũ illa notula scripserunt, Σκειρῶν, * ἄργη τὶς λέγε.

Quin etiam nonnullis illorum quibus nota illa est apposita locorum, ex ipsis vnde sunt petiti scriptoribus afferri remedium potest ab eo qui nec memoria infelici est, nec iudicio caret. Talis est iste, Αἰω* νήτωρ, ἐξέπνευσε τὴν ψυχήν. Nam & me fateor primo quidem aspectu hunc ad locum obmutuisse: sed memini, quum paulisper cogitassem, animaduertisse Homeri verba esse, verum fœdissime deprauata: & pro αἰω νήτωρ reponendũ ex illo esse αἰον ἦτορ: nimirum ex versu quodam Iliad. ε, qui ita clauditur,

- ἐπεὶ φίλον αἴον ἦτορ.

SCHEDIASMA XIII.

De quibusdam, quæ ab Hesychio, de nonnullis item quæ a Suida, vt duobus in locis, ita duobus modis exponuntur.

De non reiicienda statim aliquorum verborum expositione, quod ei in quo illa legimus loco haud conueniant.

POstremo de hoc monebo, quædam ab eo, sicut & a Suida nonnulla, vt duobus locis, ita duobus modis exponi: ac iudicium ibi adhibendum esse.

At vero in Ἀθηναία, post hæc verba, Ἀθηναίη, ἡ θεὸς· ἡ δὲ γυνὴ, nõ quidem notam illam sed aliquid spatii vacui habes, quod deesse aliquid ostendat. Deest autem non aliud quam vox ἀστή, quæ a Suida nobis suggeritur.

Esse tamen haud nego quæ & duas expositiones admittant, vtpote ambigue dicta: & quum incertum sit quo ex loco petierit ea verba quæ vno tantum modo exponit, non temere pronuntiandum esse de illa expositione. Exempli gratia quum ἀργυρία λιμὴν ab illo exponatur ἀργυρίου σπάνις, fatendum est quidem non posse hanc explicationem conuenire isti loco qui exstat Epigr. lib. II.

Ἀργυρίην λιμῷ ἥν τις ἐν ἀλλαπίλῳ μεθηλίσεται,
Ἐκτεινε, παντάλιος τοῖς πίνακας ἀρῷ φίζων.
Ὀχθήσας δ', ὑρ ἱεπεν, &c.

Hic (inquã) ἀργυρίην λιμὴν non significare ἀργυρίου σπάνιν, sed quod dixi in meo Thesauro Græcæ linguæ, fatendum est. sed non tamen

repre-

reprehendendus Hesychius, priusquam sciamus, an hunc aut ei similem locum exponere voluerit: quũ alioqui fieri possit, vt locus, ex quo hæc deprompsit, alteram illam expositionem admitteret.

Me alioqui de quibusdã expositionibus ab illo dissentire, sicut & de nonnullis a Suida, alius erit docendi locus.

SCHEDIASMA XIV.

De Dicæarchi opere geographico, quod Vita Græciæ inscribebatur.

Dicæarchi Geographicon, siue operis de vita Græciæ pars quædam in manus meas ante multos annos venit, allata ex Italia a Matthæo Budæo, Guillelmi Budæi filio, & cui tam excellens cognitio Hebraicæ linguæ, quam patri Græcæ fuit. in illa autem parte de vita Græciæ ita disseritur, vt non immerito datus fuerit illi operi titulus ὁ βίος τῆς ἑλλάδος, id est, *Vita Græciæ*. Non hoc autem solum habet sibi peculiare, haudque cum Strabone vel Pausania commune, quod de singulorum fere Græciæ populorum moribus & vitæ instituti scribit, sed istud etiam, quod ipsam vrbium formam ante oculos nobis ponit, ita vt quantumuis curioso satisfacere lectori queat. De Athenis enim inter alia scribit, κακῶς ἐρρυμοτομημένη, διὰ τὴν ἀρχαιότητα. αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι: vt vicissim de Thebis, ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δὲ ἐρρυμοτομημένη.

Hoc inter cetera non omittit. quæ vrbs sit εὔυδρος, vel κάθυδρος, aut contra: vt de Thebanorum vrbe, κάθυδρος πᾶσα. Contra vero de vrbe Atheniensium, ἡ δὲ πόλις, ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος.

Solet etiã describere qualis via sit ex vna vrbe in alteram. veluti post descriptionẽ Oropi dicit, ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ΄. ὁδὸς δὲ ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας. Ac post Tanagræ descriptionem, ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιὰς στάδια σ΄. ὁδὸς ἡσυχῆ μὲν ἔρημος (quod suspectũ est) καὶ λιθώδης. At venienti ex Platæis Thebas viam esse ait, λείαν πᾶσαν καὶ ἐπίπεδον. Qui certe loci fecerunt, vt quod de Tanagra dicitur, eam esse λευκὴν τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδη, de via dictũ ab ipso putarem: ideoq; his verbis, λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης, mutandam esse sedem, ea illis quibus via describitur adiungẽdo. Sed posse tamẽ de hac mutatione sedis illorum verborum controuersiam moueri nõ ignoro: quum & de quibusdam aliis vrbibus loquens, aliquid quod itidem τῇ ἐπιφανείᾳ tantum cõuenire potest, suæ descriptioni inserat. Quale est, quod de Thebis scribit, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος: postquam dixit esse στρογγύλην τῷ σχήματι.

SCHEDIASMA XV.

Lysippi comici versus elegantissimi a Dicæarcho citati, & eorum interpretatio.

Dicæarchus ibi quosdam pulcerrimos quorundam comicorum versus affert, (eos nusquã alibi me legere memini) qui-

busquasdam vrbes vel laudarunt vel vituperarunt. De Athenis hos Lysippi,

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ.
Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος.
Εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

Quos ita reddidi,

Tu truncus es, si non Athenas videris:
Si visæ Athenæ non inescant, asinus es:
Si non graue has relinquere, es cantherius.

Ceterum stipitem eodem metaphoræ genere dici quo illud στέλεχος, potius quam *truncum*, erunt fortasse qui obiiciant: sed quãuis fieri possit, vt *stipes* sit vsitatius, tamen & *truncum* ita dici, & quidem *truncum & stipitem* a Cicerone copulari sciat.

SCHEDIASMA XVI.

De Sophoclis apud Dicæarchum versibus, qui magnam Thebis & illis peculiarem laudem tribuunt.

DIcæarchus de Thebis scribens, non comici alicuius, sed tragici, Sophoclis videlicet, eulogium affert,

Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους,
Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς

Ac quum valde laudet *uxores Thebanorũ* (nisi quis malit *fœminas Thebanas*) *& dicat illas omniũ Græciæ fœminarũ esse εὐσχημονεστάτας καὶ εὐπρεπεστάτας, ac Sophoclem id etiã testari illis versibus:* mihi aliquando in mentem venit suspicari, scribendum esse,

Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεάς,

tanquam dicente Sophocle adeo esse εὐσχήμονας, adeo εὐπρεπεῖς, *vt deæ potius quam fœminæ mortales videri possint:* quoniam tamen verum esse scio illud, quo quidã respici putant, videlicet ad duos deos Bacchum & Herculem, qui nati sunt Thebis, de mutanda nostri exemplaris lectione pertinaciter nolim cõtendere: sed minus aptos ad confirmandum Dicæarchi dictum esse versus Sophocleos, id vero dixerim.

SCHEDIASMA XVII.

De Comicorum aliorum versibus, eiusdem argumenti apud eundem Dicæarchum.

COmicorum etiam aliorũ versus affert, quibus vice versa non laudatio sed vituperatio quorundam populorum continetur. Afferens autem eos, eadem sermonis forma vtitur in citando illorum testimonio, qua in citandis illis Lysippi. Nam vt illic dicit οἱ στίχοι Λυσίππου, sic in iis quæ sequuntur οἱ στίχοι Ξένωνος, item ὁ στίχος Φοινικίδους, item ὁ στίχος Φιλίσκου. quæ brachylogia notanda est, quum alioqui multo pluribus verbis vti in citandis, quæ ad sermonẽ nostrum accommodamus testimoniis soleamus, idemq;

&ve-

& veteres fecisse videamus. Ceterum Xenonis iambici duo, quibus Oropios valde infamat, sunt hi,

Πάντες τελῶναι πάντες εἰσὶν ἅρπαγες·
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

Nisi autem præcedebat apud eũ comicũ mentio Oropiorum, non dubium est quin is, qui posterior est versus, potius esse prior debuerit. At Pherecrates suo versu *fugere Bœotiam hortatur*,

αὐτοῦ φεύγης σύ. φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

Sed Philiscus contra *Chalcidem* suo *laudat*.

Χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις.

SCHEDIASMA XVIII.

Philonis aliquot loci emendati.

PHiloni aliquid operæ volo impendere, aliquot eius locos corrigendo, in quibus litera ρ aut in sua posita sede non est, aut certe deest. Sumam autem initium ab ea dissertatione qua probare conatur, *omnem qui probus sit* (nisi quis σπουδαῖον aliter interpretari malit) *esse liberum*. In ea enim legimus, in fine pagin 604. πρὶν ἢ ἄρξασθαι βία βαρυδαίμονος τροχίων ἐπιτεμόντες ἐλθεῖν περὶ τὴν ἀναίρεσιν καὶ πανυστάτην ὁδὸν πράγματι. Quid enim hic sibi velle vocem τροχίων dicemus? Aliquis fortasse longe petendam emendationem eius existimet, quum tamen minime remota sit, ad mutationem quidem quod attinet. sed ea emẽdata mãsuræ sint omnes literæ, verum haud eandem sedem seruaturæ. nam ex τροχίων faciendum esse τὸ χρεών coniectura mea putat: vt hypostigme, quæ est post mendosum illud τροχίων post βαρυδαίμονος posita, dicat, τὸ χρεὼν ἐπιτεμόντες, ἐλθεῖν περὶ τὴν ἀν. καὶ παν. ὁδὸν πρ. Sic autem in libello, qui inscriptus est, Τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος, in extrema pag 330. hanc ipsam literam ρ sede sua relicta in alienã migrasse arbitror, simulq; literam υ pro ν positam esse. Nam vbi scriptum est, φίλημα δὲ ἀδελφοῦ τοῦ φιλοῦ. τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὐγενῶν ἁρμοζομένων ἑνώσει, pro εὐγενῶν repono ἐνεργῶν.

Apud eundem ea ipsa litera ρ, quæ illic sedẽ suam permutauit, desideratur, in iis, quæ scripsit De vita Mosis, circa finem pag. 465. nam vbi scriptum est, σφόδρα ταχέως ἀντιτάξαντες, scribendum esse contendo τραχέως.

At vero in libello περὶ ἀνδρείας, pagin. 280. literam τ, quæ hanc ipsam ρ proxime præcedit, tollo, ῥοπὴν ex τροπὴν faciens: quod præcedat ἀντιρρέποντες.

Paucas autem hasce emendationes e multis nunc accipe: quoniam alterum exemplar, cuius margini adscriptæ sunt, ad manum non erat.

SCHEDIASMA XIX.

De Philonis quodã loco, ex quo aperte intelligimus cur CHRISTVS

Matthæi cap. v. *in vetando* iureiurando, *nominatim eius* quo per cœlum vel terram iuratur, *mentionem fecerit.*

Eiusdem Philonis alius locus emendatus.

PHilonis scripta dum præ manibus habeo, libet alium depromtum inde locum afferre, qui multum conferre potest ad intelligendū cur Christus apud Matthæum capite v. *vetet nominatim vel per cœlum, vel per terram iurare: sicut & per Hierosolyma, aut per caput suum.* Locus ille Philonis in eo legitur libro, qui inscriptus est Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων, &c. In prima enim eius pagina iurare permittit, *nō quidem per ipsum deum* (quem vocat τὸ ἀνωτάτω καὶ πρεσβύτατον αἴτιον) *sed per terram solem, stellas, cœlum, totum denique mundum.* Vnde enim hunc Iudæum permissionem afferre istam putandum est nisi ex Iudæorum commento, seu commentitia expositione voluntatis Dei? tanquam videlicet is tam seuere nobiscum agere nollet, vt ne illud quidem iurisiurandi genus per terram, aut per aliquod ex reliquis, quæ ibi subiunguntur, hominibus concederet.

Eadem aút opera & quendam locum huius scriptoris emendabo, qui nō procul ab eo cuius modo mentionem feci, & vbi de iureiurando itidem agit. εἰσὶ γὰρ οἳ ὀμνύουσιν (inquit) ἐὰν τύχῃ κλοπῆς ἢ ἱεροσυλίας, &c. sequente verbo ἐργάσασθαι. Omnino enim hoc in futuri temporis verbum ἐργάσεσθαι mutari necesse est.

SCHEDIASMA XX.

De versu quodam, cuius sententiam, valde alioqui memorabilem, praepostera interpunctio peruertit.

MIre sensum cuiusdā iambici versus peruertit peruersa & præpostera interpunctio (id est, peruerse & præpostere posita) apud Clementem, lib. Stromateωn 4.

Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν, ἄφροντις ὤν;

Quem errorem non animaduertens Gentianus Heruetus, ita hūc versum interpretatur,

Qui mortis est seruus, timore is haud vacat.

Aduersus quā interpretationē cum alia quæri possunt, tum vero, quinam sint illi qui *mortis serui* appellantur. Memini quidē certe me audire quendā com cum *milites mercenarios*, seu *mercede cōductos*, θανάτου μισθοφόρους facete appellantem: sed quid istud hunc ad locū pertinet? cur enim & voluntarii milites timore haud vacare non dicerentur? Vnum hoc addam, aliis, quę obiici possent, omissis, contraria sermonis structura poetæ fuisse vtendum, si illud significare voluisset, & dicendum, Τίς δ' ὢν δοῦλος τοῦ θανεῖν, ἄφροντις ἐστί; id est, vtendum sermone, qui hanc formā habens, efficere versum posset. Mihi igitur libenter subscripturum lectorē spero, qui aliquo præditus iudicio erit, scribenti, interpunctionem quæ est post verbum θανεῖν, post δοῦλος ponendam esse, hoc modo,

Τίς

Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

id est,

Quis seruus est, dum mortis haud insit metus?

Aut ita,

Quis seruus est, mortis metus quum nullus est?

Nisi malis hunc ita claudere,

——*mortis metus si nullus est?*

Vel dicere

Qui seruus est qui non reformidat mori?

Vel sic reddere,

Qui seruus ille qui nihil timet mori?

Aut ἀπὸ φωνῆς, non ἐρωτηματικῶς,

Haud ille seruus a quo abest mortis metus.

Quamuis autem hic in ἄφροντις, non in φροντὶς, id est *cura* pro φόβος accipiatur, vt ego verti: tamē & verbo *curare* vti hic quis possit: hoc modo,

Qui seruus ille est qui nihil curat mori?

Dico *Qui seruus* hic quoque, potius quam *Quis seruus*, ad vitandā ambiguitatem. Quum porro aliquem cogi quid facere, qđ nolit, hoc sit non liberum sed seruum esse, & ad cogendum mortem illi minari, aut etiam intentare oporteat, is certe *qui eam non curat* (nam proprie ἄφροντις ὤν id sonat) *qui eam non reformidat, sed contemnit, nihil illis minis terrebitur*, ideoque non cogetur facere quod nolit, vt cogi solent serui, sed mortem subire malet. Huius autem contemtus mortis sæpenumero a Seneca fit mentio.

SCHEDIASMA XXI.

Clementis Alexandrini aliquot alij loci emendati: quorum in vno particula negatiua οὐ locum nominis νοῦ occupans, sensum inuertit: at in alio pro οὐ, in alio pro οὐ posita est.

TAcere non possum de quibusdam aliis locis apud Clementē mendosis. Incipiam aūt a duobus ab vna eademq; particula alienam sedē occupante vasde deprauatis. Ea est οὐδὲ, omnibus notissima: sed in vnum irrepsit pro νοῦ δὲ, in alterū pro οὐ δὲ. Legimus enim apud eum libro Stromateων primo, de iis, quæ a quibusdam sophistis dicūtur, ποταμὸς ἀπέχων ῥημάτων, οὐδ' σταλαγμός Cui scripturæ non animaduertens subesse mendum interpres, vertit,

Verborum non stilla cadens, sed flumen, inertum.

Putauit enim verba hæc, ποταμὸς ἀπέχων ῥημάτων, οὐδὲ σταλαγμὸς, versum hexametrū efficere: adeo poeticæ & poeticis numeris assuefactas aures habuit. Sed illis fortasse imposuerunt vltima duo vocabula, οὐδὲ σταλαγμὸς quæ reuera finē hexametri efficiunt. At nihil minus tamen q̃ versum esse hæc verba, & νοῦ δὲ, nō οὐδὲ scribendum esse, animaduertere potuisset, si νοῦ satis habuisset. Nam hæc scriptura pulcerrimam antithesin nobis efficit, qua *verborum flu-*

uius gutta mentis, seu *prudentia opponitur*. Sed νοῦ libenter *mentis* appellationem reddiderim: quod Latinos itidem videamus *verba sine mente* vocare, eorum qui ita loquuntur, *vt quæ dicunt*, cũ Horatio *nugas appellare canoras* possimus. Neq; tamen hic placet ἀπέχειν mutare in ἀντίχειν vel εὐτίχειν, (quod dictum ad illas *nugas canoras* proxime accederet) sed potius in ἀπεχνῶς. id est *Omnino*, vel *Plane*, *Prorsus*, seu *Reuera*.

Alter locus, in quo pro οὐδὲ scribendum est οὗ δὲ, exstat li. Strom. III. vbi & ab interprete error fuit animaduersus.

Ceterum prima illa emendatio mihi in memoriam reuocat aliam quãdam de qua nihilo magis silere velim. Nam quum ille locus in quo οὐδὲ pro νοῦ δὲ scriptum est, exstet pag. 98 in ea, quæ proxime sequitur, nimirum 99 legimus, Ἡσίοδος γὰρ τὸν κιθαρῳδὸν Λίνον παντοίας σοφίας δεδαηκότα εἰπὼν καὶ ναύτην οὐκ ὀκνεῖ λέγειν σοφόν, οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένον γράφων. Nam quid aliud, quam ænigma hoc est, de eodem dici illud, *eum esse* ναύτην σοφόν, & hoc οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένον? Et cui non sit ænigmatica hæc loci istius interpretatio? *Hesiodus autem, quum Linum citharœdum dixisset esse cuiusuis scientiæ peritum, nautam etiam non veretur dicere sapientem, scribens,*

Nautica in arte aliquid qui nec sapit.

Quis (inquam) ænigmatice dici illa non queratur? Suspicor igitur, aliquid omissum esse inter σοφόν, & illa, οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένον. Nõ aliud aũt fortasse id fuerit, quam aduerbium ἀλλαχῆ, vel καὶ ἀλλαχοῦ. nam alio ex loco petita hæc verba sunt, videlicet ex poematico cui ἔργα titulus est: nisi quod σεσοφισμένος ibi legitur,

Οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος οὔτε τι νηῶν.

Volens enim probare Clemens, quod de vsu vocabuli σοφὸς proposuit, addidit (vt opinor) ad illum quem attulerat & ex Hesiodo locum, eum & vocabulo σεσοφισμένος, (quod ex σοφὸς originem habet,) alibi *de nauigandi arte* vti, scribentem, Οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος. Sed aliquem in accusandi casum mutasse verisimile est, volentem cum præcedentibus accusatiuis coniungere hanc vocem, quæ tamen ad ea minime pertinet: atq; hinc contigisse etiam, vt quæ inter σοφὸν & sequẽtia erant interiecta, expuncta sint. Illud ænigma ne Sphinx quidem (vt opinor) melius soluerit.

Verum ecce, quum huic Schediasmati clausulã impositurus hic essem, recordatus sum cuiusdam apud hunc ipsum scriptorẽ loci, quem eadem illa particula οὐ, cuius mentionem in principio feci, deprauat. Is est libro Pædagogi secundo, pag. 58. Flor. editionis, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ὁ τῆδε βίος ἀγνοίας ὕπνος βαθύς. οὐ χρὴ ἐξεγειρομένους ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ὄντως καλὸν καὶ κόσμιον ἀποδύεσθαι. Neque enim dubium est, quin Clemens scripserit quidem ου, sed spiritu aspero & circũflexo accẽtu literæ υ superposito, ita, οὗ: vt significetur, *ex quo* somno *expergefactos*. Verumtamen ne hunc quidem errorem animaduertit interpres: sed interrogatiuam particulam οὐ esse putauit.

nam

nam ita hunc locũ reddidit, *Et est vita quæ ab ijs hic agitur, profundus somnus ignorantiæ. Annon oportet nos excitatos, ad id quod vere pulchrum est & ornatum, contendere?*

SCHEDIASMA XXII.

Homeri non esse id poematium quod BATRAXOMYOMAXIA *inscribitur, sed* TIGRETIS *cuiusdam, siue* PIGRETIS.

HOmeri esse quam habemus Batrachomyomachiam, persuadere mihi nunquam potui: quod vix quidquam Homero satis dignum (meo quidem iudicio) contra vero non pauca eo indigna haberet. Tandem vero in exemplar incidi, vbi alii poematium hoc adscriptum esset: nimirum TIGRETI Cari, vel PIGRETI. Quicunque autem sit hic, magis laudem ex fictis satis apposite propriis nominibus, quam ex alia re vlla mereri videtur. Homeri autem non esse, multis probare argumentis possum, quæ alii loco relego.

SCHEDIASMA XXIII.

De Attico naso *apud Senecam.*

ATticus nasus nouum aliquid fortasse erit apud Senecam legenti, *Bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset.* Sed voluisse significare quod Græci Ἀττικὸν μυκτῆρα dicunt, Appendix mea ad Erasmi adagia, necnõ meus dialogus, inscriptus DICAEARCHI SYMPRACTOR, (subiunctus eclogæ operis DICAEARCHI. De vita Græciæ) aperte ostendunt. Sibi autem & alia Senecam permittere, in quibus nouum vsum Latina quædam videri possint habere, docebit te liber a me ante tres annos editus, AD SENECAE LECTIONEM PROODOPOEIA. Cui & epistolæ ad Senecæ lectionem itidem pertinentes adiunctæ sunt.

SCHEDIASMA XXIV. & XXV.

Admonitiones duæ lectoribus Senecæ.

DE duobus monebo lectores Senecæ: vnum est, in lacunis (vt vulgo loquimur) desiderari plerunque Græca verba, vt Suasoria 1. *Tum ex Graeculis quidam ait,* *Huic quidem impune fuit.* quum pro hoc vacuo spatio debeat esse lepidiss. istud responsũ, ad Antoniũ, Κύριε, ὁ Ζεῦς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἀσεβοῦσιν εἶχε.

Alterum est, alicubi Latina quædam pro Græcis irrepsisse: vt idem, *hoc tu euita. restituas, tibi habe.* pro Ὀκταβία Ἀντωνίῳ. *Res tuas tibi habe.* vel potius, Ὀκταβία καὶ Ἀττικὰ Ἀντωνίῳ.

SCHEDIASMA XXVI. & XXVII.

SIcut autem in illo Senecæ loco habes, *& hoc nomen statuis subscribi iuberet,* sic apud Hor *si quæret pater vrbiũ subscribi statuis.*

In poetæ huius mentione recordor (vt fit) alius loci, qui est in LVDO illius de morte Claudii Cæsaris, vbi ad veteris cuiusdam poetæ verba alludere videtur. Nam vbi scribit, *etiam cœli scrutatur plagas,* verbis vtitur iisdem (sed non eundem in sensum) quibus quidam vetus poeta apud Ciceronem, de Diuin lib. 2.

Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.

SCHEDIASMA XXVIII.

APud eundem Suasoria prima legimus, *quum Alexander vulneratus foret, dictū a Callisthene de sanguine, qui e vulnere fluebat mirari se, quod non esset, ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι* (sunt autem hæc verba versus Homericus) *& ipsum Alexandrum hanc urbanitatem lancea vindicasse*: at, Plutarcho si credimus, hoc ipse & agnouit, & sponte fassus est. Vtrum magis verisimilia loqui dicemus?

Ceterum ad illa dicta, *Ille se ab hac urbanitate lancea vindicauit*, &, *Timeo ne ille nos gladio αὐτομυκτηρίσῃ*, redeat nobis in memoriā, quod quidam dixit, *Periculosum est in eum scribere qui possit proscribere.*

SCHEDIASMA XXIX.

IDem Seneca de *Græcis* loquens, *Græculos* dicit, ibi etiam vbi alioqui de Græco homine quidpiā refert, quod a se minime contemni ostēdit: veluti Suasoria prima, *Tum ex Græculis quidam ait*: quum tamen de *Græco* loquatur, quem habuisse *Atticum nasum* (id est, τὸν Ἀττικὸν μυκτῆρα, vt paulo ante dixi) cōfitetur. Hac de re (non tamē allato hoc exemplo) dixi in meo illo Dialogo cui titulus est DICAEARCHI SYMPRACTOR, & adiunctus est iis, quæ supersunt scriptis DICAEARCHI DE VITA GRAECIAE.

SCHEDIASMA XXX.

IDem Seneca (nam locorum eius mentionem vsq; ad finem libri huius continuare libitum est) alicubi Græca verba, aliunde allata, pro quibus lacuna, vt antea dixi, relicta erat, ita recuperauit, vt propemodum haud minor, quam antea dubitatio ac diuinatio relinquatur. Exempli gratia, in Ludo de morte Claudii, *& vt dederunt ἀλείρω φιλάτου χιν*, quis opem Oedipi vel Sphingis non imploret? Ego tamen, dum hæc vel ille exspectatur, ex diuinatione mea afferam, ἀλφοῦργου καὶ ἀλφίτου τυχεῖν. Sed de hoc loco plura, deque aliis huiusmodi alia legenda tibi afferam (Deo volente) in iis quæ adiungam illi meo libro seu potius libello, iampridem edito, qui inscriptus est, AD SENECAE PROODOPOEIA, atque ibi ipsas etiam scriptura veteri, quam fieri fidelissime poterit repræsentata, ad venandam ex illius vestigiis veram omnes hortabor.

MISCEL-

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber I.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Quod Axioma veteribus Stoicis præcipue omne enuntiatum siue omnem propositionem cathegoricam significauerit, quæ esset aut vera aut falsa. Quodque Cicero dum axioma pronuntiatum *interpretatur, modo illo Stoicorum generali acceperit, qui tum in communi vsu erat, non stricto illo Aristotelico more; quo post vsi sunt illum sequuti & Mathematici.*

ARistotelis partibus quidam nimium addicti, Ciceronem reprehendere conantur, quod *axioma* ille acceperit in genere, pro qualibet enunciatione seu vera seu falsa. Cũ potius *apophansin* Aristotelico more hanc promiscuam enunciationem vocare, *axioma* vero, vel dignitatem (vt ipsi loquuntur) vel alio quouis nomine ad id apto núcupare debuerint. Esse enim *axioma* illud, quod Mathematici κοινὴν ἔννοιαν vocẽt; Philosophi vero πρώτην τῆς φύσεως ὑπόθεσιν. *Apophansin* vero proprie *quodlibet enuntiatum. siue verum illud sit, siue falsum.* Et *Axioma* quidẽ, semper esse καὶ τι πρῶτον καὶ ἀληθὲς, hoc est *primum & verum: Apophansin* vero, tam veri quam falsi naturam induere. At isti vitiligatores parum animaduertunt, quam se inscitiæ alligent, dum hæc in angulis obmurmurant, & tanti Oratoris & Philosophi laudibus ogganniunt, non cernentes quam fuerit alius tradendi ordo modusque eius disciplinæ, quam *logicem* Peripatetici veteres appellauerunt ætate Ciceronis, quam insequutis postea temporibus; quũ Aristotelis dogmata multis seculis diu sepulta, post Ciceronem emergere, caputque efferre demum inciperent, ducibus Alexandro Aphrodiseo, Themistio aliisque primi nominis Philosophis, qui Cicerone vno aut altero seculo posteriores fuere: ætate autem Ciceronis, Stoici & Platonici in præcipuis haberentur: quorum traditiones tum in scholis protritæ erant, & in vsu doctorum, contentiq; erant & vtebantur consuetis Stoicæ scholæ vocibus, non iis, quas Aristoteles postea nouas excogitauit; qui artem disserendi a Zenone Stoicorum principe semiperfectam interpolare volens, sibique eam vt propriam vendicare: præterquam

quod ordine a Stoicis habitum in melius commutauit, & multa addidit, ita etiam ipse artis quædam (vt manifestum est) vocabula inaudita antea introduxit, tum etiam ipse noua effinxit. Illi igitur quos diximus Stoicorum sectatores ἀξίωμα ita definiuerunt. ἀξίωμα δέ ἐστιν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ idque secundum Chrysippum in dialecticis definitionibus. hoc est: *Axioma est id quod aut verũ est aut falsum est, aut perfecta res enuntians quantum ex semetipsa.* Et alio quidem modo: ἀξίωμα ἐστὶ τὸ ἀποφαντὸν ἢ καταφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. hoc est: *enuntiatum siue axioma est aut negans aut affirmans quantum in seipso.* puta; dies est: Plato ambulat. appellatum autem axioma est ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι, i. *comprobando* siue *affirmando*, seu ἀθετεῖσθαι, i. *reiciendo negandoue.* Et hoc quidem modo Stoici, qui gnauiter in illa arte laborauerunt; præcipue vel Boetio teste in ea parte, quæ iudicandi, vel (vt recepto vulgi more loquar) resoluendi præcepta tradit, axiomatis voce vsi sunt; nimirum pro quolibet enunciato cathegorico. At iidem, quæ Peripateticis *axiomata*, Mathematicis autẽ κοιναὶ ἔννοιαι seu *communes animi conceptiones* dicebantur, προλήψεις vocauere: quasi diceres *præsumtiones*; quæ animum sui natura & certitudine quasi præoccupassent. Vnde apud Arrianum in primo dissertationum Epicteti cap. 22. habetur, περὶ τῶν προλήψεων; quo loco sic scribit: προλήψεις κοιναὶ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰσί, καὶ πρόληψις προλήψει οὐ μάχεται. hoc est: *Præsumtiones communes omnibus insunt hominibus, præsumtioq; præsumtioni non repugnat.* Deinde pro exemplo adducit, ὅτι τὸ ἀγαθὸν συμφέρον ἐστὶ καὶ αἱρετόν. hoc est: *quod bonum est, idem esse conducibile & persequendum.* ita nimirum appellatæ, quod nemo non ita iudicet, qui quidem ratione fruatur. Sed & idem Arrianus sæpius προλήψεων meminit; tum ipse etiam Cicero *in Lucullo*, & Latine tum *cognitiones*, tum *initia naturæ* dicuntur: a Cicerone vero in officiis etiam *prima naturæ principia*: nimirum vt distingueret ea, a generali *axiomatis* voce. nam & eas enunciationes, quæ ad aliquid probandum assumuntur λήμματα vocarunt, hoc est *sumtiones*, quæ nostris etiam scholis *adsumta* dicuntur. Quis igitur iam Ciceronem iure reprehenderit, quod cõsuetis & tritis in sui temporis scholis & diatribis vocibus vtatur? Nemo hercule, nemo (vt opinor) sanus Peripatetica eorum maxime dogmata explicantem qui ea vocabula & primi inuenere, & rebus a se excogitatis adaptauerũt? disciplina (ea præsertim quæ ab Aristotele profecta est) tum tacente, & Stoicis Platonicisq; tum regnantibus, vt de Epicureis nihil interim dicam. Nam in libro de fato, vbi ex professo Stoicum dogma enucleandum suscepit, quis miretur illum ea voce in dicto iam significato vsum? cum dicit: *Explicanda vis est ratioque enuntiationum, quas Græci ἀξιώματα vocant.* Quamquam quid hoc ad rem? cum Platonici quoq; non aliter acceperint *axioma*, quam aut Stoici, aut ipse Cicero. Ideoq;

non

absurde idem fecit, cum in Lucullo (qui nunc est quartus Academicarũ quæstionum) scriptum reliquit. *Nempe fundamentũ Dialecticæ est, quicquid enuntietur (id aũt appellans ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum.* Et rursum in primo Tusculanarum: *Imprimis enim hoc traditur; Omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit, vt appellarem axioma, vtar post alio si inuenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod verum est aut falsum.* In libro item de Fato: *Concludit enim Chrysippus hoc modo: Si est motus sine caussa, non omnis enuntiatio, ꝙ ἀξίωμα Dialectici appellant, aut vera aut falsa erit.* Et postea: *Itaq; contendit omnes neruos Chrysippus, vt persuadeat omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum.* Sed quid ista persequimur diutius? quando ante Ciceronem quoq; Lælius magister Varronis, & ipse etiã Varro, (si A. Gellio credimus) *axiomatis* voce passim pro *qualibet enuntiatione* sint vsi. Quin ipse quoq; Apuleius doctissimus Platonicus, *enuntiatum*, omne promiscue, tum ἀξίωμα tum ἀπόφανσιν appellat. Quod si Aristotelici accuratius postea, & subtilius suo more voces illas discriminauerunt; iam hoc ad Ciceronẽ nihil pertinere videatur, qui a communi, receptoq; sui seculi Philosophis vocabulo, noluerit recedere, quod cunctis notũ erat, & pro recepto habebatur. Deniq; postremo est obseruandũ, quod Plato id, quod *axioma* diximus vocari siue ἀπόφανσιν λόγον, appellarit, vt auctor est Plutarchus in Platonicis quæstionibus, cuius rei caussam idem explicans, ait, veteres ante Platonem ꝙ postea *axioma*, ante dixisse πρότασιν λόγον, deinceps πρότασιν, post vero axioma. Opinor veteres definitioni axiomatis interposuisse, ὃ πρῶτον λέγοντες ἀληθεύουσιν ἢ ψεύδονται, quod primo dicentes, verum aut falsum loquantur.

CAPVT II.

Frustra sugillari ab Mureto, eos, qui axioma pronuntiatum *interpretantur, multò iniquius qui* proloquium *: cum in vno Ciceronem, in altero M. Varronem auctorem habeant.*

ANtonii Mureti hominis ingenio perpoliti & emuncti, exstãt variæ lectiones, in quibus eos suggillat, & perperã facere dicit, qui id, ꝙ in præcedente capite *axioma* diximus appellari, reddunt aut *pronuntiatum* aut *proloquium*. falloq; se iactare, quod habeant in hac re patronum & auctorem Ciceronẽ; cum is de axiomate loquens, id esse censeat, quod modo ἀπόφανσιν significare diximus: non autem id, quod apud Aristotelem & Mathematicos ea axiomatis vox significat: apud quos solummodo *communes illas animi sententias, quæ & vera sunt, & vera ab omnibus* esse videntur, denotat. Frustra igitur putare eos sibi patrocinari Ciceronẽ, cum is promiscue loquatur de qualibet enuntiatione, non de iis, quas modo diximus communibus animi sententiis. Qua in re nimis profecto tenue quid & ieiunum insectatur *Muretus*: cum cõstet ex iis, quæ iam docuimus, axiomatis generale fuisse vocabulũ,

quod tam communes illas animi cōceptiones siue (vt Muretus loquitur) sententias q̃ quaslibet (vt ita dicam) propositiones, seu veras seu falsas sub se cōprehenderet. Nā veteres illos Stoicos nullū discrimen posuisse cōstat, inter illas enunciationes, (si vt enuntiationes cōsiderarentur) q̃ primæ & veræ essent: & illas quæ & veræ & falsæ esse possent. Hos aūt Ciceronem imitatū iam diximus. At ἀποφάνσεως vocabulū ad discrimē supradictarū communiū conceptionum introductū fuisse ab Aristotele & eius sequacibus notum est: quo vt parum recepto Ciceronem vti noluisse credibile est, de Stoicis præcipue dogmatibus apud Stoicos disserentē: sed potius axiomatis, quod tum commune & vsitatum, tam Philosophis quam Mathematicis fuit. Cū igitur vox *axioma* generalis sit, & (vt diximus) tam κοιναὰς ἐννοίας, quā Aristotelico discrimine ἀποφάνσεις cōplecteretur, & Ciceronis ætate in tali esset omnibus vsu; cur non pronuntiati voce, quā *Cicero* pro Græca Latinam primus peperit, pro vtrisq; modo dictis *enuntiationibus*, siue vt crassiore & vulgo noto modo id explicē, pro *dignitate & qualibet propositione cathegorica* accipere liceat? cum & ipsæ κοιναὶ ἐννοίαι etiam inter *enuntiationes* rite locentur. Sed audiat Muretus doctissimū Platonicum simul & Academicū, qui omnes Musarum latices nō gustasse modo, sed exhausisse videtur, L. Apuleiū in libro seu potius libri fragmēto, qui nunc, *de syllogismo cathegorico inscribitur*, differentem. Quem (quod non sine dolore referimus) olim manuscriptū & integrum in quadā bibliotheca idq; pulcerrimis caracteribus inuenimus, vna cum Martiani Capellæ dialectica & Boetii differentiis Topicis: post autem cuiusdam nebulonis furto exscissum & ablatum. Cui in vetusto illo codice titulus erat, non is quem modo cōmemorauimus *de syllogismo cathegorico*, sed περὶ ἑρμηνείας, *siue, de interpretatione*. in eo igitur libro ad hunc modum philosophus ille scriptum reliquit, de orationum siue enūtiatorum multiplici genere agens: *Est vna* (inquit) *inter has ad propositum potissima, quæ pronuntiabilis appellatur, absolutam sententiam cōprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quã vocat Sergius effatū, Varro proloquiū, Cicero enuntiatū, Græci ἀπόφανσιν, tum ἀξίωμα ego verbum e verbo, tum propensionem, tum rogamentū, familiarius tamē dicetur propositio.* Audi Murete clarissimū philosophum nullū inter axioma & apophansin facere discrimē, imo vtrumq; de quolibet pronuntiato dici, nisi eo cōfugias, vt dicas Apulei eum libellū nō esse; atqui doctissimū acumen, & stili iucunda & grata nouitas, cū verborum mellitissimorū delectus plane arguūt auctorem: Vt interim taceam, quod *Aurelius Cassiodorus* eum pro genuino eius Philosophi recipit. Recte igitur largo illo modo & indiscriminatim accipietur vox *pronuntiatum* pro vocibus axioma & apophansis, etiam minime verum erit, quod idem *Muretus* ait, eos errare, qui in eo etiam significatu voce *proloquij* vtuntur, cum *Varronem* vtrisque

pfque linguæ cenforem exactiſſimũ habeant auctorem, quem ſequutus eſt in ſua Dialectica ſicut ipſe nõ diffitetur, *Martianus Capella.* Quin Aulus Gellius quoque, eius rei adſertor luculẽtus, auctorem antiquiſſimum ſequutus *Lælium* Varronis magiſtrum eſt, qui dicit *eum ſcripſiſſe librum de proloquijs, quæ ἀξιώματα Græce dicãtur, quæq; Varro eius diſcipulus, alias profata, alias proloquia appellat:* Et vt intelligas illum loqui de quolibet pronunciato, & nõ de Mathematica ſententia (vt cum *Mureto loquar*) quæ ſit prima & vera; ita axioma definit: λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. i. *dictum per ſe abſolutum, enuntiabile, quantum ex ſemetipſo,* quo quælibet propoſitio Cathegorica notatur. Quin & Varro *proloquium* eo modo definit; vt ſit *ſententia, in qua nihil deſideratur;* hoc eſt, *oratio abſoluta, a nulla re dependens.* vt. Scipio Numantiã deleuit; Annibal Pœnus fuit; & ſimilia. Quin quod maius eſt, & omne dubiũ tollit, ἀξίωμα συνημμένον (id quod nos *propoſitionem hypotheticam* dicimus) idem *pronuntiatum adiunctum* ſeu *connexum* dici ait, vt dubitandi iam nullus ſit locus, quin *axioma*, generale, & ad omnia pronũtiata & vt ipſe vocat *ſententias primo verus*, primitus fuerit adæquatũ nomen; poſteaq; ab Ariſtotelicis, hac in re magis anxiis, hæc vox adſtrictiore, quam diximus modo adſumta ſit: Moroſa nimis Mureti & ſupercilioſa cenſura in abiiciendis probatis vocibus, minime amplectenda: Sed hæc hactenus.

CAPVT III.

Vnde hæc modo dicta axiomata *habeant originem; & an de his M. Tullius ſenſerit, diſcuſſum, cum de* principiis naturæ *loquitur in tertio Officiorum.*

SEd cum de his cõmunibus animi principiis & ſententiis loquimur, videamus vnde tandem earũ ſit origo. Nõ enim hic *principia* ea nominamus quemadmodũ Philoſophi *principia rerũ* vocant ea, *vnde res ipſæ conſtruuntur, & exordium habent;* ſicuti a Platone conſtituuntur *Deus, Hyle,* & *Idea;* hac in re Mercuriũ Triſmegiſtum ſequuto, qui in Aſclepio, *Deum,* & *hylen* prima omniũ optabat rerũ initia: vel vt ab Ariſtotele *materia, formã* & *priuatio.* Deniq; vt a diuerſis philoſophis alia atq; alia ſtatuuntur. Sed ea de quibus loquitur Ariſtoteles in ſexto τῶν Νικομαχείων libro, cũ dicit: νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν, hoc eſt, *mentem procreatricem eſſe principiorum,* quod vt Euſtratius inquit, ea ex ſe pariat. Ingenuit enim natura, ſeu Deus potius, nobis in anima noſtra ſemina quædã, e quibus tempore iam maturo, tum artes, tum ſapientiam, tum veri intelligendi vim omne valeat excitare & producere. Hæc aũt vt Alexander Aphrodiſæus in cõmentario de anima docet, *In intellectu potentiali ſiue materiali ſita ſunt;* omni hominum generi communia, qui quidẽ mente non ſunt capti. Hæc Mathematici tum ἀξιώματα, tum κοινὰς ἐννοίας vocãt. Martianus Capella *communes animi conceptiones.* Cuiuſmodi recenset Euclides, quæ vni & eidem ſunt æqualia, &

sibi inuicé sunt æqualia. Hæc item Platonici, (inter quos Proclus in symposium Platonis,) *ingenitas rerum ab initio notiones* vocant. Idem alibi *immutabiles anticipationes* appellat. Alcynous Platonicus *intelligentias principales.* M. Tullius quoq; de his sentire videtur, in tertio Officiorum his verbis: *Quid agis? tute cum hominibus consulere debeas, & seruire humanæ societati, eaq; lege natus sis, & ea habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ semper sequi debeas, vt vtilitas tua communis sit vtilitas, vicissimq; communis vtilitas tua sit, celabis homines, quid his adsit commoditatis & copiæ, &c.* Cum enim huiusmodi notiones pro varietate rerū & disciplinarū variæ sint; de iis hic disputat Cicero quę nobis æqui & boni naturale, ac verū iudicium suggerunt: cuiusmodi est illud, q̄ Alexandrum Seuerum Ro. Imperatorē, semper in ore habuisse scribit Ælius Lampridius: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris:* q̄ ex quibusdam (inquit) siue Iudæis, siue Christianis didicerat: seu potius instinctu bonitatis, naturę in promtu habebat. Tertullianus quoq; in libro de anima, huiusmodi *innata* vocat. Hæc Themistius in primū Analyticorū dicit, *& vera esse, & videri, omnibus natura agnita. Quid enim* (inquit) *certius, quam nihil esse quod affirmare negareq; simul non liceat?* Hæc etiā Athenagoras Philosophus Christianus, in sermone de resurrectione mortuorū, ἐν τοῖς πρὸς τῶν ὑπονοιῶν. Sunt enim reliquiæ quædā prioris illius & incorruptæ naturæ, quas Deus in homine nō penitus aboleri sinit. Vt esset, quo facilius reparari collapsa humana mens, & in pristinū statum diuini afflatus adminiculo restitui reformariq; posset. Sed hæc iam non nostri instituti omittamus.

CAPVT IV.

Quæ sit illa quam Cicero tantopere suggillat nefaria Catonis promulgatio in lib epistolarum familiarium: tum de Sibyllæ vaticinio quod illa de regibus Ægypti Romanis reliquit.

DVbitaui ego sæpe mecum legens *primum epistolarum librum M. Tullij Ciceronis*: quid sibi vellet hic auctor in quinta eius libri epistola, cū de M. Catone tam inique loquatur, vt *promulgationem* eius quandā *nefariam* vocet; qui alioqui de eo, vt sanctissimo & optimo viro, sentire & loqui, vbiq; & semper, sit solitus. Vt interim omittam, quod de eius vel mortui laudibus librū conscripserit, impuleritq; eo *C. Cæsarem* tum regnantē, vti scripto contrario duobus libris, iisq; prolixissimis, totam illam Ciceronis laudē cōfutarit; nō ferens hostis sui mortui virtutes, sic ab oratore disertissimo famæ nunquā intermoriturę cōmendari. Verba aūt Ciceronis ita se habēt in epistolarū familiarium volumine primo. Epistola ad Lentulū quinta: *Nos cum maxime cōsilio, studio, labore, gratia, de caussa regia niteremur, subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impediret, & animos a minore cura ad summum timorem traduceret.* Sensu aūt horum verborū diligentius excusso,

& re accuratius perpẽsa, Ciceronis præterea hominis ad religionẽ propẽsissimi studio cõsiderato, inueni nec absurde nec citra omnẽ caussam, Catonis illud factũ, seu Tribunitiam promulgationẽ *nefariam* hoc loci appellatam: vtpote, quæ nec *efferri*, nec in vulgus proferri debuerit, sed alto silentio etiã ab optimo quoque, nedum a Catone, viro & sapiẽte & religioso, tegi, & premi debuerit. Quod cum ab eo minime factũ sit, sed pertinacia quadã, & odio aduersariorũ eo prolapsus sit, vt vaticinia Sibyllæ, semper in arcanis habita, nec prophanis vnquam auribus communicata, Quindecimuiros in publicum vrbis Romæ, vernacula lingua, apud promiscuam plebem Tribunus ipse plebis, potestate fungens Tribunitia, edicere explicareq; coegerit. Qua re Catonem neq; scelestiorem (si id de eo dicere liceat) neq; magis a professione sua, totoq; vitæ instituto abhorrentem vnquam designasse, nemo ibit inficias. Quod vt melius intelligat, sensusq; inde patentior, ex prioribus illis ad Lentulum epistolis eliciatur, obscuris alioqui ambagibus implexis, tota ea historiæ series paulo altius est repetenda. Oraculum quoddam erat libris Sibyllinis reconditum, cauerent Romani, ne bellum Ægyptiis inferrẽt, fore alioqui Ægypto subacta, vt rex exoriretur, qui non solum vrbi Romę sed toti orbi dominaretur. Quod Romani cum lectitassent, verebantur ne sublata Repub. sua, externis nationibus seruire cogerẽtur; aut saltem in Monarchæ alicuius potestatem venirent. Hinc tam studiose reges Ægypti colebant, cauebantque ne eis, aut Ægypto bellum inferretur. Cum autem euenisset, vt Gabinius Syriæ præesset, & Ptolemæus vndecimus cognomento Dionysius (vt habet Eusebius) Ægypti & Alexandriæ rex, ab Alexandrinis ciuibus suis regno eiectus esset, in illius locum suffecta Berenice sorore, statuit Romam confugere, præmissaque pecuniæ magna vi, qua plerosque & præcipuos senatorum corrupit, sublatisque iis, qui ab Alexandrinis legati erant Romam, de eo quæsturi, idque partim in itinere, partim in ipsa etiam vrbe: præcipue Dione quodam nobili viro principe legationis, demum & ipse eo venit, supplicans & implorans auxilium aduersus sororem & Alexandrinos, qui illum vrbe & regno expulerant. Vbi cum in senatu sententiis variatum esset, amatoribus Reipublicæ decernentibus, ne contrairetur Sibyllinis oraculis, quæ suadebant, ne Ægypto Romani bellum inferrent, aliis pecunia regna corruptis contra nitentibus, censentibusque vt rex cum armis reduceretur. In hac altercatione Cato, cum esset Tribunus plebis, & Quindecimuir. & staret pro oraculis Sibyllinis, neque quicquam obtinere posset aduersus regios, consilium init temerarium & præceps, & in speciem impium: nam auctoritate Tribunitia & Quindecimuirali adactis etiam collegis, contra fas & Senatus decreta (quod hactenus fuerat inauditum & nefas) ipsa Sibyllæ oracula, absque eiusdem

Senatus, pontificũq; & collegii Quindecimuiralis permissu euulgauit. Qua in re maiestatem & auctoritatem dicti senatus multum imminuisse videbatur, & ipsam oraculorum religionem prophanasse. Hanc igitur Catonis promulgationem Cicero appellat *nefariam*, quam etsi necessitate quadam inductus fecerat, tamen arbitrabatur Cicero tantum religioni & priscæ consuetudini tribuendum esse, vti omnia prius ipsi fuerint tentanda, quam eo deueniendum, vti neglecto maiorum more, inuito senatu, spretis religionibus, arcana fatorum Romani imperii rudi & inconditæ plebi, veluti ludibrio & contemtui exponeret. Sed quis Fatorum decretis obsistat? Nam etsi regiorum conatum Cato auctoritate populi ad tempus represserat, tamen Ptolemæus paulo post ex vrbe in Syriam profectus, ad Gabinium tum eius prouinciæ rectorem, quem non sine voluntate & tacito consensu (vt credibile) adhortationeque Pompei & aliorum, qui illius fauebant partibus, eo impulit, vt in Ægyptum ad recuperandum regnum, cum exercitu proficiscentem, armis & copiis suis adiuuerit: quam ob rem ipse paulo post Gabinius accusatus & in iudicium protractus est. Quæ auctorum testimoniis etiam nunc comprobanda duximus. Dion igitur Cassius historiæ Romanæ lib. 39. post enarrationem multorum prodigiorum quę prius ea, quæ diximus antecesserunt, quæque visa sunt haud dubie portendere mutationẽ eam status Reipubl. quæ paulo post est insequuta, subiiciens hanc, quam modo commemorauimus de Ptolemæo in vrbem aduentante, historiam demum subiungit: τὸ δὲ Διὸς κεραυνῷ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τοῦ ἐχομένου ἔτους, τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἱδρυμένου βαλὸν, τὴν κάθοδον τοῦ Πτολεμαίου χρόνον τινὰ ἐπέσχε. τοῖς γὰρ Σιβυλλείοις ἔπεσιν ἐντυχόντες, εὗρον ἐν αὐτοῖς γεγραμμένον αὐτὸ τοῦτο. ἂν ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς βοηθείας τινὸς δεόμενος ἔλθῃ, τὴν μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθαι, μὴ μέντοι καὶ πλήθει τινὶ ἐπικουρήσητε, εἰ δὲ μὴ, καὶ πόνους καὶ κινδύνους ἕξετε. καὶ οὕτω τὴν συντυχίαν τῶν ἐπῶν πρὸς τὰ τότε γιγνόμενα θαυμάσαντες, ἀπεψηφίσαντο πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ ἐγνωσμένα, Γαΐῳ Κάτωνι πεισθέντες δημάρχῳ. ταῦτα δὲ ἐχρήσθη μὲν οὕτως. ἐδημοσιεύθη δὲ (οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν Σιβυλλείων, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλεσθαι) διὰ τοῦ Κάτωνος. ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα ὁ νοῦς τῶν ἐπῶν διεθρυλλήθη, ὥσπερ εἰώθει γίγνεσθαι, δείσας μὴ συγκρυφθείη, ἐς τὸν ὅμιλον τοὺς ἱερέας εἰσήγαγε, κἀνταῦθα πρὶν ὁτιοῦν τὴν γερουσίαν ἐπ' αὐτοῖς χρηματίσαι, ἐξεβιάσατο σφᾶς ἐκλαλῆσαι τὸ λόγιον. ὅσῳ γάρ τοι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, τοῦτο τὸ πλῆθος ἔσχε. καὶ ἐκεῖνο μὲν ἔσχεν οὕτως, καὶ ἐς τὴν τῶν Λατίνων γλῶσσαν μεταφρασθὲν ἐκηρύχθη. Ex quibus liquere intellectum & sensum Ciceronianorum verborum arbitramur. Quod autem Cicero hanc quam narrauimus historiam tangat, & de ea loquatur, ex variis præcedentium epistolarum libri ad Lentulum locis clarum est: quod aliquot ostendemus. Sic enim in prima epistola: *Marcellinum tibi esse iratum scis, is hac regia caussa excepta, cete-*

ris in rebus se acerrimũ tui defensorẽ fore ostendit. Quod dat accipimus. Quod instituit referre de religione, & sæpe ia retulit, & ab eo deduci nõ potest. Res ante idus acta sic est, nam hæc idibus mane scripsi. Hortensii, & mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu (teneri enim res aliter nõ potest) sed ex illo SCto, q̃ te referente factũ est, tibi decernit vt Regẽ deducas q̃ cõmode facere possis, vt exercitũ religio tollat, te auctorem Senatus retineat, & cetera q̃ sequũtur. Cui & Dion succinit, q̃ dicit Spintheri (hoc enim Lẽtuli cognomentũ fuit) *decretũ vt absq; exercitu regem reduceret.* γνώμας δὲ αὐτῶν μὲν ἔδοτο ποιουμένων, καὶ τὸν ... [illegible]
Tum etiam epistola proxima: *Itaq; cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, vt tres legati regem reducerent, Secũda Hortensii, vt tu sine exercitu reduceres, Tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret. Postulatum est, vt Bibuli sententia divideretur Quatenus de religione dicebat (cui q; res iam obsisti nõ poterat) Bibulo assensum est. De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Ex quibus liquet, summa cõtentione hãc caussam in senatu agitatã, vt cum Ptolemæus reducẽdus esset, & per quẽ, & an cum exercitu an secus. *Religionem* hic vocat eam, q̃ cõcepta erat de vaticinio Sibyllæ, qua cauerũt ne cõtraretur eius oraculo: ne si Ægypti regnũ sublatũ foret, in maximas calamitates, aut in monarchiã potentis alicuius externi regis caderẽt. Res hanc habuit exitũ, vt pollicitationibus Ptolomæi corruptis plerisq; negotiũ turbaretur. Id q̃ Cicero in tertia subsequẽte epistola & in quarta declarat qui dicit, subornatos quosdam, qui populo persuasissent, & dicerẽt, *caussam illã religionis a nobis commemoratã, confictã esse a fautoribus Lẽtuli.* Quod cũ videret Cato, & perniciẽ aliquã reipubl. metueret, vaticiniu Sibyllæ populo euulgauit, quã *promulgationẽ* (vti diximus) hic *nefariam* Cicero in quinta quæ sequitur epistola appellas tanquã totius arcanæ religionis prophanatricem & dissolutricem. Sed vere dictum est a Satyrico.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.

Cõtraria enim omnia iis, quæ illi efficere moliebãtur, euenere. Nã Ptolemæi fautores præualuere, & Gabinius ab iis instructus, & secreto animatus cũ Syriæ p̃esset, contra senatus decretũ Ptolemæũ cũ armis reduxit. Id, q̃ Appianus Alexandrinus in Parthico, paucis his verbis testatũ reliquit. Πτολεμαῖος δὲ αὐτὸν ὁ ἐνδέκατος Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ἐκπεσὼν καὶ αὐτὸς τῆς ἀρχῆς, μεγάλοις χρήμασιν αὐτὸν παρέπεισεν ἐπὶ τοὺς Ἀλεξανδρέας ὁρμῆσαι. καὶ κατάγει τὸν Πτολεμαῖον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν Γαβίνιος, Ἀλεξανδρεῦσι πολεμήσας. ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων βουλῆς ἔφυγεν, ... ψηφίσματος ἐς Αἴγυπτον ἐπὶ πολέμῳ Ῥωμαίοις ἀπαισίῳ νομιζομένῳ. ἦν γάρ τι Σιβύλλειον αὐτοῖς ἀπαγορεῦον. i. *Ptolomæus XI Ægypti rex & ipse regno deiectus, illi (Gabinio scil.) multis pecuniis persuasit, vt a Parthis in Alexãdrinos exercitũ suũ duceret. Restituit itaq; in regnũ Gabiniꝰ Ptolemæũ, illato Alexãdrinis bello. Sed is Romanorũ sententia damnatus aufugit, q̃ absq; senatus decreto Ægyptũ inuasisset, bello apud ipsos nefasto, & ex*

Sibyllinis monitis vetito. hæc ille. Ceterum quod supra diximus, in posteriore parte eius oraculi cõtineri caussam, ob quã perhorrescerent armis subigere Ægyptũ Romani, regnumque id euertere (quod tamẽ reticent Dion & Appianus) eamq; fuisse, quod in eodẽ oraculo esset, quando Romani Ægyptũ subacturi essent, tum exoriturum regem, qui vniuerso orbi terrarũ dominaturus foret. Sicuti adhuc in Sibyllianorum oraculorũ reliquiis & rhapsodiis quæ supersunt, est videre, coniicitur id facere ex secundo libro Ciceronis de diuinatione, (qui conquerens de casu ruinaq; Reipub. grauiter in Sibyllam ob id scriptum stomachatur, vementer eam arguens, & poema illius esse per otiũ ab aliquo ingenioso cõfictum, declarare id acrosticha, quæ ex initialibus cuiusq; versus literis, carmẽ aliquod, aut orationem cõstruant, sensum aliquẽ perficientem. cum nunquam futurũ, idq; deos hominesq; prohibiturum, ne vllus vnquã Romæ Rex sit. aliaq; multa delira, quæ idem ille his verbis prosequitur: *Sibyllæ versus obseruamus quos illa furens fudisse dicitur, quorũ interpres nuper falsa quadã hominũ fama dicturus in Senatu putabatur, eum quẽ reuera regem habebamus, appellandũ quoq; esse regem, si salui esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominẽ, aut in quod tempus est? Callide enim qui illa cõposuit, perfecit, vt quodcunq; accidisset, prædictũ videretur, hominũ & temporũ definitione sublata. Adhibuit etiã latebras obscuritatis, vt iidem versus alias in aliã rem posse accommodari viderentur. Non esse aũt illud carmen furentis; cum ipsum poema declarat (est enim magis artis & diligentiæ quam incitationis & motus) tum vero ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, quod deinceps ex primis versus literis, aliquid cõnectitur, vt in quibusdã Ennianis quæ Ennius fecit. Id certe magis est attenti animi quam furentis. Atq; in Sibyllinis ex primo versu, cuiusq; sententiæ primis literis, carmẽ omne prætexitur. Hoc scriptoris est, nõ furentis: adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrẽ Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus, vt id, quod proditum est a maioribus, iniussu Senatus ne legantur quidẽ libri, valeantq; ad deponendas potius quam suscipiendas religiones: cũ antistitibus agamus, vt quiduis potius ex illis libris, quam Regem proferant, quẽ Romæ posthac nec Dij, nec homines esse patientur.* Conferamus nunc cum iis Ciceronis verbis versus Sibyllinos, sicuti adhuc in secunda oraculorum illius Rhapsodia leguntur. plane animaduersuri de iis, & non de aliis citato loco loqui Ciceronem.

αὐτὰρ ἐπεὶ ῥώμη καὶ αἰγύπτου βασιλεύσῃ
εἰς ἓν ἰθύνουσα, τότε δὴ βασιλεία μεγίστη
ἀθανάτου βασιλῆος ἐπ᾽ ἀνθρώποισι φανεῖται.
ἥξει δ᾽ ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο. id est,

Sed postquam Roma Ægyptum reget, imperioq;
Frenabit, summi tum summa potentia regni
Regis inextincti mortalibus exorietur.

Rex

Rex etenim sanctus veniet, qui totius orbis
Omnia seclorum per tempora sceptra tenebit.

Quæ cum legissent Romani, homines terrenis rebus affixi, qui nihil nisi præsens & momentaneum, quodque ad hanc solam vitam pertineret, animo comprehendere valentes; Intellexerunt de monarchia aliqua terrestri, quam horrentes hi, qui dominationi Reipubl. adsueti erant, omnibus modis oraculum illud eludere tentabant. Contra ii qui dominationis cupidi erant, hoc ad se trahentes, & sibi prædictum putantes illud regnum, ciuili bello mutuo inter se collisi sunt. Ita impiæ gentes in lapidem, cæci ad futura, hebetem & tenebris extremis occæcatam gerentes mentem, & grauissimis ob id bellis tum sese tum Reipublic. atterentes, totique orbi ex male intellecto oraculo extremos labores horrenda discrimina & grauissimas calamitates inferentes, sicut illis Sibylla vel Dione teste prædixerat, & eius sequentia carmina abunde testantur. E quorum numero fuit & Cicero, qui quiduis potius somniabat, quam tale regnum aliquando exoriturum. Sed regnum illud non poterat impediri vllo humano cõsilio, neque enim subiacebat hominum legibus: Sed erat estque illud regnum, quod Sibylla hic prædicat, perpetuum, immarcessibile, denique spirituale & cœleste, nullo vnquam fine terminandum; cui nulla quantalibet extrinseca vis nocere potest, duraturum in omne æuũ, cuius Rex Christus Iesus Dominus noster, qui in æternum cum suis electis regnat, regnabitq; in supereminente gloria & maiestate, noster Seruator & salus sicut acrosticha declarant: Quæ tamen Cicero vt homo miser sibi non intellecta irridet. Hæc cum legissent Cæsariani, videntes Cæsarem rerum & imperii compotem, de ipso ea interpretabantur, dicebantq; regem appellandum, tanquam absque eo Respub. Romana amplius stare aut seruari nõ posset, Parthiq; debellari & vinci; vt Suetonius & Dion aliique historici litterarum monumentis tradidere. Sed alium ab hoc designabant acrosticha, nimirum Iesum Saluatorem nostrum, Dominum & conditorem cœli & terræ, qui nos redemit pretioso sanguine suo per mortem crucis, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, quæ non erat in miserando Iulio Cæsare, homini ambitioso & nefario, in quo nulla erat salus aut potentia, aut etiam prouidentia, qua seipsum seruare non potuit, sed miserum in modum & de improuiso inimicorum suorum insidiis & manibus trucidatus, & tanquam victima ante Pompei statuam iugulatus, interiit, Patriæque & Pompeio, totque innocentum sua opera trucidatorum manibus, pœnas persoluit. In quo videre est, quã nihil valeat omne humanum consilium, prouidentiaq; aduersus Diuina decreta, quæ ne omnibus quidem omnium hominũ machinamentis impediri sistique possunt: Sed ad præordinatum finem omnia perducunt: Sed istorum iã sit modus, ne instituto nostro sublimiora consectari videamur.

CAPVT. V.

Theopompinum genus dicendi, *quale vocet M. Tullius Cicero: itidemq́; de morbo maledicentiæ quibusdam auctoribus innato. quid item per* Archilochia edicta *intelligendum.*

M. Tulli Ciceronis in secundo epistolarum volumine. Ad Atticum verba sunt: *Hic nimirum πολιτευτέον: nam isthæc non solum non licet, sed etiam tædet. Itaq́; ἀνέκδοτα a nobis, quæ tibi vni legamus Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur, neq́; aliud iam quicquã πολιτεύομαι, nisi odisse improbos, & idipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate.* Quo loci qui scholia in eundem auctorem scripsere, *Theopompinum genus*, vel pro *vehementi* & *incitato* acceperunt. Quod scilicet Isocrates dicendi magister de eodem & Ephoro suis discipulis dictum reliquit, *Theopompum egere freno, at Ephorum calcaribus*, vt auctor est Fabius Quintilianus: tum etiam pro *elato sublimi*, & *grandi*, quod Cicero in Bruto de eo sic scripserit vbi de Catone mentionem facit *Iam vero Origines eius, quem florem aut quod lumen eloquentiæ, non habent, amatores huic desunt sicuti multis iã ante seculis & Philisto Syracusio, & ipsi Thucydidi. Nam vt horum concisis sententijs, interdum etiam non satis apertis cum breuitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione atq́; altitudine orationis suæ, quidem Lysiæ Demosthenes, sic Catonis luminib. obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.* Tum etiam ad illud Athenei δειπνο. lib. 3. εἰ δὲ τούτοις ἀπιστεῖ μαθέτω παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. *Si quis istis non credit, discat apud Theopompum Chium virum amatorem veritatis & qui multam operam multumq́; negotij insumserit in inuestigandis eis, quæ ad exactam historiæ indagationem pertinent.* Sed nos examinato pensitatoque altius Ciceronianorum verborum intellectu, *Theopompinum genus* hic accipimus, pro *acerbo*, & *maledico*; inducti tum Dionysii Halicarnassei, tum aliorum auctoritatibus. ille n. in procemio statim Romanarũ suarum antiquitatum, pollicitus se a iactantiæ calũniæq; crimine lõge abfuturũ, ita subdit: οὔτε διαβολὰς κατ' ἑτέρων ἐγνωκὼς ποιεῖσθαι συγγραφέων ὥσπερ ἀναξίλαος καὶ Θεόπομπος ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν ἐποίησαν *non inq; calũnias in alios vtiq; scriptores cõiecturus vt Anaxilaus & Theopom. in procmijs librorum suorum fecere.* Sed & Theopõpi Philippica quorum ad octo & quinquaginta libros illum scripsisse, vult Diodorus Siculus nihil propemodum continuisse tradit Plutarchus præter conuitia in Philippum & ceteros eius temporis duces. Id quod manifestius illi apparebit, qui loca ex iis ab Athenæo citata contulerit, quibus contumeliosissime idem Philippus proscinditur. vt inuectiua illa potius in eundem Philippum quam historia censenda fuerit, vt iam omittam, quod Cicero in eodem innumeras esse fabulas scripserit. Cuius vitij & ab Æliano in varia hi-

storia

storia notatur. Etsi illum Athenæus laudet, vt veritatis amatorem & qui multos sumtus, multáq; industriã in conscribenda historia impenderit. Sed & alios fuisse huic vitio obnoxios historiæ scriptores, sunt q. cõmemorent; vt hunc, de quo modo loquuti sum, Anaxilaũ, vt ipsum etiã Herodotũ, vt Timæũ, & eius æqualẽ Philistũ. Sic n. de iis Marcellin. quidã Græcus scriptor tradidit: καὶ ἕτεροι πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνθέντες τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελήσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας ἡγήσαντο ... [illegible] ... Ἀνδρόμαχον ... πατέρα ... Φίλιστος ... Διονυσίου ... Ξενοφῶν ... Μένωνι λοιδορεῖ ... Πλάτωνος ἑταίρῳ ... Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ μέτριος, καὶ ἐπιεικὴς τῆς ἀληθείας ἥττων. Id est. *Sed quidam proprijs affectibus abducti historiam scribentes, procul a veritatis cura cogitationem seiunctam habuere. Herodotus enim a Corinthijs despectus, subterfugisse illos ait, Salaminæ naualem pugnam. Timæus vero Tauromenites Timoleontem supra modum laudibus effert, eo quod Andromachum patrem suum principatu haud exsuerit. Philistus vero pro Iuniore Dionysio sermonib. bellum gerit. Xenophon Memnoni Platonis sodali conuitiatur, motus æmulatione, quæ illi cum Platone fuit. modeste paululu, nec citra rationem a vero nonnihil deflexus & exorbitans.* Sed & eundem Timæũ redarguit Diodor. Siculus, vt nimirũ operæ in aliis redarguend. sponens, quẽ etiã Plutarch. vt maledicũ & rabidũ scriptorẽ insectatur, vt qui nihil pẽsi habeat quid scribat, dũmodo animo suo obsequatur, quippe qui nõ dubitauerit, nõ Philistũ modo æqualẽ suũ (quod tolerabile erat) sed ipsos etiã Plat. Aristoteléq. reprehẽdere, qui cũ se Thucydidẽ grauitate superare posse speraret, dum Philistum ridet & aspernatur, sæpe infans & ridendus appareat. Quod ipsum etiam Dionysius Longinus in libro περὶ ὕψους ipsi obiicit, vt qui ad ridenda quædam & leuia minimeque historia digna dilabatur. Θατέρου δὲ ὧν εἴπομεν λέγω δὲ τοῦ ψυχροῦ πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος, πολυΐστωρ, ἐπινοητικός, πλὴν ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων ... ἰδίων ... ἔρωτος τοῦ ξένας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν, πολλάκις ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαριωδέστατον. *Alterius de quibus egimus frigidi, plenus est Timæus, vir quidem cetera idoneus, tum ad magnitudinem orationis haud ex toto infacundus, multiscius, ad excogitandum promtus, alienorum vero erratorum redargutor optimus, haud perinde suorũ animaduersor, veluti cum scribit paucioribus annis Alexandrum Magnum Asiam subegisse, quam panegyricum suum scripserit Isocrates. bella me hercule comparatione visus otiosi rhetoris & bellacissimi ducis, &c.* Apud Latinos quoque non defuisse tales in confesso est, Asinius namq; Pollio viris, equis vt aiunt, Ciceroni ignominiã priuata ductus simultate, conciliare studet. In oratione n. quã pro Lamia dedit, scriptũ reliquit, *Ciceronem proscriptũ ab Antonio paratum eiurare, suas*

esse, quas in Antonium cupidissime effudisset orationes, pluresq; numero & accuratius scriptas, contrarias illis edere, ac pro rostris in concione recitare. Quæ adeo falsa fuere (vt in controuersiis inquit Seneca) vt coram triumuiris vbi pro lamia egit ipse Asinius, ne apud conscios mentiretur, recitare non sit ausus. at ne in historia quidem sua ponere, in qua de morte Ciceronis agens, plenum illi (etsi inuitus) virtutis testimonium tulit. Quod tamen quantum in se fuit, corrupit, dũ ait, *illum secundas res neq; moderate, neq; aduersas fortiter tulisse: nam vtraq;*, inquit, *cum venerant ei, eas non posse mutari, rebatur.* Et postea: *Nec miserandi* (inquit) *exitus eũ fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset.* Iam Cor. Tacitus a Tertulliano vt mendaciorũ loquacissimus incessitur; quod de Iudæis scribens, odio gentis, alienissima a veritate tradiderit: Quo crimine. nec Suetonius, nec Dion, nec Iustinus, seu Trogus caruere, vt interim de Spartiano, Capitolino, Lampridio, & Pollione taceam; qui quoties Christianorum mentio incidit, inuidiosissime de illis & loquuntur & scribunt: gratiam malorum principum, quibus hoc nomen odio erat. pluris facientes quam ipsam veritatem. Ceterum vt *Theopompinum genus dicendi*, hic accipiendum pro *maledico*, ita in alia epistola *Archilochia Bibuli edicta* pro *rabidis & conuitijs plenis* accepit; ab Archilochi mordacitate sumta metaphora, qui, vt ait Horatius,

—— Proprio rabies armauit Iambo

Bibulus enim vna cum Cæsare consul foro pulsus, acerbissimis edictis Cæsarem proscidit, vt ex Suetonio in Cæsare, cuius in promtu est colligere.

Cap. VI.

De Ciceronis anecdotis *nonnulla, aliter paulo declarata quam hactenus.*

SEd cum in superioribus Ciceronis verbis idem auctor suorum ἀνεκδότων mentionem faciat, quæ ille, se scripturum Theopompino genere minitatur, nec satis adhuc Ciceronis enarratoribus constet, quænam aut cuiusmodi illa fuerint. Id igitur nobis hic explicandum duximus, Ciceronis verbis paulo altius repetitis; quo facto facile sensum Ciceronianorum verborum nos inde elicituros speramus. Sic igitur ille: *Quin etiam dubium an hic Antii consîdam, & hoc tempus omne consumam, vbi quidem ego mallem duũ uiros, quam Romæ fuisse; tu vero sapientior. Buthroti domum parasti: sed mihi crede, proxima est illi municipio hæc Antiatum ciuitas, esse locum tam prope Romam, vbi multi sint, qui Vatinium nunquam viderint, vbi nemo sit, præter me, qui quemquam ex xx. viris saluum esse velit; vbi me interpellet nemo, diligant omnes. Hic nimirum πολιτευτέον nam isthic non solum non licet, sed etiam tædet. Itaq; ἀνέκδοτα nouis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere aut etiam*

etiam asperiore multo pangentur, neq; aliud iam quicquam πολιτεύο-μαι, nisi odisse improbos, vt idipsum nullorum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate. Quorũ verborum hic sensus est Ciceronem tædio rerum vrbanarum, vbi multæ principum factiones, pactionesque contra Rempubl. fiant; multa gerantur, quæ Reipubl. amatoribus molesta sunt; velle exemplo Attici, Antium secedere, vbi ea nec videat, nec audiat, quæ ipsi toleratu acerba sunt: contra, vbi ametur, colaturq; a ciuibus: vbi libere liceat de optimo reip. statu philosophari, Romæ enim non modo licere ob potentiorum metum, sed ne libere quidẽ posse: vbi tam multa perniciosa præposteraque gerantur: & ob eam rem, se meditari, omnes coitiones, pactionesque, quibus, a paucis potentibus respubl. circumscribitur & opprimitur, scripto mandare: idque asperrimo dicendi genere, lacessente nimirum conuitiis & mordaci; cuiusmodi in suis Philippicis, ceterisq. scriptis vsus est historiographus Theopompus: cũ autem librum se appellare ἀνέκδοτον, quod eum in publicum euulgari se viuente nolit, ne in se odium potentiorum ciuitatis, nempe Cn. Pompei, C. Cæsaris, & M. Crassi, (qui per idem tempus per vnum conspirasse ad perdendam rempubl. videbantur) prouocet. Sed vni Attico, cuius fidei adprime confidat, se illum legare, vtpote in cuius sinum, si quid ægre sibi animo sit, tutissime id effundat. Quem se mortuo, vt omnes sciant factiosorum hominum improbitatem, ab eo edi velit. Neq; enim se iã aliud quidpiam de republ. meditari posse, quam vt odio habeat improbos: idque citra animi irascentis dolorem, immo cum voluptate quadam, quam ex effusa in chartas indignatione percipiat. Hunc verum & germanum Ciceronianorum verborum intellectum, quidam scholiographi non satis percepisse videntur, eius loco frigida quædam nugamẽta, & a mente Ciceronis abhorrentia lectori obtrudentes Quem vt ceu basi aliqua suffulciamus, aduocandus ad partes est Dion Cassius, qui huius propositi Ciceronis in 39. historiæ Romanæ his verbis commeminit: Καῖσαρ δὲ καὶ Κράσσος ἄλλως μὲν ἤχθοντο τῷ. Κικέρωνι σπουδὴν δ' οὖν τινα αὐτοῦ ἔσχον ἐπειδὴ πάντως καθήξοντα αὐτὸν ᾔσθοντο· καὶ γὰρ ὁ Καῖσαρ καὶ ἀπὼν εὔνοιάν τινα αὐτῷ, ἐνεδείξατο, οὐ μέντοι καὶ χάριν οὐδεμίαν ἀντέλαβον· ἐκεῖνος γὰρ τοῦτό τε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκέναι εἰδὼς καὶ τῆς φυγῆς αἰτιωτάτους γεγονέναι, νομίζων δὲ ἐν μὲν τῷ προφανὲς, οὐ πάνυ πρὸς αὐτοὺς ἐθρασύνετο ὅτι καὶ τῶν τῆς ἀκράτου παρρησίας ἐπικαρπιῶν νεωστὶ πεπειραμένος. βιβλίον μέντοι συνέθηκε ἀπόρρητον καὶ ἐπεὶ ἐπέγραψεν, αὐτῷ ὡς καὶ περὶ τῶν ἑαυτοῦ βουλευμάτων ἀπολογισμόν τινα ἔχοντι, πολλὰ δὲ δὴ καὶ δεινὰ ἐς αὐτὸ καὶ περὶ ἐκείνων, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν συνένησε καὶ διὰ τοῦτο φοβηθεὶς, μὴ καὶ ζῶντος αὐτοῦ ἐκφοιτήσῃ, κατεσημήνατό τε αὐτὸ, καὶ παρέδωκε τῷ παιδὶ προστάξας οἱ μήτ' ἀναγνῶναι, μήτε δημοσιεῦσαι τὰ γεγραμμένα πρὶν ἂν μεταλλάξῃ. Ex quibus Dionis verbis, id apertum satis quod attulimus fore confidimus, nisi quod Dion a verbis Ciceronis paulum

variat cum dicit, non Attico, sed filio suo ipsum Ciceronem librum eum tradidisse commendasseque & vetuisse, ne se viuo illum in vulgus prodire fineret: expertus quem fructum nimiæ suæ libertatis tulisset. Scripsit & Varro, vt ait Appianus de hac Pompei, Crassi, & Cæsaris conspiratione in Rempubl. appellauitque librum suum τρικάρανον, quasi dicas trium capitum. Verba autem Appiani de iis tribus viris loquentis & eorum consensu & colludio facto contra Rempubl. sunt hæc ex libro 2. τῶν ἐμφυλίων ἀγανακτῶν ὁ Πομπήιος προσεταιρίζεται Καίσαρα συμπράξειν ἐς τὴν ὑπατείαν ὑπομένας ἐνόρκως· ὁ δ' εὐθὺς αὐτῷ Κράσσον διήλλαξε· καὶ τρεῖς οἵδε μέγιστον ἐπὶ πᾶσι κράτος ἔχοντες, τὰς χρείας ἀλλήλοις συνεπράττον. καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς Βάρρων, ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν, ἐπέγραψε Τρικάρανον. Id est, *Indignatus autem Pompeius, (ob detractam sc. sibi belli Mithridatici gloriam) Cæsari se societate deuinxit: adiutorem se illi in consulatu fore iureiurando pollicitus. Is Crassum mox Pompeio conciliauit. Et hi tres quidem summam habentes potestatem, mutuis commoditatibus inseruiebant. Horum autem hunc consensum, scriptor quidam Varro uno libro comprehendens tricipitem illum appellauit.* Cum autem apud Grammaticos plurimæ inscriptiones librorum M. Varronis extent, hanc nondum me inuenisse, memini. Citat Charisius Varronis librum *Triphali* titulo: Citat & Nonius Marcellus pluribus locis Varronis *triphalum* ἢ περὶ ἀρρενότητος. Cum vtrobique forte τρικέφαλος legendum sit. Nisi dicamus *triphalum* a tritis phalis, hoc est, turriculis siue columnarum summitatibus dictum: quod ipsum quoque ab hac trium capitum nomenclatura non valde abhorret. Quod autem ad ἀνέκδοτα attinet, scripsit paris argumenti & tituli opus, Procopius Rhetor Cæsariensis (vt Suidas testatur) de vita priuata Iustiniani Imperatoris, & Theodoræ eius vxoris, quo in opere idem Rhetor vitia præfati principis & eius dictæ coniugis, salse & amaris conuitiis incessit: quem & ipse Iustiniano tantum defuncto edi curauit eoque ἀνεκδότων quasi quæ vulgi conscientiam reformidarent, titulum illis præfixit, a Cicerone vt apparet eum mutuatus, e quo libro memini me locum, exceptum in Suidæ collectaneis legisse, qui nunc non succurrit.

CAPVT VII.

Terentij illud

Amantium iræ amoris integratio est,

unde natum & desumtum.

TErentii in Andria celebris sententia est & omnibus nota:

Amantium iræ amoris integratio est;

Sed hoc non æque omnibus manifestum puto, vnde ea originem duxerit, videtur autem sumta ab historia, Agathonis & Pausaniæ ama-

amatoris eius. Cum enim Pausanias hic Agathonem deperiret, nec lateret amatoria eorum consuetudo regem Archilaum; qui & ipse ad huiusmodi amores esset procliuior: contigit vt Agathon crebro cum suo amatore in dissensionem veniret. At Archilaus ratus amatorem ab Agathone despectum, interrogauit eum, quid ita cum maxime illum adamante tam frequentes inimicitias exerceret? Respondit his verbis Agathon: οὔτε γὰρ εἰμὶ πρὸς αὐτὸν δύσερις, οὔτε ἀγροικίᾳ πράττω τοῦτο. ἀλλ' εἴ τι καὶ ἐγὼ ἠθῶν ἐπαΐω, τά τε ἄλλα καὶ ἐκ ποιητικῆς ἥδιστον, εὑρίσκω εἶναι τοῖς ἐρῶσι πρὸς τὰ παιδικὰ ἐκ διαφορᾶς καταλλάττεσθαι, καὶ πεπίστευκα οὐδὲν αὐτοῖς οὕτως ἀπαντᾶν τερπνόν. ταύτης γοῦν τῆς ἡδονῆς, πολλάκις αὐτῷ μεταδίδωμι, ἐρίζων πρὸς αὐτὸν πλειστάκις, εὐφραίνεται γὰρ καταλυομένου, μου τὴν πρὸς αὐτὸν ἔριν συνεχῶς. ὁμαλῶς δὲ καὶ συνήθως προσιόντος, οὐκ οἶδε τὴν διαφορότητα. Id est. *Non sum aduersus illum contentiosus neque rusticitate aliqua id facio. at si de moribus aliquid calleo, tum alias tum etiam e poetica iucundissimum esse amantibus reperio ijs, qui puerorum amoribus dediti sunt, si ex contentione in gratiam redeant; persuasusque sum nihil illis delectabilius accidere posse. huius autem voluptatis eum subinde participem facio, frequenter cum eo contendens plurimum itaq; continue gaudio afficitur, si contentionem cum ipso dissoluam subinde & ei reconcilier. Quod si perpetuo cum illo placide & ex consueto agerem, non experiretur vllum discrimen aut mutationem.* Quod dictum Rex Archelaus, vt auctor est Ælianus lib. 2. Omnifariæ historiæ, mirifice comprobauit. Quocirca non dissentaneus huic sententiæ est ille Menandri apud Stobæum versiculus:

Ὀργὴ φιλοῦντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον. Id est.

Amantium ira paruo viget tempore.

Quod ipsum quoque Plutarchus ostendit in ἐρωτικῷ elegantissima comparatione solis, qui post discussam caliginem cum e nubibus exit, feruentius adurit; ita enim rum amorem post dissidia reconciliatis animis esse intentiorem & iucundiorem, cui non absimilis est illa Plauti in Amphytrione sententia:

—— rursum si reuentum in gratiam est,

Bis tanto amici sunt inter se quam prius.

CAPVT VIII.

Altera eiusdem Terentij Catholica sententia, e qua origine manarit.

Altera est eiusdem auctoris in eadem fabula catholica sententia.

—— namq; hoc tempore

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Quā & ipse de veteribus Historiis mutuatus est, sequutus Leoprepis

patris Simonidis dictum, hic enim, vt tradit Ælianus libro omnifariæ historiæ quarto, cum in palæstra sederet vbi adolescentes aliquot luctabantur, seque exercebant; cum ex iis quidam inter se dissiderent, adiisse virum; & interrogasse familiariter eum, quo modo in amicitia mutua perdurare possent? Respondit, ἐὰν τὰς ἀλλήλων ὀργὰς ἐξίστωνται, καὶ μὴ ὁμόσε χωροῦντες τῷ θυμῷ. εἶτα παροξύνωσιν ἀλλήλους κατ' ἀλλήλων. Hoc est, *si alter alterius iracundiæ cedat, sique pariter animis irritatis, alter alterum minime exacerbetis.* Quod ipsum Terentianam hanc sententiam antea delineasse videtur. Talem describit senem, Periplectomenon in milite glorioso Plautus, qui etiam indecora ætati suæ se facere paratum ostendit, dum amicorum studiis obsecundet.

CAPVT IX.

De sandalio, & heroum heroinarumq; calciamentis. Terentio lux infusa super Hercule & Omphale.

Vlgatissimi versus sunt in Terentii Eunucho, de milite, qui cum antea se gloriosum iactasset, nunc extreme animo abiectus ad preces se conuertit: nam cum Gnatho parasitus diceret,

Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus?
quid cœptas Thraso? respondet miles
Ego ne? vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. Gn.
Quid est? Th.
Qui minus quam Hercules seruiuit Omphale?
Gn. *Exemplum placet.*
Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.

Quem totum locum Grammatici tum minus accurate enarrant, tum nimis leuiter prætereunt; hoc tantum dixisse contenti: *Sandalium* esse calceamenti genus. Sed reconditiorem subesse sensum, quiuis non obseruarit, qui veterum thesauros excusserit, facile videre poterit. Cum enim exemplum de Omphale Lydorum regina protulisset Thraso, idque adientando comprobasset Gnatho, subiecit: *vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.* Non in contemtum militis, (vt quidam interpretantur) sed quasi hoc ipsi militi honori foret, alioqui a personæ decoro discessisset si illum iam contumeliis incessere apertis, quem antea tantopere laudasset: præsertim cum hoc sibi ante instituisset; *Laudat quis? laudo: ait? aio &c.* Miles igitur ignauus, cum sibi Herculis exemplo proposito, non turpe duceret seruire meretrici, comparans eam seruitutem cum ea qua Hercules seruiuit Lydorum reginæ, mox Gnatho, vt suo instituto inseruiret, adulando exemplum comprobat, & quo magis id augeret, *vtinam,* inquit, *tibi commitigari videam sandalio caput.* quod ipsum Herculē scilicet in illa seruitute perpessum memorant & indicant veteres picturæ & historiæ. Et cur minoris Thaidis seruitutem, Omphales reginæ facere videretur;

retur, adiicit *sandalio*, quasi dicat non vili aut vulgarium mulierum, sed heroinarum aut summatum & potentium mulierum calceamento, quo par erat talem virum, vt ab heroina aliqua, domari. *Sandalium* enim non vile erat calceamenti genus, sed quo priscæ illæ heroides & præpotentes mulieres, ante Atheniensis ciuitatis potentiam & luxum vtebatur, quod ipsum Ælianus lib. variæ historiæ primo, his verbis comprobat, de antiquissimi temporis mulieribus, & earum luxu sic scribens. Πῶς δὲ οὐ διέῤῥεον ὑπὸ τρυφῆς αἱ παλαιαὶ γυναῖκες; ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς στεφάνην ἐπετίθεσαν ὑψηλήν, τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδοῦντο. ἐκ δὲ τῶν ὤτων αὐταῖς ἐνώτια μακρὰ ἀπῃωρεῖτο. τῶν δὲ χιτώνων τὰ περὶ τοὺς ὤμους ἄχρι τῶν χειρῶν οὐ συνεῤῥάπτετο, ἀλλὰ περόναις χρυσαῖς καὶ ἀργυραῖς συνεχέσι κατελάμβανον. καὶ ταῦτα μὲν αἱ πάνυ παλαιαί. τῶν δὲ Ἀττικῶν γυναικῶν τὴν τρυφὴν Ἀριστοφάνης λεγέτω. Id est, *Annon plurimæ mulieres luxuria diffluxerunt? Coronam enim sublimi capiti imposuerunt, pedes vero sandalijs calciabant. Tunicarum vero eam partem, quæ est ab humeris ad manus, haud construebant, sed continuis fibulis aureis atque argenteis connectebant, & hæc quidem antiquorum valde temporum mulieres factitabant. Atticarum vero mulierum delicias, Aristophanes recenseat.* Ceterum quod de *sandalo* dixit Ælianus, vsus est veterum auctoritate, sic Anacreon.

καὶ σάνδαλον γενοίμην
μόνον ποσὶν πάτει με.
Et sandalum sim
Vt me solum pedibus calcet.

Sic item teste Polluce Eupolis ἐν χρυσῷ γένει. *Sandalium* quoque Herodotus in Euterpe, qui illud pro virili calceamento accepit, de Perseo loquens. σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑρίσκεσθαι, ἐὸν τὸ μέγαθος δίπηχυ. id est, *eiusque sandalium quod gestabat, inuentum bicubitali magnitudine.* Menander tamen σανδάλιον non pro *virili calceamento* sed pro *muliebri* accepit, sicut & Theopompus Comicus & Cratinus in νόμοις qui σανδάλια τυῤῥηνικὰ dixit; sed reliqui etiam Comici & in his Cephisodorus in Trophonio: σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα. νῦν δ' ὥσπερ ἡ θεράπαινα ἔχω περιβαρίδας, id est, *& sandalia tenuium incisurarum, quibus super apposita erant aurea ornamenta; nunc vt ancilla habeo Peribarides.* Quin & σανδαλοθήκην dixit Menander in mysogyros: καὶ ἐπιχρύσους σανδαλοθήκας: hoc est, *inauratas sandalothecas.* Dum ista commentaremur, venit ad manus nostras volumen variarum lectionũ Petri Victorii, quem hunc locum Terentii excutientem inuenimus, qui dicit Terentium illum mutuatum e Turpilii Lindia, adferens locum e Nonio Marcello, quem & ipsi postea in voce *Mitis* inuenimus, ad hunc modum:

Misero mihi mitigabat sandalio caput.

Subiiciens *sandalium fuisse calceamentum diuitum ac beatarum fœ-*

minarum; adlato hoc etiam quem modo citauimus, Cephisodori Comici dicto, & suppresso interim Pollucis, e cuius thesauris id hauserat, nomine. Qui reliquis quoque Italis fere mos est, vt videantur in reconditis auctoribus versati, neque amplius quidquam addit. At *Sandalij* quoque vt muliebris calceamenti, sacræ etiam litteræ meminerunt. Sic enim de Iudith se ornante in sui nominis historia scriptum est: *Lauit corpus suum, & vnxit se myrrho optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, &c.* Ceterum, vt id quod modo attulimus de Hercule & Omphale cum sandalio feriente, vnde tota vis & lepos Terentiani dicti dependet, tibicine aliquo fulciamus, subijcienda nobis sunt Luciani verba, ex commentario πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, hoc est, *Quomodo oporteat historiam conscribere*, πρὸς οὓς ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν κἂν διαρραγῶσιν ἐπαινοῦντες. εἰ δ' ἀμελήσας ἐκείνων, ἡδύνοις πέρα τοῦ μετρίου τὴν ἱστορίαν, μύθοις καὶ ἐπαίνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ, τάχ' ἂν ὅμοιον ἐργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ. ἑώρακας γάρ που εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδαλίῳ. καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος, καὶ μὴ προσιζάνουσα, καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον. Id est. *Ad quos* (ad nummularios scilicet probam monetam ab adulterina secernentes) *etiam respicere oportet scribentes historiam, reliquorum exiguam curam gerere etiam si disrumpantur laudatores. Quod si hæc neglexeris, & historiam valde & supra modum delectabilem facere studueris, admixtis fabulis & laudibus, & ceteris huiusmodi laudationib. citissime consimilem eam feceris, Herculi in Lydia. Vidisse enim te alicubi consentaneum est pictum illum Omphale seruientem, admodum alieno habitu atque ornatu indutum. Illa videlicet pelle leonina ipsius induta, & clauam manu tenente, eoque Herculem scilicet præ se ferente, ipso autem in Crocoto & purpura lanam trahente, & vapulante ab Omphale sandalio, & quod turpissimum spectaculum est, vestitu cum corpore non conueniente, neque ad proportionem illius quadrante, atque ipsum Deum virilem illum corporis habitum, turpiter adeo effœminante.* Hæc ille. Quæ verba Terentiani leporis energiam abunde vti diximus declarant, vti item alterum Q. Septimii Tertulliani locum ex libro de Pallio vbi de hac abiurata Herculis & Omphales vestium permutatione ad hunc modum scribit: *Tantum Lydiæ clanculare licuit, vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule prostitueretur.* Et post aliqua. *Nescio an mulieres*

lieris quidem ante viraginis alicuius ſcapula, ſub exuuias beſtiæ antea introire potuiſſent, niſi diu mollitas, & euigoratas, & exodoratas. Quod apud Omphalem balſamo aut Telino putat factum. Et poſtea: *Qualis ille Hercules in ſerica* (theriſtra legit B. Rhenanus) *Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis Corio deſignata deſcripſit.* Hæc ille. Vt autem eo vnde digreſſi ſumus, reuertamur, *Sardiniam* Timæus, auctore Plinio, *Sandaliotim* dixit ab effigie Soleæ, quam Marſilius Ichnuſam vocauit a ſimilitudine veſtigii humani ſeu plantæ, quod & Pauſanias retulit. Caſtigandus obiter locus Marciani Capellæ in libro ſexto, vbi ſic vulgo perperam legitur: *Denique Sandaliotes eſt appellata, & Ignuſa, quod vtrinque veſtigij formam ſignat.* Tu lege. *Denique ſandaliotis eſt appellata, & Ichnuſa quod vtrumque veſtigij formam ſignat.* Heſychius σανδαλιώτης hanc eadem ratione vocat, quod aſpectum præbuit ſoleæ, niſi & ibi *ſandaliotin* legendum ſit. Eſt & σανδάλιον τρηνὸς ἐπίδεσμός eidem, hoc eſt, *medicum ligamentum*, ſed hæc hactenus.

CAPVT X.

Cur molles Sabæi *dicti Vergilio probabilior quam ante ratio allata ex Agatharchide: tum de* beatis Arabum Gazis, *explanatus Horatius.*

VErgilius in primo Georgicon agens de iis rebus quæ certis locis melius proueniunt,

> *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

Inquit. Quem locum exponens Seruius, *molles* dicit, *quod ſub aere clementiori ſint*, citans Lucanum, qui omnibus id ad meridiem, & ſolis tepores habitantibus tribuit:

> *Quicquid ad Eoos tractus mundiq; teporem*
> *Labitur, emollit gentes clementia cœli.*

vel inquit, *quod ibi Alexander ſuos obſcenos milites eo loco condiderit*, quod poſtremum fabuloſum eſt. Probus alter Vergilii interpres, *molles, vitio ſermonis, quod parum viriliter loquantur*, exiſtimatos eſſe putat Seruio adſtipulatur Iulius Pomponius Sabinus. Alii Strabonem ſequuntur. qui ſcribit *eos propter maximam fructuum copiam ſegnes otioſoſque viuere*. Sed cauſſam mollitiei optime omnium nobis inſinuat & ob oculos ponit Agatharchides Ouidius in commentar. περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Sic enim de iis loquitur: τῶν δὲ ἀνδρῶν οἱ μὲν γυμναζόμενοι περὶ

οἱ οἴκοι ἐνδιατρίβοντες βραχύτι τοῦ θήλεως γένους ἀλκιμώτερον ἄγουσι, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἀπογυναικούμενοι ῥᾳστώνης. Id est: *Viri autem assidue versantes in domibus, minus aliquando quam fœmineum genus fortiter degunt, effœminati ob continuum ocium & secundam fortunam.* Ob hoc igitur molles vocat Vergilius, cuius rei caussam videtur idem Agatarchides adsignare nimiis eorum diuitiis quas idem recenset, vt ad id videatur respexisse, Horatius, ad Iccium scribens dum canit,

> *Icci beatis nunc Arabum inuides*
> *Gazis, & acrem militiam paras.*

De iis autem *Gazis* ita subdit, idem Agatarchides; οὐδὲν γὰρ δοκεῖ εὐπορώτερον Σαβαίων καὶ Γερραίων εἶναι γένος ἐκτεταμιευμένων, πᾶν τὸ πίπτον, εἰς διαφορᾶς λόγον, ἀπὸ τῆς ἀσίας καὶ τῆς εὐρώπης, οὗτοι πολύχρυσον τὴν πτολεμαίου συρίαν πεποιήκασιν· οὗτοι τὴν φοινίκων, φιλεργίαν κατεσκευάκασι, λυσιτελεῖς, ἐμπορίας, καὶ μυρία ἄλλα ἔστι δὲ πολυτέλεια παρ' αὐτοῖς οὐ μόνον ἐν τορεύμασι θαυμαστοῖς καὶ ποτηρίων ποικιλίαις ἔτι δὲ κλινῶν, καὶ τριπόδων μεγέθεσι, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατ' οἰκίαν παρ' ἡμῖν γινομένων, λαμβάνει τὴν ὑπερβολὴν, πολλῶν ὡς ἔοικε κεκτημένων χορηγίαν βασιλικήν. κίονάς τε πολλοὺς αὐτοῖς φησὶ κατεσκευάσθαι ἐπιχρύσους καὶ ἀργυροῦς, τοὺς δὲ καὶ τὰς ὀροφὰς καὶ θύρας, φιάλαις λιθοκολλήτοις ἐξειλῆφθαι πυκναῖς, ὡσαύτως καὶ τὰ μεσοστύλια θέαν ἔχειν εὐπρεπῆ καὶ καθόλου τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων πλούτους ἐκείνων τὴν διαφορὰν μεγάλην, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕως τοῦ καθ' ἡμᾶς παρ' αὐτοῖς εἰς ἀγγέλλεται βίον. Id est. *Non aliam gentem facile reperias, quæ plures Sabæis & Gerrhæis diuitias habeat reconditas. nimirum omne quod vario sermone tum apud Europæos tum apud Asiæ populos esse fertur. Hi abundantem auro Ptolomæi Syriam fecere: Hi Phœnicum voluntarijs operibus, ditia emporia instruxere, aliaq; infinita loca. Est autem apud illos non solum in miri operis toreumatibus magnificentia & luxus, sed etiam in poculorum varietate, magnitudinibusq; lectorum & tripodum, reliquorumque quæ in suppellectile apud nos in domibus habentur: quibus excellunt multos, qui diuitias opesq; regias possident. Nam & ædificia sua columnis tum auro tectis, tum argenteis exornare dicuntur: quorum ianuæ & fastigia phialis crebris gemmis compactis conteguntur. Iam & intercolumnia spectatu sunt decentissima. & in vniuersum, omnes aliorum diuitiæ his collatæ, multum sunt inferiores, magnoque distant discrimine. Et hæc quidem ad nos vsq; de eorum vita perlata sunt.* hactenus ille. Quæ Strabo vt alia pleraque in librum suum Geographiæ vltimum de eo mutuatus contulit. Hinc etiam Dionysius Arabas ἁβροβίους. Id est. *delicatam vitam agentes* in periegesi sua appellauit hoc carmine.

> οὐχ οἷς ἁβροβίων ἀγέθων γένος;

de Sabæis id intelligens & Nabatæis finitimis.

CAPVT

CAPVT XI.

Eruditè sapienterq; subticuisse Vergilium nomen eius qui primus aratra construxit.

Recondita P. Virgilii Maronis eruditio facit, vt semper attento lectori aliquid considerandum relinquat, cuiusmodi illud est, 1. Geo. g.

> *Adsis o Tegeæ parens, oleiq; Minerua*
> *Inuentrix, vnciq; puer monstrator aratri.*

Quod quidem supinius ab interpretibus præteritum, quam par est aliquis forte dixerit; Cum hic de Triptolemo, ille de Osyride, aut alio, locutum Vergilium tradat. Nos autem Maronem non sine iusta caussa, rationeque, nomen eius qui primus aratrum inuenit, subticuisse arbitramur: Cum sciret, magnam esse inter varias nationes, de eo controuersiam, vnaquaque tantum decus, quod tantum vtilitatis generi mortalium contulit, ad se trahente. Proinde ne motam sibi litem quis diceret, incircumscripte indefiniteque locutum censendum est hic poetam; vt de quolibet cui id adscribi cuique placitum esset, intelligi posset. adeo vt frustra sese torqueat Seruius, curiose indagando quis ille puer fuerit, vnci monstrator aratri, quandoquidem Vergilius nec nomen, nec patriam illius indicare voluerit; aut aliqua saltem nota apposita, manifestum reliquerit de quo loqueretur: id quod idem Seruius quoque haud inficiatur. Probus eo antiquior auctor in commentariis in Vergilium: *Quosdam* ait *hunc opinatos esse Triptolemum Atticum, quem in volucri curru tradunt poetæ, fruges terræ reddidisse. Quidam, Bresser, qui primus inuenisse existimatur arandi vsum. Sed constat multis annis ante, & fruges in Ægypto inuentas esse, & arasse primum Osyrim duobus,* (addo *bubus*) *quorum nomina nunc sunt sacra, sub eis, qui religionis caussa, eodem vocabulo appellari videntur, Apis & Memphis, quorum alterum Memphitæ colunt Apim, verum Hieropolitæ, Memphin.* Sic enim in vulgatis libris legitur. Retulimus autem ideo hæc Probi verba prolixius, vt aliquot inde mendas tolleremus. Nam quo hic loco *Bresser* scriptum est, Iulius Pomponius Sabinus *Bezeser* substituit: itaque legendum apud Plinium in septimo naturalis historiæ contendit, quo loco alii *Bryges* habent. *Bouem* inquit *& aratrum inuenit Bryges Atheniensis, vt alij Triptolemus,* vbi ego (vt meam quoque te coniecturam interponam) *Buzyges* legere malim, tam apud hunc Probum, quam apud Plinium, ductus Hesychii auctoritate ita scribentis: βουζύγης ἥρως ἀττικὸς ὁ πρῶτος βοῦς [illegible] ἀρότρῳ [illegible] [illegible] αὐτοῖς καὶ τοὺς [illegible] ἐπικλήσει βουζύγης. hoc est: *Buzyges heros Athenensis, qui primus boues ad aratrum iunxit, vocatus autem est*

S 3

Epimenides, constituit quoque & qui sacras arationes perficeret Quod ipsum Lodouicus Cælius Rhodiginus lectionum antiquarum 29. recenset. suppresso, vt fere solet, auctoris nomine, & *Buzygia* ubi videri a *Buzyge*, tum *Buzygiam* familiam Athenis sacerdotio prædiram, quanquam eam gloriam Tibullus libr. 1. Osyridi adferat inquiens;

> *Primus aratra manu solerti fecit Osyris*
> *Et teneram ferro sollicitauit humum*

Ouidius autem in quarto Fastorum sub persona Cereris Triptolemo.

> *Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit*
> *Et seret, & culta præmia tollet humo.*

Cui Arnobius in primo contra gentes libro subscribit. Sed vt vlterius Probum emaculemus, quo loco *Apis & Memphis* legitur, *Apis & Mnenis* reponendum est, & pro *Hieropoli*, *Heliopoli*: quanquam etiam apud Sabinum perperam habeatur *Meus*. Nam Strabo libro vltimo apud Heliopolitanos *Mnenim bouem* coli adserit, inclusum septo quodam, cui & Diodorus Siculus, & Herodotus adstipulantur. Id præterea non omittendum, quod tradit Eustathius in comment. in Dionysium, *Tauros* (gentes id nomen) *dictos ab animali tauro, quod eo loci Osyris iunctis bobus primum terram ararit.* διὰ τὸ ἐκεῖ τὸν ὄσιριν ζεύξαντα τοὺς βοῦς ἀρόσαι γῆν

CAPVT XII.

Vergilianum carmen aliter expositum quam hactenus: inibique *quid sit*, Quarto seri sulco, *apud Plinium.*

NVper Gandauo domum rediens, cum forte per aruum recens aratro subactum iter facerem, & vna comites duo, quorum vnus mecum domo fuerat profectus, alter loci eius incola: diceretque ille meus collega, hic ager noualis est, serendus autumno, immo inquit alter *quarto sulco seretur.* Quæ res protinus mihi in memoriam reduxit, id quod a Plinio libro decimooctauo capit. 20. naturalis historiæ scriptum est. *Quarto seri sulco Vergilius existimatur voluisse, quum dixit, optimam esse segetem quæ bis solem bisque frigora sensisset.* Est autem carmen Vergilii quod Plinius innuit hoc, ex primo Georgicon

> *Illa seges demum votis respondet auari*
> *Agricolæ, bis quæ solem bis frigora sensit.*

Quod si simpliciter (vt Plinius quosdam velle ostendit, vtque ipse sentire videtur) interpretemur; quoduis solum quater aratro inuersum designabitur. Hæc enim reuera bis frigora obuersa scilicet gleba, bis solem, bis solis ardorem dum excoquitur in glaream

glaream, quo facilius imbrem cœlestem suscipiat, sentit. Quod tamen in vsu iis est, qui annis alternis, aut saltem duorum aut trium annorum interuallo, huiusmodi cultura agrum renouant. Quæ autem Mancinellus & alii quidam triuiales expositores hic adferunt, nihil explicant. Seruii interpretatio, vt inepta, ita nihil habet simile vero; qui *solem* dierum calores, & *frigora* nocturnum frigus interpretatur: *Intelligens* inquit *duas sationes, autumnalem & vernalem.* tum reliqua, partim falsa partim tam frigida vt etiam Neronianas Thermas refrigerare queant. Minus absurde Probus, qui ne ipse quidem verum sensum Vergilianorum versuum adsequutus esse videtur, & si illum sequutus sit Beroaldus, dum Seruium taxat ipse merito taxandus: sic itaque Probus: *De eo* inquit, *agro loquitur quem noualem vocamus, alternis autem cessat. Sed sub exitu hyemis semente facta, sequenti æstate reddit fructum: Ergo bis sentit frigus, semel æstate, deficiente hyeme initio veris,* iterum post sementem, bis solem, semel æstate qua cessat, iterum qua fructus refert. Quasi non omne aruum hoc pacto bis frigora bis solem sentiat, aut non obuium omnibus sit id dicere. Certe nihil minus putamus sensisse Virgilium peritissimum agri colendi; qui eius rei disciplinam docens, proprie & significanter & ex rei agrariæ disciplina & more loquutus est. Docens noualem, vnde præcipuus solet exspectari prouentus, quater aratro debere inuerti, quo friabilior leniorque, & transpirabili quodam patore fit accommodatior, ad suscipiendum inbibendumque imbrem, quo semina superueniente solis calore & confouentur & fœcunda ad germinandum fiunt. Nihil enim aut parum sol aut frigus conferrent, nisi diligens hæc adforet cultura; Quod ipsum ne Euripidem quidem latuit, apud quem Hecuba non cœlo solummodo bonam segetem acceptam refert, sed etiam culturæ suas partes non minimas tribuit. Bis solem igitur & bis frigus, sentire segetem; nihil aliud est, quam quod Plinius *Quarto seri sulco*, dixit, quem morem loquendi (vti diximus) adhuc rustici, in iis locis vbi agri aut annis alternis aut triennio aut longiore interuallo vnius anni vacatione renouantur, adhuc obseruant. Id autem aliud nihil est (vt experientia rerum magistra docet) quam quatuor arationibus, temporibus ad id accommodatis, terram inuertere & præparare eam nimirum quam volunt vberem segetem, ad implendum agricolæ votum proferre. Cum autem inciderem in Pomponii Sabini commentarios, inueni illum idipsum fere, licet obscurius, & paucioribus quam decuit verbis, dicentem: adeo vt gauisus sim, me meæ sententiæ cuius me auctorem credebam, habere suffragatorem.

CAPVT XIII.

Antipagmenta *in Plauti Mollestaria videri legendum pro eo quod alij reposuerunt coagmenta.*

PLautus in Mostellaria locum habet a summis quod scio viris interpolatum, cuius an genuinam lectionem restituerimus iudicent alii. nam ea quæ nunc mordicus retinetur, ex Angeli Politiani emanauit officina, quæ est huiusmodi:

Viden coagmenta in foribus quam arcte dormiunt.

Te. *Dormiunt?* Tr. *Illud quidem vt conniuent volui dicere.*

Ita enim restituit Politianus, cum ante legeretur, *viden ornamenta in foribus. video, specta qua arte dormiunt. Dormiunt? Illis, qui dem conuenit volui dicere.* At Politianus quod quidem ad *coagmenta* illa attinet, nullam basin suæ restitutæ lectionis habens, plurimis tamen id persuasit, ita ibi legi debere: qui eius auctoritatem solam sequuti, velut satis esset αὐτὸς ἔφα, eam lectionem amplexati sunt, ita mordicus vt omnibus libris qui post illum excusi sunt, inoleuerit: Cum tamen nec auctorem, nec vetusti exemplaris fidem, (quod ambitiose docere solet, vbi talibus præsidiis non destituitur) suæ adsertioni confirmandæ attulerit, nudis tantum innixus coniecturis. Ceterum nemo existimet nos esse eos, qui Politiani luminibus officere velimus: aut qui libenter ab auctoritate illius desciscamus: Cum vnus hic in hoc scripti genere quod nunc præ manibus est, maxime excelluerit, instructus adiutusque infinitis variorum auctorum vtriusque linguæ nondum inuulgatorum, monumentis; tum etiam manuscriptorum exemplarium copia. Sed propterea non debemus desistere præclaro incœpto meliora inuestigandi, vbi rationes illius parum sunt firmæ, eaque si forte occurrant, amplectendi. Quod certe si alibi, hic nobis obuenit: Quod nos facile ostensuros speramus. Nam *coagmenta* pro forium commissuris, seu vt noster ait, iuncturis accipi, apud nullum, quod sciam, scriptorem inuenietur. Nam quod coagmentatum est, id quasi in vnum coalitum indissolubileque est: quod iuncturis illis, quæ subinde rimas ducunt, & patescunt minime conuenire vel cæco manifestum est. Quocirca videndum an sic rectius legi possit:

Viden antipagmenta in foribus, quam arcte dormiunt.
Dormiunt? illud quidem vt conniuent volui dicere.

Sunt autem *antipagmenta* siue *antepagmenta* (nam vtrumque legitur) teste Festo Pompeio, valuarum ornamenta, quæ antis appanguntur, id est affiguntur. Sunt autem *Antæ* latera ostiorum, vti idem Festus docet; quibus ornamenta seu insculpi seu affigi, ne nostra quidem ignorat ætas: puta aut mirabiles belluarum formas, aut hominum; quocirca in sequenti versu

versu non absurde legas, *illa*; quemadmodum pleriq; codices ante Politianum habebant; cuius loco *illud* dictionem Politianus, & eum sequuti, subdiderunt: vt referatur ad formas animalium antis adiunctas seu antepagmentis adpictas, non ad vocē *antepagmenta*: figura ita nimirum locutio est Grammaticis nota, quæ κτ̀ μετωνυμίαν dicitur. Inoleuit autem Plautinis codicibus id vitium, quod cum imperitus librarius vocem *antepagmenta* non intelligeret, supra autem explanationis loco *ornameta* scriptum esset, erasa genuina auctoris dictione, eius loco subdiderit vocem *ornamenta*, qua eliminata *coagmenta* legendum censuit Politianus sensu parum hic apto. Nam quis non ridiculum iocularéue dixerit, si quis dicat forium vel valuarum iuncturas dormire cum arcte cocunt: quod de formis beluarum, seu humanis, foribus adpictis aut adsculptis oculis conniuentibus, nemo non recte dici iudicauerit. Poeta hoc seipsum postea explanante ac dicente:

Viden (inquit) *pictum vbi ludificatur cornix vna volturios duo.*
Coruus adstat. ea volturios duo vicissim vellicat.

Quin Nonius Marcellus *antas* quadratas columnas interpretatur, nimirum fores sustinentes. His nostra ætas, clarorum virorū aut diuorum imagines adfigere solet. Sed & Vitruuius libro quarto, tum antepagmentorum rationem, tum etiam coronarum, quę his superponuntur, & cymatiorum copiose lateq; explicat. At *coagmenta* vocat lapidum iuncturas, quę calce, aut glutine aut ferro, aut plumbo, sibi inuicem indissolubili nexu iunguntur. De *antepagmentis* quoq; cum suis cymatiis seu cumatiis Vitruuio adsentit lex æditicantium, exscripta Neapoli in marmore apud Hadrianum Guillelmum, vbi sic habetur: *Antepagmenta abiegna lata S. Z crassa &c. cumatiumq; imponito ferroq; plano figito, portum aqua tegito tegularum ordinibus senis, atque versus tegulas primores omnes in antepagmento ferro figito, &c.* quæ vti opinor non mediocriter institutum nostrum iuuant, vt iam nemo sit futurus, qui hanc nostram lectionem, vt priorē absurdam, & nulla ratione constātem improbare possit. Illud insuper auctarii vice non omittendū: ethnicos pro foribus suis locasse Thyræum Apollinem, & Antelios dæmonas, vt inquit Tertullianus in libro de Corona militis, quos interpretatur Hesychius: θεὸς πρὸ τῆ πύλων ἱδρυμένος. Dictus ἀντήλιος ἀντικρὺ ἡλίῳ ἱδρυμένοι βωμοὺς ἢ θεός, quod Soli obuersa sit ara ædificata seu Deus.

Caput XIV.

Carmen ex Plauti Mercatore videri e Menandro desumtum, & alterum eiusdem ex Euripide.

MVlta sæpe Latinorum vetustiores scriptores de Græcis in vsum suum conuertisse nemo ignorat; quale illud est, quod in Plauti Mercatore nuper obseruauimus e Menādri officina ma-

nasse: sunt autem verba senis, somnium suum narrantis hoc modo:

Miris modis Dij ludos faciunt hominibus.
Mirisq; exemplis somnia in somnis danunt.

Quibus videntur respõdere ii Menandrici, vnde hæc Plautina desumpta sunt, quos sicuti apud Stobæum legũtur nunc subiicimus, habent autem se ita:

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς κρείττονες πεφυκότες. id est,
Plurimis simulacris Dei sophismatum
Nos fallunt, præstantiores cum sint.

Menander aperte & simpliciter nobis a diis errores immitti scribit. nimirum cum imbecillitas intellectus nostri simulacra quę ii nobis obiiciunt, comprehendere nequeat. At Plautus magis comice, & vt deos excuset maleuolentiæ, dicit hoc eos in somnis tantum agere. Commonuit me hic locus, alterius eiusdem Poetæ loci, qui est in Captiuis, eisdem pene verbis, quibus Euripides ante vsus est, expressi, & inde transsumti. Sunt autem verba ea Tyndari serui, ob beneficium in priorem herum collatum in lapidicinas coniecti, & iam ad mortem destinati, interitum suum hoc modo solantis:

Qui per virtutem peritat non pol interit.

cui belle hæc Euripidea sententia in Teno tragœdia congruit:

Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται.
Ζῇ δ' οὐκ ἔτ' ὄντος σώματος, &c. id est,
Virtus, & si moriatur quis, non interit.
Viuit, etsi corpus haud amplius appareat, &c.

Quod noster dixit, *non pol interit*, Euripides latius explicauit: dicens, *illum viuere exstincto corpore.* Quemadmodum seruus Plautinus paulo ante iactauerat, *hoc sibi mortuo apud posteros futurum memorabile, quod herum seruus capitis sui periculo, & vitæ iactura, e vinculis exemisset, & libertati, patriæ, parentibusque illum restituisset.*

CAPVT XV.

Locutionis huius Plautinæ, de vino e dolio hausto, vt matre fuerat natum, *dicentis, videri primum ex Euripidis Alcestide manasse.*

LOcus est in Plauti Amphitruone nimisquam lepidus & festiuus, in quo Mercurius in persona serui Sosiæ enarrat, quid intus in tabernaculo, hero pugnante gesserit. Interrogatus enim id a vero Sosia respondit:

M. *Cadus erat vini, inde impleui Cirneam.* So. *ingressus est viam.*
M. *Eam ego vt matre fuerat natum, vini eduxi meri.*

Locu-

Locutio illa, *vt matre fuerat natum*, vt lepida ita & faceta est, & quæ nostris etiam in vsum cessit, *vitem vini matrem* appellantibus, quod inde suã originem traxit. At eam Plautus a multo antiquiore scriptore mutuatus est, nimirum ab Euripide: in cuius fabula Alceste, introducitur famulus indignãs Herculi, (quem vt sibi incognitum hospitem vocat) quod in ipso domus luctu, qui tum erat ob Alcestidis interitum, nõ distulerit se vino ad ebrietatem & cibo ingurgitare. Versus autem sic se habent:

ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν,
πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ,
ἕως ἐθέρμαν' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ
οἴνου, στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνοις κλάδοις,
ἄμουσ' ὑλακτῶν.

Id est,

Poculum in manibus hederaceum sumens,
Bibit nigræ matris bene meracum potum,
Donec calefaceret ipsum circum ascendens flamma
Vini, coronans tempora myrtinis ramis,
Incondite latrans.

Vt igitur Plautus *vinum merum, vt matre fuerat natum* appellauit; ita Euripides *nigræ matris bene Meracum inebrians poculum* dixit: vetustatem vterque auctorum in hoc referendo. Per *nigram matrem*, vt docet Euripidis interpres, *vitem* nigras vuas ferentem, idem auctor intelligens. quod vinum inquit hic Scholiastes fortius est, & ad inebriandum valentius. Quin & Anacreon lyricus Poeta γόνον ἀμπέλου τὸν οἶνον vocat, hoc est, *vinum filium vitis.*

CAPVT XVI.

Super voce calidum *figurate accepta, cui Græca vox* θερμὸν *respondet, discussa auctorum loca: & vnde sit tracta metaphora.*

Video tam veteres quàm recentes auctores admodum vacillare, in significato vocis *calidum*, cum figurate sumitur, cui Græca quoque vox θερμὸν respondet. etiam Ælius Donatus; siue scholia ex Aspro, Cornuto & Donato collecta, in illud Terentii ex Eunucho, *Vide ne nimium calidum hoc sit modo*, *Calidum* periculosum interpretantur, etsi ibi melius *callidum* legi contendant. Cui tamen refragatur Erasmus, vt inquit respondeat illi Græco τὸ θερμόν. contra Nonius Marcellus *calidum* ferox esse dicit, & incõsultum, adfertq; Ciceronis ex Officiorum libro primo auctoritatem: *Sic reperias multos, quibus periculosa & calida consilia.*

Sic Pacuuius, *Caue sis nimis calide loquaris & turbam concites.* Idem in alio significato calidũ citatũ & velox interpretatur, adducitq; Varronẽ περὶ ἀρχαιρεσιῶν auctorẽ, q. dixerit *Cũ dixisset vitulus, ecce calidis pedib. quidã nauicularius semiustulatus, irrupit se in curiã.*

Nos autem putamus *calidum* id omne dici, quod subito animi feruore tum dicitur, tum fit, siue sceleratũ seu scelere vacans, cuius sequiori euentui adscribi possit aut temeritas aut præcipitatio, aut scelus, aut inconsulta animi audacia, & ita præfatos auctores accepisse nihil dubium. tum in eo significatu θερμὸς Græcos itidem accepisse, vt Aristophanem in Pluto:

ὦ θερμὸν ἔργον κἀνόσιον καὶ παράνομον.

O calidum facinus, & impium & nefarium.

Nam si θερμὸς proprie significasset sceleratum, quid opus erat addere ἀνόσιον καὶ παράνομον, hoc est, impium & exlex etsi interpres exponat παράδοξον τολμηρὸν καὶ εὐκίνητον, quorum primum interdum in bonam partem accipitur, nam παράδοξον idem est, quod contra vulgi opinionem seu morem, tum fit, tum dicitur. qualia item erant Stoicorum paradoxa: tum vox τολμηρὸς mediæ est significationis, vti est εὐκίνητος pro mobili & veloci, cuiusmodi fere ab animo nimium calente & parum considerato prouenire solent. Sic Plautus in Mostellaria, *calidum mendacium* esse dicit subitarium & impræmeditatum dicere vult, id quod contextus ipse verborum indicat.

——quid ergo nunc agam

Nisi vt in vicinum hunc proximum mendacium.

Ego emisse ædes huius dicam filium.

Calidum hercle audiui esse optimum mendacium.

Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere.

Quicquid Dei dicunt, id esse adseres, quod sibi de subito tanquam diuinitus est missum, in mentem venerit: vt illud Erasmi qui *Calidum mendacium*, pro *impudenti & audaci* accipit, taceat. Sic *calidis dolis* in Bacchidibus idem dixit, pro *subitarie consilio inuentis*, in his versibus:

Callidum senem.

Calidis dolis impuli & perpuli mihi omnia vt crederet.

etsi quidam ibi *callidis dolis* legant. At *calidum prandium* in alio significato protulisse videtur, cum dicit:

Ly. *Calidum prandidisti prandium hodie dic mihi?*

AG. *Quidiam.* Ly. *Quia hoccine frigefacis non rogas.*

Quod ipsum exponens Erasmus. *Fecisti*, inquit, *quod tibi magno malo est futurum. Ab iis*, inquit *sumtum, qui se noxijs cibis ingurgitant, postea ventris tormina sentire.* Alciatus hic parerg. 6. c. 21. Cornicum oculos confixurus, ita exponit, vt ab iis, qui os contrahunt, vt frigidam efflent, metaphoram ductam arbitretur. *Quadrare autem in eos, qui lepide admodum & summis labris quasi loquantur, & parce pronunciunt. Etenim hi ore contracto, perinde ac si refrigerata bucca interim calentem offulam habeant, velut deformantur.* Hæc ille. Ego si coniecturæ locus detur, sumtum crediderim ab iis, qui postquam calida deuorarunt, sic vt os nimium calore, aut guttur doleant.

doleant, frigida potione ei medentur. quasi dicat leno, an nimius æstus te stimulat, qui hoc dicto refrigerium poscis? eum hoc pacto subsannando. Sed vt ad priorem *calidi* significationem redeamus, eandem plane significationem habet τὸ θερμὸν, vt apud Sophoclē in Antigone in hoc versu:

θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. id est,
Calidum in frigidis animum habes.

Quo loco doctissima in eum auctorem scholia, *ἐπὶ ἀδυνάτοις νεανιεύῃ καὶ ἐπὶ ἀηδέσι τέρπῃ τὴν ψυχήν.* id est, *Circa impossibilia iuuenili calore versaris, & in incrudis & tristibus animum tuum oblectes:* quod inconsiderati & animo nimium exæstuantis plane est. Ad Antigonem dictum, inconsultius cum vitæ periculo contra edictum Creontis regis fratrem sepelire volentem. Apud Æschylum tamen θέρμοι videntur homines scelerati & irrisores vocari. Cum enim nuntius laudasset Amphiaraum, vnum e septem ducibus, qui Thebas obsessum venenerant: respondissetq; Etheocles, vel ob id supplicio & morte dignum, quod se sceleratis & nequā viris socium præbuisset: Comparationem subiicit pii viri, qui se mari committit cum sceleratis & impiis nautis & vectoribus; nam si cum iis pereat, merito id factum omnes iudicent, nec viri talis calamitatem & infelicem sortem misereantur. ita quoque futurum de Amphiarao. hos igitur nautas siue vectores, θέρμους vocat:

ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. id est,
Si nauem ingrediens vir pius
Cum calidis nautis, & astutia quadam
Intereat cum virorum genere Deo exosorum.

Quo loco scelestos & derisores, quibus inconsulta mens est, nec quicquam pensi quid agant videtur designare. Sic enim in eum auctorem scholia: *θερμοῖς πρὸς τὴν κακίαν καὶ γελωτοποιοῖς. οἱ γὰρ γελαζόμενοι. θερμὴν καὶ ἔκλυτον ἔχουσι τὴν ψυχήν, καὶ θερμὸν ἔργον διαλελυμένον μὲν ἀναιδὲς, καὶ θρασύ.* id est, *Calidis & æstuantibus ad malitiam, & risum excitantibus. Risum enim mouentes, feruidum & dissolutum habent animum, & calidum facinus perniciosum, impudens, audax.* Hinc Adamantius Sophista, in eo Physignomicωn, θερμουργίαν accipit pro præcipiti & temeraria alicuius facinoris patratione: Iulius item Pollux θερμουργίαν ἐπὶ ψόγου dici contendit lib. 3. cap. de iis, quæ de periculosis & præcipitibus rebus dicuntur. Quanquam prætaca in Æschylum scholia θερμουργὸς in bonam partem dici contendant: *θερμουργὸς δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν συνηθείᾳ κατὰ λόγον ἐπαίνου θερμαλέος καὶ μὴ ψυχρὸς ἐπ' ἔργον* id est *calidi operis vir in bonam sermonis partem & laudem dicitur gnauus & strenuus, qui non sit frigidus ad opus.* qua figura Plutarchus in Symposiacis dicit, ministris

iuberi solere, θερμότερον ἅπτεσθαι τῆς διακονίας id est, *calidius ac celerius adire ministerium*, vt etiam Parœmiographus annotauit. Sic θερμουργὸς in bonam partem apud Suidam accipitur: ὁ πρόθυμος id est *animo promtus*, adfertque exemplum innominati auctoris οἱ δὲ πέρσαι ἐθάρρυνον πεπεισμένοι νέον αὐτὸν εἶναι καὶ θερμουργόν. id est, *Persæ exhortabant, persuasi iuuenem illum esse & promtitudine animi insignem.* eadem ἰσχυρὸς est θρασὺς, ἰταμὸς. & θερμαίνειν apud Sophoclem, *iuuenili quodam calore efferri*:

> οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν
> ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.
> *Non dignum dixerimus vlla existimatione virum,*
> *Qui inani spe iuueniliter incalescit.*

CAPVT XVII.

Plauti Poetæ locus ex Amphitruone fabula de obstinato animo morientibus, & quomodo eos vocet Euripides.

PLautus in Amphytruone volens pugnatores inuictos, & animo ad moriendum obstinato induratos significare, dixit;

> *Animam amittunt prius quam loco demigrent.*
> *Quisque vt steterat iacet, obtinetque ordinem.*

Sed Plautus dum hæc scriberet, ad Euripidem respexisse videtur. Ita enim in tragœdia, quæ Phænisse inscribitur, habent eius Poetæ versus, qui eos κυβιστῆρας vocat:

> ——ἦδες αὖ πύργους τειχέων
> πυκνοὺς κυβιστῆρας ἐκπεπτωκότας
> ξηρὰν δ' ἰδόντες γαῖαν αἵματος ῥοαῖς.
> Id est,
> *Videre licuit haud procul a mœnibus*
> *Crebros in caput cadentes exspirantes,*
> *Aridamque rigare terram riuis sanguinis.*

κυβιστῆρας inquit Scholiastes τὴν ψυχὴν παραδιδόντας, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πίπτοντας hoc est, *vitam amittentes, & in caput aut faciem cadentes* Expressit hoc etiam Sallustius in Catilinæ bello: *Nam fere quem quisque locum pugnando viuus cœperat, eum amissa anima corpore tegebat.*

CAPVT XVIII.

Aues non addixere, *locutio apud T. Liuium, e qua consuetudine tracta sit, tum inibi admissæ aues, quæ dicantur.*

LOcutio apud T. Liuium est non valde frequēs, neq; omnibus intellecta *aues non addixere.* Sic enim 3. decad lib. 7. *Fabio auspicanti priusquam egrederetur a Tarento, semel atq; iterum aues non addixere.* Est autem ab auspicantium consuetudine tracta, sed eius significationem non omnibus patere arbitror. In his igitur Festi Fragmentis, quæ ex integro libro supersunt, ita habetur: *Prætor ad*

portam

pr[a]etorem nunc salutatur, is qui in prouinciam pro Pr[a]etore aut proconsule exit. Cuius rei morem ait fuisse Cincius in libro de consulũ potestate talem:. Albanos rerum potitos vsq; ad Tullũ regem: Alba deinde diruta vsq; ad P. Decium Murem. COSS. populos Latinos ad caput Ferentina, q est sub monte Albano, consulere solitos, & imperium communi consilio administrare. Itaq; quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret, iussu nominis Latini, complures nostros in Capitolio a sole oriente auspicijs operam dare solitos. Vbi aues addixissent, militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum quem aues addixerant, pr[a]etorem salutari solitum, qui eam prouinciam obtineret Pr[a]etoris nomine. Ex quo libro intelligitur; tum *aues addicere*, cum augurio suo rem firmam ratamq; & decernũt & faciunt: Sic *addixit iudicium*, apud Varronem. Et *Addico*, verbum Prætorii iuris, apud Macrobium & Ouidium. *Admissæ aues* dicuntur, cum in conspectu augurum capto templo volant, augurioque faciendo considerantur. Vnde T. Liuius lib. quarto primæ decadis: *Et dictatore arcem Romanam respectante, vt ex auguribus semel aues rite admissæ essent*; hoc est, *ex consuetudine & legitime ad prosperum augurium secundum augurum disciplinam volatui se committẽtes, ab iisdem auguribus eorum volatus adnotarentur.* Alias *equos admissos* dicimus impetu ad cursum incitatos. Sic Ouidius in Heroidum epistolis:

Et lacer admissos terruit Hector equos.

CAPVT XIX.

Fustuarium *supplicij genus apud T. Liuium longe aliud & maius fuisse, quam opinatus est Cælius Rhodiginus.*

T. Liuii locus est ex concione Appii Claudii, libro ab vrbe condita quinto: *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit, auctores signa relinquendi, & deserendi castra, non vni aut alteri militi: sed vniuersis exercitibus, palam in concione audiuntur.* Quem locum citans Cælius: *Fustuarium*, ibi castigationẽ fustium, virgarumq; suppliciũ interpretatur. tum Polybium eius meminisse in libro de tribus politiis, qui in disciplina militari duo imprimis suppliciorum genera fuisse, decimationem & fustuariũ. sed pace Cælii, longe aliud & maius fuit hoc fustuarium supplicium, quam ipse arbitratur, quippe quod capitale esset, mortemque inferret. Quod ex eodem Polybio est manifestum, id quod in quodam eius librorum fragmento adhuc legitur: quod de re militari quidã inscribunt, cum de neglectis excubiis agit, ac illius per quẽ crimen cõmissum est supplicio, ad hunc modũ. Aduocato cõcilio, coram Tribuno dicit causam (scilicet is cui commissa est vigiliarũ tessera, κἂν καταδικασθῇ, ξυλοκοπεῖται. τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦ-. λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος [illegible] τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον. οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου, τύπτοντες τοῖς ξύλοις, καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ [illegible], τοῖς δ' ἐκπίπτουσιν, οὐδ' ὣς ὑπάρχει

σωτηρία. πῶς γὰρ οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν αὐτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν, οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσαι δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες, ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται. hoc est. *Et si condemnetur, fuste ceditur; id supplicium est huiusmodi. Accepto fuste Tribunus, vix tantum attingit damnatum, quod vbi factum est, omnes, qui in castris sunt cedentes fustibus, lapidibusque, plerosq; in ipsis castris conficiunt. At si qui euaserint, nec sic quidem seruari possunt. Etenim quonam pacto? quibus neq; in patriam redire licet, neq; aliquis ex necessarys domi eum recipere auderet, ob hoc funditus pereunt, qui in talem inciderunt calamitatem.* Idem quoque hoc supplicio multari ait, *qui furtum in castris fecerunt, aut falsum dixerunt testimonium, aut qui iuuenibus abusi fuerunt, aut ter ob idem delictum puniti sunt.* Ex quibus, ni fallor, liquet acerbius id fuisse supplicii genus, quã opinatus est Cælius. Quibus succinunt auctoris belli Hispaniensis (quem rudem & incultum quendam militem fuisse apparet, qui ei gerendo interfuit) verba: *Miles qui fratrem suum in castris iugulasset, interceptus est a nostris & fuste percussus.* Non enim fratris interfectori leuis pœna erat irroganda, sed vltimum supplicium & summa militaris pœnæ acerbitas, sicut hoc fustis suppliciũ erat. Haud absimile huic, quo *per infestas hastas* grauiter delinquentes milites *discurrere*, & mori coguntur. At ob leuia delicta plures erant animaduersiones militares, inter quas erat & *vitis supplicium:* non enim milites virgis verberabantur (vt supplicio ignobili) sed vitibus; idque a centurionibus, qui ob id vitem gestabant. quod ipsum Corn. Taciti auctoritate fit manifestum in primo historiæ augustæ libro sic scribentis, cum seditionem militum Pannoniensium enarrat: *Et Centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetijs vocabulum,* cedo alteram, *indiderant, quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat.* quod ipsum copiose prosequitur vir doctiss. Guilelmus Budæus in posterioribus annotationibus in pandectas. Ceterum leuius apud Iurisconsultos *fustis supplicium* fuisse, quod admonitionem solum seu castigationem vocant, omnibus notum est, imo leuius *flagellorum pœna.* vt habet L. *in seruorum.* ff. *de pœnis,* ideoq; de iis amplius aliquid addere supersedemus.

CAPVT XX.

In L. Floro, vbi de M. Coruino loquitur, non videri legendum satyra alite, *sed* sacro alite, *contra sententiam Caly Rhodigini.*

IN Lucii Flori epitomes rerum Romanarum lib 1. quo loco de Valerii tribuni pugna cum Galio agit, facta in agro Pomptino: *Cum,* inquit, *in simili pugna, Lucius Valerius insidente galea satyra alite adiutus, retulit spolia. deinde Coruinus* (locelle videtur nomen tulit.) Qgem locum exponendo Cælius Rhodiginus mirifice se torquet, dum anxie quærit, quæ sit *satyra auis:* aut, vnde coruus (nam

cor-

coruum fuisse Liuius, Eutropius, Corn. Nepos, siue auctor libri de viris illustribus & alii: quotquot res Romanas scripsere, testantur) vnde, in quã *coruus satyra ales*, dici potuerit. Modo ad salacitatem corui, q; *fellator* Martiali dictus sit referẽdo, modo a palude Pomptina, quæ satyra dicta sit etiã Vergilio, q; scilicet secũdum Theonem Arati interpretẽ Corui sitibundi sint & aquis gaudentes ob corporis ariditatẽ, nomen deducendo; tum alia quædam cõminiscendo, quæ nullã veri speciem habeant. Nos omnibus perpensis, nõ *satyra alite* ibi legendum arbitramur, sed *sacro alite*. Cui nostræ opinioni suffragatur Iornandis Gothi temporum historia, qui hunc locum vt alia pleraq; pene ad verbũ ex Flori (vt credere par est) emendatioribus codicibus descripsit. vbi sic legitur: *Item in Pomptino agro, cum simili pugna Valerius, insidente galeæ sacro alite adiutus, retulit spolia, dictusq; est ipse Coruinus. Sacrum alitem*, hic vocauit Florus *Coruum*, quod faustum augurium præbuisset pugnanti Coruino. Omnes enim *augurales aues*, felix augurium adferentes, *sanctas* & *sacras* arbitrabantur, tanquam quæ a numine mitterentur. Hinc Q. Ennius de vulturibus quæ Romulo auspicium ferebant cecinit,

Cedunt de cœlo ter quatuor corpora sancta
Auium præpetibus sese pulcrisque locis dant.

Aues enim huiusmodi a numine aliquo mitti credebantur, ideoque sacras sanctas esse, vti etiam ex Liuianis verbis clarum est, sic de hac pugna loquentis: *Namq; conserenti manum Romano, coruus repente in galea consedit in hostem versus, quod primo vt augurium cœli missum, lætus accepit tribunus. Precatus deinde, si diuus, si diua esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.* Cui adstipulatur & A. Gellius, qui *diuina id vi factum* refert. Ex quibus, ni fallor, liquet, deinceps Romanis *sacrosanctum* hunc *alitem* fuisse, non secus quam anseres, qui quondam Capitolium seruauere. Quanquam quod ad coruum attinet, vt sacrum etiam celebrat Ælianus. Ait enim in septimo de animalium historia, in Copto Apollinis esse delubrum, cui coruos sacros esse fertur. Idem libro primo cap. 48 ὁ κόραξ ὄρνιν αὐτόν φασιν ἱερὸν, καὶ Ἀπόλλωνος ἀκόλουθον εἶναι λέγουσιν. ταῦτά τοι καὶ μαντικοῖς συμβόλοις ἀγαθὸν ὁμολογοῦσι τὸν αὐτὸν, καὶ ἐκδιδόντα γε πρὸς τὴν ἐκείνου βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγὰς καὶ πτήσεις αὐτῶν, ἢ κατὰ λαιὰν χεῖρα, ἢ κατὰ δεξιὰν id est, *Coruum sacrum & Apollinis pedissequum esse dicũt, ideoq; diuinationis signis præditum eum fatentur. eiusq; clamoribus auguria captant, qui auium sedes & clamores & volatus ipsarum a dextra & sinistra obseruant. Fabulantur hunc famulum Apollinis aliquando fuisse. indeq; sacrum appellatum, vt eius voci diuinatio quoque insit.* vnde in his obscurũ, cur hoc peculiari epitheto sit donatus, vt *sacer ales* appelletur, quod comprobans Silius Italicus *Phœbeam* alitem hinc vocat.

CAPVT XXI.

Variatũ ab Historicis & Æschylo in nomine eius Magi, qui interfecto Cam̄byse sub persona fratris Cambysis, regnum Persarum arripuit: inibiq; auctorum dissentientes narrationes allatæ: & error scholiorum Æschyli discussus.

NOta est tum apud Herodotum tum etiam apud alios historia, Cambyse mortuo, Magos arripuisse imperium Persarũ; quendamq; suæ professionis auribus carentem regem cõstituisse, qui septem mensib. ss imperauerit: huncque in occulto latentem pro fratre Cambysis habitũ, quem tamẽ Cambyses per Praxaspen, vt vult Herodotus, interfici curauerit. Hũc igitur e Magorum genere *Smerdin* vocat: qua in re tamen non consentiunt auctores. Nam Trogus siue Iustinus libro primo eundem *Horopasten* vocauit: Ctesias vero Cnidius in Persica historia *Sphendadacem*. Fratrem vero Cambysis, sub cuius persona regnauit Magus, cuiusque nomen reticet Herodotus, *Tanyoxarcem*: longeque aliam narrationem huius rei contexuit quam aut Herodotus aut Trogus; quæ adhuc in ipsius Epitome legitur, scribitq; eum Τανυοξάρκην a fratre Cambyse clanculum interfectum, & caput illi mortuo ademtum. Inductum autẽ Cambysen calumnia Magi Sphendadatis nomine, qui a Tanyoxarce fuerit aliquando verberibus cæsus, & eo mortuo τὴν ἐκείνου στολὴν ἀμφιεσθῆναι τὸν μάγον. ὥστε καὶ τῇ ἀμφιάσει νομίζεσθαι Τανυοξάρκην. καὶ γίνεται τοῦτο, αἷμα γὰρ Ταύρου ὁ ἐξέπιεν, ἀναιρεῖται Τανυοξάρκης, ἀμφιάζεται δὲ ὁ Μάγος, καὶ νομίζεται Τανυοξάρκης, καὶ λανθάνει πάντας ἐπὶ πολὺν τὸν χρόνον πλὴν Ἀρτασύρα καὶ Βαγαπάτου καὶ Ἰξαβάτου. τούτοις γὰρ μόνοις Καμβύσης ἐθάρρησε τὴν πρᾶξιν. id est *Eius amictum induisse Magum sic vt ex habitu existimaretur esse Tanyoxarces, quod ad hunc modum factum est. Tanyoxarces enim interemtus est Taurino sanguine, quem ebibere coactus est: indutus igitur Magus illius vestes, rati sunt omnes illũ esse Tanyoxarcem: omnibusq; per multũ tempus, ea res clam fuit, præterquã Artasyra & Bagapata & Ixabata, quibus Cambyses negotium ausus est credere.* Missus autẽ ad Bactrianos sub nomine Tanyoxarcis, gubernauit eam gentem vsque ad mortem Cambysis. Subdit deinde Ctesias: θύει ὁ Καμβύσης, καὶ τῶν ἱερείων σφαζομένων αἷμα οὐκ ἀπορρεῖ, καὶ ἀθυμεῖ, καὶ τίκτει αὐτῷ ἡ Ῥωξάνη παιδίον ἀκέφαλον καὶ πλέον ἀθυμεῖ. καὶ οἱ Μάγοι λέγουσιν αὐτῷ τὴν τῶν τεράτων δήλωσιν, ὅτι οὐ καταλείψει τῆς ἀρχῆς διάδοχον. καὶ ἐφίσταται αὐτῷ ἡ μήτηρ ἐν νυκτὶ ἀπειλοῦσα τῆς μιαιφονίας, καὶ πλέον ἀθυμεῖ. ἀφικόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα καὶ ξέων ξυλάριον μαχαιρίῳ διατριβῆς χάριν παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μῦν, καὶ ἑνδεκαταῖος τελευτᾷ. id est, *Sacrificat Cambyses, e victimisque mactatis sanguis haud profluit. Exanimatus inde cum esset, peperit ei Roxane puerulum absque capite magisque inde exsternatus est. Magi aperiunt illi monstrorum istiusmodi significationem, quod nimirum non relicturus esset post se regni successorem.*

Aditi-

Addidit præterea illi in somnis nocte mater cædem minitata, quæ res illum magis adhuc exanimauit. Abiens autem in Babylonem, cum secaret bacillum temporis fallendi ergo femur in musculo vulnerauit. Vndecimoq; post die decessit. Subdit deinde, vt Sphendadates Magus inualerit regnum sub Tanyoxarcis nomine & habitu. vtque septẽ Persæ in eum conspirarint, quorũ nomina Ὀνόφας Ἰδέρνης Νορονδάβατης, Μαρδόνιος, Βαρίσσης, Ἀταφέρνης, καὶ Δαρεῖος ὑστάσπου. οὗτοι ἀλλήλοις πίστεις δόντες προσλαμβάνονται, καὶ ὁ Ἀρτασύρας εἶτα καὶ ὁ Βαγαπάτης, ὃς τὰς κλεῖς πάσας τῶν βασιλείων εἶχε. καὶ εἰσελθόντες διὰ τοῦ Βαγαπάτου οἱ ἑπτὰ εἰς τὰ βασίλεια, εὑρίσκουσι τὸν Μάγον παλλακῇ Βαβυλωνίᾳ συγκαθεύδοντα, ὃς ἐπεὶ εἶδεν αὐτοὺς ἀνεπήδησε. καὶ μηδὲν εὑρὼν τῶν πολεμικῶν ὀργάνων (πάντα γὰρ ὁ Βαγαπάτης λάθρα ὑπεξήγαγε) δίφρον χρυσοῦν συντρίψας καὶ λαβὼν τὸν πόδα ἐμάχετο. καὶ τέλος κατακεντηθεὶς ὑπὸ τῶν ἑπτὰ ὁ Δαρεῖος, ἐβασίλευσεν, καθὰ συνέκειτο ἀλλήλοις, τοῦ ἵππου μηχανῇ καὶ τέχνῃ, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος πρὸς ἀνατολὰς ἐξελθὼν χρεμετίσαντος. ἄγεται τοῖς Πέρσαις ἑορτὴ Μαγοφονίας καθ' ἣν Σφενδαδάτης ὁ Μάγος ἀνῄρηται id est. *Onophas, Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Ataphernes, Darius Hystaspis. Hi cum sibi mutuo inuicem fide dedissent, adsumitur ab ijs & Artasyras, deinde Bagapates, qui claues foriũ totius regiæ habebat a quo in regiam intromissi hi septem, inuenere Magum dormientem vna cum pellice Babylonia. qui vt septem illos est conspicatus, lecto exsilijt, neque quidquam armorum inueniens quibus se tueretur, (cuncta enim Bagabates clanculum abstulerat) sedile aureũ conterens pedemq; eius arripiens se pugnando defendit. ad extremum deniq; a septem confossus, Dario dum equo qui machinamento quodam cum Sol primũ oriretur primus hinnitum ediderat, prælato. Agitur ob id Persis festum quod Magophonia siue cædem Magorũ appellant, ob Spendadatem Magum interfectũ.* Hæc Ctesias, quæ quam distent ab aliorum narratione, quiuis facile videt. Meminit & Æschylus in Persis huius Magi, qui tamen illi Μάρδος dicitur, nisi vitium sit codicis & Σμέρδις legendum. Versus auctoris hi sunt:

Κύρου δὲ παῖς τέταρτος ηὔθυνε στρατόν.
πέμπτος δὲ Μάρδος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ
θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι· τὸν δὲ σὺν δόλῳ
Ἀρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις.
Cyri filius quartus rexit exercitum.
Quintus vero Mardus regnauit probrum patris
Prisciisq; ædibus regni vetustis. hunc dolo
Artaphernes interfecit vitilis: ædibus, regijs supple.)

Quem locum exponens eius Poetæ Scholiographus; Καμβύσης (inquit) ἀδελφὸς δὲ κατὰ Ἑλλάνικον Μάρφιος καὶ Μέμφιδος. ἡ γραφὴ ἡμάρτηται, τὶς γὰρ ἐπιγενόμενος τῇ Καμβύσου ἀρχῇ, Μάγος ὢν οὐδεὶς. Μαρδὸν ἐπώνυμον, οὔτε ὄνομα μέν ποτε συνέγραψεν. Μαρδὸς αἰσχύνη πάτρᾳ. *Cambyfis, inquit frater fuit secundum Hellanicũ Marphis & Memphidis, quo circa peccatum est in scribendo, qui enim post Cambysis impe-*

vium in regno locutus est, magus fuit, quem nemo Mardum vnquam vocauit, neq; genus nec nomen eius vsquam prodidit. Quocirca minime scribendum Mardus pudefacit patrem. Ex his liquet, aberrasse Scholiasten, qui vitio & errore codicis ductus, falso nomen magi illius nusquã haberi, scripsit: cũ Herodotus illum *Smerdin*, Trogus proprio nomine *Horopasten*, Ctesias, vti diximus, *Tangoparcen* illum vocarint; Æschylo autem *Mardus* siue cum Herodoto *Smerdis*, quibusdam autem codicibus *Smergides* dicitur: adeo vt scholia hic minime sint recipienda. Quod autem ad *Artaphernem* Æschylus Magi interfecti decus refert; sciendum Ctesiæ hunc vnũ esse (vti diximus) e septem, qui pulcerrimum hoc facinus perpetrauerunt. Sed de iis hæc hactenus.

CAPVT XXII.

Carmen notissimum positum apud Euripidem in initio Orestis, videri de Æschylo mutuatum: Tum quæ sit vtriusque sententiæ differentia.

NOta illa est & grauitatis plena sententia, quæ est apud Euripidem, initiũ faciens tragœdiæ Orestis, quę tãtopere Socrati placuit (si Diogeni Laertio credimus) vt illam semel iterum, ac tertio recitatorem repetere coegerit. Quã item M. Tullius in Tusculanis nõ inconcinne vertit, (quicquid sibi nimium placentes quidam interim reclament) quæ se hoc modo habet:

οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὡδ' εἰπεῖν ἔπος
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Cuius ea sentẽtia est, vt dicat *nullum tam graue, horrendum, aut dirum esse malum, siue sit affectus animi quiuis, seu diuinitus illata calamitas, cui nõ humana natura subiecta sit.* Hanc inquam sententiã vt pleraq; alia, idem Euripides videtur esse mutuatus, de aliis duabus Æschyli sententiis, in Persis: quarum prior sic se habet:

ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν
θεῶν διδόντων.— Altera vero:
ἀνθρώπεια δ' ἄρθι πήματ' ἐντύχοι βροτοῖς
πολλὰ μὲν ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσου κακὰ
γίνεται θνητοῖς, ὁ μάσσων ἢν βίος ταθῇ πρόσω.

Minus aliquando hic noster, qui *diuinitus illatis malis nos subiectos adserit, quorum plurimis sit subdita natura humana, his in terra, illis in mari homines infestantibus. Optimam autem esse vitam, quæ magis ab his remota sit.* Plenius Euripides, qui omnibus, quæ excogitari possunt malis, humanam naturam subiicit. Hic tantum pluribus cum diuinitus illatis, tum & terra & mari vndiquaque in nos ingruentibus. Vt appareat Euripidem Æschyli sententiæ aliquid voluisse adiicere; nihil omittendo malorum, cui non obnoxia esset misera mortalium conditio, iuxta Prophetam Hiobum,

quæ

qui dixerit, *hominem natum de muliere, breui viuentem tempore, repleri multis miserijs* Adeo vt non importuna videatur illa Sidonii Apollinaris Poetæ non pessimi exclamatio:

O necessitas abiecta nascendi;
Viuendi misera, moriendi dura!

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber II.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Homerum, antiquiores se vates sequutum, inibiq; Pampho vetustissimi Poetæ carmen adlatum, quod Homerus imitatus sit, idque emendatum.

Aiunt Vergilium Maronem si quando Ennii carmina lectitaret, dicere solitum, *E sterquilinio se aurum colligere*: Vergilius enim non modo Ennii, sed Næuii quoque horridissimi vatis, tum Liuii Andronici aliorumq; ante se veterum versus æmulatus, tersiores illos ac nitidiores melioresq; reddidit: sicuti Donatus, Macrobius, Seruiusq; de eo memoriæ prodidere. Nec Latinos solum, sed etiã Græcos: imprimis Homerum, Hesiodum & Theocritum: aliosq; non tam magnę auctoritatis permultos, imitatus, & æquis propemodum passibus strenue sequutus est: sic vt carminum illorum non modo venustatem, sed maiestatem quoque & sublimitatem, Latinis suis versibus ita expresserit, vt multorum iudicio non modo paritas, similitudoque inter eos sit, sed etiam in multis eosdem superarit, & post se reliquerit: vnde Zoilorum morsus, & prauorum sinistra iudicia, minime effugere potuit: qui illum vt furem, & alienorum carminum non compilatorem solum, sed & deprauatorem haud sunt veriti incessere. Qui tamen dum illum insectantur, Homerũ Poetarum ducem & principem pariter suggillant: quem in hac quoque re pro exemplo habuit Vergilius. Vt enim hic noster, Næuii, L. Andronici, Q. Ennii, Lucretii, aliorumq; antiquorum Poetarum indolatos & informes versus velut a squalore & sordib⁹ perpurgauit, suaq; lima nitidiores tersioresq; perpoliuit, ad amussim iam leuigatos ac politos pro sua iam fœtura edidit: ita Homeri diuinum illud ingeniũ, ab iis, qui ante se fuere vatibus plurima mutuatũ, meliora ea omnia, & ex rudibus & im-

politis quodammodo diuina effecit. Nam vt taceam Corinnū Ilienſem poetam, e cuius de illo poemate Homerum defloraſſe ita volunt, qui idem Dardani bellum & contra Paphlagonas geſſit. tum Daretem Phryga cuius Phrygiam Iliada ætate etiamnum ſua extitiſſe narrat Ælian. tum Oræbantium Troezeniū & Melelandrum, qui Centaurorum & Lapytharum pugnam cōſcripſit: Phæmium præterea & Demodorum quos omnes ante Homerū fuiſſe, & præclara poemata condidiſſe memorant: quorum ſe i carminibus ſeu inſtitutione adiutum eundē volunt. Tum certe Orphei & Pampho vatum antiquiſſimorū, Heſiodi etiam vt nonnulli putāt ſynchroni ſui, aut ſe paulo maioris, verſibus haud abſtinuit: quos tamen ita interpolauit, ita affabre quaſi refinxit & nouos fecit, vt oſtenderit ſe iis ipſis horum auctoribus doctrina, ingenioq; fuiſſe eminentiorem. Cui rei (ne diutius lectorem ſuſpenſum animo teneamus) abunde magnum & clarum teſtimoniū dabit, iucundiſſimus ſcriptor Philoſtratus Lemnius, ille ne ſenior, an alter eius ex matre nepos, non minus quam ille prior lepidus & diſertus, nihil hic refert, quando vterq; pari dicendi gratia & venuſtate pollet. Is igitur in Heroicis, libro ita nominato, de ea re ad hunc modum ſcribit: τὸν ὅμηρον φησὶ ξένης καθάπαξ ἁρμονίας μουσικῆς πάσης ψῆλαι τοὺς ποιητικοὺς τῶν τρόπων, καὶ τοὺς ποιητὰς, ἐφ' οἷς ἐσχύοντο ὑπερβάλλεσθαι πάντας ἐν ὅτῳ ἕκαστος αὐτῶν κρείττων. μεγαλοφρονεστέραν τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν ἡσίοδον, ἄλλα τε ἄλλον. καὶ λόγον μὲν ὑποθέσθαι Τρωϊκὸν, ἐς ὃν ἡ τύχη τὰς πάντων ἡλικίας τε καὶ Βαρβάρων ἀρετὰς ξυνήνεγκεν. ἐσαγαγεῖν δὲ ἐς αὐτὸν πολέμους, τοὺς μὲν πρὸς ἄνδρας, τοὺς δὲ πρὸς ἵππους, καὶ τείχη: τοὺς δὲ πρὸς τὰς μούσας, τοὺς δὲ πρὸς ποταμοὺς, τοὺς δὲ πρὸς θεοὺς, καὶ θεάς, ὁπόσα κατ' εἰρήνην εἰσὶ καὶ χορούς, καὶ ᾠδάς, καὶ ἔρωτας, καὶ δαῖτας, ἔργα τε ἃ γεωργία ἅπτεται. καὶ ὥρας αἳ σημαίνουσιν ὁπόσα χρὴ, ἐς τὴν γῆν πράττειν. καὶ ναυτιλίας, καὶ ὁπλοποιΐαν τὴν ἐν ἡφαίστου· εἴδη τε ἀνθρώπων, καὶ ἤθη ποικίλα. ταῦτα πάντα τὸν ὅμηρον δαιμονίως ἐξειργάσθαι φησὶ, καὶ τοὺς μὴ ἐπαινοῦντας αὐτὸν μεμηνέναι. Καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἰκιστὴν Τροίας ἐπειδὴ οὐδὲν κινούμενον ἐκ τῶν ὁμήρου ἐπ' αὐτῇ θρηνῶν. θαυμάζει δὲ αὐτοῦ καὶ ὁπόσα ἐπίθετα τοῖς ὀνόμασιν, ἐπιμὴ τραχέως διορθοῦται ζητεῖ, ἀλλ' οἷον ἐκλαμπύνων. ἰσοῦσθαι μὲν ἐν πολλοῖς τὸ σὺν ὀλίγοις, καὶ νὴ δί' ἐν τοῖς ἐκτυπώμασι τῶν ἀσπίδων ἑρμηνεύων. γὰρ οὕτως ποτε τὴν τοῦ κύκνου ἀσπίδα τὸ τῆς Γοργοῦς εἶδος ὑπάγειν τε καὶ οὐ ποιητικῶς ἔχον. ὅθεν ἐπιστρέφων αὐτὸν ὁ ὅμηρος:

> Τῇ δ' ἐπὶ μὲν γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
> Δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ δεῖμός τε φόβος τε,

οὕτω σὺ τὴν Γοργὼ ᾄδει. Ὀρφέα δὲ ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ θεολογίαν ὑπερβεβλῆσθαι. Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς χρησμῶν. καὶ μὴν καὶ Πάμφῳ σοφὸς μὲν ἐνθυμηθῆναι τοῦθ' ὅτι ζεὺς εἴη τὸ ζωογονοῦν, καὶ δι' οὗ ἀνίσχεται ἐκ τῆς γῆς πάντα. εὐήθης δὲ χρήσασθαι τῷ λόγῳ, καὶ κατολιγωρημένα ἔπη ᾄδειν οἷα ἄλλος. ἔστι γάρ τι τοῦ Πάμφω ἔπη

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν εἰλυμένε κόπρῳ.
Μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ καὶ ἡμιονείῃ.

τὸν Ὅμηρον ὁ Πρωτεσίλεως φησὶν ἐπάξιον τοῦ Διὸς ᾆσαι ὕμνον· Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων ὡς οἰκοῦντος μὲν αὐτοῦ τὰ καθαρώτατα, ἐγγελῶντος δὲ ἔμβια τὰ ὑπὸ τῷ αἰθέρι· καὶ τὰς μάχας δὲ ὁπόσαι τῷ Ποσειδῶνι μὲν πρὸς Ἀπόλλω, Λητοῖ δὲ πρὸς Ἑρμῆν ἐγένοντο, καὶ ὡς ἐμάχετο ἡ Ἀθηνᾶ τῷ Ἄρει, καὶ ὁ Ἥφαιστος τῷ ὕδατι, ζηλῶσαι τὸν Ὀρφέως τρόπον πεφιλοσοφῆσθαι τὸν Ὅμηρον φησὶ καὶ συμμεμῖχθαι εἶναι πρὸς ἔκπληξιν, καὶ θεῖα, ὥσπερ τὸ ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, καὶ αἱ πηδῶσαι ἀϊδωνεὺς τοῦ θρόνου ὑπνοσομένης τῆς γῆς ἐκ Ποσειδῶνος. id est. *Homerum aiunt, o hospes, harmonia musica omnes tum morem Poeticum secutos, tum etiam poetas, qui ante se fuerunt, tractasse, tum etiam vicisse & excelluisse, fuisseque eorum omnium præstantissimum, magniloquentiam, supra Orpheum sua exornasse, Hesiodum suauitate orationis superasse, alijsque dotibus alios. pro argumento operis sibi proposuisse sermonem de Troia, in quem fortuna omnium Græcorum Barbarorumque virtutes in vnum coegit. Introduxit in eum bella partim quidem hominum, partim quidem equorum, tum etiam quæ oppugnationibus murorum fierent. tum etiam ea, quæ ad musas pertinerent tum ad flumina deosque & deas, quæq; ad pacem pertinerent, & choros, & cantus, amores, & conuiuia Tum etiam ea opera, quæ ad agriculturam spectãt; & tempestates quæ significant cuiusmodi in terra oporteat operari, & nauigationem, tum etiam armorum quæ per ignem fit, fabricam Præterea varias hominum figuras & mores, Hæc omnia Homerum diuine perfecisse tradunt; planeq; insanire, qui erga ipsum amore nõ adficiantur: vocat autem illum Troiæ* ἀκιστὴν, *id est frequentatorem, qui illam inhabitandam & frequentem ciuibus faciat, eo quod celebrior & famigeratior facta sit his lamentis, quæ de ea idem conscripsit. Admiratur autem hoc in eo, quod quæcunq; in consimilis artificij Poetis reprehendenda duxit, minime aspere sit insectatus, sed ita corrigens, vti latere reprehẽsio videatur. Hesiodum vero tum in alijs haud paucis, tum certe in exprimendis formis atque effigiebus clypeorum. enarrans enim hic Ascræus Cygni clypeum, Gorgonis effigiem supine neq; admodũ Poetice cecinit. quem inuertẽs & emendans Homerus in hunc modum extulit.*

Huic Gorgo terribili aspectu coronabat
Horrendum intuens, circum erant terror & metus.

Ad hunc enim modum Gorgona carmine expressit; Orpheum autem in multis, quæ ad Theologiam attinent, præcelluit. Musicum vero in canticis oraculorum & Pampho quidem sapienter & considerate canentis, quod Iuppiter animalium omnium vita largitor sit. per quem omnia e terra, prodeant modestiore vti volentis sermone, abiectioresque versus in Iouem (quam par est) canentis, sunt enim eius Pamphoi versus.

Iuppiter summe maxime diuum comprehense stercore,
Tum ouium, tum equorum, tum mulorum.

T 4

At Homerus ex his dignum Ioue cecinit hymnum: Iuppiter illustris ac maxime, habens nigras nubes æthera incolens, veluti qui inhabitas cœli purissimum locum, animata omnia perficiens, quæ sub æthere sunt. Tum autem pugnas cecinit, quascunque Neptunus cum Apolline iniјt, aut Latona cum Mercurio fuere, aut quas depugnauit Minerua cum Marte; aut Vulcanus cum agnis, hæc Homerus Orphei morem sequutus, philosophatus est inquit: neque reprehensis alia tanquam ad stuporem incutiendum conscripta, sed diuina, vti illud Circum autem tuba insonuit magnum cœlum, & exsilit e throno suo Aidoneus conuulsa a Neptuno terra. Quæ mellitulis verborum globulis, vt cũ Petronio Arbitro loquar, his Atticissimus suauissimusque Sophista veluti torno delineauit. Vinitoris nimirum persona introducta, quæ vt a Protesilao heroe accepta, hospiti admirabundo nimium quam lepide denarrat. Quæ ab elegantissimo auctore ingeniose excogitata, vberrimam laudem summi Poetæ continent. Qui non secus, quam lucidum solis iubar, quod dum oritur reliqua sidera obscurat, ita ille omnibus ante se Poetis tenebras induxit; reliquisque subsequuturis tanquam candens claraque fax præluxit, præmonstrauitque quod scribendi iter ingredi sequique assidue insistendo deberent. Vt non immerito a non inelegante vate de eo scriptum sit:

Aspice Mæoniden, a quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pierijs ora rogantur aquis.

Hunc noster Maro seu αὐτίτυπον exemplarque clarissimum sibi imitandum proponens, Poeticæ opus vndique absolutum effecit, posterisque reliquit. Qui & ipse nihil dubitauit, antiquorum (vt diximus) rudia inpolitaque inuenta in suum vsum transferre, Homeri præcipue, cui an superior, dubitarit forte aliquis, par interim merito censendus. Hac via iisque tramitibus institere posteri, qui Poetæ nomen obtinere sunt visi. Hic enim est ille diuinus Homerus 1.

——A cuius ore profuso
Omnis posteritas latius in carmina duxit.

vt sidereæ scientiæ scriptor & vates Manilius cecinit. Sed vt ad *Pamphus* carmen redeamus a Philostrato superius aduocatum: neminem lateat hoc ipsum tum in Eusebii præparationis Euangelicæ libris, tum in D. Gregorii Nazianzeni prima in Iulianum steliteutica oratione, *Orphei titulo* citari, mendosum & lacerum, vt in vulgatis libris, habetur, nimirum hoc modo:

Ζεῦ κύδιστε μέγιστε θεῶν εἰλυμένε κόπρῳ,
ὅσσῃ τε μηλείῃ, ὅσσῃ τε ἱππείῃ, ὅσσῃ τε ἡμιόνων.

Sed rectius castigatiusque legi apud Philostratum eo quo diximus modo, quiqui exactiore iudicio eos versus acrius expenderint, facile

tile testabuntur. Ita enim habet Aldinus quoque codex, cuius olim mihi copiam dum in viuis esset, fecit Petrus Megangus vir emunctissimi ingenii, mihique amicissimus, cuius humanissimorum & suauissimorum morum dum recordor, nequeo me continere, quin desiderio ademti amici torquear, qui præter reliqua officia mihi exhibita, hoc summum addidit, quod filii mei Ioannis instituendi curam sibi desumsit; quam ei rei summam impendit; sic vt ingratus merito iudicandus sim, si eius memoriā excidere ex animo meo paterer. Sed viuit is viuetque tum superis, tum etiam in hominum memoria, quam ille tot e iuuentute præclaris ingeniis recte institutis, totq; rebusp. talib. officiis hac re sibi demeritis, tum æditis de re Grammatica doctissime a se conscriptis versib. atq; exactissimis libris promeruit: sicvt quemadmodū litteræ in pretio apud homines erunt, illius quoq; nomen victurū sit, & permansurum. Sed prioribus hæc addamus, quoniam de *Pampho* mentionem fecimus, nomen id a Philostrato vt indeclinabile efferri ὁ παμφὼ τοῦ παμφώ; quemadmodum Pausaniæ (qui eius tum alibi, tum in Atticis & Bœoticis cōmeminit) per casus inflecti, *Pampho, Pamphus*, vt *Sappho Sapphus*. Scripsit autem, vt idem Pausanias testis est, hymnos antiquissimos in Cererem, Dianam reliquosque Deos & Deas, quorum testimonio is non semel in suis adstruendis, vsus est.

CAPVT II.

Hesiodum de Orpheo & aliis poetis pleraq; mutuatum, argumentisq; operum suorum inseruisse, ibiq; ex Orphei ἔργων καὶ ἡμερῶν *libro versus aliquot delibati.*

QVod de Homero in præcedenti capite diximus, illum a prioribus ætate poetis quædam mutuatum, quæ perfectiora redderet; idem quoque de Hesiodo dicere licet: qui illud suorum operum præstantissimum, quod ἔργα καὶ ἡμέρας hoc est, *operam & dies* inscripsit, non sine exemplari absoluit, Orpheum antiquissimum vatem æmulatus, qui & ipse paris argumenti parisq; inscriptionis librum composuit: e quo hos versus refert Ioannes Tzetzes illius scholiastes, & primum initium Orphiei operum tale fuisse scribens

εἰδὲ γεωπονίας σε φιλόμβροτον ἵμερος αἱρεῖ
καί τ' ἐπὶ χρυσείης γενεῆς ἐντύνεαι ἔργα
γείαν ἐπὶ ζείδωρον ἄγων δυσκάμπτεις ἀρότρους.
ἤ γε ῥεῖς, ἐνὶ κλήμασι μεθυμναίου λελίησαι
καί τ' ἔμεναι καὶ λαρὸν ὀπώρης εἶδαρ ἑλίσσειν,
ἱμείρῃ σκάπτειν τε λαχαίνειν ἀμφοτέρων αἶαν
αὐτίκα δή τοι πᾶσαν ἐπιτομίην καταλέξω
* ὅπως αἰὲ παντοῖα σελήνη πεπύθοιο
ὀμπνιάσσῃ, δήμητρος ἀερσινόοιό τε βάκχου.
* δῶρ' ἀναπεμπέμεναι, καὶ ἐπὶ ἐτήσιον ὄλβον ζωπίζειν.

Solutum

Si te capit dulcedo agriculturæ amantis diuinitatem,
Operaq; adornare supra auream ætatem
Agens aratrum decenter incuruum in fertilem terram.
Sarmentumq; Methymnæ vitis in scrobes
Deponere, & dulcē fructuum vber capere,
Desideratoq; ligone terram incorruptibilem fodere
Omnem tibi deinceps rei veritatem recensebo.
* *Quonam pacto Pandia luna si viderit*
Frugifera tibi Cereris & vehementis intellectus
* *Munera recipere & diuitias acquirere possis.*

At dies eius siue ephemerides h c pact incip unt:

Πάντ' ἐδάης Μουσαῖε θεοδρόμε, εἰ δέ σ' ἀνώγει,
θυμὸς ἐπιστυμίης μοίρας μηνὸς κατὰ μοίρας ἀκοῦσαι,
ῥεῖά γέ τοι ἐξερέω· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν
οἵην τάξιν ἔχοντα κυρεῖ, μάλα γὰρ χρεώ ἐστιν
εἰδέμεναι. ὡς αὕτη παρέχει κλέος ἄν τύχῃ μήνης.

Idest:

Cuncta didicisti Musæe Dei cultor quod si te iubet
Animus cuiusq; mensis per partes officium audire,
De facili hoc tibi eloquar, tu vero in mente tua reconde,
Cuiusmodi ordinem habens valde vtile est id
Nosse prabetq; is laudem mensis circulo.

Dion Chrysostomus, in oratione de regno prima, dicit Hesiōdum cum non ignoraret vires suas, quod inferior esset Homero, quod cum de heroibus caneret, ipse fecerit mulierum catal. gum & reuera ipsa gyneceum quasi hymnis celebrauerit, concedens Homero viros celebrare. Opus autem illud quod de mulieribus inscripsit, μεγάλας ἠοίας appellauit. Alii tamen illud de puella ab Hesiodo adamata conscriptum volunt; quæ ἠοίη diceretur. Sed vt ad propositum redeamus, scripsit ante Hesiódum quoque Orpheus Theogoniam, e qua pleraque Hesiodus mutuatus sit, præcipue carmina illa de Saturno vt auctor est Clemens Alexandrinus Stromatum libro sexto, & illa quæ de Milampode ex Musæo sumsit: verba autem Clementis, sunt hæc: εὕροις δ' ἂν καὶ ὅμηρον, τὸν μέγαν ποιητὴν ἐκεῖνα τὰ ἔπη. οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης καὶ τὰ ἑξῆς κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ' ὀρφέως ἐκ τοῦ διονύσου ἀφανισμοῦ, αὐτὰ τῇ θεογονίᾳ ἐπὶ τοῦ κρόνου ὀρφεῖ πεποίηται.

καὶ τ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα
—— κὰδ δέ μιν ὕπνος
ᾕρει πανδαμάτωρ. ταῦτα δὲ
ὅμηρος ἐπὶ τοῦ κύκλωπος μετέθηκεν,
ἡσίοδός τε ἐπὶ τοῦ μελάμποδος ποιεῖ·
ἡδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
ἀθάνατοι. δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές

καὶ

ἐπιλέξεις, περὶ μυωπίας λαβὼν τῇ μιν τῇ χθ λέξιν. Hoc est: *inuenerit & Homerum magnum illum poetam versus illos*

Atq; vt vir nutrit ramum viridantis oliuæ

Et quæ deinceps consequuntur, ad verbum
Transtulisse ex Orpheo de
Dilecto Dionysio. Et quæ ab Orpheo in
Theogonia facta sunt de Saturno:

Atq; is transuersa crassa ceruice iacebat,
Illum cuncta domans & somnus ceperat,

Ea Homerus transtulit ad Cyclopem. Hesiodus autem facit de Melampode:

Facta autem a superis quæ sunt parere lubenter
Par Homines, praui atq; mali clarissima sunt hæc
Signa ——

Sed adeo hoc non nouum, vt nullus inueniatur scriptor, qui non quidpiam de alio sit mutuatus vereor dicere, suffuratus sit: Vt manifestum fit ex Clemente & Porphyrio de studioso auditu apud Eusebium.

CAPVT III.

Vergilium non omnia de Homero & claris poetis mutuatum. Sed nonnulla etiam de Cyclicis obscurisq; sumsisse, inibiq; de Chorœbo, & alys quibusdam historice ab eo commemoratis.

VErgilium de Homero, Hesiodo, Theocrito, Euripide & vt Latinos quoq; attingã Ennio, Pacuuio, Lucretio plura mutuatum, & in sua opera transtulisse, neminem latere puto, qui quidem Macrobium, Gellium, Seruium, aliosque eius farinæ scriptores perlegerit. At nos non modo de solis nobilibus scriptoribus, sed etiam de ignobilibus & obscuris & Cyclicis illum pleraq; desumsisse audacter & confidenter asserimus. Quale imprimis est illud quod de Corœbo cecinit:

Et lateri adglomerant nostro iuuenisq; Corœbus,
Mygdonides illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusq; ferebat,
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentibus
Audierat ——

Seruius id ex Euphorione Vergiliũ ait decerpsisse. At nos id quod verius est ex poemate quod *Minxas* inscriptum est desloratum esse contendimus, in quo ea quæ circa Iliada & Odysseã contigere, describuntur. Vnde etiã Polygnotus ille memorabilis pictor argumenta eorũ hausit quæ in porticu Lesche apud Delphos depinxit. Quod cũ alias, tum testimonio Pausaniæ in Phocicis optime dilucet. Sic enim ille: ὑπὲρ δὲ ἠιονίας καὶ ἀδμήτου, (pictos scilicet in Lesche) κόροιβος ὁ μύγδονος, τούτου μνῆμά τε ἐπιφανὲς ἐν ὅροις

πεποίηται Φρυγῶν ἐς στεκτορηνῶν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ποιηταῖς Μύγδονας ὄνομα ἐπὶ τοῖς Φρυξὶ ἐφ' ἡμῶν καθέστηκεν. ἀφίκετο μὲν δὴ ἐπὶ τὸν Κασσάνδρας ὁ Κόροιβος γάμον, ἀπέθανε δὲ ὡς μὲν ὁ πλείων λόγος ὑπὸ τοῦ Νεοπτολέμου, Λέσχεως δὲ ὑπὸ Διομήδους ἐποίησεν. Id est: *Supra Eionea & Admetum depictus est Coroebus Mygdonis filius, huius illustre constructũ est monumẽtum in finibus Phrygum in Tectorinis, loci id nomen, inde vsitatum poetis vti Phrygas Mygdonas appellent. Vt Cassandræ nuptijs poteretur Troiam venerat hic Coroebus. Interfectus est autem vt multorum sermonibus commemoratum est a Neoptolemo, Vt vero a Lesches auctore, a Diomede.* Iam quod Sinonem quoque introduxerit Vergilius, inde quoque desumtum est. Sed & Charontis nomen & Genius inde emanauit. Nimirum, secundum eundem Pausaniam, ex hoc poemate & Polygnoti tabula ceu pictura in Lesche. Nam vt alibi ostendimus, Charontis nomen a vetustissimis poetis nuspiam est celebratum: Sed ab hoc poemate & pictura initium sumsit. Quin pleraque argumenta inferorum a Vergilio in sexto commemorata, ab hac Poesi itidem tracta sunt. quale illud de Theseo.

——*Sedet æternumq; sedebit, Infelix Theseus.*

Quod ipsum tum ex hoc poemate, tum ex Pangaside accepit, vt idem Pausanias indicat, sic scribens: *Paulo sub Vlysse inferius solio insidet Theseus, qui gladium & suum & Pirithoi ambabus manibus tenet. Pirithous qui gladios aspicit. Succensere enim gladijs crederes tanquam inutiles eis, & ad edenda facinora nullius emolumenti fuerint* Deinde subdit: Πανύασις δὲ ἐποίησεν ὡς Θησεὺς καὶ Πειρίθους ἐπὶ τῶν θρόνων παρέχοιντο, σχῆμα οὐ κατὰ δεσμώτας, προσφυῆ δὲ ἀντὶ τῶν χειρῶν αὐτῶν δεσμῶν σφίσιν ἔφη τὴν πέτραν. Id est. *Panyasis vero conscripsit Theseum & Pirithoum in solijs considentes, non eorum, qui in vincula coniecti sunt formam exhibuisse: Sed petram ipsis pro vinculis fuisse, cum ita essent corpore allegati, vt auelli inde nunquam potuerint.* Sed hæc de iis hactenus.

CAPVT IV.

Scriptores Cyclici *qui? Horatio lux infusa: tum de* Philegidæ poematiis, *& Metesagora.*

QVoniam autem superiore capite de ignobilibus scriptoribus mentionem facientes, etiam *Cyclicorum* meminimus, non absurdum fore arbitramur, si de *Cyclicis scriptoribus* paucula subinferamus, quando interpretum Horatianorum mira in ea re hallucinatio, enarrantium hunc Horatii poetæ in arte poetica locum:

Nec sic incipies vt Scriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Nam Acron & qui illum sequuti sunt (si modo ea sunt Acronis) per *Cyclicum poeta* nomen intelligunt proprium, aut *Antimachum* interpretantur, quod vt ait Porphyrio, sic materiam Thebaidos

suæ extenderit, vt XXIV libros impleret, antequam septem reges ad Thebas perduceret. Quod vt ineptum, ita certe ab historica fide alienum esse puto. Quin potius veteres *Cyclicos* appellauere, qui ea quæ circa Iliada & Odysseam erant, versibus de Homeri rhapsodiis consarcinatis decantabant; Puta Helenæ raptū, Achillis pueritiam & bella ante decennium Troicæ obsidionis gesta, reditum reliquorum Græcorum, & his similia. Huiusmodi erant & quæ *Cypria carmina* dicebantur, & μίνξας reditum Græcorum complectens poema, & τῶν νοστῶν scriptio. De quibus Cypriis Clemens in protreptico ad hunc fere modum scribit: *Accedat autem is quoq; qui scripsit poemata Cypriaca.*

Mortalis Castor mortemq; huic fata pararunt
Immortalis erat sed Pollux Martia proles.

Hoc quidem effinxit poetice. Homerus autem est eo fide dignior, qui dixit de vtroque castore & Polluce, &c. Quem locum scholiastes quidam antiquus exponens, ea adfert, quæ optime ad explicationē carminis Horatiani facere videntur. Cypriaca (inquit) *poemata sunt, quæ dicuntur Cyclica, continent aūt raptum Helenæ, ignoratur porro scriptor horum Cyclicorū. Cyclici aūt dicuntur, qui quæ sunt circa Iliad. vel priora vel posteriora, ex ipsis cōscripserūt Homericis.* Ex quib. ni fallor innotescit, quid sit *Cyclicus scriptor*, vtpote qui in rhapsodiæ morem, verbis & sententiis de Homero mutuatis, circa Iliad. aut Odysseæ materiam versantur, aut priora consectantes vel posteriora, cuiusmodi sunt quos hodieque habemus. Boluthus Thebanus, qui raptum Helenæ descripsit; Q. Calaber siue Simproneus cuius paralipomena siue derelicta ab Homero exstant; tum etiam Tryphiodorus Ægyptius Lycopolites qui Troiæ Halosin non inconcinno carmine descripsit; facie tantum historica ab Homericis recedentes, cuismodi scriptorem illum Cyclicum Horatianum fuisse apparet, licet non immerito vt ridiculum & ineptū ab eo taxatū proœmio suo vano & inaniter turgido id testante

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum

Quocirca per *vilem patulumq; orbem*, apud Horatium non aliud intelligo, quam pertritam huiusmodi cētonum ex Homero contractorum consarcinationem. Quam in priuatum ius ille trahet, qui multa rerum & sententiarum verborumque suppellectile instructus illam, vt imitatio non statim appareat nouerit variare, id quod si ab vllo alio, a Vergilio nostro vt ostendit Macrobius eximie præstitum est. Quod etiam ii recentiores Græci quos modo commemorauimus, non infeliciter tentauerunt. Nostræ autem huic sententiæ suffragari videtur & Porphyrio, doctus & accuratus interpres, vbi nec contaminatus nec trūcatus aut mancus est. *In eos*, inquit, *qui ad finem Iliadæ Homeri conscripserunt, ideo & patulum orbem dixit.* Id ita intelligo, vt dicat eo. Horatium notasse, qui derelicta ab Homero conscri-

plerunt, nimirum de Homeri versibus inconcinne factis centonibus, parum apte consarcinatis; Laudatur tamen ab Ouidio Æmilius Macer quod id non sine laude tentarit;

Tu canis æterno quicquid restabat Homero;
Ne careant summa Troica bella manu.

Interpres etiam Euripidis quo loco Argi mentionem facit, Dionysium quendam in vndecimo Κύκλων citat. Quin & *Cyclicorū poematum* subinde mentio fit in scholiis innominati interpretis Homeri, vt in commentario Iliados. 2. quo loco de *Pleiadibus & Orione* agit ἡ ἱστορία inquit παρὰ τοῖς κυκλικοῖς Quãuis autem ex Clementis Scholiographo supra recitauerimus *scriptorem cypriacorum ignorari*; constat tamen ex eodem Homeri Interprete Stasinum in initio primæ Rhapsodiæ, appellari *Stasimum* e cuius cypriis non paucos versus caussam origineq; belli Troiani exprimentes idem refert; quos alibi vbi res tulerit, referemus. Quin & Lycophronis interpres Isatius Tzetzes *Stasini* qui & Tarauaus ibi mendose legitur Cypriaca citat, cum de Nemesi & Leda mentionem facit, vbi appareat hunc priora Homeri prosequutum. Vnde non leui coniectura ducor, hunc a Cnæo Næuio latino carmine fuisse conuersum. E cuius Cypriæ Iliados libro primo hunc versum citat Flauius Sosipater Charisius

Collum marmoreum torquis gemmata coronat.

Ceterum quoniam in *Cyclicorum* mentionem incidimus non absurde dicentur carmina nulla varietate distincta, sed a principio ad finem eiusdem tenoris, sine interpellatione personarum aut rerum *Philegida poemata*, Quoniam vt Aristoteles tradit, in libro de diuinatione per somnum, talia Philegidas, quidam composuit *Insani* inquit; *quæ aliqua similitudine inter se connexa sunt, ceu Philegidæ poemata dicunt & meditantur, & ita cum principio quæ consequuntur connectentes.* Quem locum exponentes Themistius & Michael Ephesius, dicunt, poemata Philegidæ huiusmodi fuisse, vt nec personarum, nec narrationum disparilitate, interpolarentur? sed consequentia annexaque essent, & seriem quandam cohibilem continerent, & hinc facile audiri percipique potuisse. Vir quidam d ctiss. *Cyclicos* interpretatur *Dithyrambicos*, quod circulari choro vterentur: quod hic nullum habet locum; quod heroicis versibus cyclici scriberent, ac si de Venere quis ab initio dicens, ad exitum vsque premeret *Non enim in iis* inquit Ephesius, *vt apud Euripidē, nunc ab Hecuba transfertur ad Græcos oratio, nunc ab his ad seruum: sed de qua re sermo fuerit, puta de Venere in initio. omnia deinceps ad finem vsq; de eadem erunt.* Huiusmodi autem poema, vnius & eiusdem coloris appellare licebit: At Melesagoras Eleusinius vir, Athenis vixit, vt a Maximo Tyrio traditū est. hic nullas artes edoctus, inspiratus est a Nymphis (vt est Atheniēsiū sermo) & sapiēs euaserat & vates. Sed de his alias plura.

CAPVT

CAPVT V.

De Thyreatium certamine & Othryade nonnulla, & inibi sublata aliquot menda, e Lactantio Statij Papinij interprete. Tum Valerio Maximo lux infusa ex verbis Pausaniæ & Thesei Historici.

LActantius Placidus Grammaticus illustris, in Statium Papinium commentario scripsit luculentos. Adeo tamen iniuria temporum, & inscitia transcribentium depravatos, adlutis plurimis a barbaris indoctis nugamentis, vt vix inde interdum sensus vllus expiscari valeat: sicut & in illud eiusdem poetæ libr. 4.

Et Lacedæmonium Thyræ plectura cruorem

Historia, inquit, *interpres ille, sic habet: huius populi dum quondam bello inter se dissiderent Lacedæmones & Argiui & Lacedæmoniorum dux* * *Theriades cum suo exercitu tam prope victor esset, tamen graui vulnere iaceret, excepto antequam animam efflaret sanguine tropheū iussit attolli quod digito sanguine oblitterato scripsit.* Confusa hæc obscura, ac; mutilum est narratio, vt ea iterum nomen *Othriadis* Lacedæmoniorū Ducis, ibi mutilatum corruptūq; esse in *Theriades*. Hāc dilucidius aliquāto narrat Pausanias in extremo Corinthiaco ad hūc modū: ἰόντι δὲ ἄνω πρὸς τὴν ἤπειρον Θυρέα χωρίον ἐστὶν ἔνθα δὴ ἐμαχέσαντο ὑπὲρ τῆς γῆς ταύτης λογάδες ἀργείων τριακόσιοι πρὸς ἄνδρας λακεδαιμονίων ἀριθμὸν τε ἴσους καὶ ἐπιλέκτους ὁμοίως. ἀποθανόντων δὲ πάντων πλὴν ἑνὸς σπαρτιάτου, καὶ δυοῖν ἀργείων. τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι χώσαντες ἐνταῦθα οἱ τάφοι i.e. *sursum eunti ad continentem Thyrea est, & inibi locus vbi trecenti Argiui delecti cum totidem numero Lacedæmonijs pariter ad id selectis, ob terram hanc confluxerunt. Omnibus aūt interemtis, excepto vno Spartiata & duob. Argiuis, tumulos ibi interfectis excitarunt:* Vbi tamē nomen Spartiatæ, & nobile illius factu erecti a trophei & sanguine inscripti (φ Stat ⁹ hic innuere vult) obticet. Quod tamen Valer. Max li. 3. in cap. de fortitudine obiter & subobscure his verbis indicauit *Othryade (inquit) quoq; pugna pariter ac morte speciosa, Thyriatium laude quam spatio latius solum cernitur, qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus victoriam, tantū non post fata sua, in sinum patriæ cruento Trophei titulo retulit.* Sed nemo apertius, latiusq; q̄ Theseus quidam historicus citante Stobæo, qui & huius Spartiatæ & Argiuorū superstitum nomina & Othryadę factu ad plenū his verbis recē et: Λακεδαιμόνιοι καὶ ἀργεῖοι περὶ χωρίων Θυρεάτιδος συμβαλόντες μέχρι μέν τινος ὅλοις τοῖς στρατεύμασιν παρετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους, τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξαι παρ᾽ ἑκατέρων τριακοσίους, ἐκείνων μαχεσαμένων τοῖς κρατήσασι διαφέρειν τὸ χωρίον. ὑπὲρ γενόμενος Ὀθρυάδης Λακεδαιμόνιος στρατιώτης πολλοὺς ἀνελὼν, καὶ τραυματισθεὶς ἔκειτο μεταξὺ τῶν ἀνῃρημένων Λακεδαιμονίων μόνος περιληφθεὶς, ἀργείων δὲ δύο ἀγήνωρ καὶ χρόμιος ἀνεχώρησαν εἰς ἄργος ἀπαγγελοῦντες τὴν νίκην. Ὀθρυάδης πεσὼν σκυλεύσας τοὺς πολεμίους, τρόπαιον ἔστησε: καὶ χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι ἐπέγραψεν. Λακεδαιμόνιοι κατ᾽ ἀργείων. καὶ τοῦτο πράξας ἀπέθανε.

Id est. *Lacedæmonij & Argiui ad aliquod tempus ob controuersiam regnacula Thyrea in confinio vtrorumq; posita integris exercitibus sibi inuicem obstiterunt, tandem visum est illis vti quiq; trecentos seligerent, qui pugna litem dirimerent, Victoresq; locum obtinerent. Quod cum fieret Othryades Laconum dux multis interfectis mulctisq; vulneribus affectus, iacuit inter Lacedæmonios solus viuus relictus. Argiuorum autem duo supererant, Agenor & Chromius, qui abeuntes vt victoriæ indicium Argiuis reportarent. Othryades interim multos ex interfectis Argiuis hostibus armis spoliauit, iisq; detractis Tropæum statuit, sanguineq; e suis vulneribus vsus, inscripsit: Lacedæmonij de Argiuis, quo facto & ipse moritur.* Ad quod statim allusisse nemini dubium iam relinqui potest. Contigit autem, secundum Solinum, hæc res anno XVII. Romuli regni. Dicitur autem locus ipse *Thyra*, *Thyrea* vero regio. Hinc *Thyre* legendũ in Statio non *Thyreæ*, etsi Stephanus tã oppido q̃ regioni *Thyrea* nomen tribuere videatur.

CAPVT. VI.

De equo Arionis, *quædam haud passim inuulgata Statijq; Papinij nodus explicatus & alter Ouidij.*

DE equo Arionis Statius hæc carmina cecinit in libro Thebaidos sexto:

Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion
Igne iubæ. Neptunus equo (si certa priorum
Fama patet) primus teneris læsisse lupatis
Ora, & littoreo domitasse in puluere fertur
Verberibus parcens, etenim insatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconstantia ponto,
Sæpe per Ionium Lybicumq; natantibus ire,
Interiunctus equis, omnesq; adsuetus in oras
Cœruleum deferre patrem: stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique Notiq; sequuntur.
Nec minor in terris bella Euristhea gerentem
Amphitrymiaden, alto per gramina sulco
Duxerat, ille etiam ferus, indocilisq; teneri,
Mox Diuum dono, regis dignatus Adrasti
Imperia, & multum medijs mansueuerat annis

Quibus ni fallor verbis poeta iste innuere vult, equum hunc primo Neptuni fuisse, qui deinde illum Herculi dederit, a quo eum Adrastus dono acceperit, qua in re Antimachum sequutus est auctorem, qui in Thebaide sua sic scripserit.

ὅς ῥά ποθ' ἀδρήστῳ τρίτατος δμήθη ἄνακτι. Id est.
Tertius hunc olim domuit rex magnus Adrastus.

In hoc tamen hic auctor dissentit ab Antimacho, quod rutilam iubam illi tribuat, cum Græcus ille *κυανοχαίτην* appellet, hoc est, *cerulam gerentem iubam*, hoc versu:

ἄμα τῷ

εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρίονι κυανοχαίτῃ

Variæ de Arione fuere opiniones, Antimachus terra editum cecinit his versibus:

—— Ἄδρηστος Ταλαοῦ υἱὸς Κρηθηϊάδαο
Πρώτιστος Δαναῶν τρεῖς ἤλασεν ἵππους
Καῖρόν τε σπερχνὸν καὶ Ἀρείονα Θελπουσαῖον
τόν ῥά ποτ' Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλσεος Ὀγκείοιο
αὐτὴ γῆ ἀνέδωκε σέβας θνητοῖσιν ἰδέσθαι.

—— Ex Danais Crethiade Talaoris Adrastus
Primus equos iunxit æterna laude celebris,
Caron & Crapnon & Ariona Thelpouseum.
Quem prope Apollineum lucem qui dicitur Oncus
Terra dedit, quo sic homines miracula spectent.

Hinc Pausanias scribit, Herculem in bello aduersus Eleos periisse ab Onco equum, & Arione vectum in pugnas Elidem vicisse. Ab Hercule autem postea dono datum equū Adrasto vt superius carmen ostendit. Cælius Placidus Neptuno & Cerere genitum dicit, humano vestigio dextri pedis. Quod ipsum & Appollodorus in 3. bibliotheca inserit, *Adrastus*, inquit, *Arione equo vectus in tutum euasit. Hunc Ceres in Erynnis formam conuersa ex Papinni concubitu genuit.* Cui adstipulatur & Pausanias, qui dicit post Telpusam, vbi Arion genitus est, templum Cereris esse, quam Deam Erynnym Telpusii vocēt, quibus Antimachum dicit adsentiri hoc carmine:

Hic sedes Cereris narratur Erinnyos esse.

Deam autem hac de caussa Erinnym cognominatam, Cererem, cum in perquirenda filia erraret, sequutus dicitur Neptunus, qui rem cum ea habere cupiebat. Ipsa autem in equam mutata, vna cum Onci equabus pascebatur. Neptunus itaque cum deceptum se intelligeret, versus & ipse in equum, coit cum Cerere: id factum Cererem aiunt ægre tulisse. Aliquanto autem post & desiisse illam irasci, & in Ladone voluisse lauare. Propter has caussas cognomenta Deæ sunt indita, ob indignationem quidem *Erinnys*, eo quod indignari Arcades vocant ἐριννύειν. *Lusia* autem quod lauerit in Ladone. Et peperisse quidem aiunt ex Neptuno filiam, cuius nomen profanis non esse indicandum existimant; & equum Arionem, cuius rei caussa primum in Arcadia *Neptunum* nominatum esse *equestrem* aiunt. Ouidius tamen in sexto Metamorphoseon libro, videtur diuersum sentire, nam bis se Neptunum in equum conuertisse, & vno congressu Cererem, altero Erinnym inscendisse, quæ pepererit, Pegasum equum volucrem; sic enim ille:

Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum, te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris ——

Nisi velimus per *matrem crinitam colubris* Medusam intelligi;

Nam Higynus in fabulis ex Neptuno & Medusa, Chrysaora & equum Pegasum prognatos scripsit. Sed interpres Homeri innominatus, quem alii Porphyrium, alii Didymum arbitrantur, equũ hunc Neptunũ non ex Cerere sed ex Erinnye genuisse. Primum aũt datũ muneri Copreo Haliarti Regulo, inde Coprea Herculi dono dedisse, tertiũ Adrasto, vt superioris versus Antimachi inde eliqueat sensus. Verba eius doctissim. Scholiograph sunt hæc Ποσειδῶν ἐρασθεὶς Ἐρινύος, μεταβαλὼν τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ἵππον ἐμίγη κατὰ Βοιωτίαν, παρὰ τῇ Τιλφώσῃ (Θέλπουσα lego) κρήνῃ. ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἵππον ἐγέννησεν, ὃς διὰ τὸ κρατιστεύειν, Ἀρείων ἐκλήθη. Κοπρεὺς δὲ Ἁλιάρτου βασιλεύων πόλεως Βοιωτίας ἔλαβε δῶρον αὐτὸν παρὰ Ποσειδῶνος. οὗτος δὲ αὐτὸν Ἡρακλεῖ ἐχαρίσατο γενομένῳ παρ' αὐτῷ. τούτῳ δὲ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον Ἄρεως υἱὸν καθ' ἱπποδρομίαν, ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ. ὅ ἐστι πρὸς Τροιζῆνι. εἶθ' ὕστερον αὖθις ὁ Ἡρακλῆς, Ἀδράστῳ τὸν πῶλον παρέσχεν, ἐφ' οὗ μόνος Ἄδραστος ἐκ τοῦ Θηβαϊκοῦ πολέμου διεσώθη, τῶν ἄλλων ἀπολλυμένων. *Historia* inquit *idem apud Cyclicos habetur.* id est. *Neptunus amore captus Erinnyos transmutauit naturam suam in equum, cõmistus est ipsi in Bœotia apud Thilpusim fontem, quæ ex eo congressu grauida facta, equum produxit, qui quod robore præstaret, Arion vocatus est. Hunc Neptunus Copreo Haliarti in Bœotia regulo dono dedit, qui illum deinde Herculi elargitus est, apud eum hospitem agenti. qui cum hoc decertauit aduersus Cygnum Martis filium equorum cursu, vicitque in ipso Pagasæi Apollinis luco, qui haud procul Træcene est: Insequenti deinde tempore Hercules Adrasto hunc equum dedit, super quo Adrastus e Thebano bello solus seruatus est, reliquis ducibus interemtis.* hæc apud Cyclicos, Meminit eius equi & Homerus Ilados ψ.

> οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνοι,
> Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν.
> *At retro impelli non sinit Ariona diuum*
> *Qui fuit Adrasti sonipes, diuinitus ortus.*

Seruius hunc equum esse putat, quem Neptunus percussa tridente produxit; quem tamen alios *Scythion*, alios *Scyron* dicit appellitauisse: Quod redarguit Bapt. Egnatius, Seruium hac in re lapsum dicens: succinit tamen Seruio in præexercitamentis Rhetoricis Hermogenes, qui Mineruam oleam, Neptunum vero equum produxisse affirmat. Et quoniam in Pegasi mentionem incidimus, in commentariis in Pindarum est, non Neptunum cum genuisse ex Medusa, sed sublato a Perseo Medusæ capite exsiluisse Pegasum, idque Hesiodi auctoritate his carminibus probat.

> τῆς ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν
> Ἐξέθορε χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος.
> *Huius* (Medusæ sci.) *Perseus caput a ceruice postquam abscidit*
> *Exsiliyt Chrysaor magnus & Pegasus equus.*

Lyco-

Lycophron autem Pegasum ἡμέρας ἵππον vocat, illud tamen non prætereundum priusquam huic capiti finem faciamus, eundem auctorem Cererem ἑρκύνναν & ἐριννὺν hoc versu appellasse:

ἑρκυνν' ἐριννὺς θηκίαξυ φιφόρ⊙.

Hercynna Erinnys fortis gladium ferens.

In quem locum eius poetæ interpres Isatius, ita scribit· Ἐννέα καὶ ἑρκυννα καὶ ἐριννυς ἐπώνυμα δήμητρ⊙, καὶ Καλλίμαχ⊙ ἐριννὺν καλεῖ τὴν δήμητρα λέγων. Ερινυι τιλφωσσίᾳ ἐριννὺς μὲν λέγεται, ἢ παρὰ τὸ τὰς ἀρὰς ἀγέιν, καὶ πληροῦν. ἢ παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρα, καὶ ἐν τῇ γῇ ναίειν: ὡς καὶ τὸ ἐννέα. ἢ ὅτι ἐριννυῖ ὁμοιωθεῖσα, μίγνυται ποσειδῶνι, καὶ γεννᾷ τὸν ἀρίονα ἵππον. ἑρκυννα δὲ ἡ τροφωνίου θυγάτηρ ἐν λεβαδείᾳ τῆς βοιωτίας ἱδρύσατο δὲ τὴν θεὸν καὶ ἀφ' ἑαυτῆς, ὠνόμασεν ἑρκυνναν. ἢ οὕτως. λέγουσι γὰρ ὅτι ποσειδῶν⊙ ἐρασθέντ⊙ αὐτῆς, αὐτὴ εἰς ἵππον μεταβληθεῖσα καὶ μεταξὺ ἀγέλης ἱππικῆς εἰσφρήσασα, τοὺς ἵππους ἐπέραξε διὰ τὸ ἀθρόον ξένην ἵππον ἐπιστῆναι. ἔφη οὖν ὁ ἱπποφορβὸς ποθὲν αὕτη ἡ ἐριννὺς, ἀλλὰ καὶ Ἀρκάδες οὕτως αὐτὴν τιμῶσι. Id est. *Ennea & hercynna & Erinnys, cognomina sunt Cereris, Callimaches quoq; Cererem Erinnym vocat, dicens. Erinnyi Telphosia. Erinnys enim dicitur vel ab exsecrationibus quas fecit & impleuit. vel quod terram incolat, vnde & Ennea dicitur, vel quod in formam erinnyos cum Neptuno commista est, genuitq; equum Ariona. Hercynna vero Trophonij filia, in Levadia Bœotiæ, sacellum ipsi Deæ construxit, quam de suo nomine appellauit Hercynnam. Vel sic: Aiunt Cereris cupidine captum Neptunum, hanc sese in equum transformasse, seseq; in gregem equorum immisisse, quæ cum equos terruisset, eo quod de repente peregrina equa institisset, dixit, curator equorum, vnde nobis hæc Erinnys. Sicq; eam eo nomine venerantur Arcades.* Sed hæc hactenus.

CAPVT VII.

Loca aliquot Statij cum Antimachi versibus collata, allusio imitatioq; quadam tenus ostensa.

ANtimachi poetæ pauculi valde versiculi ad nos peruenere ex illius Thebaide. Si qui tamen superstites mansere, ostendunt Antimachum a Statio Papinio non segniter lectum, sed imitationem tam obscuram esse, vt non appareat, tenuemque potius allusiunculam videri: Nam Homerum ille potius & nostrum Maronem nisus est exprimere. Sed ad Antimachum redeamus, qui (vt v detur) de Eryphiles monili, quod illa mariti nece & sua pernicie emit loquens, citante in 6 Stromatῶν Clemente, ostendit e donorum corruptelis mala plurima hominum generi inuecta esse:

ἐκ γὰρ δώρων πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι πέλονται. Id est.

Ex donis hominum generi mala plurima fiunt.

Hoc Statius certe implicatiore ambitu extulit hoc modo in 4. Thebaidos. Cum enim ante dixisset:

——sed perfida coniunx
Dona viro mutare velit, ——— Subdit.
Sic Eryphileos domum feralepenates
Irrupit, scelerumq; ingentia semina mouit.

Alius est eiusdem poetæ versiculus, quem præcedenti capite citauimus, quo poeta ille discedentem & e prælio fuga domum se recipientem Adrastum describit: Pausania citante qui sic habet:

εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν ἀρίονι κυανοχαίτῃ. Id est.
Pallia mœsta ferens cum circuleo Arione.

Ad quem alludens Statius Hyperbolica cōparatione vsus est, scribens, non aliter Adrastum se recepisse domum, quam Pluto relegatus in subterranea loca, equis se ad inferos demiserit, versus Statii sunt hi:

——— Fugit omnia linquens
Castra, viros, generum, Thebas, ac fata morantem
Conuersumq; iugo propellit Ariona, quales
Demissus curru læua post prælia sortis,
Vmbrarum custos, mundiq; nouissimus heres
Palluit, amisso veniens in tartara cœlo.

Citat Athenæus quoq; ex eiusdem. 5. Thebaidos
πάντα μάλ' ὅσσ' ἄδραστος ἐποιχομένους ἐκέλευσεν
ῥεξέμεν ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν ἀσκηθεὶς μελί χεῦαι
ἀργυρέῳ κρητῆρι περιφραδέως κεράσαντες
νώμησαν δὲ δέπαστρα θοῶς βασιλεῦσιν ἀχαιῶν
ἐν χέρσιν κήρυξι, καὶ ἐς λοιβὴν χέον αἶψα
χρυσείῃ προχόῳ ———

Ex quibus apparet symposio Adrastum excepisse duces secum ad Thebas profecturos, quorum nihil est apud Statium, nisi quod bissenis diebus festa nuptiarum Tydei & Polynicis celebrata dicit. Rursum autem dicit Antimachus:

Ἄλλος δ' αὖ κρητῆρα πανάργυρον ἠδὲ δέπαστρα
οἰσόντων χρύσεια, τά τ' ἐν μεγάροισιν ἐμοῖσι.
κείαται——— Et in sequentibus
καὶ χρύσεια δέπαστρα καὶ ἀσκηθὲς κελέβειον,
ἔμπλειον μέλιτος τὸ ῥά οἱ προφερέστερον εἴη

Statius autem pateras & crateras tantum præcipue in libatione quā Manto facit vmbris, de qua re his duobus carminibus (quod quidem, per coniecturam dictum sit) videtur sentire Antimachus. Hanc rem Statius sic expressit:

——— & frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges, tum innuba Mantho
Exceptum pateris prælibat sanguinem, &c.

In primo autem Adrastum facit patera libantem diis, cuius antiqui operis cælaturam operose describit.

Iasides pateram famulos ex more poposcit,

Qua

Qua Danaus libare Deis seniorq; Phoroneus
Assueti, tenet hac operum cælata figuras, &c.

Et postea subiungit:

Hanc undante mero fundens vocat ordine cunctos
Cælicolas ———

Alios item duos versus citat ex Antimacho Athenæus:

πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐπιχύμενοι κήρυκες
χρύσεια κρήτηρι κύπελλα τετυγμένα νομήσαντο

Videtur de distributione donorum & præmiorum ducib. ficta ab Antimacho dictū. Cū Statius in ludorum Archemori funebriū celebratione vnicū tantū cratera (quem Herculeum vocat) datum scribat. Is erat ingentis magnitudinis, sic vt a duob. iuuenib. latū dicat, & datū Amphiarao in pmiū equestris certaminis, habens cœlaturam, Centaurorum & Lapitharū pugnam. Sic enim Statius:

Hunc præmium palmæ, gemini cratera ferebant,
Herculeum Iuuenes, illum Ferynthius olim
Ferre manu sola, spumantemq; ore supino
Vertere, seu monstri victor seu Marte solebat.
Centauros habet arte truces, aurumq; figuris
Terribile, hic iuxta Lapytharum cæde notantur
Saxa, faces, aliiq; iterum crateres, vbiq;
Ingentes morientum iræ. tenet ipse furentem
Hyleum, & torta molitur robora barba.

Idem Athenæus de Celebiis agens Antimachum citat. in 5. Theb.

κήρυκας ἀθανάτοισι, φέρειν μέλανος οἴνοιο
ἀσκὸν, ἐνιπλεῖον κελεύσοντο ὅττι φέριστον
οἴσιν ἐνὶ μεγάροις κεῖται μέλιτος πανέφθως

Et rursum:

αὐτὰρ ἀμφίθετον κελέβειον ἑλόντες
ἐμπλείον μέλιτος τὸ ῥά οἱ προφερέστερον εἴη

Quorum apud Statium nullam inuenias imitationem

CAPVT VIII.

Quid intelligat Cicero per manus Medeæ gypsatissimas *in epistola ad Trebatium, contra Petri Victorij & aliorum sententiam.*

LOcus est apud Ciceronem in Epistola quadam ad Trebatium multa obscuritate inuolutus: *Hoc tibi tā nos ignoscemus amici, quam ignouerunt Medeæ quæ Corynthum arcem altam habebant matronæ opulentæ optimates, quibus illa manib. gypsatissimis persuasit, ne sibi illa vitio verterent, quod abesset a patria.* Quæ verba ex parte ab Ennio desumpta (vt etiam alii notarunt) & a Cicerone ad propositū suū detorta sunt, interiectis ipsius Cic verbis; Quid aūt velit, Cicero *gypsatissimis Medeæ manibus* innuere, quæsierunt plures, sed qui mihi satisfecerit, nemo est adhuc repertus, aliis dicētib. manus Medeæ gypsatissimas dictas, ad significationē ignominiosæ fugæ e

e patria, cum fugitiuis ſeruis venalitiis manus aut pedes gypſo illini ſoleant aut creta. Alio Turnebo ſic dicente, gypſatiſſimis, i. cādidis, quod gypſo cādor inſit ſingularis. Nouiſſime Petro Victorio teſtimonio Platonis freto, per *gypſatas manus* Barbaram intelligēte, q̄ iis moris fuerit manus ſibi pingere, vt Valer. Flaccus docet adferens epigrāma Ruffini, q̄ gypſo manus ſoleant mulieres inficere, nam Flaccus de mulieribus Threciis notis compunctis loquitur, & Ruffinus pro nobis facit, adſerens ex manuum nota totius corporis candorem & pulcritudinem ianui, multaq; addens huic propoſito incongrua. Cur non potius Cicero dixiſſet *candidiſſimis*, potius q̄ *gypſatiſſimis*? (nā cohærentia verborum non patitur vt hæc Enniana ſint) at ne apte quidē videtur Medea potuiſſe dicere, ego hoc meo probabili eximioq; candore teſte, vobis perſuaſum volo, neq; Euripides vnde hæc Ennius deſumſit, vſpiā formæ aut alboris Medeæ meminit. Quam etiā credibile eſt tū nō admodū pulcrā fuiſſe, vtpote prouectę ætatis fœminam, & variis peregrinationum laborib. iactatam: ad hæc curis & ærūnis ob mariti repudiū confectā. Sed Cicero ſuo more iocatus, non veterem illā heroinā intelligi voluit: ſed hiſtrionicam & perſonatā Medeā, q̄ hos Ennianos verſus in ſcena, gypſo illitis manib. pronunciādo, perſuaderet matronis Corinthieſib. Chorū nimirū tragœdiæ cōſtituentib. vt adhuc videre eſt apud Euripidē illa quæ ſequuntur, ea nimirū forma, qua Menalippā ſapientē, aut ſuperbū Capanea, aut aliā q̄uis hiſtrionicā perſonā hoc aut illud dicere exprimereq; geſtib. dicimus. Quod aūt *gypſo aut creta manus hiſtrionū illinerentur*, vt perſonæ itidē gypſeæ eſſent concolores: teſtis eſt manifeſtus hac in re Iſidorus Grammaticus, quem etſi quidam vt aſpernandū cōtendunt; perſæpe tamen haud inutilem inuenias, vbi ſua e veterū monumentis depromit: Cum multi ætate ipſius libri etiā dū extarent, qui ſubſequentib. ſæculis interiere, vnde ille hæc haurire potuit. Sic igitur is ſcriptor in 10. etymologici ſui volumine in voce *hypocritæ* ſcriptū reliquit: *Nomen* (inquit) *hypocritæ tractū eſt a ſpecie eorum, qui in ſpectaculis contecta facie incedūt; diſtinguentes vultū ceruleo minioq; colore, & ceteris pigmentis, habentes ſimulachra ſui ex lintea gypſata, vario colore diſtincta, nonnunq̄ & colla & manus creta perungentes, vt ad perſonæ colorem peruenirent, & populum, dum in ludis agerent, fallerent, modo in ſpecie viri, modo in fœminæ, modo tonſi, modo comati: anili & virginali ceteraq; ſpecie, ætate ſexuq; diuerſo: vt fallant populum dum in ludis agunt.* hæc ille. Ex quibus certe manifeſtum eſt: Ciceronem non ad ſpeciem aut candorem veræ Medeæ, ſed ad fictitiæ & ſcenicę, & morem hiſtrionū quem diximus alluſiſſe. Sicuti & in Tuſculanis quendam regis ſui fortunam deplorantem, his e vetere tragœdia verſibus introducit:

Heu relliquias Semiaſſi regis denudandis oſſibus,
Per terram ſanie delibutas, fœde diu vexarier.

Non

Non intelligo (inquit) quid metuat, cum tam bonos septenarios, fundat ad tibiam. Ecce quomodo & hic idẽ auctor in re seria, alludat ad histrionicã personã & morẽ theatri, in quo versus per histriones & cantores canebantur ad tibiam. Vt plane apertum sit quod diximus, de Medea histrionica intelligendum esse, quæ *manibus persuasisse* id Corinthiis matronis dicitur, hoc est, gesticulatione manuum: quæ histrionum ad quælibet exprimenda propria & prima sunt instrumenta. Vnde & *Chirisophi* dicti sunt, teste Luciano, de qua re alibi amplius, Deo fauente, dicemus.

CAPVT IX.

De Philologo *seu* Philogono *Q. Ciceronis liberto, tum aut in Plutarcho aut Cicerone mendum esse.*

HAbuit Quintus frater Ciceronis, libertum non sinistri ingenii adolescẽtem. Hunc Cicero ipse in literis instituerat. Qui tamen non optimam gratiam patroni sui fratri & præceptori retulisse fertur: nam cũ is proscriptus esset, & percussores imminerent ipsiq; serui tanti viri calamitate moti, illum per loca auia raptim auferrent, hic illis persequentib. indicauit, Ciceronem a seruis lectica per deuios tramites, locaq. syluestria & vmbrosa, ad mare delatum. qui vestigiis eorum insistentes lecticam tandem, qua is gestabatur, adsequuti sunt. Hunc adolescentẽ nomine fuisse *Philologum* Plutarchus tradit, qui postea meritas perfidiæ suæ pœnas luerit. Traditum n. fuisse Fuluiæ Antonii vxori excarnificandum: quæ illum suas ipsius carnes torrere, mandereq; coegerit: etsi Plutarchus non immerito de fide historiæ nonnihil ambigat. Cum Tyro ipse Tullius in libris quos de vita patroni sui conscripsit, eius rei, nuspiam commeminerit. Vti nec T. Liuius nec alii eius temporis historici, quos Annæus Seneca in suasoriis aduocat. Adducor coniectura, vti hunc eundem credam cum illo, cuius Cicero in primo libro ad Q. Fratrem meminit, in epistola cuius initium *Mi frater, mi frater*, qui tamen ibi *Philogonus* vocatur. Vt si hic idẽ cu illo est, cuius Plutarchus mentionem facit, necessum sit in alterutro vnius literæ mendum vitiumq; esse. Verba Ciceronis ex ea epistola sunt hæc: *Sed tamen quoquo modo potui, scripsi: & dedi litteras ad te Philogono liberto tuo.* Vt non inconsequens sit hunc eundem cum illo, quem Plutarchus *Philologum* nominat, esse.

CAPVT X.

Energiam in illo carmine Iuuenalis.

——Thyestæ

Syrma vel Antigones seu personam Menalippes,

Maiorem esse, quam rati sint Grammatici expositores, ibiq, Menalippa cur sapiens dicta, lectu plura non ingrata.

IVuenalis carmen est satyra 8. de immodice scenæ deditis, sic vt etiam cantarent in ea, & personas induti saltarent:

Ante pedes Domitii longum tu pone Thyestæ
Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes
Et de marmoreo citharam suspende colosso.

Hoc quidam Grammatici leui suspensaq; manu prætereuntes, nō animaduertunt subesse altiorē sensum. Cur enim præcipue *Syrma* quod vestimentum est Tragicum, oblongum, & fluxum, tribueret his duabus personis, Thyestis & Antigones, nisi aliqua subesset ratio? De *Syrmate* autem ita Pollux libr. 7. capit. 19, σύρμα δ᾽ ἐστὶ τραγικὸν φόρημα ἐπισυρόμενον a *trahendo* nimirum. Ceterum *Thyestæ* & *Antigones* personæ vbique magnanimæ introducuntur, etiam in mediis malis, tum apud Sophoclem tum alibi, vnde illos præcipue vestis illa decebat. Ceterum quod ad Menalippes personam attinet, nec illud profundiore doctrina caret, quod hæc mulier vt sapiens & dissertatrix ab Euripide efformetur, sub cuius ille persona Anaxagoræ præceptoris sui dogma in Scena docuit. Sed audiendus est Dionysius Halicarnasseus in commentario περὶ τῶν ἐσχηματισμένων, hoc est, *de figuratis*, ἀλλὰ (inquit) καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν ὅλῳ δράματι λόγον ἐσχηματισμένον παρῆκεν ἐν τῇ μελανίππῃ τῇ σοφῇ. κἀκεῖ δὲ τὸ σχῆμα διπλοῦν τὸ μὲν αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ τὸ δὲ τοῦ ὑποκειμένου προσώπου τῆς μελανίππης. συγγέγονεν Ἀναξαγόρᾳ ὁ εὐριπίδης. δόγμα δὲ ἦν Ἀναξαγόρου, τὸ ὁμοῦ πάντα χρήματα, μετὰ ταῦτα συγγενόμενος τῷ Σωκράτει καὶ κρείττονος λόγου μεταλαβών, ἀξιώσας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τὸν ἀναξαγόρου λόγον μνήμης ἐν τοῖς δράμασιν ἐξήγαγεν αὐτοῦ τὸ δόγμα ἐν τῇ μελανίππῃ τῇ σοφῇ ἣ οὖν ἀρχῇ τοῦ λόγου αὐτῇ αἰτιᾶται, τὴν περὶ τὸν διδάσκαλον εὔνοιαν φησὶ γὰρ ἡ μελανίππη, καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος ἀλλ᾽ ἐμῆς μητρὸς πάρα. ὁ μὲν εὐριπίδου σχηματισμὸς οὗτος, ὁ δὲ τῆς μελανίππης, ὡς τὰ παιδία ἐξέθηκεν ἐς τὰ βουφόρβια, ὁ δὲ πατὴρ οἰόμενος εἶναι τοῦτο τὸ τέρας γνώμην ποιεῖται κατακαῦσαι τὰ παιδία, ἡ δὲ σῶσαι βουλομένη τὰ τέκνα. ὡς μηδὲν ἐστὶ τὸ τέρας φιλοσοφεῖ. καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν χρείαν διάκειται ἐν παραινέσεως σχήματι φιλοσοφοῦσα. Id est. *Sed & Euripides poeta tota integra fabula de Melanippe sapiente sermonem figuratum habuit. Ibique duplex figuræ habitus est, vnus quidem ipsius poetæ, alter vero personæ Melanippes subiectæ. Versatus est cum Anaxagora Euripides, huius porro dogma fuit, Simul omnia exsistere. Postea vero cum Socratem conuenisset, factusque esset melioris doctrinæ particeps, dignatus tamen est (vt mihi videtur) Anaxagoræ sermonum mentionem facere in suis fabulis. Hinc & hoc ipsum illius dogma introduxit in fabula Melanippe sapiente, vnde & initium mox fabulæ coarguit ipsius in præceptorem beneuolentiam; dicit enim ibi Melanippe; non hic meus est sermo; sed quem a matre accepi, & Euripidis verborum figuratio talis est. Melanippes liberos quidam exposuit inter armenta patris: Pater suspicatus hoc monstrum esse; consilium inijt expositos exurere: hæc conseruare liberos adnitens, patri persuadere nititur, nihil esse in rerum natura monstrificum, itaq; philosophatur: & sic principium totumq; negotium deducit*

deducit in figura schemateq; admonitorio philosophando. Quod ipsum in secundo eiusdem argumenti libro plenius repetit ad hunc modum, argumentum Euripideæ fabulę commemorans: ἡ δὲ μελανίππη ἐπαιδοῦθη μὲν ὑπὸ ποσειδῶνος, τίκτει δὲ δύο παιδία, ἐξέθηκε δὲ αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια. ὁ δὲ πατὴρ βούλεται κατακαῦσαι, βοηθοῦσα αὐτοῖς ἡ μελανίππη ἀποφαινομένη πειρᾶται ὅτι τέρας οὐδέν ἐστιν. οὕτω τὸ δρᾶμα ὅλον ἐσχηματισμένον, καὶ ἅμα διδάσκει ἡμᾶς ὁ εὐριπίδης ὅτι τὸν σχηματίζοντα ἐγγὺς αὐτῶ δεῖ εἶναι τοῦ λῦσαι τὸ σχῆμα μετὰ τῆς ἀσφαλείας τοῦ σχήματος; περιερχομένη γὰρ πάσας αἰτίας τοῦ σῶσαι τὰ παιδία λέγει, εἰ δὲ παρθένος τις φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία, καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα, σοὶ φόνον δράσεις, ὥστε καὶ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα λέγει ἐν σχήματι συμβουλῆς. id est: *Melanippe grauida facta e Neptuno. concepit ex eo infantes duos, exposuit illa eos inter armenta patris, quos idem voluit cremare (vt mõstra videlicet) quib. opitulata Melanippe. demonstrare conata est, monstrosum in rerum natura nihil esse. Sicque tota fabula figurate explicatur. simulq; nos docet Euripides semper esse debere in propinquo, vt figuram ipsam soluamus & explicemus, cum ipsius figura certitudine. Circumiens enim per omnia argumenta & caussa ductus, vt seruando infantes dicit: Quid si virgo vitiata formidans patrem infantes exposuerit, tu eadem feceris, sui ipsius negotium indicans sub figura consilij.* Cur autem *sapiens* Euripidis hæc vocetur, explicat idem Dionysius, his verbis: ἡ μελανίππη σοφὴ τὸ δρᾶμα εὐριπίδου ἐπιγέγραπται μὲν σοφή. ὅτι φιλοσοφεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μητρός ἐστι, ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία. id est: *Melanippe sapiens fabula est Euripidis, sapiens inscribitur, quod philosophetur, & per hoc matris ipsius sermo dicitur, quæ non absurde est ipsa philosophia.* allusit ad hoc ipse etiã Tatianus in oratione contra Græcos: μελανίππη τις ἦν σοφή, διὰ τοῦτο τὴν ὁ λυσίστρατος ἐδημιούργησεν. id est, *Melanippe quidem sapiens erant mulier, cuius gratia Lysistrati artem subit.* Quod autem diximus *Antigones* personam magnanimam vt plurimum in scenam introduci, planeq; σεμνὴν, hoc est regis natalibus & splendore dignam, liquet vel ex Sophocle, qui illam ita in scena ostentat differentem, vt nihil a puella virilius altioreq; animo dici possit. Deprehensa enim fratrem Polynicen sepelire, contra regium ipsius Creontis edictum illo dicente:

> καὶ δῆτ' ἐτόλμας τούσδ' ὑπερβαίνειν νόμους. id est,
> *Et quomodo ausa es leges transcendere.*

His ita illa respondet, vt plane se imperterritam regiaque prosapia dignam ostendat, quæ si quis tyranno iniqua iubenti responderet, vero non illum cõstantissimum merito & fortissimum diceret. Respondet enim:

> Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
> Οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν δίκη,
> Οἱ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.
> Οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
> Κηρύγμαθ', ὥσ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν

Νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.
Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ ταῦτα κ' οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φανή.
Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς οὐδενὸς
φρόνημα δείσας, ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
δώσειν. θανουμένη γὰρ ἐξῄδειν. τί δ' οὔ
κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας. εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω.
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν ὡς ἐγὼ κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος, ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντα ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν.
κείνοις ἂν ἤλγουν, τοῖσδ' οὐκ ἀλγύνομαι
σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν.
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνει.

Id est,

Non Iuppiter mihi namque hæc edixit,
Aut cohabitans inferis Dijs Dice,
Qui leges hominibus præfinierunt.
Neque existimauerim tua edicta
Posse tantum, quantum scripta & firma deorum
Legitima possunt, excedunt q; statuta mortalium.
Illa enim non hodie aut heri, sed semper
Viuunt, neq; vllus nouit vnde prodierint.
Horum gratia, nolim vllius hominis
Formidare voluntatem, sed deorum iustitiam
Colere: morituram enim me pernoscens, quid non
Etiam si tu non hanc mihi indiceres, fatali tamen momento
Postea morerer? lucrum enim existimo hanc,
Si quis enim in multis miserijs, vt ego,
Viuit, quomodo non mori pro lucro duxerit?
Sic mihi mortem nunc adipisci
Nullus est dolor, sed si illum qui e mea
Matre est genitus, mortuum insepultum negligerem,
Eiusce rei ergo dolerem, sed ob hæc non doleo.
Quod si tibi nunc stulta facere existimor,
Per te stolidum, stultitiam nanciscor.

Quibus quam bene, tam fortiter, tamque animose dictis applaudens chorus, (ita tamen vt in gratiam Creontis magis id reprehēdere videatur) subiungit:

Δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς
Τῆς παιδὸς, εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς. id est,
Apparet durum germen duri & crudi patris
In filia. cedere haud nouit malis.

Sic &

sic & Thyestes in malis plane regius indomitusq; introducitur, donec Atreus illi ostendit reliquias viscerum filiorum suorum, qui illud pro sceptro habebat, fratris tumidos spiritus cōprimere. Vnde sic apud Accium Atreus loquitur, citante Cicerone, cum prius vterq; in alterum graues contumelias intorsisset, vt illa:

Quis homo te exsuperauit vnquam gentium impudentia?
Quis autem malitia te? —

Vnde Atreus meditatus nouam in fratrem pœnam, dicit:

Maior mihi moles maius miscendum malum,
Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.

Vnde, post ab illa animi peruicatia plane domitus Thyestes decedens, sic secum queritur:

Tamne ego abiectus tamque fractus?
Nolite hospites ad me adire ilico, illic
Ne contagio mea bonis vmbraue obsit,
Tanta vis sceleris in corpore haeret.

Talis item inducitur a Seneca Poeta Accio recentiore, & Iuuenalis æquali, vt nullum operæ pretium sit, plura ad intelligentiam eius carminis perquirere; vt qui per *syrma* intelligat regium illum spiritum, quem exprimere debeat histrio, & per *personam Menalippes*, statum illum sedati, & Philosophici animi, affectus sub illius persona comprimentis. illud postremo animaduertendum, passim mutatione & transpositione vnius litteræ & indifferenter nunc *Melanippen* eundem, nunc *Menalippen* dici.

CAPVT XI.

Eiusdem Iuuenalis versus e Satyra 8. explicati, inibique de mimis *complusculα.*

IVuenalis Satyra 8. exaggerans rei indignitatem, quod homines patricii & nobiles ad id impudentiæ deuenerint, vt & publice in Theatrum venirent, cantarent fabulas, agerent, & saltarent, instar vilissimarum personarum. Tandem hæc infert:

Quid si nunquam adeo fœdis, adeoq; pudendis
Vtimur exemplis, vt non peiora supersint.
Consumtis opibus vocem, Damasippe, locasti
Suppario, clamosum ageres vt Phasma Catullo,
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit.
Iudice me dignus vera cruce: nec tamen ipsi
Ignoscas populo, populi frons durior huius.
Qui sedet & spectat triscurria patriciorum.
Planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. —

Fœditaté rei exaggerat, cum dicit vel populū ipsum obiurgādum, q; sustineat nō solum spectare, sed etiā ridere: videndo posteritatē nobilissimorū virorum Lentulorū, Fabiorū & Æmyliorū agentem

&saltantem plusquam scurriles Mimorum iocos, quorum maiores sanguine suo imperium hoc Romanum stabiliuerunt & ornarunt, regibusq; dominati sunt; imo plane reges ipsi fuerunt: sicut Cyneas Pyrrho, qui aiebat, *senatum ex regibus cõstare.* Sed quod ad intelligentiam istorum carminum attinet, explicantur illa optime his Dionis siue Xiphilini ipsius Epitomographi in Neronis imperatoris vita, verbis de Nerone sermonem habentis: καὶ ἑορτὴν μεγίστην δὴ καὶ πολυτελεστάτην ἐποίησεν ὥστε ἐν πέντε καὶ ἓξ ἅμα θεάτροις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πανηγυρίσαι. ὅτε δὴ καὶ ἐλέφας ἀνήχθη ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψῖδα καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμε, μετ' ἀναβάτην φέρων, ἐκεῖνο δεῖξαι, καὶ αἴσχιστον καὶ δεινότατον ἅμα ἐγένετο ὅτι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον τό τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι, καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο καὶ ἐκιθαρῴδησαν, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν, καὶ ἐμονομάχησαν οἱ μὲν καὶ ἐθέλοντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ ἄκοντες, καὶ εἶδον τότε οἱ ἄνθρωποι, τοὺς Φουρίους, τοὺς Φαβίους, τοὺς Πορκίους, τοὺς Οὐαλερίους, τ' ἄλλα πάντα ὧν τὰ τρόπαια, ὧν οἱ ναοὶ ἑωρῶντο κάτωθέν τε ἑστηκότας καὶ τοιαῦτα δρῶντας ὧν ἔνια, οὐδ' ὑπ' ἄλλων γινόμενα ἐθεώρουν καὶ ἐδακτυλοδείκτουν γε αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ ἐπέλεγον Μακεδόνες μὲν, οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Παύλου ἔκγονος, Ἕλληνες δὲ οὗτος τοῦ Μεμμίου. Σικελιῶται ἴδετε τὸν Κλαύδιον. Ἠπειρῶται ἴδετε τὸν Ἄππιον, Ἀσιανοί, τὸν Λούκιον, Ἴβηρες τὸν Πούπλιον, Καρχηδόνιοι Ἀφρικανὸν, Ῥωμαῖοι δὲ πάντας id est, *Et festum maximum ingentique apparatu celebrauit, sic vt quinque sexue simul theatris plurimis diebus ad celebrem conuentum veniretur; ibiq; tum etiam elephas in supremam apsida seu curuaturã & fornicem theatri sublatus est, indeq; supra funes extentos decurrit ascensorem ferens, qui id ostentaret. tum autem illud turpissimum grauissimum omnium factum est, quod tam viri quam fœminæ, non modo ex equestri, sed etiam e senatorio ordine in orchestram, & circum & amphitheatrum ingressi sunt, non secus quam vilissimæ sortis homines, & horum quidam tibijs canebant & saltarunt, Comœdiasq; & Tragœdias actitarunt, aurigatiq; sunt, tum etiam bestias interfecerunt, & vt gladiatores inuicem depugnarunt; quidam sponte, alij admodum inuiti. Videreq; tum homines Furios, Fabios, Porcios, Valerios ceterosq; omnes quorum trophea & templa in sublime erant erecta, infra stantes & talia facientes, quorum quædam cum non ab alijs fierent a populo spectabantur, digitoque alius alijs illos designantes & demõstrantes, dicebant, Macedones quidem, videte hic est Pauli pronepos, Græci vero hic est Memmij; Siculi videte Claudiũ, Epirotæ videte Appium, Asiani, Lucium, Iberes Publium, Carthaginenses, Africanum. Romani vero hos omnes.* Ex quibus, ni fallor, Iuuenalis verborum sensus elucescit. Quod autem Dion plurimos se sponte ad hæc faciẽda obtulisse dicit, declarat id quoq; Iuuenalis:

——quanti sua funera vendant
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant celsi prætoris vendere ludis.

In

In *Mimorum* tamē actiones præcipue insaniuerunt, quod hæc aliquem colorem libertatis & ingenuitatis referrēt, vt post dicemus, quod idem hic Poeta postea subiungit:

Finge tamen gladios inde, atq; hic pulpita pone.
Quid satius, mortem sic quisquam exhorruit, vt sit
Zelotypus Thymeles stupidi collega Corinthi?

Per *triscurria* enim *patriciorum*, & *Planipedes Fabios*, & *Mamercorum alapas*, inimicas senatorum actiones intelligit: sicuti & per *zelotypum Thymeles*, & *stupidi Corinthi collegam*, ipsos patricios actores. Mimi enim complectebantur imitationem dictorum factorumque alicuius parum honestorum, & absque omni verborum reuerentia nudam spurcamque aut adulterii, aut alterius turpis facti iocosi aliquid in se habentis, narrationem. *Triscurria* igitur inde vocat, in quibus & iurgia amatorum, & rixæ pugnæq; ridiculæ ob riualitatem, aut heri cum seruo altercationes, & verbera erant. perque ea intelligit *Mamercorum Alapas*. Hinc Martialis:

Os tibi percisum est quanto non ipse Latinus
Vilia Panniculi perculit ora sono.

Latinus enim mimorum fuit per ea tempora clarus actor, vt ex Suetonio in Domitiani vita liquet. Sicut & *Corynthus* & *Thymele*, quod Mimæ nomen fuit tum celebre, quę vt plurimum mœchantem agebat mulierem. vt inde *Zelotypus Thymeles* dicatur, actor ille patricius in sua actione scilicet mimica. Sed & per *Planipedes Fabios* id apertius indicatur. Dicebantur enim mimorum actores *planipedes*, eo quod non in scena seu pulpito suas actiones ostentarent soccis aut cothurnis induti, vt Tragici & Comici, sed positis instrumentis mimicis nudis, pedibus in orchestra saltarent: vt auctor est Grammaticus Diomedes. De quibus rebus in scenicis nostris Originibus copiosius agemus.

CAPVT XII.

Mimorum fabulas *easdem fuisse posteris, quæ Priscis fuerint* Atellanæ: *quarum actio cum fuerit permissa ingenuis adolescentibus, hinc liquere quo colore se excusarint Senatorij ordinis homines, in scenam ad peragendos Mimos prodeuntes.*

ET quoniam in mimorum mentionem incidimus, id denique haud prætermittendum, quod eædem & fabulæ videntur posteris adulta iam Romana Repub. fuisse, quæ priscis fuerint Atellanæ. Quod ipsum colligi posse videtur ex his Ciceronis verbis epistolarum familiarum lib. 9. epistola ad Papirium Petum, cuius initium, *Delectauerunt me literæ tuæ, &c. Nunc venio ad iocationes tuas, quando tu secundum Oenomaum, Accij, non vt olim solebat Atellanum, sed vt nunc fit, Mimum introduxisti.* Ex quibus verbis, ni fallor, liquet *mimicas fabulas* in locum *Atellanarum* postea successisse, quæ Atellanæ ingenuis etiam permissæ erant, Quod T. Li-

uius lib. 7. ab vrbe condita his verbis cõmemorat: *Iuuentus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo, ridicula intexta versibus iactitare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, consertaq; Fabellis potissimum Atellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum, tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, vt actores Atellanarum nec tribu moueantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicræ, faciant* hæc ille. Cui & Valerius Maximus succinit lib. 2. cap. de institutis antiquis: *Atellani, inquit, ab Oscis acciti sunt, quod genus delectationis Italica seueritate temperatum, ideoq; vacuum nota est. nam neq; tribu mouetur, neq; a militaribus stipendijs repellitur.* hæc ille. Cum autem mimi in Atellanarum locum vti diximus, successerint, cõsideratu facile est, quo colore se excusarint nobiles Romani, in Neronis & aliorum pincipũ gratiam mimos peragentes, & saltantes; tanquam ingenuis viris illorum actione permissa. Legimus enim Laberium Mimorum poetam, suos etiam Mimos actitasse nec ius ingenuitatis eo amisisse, aut equestris militiæ decus: comprobante id C. Iulio Cæsare; qui vt auctor est Macrobius. eundem ob lectitatum suo rogatu Mimum, Quingentis Sestertiis & annulo aureo donauit: Quo tamen velut iniuria affectus & offensus Laberius, indoluit; indignabundusq; hos protulit versus:

Eques Romanus lare egressus meo;
Domum reuertar Mimus; nimirum hoc die
Vno plus vixi, mihi quam viuendum fuit.

Quocirca, & conuiuiis eos ipsos mimos adhibebant, etsi parum decoro ii existimarentur inseruire, qui nobilitati suæ illorũ actione præiudicium facerent.

CAPVT XIII.

Carmen illud eiusdem Iuuenalis, aliter explicatum, quam ab Angelo Politiano,

Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam.

HVnc versiculum Domitium Calderinum insectando; Politianus, dum rectius interpretari conatur, nec ipse quidem admodum scopum & mentem Poetæ attigisse visus est, dicens: *Mineruale munus siue minerual innuisse Iuuenalem, mercedulam magisterii scilicet a scholasticis dari solitam, ante quinquatria potissimum; quibus pueri,* inquit, *vacabant*: quod deinde Horatii & Ouidii testimoniis fulcire conatus, de *mineruali* quoq; D. Hieronymi & M. Varronis verba ad id stabiliendum adducit. Postremo Poetæ sensum his verbis hunc esse contendit. *Ni forte igitur* (inquit) *Poetæ sensus hic erit, eum quoque, qui semel Præceptori minerual porrexerit, quod per assem designatur, id est, qui paucis diebus Rhetori aut Grammatico operam dederit, optare totis Quinquatribus, quæ festa erant Mineruæ, ingeniorum præsidis, non modicum quippiam, sed eloquium*

aut

aut famam Demosthenis aut Ciceronis. hactenus ille. Cui adstipulamur de minerual; catenus vt credamus illud fuisse munusculum & stipem, quam discipulus primo suo ad Magistrum ingressu, velut auctoramentum quoddam parati ad discendum animi, adfert. non abludentibus ab hoc sensu D. Hieronymi verbis qui *minervale* id munus appellat, non Magisterii mercedem, quæ menstrua erat, idibusque persoluebatur, quod & Horatius sermonum lib. 1. Satyra 6. his versibus planum facit:

Noluit in Flaui ludum me mittere magni,
Quo pueri, magnis e centurionibus orti,
Leuo suspensi loculos tabulamque lacerto,
Ibant, octonis referentes idibus æra.

Erant enim menstrua doctorũ salaria, quæ ante Quinquatria idibus ipsis persoluebantur. Nam *mineruália*, & *strenæ*, & *sportulæ*, additamenta erant gratuita, quæ pactæ mercedi, pro cuiusque facultate accedebãt; id quod & Merula iocose apud Varronem innuit. nam cum Axius postulat se recipi discipulũ, villaticę pastionis, stipulatur ante per iocum Axius minerual, quod primo suo in scholam, vt diximus aduentu discipuli doctori futuro exhibent. Ceterum videmus leuis id momenti esse, id certe perabsurdum, quod per eum, qui adhuc vno asse partam Mineruã colit, Demosthenis & Ciceronis protinus eloquentiam optantem interpretatur: cum discipulũ, qui semel minerual Præceptori porrexerit, hoc est paucis diebus Rhetori aut Grammatico operam dederit, cui nullum adhuc iudicium, vt pote rudi & indolato puero, aut adolescentulo adhuc esse potest. Quocirca nequid interim tanti viri tam bene de literis meriti, auctoritati detractum per me sit, saluo semper meliorum iudicio, potius in contrariam adducor sententiam, vt credam a Iuuenale voluisse intelligi, magistellum illum aut doctorculum, qui primũ iam vnius discipuli compos, ludum aperire inceperit. Sed carmina præcedentia paulo altius sunt repetenda. Sic enim ille:

Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam,
Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Quorũ sensus hic nobis videtur: Cum enim Iuuenalis varia mortalium vota, vt inania & plerunq; in diuersum cadentia irrisisset, tandẽ ad eos venit, qui præpropere nimisq; ad famã eloquẽtię anhelant: quod vitiũ adeo præpostere multis inhærere ostendit, vt sint humiles quidam magistelli & ludi litterarii siue scholæ Rhetorũ quidam Præceptores, qui simul ac ludum aperuerint, vniusq; iam discipuli primã stipem acceperint, quam Mineruæ, & honori, & nomini consecrabant, ingeniorũ nimirum præsidi, nihil aliud somnient totoque Mineruæ festo ab eadem dea nil aliud aut postulent aut

optent, quam similes fieri Demostheni aut Tullio summis oratoribus, quantumuis tamen sint re angusta, & quamuis vnum tantum seruulum possideant, qui adseruet exiguam illorum Capsulã cum pauculis libellis, quam etsi adepti forent, tamẽ nesciãt, quod interdum sit suis possessoribus exitialis: quod in duobus summis illis eloquentiæ luminibus Demosthene & Tullio quibus vtrisque illa exitio fuit, vt sequentibus versibus declarat, patuit:

Eloquio sed vterq; perit orator, vtrumq;
Largus & exundans læto dedit ingenij fons.

Præter hæc quoque, notauit hic Poeta veterem scholarum more, in quib. imago Mineruę poni solita erat, cui nouus magister primitias munusculorum a discipulis oblatorum (quæ ob id vt diximus *minerualia* appellabantur) dedicabat: sicuti & Musas quoq; & Apollinem. Vnde lepidus illi, teste Athenæo, iocus de quodã, qui Apollinem & nouem musas in suo ludo positas haberet, rogatus Stratonicus, *quot discipulos haberet? Cũ Dijs,* inquit, *duodecim.* Duos enim tantum habebat. Sed ne quis hæc, quæ diximus, vt ficta & temere a nobis excogitata calumnietur; promẽda sunt nobis doctiss. viri Q. Septimii Tertulliani verba, omnẽ hãc rem tam aperte explicãtia, vt nemo iis lectis futurus sit, qui non suffragio suo huic nostræ sentẽtiæ adstipuletur. Sic igitur ille in libro de idololatria, qui posteriore Gallica æditione primũ in lucem prodiit, sic enim ille: *Quis ludimagister sine tabula septem idolorum; quinquatria tamen frequentabit? ipsam primam noui discipuli stipem, Mineruæ & honori & nomini consecrat. Quid minus inquinamenti eo, quem præstat quæstus, & nominibus & honoribus idolo nuncupatis, quam Minerualia Mineruæ? quam Saturnalia Saturni? quæ etiam seruiculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est; Etiam strenæ captandæ, & Septimontiũ, & brumæ, & caro cognationis honoraria exigenda annua: Flore scholæ coronandæ, Flaminici & ædiles sacrificant Cereales, schola honoratur ferijs, idẽ fit idolo natali, omnis diaboli pompa frequẽtatur. Quis hæc competere Christiano existimabit? nisi qui putabit conuenire non magistro.* hæc ille. Recensuimus ista prolixius q̃ & multa prisci moris indicãt, & quod plerisq; a nobis restitutis mendosa in Gallica editione circumferebantur, in quibus tamen non ad plenum nobis satisfecimus, ad cetera inuestiganda ansam studiosis relinquentes. Dum hæc scriberem prodiit altera editio, vbi tantum nõ inueni errores expunctos, sed in peius quibusdã locis deprauatos, nos autem ad probanda ea, quæ instituimus, abunde satisfecisse arbitramur.

CAPVT XIV.

Eiusdem Iuuenalis carmen expositum de Protogene, *contra Scholiographorum eius mentem.*

EIusdem Poetæ carmen est Satyr. 3. tale,

Non est Romano cuiquam locus hic vbi regnat

Proto-

Protogenes aliquis aut Diphilus aut Erymanthus
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum.

Quem locum quicunq; hactenus interpretati sunt aut de *Protogene* pictore intellexerunt, aut alias quasdam nugacissimas nugas attulerunt, *Protogenem* quasi πρῶτον τῶν γένους exponentes, aliaq; ridicula nihil ad intentem Iuuenalis facientia, adferentes: qui hic loquitur de delatoribus famosis sub Caio & Nerone principum aures occupantibus, & ad omne facinus animos illorum instigantibus; Græculis maxime, quod vel præcedens versus iudicat;

Stoicus occidit Baream delator Amicum,
Discipulumq; senex, ripa nutritus in illa
Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.

Qui sit item hic fuit *Protogenes* sæuissimus formidolosissimusque delatorum sub Caio principe, de quo libro 58. sic Dion Cassius: ἦν δὲ καὶ Πρωτογένης πρὸς πάντα αὐτῷ τὰ χαλεπώτατα ὑπηρετῶν, ὥστε καὶ βιβλία ἀεὶ δύο περιφέρειν, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. οὗτος ἐσελθών ποτε ἐς τὸ συνέδριον, ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι, καὶ πάντων, οἷα εἰκός, προσαγορευόντων τε αὐτὸν, καὶ δεξιουμένων, δριμύ τι τῷ Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ ἐνιδὼν, καὶ ἔφη, καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; καὶ ἀκούσαντές τινες τοῦτο οἱ παρόντες, περισχόντες τὸν συμβουλευτὴν, διεσπάραξαν. ἥσθη τε ἐπὶ τούτῳ ὁ Γάϊος, καὶ ψηφισαμένους αὐτοὺς κατηλλάχθαι. id est *Protogenem quendam habuit Caligula ad omnia sæua & grauissima quaq; ministrum, circumgestantem semper duos libellos, quorum vni gladius alteri pugio nomen erat hic aliquando ingressus senatũ, ob aliquam caussam, cum senatus obuiam se illi ad osculum ferendum (scilicet vt par erat) ingessisset. Cum torue admodum intueretur Scribonium Probum, & tu me,* inquit, *amplexaris? qui imperatorem tanto odio prosequeris? quod audientes qui aderant, mox ipsum Scribonium senatorem acceptum membratim & frustillatim discerpserunt. Quo facto supra modum lætatus Caligula, iactauit se Senatui reconciliatum.* Huius idem auctor meminit & in Claudii vita; dicens *Claudiũ in initio sui principatus hos Protogenis libellos igni cremasse,* occiso (vt credibile est) ipso auctore. Huius quoq; crudelissimi facinoris meminit Suetonius Tranquillus, nomine tamẽ & senatoris & delatoris suppresso: *Cum discerpi* (inquit) *senatorem concupisset, subornauit qui ingredientem curiam, repente hostem publicum appellantes, inuaderent, graphiisq; confossum, lacerandum ceteris traderent: Nec ante satiatus est, quam membra, & artus, & viscera hominis tracta per vicos, atq; ante se congesta vidisset.* Eiusdem notæ fuisse arbitror *Diphilum & Erymanthum*, sed de iis etiamdum nihil mihi est compertum.

CAPVT XV.

Cur idem Iuuenalis notissi nam mœcham Hippiam nominarit.

IVuenalis Satyra sexta de famosa & impudica adultera loquens, Hippiam illam ficto vocabulo appellauit his versibus:

Nupta Senatori comitata est Hippia ludum
Ad Pharon & Nilon famosaq; mœnia Lagi
Prodigia, & mores vrbis damnante Canopo. &c.

Non immerito posset quæri, cur fœminam extreme libidinosam Hippiā vocarit hic auctor, q̄ senatore marito derelicto in Ægyptū vsq sequuta sit gladiatorē. At enim nodum exsoluit Ælianus li. de animalib 4. ita scribens: *μόνας ἀκούω τῶν ζῴων τὰς ἵππους, καὶ κυούσας ὑπομένειν τὴν τῶν ἀρρένων μῖξιν. εἶναι γὰρ λαγνιστάτας. διὰ ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀσελγεστέρας ἀπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων, καλεῖσθαι ἵππους* id est, *Solas de bestijs audio equas se iniri sustinere a maribus, postquam fœtæ sint, incendi cum eas ex fœminis maxime: ob eam caussam libidinosas mulieres equas vocari solere ab eis, qui grauius ijs cōuitium facere studeant.* Quin & Aristoteles in sexto de historia animalium, *λαγνίστατον ἢ καὶ τῶν θηλειῶν καὶ τῶν ἀρρένων, ἵππος μετ᾽ ἄνθρωπόν ἐστι.* id est, *salacissimum omnium, tum fœminarum tum marium equus est homine excepto*; hinc & *ἱππομανεῖν* dicuntur equæ libidine incensæ, *quod tanquam cōuitium*, inquit Aristoteles *in mulieres libidinosas torquetur*, *αἱ μὲν οὖν ἵπποι αἱ θήλειαι ἱππομανοῦσιν ὅθεν καὶ ἐπὶ τὴν βλασφημίαν τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐπιφέρουσιν ἀπὸ μόνου τῶν ζῴων*, quod postremum ab Erasmo inter prouerbia etiam est adnotatum, id Theodorus Gaza *equire* vertit. Vulgaris Latini Lexici auctor dicit Columellam in 7. cap. vltimo, vsum ea voce, vbi de Medicinis mularum agit, legitque *Equienti mulæ cruda brassica datur*, vbi tamen *febrienti* legi debet, habeturque ita in omnibus quos vidi codicibus. de earum libidine etiam Vergilius:

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum &c.

Columella de equis & equabus loquens: *id præcipue armentum libidinis exstimulatur furijs, vnde etiā veneno inditum est nomen Hippomanes, quod equæ cupidum similem mortalibus amorem accendit*, ad hæc igitur respiciens Poeta opinor, mulierē libidinosam *Hippiæ* nomine donare voluit.

CAPVT XVI.

Maxima vsos verecundia veteres in recitandis rebus parum per se pudicis.

VEteres si qua alia re commendabiles, tum honestate, tum verecundia in verbis & moribus, esse merito nobis debent. Res enim turpes ac per se parū honestas elegātibus circumlocutionib. aut cōgruentibus ad id Metaphoris decentissime velarūt. Sic Hesiodus, *Coitum viri cum muliere*, describere volens, illud *μιχθεὶς ἐν φιλότητι*, subinde repetit; quod & Homerus identidem facit: quos imitatus noster Maro, congressum Æneæ & Didonis conscribens,

——*placidumq; petit per membra soporem.*

dixit. Quin & *sationem liberorum* & congressum venereum, elegātibus Metaphoris ab agricultura petitis texerunt. Sic Euripides in Troadibus Priamum vocat *τὸν πεντήκοντ᾽ ἀροτῆρα τέκνων*, ab agri colendi

lendi exercitio ad muliebrem congressum translato. Sic Plautina matrona in Asinaria maritū meretriciis amoribus vacantem accusat, quod *fundum alienū aret, propriū incultum deserat.* Idem in Amphitruone, vxorē vsurariam præbere, idem esse ait. *ac si agrum sterilem fodiendum loces.* Credo hoc consilio motum Catonem Vticensem, cum iam satis liberorū ex Martia vxore suscepisset, Hortensio, qui absque liberis erat, & sterilem nactus erat coniugem, vtendam fruendam concessisse; vti & ipse ex ea liberos tolleret: sicque inter duas maximas familias affinitas contraheretur; Cum Hortensius ante Portiam Bibuli vxorem, Catonis filiam postulasset, ὥσπερ εἰς ἀγαθὴν χώραν ἐντεκνώσασθαι. id est, *tanquam fœcundum agrū ad sobolem procreandam,* inquit Plutarchus, qui totam illam rem, rationemq. cōsilii tum Catonis tum Hortensii pluribus exsequitur, testem Thraseam citans: cum Lucanus quoq; Poeta pulcro id carmine prosequutus sit: Vnde illa iam mortuo Hortēsio ad priorem maritum reuertens, ita se purgat.

Dum sanguis inerat dum vis materna, peregi
Iussa Cato, & geminos excepi fœta maritos.
Visceribus lassis partuq; exhausta reuertor,
Iam nulli tradenda viro. Da fœdera prisci
Illibata thori. ———

Sic Euripides quoque in supra citata fabula Priamum φυτουργὸν vocat, quasi dicas *plantarum consitorem*; cum prosatio liberorum cum consitione plantarum non malam habeat similitudinem. Supradicta autem arandi Metaphora, non inconcinne vsus est Theognis Poeta, adulterum alienos lectos contaminantem, accusando his verbis:

ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον
ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν.

Id est,

Odi mulierem circumcursatricem & virum contumeliosum;
Qui vult alienum aruum subigere.

Quam autem hic vocat mulierem περίδρομον (vt id obiter adnotetur) veteres Latini dixissent *Catillantem: Catillare* enim per aliēnas domos assidue gyrare & circumcursare significat, teste Placiade Grammatico, tracta a *catulis* Metaphora q per omnes domos circumcursant. Vnde non illepido nostratibus puerbio, is qu' omniū domos penetrat, dicitur cani esse similis, quod is in omnium ædes caput inferat. Id, si cui alias olim, ita & nunc quoq; honestis fœminis datur vitio, leuitatis, desidiæ, loquacitatis, deniq; impudicitiæ id esse argumētum. Vnde in Simonidis elegantissimo carmine de natura mulierum huiusmodi quoq; cani comparatur:

τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτουργὸν αὐτομήτορα
ἣ πάντ' ἀκοῦσαι πάντα δ' εἰδέναι θέλει
πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη

pideus fuit, at interdum ligneus fuit ex præustis sudibus factus, aut ex alia materia, vt idem Iunius inquit: Allusit ad id hoc carmine Horatius in epodis:

Qua muneretur te Priape, te pater
Syluane tutor finium,

Quod autem ad secundum carmen attinet,

Seu vetus in triuio florida secta lapis.

id de terminali lapide in compitis trifiniis aut quadrifiniis, vt Frontini & Vrbici vocabulis vtar intelligendum; hos plerumque etiá oleo aut vnguento perfundebant, vt Apuleius in Floridis notat. *vel lapis*, inquit, *vnguine delibutus, religiosam moram viatori obiecerit.* Eo sensu etiam explanandus est Arnobius contra gentes libro primo ita scribens: *Venerabar (o cæcitas) nuper simulacra modo ex fornacibus promta, in incudibus deos & malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus tænias: si quando cõspexeram lubricatum lapidem, & oliui vnguine ordinatum* (lege & castiga *odoratum*) *tanquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam, nihil sentiente de trunco, &c.* Fines enim omnium rerum *Termino*, vt *Iano* initia attribuebant. Vnde & *Terminalia* in honoré Termini festum, quod fine anni extremis Februarii diebus agitabatur: annus enim antiquitus apud Romanos a Martio auspicabatur. Vnde D. Augustinus in 7 de ciuitate Dei quærit, *Cur ad Ianum omnium rerum reducantur initia? fines vero ad alterum quem*, inquit, *Terminum vocãt?* de hoc item Lactantius Firmianus lib. diu. institutionum primo scribit, quod fuerit lapis ille existimatus, *quem Saturnus pro Ioue deuorauit*, qui *Mitis & Batylus* dicitur auctore Hesychio, quem Priscianus quoq; Cæsariensis *Abaddyra* quibusdam vocatum scribit ad quod D. Augustinus in epistola ad Maximum Numidã ethnicum Grammaticum scribens, alludit: *Habent*, inquit, *& in Numinibus Abaddyres & in Sacerdotibus Eucaddyres.* Hic est terminus, qui Ioui ipsi noluit cõcedere, vt apud Gelliũ Varro ænigmatice docet, nam cedentibus Ioui reliquis numinibus dum Capitolium ædificaretur, Terminus mãsit immobilis: Quocirca, inquit Firmianus, Poeta illũ *Capitolii immobile saxũ* vocat. *Ea* (inquit facete idem Firmianus) *forte fiducia, quod illum e paternis faucibus liberauerat* Sed vt ad Tibulliani carminis explanationẽ reuertamur, Solebant in triuiis aut quadriuiis poni Mercurii statuæ cum tricipiti facie, quæ præterea nihil aliud essent, quam truncus aut lapis informis Hinc illud Satyrici:

———truncoque simillimus Hermæ.

Quin huic adstipulatur, quod Aggenus Vrbicus scribit in cõmentario in Iulium Frontinum de controuersiis agrorum: *Si*, inquit, *loca sacra ædificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio constituebantur, vbi trium vel quatuor possessionum terminatio conueniret: Et vnusquisq; possessor donabat certum modum sacro illi ex agro*

suo, & quantum donasset scripto sanciebat, vt per diem solemnitatis, eorum priuatorum agri, nullam molestiam inculcantis populi sustinerent. &c. Hinc & Iuppiter ὁμόριος dictus apud Polybium, sed de iis hæc hactenus.

Capvt XIX.

Ouidius explanatus super Hemi *&* Rhodopes *fabella, & alter eius inibidem versus declaratus.*

P. Ouidium Nasonem non solum candore, facilitate, & elegantia dictionis & styli commendandum existimaui; sed et à ob eam qua excellit reconditam rerum eruditionem: quod vel ex iis versibus, qui in sexto Metamorphoseωn libro leguntur, facilitè diiudicari potest.

Threiciam Rhodopen habet angulus huius & Hæmum,
Nunc gelidos montes mortalia corpora quondam,
Nomina summorum, sibi qui tribuere Deorum.

Hos versiculos cum ab eius Poetæ interprete parum explicatos inuenissem, operę pretium duxi, si fabulam remotiorem id totum explicatem adducerem. quam Plutarchus ille seu Chæroneus, seu nescio quis alius Sophista, qui de fluminibus & montibus librum cōscripsit, ex Thrasyllo Mendæsio in 3. de lapidibus refert ad hūc modum: παράκειται δὲ τῷ Στρυμόνι ὄρη Ῥοδόπη καὶ Αἷμος· οὗτοι ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες, ὁ μὲν αὐτὴν Ἥραν προσηγόρευσεν, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία, μισοπονηρῶς. οἱ δὲ ἀτιμαζόμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους. id est, *Adiacent Strymoni fluminis montes, Rhodope & Hæmus: Hi frater sororq; cum essent, inmutuum amorem incidentes, hic quidem sororem Iunonem, at illa fratrem Iouem flagitiose admodum sese compellarunt. At contumeliose habiti Dij, grauiter illud ferentes, in sibi cognomines montes eos transformarūt.* Hæc ille Plutarchus, quem Parthenium stilo & ratione scribendi satis congruentibus, quidam existimarunt. Obiter licet subobscure attigit hāc historiolam is, qui argumenta fabularum Ouidii collegit, quem Lactantium quidam nominãt. Eiusdem Ouidii Poetæ hos ex ibide versus:

Vtque vel Euenus torrenti flumine mersus
Nomina des rapida, vel Tyberinus aqua.

Sic explicatos ex eodem habe Λυκόρμας (inquit) ποταμός ἐστι τῆς Αἰτωλίας, μετωνομάσθη δὲ Εὔηνος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴδας ὁ Ἀφαρέως παῖς δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἁρπάσας Μάρπησσαν ἀπήνεγκεν εἰς Πλευρῶνα. περιπαθὴς δὲ γενόμενος ἐπὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος, ἐπεδίωκε τὸν ἐπίβουλον τῆς ἰδίας θυγατρός. γενόμενος δὲ κατὰ Λυκόρμαν, καὶ τῆς συλλήψεως ἀπελπίσας, ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος μετωνομάσθη. id est, *Lycormas fluuius est Ætoliæ, transnominatus deinde Euenus, huiusmodi ob causam, Idas Apharei filius amore incensus Marpissan rapiens, abstulit illam in Pleuronem. Perturbatus autē animo ob ea, quæ acciderant, Euenus,*

nus insequutus est insidiatorem raptoremq; filiæ suæ. Cum autem ad Lycormam fluuium peruenisset, & raptorem se filiæ assequi capereq; posse desperaret, seipsum in flumen præcipitauit, quod inde ab eo Euem nomen obtinuit. Hactenus ille. At Plutarchus alter Chæroneus in exemplis τῶν παραλλήλων hanc quidem rem sed paulo diuersius retulit: Ait enim hunc Euenum Steropes & Martis filium fuisse, duxisseque Oenomai filiam Alcippam, ex ea autem sustulisse Marpessam; hanc virginem accurate seruasse; hanc Idam Aphareti (sic enim in Codicibus Plutarchi legitur, qui locus tamen castigandus obiter, & *Apharei* legendum) choreas ducentem rapuisse; quam cum pater fugientem insequutus, cum comprehendere nō posset, in Lycormam fluuium se præcipitarit; Vt Dositheum in primo rerum Italicarum scriptum reliquisse refert.

CAPVT XX.

Alter eiusdem locus, quo Augustum Cæsarem celebrat, ex lib. primo Metamorphoseωn enodatus.

Locus est in primo Metamorphoseωn eiusdem Poetæ hoc versuum ambitu, in fabula Daphnes, vbi sic Apollo laurum alloquitur:

Arbor eris certe dixit mea, semper habebunt
Te coma, te cythara, te nostra Laure pharetra.
Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent capitolia pompas.
Postibus augustis eadem fidissima custos,
Ante fores stabis, mediamq; tuebere quercum.

Horum, maxime duorum posteriorum versuum sensum, non satis enodasse videtur ii, qui hactenus in eum auctorem scripsere commentarios; nec quid sibi vellet, quod *laurum custodem forium augustarum* apposuere, tum illud præcipue quomodo *mediam quercum* tueretur. Quam totam rem cum Dionis Cassii historiam perlegeremus, expositam inuenimus. Traditum enim est ab eo lib. 53. cum deuicto Antonio, & sopitis bellis ciuilibus, Cæsari Augusto varii multiplicesque honores a Senatu decernerentur, inter cetera illud quoque est decretum, vt Laurus ante domum eius Palatinam locaretur, vtq; quercua corona (seruatorum scilicet ciuium decus) ipsi alligata, in medio eius suspenderetur, id quod Græce idem Dion sic expressit: ἔλαβε καὶ γὰρ τό τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι. τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι, καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. Quæ ex re satis manifestos arbitramur Ouidianos hos versiculos, vt nō amplius de eorū sensu sit dubitādū. videtur quoq; id, licet perobscure, innuere Valerius Max. lib. 2. capite de iure triūphandi: *Ceterū ad quercū pronæ manus porrigūtur, vbi ob ciues seruatos corona dāda est, qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triūphant. Hinc &*

X 4

Plinius lib.15.ca.30.dixit: *Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificumque; quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat.*

Capvt XXI.

Tertius eiusdem locus, similitudinem a theatricis rebus sumtã continens, explanatus.

CVm in scæna aliquod Automaton aut pegma ostenderetur velut e terra emergens, aulæa quibus scena cõstrata erat, necesse erat subduci tollique; vti id, quod ostendebatur, populi spectantis oculis subiiceretur; tales erãt historiæ & spectacula e terra supra scenæ contabulationem machinis eleuata, quibus Ouidius comparat terrigenos illos e draconis dentibus a Cadmo satis, enatos, & paulatim e terra prodeũtes, donec pedibus suminis eius superficiem contingerent. Sed libet ipsius auctoris versus apponere e tertio Metamorphoseωn libro:

Inde (fide maius) gleba cæpere moueri,
Primaq; de sulcis acies apparuit hasta,
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri, pectusq;, onerataq; brachia telis
Existunt, crescitq; seges clypeata virorum,
Sic vbi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primumq; ostendere vultus,
Cetera paulatim, placidoq; educta tenore
Tota patent, imoq; pedes in margine ponunt.

Interpres rustice satis hos versus exponit, scribens terrigenarũ signa, & imagines surgere, dum aulæa parietibus affiguntur, sed repugnat vox *tolluntur* huic commento. Nemo enim dicit tolli id ꝙ erigitur, suspenditur adduciturue, sed id quod amouetur auferturque; nimis profecto rupice rusticaneũe locutus fuisset elegantissimus & proprietatis tenacissimus Poeta, si id sensisset: vt interim taceam interpreti huic ne minimũ quidem de Theatrica cõsuetudine oboluisse, sensisseq; id intelligendũ, de qualibet, quæ in domibus etiam fit suspensura aulæorum, cum Ouidii versiculi manifeste exprimant, Poetam tantum loqui de consuetudine Theatrica. Erit igitur is Poetæ sensus, non aliter sensim e terra proru pisse terrigenas, primo cacuminib. hastarũ, deinde capitibus, toto paulatim corpore, quam automata spectacula rerum seu personarum dimotis, quæ obstant e pauimento aut tabulato scenæ aulæis, quæ pegmaticis, occultis machinis in sublime tacite & sensim sustolluntur ex inferiore loco in superficiem scenæ. Quod fere fiebat, dum aut vmbræ aliquæ ex inferis emergerent, aut tale quid nouum & rarum repente emergens, spectatorũ oculis subiici vellent. Id quod ne nostris quidẽ Theatricis est incognitũ, qui Christum stantẽ sensim huiusmodi machinis, tanq̃ si per petrã transiret solidam,

solidam, delusis spectatorum oculis e sepulchro educunt. Sed vt nostram adsertionem testimoniis suffulciamus; adducenda sunt L. Apuleii e decimo metamorphoseωn libro verba, hanc rem tam dilucide explanantia, vt ambigendi de ea amplius nullus sit locus. Narrata enim pyrricha saltatione, demum subdit: *At vbi discursus reciproci multinodes ambages tuba terminalis cantus explicuit, aulaeo subducto & complicitis siparijs, scena disponitur. Erat mons ligneus, ad instar inclyti montis illius, quem vates Homerus Ideum cecinit, sublimi instructus fabrica; consitus viretis; & viuis arboribus & reliqua quae sequuntur*, quibus & montis idem simulachrum describit, & etiam personas, habitus, indumenta, & gestus Paridis, Mineruae, Veneris, & Iunonis, tum etiam Ephebi Mercurii, pomum aureum tenentis, descripto denique toto Paridis iudicio, Dearumque abeuntium vultu gestuque, sic denique subdit *Tunc de summo montis cacumine, per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vnda croco diluta, sparsimq; defluens pascenteis circa capellas, odoro perpluit imbre, donec in meliorem maculatae speciem, caniciem propriā luteo colore mutarent. Iamq; tota suaue fragrante cauea: montem illum ligneum terrae vorago decerpit.* Seneca quoque hanc rem dilucide in libro ad Eburtium Liberalem de studiis explicat & depingit, cum de inanibus studiis loquitur: *his adnumeres* (inquit) *licet, & machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quae cohaerebant, aut his quae distabant sua sponte cohaerentibus, aut quae eminebant paulatim in se residentibus, his imperitorum feruntur oculi, &c.* Ex quibus & Ouidii & L. Apulei ante citati loci, ni fallor, iam sunt dilucidiores: his accidit quod Donatus in prolegomenis Terentii in scena sterni Aulea adserit: vt nisi iis sublatis, scena inuerti seu pegmata placido tenore (vt Ouidius loquitur) educi nequiuerint. Huiusmodi & in circo & in amphitheatro quoque fieri solebant; id quod I. Calpurnii poetae versibus est manifestum, sic in Bucolicis scribentis, & de spectaculis Romae visis loquentis:

Ah trepidi quoties nos descendentis arenae
Vidimus in partes, ruptaq; voragine terrae
Emersisse feras: & eisdem saepe latebris
Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro.

Sed haec plenius & vberius, Deo fauente in libris nostris de scenicis Originibus commemorabimus.

CAPVT. XXII.

Dramaticos poetas plerumq; spontaneos errores in historia committere, vt Decoro personarum inseruiant.

POetis in more est, vt personarum decoro & scenae seruiant, saepe historiae leges transgredi, aliaque pro aliis subiicere, quod

non a nobis modo, sed & a doctissimo viro Andrea Alciato est obseruatum; adeo vt si quis se iis inueniendis torqueat, frustra sudauerit. Sic Penelope Antilochum pro Memnone subiicit apud Ouidium. Sic item obseruauimus in Senecæ tragœdia, cui Troias titulus, vbi Hecubam introducit ita loquentem.

— Columen euersum occidit
Pollentis Asiæ, cælitum egregius labor.
Ad cuius arma venit, & qui frigidum
Septena Tanaim ora pandentem bibit.
Et qui renatum prorsus excipiens diem
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.

Hecuba vt mulier locorum & Geographiæ imperita, geminos hic errores in historia committit, dum Tanaim septeno hostio nobilē reddit, & dum Tigrim in mare rubrum se exonerare dicit: quod nemo peritus regionū & locorum vnq̄ dixit. Nam neq; Tanais septeno ostio nobilis est, sed duob. tantum alueis siue ostiis vt Strabo notauit. Tanaim (inquit Plinius) gemino ore influentem incolunt laxamati. Eisdem adstipulatur & Ptolomæus. Tigris quoq; flumen non in mare rubrū influit, sed ab Euphrate recipitur apud Babyloniam, qui sese in sinum Persicum exonerat. Qua in re poeta mulieris rerum imperitę seruauit decorū, personæ conueniens. Sicut mihi quoque videtur fecisse Æschylus in Prometheo soluto, citante in Periplopontiea hos versus Arrhiano, quos idem auctor apud poetam præfatum proferre dicit Titanas, ita Promethea alloquentes, dum enarrant quo locorum deuenerint.

ἥκομεν τοὺς σοὺς ἄθλους τοὺς δὲ προμηθεῦ
δεσμοῦ τε πάθος τό δ' ἐποψόμενοι.

Subiicientes quæ loca peragrarint & quo deuenerint:

——— τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς,
Εὐρώπης μέγαν τῇ δ' ἀσίας τέρμονα φᾶσιν.

Id est.

Venimus o Promethen tua certamina
Vinctorumq; pœnam inspecturi, hanc tuam
Ad vsq; nempe geminum, magnumq; terminum
Terræ Asiæ Europæq; Phasin.

Quæ tamen Arrhianus adfert vt ostendat Æschylum Phasin terminum Asiæ Europæq; fecisse. At nisi vetustas præponderet, & tāti viri (qui minor Xenophon dictus est) auctoritas, dixerim id Æschylum non quod ita vere opinatus sit, sed secundum communem vulgi existimationem, aut vt decoro personarum inseruiret, cecinisse, & Titanas vt brutum quid sapientes, & imperitos, Ioui præterea & reliquis Diis inimicos, ita hallucinantes introduxisse. Quod tamen candido doctiorum iudicio excutiendum concedo, ne vetustati me præiudicasse, aliqui morosuli derepente clamitent.

CAPVT

CAPVT XXIII.

Vergilium non improprie sed κατ' ἀττικισμὸν usum esse verbo sperare, vbi a præcipuis Grammaticis improprietatis accusatur.

GRammaticorum Latinorum præcipui Diomedes, Donatus, Fla. Charisius, Seruius, De vitiis orationis scribentes, omnes vno consensuque ore Vergilium improprietatis siue acyrologiæ notant in his verbibus e libro eius Æneidos primo petitis:

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos, memores fandi atq; nefandi

Sperate, inquit Seruius abusiue *timete*. — Et rursum

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem
Et perferre soror potero —

Pro *timere*, inquit Seruius (quem etiam sequutus est Iulius Pomponius Sabinus) acyrologia: nam *speramus bona*, *timemus aduersa*. Hæc illi. At ego Vergilium summos Græciæ auctores & linguæ Atticæ proprietatem hic sequutum puto. Nam & Thucydides in vtramq; partem verbo ἐλπίζειν vsus est; in malam, statum in initio libri primi historiæ suæ de bello Peloponnesio eiusque magnitudine & diuturnitate, sic scribens Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων: ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων τεκμαιρόμενος. Id est: *Thucydides Atheniensis bellum Peloponnesium Atheniensiumque, quod inter se gesserunt, conscripsit, exorsus statim ab eo moto: sperans etiam fore tum magnum, tum memoria maxime dignum conijciens fore.* In quem locum doctissimus eius auctoris Scholiastes ad hunc modum scribit: τὸ ἐλπίσας οὐ μόνον ἐπὶ ἀγαθοῦ ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται. id est *Vox* sperans *non solum de bona re dicitur, sed etiam de cuiusuis futuræ rei exitu & euentu.* Sic idem in bonam partem vocem eam posuit in octauo ὁπόσοι δέ τι αὐτοὺς ἐθεάσαντο, ἐπήλπιζον ὡς λήψοιντο τὴν Σικελίαν. Id est *Quotquot illos conspexerant, sperabant eos Siciliam relicturos.* hoc est a vexanda insula eos destituros, & domum abituros: consimiliter & Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum ad Theodoctem vsus est in cap. de misericordia tione: ὅλως δὲ ὅταν οὕτως ὡς ἀναμνησθῆναι τοιοῦτα συμβεβηκότα. Id est, mala impendentia & accidentia, ἢ αὑτῷ ἢ τῶν αὑτοῦ, ἢ ἐλπίσαι γενέσθαι ἢ ἑαυτῷ ἢ τῶν αὑτοῦ. id est. *In totum* (misereri solemus) *quoties velut reminiscimur huiusmodi mala aut nobis aut nostris accidisse, aut metuimus ne nobis aut nostris consimile fiat.* ἐλπίσαι enim *metuere* ibi significat. Nam vt inquit Suidas: ἐλπίσαι οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ. ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. Capitur autē tum vt Moscopulus annotauit, pro προσδοκῶ cui & Thomas magister celebris Grammaticus adstipulatur, quod *exspecto* significat,

vnde lepidus ille iocus super voce *exspecto* ex ambiguo apud Rutilium Lupum lib. 1. vbi cum Proculeio filius dixisset, *se patris mortem non exspectare:* immo inquit Proculeius *rogo vt meam mortem exspectes.* Alioqui secundum communem morem ἐλπίζειν de *bonis*, φοβεῖσθαι vero de *malis* dicitur. προσδοκᾶν vero de vtrisq; vt idem Moschopolus tradit: Etsi Thomas magister adfirmet, vocem ἐλπίζω non solum (vt Attici accipiunt) capi pro voce προσδοκῶ, sed etiam pro eo quod est *in spem conijcere*; Lucianum in mortuorum dialogis citans, οἱ μάλα διαθρυλοῦσιν αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει. meminit & Budæus ad quem lectorem remittimus.

Capvt XXIV.

Locum quendam Persii poetæ, videri e Platone mutuatum.

Qvi poetas nihil ad instruendum pectus conferre arbitrantur, hi meo iudicio præpostere rerum æstimationem facere videntur. Vt enim cuiuis haud facile Corinthum contigit videre, (vt est in prouerbio) ita poeticam facultatem in arduo sitam, haud omnes qui eo conatum suum direxere, adsequuti sunt. Nisi fortasse quidam hoc esse poetam existimant, tornata verba decenter numeris includere; Sed falluntur illi; quando hos versificatores tantum siue ἐποποιοὺς dixit antiquitas: Poetam vero eum solum, qui præter humanarum diuinarumque rerum amplissimam scientiam, hunc etiam liberalium disciplinarum circulum, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, absoluisset, Philosophorumq, decreta, & Theologorum mysteria, affatim imbibisset. Quo circa nemo est quin fateatur, multarum rerum cognitionem, ab his qui se omnium scriptorũ interpretes & enarratores videri volunt, requiri. id quod nuper in legendo Persio vate hic animaduertimus, in his versibus e satyra eius 5. hic appositis:

——— *tibi recto viuere talo*
Ars dedit, & veri speciem dignoscere calles,
Ne qua subærato mendosum tinniat auro.

Quos si quis diligentius introspexerit, de Platonis thesauris depromtos inueniet. *Subæratum* enim *aurum* vitiatam indolem virtutis & adulteratam mendacii & prauitatis fucis appellat Nam & Plato in libris de Republ huiusmodi quoque metaphora vsus est dum scribit, Græce quidem, sed ad hanc sententiam: *Audiatis fabulam, omnes qui in eadem ciuitate viuimus, fratres sumus: sed cum Deus nos fingeret, aurum cum illis miscuit, qui ad gubernandum apti sunt, argentum autem cum illis qui armis ciuitatem defendunt; Nam & isti honore digni sunt: ferrum autem & æs agricolis, & alijs opificibus infundit. Hæc nonnunquam alterum ex altero fiunt: Nascitur enim ex auro argentum, & ex argento aurum. Magistratibus igitur Deus præcipit, vt magnam diligentiam habeant; si quis degenerauerit ab auro in argentum, aut ex argento in peiora, nullo modo ignoscant,*

scant; Sed naturæ congruentem reddentes honorem, in opifices aut agricolas deducant. Quod si a peioribus argentum aut aurum productum sit; honoretur iste, ad conuenientemq; locum argento aut auro conscendat: hoc maxime omnium seruandum est. Cum enim ferrum aut æs ad regendum peruenerit, tunc ciuitas destruetur. Quæ si Eusebio Cæsariensi credimus de diuinis litteris mutuatus, tanquam fabulam alio detorsit. Hic enim apud Ezechielē Prophetam scriptum est: *Ecce Dominus Israel filii hominis, permixti sunt omnes æri, stagno, plumbo, & ferro: in medio camini argentum permixtum sunt. Ideo hæc dicit Dominus: quoniam facti estis omnes mixtura vna, ideo ego suscipiam vos, sicut suscipitur argentum, & æs, & ferrum, & plumbum & stagnum in medium camini; vt suffletur in eo ignis & infundatur.* Per diuersa metalla commista, vterque intelligens diuersas virtutum vitiorumque qualitates, & adulteratas naturas.

MISCELLANEORVM *EPIPHILLIDVM,

Liber III.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Locus Valerij Maximi explicatus de Platone, remittente sacræ aræ conductores ad Euclidem.

VAlerii Maximi libro 8. cap. 13. verba sunt de Platone loquentis: *Platonis quoq; eruditissimum pectus, hæc cogitatio attigit: qui conductores sacræ aræ modum & formam eius secum sermone conferre conatos, ad Euclidem geometram ire iussit; scientiæ eius cedens, immo professioni.* hæc ille. Dubium & maxime obscurum multis videri potest, quamnam historiam hic innuat Valerius. Sed puto illum de ara loqui & controuersia super illa habita, cuius meminit Eutolius Ascalonita in secundo commentariorum in Archimedem de sphæra & Cylindro, ex epistola Eratosthenis, ad hunc modum ad regem Ptolomæum scribentis: τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασὶν εἰσαγαγεῖν τὸν μίνω τῷ γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον πυθόμενον δὲ ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη εἰπεῖν:

μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφον,
διπλάσιος ἔστω τοῦ δὲ τοῦ κύβου μὴ σφαλῇς
διπλασιάζων ἕκαστον κῶλον ἐν τάχει τάφου:

ἐδόκει διημαρτηκέναι. τῶν γὰρ πλευρῶν διπλασιασθεισῶν, τὸ μὲν ἐπίπεδον γίνεταί τι, τετραπλάσιον. τὸ δὲ στερεὸν διαμένον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι διπλασιάσειεν καὶ ἐκαλεῖτο τὸ τοιοῦτον πρόβλημα κύβου διπλασιασμός. ὑποθέμενοι γὰρ κύβον, ἐζήτουν τοῦτον διπλασιάσαι. πάντων δὲ διαπορούντων, ἐπὶ πολὺν χρόνον, πρῶτος Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ἐπενόησεν ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ. δύο εὐθειῶν γραμμῶν, ὧν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονός ἐστι διπλασία, δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ διπλασιασθήσεται, ὁ κύβος ὥστε τὸ ἀπόρημα αὐτοῦ εἰς ἕτερον οὐκ ἔλασσον ἀπόρημα κατέστρεφεν μετὰ χρόνον δέ τινας φασὶ Δηλίους ἐπιβαλλομένους τοῦτο κατὰ χρησμὸν διπλασιάσαι τινὰ τῶν βωμῶν ἐπιταχθέντας, ἐμπεσεῖν εἰς τὸ αὐτὸ ἀπόρημα. διαπεμψαμένους δὲ τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημίᾳ γεωμέτρας. ἀξιοῦν αὐτοῖς εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. τῶν δὲ φιλοπόνως ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς, καὶ ζητούντων, δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν. Ἀρχύτας μὲν ὁ Ταραντῖνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι. Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων, καμπύλων γραμμῶν, συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς γεγραφέναι. χειρουργῆσαι δὲ καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μὴ δύνασθαι. πλὴν ἐπὶ βραχύ τι τοῦ Μεναίχμου, καὶ ταῦτα δυσχερῶς. Ἐπινενόηται δέ τις ὑφ᾽ ἡμῶν ὀργανικὴ ῥᾳδία, δι᾽ ἧς εὑρήσομεν, δύο τῶν δοθεισῶν οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ᾽ ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν, παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι. ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον μετασχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν καὶ ἐπαύξειν, διατηροῦντας, τὴν ὁμοιότητα ὥστε καὶ βωμοὺς καὶ ναούς. δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα, καὶ ξηρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν μέδιμνον εἰς κύβον καθιστάναι, καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν, τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα πόσον χωρεῖ χρήσιμον δὲ ἐστὶ τὸ ἐπινόημα καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπαύξειν, καταπαλτικὰ καὶ λιθοβόλα ὄργανα, δεῖ γὰρ ἀνάλογον ἅπαντα αὐξηθῆναι. καὶ τὰ πάχη καὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰς κατατρήσεις καὶ τὰς χοινικίδας, καὶ τὰ ἐμβαλλόμενα νεῦρα εἰ μέλλει, καὶ ἡ βολὴ ἀνάλογον ἐπαυξηθῆναι. ταῦτα δὲ οὐ δυνατὰ γενέσθαι ἄνευ τῆς τῶν μέσων εὑρέσεως, hoc est: *Regi Ptolomaeo Eratostenes gaudere. Veterem quendam tragoedum, aiunt produxisse in scenam Minoa, sepulchrum Glauco exstruentem. Cum autem audisset centum id undique pedum esse, dixisse paruum, elocutus es regii fanum sepulcri. Duplum esto, a cubo ne aberraueris. Duplum faciens vitium quodque membrum in densitate sepulcri. Visus est in eo lapsus esse, lateribus enim duplicatis superficies quadrupla erit, solidum vero octuplum. Hinc quaesitum a Geometris, quo modo manente eadem forma, solidum aliquod datum duplicari posset. Vocatumque est huiusmodi problema, cubi conduplicatio. Supponentes enim cubum, quaerebant quomodo is duplicari possit. Cum autem plurimi multo iam tempore ambigerent, primus Hippocrates Chius excogitauit, an inueniri possent duae datae recta lineae, quarum maior dupla esset ad minorem, duasque medias proportionales adsumere in contigua proportione, tunc duplari posse cubum. At ille ul*

quod

quod erat in ea re ambiguum, in maiorem dubitationem alteram conuertit. At postea tempore quodam, ferunt Delijs peste laborantibus, oraculum responsum & imperatum, uti aram quandam duplarent, incidisse in eandem difficultatem. Implorantes autem illorum Geometrarum opem, qui tunc in Academia Platonis erant; dignum ducerent inuenire quæsitum, qui se gnauiter ad id accommodantes, quærebant uti duabus rectis datis, duas medias proportionales accommodarent. Archytas Tarentinus fertur per semicylindros inuenisse, Eudoxus per curuas lineas, visum est ijs demonstratione inuenisse, ast quæ inuenerant, opere perficere & in vsum deducere nequiuisse, exceptis ijs quæ paucula Menochinus præstitit: Eaque difficulter. Excogitata autem est a nobis, quædam instrumenti structura facilis, per quam inuenire poterimus, non solum duabus datis rectis, duas medias: verum quodcumque quis iusserit. Quo inuento poterimus vniuersaliter solidum quodcumque datum, æque distantibus lateribus contentum, in cubum reducere: aut ex altera in alteram figuram transformare, & similem ei facere, & ipsum augere, retinendo rei similitudinem. quare & aras & templa poterimus, & humidorum & siccorum mensuras, veluti mensurationem medimnorum, in cubum constituere. Et per huius latus diametri, vasa horum receptiua, quantum capere possint. Vtile autem est excogitatum istud, his qui student impulsiua & expulsiua lapidum instrumenta augere: Nam oportet omnia ista proportinaliter augeri, & crassitudines & magnitudines, & perforationes, & ligamenta, & neruos innexos si necessum sit proportionaliter augeri. Hæc absque mediarum inuentione fieri non possunt. Hactenus ille. Qui idem pulcherrimo hoc carmine inuenti sui, tum subtilitatem tum vtilitatem ad Ptolomæum regem suum complexus est.

Εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλάσιον ὦ γαθὲ τεύχειν
φράζῃ αἲ τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν,

εὖ μεταμορφῶσαι, τόδε τοι πάρα κἂν σὺ γε μάνδρην
ἢ σηκὸν σιρὸν, ἢ κοίλου φρείατος εὐρὺ κύτος.

τῇδ' ἀναμετρήσαιο μέσας ὅτε τέρμασιν ἄκροις
συνδρομάδας δισσῶν ἐντὸς ἕλῃς κανόνων.

μὴ δὲ σύ γ' Ἀρχύτεω δυσμήχανα ἔργα κυλίνδρων
μὴ δὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας

δίζηαι, μὴ δ' εἴ τι θεοῦ δέος Εὐδόξοιο
καμπύλον ἐν γραμμαῖς εἶδος ἀναγράφεται.

τοῖς δ' ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχεις,
ῥεῖά κεν ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος.

εὐαίων Πτολεμαῖε πατὴρ ὅτι παιδὶ συνηβῶν
πάνθ' ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα.

αὐτὸς ἰδωρήσω· τὸ δ' ἐσ' ὕστερον οὐράνιε Ζεῦ.
καὶ σκηπτρῶν ἐκ σῆς ἀντιάσειε χερὸς
καὶ τὰ μὲν ὡς τελέοιτο, λέγοι δέ τις ἄνθημα λεύσσων,
τοῦ Κυρηναίου τοῦτ' Ἐρατοσθενέος.

Est autem hæc traditio admodum vtilis iis, qui machinas illas bellicas, quas Bombardas vocant, & campanas sibi inuicem certo interuallo ratione & ordine proportionales construere volunt. Quod ipsum Albertus Durerus Germanus, pictor insignis, in suis Geometricis Elementis notauit, qui hoc inuentum, vt proprium, suis libris inseruit, suppresso interim prioris auctoris nomine, non immerito ingratitudinis & plagii nomine ob id forte arcessendus. Ex his autem, puto, liquere, qui fuerint illi conductores & quæ ipsa sacra ara, ob cuius constructionem itum sit Platonem. Quod autem ad Euclidem eos a Platone remissos scribit Valerius, potest in ea re sequutus esse certos historiæ scriptores; nec repugnat Eratosthenis epistolæ, qui dicit imploratam opem eorum Geometrarum, qui tunc in Academia vigebant. Quorum tum Euclidem præstantissimum fuisse nemo ignorat. Quod autem hic de Archyta commemorat Eratosthenes, reperit in eius vita Diogenes Laertius, qui & ipse hoc inuentum illi attribuit: *Primus* inquit *hic Mechanica mechanicis principijs vsus, exposuit, primusq; motum organicum descriptioni Geometricæ admouit, ex dimidij Cylindri sectione, duas medias secundum proportionem sumere quærens, ad cubi duplicationem*: ita enim legendum, non vt in vulgatis æditionibus habetur, *publicationem*; non sine pudenda Valentini Curionis incuria, qui cum se iactet castigasse versionem Ambrosii monachi, Camaldulensis, ne respiciens quidem ad Græcum exemplar, vitiatorum Codicum errorem, qui in versione vnius literæ *publicationem* pro *duplicationem* reposuerant, sequutus potius sit, quam id quod in eodem exemplari Græco habetur: qui error tam crassus est, vt credam nunquam ita a Camaldulensi homine Græcæ linguæ non imperito versum esse, sed bonos libros deprauantium typographorum inscitia id factum, cum in Græco codice habeatur διπλασιασμὸν, hoc est, *duplicationem*, non *publicationem*.

CAPVT II.

De Subsecivis *locus Suetonij Tranquilli excussus, interpretatusque quam antea exactius.*

SVetonius Tranquillus in Domitiano: *Subcisiua quæ diuisis per veteranos agris, carptim superfuerant, veteribus possessoribus vt vsucapta reliquit.* Subcisiua *inquit* Philippus Beroaldus, appellat *portiunculas agrorum quasi subcisas, relictasue, quæ velut reliquiæ in diuidendis agris superfuerant.* Talia inquit, *Domitianus concessit veteribus possessoribus, qui scilicet illos agros prius possederant, quam veteranis diuiderentur.* Quæ expositio partim ieiuna nimium est, partim

tim etiam falſa & contra mentem auctoris. Non enim vnquam conſtiterit Suetonium intelligere voluiſſe, veteres poſſeſſores, eos, qui ante colonias diuiſas illa ſubciſiua poſſederant, cum Coloniæ quædam valde antiquæ fuerint, libera Repub. omnes conditæ, exceptis iis, quas militares, ſopitis bellis ciuilibus, condidere Octauius Auguſtus & Veſpaſianus; De ſubſeciuis igitur militarium loqui Suetonium nihil ambigendum, quod ipſum quoque Baptiſta Egnatius in hunc locum ſcribens, ſatis ſcite animaduertit. *Subſiciua* inquit *quæ diuiſis per veteranos agris carptim ſuperfuerunt*. Adducens Boetii verba quæ per ſe obſcura, inexplanata relinquens, tamen neſcio quam ſcite huic loco adaptare nititur. Ceterum ad eruendum e Suetonio ſenſum, altiore nob s in lagine opus eſt. Coloniarum antiquitus, & manente Republ. duo fuere ge .era, vt inquit Aſconius Pædianus: vnum Pop. Roman. alterum Latinorum: Hoc eſt, vt vna haberet ius ciuitatis Romanæ, altera ius Latii; quæ Coloniæ conditæ ſunt ſtante etiamdum libera Republ. vnius conditionis poſtea factæ, omneſque nactæ Ius ciuitatis Romanæ, quarum vltimæ fuere, vt docet in primo Velleius Paterculus, in Italia Tarentum & Neptunia, extra Italiam Bacieni & Eporedia. At Romanorum Republ. peſſumdata & redacta in Monarchiam, plures *militares* deductæ ſunt: ita enim Velleius idem videtur eas appellare, quas principes bene meritis ſuis veteranis adſignauerunt: idque interdum pulſis, & poſſeſſionibus ſuis deturbatis veris heredibus & poſſeſſoribus: Vt non immerito princeps poetarum Vergilius queratur ſe auitis poſſeſſionibus vndique deturbari; non importuneque exclamet.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? &c.

Quod ipſum & Propertio accidit, de ſe loquenti:

Nam tua cum multi verſarent rura iuuenci
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Quo calamitatis genere Tibullus quoque perculſus videtur. *Perticam* appellat, Propertius, *Triumuiralem haſtam*, cui ciuium Italicorumque Bona ſubiiciebantur. Niſi intelligamus per *perticam Finitores* (quem eundem & *decempedatorem* & *Agrimenſorem* appellabant) *decempedam*: qua agros veris poſſeſſoribus ademtos, veteranis adſignabant. Ob id, teſte Iulio Frontino ſolum quodcunque Coloniæ erat adſignatum, id vniuerſum *pertica* appellabatur. Diuidebantur autem hi agri veteranis, certis portionibus, non tamen æqualibus, ſed pro cuiuſque ſtipendiis & merito; vt liquet ex libro Coloniarum; qui Balbo cuidam adſcribitur. Vbi ſic habetur: *Volaterra, lege triumuirali; in centuriis ſingulis iugera ducenta, decumanis & cardinibus eſt adſignatus, quam omnem veterani in portionibus diuiſam, pro parte habent, in*

quos limites cepit internalla pedum. C C C C C. *de quibus centurijs vnusquisque miles accipit iugera* X X V. *&* L X X X V. *&* L X. Sed quandoque ea erat soli natura, vt non continuis terminis & limitibus posset adsignari, verum & intersecivis: infœcundo solo in medio relicto, aliquando montibus & infœcundo, item solo terminatus, nullo certo termino; quod ex eodem libro Coloniarum est manifestum: *Ager (inquit) Spoletinus in iugeribus & limitibus est intersecivus; Est adsignatus vbi cultura est: ceterum insolutus montibus est vel subsecivus, qua reipub. alij concessa, censita sunt. Nam & multa loca hereditaria ciuis accepit populus.* Quem hic *intersicivum* vocat, veteribus *Arcifinius* dicebatur, teste Iulio Frontino, in libro de controuersiis limitum: idem & *occupatorius* teste Aggeno Vrbico, commentario in Frontinum. *Arcifinius* quidem vt Varro interpretatur ab *arcendis hostibus. Hic*, vt idem vult, *nulla mensura continetur, sed finitur secundum antiquam obseruationem fluminibus, fossis, montibus, vijs, arboribus, antemissis aquarum divergijs, &c.* In quibus tamen nullum ius *subseciuorum* (ita enim ibi perscribitur, & recte) interuenit. *Occupatorius* autem is dicebatur, vt Aggenus ait, quod in tempore occupatus a victore populo, non enim solum occupabat vnusquisque quantum colere præsenti tempore poterat, sed quantum in spe colendi habuerat. Ceterum vnde nomen subsecivi deductum sit, & quotuplex *subseciuorum* sit differentia, nemo meo iudicio melius explicat Iulio Frontino. *Subsecivum* (inquit) *a subsecante linea nomen accepit. Subseciuorum duo sunt genera, vnum quod in extremis assignatorum finium, centuria expleri non potuit. Aliud quod in medijs assignationibus & integris centurijs interuenit.* *Extremam* autem *lineam* vocat qua ager clauditur, puta viam publicam, quæ secundum iura Colonica transcendi non potuit: Aut extremos limites terminosue, aut loca insoluta habeat, hoc est saxosa & sterilia: aut paludes quæ in potestate occupantium sunt. Vnum igitur subsecivum extra centurias adsignatas, aliud intra; *Quicquid enim* inquit Frontinus, *intra quatuor limites minus quam intraclusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione: Ideo quod is modus qui adsignationi superest, linea claudatur & subsecetur.* Nam & reliquarum mensurarum actu, quicquid inter normalem lineam & extremitatem interest, subsecivum appellatur. Hoc est secundum Aggenum, vbi quatuor limites æquis mensuris centurias continentes, vno in loco conuenerint, & minus clauserint agri spatium, quam quod centuriæ singulæ quibus seruitutem præstabant poterant continere, subsecivum iuste meruit appellari. *Normalem* porro *lineam*, Aggenus appellat eam, quæ *mensuralis* dicitur, extremitatem, vbi centuria, vt expleretur, transire non potuit, cohibens. At Censorinus in libro de die

natali

narali *normalem* vocat, quam Græci κάθετον, Cassiodorus in Geometria & Martianus Capella *Perpendicularem.* Postquam igitur diximus quid sit *subsecivum*, deinceps notandum huiusmodi subseciua ab auctore diuisionis aut sibi reseruata, aut aliquibus concessa, aut Reipublicæ ipsius Coloniæ, aut priuatis personis, quæ quidam vendiderunt, quidam vectigalibus certo tempore dederint. Est & ager similis subsecivorum conditioni, extraclusus & non adsignatus, qui si Reipublic. Populi Romani, aut ipsius Coloniæ vt inquit Frontinus cuius fine circundatur, siue peregrinæ vrbi, aut locis sacris, aut religiosis atque ad Populum Romanum pertinentibus, datus non est, in eius qui adsignare potuit, remanet potestate. Ex his igitur apparet, duas fuisse conditiones subseciuorum: vnam subsecivi assignati, alteram haud dum assignati, remanentis in adsignantis potestate: cuius ager similis subseciuorum conditioni dicatur: Quod ipsum Boetius in sua Geometria his verbis post Frontinum ostendit. *Subsecinus* (inquit) *ager est, qui secundum proprias determinationes adscriptus in finibus suis, tabulario Cæsaris infertur, & qui beneficio concessus aut adsignatus Coloniæ fuerit, siue is proximus, siue longius positus, quem Colonia in Tabulario Cæsaris, manu conditoris subscriptum habere debet. Item ager similis subsecinus est, qui non adsignatus Reipublic. populoque aut Coloniæ, cuius fine circumdatur, remanet in eius potestate, qui adsignare potuerit; hoc est principis.* Is autem solus potest adsignare, vt ait Aggenus, qui a principe eam accepit licentiam. Nam etsi omnis doctus agrimensor, limites centuriæ possit restituere, non tamen potest assignare nisi a Principe auctoritatatem acceperit. De iis igitur subsecivis loquitur Suetonius, quæ assignata non erant, sed in principis remanserant potestate; qui ager, vti ostendimus, similis subseciuorum conditioni dicitur. Hæc igitur non adsignata subseciua, quorum partem per totam Italiam Vespasianus vendidit: Vt idem Aggenus post Suetonium testatur. Alia autem quæ remanserunt, Domitianus donauit atque concessit possessoribus, idque per totam Italiam, quod & edicto sanciuit confirmauitque. *Possessores* Suetonius & Aggenus hic vocant, non eos qui legitime ea possidebant, sed eos qui ea vt in adsignata vsu ceperant temereque vsurpauerant. Non enim in præiudicium Principis & fisci legitime vsucapi potest: ideoque veri possessores non erant. Hinc Suetonius interiecit, *vt vsucapta.* Quo maior species liberalitatis a Domitiano ostentatur, qui inde famam eius virtutis sibi aucupasse dicetur; erga eos etiam beneficus, qui sua & fisci commoda immminuisse videbantur, pœna potius quam bene-

ficio dignos. Quod ipsum vt patris sui laudibus obtrectaret, quem tenaciorem & lucri cupidiorem fuisse constat, vti ex hac subsciuorum venditione liquet, fecisse videtur. Ceterum vt id obiter adnotetur. Partem Italiæ iuxta Metapontum, *subsecinam Graciam* Apuleius in apologia vocat Metaphorice *subsecium* pro reliquo ponitur. Sic Cicero in lib. de legibus *succisiua tempora* vocat. Sic *sucisiuas horas* dicimus, quas ab occupationibus nostris quasi subsecamus. *Succisiui* pro *reliqui* voce, vtitur Apuleius lib. asini aurei vltimo. *Succisiua tempora* Aulus Gellius, & Plinius in Proemio naturalis Historiæ.

CAPVT. III.

Orciniana sponda *qua sit apud Martialem, inibiq; de* spoliario, *rituq; meridianorum ludicrorum cruento, complusculа.*

CArmen est apud Valerium Martialem lib. 10. quod ille in maledicum scripsit, cui omnia infelicia & abominanda exoptat, & inter cetera hoc addit

Vocet beatos, clamitetq; felices
Orciniana qui feruntur in sponda.

Vbi aliquot docti viri, *Orcinianam spondam* pro *sandapila* & *pheretro mortuorum* simpliciter accipiunt, non intelligentes mentem auctoris, sic n. solūmodo optaret ille, vti mortuos qui efferuntur, beatos iudicaret; At mihi saluo meliorū iudicio, per *orcinianā spōdam* sandapilam seu pheretrum quo interfecti in harena gladiatores seu bestiarii interemti efferebātur, intellexisse videtur, nō ad sepulturam, sed vt in *spoliarium* abiicerentur. Ita n. locū vocabant, in quē noxiorum cadauera nuda exspoliataq;, seu in publicā quādam cloacā & sentinam abiiciebant. Hoc n. mortis exsequiarumq; genus, longe maxime infame, & calamitosum censebant: sic vt interfectos tyrannos Romani, vix alia maiore pœna affici putarent, quam si hoc publico dehonestamento, nō sepultura afficerentur. Quod vt coniectaremus, fecit Septimius Tertullianus qui in Apologetico sic scribit: *Risimus* inquit, *inter ludicras Meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos canterio examinantem. Vidimus & Iouis fratrem, (Orcum videlicet & Philonem) gladiatorum cadauera cum malleo deducentem.* Hactenus ille. Ex quibus verbis colligitur, aliquem petulantem Pantomimum personam Orci inductum, solitum sandapilam illam cum malleo præcedere, cadaueraq; interfectorum gladiatorum aut bestiariorum deducere; quæ ob id per iocum, *Orciniana sponda* dicta sit. Ad quod allusisse videtur histrio ille, apud Suetonium Tranquillum in Nerone, qui in cantico quodam cecinit, *Orcus vobis ducit pedes*, præsente Nerone Senatum gestu notans: Volens per hoc innuere, Neronē vt lanistam sceleratissimum, deuouisse morti omnes senatores: & vt cadauera mortuorum gladiatorum & bestiariorum deducuntur

tur ab Orco in spol.ar.um, ita cunctos ab eo, tanquam Orco in perniciem deductum iri. Ita n. malo intelligere, quam vt prouerbium ibi subesse credam, quod putauit Philippus Beroaldus, etsi Ludouic. Cælius lib. 10. ad id allusisse auctorem putet, quod Pluto apud Athenæum ab Æschylo *Agesilaus* sic dictus, quod & a Lactantio Firmiano scriptum sit, quod non placet: immo histrionem vero similius est, ad rem quæ quotidie oculis subiiciebatur, respexisse?

Capvt IV.

Orcum & Charontem veteres ἀντὶ τοῦ θανάτου hoc est pro morte accepisse, & quod Charontis nomen minime antiquum sit, sed ab ijs, qui post Homerum scripsere, introductum.

Mirum illud videri cuipiam posset, & fortasse vt menda notari in Macrobio, quod scripserit, ab Euripide in Alcestide, *Orcum introduci gladium gestantem*, cum in syncerioris notæ codicibus, θάνατος, hoc est, *mors* ibi loquens inducatur, in vulgaribus autem *charon*, quod tamen vt erroneum reiicit Antonius Muretus θάνατον pro Charontis persona ibi debere reponi, contēdens, cui etiam suffragatur ipsius Euripideæ tragœdiæ contextus, Apollineæ ad θάνατον adspectum, sic dicente:

ἤδη ἢ τὸν δὲ θάνατον εἰσορῶ πέλας
ἱερῆ θανόντων, ὅς νιν εἰς ἅδου δόμους.
μέλλει κατάξειν,

Hoc est:

At iam mortem ipsam aspicio prope
Gladio morientibus sacro, qua illam mox ad inferas domos
Deductura sit.

Hanc igitur personam quam θάνατον Euripides, seu vt nonnulli *Charontem*, introduxit, Macrobius *Orcum* appellauit. *Orcus* enim idem est cum *morte* vt Horatius indicat hoc versu, in secundo. lib. epistolarum:

——*si metit orcus*
Grandia cum paruis, non exorabilis auro.

Vbi interpretes quoque *orcum* pro *morte* interpretantur. Quod si qui (etsi Scholiastes reclamare, & Mureto suffragari videtur) si qui inquam hic Charontis personam mordicus retinere velint, ne ii quidem toto cœlo aberrare videbuntur; Nam præter vulgatam lectionem quam diximus illis suffragari, (cui & Baptista Pius in commentariis quos accuratiore lima & stilo iam senex conscripsit, & Petrus Victorius homo consummatæ eruditionis adhærent) hæc verba Euripidis ab Alcestide iam moriente prolata illos confirmare merito debent. Sic enim illa voce moribunda loquitur.

ὁρῶ δικώπον, ὁρῶ σκάφος

νεκύων δὲ πορθμεὺς ἔχων χέρ᾽ ἐπὶ κοντῷ
Χάρων μ᾽ ἤδη καλεῖ.

Id est.

Video biremem video scapham,
Mortuorum vero portitor habens contum in manu,
Charon, me iam vocat.

Quin nihil refert huc *Charontem* siue *Thanotum* personam hic introductam putemus; quando ipse quoque Charon pro morte & orco veteribus habitus sit; teste Suida χάρων, inquit, ὁ θάνατος. dictus fallor κατ᾽ ἀντίφρασιν, quod absque gaudio sit. Iam illud notatu dignum, nomen *Charontis* veteribus poetis parum cognitum fuisse, propterea non Orphea, non Homerum illius vspiam mentionem fecisse: Sed auctor poeseos, quam *Minyoda* vocant illius dumtaxat meminit, in qua de Theseo & Pirithoo ita scribitur; citante in Phocicis Pausania:

Ἔνθ᾽ ἤτοι νέα μὲν, νεκυάμβατον ἣν, ὁ γεραιὸς
Πορθμεὺς ἦγε Χάρων οὐκ ἔλαβον ἔνδοθεν ὅρμου.

Vbi tamen ὄρμα quidam legit:

Intra mortuorum vectricem nauim, quam senex
Portitor Charon deduxit nondum in portum susceptam.

Quæ eodem auctore sequutus Polygnotus Thasius pictor, in porticu Lesche apud Delphos, Charontem senem depinxit, portitorem in Flumine Acherunte remis innixum. Quam picturam seu poesin, noster Vergilius sequutus est: qui ob id *portitorem* illũ *horrendum* vocat. Petronius vero Arbiter in carmine de bello ciuili Porthmea his versibus.

——*Vix nauita Porthmeus*
Sufficiet simulachra virum traducere cymba

Nisi dicamus illum hæc de Euripidis præfata Alceстide mutuatum, vt alia quoque. Nam & Aristophanes in Ranis Charontem, vt inferorum portitorem & nauitam in scenam introduxit. Quocirca supra modum demiror, Iulium Pomponium Sabinum scriptum reliquisse; Orphea primum ad Græcos hanc Charontis imaginem transtulisse. Cum e contra, Orpheus Mercurium quem *Chthonium* siue *terrestrem* vocat, animatum ducem canit, qui illos a corpore soluens ad inferna & irremeabilia loca deducat, easque a corporibus abducit, quando fati tempus venit. Cui & sacram virgam ad demulcenda & in somnum claudenda lumina tribuit. Quod ipsum quoque Homerus imitatus est in libro Odyssææ vltimo, quo loco necyam auspicatur his versibus:

Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
ἀνδρῶν μνηστήρων, ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν

καλὴν χρυσείην, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Id est:

Mercurius vero Cyllenius euocauit animas
Virorum procorum, habens virgam in manibus
Pulcram, politam, qua virorum demulcet oculos
Quorum vult, quos iterum dormientes excitat.

Vnde & ψυχοπόμπος & ψυχαγωγὸς & ὀνειροπομπὸς tú etiam χθόνιος alibi dicitur. Quod ipsum quoque Virgilius æmulatus est, qui Mercurii habitum describens his versibus, huic quoq; virgam attribuit:

Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco.
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos & turbida tranat
Nubila, &c.

Quod ipsum forte Seruium induxit, vt tam inconsiderate scriberet, Mercurium ab Euripide introductum vt Alcestidos crinem abscinderet, animamque educeret, vtpote qui ex prædictis nouerat id Mercurii officium esse: parum memor ab Euripide aliam ei rei personam esse introductam. Iam autem *Orcum* esse eundem cum Plutone, indicat nobis Cicero in tertio libro de natura Deorum. *Orcum Iouis & Neptuni fratrem* affirmando. Et rursum in Verrinis. Vbi dicit, *Verrem tanquam alterum Orcum in Siciliam emersisse, non vt Proserpinam sed vt Cererem raperet.* Sed & Hyginus in fabulis: *Saturnus* inquit, *Orcum in Tartara deiecerat.* Apuleius in sexto Asini *Orci cancros pro inferorum claustris* accepit: *inter Orci cancros iam ipsos adhæsisti.* Hos Orpheus in hymnis κρύεντα ἀνυπόστροφον οἶμον appellat; hoc est *Cocyti irremeabilem viam.* Sic idem Apuleius, *in familia Proserpinæ & in Orci familia numeratus,* dixit, pro eo quod est inter defunctos recensitus. Sic *Orcinus Thesaurus*, pro iis qui apud inferos detinentur defunctis, videtur in Epitapho Næuii apud Aulum Gellium dictus. Etsi ibi quidam *Orci*·leg*unt*, inter quos est Lud. Cælio teste, Q. Cerilius Minutianus Apuleius. Sic *Orcus*, pro ipso etiam *inferno loco.* & Plutonis regia capitur: vt apud Plautum aliquot locis e Captiuis:

Quid pater, viuit ne? Ph. viuum quum inde abijmus, liquimus.
Ac nunc viuat nec ne? id Horcum scire oportet scilicet.

Et rursum in Asinaria:

——*bene vale, apud Horcum te videbo.*

At alibi idem Plautus *Horcum* seu pro *Charonte*, seu *Platone* accepisse videtur; vt in Mostellaria:

Nam me Acheruntem recipere Horcus noluit.

Et rursum

——Quando mecum caput & corpus copulas?
Quo die Horcus ab Acherunte remiserit mortuos

Vbi etiam *Charontem* intellexisse videtur. Illud obiter notandum quod tradit Probus Grammaticus in Catholicis, *orchus* per *ch.* scribendum esse, quod & Seruius innuere videtur. At Cicero in Oratore *Orcinos matones* mauult, quam per adspirationem *Orchinos mathones.* Hinc *orcinos libertos* dixere testatoris defuncti, & iam in orci familiam adscripti; etsi reclamet Andreas Alciatus, qui ὀρθινὰς legit, quod directam libertatem adsequantur. Idem tamen, ex auctoritate innominati interpretis iuris ciuilis, ὀρκίνους ibi legi tradit. de quibus in iure ciuili crebra fit mentio, vt in π. de liberatio. leg. c. ergo & c. cum quasi. Et rursum in C. Iustinianeo de iuris & facti ignorantia, L. cum testamentum. Et rursum in eiusdem institutionibus libro secundo capit. 24. in quem locum in Græca Paraphrasi Theophili habetur, vbi de libertis, qui directam ex testamento libertatem adsequuntur; ita scriptum est: καλεῖσθαι δὲ οὗτος παρὰ τοῖς νομικοῖς Orcinus libertus τουτέστι χαρωνιανὸς ἀπελεύθερος, id est *Vocatur autem is apud legum peritos Orcinus libertus hoc est Charonianus.* (a Charonte nimirum) quem vnum eumdemque cum orco censuisse videntur. Festus Pompeius ex auctoritate Verrii Flacci *Orcum* quasi *Vragum* dici ait, hoc est *tergiductorem*, vt qui agmen humani generis in vnum locum cogat, siue ab vrgendo, C. in G. mutato. Est autem *Vragus* οὐραγὸς *Græce*, vt vult Orbicius qui & ὀπισθοφύλαξ. quod tergum in exercitu claudat, & postetius agmen cogat: οὐρὰ enim, vt idem ait, ἐπὶ τοῖς πρὸς τὸ βάθος ἐσχάτοις ζυγοῖς: Id est, *Vltimus ordo.* Hinc οὐραγός. Apud innominatum qui ex Æliano & aliis vocabula rei militaris collegit, ὁ τελευταῖος τοῦ λόχου, hoc est, *vltimus agminis.* Est autem *tergiductor* qui claudit agmen, crebra vox Æliano, hos etiam οὐραγοὺς vocat Leonis Imperatoris liber, quos Leonis interpres Checus *tergistites* vertit, & *caudanos* siue *vltimanos* Robertellus. Quos Vegetius & Modestus *Triarios*, robur nimirum & præsidium legionum, qui vt post vniuersam aciem eant, constituuntur. Quidam *Horcum* adspiratione præposita scribendum contendunt, vt sit ab ὅρκος, hoc est *Iureiurando*, quod per eum cuncti iurare timent, eiusque numen fallere: alii ab ἕρκος quod *septum* interpretantur, eo quod animas defunctorum conclusas teneat. Hunc locum etiam Græci ᾅδην vocant, per quem aërem infernum qui morientium animas excipit, vt inquit in libro de natura Deorum Cornutus; διὰ τὸ ἀειδὲς, quod animæ mortuorum nobis non amplius videantur neque appareant. *Orcinos senatores* vocatos per iocum hac figura dicit Suetonius, qui ab Antonio post mortem Cæsaris per gratiam & pmiũ, quasi ex Cæsaris testamẽto, in senatũ allecti erat. quibus Augustus Republ. composita senatum purgauit, & splendori

dori suo reddidit. lepida allusione ad Orcinos seruos cõficta. Hos Plutarchus Latinum exprimere verbum volens *Charonitas* appellauit. Orcum eundem Latinis esse arbitratus, qui Græcis sit *Charon*, quod ipsum quoq́, Petrus Victorius, qui hęc copiosius narrat, suo calculo comprobauit. vbi tamen in Suetonio vulgo legitur *abortiuos*, adsentiente & exponente nimium quam ridicule id Beroaldo. Cum tamen in sincerionis notæ codicibus in margine sit adnotatum; *aliter Orcinos*. Et puto hoc vnum fuisse ex capitibus secundæ centuriæ Angeli Politiani: cum *Orcini* inter capita illa ponatur, referente Petro Crinito, haud dubie ex Plutarcho castigato hoc Suetonii loco.

CAPVT V.

Charonium *quid sit? Videriq́; in Aulo Gellio.*

Charonium *siue* Caronium *legendum esse, non autem* Catonium, *vt hactenus pleriq́; putauerunt. Idemq́;* Charonium *esse, quod posteris Romanis* Spoliarium.

IVlius Pollux libr. 8. cap. 1. tradit; Atheniensium nomophylacii ostium illud, per quod nocentes ad mortis pœnam ducerẽtur, χαρώνιον θύραμα fuisse nuncupatum, quasi diceres *Charontis & leti ianuam.* Quod me induxit in eam cogitationem, vt Laberii versiculum apud Aulum Gellium, castigandum putem contra omniũ iam vulgatam sententiam, qui est ex eiusdem Poetæ Staminariis (fabulæ id nomen) his verbis:

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium.

Quem locum quidam exponere volẽtes, *Catonium* pro *Barathro*, alii pro *carcere* acceperunt. Ego ibi legerim *Charonium* siue *Caronium*, adspiratione omissa, quod subinde videas factum a veteribus librariis: Vt sit itidẽ hic allusum ad morem illum, supra a nobis narratum, quo præeunte Orci persona, gladiatorũ & noxiorum cadauera in spoliariũ deducebãtur, *Caronium* quod sit idem cum dicto antea *spoliario*. Non enim video, vnde *Catonium carcer* aut *Barathrum* dici queat? quod si *Charonium* legas, & sensus erit elegans & planus. tum nimirum minitantis erit, nudas proiectum iri, vbi noxii & gladiatores abiiciuntur, quod si pro inferorum locis accipere velis, nihil aberraris: tali nempe figura, *Charonium* dicetur, qua *orci penates* & *Proserpinæ familia* dicuntur. Non me clam tamẽ est, doctum quendam hominem inter prouerbia quoque id retulisse, & interpretari, *in præsens periculum*. Qui etiam citat locum Ciceronis e. 7. epistolarum familiarium, ex epistola ad Gallum: *Vereorne in Catonium Catoninos*. Vbi tamẽ Petrus Victorius ait vacillare lectionem. Sed *Catonium* hic etiam legit Ludouicus Cælius lib. 12. antiquarũ lectionum cap. 17. adeo vt tot clarorum virorum testimonio res quodammodo videatur præiudi-

cata. Sed velim æqui lectores rem ipsam potius, quā pondera auctoritatum expendant: & cogitent, quam multa huiusmodi deprauatione vnius literæ etiam doctissimis imposuerint, quibus tamen nolumus alicui nostra sententia præscribere præiudicareue sed rem considerandam proponere. id autem pro non leui momento ducāt, quod Petrus Victorius homo doctus & diligens, locum hunc in Cicerone dicit esse deprauatum. mendumq; subesse, *Catonium* autem tantū in quibusdam legi. Omnes autem, siue *Catonium* siue *Caronium* legendum sit, pro inferis exponunt, & a κάτω deducūt. quæ deriuatio videtur nonnihil absurditatis in se habere, quāquam non nesciamus, κατώγειον dici *locum subterraneum*. Sed affinius est, vocem hanc literæ vnius interpellatione corruptū restituere vero minimeq; coacto significato, quā aliena & affectata sectari: Præsertim cum Aretæus Cappadox quoque Medicus Galeno antiquior, lib. 1 ὀξέων παθῶν *Charonia* pro specubus halitu noxio homines suffocantibus, & quibusdā quasi faucibus inferorum, accipere videatur. καὶ γὰρ ἐν χαρωνίοισιν αἱ πνίξιες, οὐ σωμάτων πάθεϊ ὀξύνονται γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῇ εἰσπνοῇ θνήσκουσι ἄνθρωποι πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθέειν. id est, *Et in Charonijs quidem suffocationes haud a corporum affectu proficiscuntur, sed vna inspiratione attracta moriuntur homines, priusquam corpus mali aliquid patiatur.* Charonia igitur loca sunt *fœtentia*, & tetros odores exhalantia, ac tanquam aditus quidam, fauces q; inferorum. Quin prope Nissan, Trallensium vicum antrū est χαρώνιον, teste in Dionysiū Eustathio: οὗ, inquit, πλησίον οἱ ἱερεῖς ἐγκοιμώμενοι, διαγράφουσι ἐξ ὀνείρων τοῖς νοσοῦσι τὰς θεραπείας τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἄδυτος ὁ τόπος ἐστὶ καὶ ὀλέθριος. i. *Ab hoc haud procul sacrifici incubantes, ex insomnijs præscribunt ægris curationes; reliquis vero locus est inaccessus & exitialis.* Sed eius naturam fusius paulo Strabo in 14 Geographicorū enarrat: *Vicus est,* inquit, *Nissensium haud procul ab vrbe nomine Acharaca, vbi Plutonium est, luco sumtuoso circumdatū, item Plutonis ac Iunonis delubrum & antrū Charonium, natura admirabile, quod luco imminet; tradunt ægrotos qui eorum deorum curis vacāt, eo proficisci: atq; in vico specus vicino, apud sacrorum peritos immorari, qui pro eis indormientes, curationes ex insomnijs captant. Hi deorum remedia inuocantes, sæpe illuc in antrū ducunt: vbi tanquam in cauerna manētes, multos dies ieiuni & quieti exudant: nonnunquā ægrotantes proprijs insomnijs intendunt: ductu & consilio sacerdotū. Locus hic ceteris pestifer est & inaccessibilis. Acharatis solemnia quotannis fiunt, & tunc maxime hæc talia, ex ijs intelligi & audiri possunt, qui eo proficiscuntur. Tunc enim iuuenes & ephebi e gymnasio nudi, & vncti, taurum quendam festinantes in antrū ducunt, qui dimissus, paululum progreditur, postea mortuus ad terram cadit.* Hæc ille. χαρώνιοι autem κλίμακες in Theatro Iulio Polluci sunt, κατὰ τὰς ἐκ τῶν ἑδωλίων καθόδους κείμεναι: τὰ εἴδωλα ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναπέμπουσι. hoc est: *Charoniæ scalæ erant, circa infimum sedilia, vnde mortuo-*

mortuorum simulacra in theatra sursum mittebantur. Quod autem Gellius hoc inter vocabula sordida ponit, hoc est ea, quibus infimum vulgus quotidie vtebatur hoc nostram opinionem confirmat, qui tanto minus vsum eo Ciceronē contendimus; quin adeo vulgo inhæsisse videtur, vt hodieque Itali proiectum alicubi & cæterus cadauer *Carognam* vocent, per manus a maioribus suis id vocabulum transmissum habentes, sicuti Galli quoque Italos sequuti idem retinuerunt, quod nos quoq; Flandri (etsi Germaniæ inferioris lingua vtentes) a Gallis acceptum hodieque in eo significato profer mus. Tale *Charonium* erant *scalæ Gemoniæ*; ibi enim corpora noxiorum in carcere necatorum vnco per dedecus tracta abiiciebantur *Gemoniæ* dictæ, vt vult Beroaldus & illum sequutus Cælius, a *gemitu* non a *Gemonio* quodam, quod quidam somniarunt. Fuere autem *scalæ Gemoniæ*, seu *gradus Gemonij*, teste Publio Victore, seu Sexto Rufo in libello de regionibus vrbis, in Auentino, regione vrbis decima tertia, iuxta Iunonis Argiuæ templū, quod Camillus ex voto dedicauit, Veiis captis: ibi vnco tractos in scalas Gemonias dabāt præcipites. Meminit earum subinde Suetonius, vt in Tiberio *Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatam, in Gemonias abiecerit.* Valerius Maximus libr. 6 cap. de Seueritate, de M. Clodio Cerlis dedito loquens: *Factum eius rescidit, libertatem ademit, spiritum exstinxit, corpus contumelia carceris, & detestanda Gemoniarum scalarū nota fœdauit.* Plinius lib. 8. cap. 40 tradit, *canem vnius seruorū Sabini abiecti in gradibus Gemonijs, a mortui corpore non recessisse.* Idem Suetonius in eodem, *alij vncum & Gemonias cadaueri minarentur.* Et ibidem: *Custodes nequid aduersus constitutum facerent, strangulauerunt abieceruntque in Gemonias.* Et in Vitellio: *Tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, & inde vnco tractus in Tyberim.* Hoc enim fiebat, postquam aliquamdiu in Gemonijs spectaculo, & ad ludibrium iacuerant, vt ex Plinii præfato loco liquet, de cane præfat. serui Sabini loquentis, *Innatauit idem in Tyberim cadauere abiecto, & sustentare conatus est.* Cornelius Tacitus lib. 19. *Tunc confossum conlaceratumque, & abscisso capite truncum corpus Sabini, in Gemonias trahunt.* Sextus Aurelius Victor de Vitellio loquens *per scalas Gemonias trahitur, vbi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat.* Cum Eutropius simpliciter tantum interfectū dicat, & in Tyberim tractum. Paulus Orosius omnium apertissime libro septimo, *Vitellius,* inquit *octauo quam regnū præsumserat mense, apud Gemonias scalas, minutissimorum ictuum crebris compunctionib. excarnificatus, atq; inde vnco tractus, & in Tyberim mersus, etiam communi caruit sepultura.* Solus Ioannes Zonaras, contra omnium sententiam *in carcere necatum scribit.* Cum tamen Ioannes Xiphilinus scribat, ἀνὸς τε ἐς τοὺς ἀναβαθμοὺς αὐτὸν ἤγαγον, *ad scalas ipsas illum duxerunt.* ἀναβαθμοὺς, *scalas Gemonias.*

appellans, quas simpliciter Corn. Tacitus *Gemonias* dixit. *Postremo*, inquit, *ad Gemonias, vbi corpus Flauij Sabini iacuerat, propulere.* Qui autem in Xiphilini Compendio *anabathmi* dicuntur, nullo alio adiecto; Dion significantius, *gradus vbi noxij necantur*, extulit: Dionis verba sunt de seruis Seiani loquétis: καὶ κατὰ τῶν ἀναβασμῶν, καθ' ὧν οἱ δικαιούμενοι ἐρρίπτοῦντο καλίοντες ὄλισθον καὶ κατέπεσον, id est, *& secundum gradus vbi damnati abijciuntur iter facientes, periere, pracipites cadentes.* Hos tamen simpliciter postea *gradus* appellat. καὶ οὕτω δικαιωθεὶς (Seianus scilicet) κατά τε τῶν ἀναβαθμῶν ἐρρίφη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλε. id est, *Et sic damnatus in scalas abiectus. postea in Tiberim pracipitatus est.* & de vxore Seiani loquens: μαθοῦσα δὲ ὅτι τά τε τέκνα αὐτῆς τέθνηκε, καὶ σφῶν τὰ σώματα ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς ἰδοῦσα, ἀπεχώρησε. id est, *Postquam didicit filios quoq; suos interfectos, & cadauera illorum in scalis vidit iacentia, abscessit.* Interpretes tamen Georgius Xylander, & Guilhelmus Blancus vtrobique *scalas Gemonias* vertunt. Ex his liquet, quod & Cælius lib. 10. affirmat, locum fuisse surrectum, qui gradibus quibusdam conscenderetur. Ego magis puto, instar putei excauatum fuisse locum, in quem gradibus descenderetur, alioqui quomodo Seiani serui, publica euntes via, quæ est ad carcerem, a multitudine oppressi, præcipites decidissent mortui, nisi locus decliuis fuisset? Sed hæc de iis hactenus. Ex quibus etiam apparet, *Gemonias* haud procul abfuisse a carcere.

CAPVT VI.

Alter locus in Suetonio Tranquillo quantum licuit restitutus.

HÆc quæ diximus, nobis ansam præbuere restituédi loci apud Suet. Tranquill. in Vespasiano, vbi sic de Vespasiano loquitur: *Trepidũ eũ interdicta aula sub Nerone, quarẽtemq; quidnã ageret, aut quo abiret, quidã ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniã iusserat. In hunc postea deprecantem, haud vltra verba excanduit, & quidem totidem fere, atq; eadem.* Quod hic *in Morboniam* est, Dion siue Xiphilinus in Vespasiani vita, reddit ἐς κόρακας. Sed libet ipsa auctoris verba exprimere, quibus etiam indicatur, quisnam fuerit ille ex officio admissionis; nimirum Phœbus libertus Neronis: τοῦτο Φοίβου προσελθόντος αὐτῷ, καὶ ἀπολογουμένου, ὅτι ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐσκυθρωπακότι ποτὲ ἐπὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἐφ' οἷς ἀσχημονοῦντα ἑώρα τὸν αὐτοκράτορα, ἐκέλευσεν πρὸς ὀργὴν ἀπελθεῖν, τοῦ δὲ ἐρομένου ὅποι ἐς κόρακας εἰπεῖν. ὑπὲρ τούτου οὖν ἀπολογουμένου τοῦ Φοίβου οὔ τι κακὸν αὐτὸν ἐργάσατο οὔτε ἀπεχρήσατο αὐτῷ ἄλλο οὐδὲν πλὴν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἐς κόρακας ἄπελθε. id est, *Phœbo illum accedẽte, & excusationem instituente, quod cum Vespasianus aliquando torue Neronem imperatorem intuitus fuisset, ob ea, qua illum in Gracia Theatris indecore & turpiter facere viderat. iussissetq; Phœbus iracunde Vespasianum abire. eo interrogante quo? Phœbum dixisse ad Coruos. Huius, inquam, acerbi dicti*

apud

apud eum defensionem, & excusationem moliente Phœbo, nihil illi amplius respondit, præter hoc ipsum, videlicet vt ad Coruos abiret. Ad Coruos ire iubebantur, vt Aristophanis interpres docet, quos in manifestam perniciem ire optabant. Erat enim locus Athenis ita nominatus, a quo præcipitabantur in mortem & certam perniciē noxii, nihil absimilis Gemoniis aut Caroniis apud Romanos. Etsi Zenodotus quem alii Zenobium vocant, in suis prouerbiorum collectaneis locum hunc in Thessalia, non Athenis esse dicat. Plura super hac parœmia Erasmus in Chiliadibus, ad quem lectorem remittimus. Quo fit vti hic, nō *Morbonia*, sed in *Charonia* seu *Caronium* legendum putem, hoc est in locum noxiis deputatum: doctiss. vir Had. Turnebus cum animaduertisset erratum, tamē quid substitueret loco *Morbonia*, visus nihil habuisse. Quod autem *Caronium* siue *Charonium* quibusdam fuit, hoc postea *Spoliarium* dictum videtur, nimirū quod cadauera ibi nuda & exspoliata abiicerentur, præcipue Gladiatorum & Bestiariorū, vti diximus: Hinc inter acclamationes Senatus post mortem Commodi Imperatoris, ex Mario Maximo Lampridius has recenset: *Hostis patriæ, parricida, gladiator, in spoliario lanietur. Et iterum: Gladiatorem in spoliario, & iterum: Gladiatorem in spoliario, & rursum: Gladiatoris cadauer in spoliario ponatur.* Accipitur alioqui *spoliarium*, pro loco in thermis & balneis, vbi se vestibus exsuebant, quod Græce ἀποδυτήριον vocatur, quia voce vsus est etiam Plinius Cæcilius in Epistolis, *Inde apodyterium Balinei laxum & hilare.*

CAPVT VII.

Alter eiusdem Suetonij locus, si non ex toto castigatus, certe menda scatere ostensus, & per coniecturam restitutus.

LOcus est in eiusdem Suetonii Nerone, qui sine offensione ab omnibus hactenus lectus est: deprauatum tamen esse, tum ex sensu male cohærente, tum ex historia Dionis est manifestum. Sic enim in vulgatis codicibus legitur: *Sacras coronas in cubili circum lectos imposuit.* Loquitur autem de Nerone e Græciæ certaminibus reuerso. Sed quis hic quæso vnquam suspicatus est subesse mendum; quin sic legerit aut exposuerit, sensu vt nonnullo, ita tamen inepto & prorsus absurdo. Nam quæ in hunc locum interpretes scripsere, tam frigida sunt, vt ipsas etiam Neronianas Thermas refrigerare possint. Cur enim reponeret Nero Coronas suas in cubili, loco solitario, occulto, & ab oculis turbæ remoto; qui tam superbe illas ostentabat, & velut in triumpho per vrbem circumferri volebat, Quid hinc illi gloriæ (quam tamen inde vt indicat Suetonius captabat) gigneretur? itaque nos potius, saluo meliorum iudicio, etsi nihil certi habeamus, destituti antiquorum codicum fide, ita legendum contenderimus: *Sacras coronas in obelum circi iniectas posuit,* aut tale quid consimile; idque Dionis seu

Xiphilini in Nerone sic scribentis motus auctoritate: *ἱπποδρομίας ἐπήγγειλε, καὶ τοὺς στεφάνους ἄλλους τε πάντας ὅσους ἅρμασι νικήσας εἰλήφει, ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήνεγκε, καὶ τῷ ὀβελίσκῳ τῷ αἰγυπτίῳ περιέθηκεν, ἦσαν δὲ ὀκτὼ καὶ ὀκτακόσιοι καὶ χίλιοι. ποιήσας δὲ ταῦτα ἡνιόχησε.* Id est *Ludos circenses indixit, coronasq; alias omnes quotquot curulibus certaminibus vincendo accepit, in circum intulit, & Obelisco Ægyptio circumposuit. Quæ cum fecisset, aurigatus est.*

Capvt VIII.

Prouerbij; Quid cani & balneo, *origo non iniucunda neq; illepida.*

ERasmus Roterodamus vir immortalitate dignus in suis illis prouerbiorum Chiliadibus inter ceteras parœmias & illam retulit: *Quid cani & balneo;* videlicet *cōmune est.* Cuius vsum cum docuisset, Originē tamen nullam ostendit. Nos autem cum Ælii medici commentarios legissemus, inuenimus, ni fallor, non illepidam eiusce rei historiam, e qua huiusmodi adagii vsus manasse videri possit. Sic enim ille lib. 8 capite quo de rabiosi canis morsu & hydrophobico affectu agit: *Omnes*, inquit, *qui a rabioso cane morsi sunt, si neglecti fuerint aut male curati, in affectionem timoris aquæ incidunt, & hoc maxime patiuntur, qui vitiosis humoribus repleti sunt. Vnde quidam statim vbi commorsi sunt, aquam & alios liquores timent; alij post quadraginta dies alij post longius tempus. Contingit autem ipsis grauior perturbatio, quum aquam aut aliud quoddam pellucidum speculum viderint. Aspiciunt enim faciem suam rubicundam, ac torue tuentem, atq; ira plenam. Fieri autem potest, vt quemadmodum aliqui dicunt, etiam canis a quo morsi sunt, imaginem in aquis apparere imaginentur. Recordati autem formæ canis, confertim ab immodico timore corripiuntur. Hoc vero patiuntur ob immodicam siccitatem. Nam Philosophus quidam morsus a rabioso cane, & generoso animo affectioni resistens, & inconsequens ratus, canem in balneo apparere, (apparebat enim ipsi, quemadmodū etiam alijs hoc modo affectis) ratiocinatus igitur, & hoc modo secū loquutus, Quid cani & balneo commune est? superauit affectionem, & sanatus est ab affectione, vbi citra timorem bibisset.* hæc ille. Hinc igitur, aut ex tali occasione manasse prouerbii origo videri potest. Hanc autem hydrophobicam affectionem qua tales laborant, designauit Ouidius in primo de Remediis:

Soluere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis

Formidatas aquas, hanc *hydrophoborum* affectionem, nō *aquam intercutem*, vt quidā triuiales Grammatici olim putarunt, innuens.

Capvt IX.

De Africani iunioris morte, aliter a Cicerone prolatum, quam Historici tradidere.

Ciceronis epistolarum secundo ad Q. Fratrem verba sunt: *Respondit ei vehemēter Pompeius, Crassumq; descripsit, dixitq; aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset, quē C. Carbo interemisset.* Id vero quod ibi Cicero de Africani iunioris morte cōmemorat (de eo enim loqui illum nihil dubitādum) a nemine, quod sciam historicorum qui quidem extet, memoriæ est proditum. Nam T. Liuius lib. LIX (vt ex L. Flori Epitome colligitur,) scriptum reliquit. Cū motus ciuilis a C. Graccho, C. Carbone & Fuluio Flacco triumuiris ad agros diuidundos creatis, motus esset, Scipionem iis aduersatum; qui cum fortis & validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. Adiicit, *Suspectam fuisse uxorem Semproniam, quasi illi venenum porrexisset, quod esset Gracchorum soror. nullam tamen de eius morte quæstionem habitam.* Valerius Maximus interfectū videri vult a Domesticis: *Raptorem*, inquit, *spiritus domi inuenit, mortis punitorem in foro nō repperit.* Sed & Velleius Paterculus historiæ Romanæ lib. 2. Scipio, *eum interrogante tribuno Carbone, quid de Tib. Gracchi cæde sentiret? Respondit, si is occupandæ Reipubl. animum habuisset, iure cæsum. Et cum omnis concio adclamasset. Hostium inquit armatorum clamore nō territus, vestro qui possum moueri quorum nouerca est Italia? Reuersus in vrbem, intra breue tempus, M. Aquilio C. Sempronio COSS abhinc annos* CL. *post duos consulatus, duosq; triumphos, & bis excisos terrores Reipub. mane in lectulo repertus est mortuus; Ita vt quadam elisarum faucium in ceruice reperirentur notæ. De tanti viri nece, nulla habita est quæstio, eiusque corpus velato capite elatum est, &c.* is qui librum de viris illustribus scripsit, quem quidam Plinium Nepotem, alii Cornelium Nepotem esse volunt, Velleio paria tradit. *Suscepta*, inquit, *agrariorum caussa, domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite elatus, ne liuor in ore appareret.* Appianus in primo ἐμφυλίων. plures de eius morte opiniones adfert, vnam, cū δέλτον, i. *tabellam* sibi apposuisset, in quo scriberet, quæ altero die apud populum dicturus esset, mane sine vulnere mortuū inuentum. Alteram, qua suspicionem, quę de Sempronia erat, cōfirmat, qua in re adiutricē matrem Corneliam quoque, quæ & Gracchos peperit, habuerit: εἴτε, inquit, Κορνηλίας αὐτῷ τῆς Γράκχου μητρὸς ἐπιβουλευσάσης ἵνα μὴ ὁ Γράκχου νόμος λυθείη, καὶ συλλαβούσης ἐς τοῦτο Σεμπρωνίας τῆς θυγατρὸς, ἣ τῷ Σκιπίωνι γαμουμένη διὰ δυσμορφίαν καὶ ἀπαιδίαν οὔτε ἐστέργετο οὔτε ἔστεργεν. hoc est: *Seu Cornelia Gracchi matris insidiis impetitus, ne Tib. Gracchi lex dissolueretur, adsumta etiam ad hos filia Sempronia, quæ nupta Scipioni propter deformitatem & sterilitatem, neq; illum amabat neq; ab illo amabatur.* Vel inquit, vt alii opinantur sponte mortuus est, quod ea, quæ pollicitus fuerat, impossibile arbitraretur, se posse perficere. Adiicit idem & aliam: εἰσὶ δ', οἳ βασανιζομένους φασὶ θεράποντας εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸν ξένοι δι' ὀπισθο-

δήμου, νυκτὸς εἰσαχθέντες ἀποπνίξαιεν, καὶ οἱ πυθόμενοι ὀκνήσαιεν ἐξελέγχειν διὰ τὸν δῆμον ὀργιζόμενον ἔτι καὶ τῷ θανάτῳ συνηδόμενον, &c. id est: *Sunt qui dicant seruos tortos esse fassos, quod illum exteri quidam noctu per posticam domus partem ingressi strangularint, idq; intellegétes, tamen supersedisse in vulgus efferre, ob populum iratum, & nece eius gaudentem &c.* Quin ipse quoq; Cicero, videtur dissentire a priore illo suo dicto, & adstipulari iis, qui a domesticis illum & propinquis necatum volunt. Sic in sexto de Repub. lib. scribens sub Pauli patris Scipionis persona, illum sic alloquentis: *Ac ne multa, Dictator Rempub. constituas oportet, si impias propinquarum manus effugeris.* Vt credibilius sit illud, quod Pompeium dixisse de C. Carbone, populari magis rumore, quam certis scriptorum monimentis ad posteros manasse. Nam Carbonem etsi Scipioni inimicum, propinquum tamen nusquam fuisse legimus.

CAPVT X.

Q. Curtij erratum de fonte Stygis; *tum de eadem aqua & morte Alexandri Macedonis variæ opiniones. inibiq; expositum carmen citatum ab Hygyno ex criticis.*

Q. Curtius in extremo librorũ historiæ suæ, quam de Alexandro Magno conscripsit, de eius Principis morte agens, cum varias de ea historicorum opiniones recitasset, postremo & illam commemorat, quæ aquæ Stygis veneno illum sublatum contendit. Quo loco contra omnium scriptorum sententiam (memoriæ vti opinor lapsu) in Macedonia e fonte quodam illum liquorem scaturire dixit. Sed verba ipsius Curtii adferamus: *Veneno necatum esse credidere plerique, filium Antipatri inter ministros Iollam nomine, patris iussu dedisse.* Et post pauca: *Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, vt ferrum quoq; exurat, vngulam iumenti duntaxat patientem esse constat, succi Stygem appellant fontem ex quo pestiferum virus emanat. Hoc per Cassandrum allatum, traditumque Iollæ fratri, & ab eo supremæ regis potioni inditum.* hactenus ille. A quo maxima pars auctorum dissentit. Non enim in Macedonia e fonte illud hauriri, sed ex petra quadam prærupta in Arcadia iuxta Nonacrin ciuitatem, exstillare. Non autem exurere ferrum, vt Curtius opinatur, sed ob vim frigoris omnia vasa cuiusuis materiæ sint, dissipari, fathiscere & corrumpi, auctores certatim tradunt. Et imprimis Plutarchus de eo loquens: τὸ δὲ φάρμακον, ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν καὶ παγετῶδες ἀπὸ πέτρας τινὸς ἐν Νωνάκριδι οὔσης, ἣν ὥσπερ δρόσον λεπτὴν ἀναλαμβάνοντες, εἰς ὄνου χηλὴν ἀποτίθενται· τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν ἀγγεῖον στέγειν, ἀλλὰ διακόπτειν ὑπὸ ψυχρότητος καὶ δριμύτητος. id est, *Venenum autem hoc, frigidam quandam & congelascentem aquam e petra quadam Nonacridis manantem fuisse, quam in roris tenuissimi morem excipientes, in asini reponunt vngulæ, nullum enim ceterorum vasorum eum liquorem perferre, quin ob tanti vim*

vim frigoris ista diffundantur & dissipentur. Vbi Guarinus Veronensis, ὄνου χηλὴν *equi vngulam* vertit. at idem Plutarchus in libro περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ de *asini vngula* intellexit: alii in Plutarcho non ὄνου sed ἡμιόνου legendum contendunt, freti Plinii auctoritate, qui cap. vltimo libr. 30. ita scribit; *Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam vllam materiam, quæ non perroderetur a veneno stygis aquæ cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret; memoria dignum est.* Sequutus est forte in hoc Vitruuium, qui libro octauo ita habet: *Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua στυγὸς ὕδωρ nominatur, quæ neque argenteum, neque æneum neq; ferreum vas potest subsistere, sed dissilit & dissipatur. Conseruare autem eam & continere nihil aliud potest, nisi mulina vngula. quæ etiam memoratur ab Antipatro in prouinciam, vbi erat Alexander Iollam filium perlata esse, & ab eo ea aqua regem esse necatum.* Sed leuis lapsus est & exiguum interstitium, inter ὄνου & ἡμιόνου χηλὴν siue ὁπλήν. Qui tamen ὄνου dictionem retinere volunt, suffragatorem habent Ælianum, qui libr. 10. cap. 40 historiæ animalium tradit in Scythia asinos cornibus præditos nasci, quæ aquā Arcadicam stygem nominatam continent, quæ transmittit perfringitque vasa omnia, etiam quæ ex ferro constant. Hæc cornua a Sosipatro adlata fuisse aiunt Alexandro Macedoni, & illum admiratum misisse Delphos, vt dedicarentur Pythio cum hisce carminibus:

> Σοὶ τόδ' ἀλέξανδρος μακεδὼν κέρας αὐτὸς Παιὰν
> ἀνέθηκεν σκυθικοῦ * χῆμα τὸ δαιμόνιον *κτῆμα
> Ὃ στυγὸς ἀχράντου * δουθησίαδος ἐδαμάσθη *λυσιάδος
> ῥεύματι, βαστάζον δ' ὕδατος ἠνορέην.

At Pausanias & Trogus equinæ vngulæ hanc virtutem tribuunt. Quorum Pausanias latius huius venenum & vires vltra superiores copiose describit: τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ, παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον, ἐμπίπτει μὲν πρῶτον ἐς πέτραν ὑψηλήν, διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας, ἐς τὸν κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι. θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ φέρει τοῦτο, καὶ ἀνθρώπῳ, καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. λέγεται δὲ ὅτι φύοιτό ποτε ὄλεθρος ἀπ' αὐτοῦ, καὶ αἶξιν αἳ τοῦ ὕδατος ἔπιον πρῶτον. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐγνώσθη, καὶ εἰδήσει ἄλλοι παρ' ἔσι τοῦ ὕδατι τῶν εἰς θαῦμα ἡκόντων. ἄλλος μέντοι καὶ κρύσταλλος καὶ μόρρια, καὶ ὅσα ἐστὶν ἀνθρώποις ἄλλα λίθου πεποιημένα. καὶ τῶν σκευῶν τὰ κεράμεια, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς στυγὸς τοῦ ὕδατος ῥήγνυται. κέρατα δὲ καὶ ὀστέινα σίδηρός τε καὶ χαλκὸς, ἔτι καὶ μόλυβδός τε καὶ κασσίτερος, καὶ ἄργυρος, καὶ τὸ ἤλεκτρον ὑπὸ τούτου σήπεται τοῦ ὕδατος, τὸ δὲ αὐτὸ ἐν μετάλλοις τοῖς πᾶσι καὶ χρυσὸς πέπονθε, Subdit demum καὶ δὴ καὶ τὸ ὕδωρ οὐ δύναται τῆς στυγὸς, ὁπλὴν ἵππου βιάσασθαι μόνην, ἀλλὰ ἐμβληθὲν κατέχεταί τε ὑπ' αὐτῆς, καὶ οὐδ' ἐργάζεται τὴν ὁπλήν. An autem Alexander Philippi eo sit sublatus, se nescire fatetur. hæc autem Latine ita sonant: *Aqua autem quæ e rupe distillat iuxta Nonacrin,*

primum incidit in saxum excelsum: & saxū vt penetrauit, in Crathin fluuium delabitur. Necem infert aqua hac tum hominibus, tum reliquis animantibus omnibus. Dicūtur & capellæ olim interijsse, quæ primum inde biberunt (id quod temporis progressu postea est deprehensum. Inest aquæ & tale quiddam admiratione dignum. Alias etiam crystallus, & murrhina & quæcunq; alia ab hominibus sunt ex lapidibus facta, vasa item testacea stygis aqua rumpuntur. Cornea autem atque ossea, ferrum præterea & æs, plumbum item & stannum, argentum atq; electrum, hac aqua putrescunt. Quod ipsum auro etiam inter omnia metalla accidit. Deinde subdit: *Atqui stygis aqua, equi vngulam solam vi corrumpere non potest, sed si infusa sit; & continetur ab ea & vngulæ in aqua non destruit.* Hæc ille. Cui itidem Trogum (vt ex Iustini Epitome liquet) succenturiari diximus, qui de hoc veneno loquens eius tantam vim fuisse scribit, *Vt non ære, nō ferro, non testa contineretur; nec aliter ferri, nisi in vngula equi potuerit.* Has varietates auctorum annotare libuit accuratius, ne protinus erratum primæ alijs auctoribus impingeretur, si quid a communi opinione recedentes, litteris mandassent, nam potest fieri, vt & Curtius hac in re suos sit auct res sequutus. Nam & in Thessalia (quæ olim Macedoniæ etiam est attributa, certe illi vicina) Seneca libro naturalium quæstionum tertio, huiusmodi quoque venenatam aquam fuisse commemorat: *Est*, inquit, *noxia aqua in Thessalia circa Tempe, quam & fera & pecus omne deuitat; Per ferrum & æs exit, tanta vis illi inest etiam dura molliendi. Non arbusta quidem vlla alit, & herbas enecat.* De hac itaque sensisse videtur Curtius. Nam & Strabo hanc *stygis aquam* non ad Nonacrim, sed in Pheneo locat. Sic vt Hermolaus Barbarus vir alioqui in omni litteratura coryphæus, Plinium aiat tres styges siue stygias aquas diuersis locis adseruisse; Achaicam ad Phenæum vrbem, Arcadicam ad Nonacrim, & Thessalicam ad amnem Penæum. hinc variatum inter auctores esse. nam Vitruuium & Pausaniam Alexandrum exstinctum esse Arcadica, Plinium Achaica, Curtium Thessalica, quam ille Macedonicam vocet, tradidisse. Sed idem auctor mox palinodiam canens Pheneaticam & Nonacriatin eandem esse declarat, Pausania auctore, qui illam inter Nonacrin & Phenæum locat, vt nunc ab vno, nunc ab altero loco nomenclaturam sortiatur. Pheneo attribuit Statius Papinius lib. Thebaidos 4.

Et Pheneos nigro styga credita mittere Diti.

Plures autem aquas mortiferas varijs locis fuisse declarant auctores nam & Rufus, Ephesius medicus libro secundo de diæta, vt est in collectaneis Oribasii, in Leontinis Siciliæ oppido aquam esse tradit, ea, quã si quis bibat, moriatur, sicuti & in Phenæo Arcadiæ (hanc ipsam designans) quam (inquit) *aquam stygis* vocant, & alia in Thracia, & stagnum apud Sauromatas, quod ne

aues

aues quidem transuolare queunt: itemque apud Medos. Quin & Homerus & eum imitatus Lucanus in Thessalia Titaresium fluuium aquas stygias inuiolabiles per Peneum flumen transuehere tradunt, quod ipsum & Plinius suo testimonio confirmare videtur. De hac loquitur Solinus ex auctoritate Varronis dicentis, in Arcadia fontem esse, cuius interimat haustus. Ad huius autem petræ intẽsam frigiditatem allusisse is videri potest, qui Cretica scripsit, citante Hygino, cuius elegãtissimos versiculos adduxisse haud abs re fuerit:

Tuq; Lycaoniæ mutato semine Nymphæ,
Quam gelido raptam de vertice Nonacrinæ,
Oceano prohibet semper se tingere Thetis,
Ausa suæ quia sit quondam succumbere alumnæ.

Callisto innuit Lycaonis filiam, quam hic Iunonis Thetidis alumnæ pellicem vocat, id enim notat vox *succumbere*, ea figura dicta, qua a Plauto iustæ vxoris pellex, *lectis succuba* vocatur. *Gelidum* igitur *Nonacrinæ* verticem, petram illam stygis aquam exstillantem, recte videtur appellasse. Est autem adiectiua vox *Nonacrina*, & subaudiendum est *Petra* seu *rupis*: deriuata a *Nonacri* ciuitate, seu vt alii monte. a quo & Lycophron Νωνακριάτης deflexit:

Νωνακριάτης τρικέφαλ𝈃 φαιδρὸς θεὸς

Nonacriates, inquit interpres, *Arcadius. Nonacria enim ciuitas est Arcadiæ, in qua Mercurius colitur quod ipsum & a Stephano notatur.* Quem sequutus Valerius Flaccus in quarto Argonauticon de Echione Mercurii filio loquens, illum *Nonacriam prolem* appellat:

——obstupuit visu Nonacria proles

Ceterum de Alexandri morte varie loquuntur scriptores; Plutarchus morbo exstinctum tradit, eamque veriorem videri. Cum enim corpus diu insepultum adseruaretur, idque in locis calidis & æstuosis, tamen nullum signum veneni dedisse, sed immaculatum permansisse. Sententiam de veneno pluribus verbis confirmat Trogus, quæ in Epitome Iustini habentur. Idem de aqua stygis & equi vngula reliquis consentit. Diodorus libro decimo septimo tradit, cum apud Midium Thessalum comessaretur; ipsum se plurimo mero ingurgitasse. Cum autem postremo, quod Herculis poculum vocant, exhausisset, gemitum tanquam ingenti aliqua plaga affectum edidisse, tum graui febre afflictum, post vnum alterumque diem exhalasse animam. Meminit idem & veneni, nulla interim stygis aquæ facta mentione. Athenæus auctoritate Ephippi, tradit Alexandrum ποτήριον δίχουν Proteo cuidam bibacissimo propinasse, quod cum ille exhausisset multa interim laudum eius interfatus, il ud ipsum rursum Alexandro prægustasse, qui quidem illud ebiberit, sed

mox in puluinum se inclinarit cadente de manibus poculo; vnde illum mox in morbũ incidisse, e quo periit. Arrhianus vero Nicomediensis, qui omnium verissime videri vult Alexandri res gestas composuisse, quippe Aristobuli & Ptolomæi comitum Alexandri commentarios sequutus, & præter hos etiam ipsius regis Ephemeridas, nullam stygis aquæ, neq; omnino vllius veneni mentionem facit. Sed postquam apud Mediam cœnatus foret, se non bene habuisse, curasseque se in Paradysum seu amœnum hortum trans flumen deferri, vbi cum grauiter ex febre per interualla laboraret, rursum se in domum curasse referri, vbi ingrauescente morbo post vnum alterumue diem defunctus sit.

CAPUT XI.

De Parcarum nominibus apud Aulum Gellium controuersia mota, locusque Gellianus lucidior redditus, & Calij Rodigini verba excussa.

LOcus est apud Aulum Gellium lib. 3. cap. 16. Gordiano nodo implicatior, accuratiore inspectione & diligentiore cura examinandus, si quis inde sensus commodior elici possit. Quo enim loco de pariendi temporibus agit, recensitis diuersorum de tempore partus opinionibus, demum subdit: *Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepisse huiusmodi monstrosas raritates Sed nono mense aut decimo, neq; præter hos alias, partionem mulieris secundum naturam fieri existimasse. Idcirco eos nomina Parcis tribus fecisse, a pariendo, & a nono atq; decimo mense. Nam parca,* inquit, *immutata litera vna a partu nominata: item Nona & Decima a partus tempestiui tempore.* Hactenus Varronis verba retulit. Ex quibus nihil aliud intelligere possis, quam veteres nomina Parcis dedisse, a sollicitioribus mensibus, ipsoque pariendi momento. Iam quod videtur innuere, vnam quæ pariendi fatale momentum occupare videtur, dictam fuisse a partu, hoc est, dictione partus, vna immutata litera, id neutiquam procedit, nam *partus* si scribatur & *parca*, excedet hæc prior dictio sequẽtem vna litera, qua ablata, ne tum quidem res commode procedet, nam inter vtramque dictionem erit adhuc duarum litterarum discrimen, nimirum *t* & *u*. Quocirca vt veritas Varronianorum verborum constet (saluo tamen semper doctiorum iudicio) legerim hic *partua* forma veteribus non insueta, cum & *artua* pro *artus* Plautus in Menæchmis dixerit in illo versu:

Ita mihi imperas vt ego huius membra atq; ossa atq; artua
Comminuam hoc scipione.

Et ne quis hæc a me temere conficta putet, Q. Septimius Tertullianus vir antiquitatis peritissimus, de his nominibus audiatur in libro de anima: *Superstitio Romana deam finxit Alemoniam alendi in vtero fœtus, & Nonam & Decimam a sollicitioribus mensibus, &*

Partu-

Partulā quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem, vbi quod ad *Partulam* attinet, si literam *l* extriueris quam quidam incognitæ sibi voci *insulsisse* videatur, habes idem quod Varro adstruit. Sed ea quæ Gellius subdit ex Cesellii Vindicis lectionibus antiquis, maiorem longe dubitationem tenebrasque offundunt, quibus adfirmat *tria esse nomina parcarum, Nonam, Decimam & Mortam*, & versum hunc Liuii antiquissimi Poetæ ponit ex Odyssea: *Quando dies aduenient quem profata Morta est: Sed*, inquit Gellius, *homo minime malus Cesellius, Mortam quasi nomē accepit, cum acciperc quasi μοῖραν deberet*. Quibus ni fallor, coarguit Cesellium Gellius, quod vocabulum *morta* proprium nomen apud Liuium intelligendum putauerit, nimirum eius Deæ, quæ fatale momentum pariendi gubernat, cum pro voce appellatiua *μοῖρα*, Liuius vocem *morta* acceperit & primus effinxerit, volens vocem *μοῖρα* ea exprimere, quæ tum vitæ, tum cuiuluis euentus fatale momentū significat ipsumque etiam *fatum & parcam, decursum* quoque & *fortunam*, præcipue autē *fatalem vitæ exitum* vt apud Lysiam quoque oratorem in oratione funebri: ὅτι δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχὼς ἀπαραίτητος: *Et dæmon quidem ille, qui nostrum fatum & vitæ terminum sortitus est, ineuitabilis est*. Sic & apud Suidam Iosephus: μεγίστη γὰρ ἦν μοῖρα τοῦ πολέμου ληφθεὶς Ἰώσηπος, hoc est: *Maximum momentum huius belli fuit Iosephus captus*. Sic Homerus pro fatali vitæ termino hanc vocem extulit:

τὸν δ' ἔλε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

id est,

Hunc rapuit purpurra mors & violens fatum.

Perabsurdum enim esset, si vt Cæsellius putauit, *morta* tertia illa dearum partui præsidentium acciperetur, præcipue illa, quæ horam & momentum partus gubernaret, sique rei auspicatissimæ, quę initiū lucis intuendæ & vitalis vitæ, vt appellat Ennius, dat exordium, dea a re omnium dirissima nimirum morte nomē sortita, præesset: quā ne in partu quidem nominari oporteat; vbi potius Iuno Lucina & Ops vitæ & lucis largitrices deæ inuocantur. Quocirca illud nunc dispiciēdum, quam apte & ex re nobis obtrudere nitatur nouum quoddam commentum suum Cęlius Rodiginus, lib. antiquarum lectionum 22. cap. 13. his verbis: *Quia porro* (inquit) *partus Octimestris fere vitalis non est, putat Cæcilius Minutianus Apuleius, Parcis tribus facta nominā hæc, Mortuam Nonam Decimam. Quod si*, inquit, *est, Gellius illustratus egregie; simul & fallitos dilucet, qui pro morta vel mortua Mœram substituunt*. Hæc ille. Sed quomodo, o optime Cæli, per hæc Gellius illustratur, & non prorsus obscuratur & confunditur, qui primo quidem dixerit ex Varrone, Parcas Nonam & Decimam a nono & decimo tempestiuis mensibus dictas. Deinde Partulam (vti legendum ostendimus) a partu, pro qua temere contra Varronis & receptam opi-

nionem mortam siue mortuam Cæsellius substituerit, erroneo sensu e Liuiano versu desumpto, quum Liuius ea voce non partus præsidem deam (sed vti diximus) mœram hoc est fatalem, cuiusque & extremum vitæ tum diem tum horā siue punctū significare voluerit. Cum tu eam, quam Cæsellius vltimo loco ponit mortā, primo loco ponis: aisque dictam ab eo, quod octimestris partus vitalis non sit, idq; tam callide, vt non liqueat ea quæ refers, sintne illius quem tu citas Cæcilii (qui tamen nuspiam vnquam comparuit, neque quis sit, quantæque auctoritatis, præter te vnum nemo vnquam nouit) an potius tua: & ita disiungis, vt nesciamus, an illa Cæcilius ille qualis qualis dixerit, an tumetipse inuertens illarum ordinem ad tuum arbitrium libere; tum reprehendēs eos qui pro Morta mœram substituant. qui quales & qui nam sint, ignoro. Cum id Gellius (vt ex verbis illius liquet) nunquam somniarit. qui (vti diximus) Cæsellium in hoc reprehendit, quod mortam cuius nomen in Liuii Odyssea inuenerat, putarit ibi tertiam illam Parcarum fœtui in vtero præsidentium esse, quam a pariendo siue partu Varro antea Partuam dictam adseruerit: Cum reuera morta significauerit Liuio, τὴν μοῖραν, hoc est, fatale tempus moriendi, vti antea testimoniis bonorum auctorum comprobauimus. Sic vt Liuius versum hunc ex Homeri Odysseæ exprimere potius voluisse videatur. Editis iam his commentariis percepimus doctissimum virum Hadrianum Turnebum, nobis licet succinctioribus verbis adstipulari; qui & *mœram* pro *morta* legit in Liuii versu in cuius nos sententiam pedibus itamus. His vti opinor, commentum Cælii satis explosum videri merito debet, fragili putridaque basi innixum: nimirum Cæcilii Minutiani Apulei patrocinio. qui vt ponatur in aliquo numero scriptorum sua auctoritate fidem facientium, nunquam certe obtinebit, vt potior sit sua auctoritas, quam Varronis, aut Auli Gellii, qui cum Cæsellium hac in re reiecerit, & nos quoque merito Cæcilii huius & illum adducentis in testem Cælii auctoritates reiiciemus; Varronis sententiæ, cui (vti diximus) vir antiquitatis peritissimus Q. Septimius Tertullianus adstipulatur, adhærendo. Vt iam iis consideratis de intellectu Gellianorum verborum minus sit ambigendum: quem si quis a nobis adhuc minus explicatum putat; is certe sciat viam nos aliquam aperuisse, ad eum penitius eruendum, interim quemque suo relinquentes arbitrio.

CAPVT XII.

Macte vino inferio esto, *modus loquendi Operantium sacris. tum mendum e Catonis libro de re rustica sublatum a P. Victorio non animaduersum. tum quid sit* vinum inferium *explicatum.*

In libro

IN libro vetustissimi auctoris M. Portii Catonis de re rustica, caput est de dape Ioui facienda. item alterum de porca præcidanea Cereri facienda multa vt si alibi, hic vetera sacrificiorum vocabula adnotauimus. Quale vel illud, *si quãdo Ioui vinum vel Iano aliysue dijs libaretur, vt dicerent, macte vino inferiore esto*; ita enim habent vulgati codices, tum hic etiam, qui ex castigatione Petri Victorii longe emendatior reliquis, nobis exhibitus est. at si tum ab his, qui antea, tum ab illo emendatissimo Victoriano prouocare liceret, ausim adserere primo sic scriptum fuisse; *Macte vino inferio esto:* qui modus loquendi pollucentibus, & diis libantibus olim proprius. & Catoni vetustissimo auctori non inconueniens fuit. Hanc loci Catoniani emendatiorẽ iisdẽ exemplis probat alibi in emẽdationibus siue miscellaneis suis P. Leopardus. Nam & Festus Pompeius *Inferiũ vinum* esse ait, *id quod in sacrificando, infra pateræ labrũ ponebatur*. Quem ritũ Arnobius in 7. contra gentes libro, copiose ad hũc modũ explicauit, ex auctoritate Trebatii, qui de sacris cõscripsit: *Operæ pretiũ*, inquit, *est etiam verba ipsa depromere, quibus cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est. Mactus hoc vino inferio esto. Inferio inquit Trebatius verbum ea caussa est additum, eaq; ratione profertur: ne vinum omne omnino, quod in cellis atque Apothecis est conditum, & quibus ꝙ effunditur promtũ est, esse sacrum incipiat, & ex vsibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit, quod inferetur, sacrum nec religione obligabitur.* Hactenus Arnobius ex Trebatio: Quibus in Catone *vino Inferio*, non *inferiore* legendum esse, facile euincitur.

CAPVT XIII.

Locus ex Horatij libro secundo sermonum super Iliona *expositus aliter, quam senserint interpretes, qui ibi contaminati sunt. tum M. Tullio loco quodam lux infusa.*

HOratii in secundo sermonum versus sunt hi:

Non magis audierit quam Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit. Catienis mille ducentis
Mater te appello clamantibus.

Porphyrio Horatii interpres, hũc locum exponens, *Hic Fusius*, inquit, *Phoceus tragœdiarũ fuit actor, qui cum vellet Iliona dormientem exprimere, vt ad filij Polydori exsurgeret vocem, in scena obdormiuit.* Et post paucula: *Mater te appello, teq; caram somno suspensam leuans.* Ex quibus verbis nec sensus vllus eo poeta dignus, elicitur, nec carmen explicatur: vt interim taceam, quod Polydorũ filium Ilonæ esse scribit, qui frater fuerit potius, ideoq; ad eum Horatii carmen minime referendum. Quocirca manifestũ est, Porphyrionis commentarios ea in parte mutilos & deprauatos esse, cum carmen id adducat nullo auctore nominato. Nec meliora multo Acron, imo perturbatiora; ꝙ cum ante dixisset. Ilionã filium suũ loco fratris sui Polydori posuisse, & illum a patre Polymnestore, arbitrante se

Polydorum occidere interemtum: Postea, quasi bene dictorum pœnitentia duceretur, subiungit: *Manifestum tamen est (inquit), hunc Polydorū necatum fuisse, & noctu sorori in somnis venisse, rogan: vt sepeliretur, hoc dicendo: Mater te appello, soror surge & sepeli me.* Quod si illa sunt Acronis, & non potius indocti alicuius nebulonis adsumentum, nihil potest confingi ineptius aut magis ridiculum, vt eadem sit mater & soror, & qui ante frater, nunc sit filius, & compellet matrem, quæ soror dici debuerit: vt interim omittam, nullius saltem idonei auctoris testimonio hoc comprobari. Ceterum, vt diuulsis & contaminatis istorum illustriū Grammaticorum & interpretum scholiis subueniamus, simulq; Horatianus sensus apertior fiat, constat Pacuuiū Tragœdiarum apud Latinos scriptorem clarissimum, *Iliona* titulo Tragœdiā scripsisse sumtam (vt credibile par est, & vt alia pleraque eius auctoris scripta) de Græcis: quam hic Horatius innuit a Fusio histrione ebrio actitatam: cuius argumentum fuisse, quod Hyginius narrat in libro fabularum ad hunc modum: *Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Ilionæ filiæ suæ dederunt eum educandum, quæ Polymnestori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio suo educauit. Deiphilum autem quem ex Polymnestore procreauerat, pro suo fratre educauit, vt si alteri eorum quid foret, parentibus præstaret. Sed cum Achiui Troia capta, prolem Priami exstirpare vellent: Astyanacta Hectoris & Andromachæ filium de muro deiecerunt, & ad Polymnestorem legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam nomine Electram pollicerentur in coniugium, & auri magnam copiam, si Polydorum Priami filium interfecisset. Polymnestor legatorum dicta non repudiauit, Deiphilumque filium suum imprudens occidit, arbitrans se Polydorum filium Priami interfecisse.* Hactenus Hyginius. Ex quo facile est colligere, Deiphili suppofititii Polydori vmbram, in ea Tragœdia, matri rei ignaræ omnē cladem suam in somnis aperuisse, & illis verbis *Mater te appello*, ipsam Ilionam voluisse excitare. Sensus igitur Horatii hic erit; Fusius histrio, cum in Tragœdia Ilionæ in somnum collapsæ personam sustineret, Catieno quodam histrione contra vmbram Deiphili actitante. Fusius autem hic antequam ad agendum p̄diret, multo mero se prius ingurgitasset, & ex simulato somno in verum altumq; soporem decidisset, ita vt Catieni histrionis vmbram præfatam exprimentis & clamantis voce exorta, hūc ex præfato Poeta versum *Mater te appello*, & subinde repetentis expergefieri non posset. Id persentiens populus, qui spectatum venerat vniuersus, & in risum iocumq; solutus, & ipse histrioni acclamauit, *Mater te appello*, cuius turbam hic *Catienos mille ducentos* ob id appellat, quod Catienum iuuarent in excitando Fusio, ac ne sic quidem in profundissi nū somnum p̄lapsus excitari potuerit: cui similes dicit, qui præcipites in vitia feruntur, obsurdescentes ad omnia propinquorū & amicorum monita, tanquam veterno conso-

consopiti, vt Fusius ille, qui in totius quidem theatri clamoribus excitari non potuit vt responderet decoro personæ, quā induerat. Vbi præter, hæc insignite labi constat hos interpretes, qui *Catienos* cātores interpretātur a *Cantio* nobili cantore, quo Deus bone nihil frigidius; cum, vti diximus, Horatius *Catienos mille decentos*, vniuersam spectatorum & Theatri turbam intelligi voluerit, acclamantem, vti diximus Fusio histrioni. Quocirca adducor in eam sententiam, vt credam fieri non posse, vt hæc tam friuola & inepta vnquam emanarint ex horum virorum officina, quorum eruditionem tantopere admiratos video viros doctissimos: Sed potius a tenebrionibus quibusdam & tupicis magistellis adscita, qui has suas ineptias sub talium virorum nominibus indoctioribus discipulis obtrudere voluerint. Verba autem illa, *Mater te appello,* poetæ supradicti ex tragœdia Iliona fuisse, vel M. Tullii testimonio e quarto Academicarum quæstionum libro, est manifestum. *Quid Iliona somno illo* inquit, *Mater te apello, nonne illa credit filium locutum, vt vere experrecta etiam crederet. Vnde enim illa, Age, adsta, mane, audi, itera dum eadem & ista mihi. num videtur minorem habere visis quam vigilantes fidem?* In quibus Tullii verbis dilucet, actionem eius tragœdię ita constitisse, vt fuerit necesse Fusium Ilionam agentem excitari, quæ Catieno Deiphilum filium agenti velut vigilans responderet. Vt his perpensis, iam in Horatio intelligendo minus quisque labi fallique possit.

CAPVT XIV.

Sententia Horatiana ostensa de Græco esse mutuata.

FIt interdum, vt vel dissimulantibus auctoribus eluceat imitatio, cuiusmodi est & illud, ex Horatii Odarum lib. 3.

Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Quod certe ad imitationem Euripidei in Tenne carminis compositum, quis non videat? id autem est tale; poeta de virtute loquente:

οὐκ ἔστιν τῆς κτῆμα τιμιώτερον
οὐ γὰρ πέφυκε δοῦλον οὔτε χρημάτων,
οὔτ' ἐς φαλείας, οὔτε θωπείας ὄχλου.

Id est.

Non est virtute quidquam pretiosius,
Non enim fit serua nec pecuniæ,
Nec adulationis, nec obseruationis vulgi.

Nam quod Euripides ἀπλωτέρως dixit, virtute nullam possessionem pretiosiorem esse, id Horatius poetice magis & sublimius, vt Lyricum decebat dixit, *virtutem intaminatis fulgere honoribus.*

Tum illud quod Horatius extulit per metaphoram, vt plus venustatis haberet, ita certe idem est cũ eo, quod Euripides, expressit *nullius seruitutis iugo subijci virtutis cultorem*, non pecuniæ non vulgi adulationi seu ludibriis. Hoc enim est Horatio *sumere aut ponere secures, arbitrio popularis auræ.* Acron & Porphyrio nulla facta mentione imitationis, dicunt Stoicorum sectam hic sequutum Horatium; Qui dicunt virtutem solam sufficere ad vitam beatam. At dicemus hic potius, Horatium imitari voluisse Euripidem; Nam nihil minus probabat Horatius, quam Stoicorum paradoxa. Ridiculi quoque hic sunt Landinus & Mancinellus, qui hoc ad petitionem magistratuum referunt, quasi is qui in bonis animi omnia reponit, magistratus aut comitia curet, aut quasi ambitio magistratus virtute melius constet & subsistat. Cum potius manifestum sit, de animi imperio & libertate sentire Horatium, quæ vim suam & imperium (quod per *secures* hic metaphorice expressit) haud submittat pecuniæ, vulgi aut principũ minis & odio, aut applausui; seipsa contenta, *cœtusq́ vulgares & . . . spernat humum fugiente penna*, vt postea infert.

CAPVT XV.

Qui sint in Catulliano carmine de Phaselo littorales Dii, *inibiq́ de Priapo & Apolline* portuum largitoribus.

CAtullus in eo carmine quo phasellum celebrat, nauem qua e Bithynia & Ponto Romam reuectus fuerat, illi gratias agens, quod se saluum incolumemque domum stitisset, subdit:

Neq́ vlla vota littoralibus Deis
Sibi esse facta, cum veniret a mari
Nouissimo, hunc adusq́ limpidum locum.

Vult Catullus innuere, citra periculum se vectum; cum non habuerit opus votis & sacrificiis, quæ a periclitantibus nautis littoralibus Deis offeruntur & fiunt. Quo in loco per *littorales Deos*, quidam interpretantur Neptunum & Amphitriten, & alios Deos maris præsides, tum etiam Castorem & Pollucem; falso vti ego arbitror: Nam per eos intelligi puto Hellespontiacum *Priapum*, qui ab Asiatica omni ora Hellesponti & Propontidis colitur; Et *Apollinem Actium*, qui a nauigantibus in Ægæo mari per Cycladas & Sporadas colitur, & sacrificiis honoratur. Et de Priapo quidem affirmari potest, quod omni oræ Hellesponticæ præsit: a Lampsacenis præcipue cultus, qui cognominem illi vrbem *Priapum* habent, vnde & *Priapina Diana* dicta in Plutarchi Lucullo. Testimoniũ eius rei amplum, dat idem Catullus in carmine de Priapo, quod a Mauro Terentiano in libro de Metris citatur, quo loco de Priapeio carmine agit,

Hunc lucum tibi dedico consecroq́ Priape,

Qua

Quæ domus tua Lampsaci sita est quaq; Priape,
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca, ceteris ostreosior oris.

Hinc nautæ illum inuocarunt vt ὁρμοδότην hoc est, *portuum largitorem*. Quod ex Græcorum Epigrammatum lib. I. non vno testimonio probatur titulo εἰς ναυτιλίαν, hoc est, *in nauigationem*, vt in illo Leonidæ:

τοῦθ' ὁ Πρίηπος ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτας
Ἄνθρωφ', ὡς πλώεις πᾶσαν ἐπ' ἐμπορίην.
Hæc ego ipse Priapus, portus incola denuntio
O homo qui nauigas ad omnem mercatum.

Et Antipatri Sidonii:

λαίφεα δ' εὔυφία προτονίζετε· τοῦθ' ὁ Πρίηπος
ὕμμιν ἐνορμίταις παῖς ἐνέπω Βρομίου.

Id est.

Vela bene texta rudentibus tendite, hæc ego Priapus
Puer Bromij vobis nactis portum dico.

Et rursum Marci Argentarii:

——— τῷ σὺ Πριήπῳ
πειθόμενος πάσης ἅπτεο ναυτιλίης.
——— tu Priapo
Fretus omnem arripito nauigationem.

Tum etiam Satyri Thyili:

τοῦθ' ὕμιν πλώουσιν ἐπ' ἐμπορίην ὁ Πρίηπος
ὁ λιμενορμίτης ναυτιλίῃ φράζομαι.
Sic vobis nauigantibus ad mercatum ego Priapus,
Portuum adpulsor a nauticis feris.

Et rursum eiusdem Satyri:

ὦ ἴτ' ἐπ' ἐμπορίην, πίσυνοι χαρίεντι Πριήπῳ,
ὦ ἴτε δὴ λιμένων δαίμονι πειθόμενοι.

Id est:

O ite ad mercatum, confisi gratioso Priapo.
O ite sane parentes portuum Dæmoni.

Sed nemo hoc manifestius explicauit Archia poeta, cuius integrum epigramma hic libuit apponere:

Τὸν δέ με κυματοπλῆγος ἐπὶ σκοπέλοιο Πρίηπον
ναῦται Θρηϊκίου θῆκαν πόρου φύλακα.
πολλάκις οἷς ἤϊξα λαχὼν καλέουσιν ἀρωγὸς
ξεῖνε κατὰ πρύμνης ἡδὺν ἄγων Ζέφυρον.
τῷ οὐ κνίσης οὔτ' ἀκνίσσον, ὑπὲρ θέμις, οὔτ' ἐπιδευὴς
εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων.
ἀλλ' αἰεὶ θυόεντα, καὶ ἔμπυρον, οὐδ' ἑκατόμβη
τόσσον, ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται.
Hoc vndis verberato scopulo me Priapum,
Nautæ posuere Threycij transitus custodem.

Sæpe his veni citus vocantibus opitulator,
O hospes, iuxta proram suaueq; incinens zephyrum
Ob hæc non absq; nidore sacrificij vt fas est neq; absq; libaminib.
Coronamentorum veneris aram meam conspicias:
Sed semper sacrificijs recentem & calentem, in Hecatombe

Hactenus. *Quatenus honor genijs placere solet.*

Et rursum Agathias Scholasticus:

μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου,
ἢ σκάρον ἢ βῶκας φλέξον ἐρυγομένας.

Id est.

Solum apud aram in portu exsistentis Priapi
Seu scarum aut bocas vir stridentes.

Ex quo etiam intelligitur, pisculento sacrificio placari solitum fuisse hoc numen: quod & Theætetus Scholasticus, hoc epigrammate demonstrat:

ναύτιλε ποντομέδοντι, ἁρμοδότῃς. Πριήπῳ
τευθίδος, ἢ τρίγλης ἀνθεμόεσσαν ἴτυν.
ἢ σκάρον αὐδήεντα παρὰ βωμοῖσι πυρώσας,
ἄτρομος Ἰονίου τέρματα θαλασσοπόρει. Id est.

Nauta pontis potenti & portuum largitori Priapo
Teuthidis aut triglis floridam curuaturam.
Seu scarum vocalem apud aras exurens
Intrepidus Ionij maris terminum nauigio permeato.

Quibus tandem etiam adstipulatur Paulus Silentarius, qui & ipse ita canit:

Πιστὸς ναύτῃσι Πρίηπος ἐπεὶ Θέτιν εὔχομαι εἶναι
ἡμετέρου πατρὸς ξεινοδόκον Βρομίου
Fidus nautis Priapus; cum Thetin opto esse
Tui patris, Bromij hospitem.

Et de Priapo quidem abunde satis ostensum; nunc de custode Epirotici littoris & maris Ægei *Actio Apolline* dicamus. Hunc igitur custodem littoris Actiaci vocat Propertius:

Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Cæsaris & forteis dicere posse rates.

A littore autem hoc & promontorio. *Apollinem Actium*, quasi dicas *littoralem* appellauere. Quod scilicet vox ἀκτὴ *littus petrosum* significet. Quemadmodum *littora arenosa*, θῖνες Hammonius siue Herennius Philo dici contendit. Hinc & nautis celebrem, vnde & idem Propertius:

Actia Nilos pelagus monumenta carinæ,
Nautarum votis non operosa via.

Cui maior celebritas accessit, vt declarat hic prior versus, quod Cleopatra ibi cum Antonio ab Octauio Cæsare sit deuicta, prælio nauali, cōdita vrbe Nicopoli, & ludis ac certamine Trieterico vel quinquennali ibi institutis, vt idem testatur;

Actius

Actius hunc Phœbus traxit monumenta, quod eius
Vna decem vicit missa sagitta rates.

Et Strabo littorali huic ceu Actio Apollini honores ludosque a finitimis exhibitos fuisse ante hunc pugnæ euētū tradit. Hunc igitur ibi nautæ votis & sacrificiis sibi propitiabant. Quod vel ex Vergilii Æneid. 3. his versibus est manifestum:

Mox & Leucate nymbosa cacumina montis
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Quem tamen locum Seruius dum exponit, commentum sibi cōfingit. *Formidatus* inquit, *aut propter asperitatem locorum, quia saxosa sunt, aut vt quidam volunt, quia moris erat ei aliquem de nautis immolari.* Quod postremum vere fabulosum est: Non enim tam infame littus accessissent Troiani: Nam subdit mox Vergilius:

Hunc petimus fessi, & parua succedimus vrbi.

Formidatus igitur nautis, metu & veneratione cultus, vt auerteret naufragia, quæ ibi ob importunitatem littoris crebra fiebant. Cui & Tiberius Donatus in sua paraphrasi adstipulatur; sic scribens. *Videntur hæc cum aliqua ratione posita, quia cum esset formidabilis nautis, illic Troiani fatigationis necessitate compulsi cum ponerent, optimam refectionem habuerunt; vsque adeo, vt his & facultas sacrificandi dijs occurreret, & in honore Apollinis, cuius tanta beneficia habuerunt, ludis exercendis daretur occasio.* Idcirco posuit:

Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurq; Ioui, vobisq; incendimus aras
Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Littori igitur crebris naufragiis infami, appositus est Deus tutelaris, Apollo littoralis, ad quem votis & precibus confugerent periclitantes: sicuti ad Priapum ῥυσίδοτηρα Hellesponticum mare & Bosporum transmeantes. Hos ergo *Deos littorales*, indicat Catullus, quibus vota non persoluit, ob felicem suam nauigationem e Bythinia Romam vsque. Quin in fragmentis Donati, ante integram Paraphrasim editis, subditur. *Ergo non luxus fuit caussa ludorum egentibus & peregrinantibus, sed gratulatio seruatæ salutis.* Harpocration quoque dicit hos ludos fuisse antiquos, meminisseque illorum Callimachum in libro de certaminibus: Sicuti commemorat Ioannes Pierius Valerianus. Quin & Orpheus Crotoniatus antiquissimus Argonauticorum scriptor dicit, postquam Argonautæ Phæacam terram attigissent; Dedicasse voti ergo Ioui Panomphæo, & Apollini littorali sacra pararunt facere funes complicantes nauticos. Versus eius Poetæ sunt hi:

κερκύρας ζαθέην ἐξίκετο, τήν σφιν ἔναιον
ἱδρωθ' εἰρεσίης καὶ ἀλιπλάγκτοιο πορείης
Φαίηκες, τοῖσιν δ' ἄρ' ἐφ' ἡμοσύναισι θεμίστας
ἀλκίνοος κραίνεσκε δικαιότατος βασιλήων,

πείσματα δ' ἀψ ἀνάψαντες παραμείψαμεν ἐν ἱερὰ θῆκε,
Ζηνὶ Πανομφαίῳ καὶ ἐπ' Ἀκτίῳ Ἀπόλλωνι.

Id est.

Cercyram ad perdiuinam appulit, quam ipsi habitabant
Periti remigiorum & mariuagæ profectionis
Phæaces: illis vero præceptis leges
Alcynous imperauit, iustissimus regum,
Funes vero apprehendentes parauimus sacra ponere.
Ioui Panomphæo, & littorali Appollini.

Corcyram siue Cercyram haud procul abfuisse ab Actio manifestum est.

CAPVT XVI.

Quid per crimina Vatiniana *proprie legendum sit in Catullo.*

IN eodem au ctore leguntur hi versus.

Risi nescio quem modo in corona,
Qui cum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicasset,
Admirans, ait hæc, manusq; tollens
Dij magni Salicippium disertum! &c.

Vbi tamen quidam codices *carmina* habent, & interpretantur, poema, seu versus probrosos, a Caluo poeta in Vatiniu n compositos: Alii *crimina* (quos & nos sequimur) legunt. Et *probra* siue *opprobria in Vatinium iactata* interpretantur. At nos magis de oratione Calui, quæ doctissime ab eo in Vatinium, ambitus reum dicta & conscripta fuit, id intelligimus. Fuit enim Caluus, nō minus orator quam poeta bonus, orationesque vnam & viginti reliquit. Quod & Cornelius Tacitus in Dialogo de claris oratoribus testatur. Hanc autem in Vatinium ambit. reum conscriptam citat Aquila Romanus Mœcenatis libertus, quo in loco de figura quæ *climax* seu *ascensus* appellatur agit. *Egregie* inquit *& vt mihi videtur feliciter Licinius Caluus in Vatinium. Non ergo pecuniarum magis repetundarum, quam maiestatis, non maiestatis magis quam Plautiæ legis, neq; Plautiæ legis magis quam ambitus, neq; ambitus magis, quam omnium legum iudicia perierunt.* Citatur idem Caluus in Fuicinium ambitus reum, a Flauio Charisio, sed mendum esse puto, & *Vatinium* legendum, hancque & ibi eandem orationem innui. Quod autem *Salicippium* legi, magnos in hoc auctores sequutus sum, qui rationem reddunt, ob quam Caluus *Salicippium* dictus sit, ex Senecæ oratoris cōtrouersiis, quem & apud alios facile est inuenire. Scripsit autem non vnam sed plures orationes in Vatinium Caluus, vt testatur idem Tacitus in præfato Dialogo, quæ pro ceteris illius orationib. in maxima admirationem fuere: *Ipse mihi Caluus cum vnum & viginti* (*vt puto* inquit Tacitus) *libros reliquerit, vix in vna aut altera oratiuncula satisfacit.* nec

etc dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video; quotus enim quisque Caluu in Apitium, aut in Drusum legit: *at hercule in hominum studiosorum manibus versantur accusationes, quæ in Vatinium conscribuntur, ac præcipue secunda ex ijs oratio: Est enim verbis ornata & sententijs, auribus iudicum accomodata, vt scias ipsum quoq; Caluum intellexisse quid melius esset. Nec voluntatem quin sublimius ac cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse.* Et inf. a: *Asinius Pollio Catonem non multo ætate antecedens, Caluus Vatinium ijs orationibus insignite depinxit, quas hodieq; cum admiratione legimus.* Hinc facile liquet cur *crimina Vatiniana*, hoc est, orationes quibus Vatinium mirifice Caluus explicasset, Catullo dicantur.

CAPVT XVII.

Ausonij ad Theonem carmen ænigmaticum explicatum.

AVsonius poeta Gallus Epistolam scripsit ad Theonum salibus amaris & nimium salsis conditam, in qua ænigmatice illum deridet & vexat, vnde hunc postremum versiculum, qui implicatior nobis videbatur, exponendum suscepimus:

Accipe congestas mysteria friuola nugas,
Quas tamen explicitis nequeas deprehendere, chari
Anticyramq; bibas Samij Lucumonis acumen.

Dubium autem quid per *Samium Lucumonem* velit, *Anticyram bibentem.* Ego auctorem innuisse puto aliquem e veteribus philosophis, qui se, quo acutiore ingenio forent veratro purgarint, puta *Carneadem* aut *Chrysippum*, nam de vtroq; id traditur, quod ipsum edidit Plinius libro historiæ naturalis 25. capite quinto. qui tamen magis inclinat vt Carneadem hoc fecisse putemus De veratro enim loquens; *Candidum* inquit, *quondam terribile, postea tam promiscuum, vt plerique studiorum gratia ad prouidenda acrius quæ commentabantur, sæpius sumtitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris, Drusum quoque apud nos Tribunorum popularium clarissimum.* Huic itidem astipulatur Aulus Gellius lib. 17. cap. 15. *Carneades* inquit, *Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, superiora corporis elleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsq; animi redundaret, & instantiam vigoremq; mentis labefaceret, tanta cura, tantoq; apparatu, vir ingenio præstanti ad refellenda quæ scripserat Zeno aggressus.* Variat ab his Valer. Maximus ca. de industria. lib 8 *Carneades,* inquit. *cum Chrysippo disputaturus, elleboro se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius. Quas potiones industria, solida laudis cupidis, appetendas effecit.* Non Zenonem sed Chrysippum Carneadis antagonistam statuens. At Diuus Hieronymus in primo comment. in epistolam Pauli ad Galatas, videtur (nescio cuius auctoritate ductus) Chrysippo non

Carneadi illud attribuisse. *Totumq; inquit, illum locum de Iacob & Esau cuius nunc mentionem fecimus, ita ad Romanos scriptum ventilant, vt non absq; sudore & Chrysippi eis possit elleboro respondere.* *Anticyram autem pro ipso Elleboro* accipi etiam in his versibus docet Horatius:

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.

Et Persius:

Anticyras melior sorbere meracas.

Ceterum quod hunc philosophum *Samium Lucumanum* appellat, hinc factum, quod *Samium* acutum veteres vocitarint. *Samium, inquit* Nonius Marcellus, *est testa. Samium rursum acutum, vnde & samiare dicimus acuere, quod in Samo hoc gentis artis polleat.* Hinc in epistola Aureliani Imperatoris apud Flauium Vopiscum, *ferramenta Samiata,* dicuntur *acuminata* siue *Mucronata*: *Arma tersa sint, ferramenta samiata, calciamenta fortia. Lucumonem* vero vocat, quasi dicas *insanum*, quod Elleboro medicamento insanis adhiberi solito, vteretur. *Lucumones* vero vt Festus inquit; *quidam homines ob insaniam dicti, quod ea loca ad qua venirent, infesta facerent.* Sensus igitur hic erit, Elleborum bibe, quo Carneades acutissimus philosophus, quando desipiebat, se acuere solebat; vt ad Scholiasticas contentiones sis acutior, sagaciorque. Vir quidam doctus, *Asius* hic non *Samius* legit, & Cleanthem intelligit: *Samius* gentis nomen esse putans, a quo multum dissentimus, priorem hanc nostram interpretationem retinentes: & tantum nobis videri, D. Hieronymum recte id Chrysippo adtribuisse, auctoritate Petronii Arbitri nisum. Sic enim ille: *Et Chrisippus vt ad inuentionem sufficeret, ter elleboro animum detersit.*

CAPVT XVIII.

Lucretij locus expositus, & cum Euripidis loco collatus, Æschinemque illum videri imitatum. Tum reprehensus Pius super voce Princeps.

LVcretii in primo locus est, non bene a Baptista Pio intellectus & expositus:

Aulide quo pacto Triuiai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti prima virorum,
Qua simul infula virgineos circumdata comtus
Ex vtraq; pari malarum parte profusa est,
Et mœstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, & hunc propter ferrum celerare ministros:
Aspectuq; suo lacrymas effundere ciues
Muta multum terram penitus submissa petebat.
Nec misera prodesse in tali tempore quibat

Quod

Quod patrio princeps donarat nomine regem.

Hos versiculos duos posteriores, videtur de Euripidis Iphigenia in Aulide mutuatus Lucretius, apud quem Iphigenia immolanda patri in memoriam reducit, *quod ipsa prima Agamemnonem patrem appellarit.* Hoc enim in Lucretio vocabulum, *Princeps*, significat, non vt Bap. Pius somniat quod Agamemnon princeps donaret regem, hoc est, publicam personam commoditati patriæ inseruientem & reliqua, quæ ibi nugatur. Nam *princeps* dictus, quod primus sit, seu primus capiat vt docet Q. Rhemnius Palæmon in Grammatica sua. Versus autem Euripidis, quos diximus sunt hi:

πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα καὶ σὺ παῖδ' ἐμὲ
πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν.

Id est.

Prima te vocaui patrem, & tu me filiam;
Prima etiam genubus tuis dedi meum corpus.

Videtur autem & Æschynes orator, contra Ctesiphontem inuidiã mouere voluisse Demostheni, ex hoc loco inhumanitatem illi opprobrando: quod cum nondum septimus dies elapsus esset ab interitu filiæ, quæ illum prima patrem appellarat, coronatus, & candida indutus sacrificasset. Sed libet ipsa oratoris eloquentissimi verba apponere, rhetorice admodum rem exaggerantis, & Demosthenis inhumanitatem & duritiem suggillantis, quod ne filiã quidem, quæ illum prima patrem vocauit, luxerit legitime: οὗτος τοίνυν ὦ ἀθηναῖοι ὁ πλικοῦτος τὸ μέγιστος κόλαξ πρῶτος διὰ τῶν κατασκόπων τῶν παρὰ χαριδήμου πυθόμενος τὴν φιλίππου τελευτὴν, τῶν μὲν θεῶν συμπλάσας ἑαυτῷ ἐνύπνιον κατεψεύσατο, ὡς οὐ παρὰ χαριδήμου τὸ πρᾶγμα πεπυσμένος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ διὸς, καὶ τῆς ἀθηνᾶς, οὓς, μεθ' ἡμέραν ἐπιορκῶν, νύκτωρ φησὶν ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προλέγειν, ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει, καὶ παρενόμει τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω, ὁ γὰρ μισότεκνος, καὶ πατὴρ πονηρὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστός. οὐδὲ ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων, οὐδέποτε ὑμᾶς περὶ πλείονος ποιήσεται, τὴν ἀλλοτρίαν, οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. Id est. *Hic ergo viri Athenienses adulator eximius, cum per Charidemi speculatores mortem Philippi primus nouisset, turpi mendacio somnium Deorum finxit sibi, quasi non Charidemus, sed Iuppiter & Minerua hoc sibi nuntiassent, quos postera die peierans secum loqui per noctem, & futura prædicere affirmauit: Ac septima die post mortem filiæ vilissimus iste ante luctus impletos, antequam iusta fecisset, corona & alba veste adsumta victimas immolauit quum illam amisisset, qui prima & sola patrem ipsum nuncupabat. Nec infortunium obijcio, sed mores discutio. Qui enim filios odit,*

& malus est pater, nunquam bonus populi gubernator esse potest. Nec is qui charissima & familiarissima corpora non glisit & fouet, vnquam nos alienos pluris æstimabit, nec qui priuatim est malus, vnquam publicè bonus esse potest. Quod tamen Demosthem ab aliis laudi datum est virtutis & constantiæ, tum etiam animi in aduersis inuicti id documentum esse adserentibus.

Capvt XIX.

Atheniensium populus *cur* Pius *dictus Lucretio, & Baptistæ Pij reiecta interpretatio.*

NOn sine sensus occultioris energia Lucretius Atheniensem populum *Pij* Epitheto cohonestauit in his in sexto versibus, pestem olim Athenis grassantem, e Thucydidis secundo mutuatus describens:

Nec tam relligio diuum: nec numina magni
Pendebantur: enim præsens dolor exsuperabat,
Nec mos ille sepultura remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus semper consuerat humari.

Quorum posteriorem versum exponens Pius Bononiensis, *Pius* inquit, *hic populus Atticus, a quo pietas humanitas, & eruditio profluxerunt. Est enim mos pius sepelire defunctos.* Hæc ille, non prorsus abs re; Sed ad remotiores potioresque caussas arbitror respexisse poetam. Nam voluisse κατ' ἐξοχὴν, hunc præcipue populum pietatis titulo insignire: Vt enim Pausanias in Atticis ait, *maiorem pietatis curam ceteris habent erga Deos*, vnde & apud illos solos *misericordiæ ara* erat erecta. Quin & *Famæ* & *Appetitui* aras erexerunt. Quo circa Isocrates in Panegyrico merito ceteris Græcis illos præferendos ostendit: Quod ante ceteros omnes & præ ceteris Deorum cura pietatem colerent vti autochotenes & ingenio præ ceteris præstantes: ἐὰν ἄνωθεν ταῦτα ἰδόντες, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σκοπῶμεν, εὑρήσομεν ὅτι τὸν βίον οἱ πρῶτοι φανέντες ἐπὶ γῆς οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ νῦν ἔχοντα κατέλαβον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐτοῖς συνεπορίσαντο. τίνας οὖν χρὴ μᾶλλον νομίζειν, ἢ δωρεὰν παρὰ τῶν θεῶν λαβεῖν, ἢ ζητοῦντας αὐτοὺς ἐπιτυχεῖν: οὐ τοὺς ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένους, καὶ πρώτους γενομένους, καὶ πρός τε τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας καὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν εὐσεβέστατα διακειμένους. Id est *Præterea si omissis his omnibus, ad primam originem ascendere libeat, inueniemus eos qui primi in terris exstiterunt, vitam non sic instructam reperisse: Sed ipsos paulatim sibi necessaria comparasse. Quosnam igitur ea verosimilius est vel dono accepisse a diis, vel sua inquisitione esse consecutos? An non eos qui sine controuersia & primi nati sunt? Et ad artes tractandas ingeniosissimi, & in Deorum cultu religiosissimi.* Vides vt eos & aborigines & primos & præ ceteris solos Deorum

rum cultui intentissimos prædicet, vt qui & de Diis colendis & omni humanitate præcipue de sepeliendis mortuis primi leges tulerint, quas ipsi vt a Diis acceptas reuerenter colebant; sicuti testis est Æ ianus in quinto variæ Historiæ: νόμος (inquit) καὶ οὗτος ἀττικὸς ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας· καὶ τοῦτο δὲ ἐφυλάττετο παρ' αὐτοῖς: βοῦν ἀροτῆρα, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονοῦντα σὺν ἀρότρῳ ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος ἂν εἴη γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Id est *Lex & hæc est Atheniensibus, vt si quis in insepultum hominis cadauer incidat, vti omnino illi terram iniiciat, & sepeliat ad occasum spectans. Est hoc etiam obseruatum apud ipsos, ne quis bouem aratorem sub iugo aut aratro, aut cum plaustro laborantem mactet aut sacrificet, quod & hic sit agricola, & humanorum laborum particeps. Quocirca ritus funerum & sepulchrorum*, vt τὰ τῶν θεῶν νόμιμα hoc est *Deorum legitima obseruarunt.* Quod ipsum & Isocrates in præfata quoque oratione latius commemorat, πολὺ δὲ πρὸ τῶν τρωϊκῶν ἦλθον οἵ θ' ἡρακλέους παῖδες, καὶ μικρὸν πρὸ τούτων Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ βασιλεὺς ὢν Ἄργους· οὗτος μὲν ἐκ τῆς στρατείας δεδυστυχηκὼς τῆς ἐπὶ Θήβας, καὶ τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντας, αὐτὸς μὲν οὐ δυνάμενος ἀνελέσθαι, τὴν δὲ πόλιν ἡμῶν ἀξιῶν βοηθεῖν ταῖς κοιναῖς τύχαις, καὶ μὴ περιορᾶν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους γιγνομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος, καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον. Id est. *Diu autem ante Troiana tempora venerunt & Herculis liberi, & paulo ante illos Adrastus Talai filius, rex Argiuorum: qui quidem in expeditione Thebana clade accepta, cum sub Cadmea interfectos ipse tollere non posset, a nostra vrbe petijt, vt communis sortis miserti opem ferrent, neq; occisos in prælijs iacere insepultos, aut vetus institutum & patriam legem aboleri paterentur.* Hanc sepulchralem legem παλαιὸν ἔθος & πάτριον νόμον appellans, quam tantopere venerati sunt, vti sicut ex hoc & alijs scriptoribus liquet, ob huius conseruationem cum Thebanis bellum grauissimum gesserint. Quod ipsum pluribus quoque exsequitur grauissimus orator Lysias in oratione quæ ἐπιτάφιος λόγος, hoc est, *funebris oratio*, inscribitur. Atheniensium pietatis collatione impietatem Thebanorum exaggerando, his verbis: Ἀδράστου καὶ πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, καὶ ἡττηθέντων μάχῃ. οὐκ ἐώντων, τῶν καδμείων θάπτειν τοὺς νεκροὺς ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους μὲν εἴ τι ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην, τοὺς δὲ κάτω τὰ αὑτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας, ἐδέοντο αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, νομίζοντες ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι. ἀπιστούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι. οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτοὺς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς καδμείους ὑπαρχούσης, καὶ τοῖς ζῶσιν ἀργείων

χαριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυγχάνειν πρὸς τοὺς ἑτέρους, ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν· ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μηκέτι εἰς τοὺς τεθνεῶτας ἐξαμαρτάνοντες, πλείω περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίζωσιν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἑτέρων ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀπέλθωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες, καὶ ἑλληνικοῦ νόμου στερηθέντες, καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες ταῦτα διανοηθέντες. καὶ τὰς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τύχας, κοινὰς ἁπάντων νομίζοντες· πολλοὺς μὲν πολεμίους κτώμενοι, τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον ἐνίκων. ἐπαρθέντες μείζονας παρὰ Καδμείων τιμωρίας ἐπεθύμησαν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τῆς ἀσεβείας, τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο. αὐτοὶ δὲ λαβόντες τὰ ἆθλα ὧν περ ἕνεκα ἀφίκοντο. τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ Ἐλευσῖνι Id est. *Adrasto & Polinice exercitum aduersus Thebas ductantibus, & prælio superatis, cum Cadmei non permitterent, sepelire in acie mortuos, Athenienses rati, eos, si iniuriam fecissent, supplicium satis magnum morte ipsa luisse: At manes debita non habere: sacris vero contaminatis, superos Deos impietate & contumelia affectos: & primo quidem præcones miserunt, qui poscerent vt ipsis concederetur mortuorum cadauera auferre, rati bonis viris conuenire, de viuis inimicis pœnas sumere, non permittentib illis magnanimitatem suā in defunctorū corpora demonstrare, quare cum potiri non possent, exercitum in illos ductarunt; cum nulla illis antea dissensio cum Cadmeis fuisset, non vt superstitibus Argiuis gratificarentur, sed quod dignum existimarent mortuis in bello iusta præstari, in alijs periculum subeuntes pro vtrisque; & in hos quidem, ne amplius in mortuos delinquentes, in Deos pluries contumeliosi forent: pro illis aūt ne in patriam abirent patrio honore carentes, & Græcia legitimis & communi lege priuati, & communi spe destitutis talia accidere animo voluntantes, euentusque belli omnibus communes esse rati, multos hostes internecioni dantes, æquum auxilio habentes vicerunt, supersedentes manus Cadmeis supplicium inferre. pro ipsorum impietate, virtutis suæ documentum illis reliquere: Ipsi vero percipientes præmia ob quæ bellum gesserant, abiere, & Argiuorum mortuos, sepeliere apud se in Eleusine.* Quibus grauissimus orator clare expressit. Atheniensium tum in Deos pietatem & erga Deorum legittima studium, vt qui bella gesserint non ad priuatum commodum aut lucrum, non ob fauorem alienæ aut vindictæ aut potentiæ; Sed ne sacra & legittima diuum & hominum antiquissima pessum irent, Euripidem imitatus, qui Supplices Tragœdiam hanc historiam continentem in laudem Athenarum conscripsit, vbi & ipse consimilia Lysiæ dicit; sic enim Theseus ad Creontis præconem:

πόλεμον δὲ τοῦτον οὐκ ἐγὼ καθίσταμαι,
ὡς οὐδὲ σὺν τοῖσδ' ἦλθον εἰς Κάδμου χθόνα
νεκροὺς δὲ τοὺς θανόντας οὐ βλάπτων πόλιν
οὐδ' ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας,
θάψαι δικαιῶ, τὸν Πανελλήνων νόμον

σώζων

σῴζων τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;
εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο,
τεθνᾶσιν, ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς,
αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις ἡ δίκη διοίχεται.
ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς.
ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.
δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργος, οὐ θάπτων νεκρούς;
ἥκιστα· πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε
εἰς τοὺς θανόντας νοσφίσας ἃ δεῖ λαχεῖν,
ἀτάφους τις ἕξει, δειλίαν γὰρ εἰς φέρει
τοῖς ἀλκίμοισιν, οὗτος ἢν τεθῇ νόμος.

Id est.

Non ego hoc bellum constitui,
Neque cum ijs veni in terram Cadmi,
Cadauera mortuorum, (non nocens ciuitati,
Non viricidia suscitans certamina)
Sepelire iustum facio, communium Græcorum legem
Seruans, quid horum non bene se habet ?
Quod si quid passi estis ab Argiuis
Mortui qui sunt, pulchrum est hostes vlcum fuisse :
Turpe vero illis si iustitia ab ijs recesserit.
Permittite ergo iam terra occulere mortuos
Vnde enim vnumquodque in corpus coaluit
In hoc abibit, spiritus quidem in æthera,
Corpus vero in terram, neque enim possidemus
Nostrum quid, nisi dum vitam incolimus,
Post hæc nutricem ipsius oportet capere.
Videris malo afficere Argos, non sepeliens mortuos ?
Minime, vniuersæ Græciæ commune hoc sersit,
Si mortuos defraudes his quæ eos obtinere oportet,
Quis habiturus est insepultos ? formidinem inferet
Fortibus, huiusmodi si statuatur lex.

Quæ haud dubie Lysias est æmulatus, quin & idem Euripides huiusmodi statutum τὸν πανελλήνων νόμον appellat. Quocirca & Thebanos.

νόμιμά τε πάσης συγχέοντας Ἑλλάδος.

Id est:

Confundentes legitima vniuersæ Græciæ.

Sophocles quoque in Antigona non aliud ad defensionem Antigones fratrem sepelientis affert: quam quod

——— ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν

νόμιμα se prætulisse Creontis edictis iactat: hoc est, *firma perpetua & non scripta Deorum legittima, quæ illi ab æterno sanxerunt.* Quocirca non importunum neque abs re videri illam Athenarum laudem, quam M. Tullius in oratione pro L. Flacco amplissimam illis tribuit. *Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ atque in omnes terras distributæ putantur: de quorum vrbis positione propter pulcritudinem etiam inter Deos certamen fuisse proditum est: quæ vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur: auctoritate autem tanta est, vt iam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur.* Hæc ille.

CAPVT XX.

Corpora fulmine interemtorum *an* cremare nephas, *tum Græcos eius rei non fuisse obseruatores. inibique de voce* bidental, *& cur id euitandum scripserit Persius.*

PLinius secundus Naturalis historiæ libro secundo capite 54. quo loco de catholicis fulgurum agit, de fulminis vi scribens. *Hominum* inquit, *ita exanimatum cremari fas non est. Condi terra religio tradidit.* Quam Festus quoque Pompeius in Numæ legibus scriptum esse commemorat. *Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito.* Et rursum: *Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.* Quod quidam vir doctus exponens. *Credebantur,* inquit, *huiusmodi homines ira quadam vindictaque diuina e medio tolli; & idcirco nulla parentatione digni.* Artemidorus tamen Daldianus in 2. ὀνειροκριτικῶν aliam nobis rationem insinuare videtur c.8. Ait enim *fulmine tactos eo in loco sepeliri vbi deprehensi & tacti sunt, vt ad id potius lex Numæ Pompilij referri debeat. nequis temere eos absportet, & contra religionem in alio loco sepeliat.* Locus enim & res fulmine tactæ sacræ erant, & expiatoriis sacrificiis consecrabantur, vnde & inaccessa & inhabitata manebant loca illa. Reliquias autem rei, aut corporis, fulmine icti conditas *bidental* appellabant, auctore Helenio Acrone. Vnde & Persius Saty. 2.

Triste iaces lucis euitandumque bidental.

Euitandum vero ob religionem, ideoque *Lucis* dixit, quod loca sacra arboribus consererentur non amplius humanis vsibus deseruitura. Adeo vt non citra caussam *Religiosa loca a relinquendo dicta* adstruit Aggenus Vrbicus. Quod ipsum Plinius adstruit Artemidorus Daldianus lib. & cap. supradictis. *Quemadmodum,* inquit,

quit, *fulmen ignobiles locos nobiles facit, propter aras quæ in ipsis extruuntur, & ob sacrificia quæ in ipsis fiunt. Et contra sumtuosos locos, desertos & inaccessos reddit. Nemo enim in ipsis deinceps conuersari ac degere expetit. Sic somnium quidem pauperi prodest, diuiti autem obest.* Hinc & Horatius in extremo libro artis poeticæ,

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus.

Hoc autem fine reliquias fulmine tactarum rerum, Pontifices cum sacrificio sepeliebant, quas Cornutus Persii interpres, non vbique despiciendus, calcare nefas esse adierit. *Bidental* autem ideo dictum, quod *oue bidente* seu agna alba vt Porphyrioni & Senecæ placet, perficiebant. Quamuis Festus, *bidental quoddam templum esse scripserit, vbi hostijs bidentibus facerent.* At Nonius Nigidium sequutus, dicit *bidental dictum, quod bimæ pecudes immolarentur, id est, quæ duos dentes annorum indices haberent.* Significanter autem Cornelius Fronto *bidental* inquit *locus fulmine tactus expiatus oue.* Quod autem quidam vir doctus cuius supra mentionem fecimus tradit, fulmine *interemtorum corpora vnco ignominiose ad sepulturam trahi solita*; id certe absque vllo auctore ab eo prolatum est. Quin contra Artemidorus loco præfato; *nullus* (inquit) *fulmine ictus infamis & ignominiosus exsistit, vnde etiam velut Deus colitur. Fulmina* autem *obruta* tradit Seneca dici, quibus iam prius percussa, nec procurata feriuntur. Ceterum quoniam superius ex Plinio retulimus, *nefas esse fulmine ictos cremari*, cum Euripides in supplicibus introducat Euadnem Capaneo fulmine prostrato pyram exstruentem, & sese in eandem flammam conijcientem? hic enim ait:

ἄιοσω θανόντ@ καπανέως τὴν δ' πύραν.

Id est.

Feror in mortui Capanei hanc pyram.

Sed dicendum Hethruscos eius superstitionis auctores fuisse, a quibus Romani eam acceperint, quæ Euripidi reliquisque Græcis penitus ignota fuerit. Quod non ignorans Statius Papinius, ita libro XII. extremo Thebaidos cecinit.

Non ego centena si quis mea pectora laxet
Voce Deus, tot busta simul vulgiq; ducumq;,
Tot pariter gemitus dignis conatibus æquem.
Turbine quo sese caris instrauerit audax
Ignibus Euadne, fulmenq; in pectore magno
Quæsierit, &c.

Quem locum exponens Cælius Placidus interpres *quæ sese* inquit, *rogo mariti iniecerit.* Sed nos longius digressi, finem hic faciamus.

CAPVT XXI.

An verum sit Apros cornutos *inueniri, vti Poeta Calpurnius scripsit.*

CAlpurnius Siculus Bucolicon festiuus scriptor, de spectaculis vrbis Romæ loquens, ita in prima ecloga cauit:

— vidi genus omne ferarum,
Hic niueos lepores, & non sine cornibus apros.

Admirati sumus diu, & vna mecum alii, quid intelligeret poeta per *Apros cornutos*, cum id legentibus prima fronte videretur absurdum, tandem in Æliani animalium historia deprehendimus Agatarchidem scribere, *Sues in Æthiopia cornua habere*, & huiusmodi in spectaculis Imperatorum fuisse productos, non penitus sit extra fidem. Nam quod de *niueis leporibus* idem tradit, nemo ignorat, a Plinio & Solino traditum, in *alpibus nasci lepores candidos, eosque niuibus vesci.* Varro tria genera leporum ponens, *Secundum* esse ait, *quod in Gallia nascitur ad Alpes, qui hoc fere mutant,* inquit, *quod soli candidi sunt, hi raro*, inquit, *perferuntur Romam.* Qui ob raritatem spectaculo exhibebantur, id quod vult hic poeta. Ceterum quod Agatharchidem supra auctorem diximus de *suibus cornutis* scriptum reliquisse, Petrum Gillium sequuti sumus, at nunc Græcum exemplar adsequuti, inuenimus eius rei Dinonem auctorem citari. Sic enim lib. 17. cap. 10. Ælianus: λέγει δὲ Δίνων ἐν Αἰθιοπίᾳ γίνεσθαι τοὺς ὄρνιθας τοὺς μονόκερως, καὶ ὗς τετράκερως (vbi tamen alii legunt Τρίκερως) καὶ πρόβατα, ἐρίων μὲν ψιλά, τρίχας δὲ καμήλων ἔχοντα. Id est *Scribit Dinon in Æthiopia nasci aues vnicornes, & sues quadricornes (vel tricornes) & oues quidem a lana inopes, sed pilos instar Cameli habere.* Suum autem nomine & Apros quoque intelligit. Nam & Plinius de Apris loquens: *Apris in India cubitales dentium flexus gemini ex rostro. Totidem a fronte ceu vituli cornua exeunt.* Hinc liquet qui Plinio *dentes* sunt, e longinquo cõspicientibus *cornua* fuisse visa secundum quam apparentiam Græci scriptores proni ad fabulas, cornua ea esse, miraculum augentes, prædicauerunt.

CAPVT XXII.

An Theodorus Gaza dum vocem Dasypodis *vertere nititur, recte eũ* cuniculum *appellarit, inibiq; plura de* leporum generibus.

MAgnum video inter doctos certamen super voce *Dasypus*, δασύπους; aliis *cuniculum* ea voce accipientibus, aliis aliud *leporini generis*, aliis ad cuniculum & leporem genus id adserentibus, aliis rursum diuersum quoddam a lepore & cuniculo genus statuentibus, quorum omnium controuersias dirimere, vt nobis haud facile est, ita id quod sentimus libere proferemus. Theodorus igitur Gaza, homo lectionis plurimæ accurateq; doctrinæ,

vocem

vocem, *Dasypodis* apud Aristotelem in *Cuniculum* mutauit. At ego puto Aristoteli *Cuniculos* fuisse ignotos; nam *Cuniculos* ea ætate parum cognitos fuisse constat, primumque iis, qui Romana tempora attigere. Polybius certe historiarum libro duodecimo, vt Athenæus est auctor, κούνικλον primus hoc appellauit: Πολύβιος δ' ἐν τῇ ιβ΄ τῶν ἱστοριῶν γίγνεσθαί φησι παρόμοιον τῷ λαγῷ ζῷον, τὸν κούνικλον καλούμενον, γράφων οὕτως. ὁ δὲ κούνικλος καλούμενος πόρρωθεν μὲν ὁρώμενος εἶναι δοκεῖ λαγὼς μικρός, ὅταν δ' εἰς τὰς χεῖρας λάβῃ τις, μεγάλην ἔχει διαφορὰν, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν βρῶσιν· γίνεται δὲ τὸ πλεῖον κατὰ γῆς. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ ἱστορίᾳ· καὶ ἡμεῖς εἴδομεν πολλοὺς αὐτῶν κατὰ τὸν ἀπὸ Δικαιαρχείας πλοῦν ἐπὶ Νεάπολιν· νῆσος γάρ ἐστιν οὐ μακρὰν τῆς γῆς κατὰ τὰ τελευταῖα μέρη τῆς Δικαιαρχείας, ὑπ' ὀλίγων μὲν κατοικουμένη, πολλοὺς δὲ ἔχουσα τοὺς κουνίκλους τούτους. id est, *Polybius vero in duodecimo historiarum, gigni scribit animal adsimile lepori, quod cuniculus vocatur, ita scribens: Animal vero quod cuniculus vocatur, e longinquo conspectum, paruus videtur esse lepus, sed si quis eum in manus sumat, protinus magnam videbit habere differentiam, tum ipso adspectu, tum etiam figura & ortu, versatur autem plurimum in terra. Meminit ipsius quoq; Posidonius Philosophus in historia sua, & nos quoq; plurimos eorum vidimus, sicuti a Dicæarchia siue Puteolis Neapolim nauigauimus: Insula est enim haud procul a terra, in extremis Puteolorum finibus sita, a paucis habitatoribus frequentata, multos habens huiusmodi cuniculos.* Ex quibus ni fallor apparet, Polybium, vt de animali parum Græcis cognito loqui, cum dicit, *cuniculum non parum a lepore distare.* Quod si scisset illud Aristoteli *Dasypoda* appellari, haud dubie hoc non subticuisset. Quin Ælianus hoc illis nomen a principio ab Hispanis (apud quos abundat) impositum fuisse scribit. Sic enim in decimo tertio cap. 15. de historia animalium scribit: Πέφυκε δὲ καὶ λαγὼς ἕτερος μικρὸς τὴν φύσιν, οὐδὲ αὔξεταί ποτε, κόνικλος ὄνομα αὐτῷ, οὐκ εἰμὶ δὲ ποιητὴς ὀνομάτων. ὅθεν καὶ ἐν τῇ συγγραφῇ φυλάττω τὴν ἐπωνυμίαν τὴν ἐξ ἀρχῆς, ἣν παροικοῦσι Ἰβηρίαν ἑσπέριοι ἔθεντο οἱ πάτριος, καὶ γίνεται καὶ ἔστι πάμπολυ. τούτου τοίνυν ἡ μὲν χρόα παρὰ τοὺς ἑτέρους μέλαινα· καὶ ὀλίγην ἔχει τὴν οὐρὰν τῶν ἄλλων ἔτι καὶ πλέον. τά γε μὴν λοιπὰ τοῖς προειρημένοις ἰδεῖν ἐμφερής ἐστι. διαλλάττει δὲ ἔτι καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς μέγεθος. λεπτοτέρα γὰρ ἡ τούτου, καὶ δεινῶς ἄσαρκος, καὶ βραχυτέρα δηλονότι κατὰ τὸ πᾶν σῶμα. id est, *Est & aliud leporum genus natura perparuum, nec vnquam tamen augetur, & cuniculus nomen est. At non sum ego conditor nominum; verum in scribēdo id nomen seruo, quod ab initio Hispani, qui Iberiam incolunt ipsi imposuere, apud quos plurimum abundat. Color illi quam ceteris nigrior est & caudam ceteris habet breuiorem. Cetera reliquis leporibus consimilis est. Differt etiam capitis magnitudine, quod illi exilius, est minima carne præditum, tum etiam breuius totius corporis respectu.* Si autem Cuniculi erant cogniti Aristoteli, quomodo hi auctores tam accurate istud animal describunt? Sed

Carneadi illud attribuisse. *Totumq; inquit, illum locum de Iacob & Esau cuius nunc mentionem fecimus, ita ad Romanos scriptum ventilant, vt non absq; sudore & Chrysippi eis possit elleboro respondere.* *Anticyram autem pro ipso Elleboro* accipi etiam in his versibus docet Horatius:

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.

Et Persius:

Anticyras melior sorbere meracas.

Ceterum quod hunc philosophum *Samium Lucumanum* appellat, hinc factum, quod *Samium* acutum veteres vocitarint. *Samium* inquit Nonius Marcellus, *est testa. Samium rursum acutum, vnde & samiare dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.* Hinc in epistola Aureliani Imperatoris apud Flauium Vopiscum, *ferramenta Samiata,* dicuntur *acuminata* siue *Mucronata*: *Arma tersa sint, ferramenta samiata, calciamenta fortia. Lucumonem* vero vocat, quasi dicas *insanum*, quod Elleboro medicamento insanis adhiberi solito, vteretur. *Lucumones* vero vt Festus inquit; *quidam homines ob insaniam dicti, quod loca ad quæ venirent, infesta facerent.* Sensus igitur hic erit, Ellebórum bibe, quo Carneades acutissimus philosophus, quando desipiebat, se acuere solebat; vt ad Scholiasticas contentiones sis acutior, sagaciorque. Vir quidam doctus, *Asius* hic non *Samius* legit, & Cleanthem intelligit: *Samius* gentis nomen esse putans, a quo multum dissentimus, priorem hanc nostram interpretationem retinentes: & tantum nobis videri, D. Hieronymum recte id Chrysippo adtribuisse, auctoritate Petronii Arbitri nisum. Sic enim ille: *Et Chrisippus vt ad inuentionem sufficeret, ter elleboro animum detersit.*

CAPVT XVIII.

Lucretij locus expositus, & cum Euripidis loco collatus, Æschinemque illum videri imitatum. Tum reprehensus Pius super voce Princeps.

LVcretii in primo locus est, non bene a Baptista Pio intellectus & expositus:

Aulide quo pacto Triuiai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti prima virorum,
Quæ simul infula virgineos circumdata comtus
Ex vtraq; pari malarum parte profusa est,
Et mœstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, & hunc propter ferrum celerare ministros:
Aspectuq; suo lacrymas effundere ciues
Muta multum terram penitus submissa petebat.
Nec misera prodesse in tali tempore quibat

Quod

Quod patrio princeps donarat nomine regem.

Hos versiculos duos posteriores, videtur de Euripidis Iphigenia in Aulide mutuatus Lucretius, apud quem Iphigenia immolanda patri in memoriam reducit, *quod ipsa prima Agamemnonem patrem appellarit.* Hoc enim in Lucretio vocabulum, *Princeps*, significat, non vt Bap Pius somniat quod Agamemnon princeps donaret regem, hoc est, publicam personam commoditati patriæ inseruientem & reliqua, quæ ibi nugatur. Nam *princeps* dictus, quod primus sit, seu primus capiat vt docet Q. Rhemnius Palæmon in Grammatica sua. Versus autem Euripidis, quos diximus sunt hi:

> πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα καὶ σὺ παῖδ' ἐμὲ
> πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν.

Id est.

> *Prima te vocaui patrem, & tu me filiam;*
> *Prima etiam genubus tuis dedi meum corpus.*

Videtur autem & Æschynes orator, contra Ctesiphontem inuidiã mouere voluisse Demostheni, ex hoc loco inhumanitatem illi opprobrando: quod cum nondum septimus dies elapsus esset ab interitu filiæ, quæ illum prima patrem appellarat, coronatus, & candida indutus sacrificasset. Sed libet ipsa oratoris eloquentissimi verba apponere, rhetorice admodum rem exaggerantis, & Demosthenis inhumanitatem & duritiem suggillantis, quod ne filiã quidem, quæ illum prima patrem vocauit, luxerit legitime: οὗτος ἐστὶν ὦ ἀθηναῖοι ὁ τηλικοῦτος τὸ μέγιστον κόλαξ πρῶτος διὰ τῶν κατασκόπων τῶν παρὰ χαριδήμου πυθόμενος τὴν φιλίππου τελευτὴν, τῶν μὲν θεῶν συμπλάσας ἑαυτῷ ἐνύπνιον κατεψεύσατο, ὡς οὐ παρὰ χαριδήμου τὸ πρᾶγμα πεπυσμένος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ διὸς, καὶ τῆς ἀθηνᾶς, οὓς, μεθ' ἡμέραν ἐπιορκῶν, νύκτωρ φησὶν ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προλέγειν, ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει, καὶ παρενόμει τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω, ὁ γὰρ μισότεκνος, καὶ πατὴρ πονηρὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστὸς, οὐδὲ ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων, οὐδέποτε ὑμᾶς περὶ πλείονος ποιήσεται, τὴν ἀλλοτρίαν, οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. Id est. *Hic ergo viri Athenienses adulator eximius, cum per Charidemi speculatores mortem Philippi primus nouisset, turpi mendacio somnium Deorum finxit sibi, quasi non Charidemus, sed Iuppiter & Minerua hoc sibi nuntiassent, quos postera die peierans secum loqui per noctem, & futura prædicere affirmauit: Ac septima die post mortem filiæ vilissimus iste ante luctus impletos, antequam iusta fecisset, corona & alba veste adsumta victimas immolauit quum illam amisisset, qui prima & sola patrem ipsum nuncupabat. Nec infortunium obycio, sed mores discutio. Qui enim filios odit,*

& malus est pater, nunquam bonus populi gubernator esse potest. Nec is qui charissima & familiarissima corpora non gliscit & fouet, unquam nos alienos pluris æstimabit, nec qui priuatim est malus, unquam publicè bonus esse potest. Quod tamen Demosthenei ab aliis laudi datum est virtutis & constantiæ, tum etiam animi in aduersis inuicti id documentum esse adserentibus.

Caput XIX.

Atheniensium populus *cur* Pius *dictus Lucretio, & Baptistæ Pij reiecta interpretatio.*

NOn sine sensus occultioris energia Lucretius Atheniensem populum *Pij* Epitheto cohonestauit in his in sexto versibus, pestem olim Athenis grassantem, e Thucydide secundo mutuatus describens:

Nec tam relligio diuum: nec numina magni
Pendebantur: enim præsens dolor exsuperabat.
Nec mos ille sepulturæ remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus semper consuerat humari.

Quorum posteriorem versum exponens Pius Bononiensis, *Pius* inquit, *hic populus Atticus, a quo pietas humanitas, & eruditio profluxerunt. Est enim mos pius sepelire defunctos.* Hæc ille, non prorsus abs re; sed ad remotiores potioresque caussas arbitror respexisse poetam. Nam voluisse κατ' ἐξοχὴν, hunc præcipue populum pietatis titulo insignire: Vt enim Pausanias in Atticis ait, *maiorem pietatis curam ceteris habent erga Deos*, vnde & apud illos solos *misericordiæ ara* erat erecta. Quin & *Famæ* & *Appetitui* aras erexerunt. Quo circa Isocrates in Panegyrico merito ceteris Græcis illos præferendos ostendit: Quod ante ceteros omnes & præ ceteris Deorum cura pietatem colerent vti autochotenes & ingenio præ ceteris præstantes: ἐὰν ἅπαντα ταῦτα ἐάσαντες, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σκοπῶμεν, εὑρήσομεν ὅτι τὸν βίον οἱ πρῶτοι φανέντες ἐπὶ γῆς οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ νῦν ἔχοντα κατέλαβον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐτοῖς συνεπορίσαντο. τίνας οὖν χρὴ μᾶλλον νομίζειν, ἢ δωρεὰν παρὰ τῶν θεῶν λαβεῖν, ἢ ζητοῦντας αὐτοὺς ἐντυχεῖν: οὐ τοὺς ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένους, καὶ πρώτους γενομένους, καὶ πρὸς τε τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας καὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν εὐσεβέστατα διακειμένους. Id est *Præterea si omissis his omnibus, ad primam originem ascendere libeat, inueniemus eos qui primi in terris exstiterunt, vitam non sic instructam reperisse: Sed ipsos paulatim sibi necessaria comparasse. Quosnam igitur ea verosimilius est vel dono accepisse a dijs, vel sua inquisitione esse consecutos? An non eos qui sine controuersia & primi nati sunt? Et ad artes tractandas ingeniosissimi, & in Deorum cultu religiosissimi.* Vides vt eos & *aborigines* & primos & præ ceteris solos Deorum

rum cultui intentissimos prædicet, vt qui & de Diis colendis & omni humanitate præcipue de sepeliendis mortuis primi leges tulerint, quas ipsi vt a Diis acceptas reuerenter colebant; sicuti testis est Ælianus in quinto variæ Historiæ: νόμος (inquit) καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας· καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς: βοῦν ἀρότην, καὶ τὸν ὑπὸ ζυγοῖ πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος ἂν εἴη γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Id est *Lex & hæc est Atheniensibus, vt si quis in insepultum hominis cadauer incidat, vti omnino illi terram iniiciat, & sepeliat ad occasum spectans. Est hoc etiam obseruatum apud ipsos, ne quis bouem aratorem sub iugo aut aratro, aut cum plaustro laborantem mactet aut sacrificet, quod & hic sit agricola, & humanorum laborum particeps. Quocirca ritus funerum & sepulchrorum, vt* τὰ τῶν θεῶν νόμιμα hoc est *Deorum legittima obseruarunt.* Quod ipsum & Isocrates in præfata quoque oratione latius commemorat, πολὺ δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἦλθον οἵ θ' Ἡρακλέους παῖδες, καὶ μικρὸν πρὸ τούτων Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ βασιλεὺς ὢν Ἄργους· οὗτος μὲν ἐκ τῆς στρατείας δεδυστυχηκὼς τῆς ἐπὶ Θήβας, καὶ τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντας αὐτὸς μὲν οὐ δυνάμενος ἀνελέσθαι, τὴν δὲ πόλιν ἡμῶν ἀξιῶν βοηθεῖν ταῖς κοιναῖς τύχαις, καὶ μὴ περιορᾶν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους γιγνομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος, καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον. Id est. *Diu autem ante Troiana tempora venerunt & Herculis liberi, & paulo ante illos Adrastus Talai filius, rex Argiuorum: qui quidem in expeditione Thebana clade accepta, cum sub Cadmea interfectos ipse tollere non posset, a nostra vrbe petijt, vt communis sortis miserti opem ferrent, neq; occisos in prælijs iacere insepultos, aut vetus institutum & patriam legem aboleri paterentur.* Hanc sepulchralem legem παλαιὸν ἔθος & πάτριον νόμον appellans, quam tantopere venerati sunt, vti sicut ex hoc & alijs scriptoribus liquet, ob huius conseruationem cum Thebanis bellum grauissimum gesserint. Quod ipsum pluribus quoque exsequitur grauissimus orator Lysias in oratione quæ ἐπιτάφιος λόγος, hoc est, *funebris oratio*, inscribitur. Atheniensium pietatis collatione impietatem Thebanorum exaggerando, his verbis: Ἀδράστου καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων Καδμείων θάπτειν τοὺς νεκροὺς, Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους μὲν εἴ τι ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην, τοὺς δὲ κάτω τὰ αὐτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας, ἐδέοντο αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, νομίζοντες ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπιστούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι. οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτοὺς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον ὑπαρχούσης πρὸς Καδμείους, οὐδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων

χαριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυχάνειν αὐτοὺς τοὺς ἑτέρους. ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν ὑπὲρ μὲν τῶν ἵνα μηκέτι εἰς τοὺς τεθνεῶτας ἐξαμαρτάνοντες, πλείω περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίζωσιν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἑτέρων ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀπέλθωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες, καὶ ἑλληνικοῦ νόμου στερηθέντες, καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. ταῦτα διανοηθέντες. καὶ τὰς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τύχας, κοινὰς ἁπάντων νομίζοντες, πολλοὺς μὲν πολεμίους κτώμενοι, τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον ἐνίκων. ἐπαρθέντες μείζονος παρὰ καδμείων τιμωρίας ἐπεθύμησαν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τῆς ἀσεβείας, τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο. αὐτοὶ δὲ λαβόντες τὰ ἆθλα ὧνπερ ἕνεκα ἀφίκοντο. τοὺς ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ ἐλευσῖνι. Id est. *Adrasto & Polinice exercitum aduersus Thebas ducitantibus, & prælio superatis, cum Cadmei non permitterent, sepelire in acie mortuos, Athenienses rati, eos, si iniuriam fecissent, supplicium satis magnum morte ipsa luisse; At manes debita non habere: sacris vero contaminatis, superos Deos impietate & contumelia affectos: & primo quidem præcones miserunt, qui poscerent vt ipsis concederetur mortuorum cadauera auferre, rati bonis viris conuenire, de viuis inimicis pœnas sumere, non permittentib. illis magnanimitatem suã in defunctorũ corpora demonstrare, quare cum potiri non possent, exercitum in illos ducitarunt; cum nulla illis antea dissensio cum Cadmeis fuisset, non vt superstitibus Argiuis gratificarentur, sed quod dignum existimarent mortuis in bello iusta præstari, in alijs periculum subeuntes pro vtrisque; & in hos quidem, ne amplius in mortuos delinquentes, in Deos pluries contumeliosi forent: pro illis aũt ne in patriam abirent patrio honore carentes, & Græciæ legitimis & communi lege priuati, & communi spe destitutis talia accidere animo voluntantes, euentusque belli omnibus communes esse rati, multos hostes internecioni dantes, æquum auxilio habentes vicerunt; supersedentes maius Cadmeis supplicium inferre. pro ipsorum impietate, virtutis suæ documentum illis reliquere: Ipsi vero percipientes præmia ob quæ bellum gesserant, abiere, & Argiuorum mortuos, sepeliere apud se in Eleusine.* Quibus grauissimus orator clare expressit. Atheniensium tum in Deos pietatem & erga Deorum legittima studium, vt qui bella gesserint non ad priuatum commodum aut lucrum, non ob fauorem alienæ aut vindictæ aut potentiæ; Sed ne sacra & legittima diuum & hominum antiquissima pessum irent, Euripidem imitatus, qui Supplices Tragœdiam hanc historiam continentem in laudem Athenarum conscripsit, vbi & ipse consimilia Lysiæ dicit; Sic enim Theseus ad Creontis præconem:

πόλεμον δὲ τοῦτον οὐκ ἐγὼ καθίσταμαι,
ὡς οὐδὲ σὺν τοῖσδ' ἦλθον εἰς καδμοῦ χθόνα
νεκροὺς δὲ τοὺς θανόντας οὐ βλάπτων πόλιν
οὐδ' ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας,
θάψαι δικαιῶ, τὸν πανελλήνων νόμον

σώζων

σώζων τί τῶν γὰρ ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;
εἰ γὰρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο
τεθνᾶσιν ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς
αἰσχρῶς τ' ἐκείνοις ἡ δίκη διοίχεται.
ἐάσατ' ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκρούς.
ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον.
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.
δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργος, οὐ θάπτων νεκρούς;
ἥκιστα πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε
εἰς τοὺς θανόντας νοσφίσεις ὧν δεῖ λαχεῖν,
ἀτάφους τις ἕξει, δειλίαν γὰρ εἰς φέρει
τοῖς ἀλκίμοισιν, οὗτος ἢν τεθῇ νόμος.

Id est.

Non ego hoc bellum constitui,
Neq; cum ijs veni in terram Cadmi,
Cadauera mortuorum, (non nocens ciuitati,
Non viricidia suscitans certamina)
Sepelire iustum facio, communium Græcorum legem
Seruans, quid horum non bene se habet?
Quod si quid passi estis ab Argiuis
Mortui qui sunt, pulchrum est hostes vltum fuisse:
Turpe vero illis si iustitia ab ijs recesserit.
Permittite ergo iam terra occulere mortuos
Vnde enim vnumquodq; in corpus coaluit
In hoc abibit, spiritus quidem in æthera,
Corpus vero in terram, neq; enim possidemus
Nostrum quid, nisi dum vitam incolimus,
Post hæc nutricem ipsius oportet capere.
Videris malo afficere Argos, non sepeliens mortuos?
Minime, vniuersæ Græciæ commune hoc sensit,
Si mortuos defraudes his quæ eos obtinere oportet,
Quis habiturus est insepultos? formidinem inferet
Fortibus, huiusmodi si statuatur lex.

Quæ haud dubie Lysias est æmulatus, quin & idem Euripides huiusmodi statutum τὸν πανελλήνων νόμον appellat. Quocirca & Thebanos.

νόμιμά τε πάσης συγχέοντας Ἑλλάδος.

Id est:

Confundentes legitima vniuersæ Græciæ.

Sophocles quoque in Antigona non aliud ad defensionem Antigones fratrem sepelientis affert: quam quod

——— ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν

νόμιμα se prætulisse Creontis edictis iactat: hoc est, *firma perpetua & non scripta Deorum legittima, quæ illi ab æterno sanxierunt.* Quocirca non importunum neq; abs re videri illam Athenarum laudem, quam M. Tullius in oratione pro L. Flacco amplissimam illis tribuit. *Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina religio, fruges, iura, leges ortæ atq; in omnes terras distributæ putantur: de quorum vrbis positione propter pulcritudinem etiam inter Deos certamen fuisse proditum est: quæ vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur: auctoritate autem tanta est, vt iam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur.* Hæc ille.

CAPVT XX.

Corpora fulmine interemtorum aut cremare nephas, tum Græcos eius rei non fuisse obseruatores. interq; de voce bidental, & cur id euitandum scripserit Persius.

PLinius secundus Naturalis historiæ libro secundo capite 54. quo loco de catholicis fulgurum agit, de fulminis vi scribens. *Hominum* inquit, *ita exanimatum cremari fas non est. Condi terra religio tradidit.* Quin Festus quoque Pompeius in Numæ legibus scriptum esse commemorat. *Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito.* Et rursum: *Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.* Quod quidam vir doctus exponens. *Credebantur,* inquit, *huiusmodi homines ira quadam vindictaq; diuina e medio tolli; & idcirco nulla parentatione digni.* Artemidorus tamen Daldianus in 2. ὀνειροκριτικῶν aliam nobis rationem insinuare videtur c. 8. Ait enim *fulmine tactos eo in loco sepeliri vbi deprehensi & tacti sunt, vt ad id potius lex Numæ Pompilij referri debeat. nequis temere eos absportet, & contra religionem in alio loco sepelias.* Locus enim & res fulmine tactæ sacræ erant, & expiatoriis sacrificiis consecrabantur, vnde & inaccessa & inhabitata manebant loca illa. Reliquias autem rei, aut corporis, fulmine icti conditas *bidental* appellabant, auctore Helenio Acrone. Vnde & Persius Saty. 2.

Triste iaces lucis euitandumq; bidental.

Euitandum vero ob religionem, ideoque *Lucis* dixit, quod loca sacra arboribus consererentur non amplius humanis vsibus deseruitura. Adeo vt non citra caussam *Religiosa loca a relinquendo* dicta adstruat Aggenus Vrbicus. Quod ipsum Plinius adstruit Artemidorus Daldianus lib. & cap. supradictis. *Quemadmodum,* inquit.

quit, *fulmen ignobiles locos nobiles facit, propter aras quæ in ipsis exstruuntur, & ob sacrificia quæ in ipsis fiunt. Et contra sumtuosos locos, desertos & inaccessos reddit. Nemo enim in ipsis deinceps conuersari ac degere expetit. Sic somnium quidem pauperi prodest, diuiti autem obest.* Hinc & Horatius in extremo libro artis poeticæ.

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus.

Hoc autem siue reliquias fulmine tactarum rerum, Pontifices cum sacrificio sepeliebant, quas Cornutus Persii interpres, non vbique despiciendus, calcare nefas esse adserit. *Bidental* autem ideo dictum, quod *oue bidente* seu agna alba vt Porphyrioni & Senecæ placet, perficiebant. Quamuis Festus, *bidental quoddam templum esse scripserit, vbi hostijs bidentibus facerent.* At Nonius Nigidium sequutus, dicit *bidental dictum, quod bimæ pecudes immolarentur, id est, quæ duos dentes annorum indices haberent.* Significanter autem Cornelius Fronto *bidental* inquit, *locus fulmine tactus expiatus oue.* Quod autem quidam vir doctus cuius supra mentionem fecimus tradit, fulmine *interemtorum corpora vnco ignominiose ad sepulturam trahi solita;* id certe absque vllo auctore ab eo prolatum est. Quin contra Artemidorus loco præfato; *nullus* (inquit) *fulmine ictus infamis & ignominiosus exsistit, vnde etiam velut Deus colitur. Fulmina* autem *obruta* tradit Seneca dici, quibus iam prius percussa, nec procurata feriuntur. Ceterum quoniam superius ex Plinio retulimus, *nefas esse fulmine ictos cremari,* cum Euripides in supplicibus introducat Euadnem Capaneo fulmine prostrato pyram exstruentem, & sese in eandem flammam conicientem? Sic enim ait:

αὐτοῦ θανόντος καπανέως τὴν δ᾽ ἣ πύραν.
Id est.
Feror in mortui Capanei hanc pyram.

Sed dicendum Hethruscos eius superstitionis auctores fuisse, a quibus Romani eam acceperint, quæ Euripidi reliquisque Græcis penitus ignota fuerit. Quod non ignorans Statius Papinius, ita libro XII. extremo Thebaidos cecinit.

Non ego centena si quis mea pectora laxet
Voce Deus, tot busta simul vulgique ducumque,
Tot pariter gemitus dignis conatibus æquem,
Turbine quo sese caris instrauerit audax
Ignibus Euadne, fulmenque in pectore magno
Quæsierit, &c.

Quem locum exponens Cælius Placidus interpres *quæ sese* inquit, *rogo mariti iniecerit.* Sed nos longius digressi, finem hic faciamus.

CAPVT XXI.

An verum sit Apros cornutos *inueniri, vti Poeta Calpurnius scripsit.*

CAlpurnius Siculus Bucolicon festiuus scriptor, de spectaculis vrbis Romæ loquens, ita in prima ecloga cauit:

— vidi genus omne ferarum,
Hic niueos lepores, & non sine cornibus apros.

Admirati sumus diu, & vna mecum alii, quid intelligeret poeta per *Apros cornutos*, cum id legentibus prima fronte videretur absurdum, tandem in Æliani animalium historia deprehendimus Agatarchidem scribere, *Sues in Æthiopia cornua habere*, & huiusmodi in spectaculis Imperatorum fuisse productos, non penitus sit extra fidem. Nam quod de *niueis leporibus* idem tradit, nemo ignorat, a Plinio & Solino traditum, in *alpibus nasci lepores candidos, eosque niuibus vesci.* Varro tria genera leporum ponens, *Secundum* esse ait, *quod in Gallia nascitur ad Alpes, qui hoc fere mutant,* inquit, *quod soli candidi sunt, hi raro*, inquit, *perferuntur Romam.* Qui ob raritatem spectaculo exhibebantur, id quod vult hic poeta. Ceterum quod Agatharchidem supra auctorem diximus de *suibus cornutis* scriptum reliquisse, Petrum Gillium sequuti sumus, at nunc Græcum exemplar adsequuti, inuenimus eius rei Dinonem auctorem citari. Sic enim lib. 17. cap. 10. Ælianus: λέγει δὲ Δίνων ἐν Αἰθιοπίᾳ γίνεσθαι τὰς ὄρνιθας τὰς μονόκερως, καὶ ὗς τετράκερως (vbi tamen alii legunt Τρίκερως) καὶ πρόβατα, ἐρίων μὲν ψιλά, τρίχας δὲ καμήλων ἔχοντα. Id est *Scribit Dinon in Æthiopia nasci aues unicornes, & sues quadricornes (vel tricornes) & oues quidem a lana inopes, sed pilos instar Cameli habere.* Suum autem nomine & Apros quoque intelligit. Nam & Plinius de Apris loquens: *Apris in India cubitales dentium flexus gemini ex rostro. Totidem a fronte ceu vituli cornua exeunt.* Hinc liquet qui Plinio *dentes* sunt, e longinquo cōspicientibus *cornua* fuisse visa secundum quam apparentiam Græci scriptores proni ad fabulas, cornua ea esse, miraculum augentes, prædicauerunt.

CAPVT XXII.

An Theodorus Gaza dum vocem Dasypodis *vertere nititur, recte eū* cuniculum *appellarit, inibiq; plura de* leporum generibus.

MAgnum video inter doctos certamen super voce *Dasypus,* δασύπους; aliis *cuniculum* ea voce accipientibus, aliis aliud *leporini generis*, aliis ad cuniculum & leporem genus id adserentibus, aliis rursum diuersum quoddam a lepore & cuniculo genus statuentibus, quorum omnium controuersias dirimere, vt nobis haud facile est, ita id quod sentimus libere proferemus. Theodorus igitur Gaza, homo lectionis plurimæ accurateq; doctrinæ,

vocem

vocem, *Dasypodis* apud Aristotelem in *Cuniculum* mutauit. At ego puto Aristoteli *Cuniculos* fuisse ignotos; nam *Cuniculos* ea ætate parum cognitos fuisse constat, primumque iis, qui Romana tempora attigere. Polybius certe historiarum libro duodecimo, vt Athenæus est auctor, κούνικλον primus hoc appellauit: Πολύβιος δ' ἐν τῷ ιβ τῶν ἱστοριῶν γίγνεσθαί φησι παρόμοιον τῷ λαγῷ ζῷον, τὸν κούνικλον καλούμενον, γράφων οὕτως. ὁ δὲ κούνικλος καλούμενος πόρρωθεν μὲν ὁρώμενος εἶναι δοκεῖ λαγὼς μικρός. ὅταν δ' εἰς τὰς χεῖρας λάβῃ τις, μεγάλην ἔχει διαφορὰν, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ βρῶσιν· γίνεται δὲ τὸ πλεῖον κατὰ γῆς. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ ἱστορίᾳ. καὶ ἡμεῖς εἴδομεν πολλοὺς αὐτῶν κατὰ τὸν ἀπὸ δικαιαρχείας πλοῦν ἐπὶ Νέαν πόλιν· νῆσος γάρ ἐστιν οὐ μακρὰν τῆς γῆς κατὰ τὰ τελευταῖα μέρη τῆς δικαιαρχείας, ὑπ' ὀλίγων μὲν κατοικουμένη, πολλοὺς δὲ ἔχουσα τοὺς κουνίκλους τούτους. id est, *Polybius vero in duodecimo historiarum, gigni scribit animal adsimile lepori, quod cuniculus vocatur, ita scribens: Animal vero quod cuniculus vocatur, e longinquo conspectum, paruus videtur esse lepus, sed si quis eum in manus sumat, protinus magnam videbit habere differentiam, tum ipso adspectu, tum etiam figura & ortu, versatur autem plurimum in terra. Meminit ipsius quoq; Posidonius Philosophus in historia sua, & nos quoq; plurimos eorum vidimus, sicuti a Dicæarchia siue Puteolis Neapolim nauigauimus: Insula est enim haud procul a terra, in extremis Puteolorum finibus sita, a paucis habitatoribus frequentata, multos habens huiusmodi cuniculos.* Ex quibus ni fallor apparet, Polybium, vt de animali parum Græcis cognito loqui, cum dicit, *cuniculum non parum a lepore distare.* Quod si sciffet illud Aristoteli *Dasypoda* appellari, haud dubie hoc non subticuisset. Quin Ælianus hoc illis nomen a principio ab Hispanis (apud quos abundat) impositum fuisse scribit. Sic enim in decimo tertio cap. 15. de historia animalium scribit: Πέφυκε δὲ καὶ λαγὼς ἕτερος μικρὸς τὴν φύσιν, οὐδὲ αὔξεταί ποτε, κόνικλος ὄνομα αὐτῷ, οὐκ εἰμὶ δὲ ποιητὴς ὀνομάτων. ὅθεν καὶ ἐν τῇ συγγραφῇ φυλάττω τὴν ἐπωνυμίαν τὴν ἐξ ἀρχῆς, ἣν προσοικοῦν Ἰβηρίαν ἑσπέριοι ἔθεντο οἱ πάρος, καὶ γίνεται καὶ ἔτι πάμπολυ. τούτῳ τοίνυν ἡ μὲν χροιὰ παρὰ τοὺς ἑτέρους μέλαινα: καὶ ὀλίγην ἔχει τὴν οὐρὰν τῶν ἄλλων ἔτι καὶ πλέον. τάγε μὴν λοιπὰ τοῖς προειρημένοις ἰδεῖν ἐμφερής ἐστι. διαλλάττει δὲ ἔτι καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς μέγεθος. λεπτοτέρα γὰρ ἡ τούτου, καὶ δεινῶς ἄσαρκος, καὶ βραχυτέρα δηλονότι κατὰ τὸ πᾶν σῶμα. id est, *Est & aliud leporum genus natura perparuum, nec vnquam tamen augetur, & cuniculus nomen est. At non sum ego conditor nominum; verum in scribẽdo id nomen seruo, quod ab initio Hispani, qui Iberiam incolunt ipsi imposuere, apud quos plurimum abundat. Color illi quam ceteris nigrior est & caudam ceteris habet breuiorem. Cetera reliquis leporibus consimilis est. Differt etiam capitis magnitudine, quod illi exilius, est minima carne præditum, tum etiam breuius totius corporis respectu.* Si autem Cuniculi erant cogniti Aristoteli, quomodo hi auctores tam accurate istud animal describunt? Sed

quæret aliquis, quid igitur nobis erit *Dasypus*; nihil certe aliud quam *lepus*. Nam Cratinus, vt auctor est Iulius Pollux, primus hoc nomen quo animantis naturam & formam melius exprimeret, Poetica licentia hanc inuenit, hoc quasi Epitheton illi tribuens; Verba Pollucis ita se habent leporis naturam & formam ex Xenophonte & aliis describentis: ἰδέα λαγὼ καὶ φύσις, τὸ μὲν χρῶμα ὑπόπερκον. ἔστι δὲ τοῦτο περκνῆς ἐλαίας τὸ εἶδος. οὔτε ὀμφακηρὸς ἔτι. οὔτε ἤδη μελαινομένης. μέγεθος οὐ μέγας. κοῦφος τὴν φύσιν, δασὺς τὴν τρίχωσιν, καὶ τὰ ὕπτια τῶν ποδῶν. ἀλλ' οὐ μόνα τα πράνη δασυνόμενος, ὅπερ οὔ φησιν Ἀριστοτέλης ἑτέρῳ ζώῳ ὑπάρχειν. διὸ τοῦτο ὁ μέν δοκεῖ δασύποδα τὸν λαγὼν ἄλλοι τε, καὶ Κρατῖνος καλεῖν, ὄνομα ποιούμενος τῇ ζώῃ τὴν φύσιν. i. *Forma & natura leporis hæc est, color illi subniger cuiusmodi est oleæ, quãdo nec cruda nec dum matura est: medius inter viride & nigrũ, magnitudine haud admodum excellens, leuis natura, pilis hirtus tam in supernis pedum partibus quam in pronis, quod nulli preterea animantium adesse dicit Aristoteles. Ob id mihi videtur, ꝙ leporem dasypoda tum alij, tum Cratinus ipse vocet, nomen indens animanti tractum ab ipsius natura.* Quid obsecro dici manifestius potest ad cõprobandum idem esse animal, ꝙ τὸν λαγὼν & δασύποδα vocant? ab hirsutia nimirum pedum inditio illi epithetico hoc nomine. Quod ipsum plenius probatur testimonio Athenæi, qui præfato loco sic scribit: καλοῦνται δέ τινες καὶ χελιδόνιοι λαγωοί. μνημονεύει δὲ αὐτῶν Δίφιλος ἢ Καλλιάδης ἐν ἀγνοίᾳ, οὕτως. τί δ' ἐστὶ ποδαπὸς οὗτος χελιδόνιος ὁ δασύπους. id est, *Vocantur & quidam Chelidonij lepores. meminit illorum Diphilus seu Calliades in Agnœa fabula adhunc modũ, Quid hoc, cuias hic est Chelidonius Dasypus:* vides vt hic doctissimus auctor inter *leporẽ* & *dasypum* nullũ discrimen faciat, nisi ꝙ posterior hæc vox Poetis magis sit familiaris? vnde & Naucrates comicus in Perside:

ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
λέοντας, ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον
οὗ δασύποδ' οὐδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥάδιον. id est,
In Attica quando vidit quis
Leones, aut aliud huiusmodi animal,
Atqui ne Dasypoda quidem est inuenire facile.

Sed & Alcæus in κωμῳδία vlus eadem voce est pro *lepore* ni fallimur. Aristoteles tamen videtur inter *dasypoda* & τὸν λαγωὸν discrimen facere, quod ipsum & Plinius quoq; fecisse contenditur, huius forte exemplo: Quædã inquit Aristoteles, *sunt ingeniosa ac timida*, οἷον ἔλαφος καὶ λαγὼς καὶ δασύπους. Sicuti & Plinius: *Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat.* Si in re dubia coniecturæ locus esset, dixerim Aristotelem, cum non ignoraret duo in Græcia leporum genera esse, venatoribus melius, quã vulgo nota, vnũ proprio nomine, alterũ impositirio cũ aliud nõ inueniret, donasse; & *Dasypodis* nomẽ ꝙ omni leporum generi cõmune erat, discriminis ergo appropriasse. Scribit enim Xenophon in Cynegetico sermone

mone duo leporum fuisse genera: *δύο δὲ καὶ τὰ γένη ἐστὶν αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ μεγάλοι ἐπίπερκνοι, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ μετώπῳ μέγα ἔχοντες· οἱ δὲ ἐλάττους, ἐπίξανθοι, μικρὸν τὸ λευκὸν ἔχοντες. τὴν δὲ οὐρὰν οἱ μὲν κύκλῳ περιποίκιλον, οἱ δὲ παράσουρον· καὶ τὰ ὄμματα οἱ μὲν ὑπόχαροποί, οἱ δὲ ὑπόγλαυκοι· καὶ τὰ μέλανα περὶ τὰ ὦτα ἄκρα, οἱ μὲν ἐπὶ πολύ, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλασσον. ἔχουσι δὲ αὐτῶν αἱ πολλαὶ τῶν νήσων ὡς ἐλάττους, αἵ τε ἔρημοι καὶ οἰκούμεναι* &c. *Eorum* (inquit) *duo sunt genera, pars magni, subnigri, multi in fronte nitescunt. Alij minores, flaui, parũ candoris ostendunt. caudam gerunt illi variam, hi tersam, oculis vero sunt hi sublucidis, illi subglaucis. Circa summas aurem illi valde nigrescunt, hi perexiguum. Sed ex his minores, incolunt plerumq; insulas desertas, vel habitatas.* hæc ille. Idem Xenophon aliam eorũ distinctionem facit, vt dicat mõtanos esse velocissimos, campestres minus, tardiores palustres. qui posteriore discrimine (ni fallor) nõ tam generum quã locorum distinctiones notat. Ceterũ quos siue ex his siue ex alijs generibus *dasypodas* proprie dici velint aut Aristoteles aut Plinius, puto nec mihi adhuc liquere. Quocirca non tã acerbe debuerat taxari a Cælio Rodigino inscitiæ D. Erasmus, qđ in prouerbio, *Dasypus carnes desiderat*, scripserit Dasypũ esse de genere leporum. *Non est ausus*, inquit, *prudenter, Dasipũ leporem interpretari, intulit esse de genere leporũ: quæ omnĩa temeraria coarguunt inscitiam.* Sed obsecro temerarie & arrogans Cæli, quam hic temeritatem, quã inscitiam ostendit Erasmus quã tu non etiam prætetulisti? nõ audet inquis dasypoda leporem absolute vocare, sed de leporum genere esse dicit. Quid tu hic amplius Cæli? nam posteaquam tu Pollucis verba quæ supra attulimus ex parte attulisti, & visus es iis adsentiri qui leporẽ cum Dasypode idem statuunt animal. Postea vt Plinio patrocineris, reprehendis eos, qui hæc duo confundunt, Plinio, vt ais colaphum impingentes, qui leporem a Dasypode distinguit. Iam velut palinodiam canens superiorum, ais Plinium proprietate aliqua naturæ insigni adductum, interdum, quæ eodem genere continentur ita diuidere, vt diuersa prorsum minus perspicaci esse videantur; exemplo de *mustela* & *viuerra* adducto; etiamque de *lutra* & *fibro*. Quæ silentes cur obsecro reprehendis Erasmum, qui *Dasypoda* de genere leporum esse ait? An non idem dicit quod tu? Aut quid tu amplius præter hæc? primum nobiscum Dasypoda leporem nominatum attulisti ascititio nomine a naturali hirsutie lepori agnata, deriuato: postea duo animalia hæc facis: Tertio Plinium singulari prærogatiua dicis, genere eadem vel diuersa distinxisse: An non hoc est ambigentis, an non hoc temerariam inscitiam prodentis, & mirifice hallucinantis, & modo in hanc, modo in illam partem vacillantis & inclinantis? Si Plinium putas sequendum, cur Erasmum reprehendis, qui *Dasypoda* non est ausus vertere *leporem*, sed de genere leporum, hoc est speciem leporis? diuersam nimirum a leporẽ

proprie dicto. Nam quæ specie differunt merito diuersa censentur, vt nemo Dialecticæ peritus ignorat, vt iam non amplius eadem dici mereantur. nō magis quam homines & bruta, quæ cum genere non differant, nimirum cum vtraque sint animalia, specie tamen plurimum, cum hæc sint rationis expertia, homines vero ratione prædisi. quod de Dasypode & Lepore simul dicendum est, si verus est Plinius, quem cum genere idem sit cum Lepore, specie plurimum distare necesse sit, quod si hoc putauit Cælius, periti & docti erat hominis discrimen ostendere, quo vnum ab altero distat. Quod cum præstare non potuerit, cur arrodit Erasmum, illum temerariæ inscitiæ arguens, qui in eodem hæsitat luto. Cum ingenue fateatur a vetustoribus quæstionem de Dasypode parum explicatam: Si veteres eam non explicarunt, si nec ipse Cælius, quid latrat in Erasmum? qui nihil illo melius quæstionem illam dissoluit; Sed omissis his persequamur cetera. Quidam vir adprime doctus, natione Gallus, qui nobis Oppiani Cynegetica vertit, hic (vt putauit) nodum dissoluturus, vult vocem δασύποδα velut genus esse ad leporem & cuniculum, Aristotelemque indifferenter vsum vocibus δασύπους & λαγώς; reliqua genera non genere aut specie, sed accidente, puta colore distare. Sed hoc falsum esse, neq; vnquam somniasse, aut Aristotelem aut quempiam e veteribus, quibus Cuniculi fuere incognitissimi certo constat, Hispaniæ tantum noti. Qui cum innotescere inciperent, non Dasipodes, aut a Græcis aut a Latinis vllis sunt appellati, sed voce illis siue ab Hispanis, siue a Romanis in Hispania degentibus imposita *Cuniculi*. Qua & non alia, tam a Græcis eorum mentionem facientibus, tum etiam Latinis nominati: a Polybio, Æliano, ipso etiam Galeno, tum Plinio, Martiali, Varrone & ceteris, tam Græce quam Latine scribentibus, qui haud dubie non tacuissent, si nomen illis aliquod vetustius fuisset. Nam & Plinius ipse manifeste interstinguit inter *Dasipoda, Leporem* & *Cuniculum*, nam posteaquam de alpestribus leporibus egit, quos *intolerandi rigoris alumnos* esse dicit, subdit: *Sunt & quos Hispania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ*. Deinde venatum eorum, qui hodieque vsitatissimus est percensens; *Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terris, vnde & nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt*. Quod ipsum cum verum sit, & quotidiana experientia constet, quis tale quid apud veteres Græciæ scriptores Aristotelem dico, aut Xenophontem de vllo leporum genere prodidit. Quin & illud contra obiici potest, quod cū Plinius tradat leporem solum præter Dasypodem superfœtare; ex hoc enim constat exiguum aut nullum discrimen esse inter *Dasypoda* & *leporem*: Cuniculū autem etsi fœcunditatis sit insignis, nunquam superfœtare vllus nouit. Quin Dioscorides *leporis* voce vbique nusquam *Dasypodis* vtitur. Quocirca verior mihi videtur Hermolai Barbari opinio, qui dicit Lepores & Dasypodas

das vnius quidem generis esse, sed tamen aliquid discriminis inter eos esse. Et vt ego quoque meam coniecturam interponam; cum Varro tria genera leporum constituat, vnũ omnibus notum, quod in Macedonia & Gallia transalpina maius sit, in Italia & Hispania minus; Alterum alpinum siue montanum percandidum; Tertiũ, quod in Hispania nascitur, humile quod Cuniculum appellant: Existimarem medium illud montanum, discriminis ergo a curiosis venatoribus κατ' ἐξοχὴν Dasypoda appellatum. Quod horridius & minus mollibus, magis autem hirtis hispidisque pilis sit, quam aut leporum commune genus, aut cuniculi visantur. Quod ipsum etiam Hermolaus adstruere videtur, qui dicit apud Italos montanos. Lepores in Tridentinis & Vicentinis Alpibus frequentes, campestribus esse maiores, nigriores, ferociores, densiore pilo a ceteris distinctos, qui ob id peculiariter *Dasypodes* quasi dicas *hirci* siue *hirsutipedes*, ab excellẽti hispiditate. Quin ipse olim egregium Venatorem *narrantem audiui*, qui in multis nobilium domibus & in variis regionibus versatus erat; se tale montanorum leporum siue Dasypodum genus frequenter vidisse, tum in Pyrenæis iugis, tum in Italiæ aliisque Hispaniç montibus, maius longe & hirsutius villosiusque hoc communi leporum genere nostratibus noto; quod etiam ex parte candidũ esset, præcipue circa posteriora, non quidem nitida albedine, sed caniciei colorem referens: vt credibile sit huic discriminis ergo *Dasypodis* nomen ob id inditum fuisse. Nam & Grammatici inter quos Suidas & Hesychius nullum discrimen facere videntur, qui *Dasypoda Leporem* interpretantur.

CAPVT XXIII.

Non iuste reprehensum Galeottum Narmensem a Georgio Merula de media vena, *cuius meminit Iuuenalis Satyra sexta.*

GEorgius Merula homo quidam doctus, sed ad reprehensionẽ valde procliuis, Galeottum Narmensem reprehendit, quod citans illud carmen Iuuenalis e Satyra sexta:

Quid? quod & antiquis vxor de moribus illi
Quæritur. O medici mediam perfundite venam;

dixerit, *venam* esse in *media fronte*, quæ phreneticis mittatur; magno id risu & cachinnis excipiens. nam Poetam id intelligere de *vena media cubiti*, & reliqua quæ persequitur, ipse magis ridendus; Nam si attentius perlegisset Pauli Æginotæ libros, quos re-uera se legisse iactitat, scriptum ibi inuenisset, quod tantopere insectatur. Sic enim ille libro tertio in capite de Phrenitide. *Si languentis vires permittunt venam in cubito confestim incidere, & copiosius detrahere expedit: quod si delirans manum porrigere detrectet, aut licet hanc exerat, periculum sit, ne post euacuationem iactata hinc inde præ furore manu, immodicam sanguinis effusionem incurrat; ve-*

nam in fronte secantes rectam, semel quod satis est auferemus, &c. Sed & Aetius libro sexto capite octauo Paulo adstipulatur siue is eo sit prior, seu posterior tempore. Sic enim ille de cura insaniæ agens: *Sanguinem a vena in fronte eleuata media detrahere conuenit: Ita, vt per phlæbotomum instrumentum, ipsum diuidamus, non facta impulsione velut quidam facere solent, propter maximas inflammationes membranæ caluam ambientis, &c.* Quibus ni fallor conuincitur Merula nulla ratione Galeottu calumniatus, tum ipsummet calumniæ notam subire.

CAPVT XXIV.

Mos ritusque Scenicus explicatus in Plauti versibus, inibique eius Poetæ interpretes notati, vt perperam eum locum interpretantes de castigatione histrionum; *tum lepida super ea re Historia ex Luciano allata.*

PLauti in Prologo Amphytruonis verba sunt:

Vt conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati vt plauderent,
Qui ne, quo placeret alter, fecissent minus,
Eius ornamenta & corium vti conciderent.

Quem locum, quotquot eum auctorem exponunt interpretes, nō ad vnguem intellexisse videntur; Cum nihil adferant, quod non triuiale videri queat. Saracenus & Longolius *tergum* pro *corio* exponunt. Pilades & Calius *personā coriaceam*, etsi idem Cælius paulo post *fustigationem* interpretetur. Pro eius autem loci intellectu, qui ritum antiquum nobis denotat; non ignorandum, fuisse spectaculis leges propositas, quas qui transgrederentur histriones, aut alii artifices, verberibus affici solitos, per agonothetas, & brabeutas, qui *designatores* Latinis dicebantur; quæ leges fere ex horum designatorum arbitrio erant constitutæ; Si quis autem in eas deliquisset, per exploratores quosdam, quos hic *conquisitores* vocat, id strenue indagabantur; qui nō modo præmiis delinquentes, sed ignominia, dedecore, & verberibus afficiebāt; Et detracto scenico apparatu, eos per theatra trahētes, virgis & flagris cædebant. Quā consuetudinem notat Plautus locis diuersis, designatores autem quos & *brabeutas* vocarunt, *mastigophori* seu *rabduchi* comitabantur, qui Latinis *lictores* erant; quod idem Plautus in Prologo Pœnuli notat:

—neu lictor verbum aut virgæ mutiant,
Neu designator præteriens obambulet.

De quibus docte admodum ex Iurisconsultis, e Suida & Polluce in annotationibus prioribus suis in Pandecta vir incomparabilis Guillelmus Budæus disseruit, cuius dictis hoc addemus, quos hic *conquisitores* vocat Plautus, eos esse quos vocat Pollux *mastigophoros*, & *mastigonomos*. Suidas vero *Rabduchos*, horum etiam officium

cum erat, inquietos in Theatro compescere, singulisque ordinibus subsellia sua, vt seruentur, curare. velut Plautus obiectat in Prologo Pœnuli:

Bonum factum est, edicta vt seruetis mea,
Scortum exoletum ne quis in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum aut virgæ mutiant.
Neu designator præteriens obambulet.
Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.
Dies qui domi ociosi dormierunt, decet
Animo æquo nunc stent, vel dormire temperent.
Serui ne obsideant, liberis vt sit locus. &c.
Vel æs pro capite dent; si id facere non queunt.
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio.
Ne & hic varientur virgis & loris domi.
Si minus curassint, &c.

Hic *varientur virgis*; hoc est, a *mastigophoris* seu *conquisitoribus*, Ceterum quod malos Histriones perperam actitantes seu saltantes, ignominia verberibusque afficerent; liquet ex eiusdem Cistellariæ his versibus:

Vbi id erit factum, ornamenta ponent, postidea loci
Qui deliquerit vapulabit, qui non deliquit, bibet.

Sed & Græcorum commentarii huius ritus mentionem faciunt. Nam lepida est super ea re historia, in Luciani commentario in indoctum multos ementem libros, de Euangelo quodam Tarentino citharœdo in hunc modum: Θέλω δέ σοι διηγήσασθαι τὸ ἐν Πυθοῖ γενόμενον. Ταραντῖνος Εὐάγγελος τοὔνομα, τῶν οὐκ ἀφανῶν ἐν τῷ Τάραντι, ἐπεθύμησε νικῆσαι Πύθια. τὰ μὲν οὖν τῆς γυμνικῆς ἀγωνίας αὐτίκα ἐδόκει αὐτῷ ἀδύνατα εἶναι, μήτε πρὸς ἰσχὺν μήτε πρὸς ὠκύτητα εὖ πεφυκότι, κιθαρῳδίᾳ δὲ καὶ ᾠδῇ ῥᾳδίως κρατήσειν ἐπείσθη ὑπὸ τῶν καταράτων ἀνθρώπων, οὓς εἶχε περὶ αὐτὸν ἐπαινούντων καὶ βοώντων, ὁπότε καὶ τὸ σμικρότατον ἐκεῖνος ἀνακρούσαιτο. ἧκεν οὖν εἰς τοὺς Δελφοὺς, τά τε ἄλλα λαμπρὸς, καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον, ὡς ἀντὶ τοῦ καρποῦ τῆς δάφνης, σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ, τὴν μὲν γὰρ κιθάραν αὐτὴν, ὑπερφυές τι χρῆμα, εἰς κάλλος καὶ πολυτέλειαν. χρυσοῦ μὲν τοῦ ἀκράτου πᾶσαν, σφραγῖσι δὲ καὶ λίθοις ποικίλοις κατακεκοσμημένην, μουσῶν μεταξὺ, καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ὀρφέως ἐντετορνευμένων, θαῦμα μέγα τοῖς ὁρῶσιν. ἐπεὶ δ' οὖν ποτε καὶ ἧκεν ἡ τοῦ ἀγῶνος ἡμέρα, τρεῖς μὲν ἦσαν, ἔλαχε δὲ μέσος αὐτῶν ὁ Εὐάγγελος ᾄδειν, καὶ μετὰ Θέσπιν τὸν Θηβαῖον, οὐ φαύλως ἀγωνισάμενον. εἰσέρχεται ὅλος περιαστράπτων τῷ χρυσῷ, καὶ ταῖς σμαράγδοις καὶ βηρύλλοις, καὶ ὑακίνθοις, καὶ ἡ πορφύρα δὲ ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος, ἡ μεταξὺ τοῦ χρυσοῦ διαφαινομένη. τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον, καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας τοὺς θεατὰς, ἐπειδή ποτε καὶ ᾆσαι καὶ κιθαρίσαι πάντως ἔδει, ἀνακρούεται μὲν ἀνάρμοστόν τι καὶ ἀσύντακτον, ἀπορρήγνυσι δὲ τρεῖς ἅμα χορδὰς, σφοδρότερον τοῦ δέοντος ἐμπεσὼν τῇ κιθάρᾳ, ᾄδειν δὲ ἀρ-

ἠχεῖται ἀπόμουσόν τι καὶ λεπτὸν, ὥστε γέλωτα μὲν πάντων γενέσθαι τῶν θεατῶν, τοὺς ἀθλοθέτας δὲ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τῇ τόλμῃ, μαστιγώσαντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν τοῦ θεάτρου. ὅτε δὴ καὶ γελοιότατος ὤφθη, δακρύων ὁ χρυσοῦς Εὐάγγελος, ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων συρόμενος μέσης τῆς σκηνῆς καὶ τὰ σκέλη καθῃματωμένος ἐκ τῶν μαστίγων, καὶ συλλέγων χαμόθεν τῆς κιθάρας τὰς σφραγῖδας ἐξεπεπτώκεσαν γὰρ, κἀκείνης ξυμμαστιγουμένης αὐτῷ. id est, *Volo tibi narrare quod Pythiis contigit. Tarentinus quidam Euangelus nomine, haud obscuris Tarenti ortum parentibus fuisse constat. Hic dum Pythia vincere cupit, sed cum impossibile sibi duceret gymnico certamine vincere, tum ob virium imbecillitatem, tum quod celeritate & agilitate parum valeret, persuasus est a detestandis quibusdam hominibus apud se versantibus, facile illum cithara superiorem fore, laudantibus acclamantibusq; ad tenuissimum quemq; ab eo editum citharæ strepitum. Veniens autem Delphos cum cetera splendide amictus, tum veste auro intertexta, tum coronam indutus auream ad similitudinem laureæ effigiatam, cuius fructus seu baccæ erant Smaragdi, magnitudine veris lauri baccis æquales. Cithara vero illi erat insignis pulcritudinæ & diuite lautoq; apparatu, ex auro enim syncero tota erat, sigillis annulorum, & varijs lapillis vndiq; ornata, musarum Apollinis & Orphei imaginibus insculptis, quibus admirationem & exspectationem spectatorum excitarat. Cum autem certaminis dies aduenisset, conueniunt tres certaturi, & media quidem sors obtigit Euangelo inter hoc ad canendum. Post Thespim igitur Thebanum, qui non male certamẽ obiuerat, Theatrum ingrediens, totus auro collucens, tum etiam Smaragdis Beryllis & Hyacinthis, decebat autem illum & vestis purpura, quæ auro interlucebat, hisque omnibus cum obstupefecisset vniuersum theatrũ, optimaq; spe implesset spectatores, cum illum iam oporteret canere, & Citharam pulsare: incomposite inepteq; illam ita percussit, vt tres illius fides fregerit, vehementius quam oportuit illam feriendo. Incipiens canere tenue quid, stridulum & amusum atq; inconditum. vnde & risu omnium spectatorum orto. cum indignarentur certaminis præsides propter hominis temeritatem, illum virgis & loris cædentes, extra Theatrum eiecerunt. Vnde tum ridiculus maxime visus est. collachrymans aureus ille Euangelus, cum per mediam scenam traheretur a lictoribus & lorarijs, cruenta habens crura ex difflagellatione, humi interim recolligens delapsa citharæ sigilla & lapillos, qui dum ille vapulat, vna cum eo exciderant.* Quos autem hic *Athlothetas* appellat, *agonothetæ* aliis, *brabeutæ* & *designatores* dicuntur. Nec refert, quod hic de cantus certamine agitur, quando idem de histrionibus obseruatum; vt vel ex Philostrati testimonio in primo de vitis Sophistarum liquet, *De Polemone* sic scribente: ὑποκρίτου τραγῳδίας ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀσίαν ὀλυμπίων οἷς ἐπεστάτει ὁ πολέμων, ἐφ᾽ ᾗ φήσαντος ἐξελαθῆναι παρ᾽ αὐτοῦ κατ᾽ ἀρχὰς τοῦ δράματος, ἤρετο ὁ αὐτοκράτωρ τὸν ὑποκριτὴν, πηνίκα εἴη ὅτε τῆς σκηνῆς ἠλάθη: τοῦ δ᾽ εἰπόντος μεσημβρίαν τυγχάνειν οὖσαν, μάλα ἀστείως ὁ αὐτοκράτωρ, ἐμὲ δὲ εἶπεν ἀμφὶ μέ-

ναι ἐστερῆσαι καὶ τῆς ἐσθῆτος id est: *Cum actor quidam Tragœdiarum, ab olympicis ludis quibus præfectus in Asia fuerat Polemon, se prouocare eum imperatorem, eo quod in ipso actionis initio, ab eo exactus theatro esset: quæsiuit ab eo imperator, quota diei parte theatro eiectus esset, respondit ille circa meridiem, vt carissime respondit imperator: At me ei quit circa mediam noctem, nec tamen prouocaui.* Polemon enim cum sub mediam noctem domum peregre rediisset & Antoninũ, qui post imperauit ibi offendisset, eũ importunissime ædibus suis coegerat exire. Ex quibus ni fallor Plautinus sensus apertior est, quam ab interpretibus antea factus.

CAPVT XXV.

Designatores *an solis* funebribus ludis *præfuerint, quod videntur negare Budæus & Pius Bononiensis, dissensium.*

BRabeutas Græcis esse, quos *designatores* Latini appellant, vult Vlpianus lib. 6. ad Edictum. ff. de iis, qui notãtur infamia, l. 2. *Designatores*, inquit, *quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium non artem ludicram exerceant, & sane locus iste a Principe hodie non pro modico beneficio datur* quæ res mouit incomparabilis eruditionis virum Gulielmum Budæum, vt etiam caussam reddiderit, cur βραβευταὶ *designatores* dicerentur, opinatusque sit, ludorum præsides, præfectos & curatores, *designatores* dici, non funebrium solum modo, sed & reliquorum omnium. Quod ipsum acriter quoque contendit adserere Pius Bononiensis in Scholiis suis in Plauti Pœnulum, simulq; eos redarguit, qui contra sentiunt, ex eius fabulæ Prologo, quem etiã supra adduximus. *Quid enim*, inquit, *vellent sibi funerum præfecti cum iocularibus comœdijs.* Quorum auctoritas nos etiam mouit, vt superiore capite idem adstruxerimus. Sed re postea penitius introspecta, & ad seuerius examẽ reuocata, inuenimus a non minus doctis viris contrarium adseri, vti *designatores* solum sint habeanturq; illi, qui funebribus pompis & ludis præsunt. Quorum vnus fuit vir doctrina & iuris peritia insignis Alexander ab Alexandro, qui in sexto dierum Genialiũ cap. XIX. hoc luculenter confirmat, & post hunc vir (vti Erasmus aiebat) eloquentium iurisperitissimus & peritorum iuris eloquentissimus Andreas Alciatus, non solum id confirmat, sed eos etiam refellit, in annotationibus in x. lib. Cod. de decurionibus, qui *designatores* aliis ludis, quam funebribus præfuisse volunt, nec prodesse illis Plauti auctoritatẽ, cum ludis funebribus potuerit ea fabula esse acta: sicuti & Terentii Adelphi & Hecyca dum tertio refertur. Stare etiam contra Donatum. & Horatii interpretem Acronem, quorum ille in Adelphos scribens: *Designare*, inquit, *est rem nouam facere, in vtramq; partẽ, & bonam & malam. Nam & designatores dicti, qui ludis funebribus præsunt, credo ob eam caussam, q ipsis ludis multa fiunt noua, & spectã-*

da, simul etiam turba retineatur, quæ fiunt aut in spectaculis, aut in litibus. At Horatianus ille, in illud Horatii ex epistolarum lib. 1.

——dum ficus prima calorq;
Designatorem decorat lictoribus atris.

Designatores (inquit) dicuntur, qui ad locum Libitinæ funera præstanti conducuntur; vt defuncti cum honore efferantur; vtriq; aperte scribentes, ludis tantum funebribus *Designatores* præfuisse. quod ipsum quoq; aperte indicat carmen Horatii cum dicit: *Designatorem decorat lictoribus atris.* Lictores enim atro colore, qui mœstitiam funeris notabat, induti, atratis item fascibus & virgis Designatorem præibant; Nam & Asconius Pædianus in commentariis in Milonianam, *Popularem turbam Clodianorum, vt Clodij funus ornarent, e lecto Libitinæ desumtos fasces atratos* (ita enim ibi legit & castigat Petrus Nannius, cum in vulgatis codicibus *aratos* ante haberetur) *attulisse ad domum Scipionis & Hipsei.* Quibus videtur & Seneca subscribere lib. 6 de beneficiis, qui *Designatores* Libitinariis adiungit: *An tu inquis Aruntium & Haterium, & ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem vota habere, quæ designatores & Libitinarios: illi quorũ mortes optent nesciunt.* Hi familiarissimum *quemque eorum propter amicitiam, cui rei plurimum est, mori cupiunt:* cui addamus id quoque, quod in libro de spectaculis scribit Tertullianus, de Theatris & Scenicis ludis loquens; *Apparatus etiam ex ea parte consortes, qui ad scenam spectant, a templis & aris, & illa infelicitate thuris & sanguinis; inter tibias & tubas itur, duobus inquinatissimis arbitris funerum Designatore & Haruspice.* Designatorem proprie funeribus adscribens: mouent hæc quidem valde, & facile paterer me in hanc contrariam sententiam adduci, ni præponderaret Vlpiani auctoritas, qui diserte diuersum adstruit. Fieri igitur potest, vt vox quæ fuerit olim curatoribus funerum peculiaris, mox generalis facta sit, & communis omnibus ludis præsidentibus & leges dantibus. Ceterum, quod βραβευτὰς ῥαβδούχους & μαστιγοφόρους pro iisdem acceperint Græci, fieri potest. At apud Romanos, vt ex Horatio liquet, Designatores virgiferi haud erant, sed suos lictores cum atris fascibus habebant. Hos lictores Plutarchus in vita Romuli ῥαβδούχους appellat, dum lictores a ligando dictos tradit; ὅτι, inquit, οὓς τε ῥαβδοῦχοι λικτώρεις, οἱ τε ῥάβδοι βάκυλα. Sed & Appianus libro secundo, ἐμφυλίων, de Vectio loquens; καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βιβύλου ῥαβδοῦχοι ἐπιδεδῶκεν Ποσθύμιον. id est, *Et ensiculum sibi a Posthumio Bibuli lictore esse datum.* Quin & hi qui μαστιγοφόροι dicebantur *agonothetas* comitabantur, vt lictores ipsos designatores. Vt rem igitur in pauca conferamus βραβευταὶ erant, auctore Iulio Polluce *gymnicorum certaminum præsides.* *Agonothetæ* sacrorum certaminum, horum adseclæ *mastigophori*, vt habetur in Pandectis: titulo *de muneribus l. munerum.* Quin & iidem *Mastigo-*

ſtigonomi & *Rabduchi* dicebantur, vt Pollux. *Maſtigophori* porro voce vſus eſt & Xenophon alibi. *Athlothetæ* autem decem erãt, ſinguli, ex vnaquaque tribu. hi equeſtribus, gymnicis & muſicis certaminibus præerant, hi & panathonæa ordinabãt, ſed omnia hæc poſterius confuſa ſunt, & aliud pro alio accipi cœptum. dicebantur & *agonodicæ*. Heſychius ἀγωνοδίκας, βραβευτὰς interpretatur: idem dicit differre *agonothetem* ab *athlothete*: *Agonothetem* muſica acroamata; *athlothetem* vero ſola gymnica gubernare: per *muſica acroamata*, ni fallor etiam omnem theatricam muſicam cõplexus. Sed puto hæc omnia a ſcriptoribus confundi. hinc ἀγωνοθέτης & βραβεύειν Heliodorus Æthiopicon libro quarto, ἀγωνοθετοῦντος ὑμῖν καὶ βραβεύοντος ἔρωτος: *certaminis leges dante & moderante amore*. Sed horum pleraq; copioſius erit inuenire apud alios auctores. ideoque de his ſatis.

CAPVT XXVI.

An vox πίθος *in Arato ab eius innominato interprete, recte paſſer verſa ſit. tum inter* paſſerem *&* σπίνον *differentia; quodque melius Auienus eam* fringillã *ſiue* friguillam (*nam vtrumq; legitur, tum vocem* Spinus *pro acanthide noue videri a Theodoro Gaza excogitatam: aliaq; complura in eam ſententiam.*

ARati Solenſis in Phænomenis carmen eſt, quo loco de prognoſticis exanimalium motibus & vocibus capiẽdis ſcribit:

> καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων. καὶ ὄρνεα πάντα
> ἐκ πελάγους φεύγοντα —

Quæ interpres quidem innominatus vertens ita effert:

> *Et paſſer mane pipilans & volucres omnes*
> *E mari fugientes.*

Quod autem *paſſerem* vertit, qui Græcis ſit σπίνος non omnibus fortaſſe probabitur. Nam Rufus Auienus, qui Aratum (quamquã ampliore carminum ambitu) in Latinum ſermonem conuertit, pro *paſſere* hoc loco, *fringillam* dixit, quæ auicula neque corpore multo maior, nec; admodum diſſimilis eſt paſſeri; vt tamẽ ex ploratius bonos auctores euoluenti liquet, diſſimilis atque diuerſa. Sunt autem quos dixi verſus Latini hi.

> *Si matutino Fringuilla reſultet ab ore,*
> *Si fugiunt volucres raptim freta turbida Nerei.*

Quod autem interpretem hunc, (quem Iacobum Ceporinum hominem adprime doctum, non obſcuris indiciis fuiſſe arbitramur) in errorem duxit, fuit quod in libro Theophraſti περὶ σημείων χειμώνων. hoc eſt, *de ſignis tempeſtatum*, legerat, σπίνος ὄρθρου σπίζων χειμῶνα. ὄρχιλος ὡς ἀπιὼν καὶ εἰσδυόμενος εἰς ὀπὰς χειμῶνα σημαίνουσι, &c. id eſt, *Fringilla paſſer pipilans, mane brumali tempore, orchilus efferens ſeſe moxque auferens conſpectui, tempeſtatem ſignificant.* Quæ Aratus in ſua Phænomena, vt alia pleraque, tum

ex hoc tum ex aliis transtulit. Nisi dicamus Aratū (quod nonnulli opinantur) Theophrasto æqualem fuisse, vt dubia lis sit, vter ab vtro desumserit. Videtur tamen Theophrastus Aratum ætate præcessisse, adeo vt huius adolescentia, ægre Theophrasti senectam, videatur attigisse. Decepit igitur interpretem, quod iunctim legenda putaret, quæ separanda erant tanquā diuersa. Quod ipsum alias tum hunc auctorem, tum Aristotelem, tum etiam vtriusque imitatorē (pene dixerim interpretē) Plinium legentes sæpe fefellisse deprehēditur. vox tamen *πίζων* vtriq; auiculæ conuenire videtur, quam interpres nescio quem sequutus *pirpilat* vertit: cum de passere loquens Catullus *pipilat* dixerit.

Ad solam dominam usque pipilabat.

Quod est frequentatiuum a *pipo*, quod est *minorum pullorum*, quin & infantes *pipantes* dixit Q. Tertullianus in lib de Monogamia pro eo, quod est *plorantes*, & contra Valentinianos, *cælestes imbres pipauit achamoth*, i. *plorando emisit*. Quin, vt Festus docet, ploratio Oscorum lingua ea voce significabatur. Hinc & *Pipiones* Ælio Lampridio *columbarum pulli*, Nonius *proprium esse gallinarum* dicit, citatq; Varronem in Originibus, *ἢ περὶ αὐτοῦ φύσεως*; *mugit bos, ouis balat, equæ hinniūt, gallina pipat.* Dicitur & *pipire*, quod proprie *pullorum columbinorum*, vt est apud Columellam lib. 8. c. 5. *Die vicesimo nono animaduertat, an pulli rostellis oua pertuderint. & auscultetur si pipiant.* Is, qui de vocibus animaliū scripsit sub Ouidii nomine, *pipire passerum* dicit:

Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Ceterum vox *πίζων* Græcis videtur, a voce *πῖνος* deducta. Hæc Aristoteli *πίζα* dicitur, & Hesychio *πίζα*, Auicula passeri similis. *ὀρνίθιον στρουθῷ ἐμφερές*, Theon Arati interpres *πίνες* inquit *εἶδος ὄρνις.* *speciem auis* tantum commemorās. *ἠὼ πίζων*, inquit, *ἤγουν ὑπὸ ὄρθρον φθεγγόμενος*, hoc est: *sub diluculum clamitans.* *Fringilla* vero Festo Pompeio auis dicta, quod *frigore cantet*, & vigeat. vnde *frigutire*. Dubium autem an per *n* *fringutire*, an absq; eo elemento *frigutire* scribatur; quādo vtrumq; inuenimus. In M. Varronis de lingua Latina libro 7. scriptum est: *Fringutire M. inquit Accius in Cassina, a fringilla, quid fringutis, quid istuc tam cupide cupis?* Aliud tamē etymon Nonius Marcellus videtur adducere, nimirū a *frigere*; *Frigere* inquit, *& frigutire*, & *fritinare*, *subsilire cum sono, vel erigi & excitari* *q̃ quæcunq; friguntur. vel frigent, nimio calore vel frigore cum sono sursum subsiliunt. Plautus in Cassina, Nā quid frigutis, quid isthuc tam cupide cupis?* Varro *virgula diuina. Et pullos peperit fritinnientes.* *Idem ὄνος περὶ λύρας: Sæpe totius Theatri tibiis, crebro flectendo cōmutare menteis frigianimos eorum:* Credendū tamen magis est Varroni quā Nonio, & a *fringilla* potius *fringutire* dicendum, quam a *frigore*, quod auicula hæc subsiliat crebro, minutaq; & querula voce adgarriat; quod proprie est *fringutire*, nam & Galli hodieque *fringille*

gillæ nomen pro dicta auicula in suo idiomate nonnihil luxatum decurtatumque retinent; quam vocem *frion* etiam per metaphoram ad proteruos petulantesque pueros transferunt; nimirum a garritu subtiliq; motu crebrisq; saltibus eius auiculæ similitudine ducta. Placiades Grammaticus de vocibus obscuris ad Calcidiũ: *Friguttire dicitur subtiliter adgarrire. unde est Plautus in Cassina ait: Quidnam friguttis? & Ennius* (lego *Nenius*) *in Alcestide Comœdia* (lego *Tragœdia*) *sic ait: Hæc auis* (lego *hercules*) *admodum Frigutit nimirum sauciauit se flore liberi* Sic Apuleius oratione de Magia: *Qui eloquentiæ patrocinium vulgo profitetur, etiam honesta dictu sordide blatterat, sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultit*, (ita enim ibi legitur) *vel omnino obmutescit*. Et iterum: *Audistis priuignũ meum vix singulas syllabas fringultientem.* Est enim præpedite & obscure verba facere. nam *fringillarum* est querula obscuraq; vox. Hinc Martialis:

Nunc sturnos inopes fringuillarumq; querelas
Audit ——

Hãc Aristoteles & eũ sequutus Volaterranus æstate calidis, hyeme frigidis locis versari dicit. Esse autẽ auem paruã & canorã. Suidas de genere passerũ eam esse dicit deceptus similitudine. Dubiũ an eadem sit, q̃ Cicero in prognosticis, quæ ex Arato desumsit, vt habetur in primo de diuinatione, *Acredulam* vocat, eo versu:

Et matutinos exercet Acredula cantus.

Quam Isidorus aliiq; etiã obscuri nominis Grammatici eum sequuti *lusciniam* interpretatus est falso vti arbitror; Nam Ciceronẽ ibi autem illam voluisse indicare, quam Aratus ὀλολύγονα vocat. Videtur enim hæc Arati carmina voluisse interpretari:

αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων
ἢ φρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών,
ἤ που καὶ λακέρυζα παρ' ἠιόνι προὐχούσῃ
χείματος ἐρχομένου χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη,
ἤ που καὶ ποταμοῖο ἐβάψατο μέχρι παρ' ἄκρους
ὤμους ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ,
ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ παχέα κρώζουσα.

Hæc ita Vulgarus interpres vertit:

Indidem ex aqua patres coaxant ranularum,
Aut vlulat mane solitaria bubo.
Aut alicubi etiam garrula ad littus prominens
Tempestate instante subsidit cornix,
Etiam si quando flaminis se immergit vsq; ad summos
Humeros a capite, vel etiam plane tota subternauit.
Vel frequens versatur prope vndam crasse crocitans?

Quæ vti diximus Cicero hoc suo libero conuertendi modo transcripsit: *Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti*
Nunciat horribiles clamans instare procellas,

Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.
Sæpe etiam pertriste canit, de pectore carmen,
Et matutinis Acredula vocibus instat.
Vocibus instat & assiduas iacit ore querelas,
Quum primum gelidos rores aurora remittit.
Fuscaq; nonnunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.

Cicero igitur *acredulam* noua & a se condita voce appellat, eam quam Aratus *ololyginem*. quam nescio quam recte, recens interpres *bubonem* vertit, cum hæc βύας Aristoteli dicatur. *Ololygonis vero* nomen, si Theoni credimus Arati interpreti, Aristoteli ignotū fuit, qui ololyginem τὴν τοῦ ἄρρενος βατράχου φωνὴν, σημαίνει εἶναι φασὶ περὶ συνουσίας ὀρεγομένης ἐπὶ τὴν θήλειαν. hoc est, *maris ranæ vocem dicit appetentis fœminæ congressum.* Idem tamen Theon, auiculæ speciem esse dicit gaudentem haud secus quam turtures solitudine: *In locis autem desertis versari & frigidis, nimio frigore affecta sub diluculum stridet & gemit.* οἱ δὲ φασὶν ὅτι καὶ ὀλολυγὼν ὁμοίως ἐπὶ τοῖς ὕδασι χαίρουσα κράζει ... hoc est *Sunt qui dicunt, quod ololygo consimiliter in aquis, quibus gaudet, crocitet, esse autem animal in aquis tantum viuens, palustre, amans frigoris, oblongum, inarticulatum, consimile lumbrico, multo tamen gracilius.* Meminit eius & Theophrastus in libro de signis tempestatum: καὶ ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἀκρωρείας, χειμέριον. id est, *ololygon sola cantillans in iugis montium summis tempestatem indicat.* Ex quo liquet Theophrastum ratum *ololygonem* hoc *ololyginem* auem esse. Hesychius animalculum id esse dicit in aquis degens adsimile lumbrico: Theonem sequutus Aristoteles in sexto de historia animalium, vti diximus, vocem ranæ esse dicit concubitum appetentis seu inire volentis. Et quidem genus illud vlulatus, quam *ololyginem* vocant, mares intra aquā reddunt, vt cieant, ad coitum fœminas. & paulo post, ποιεῖ δὲ τὴν ὀλολυγόνα, ὅταν ὑπὸ χεῖλη τὴν κάτω σιαγόνα ποιήσας, ἐπὶ τὸ ὕδωρ ... τὴν ἄνω. hoc est, *Reddunt ranæ suam ololyginem illam, maxilla inferioris labro demisso pari libra; cum aqua modice recepta in fauces, superioreq; intenta.* Quæ Plinius libro histor. naturalis vndecimo cap. 36 ita reddit & exprimit: *De purpurarum linguis diximus: Ranis prima cohæret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt. Mares tum vocantur ololyzontes* (ita enim castigat Hermolaus cum ante *ololygones* legeretur) *stato id tempore euenit, cientibus ad coitum fœminas. Tum siquidem inferiore labro demisso, ad libramentum modica aqua recepta in fauces, palpitante ibi lingua vlulatus elicitur,* quod ipsum Ælianus sophistico illo suo charactere, ludibundus graphice hoc pacto exprimit: ἰσχὺς ... ἄνθρωποι φασὶν εἶναι ... μιξεῖς δὲ ἀφροδισίου ... ὁ βάτραχος ἀφίησι ... τὴν θήλειαν βοῶν ... ὡς ἐραστὴς

αἰτῶν

ἀπὸ ὧν ἵνα καλλιφωνῶσι· καὶ κέκληται ἤδη ἡ βοὴ ὀλολυγὼν ὥς φασιν· ὅταν δὲ τὴν θήλειαν προσκαλέσηται, μένουσιν ἄμφω τὴν νύκτα. ἐν μὲν γὰρ τῷ ὕδατι συνελθεῖν οὐ δύνανται μεθ' ἡμέραν δὲ ἐπὶ γῆς συμπλακῆναι φοβοῦνται: νυκτὸς δὲ ἐπιστάσης, καὶ πολλὴν ἔχοντες ἄδειαν προσελθόντες, ἀλλήλων ἀπολαύουσιν. id est, *Illecebras quasdam hominibus, amatorias esse dicunt. At rana mas mistionis venereæ symbolum ad fœminam transmittit nimirum vocem quandam, uti amator lasciuam cantiunculam ad adamatam canere solet. Vocatur autem hæc vox ololygo, vt aiunt. Quando autem ad se fœminam allexit, exspectant ambo noctem, nequeunt enim in aqua coire. At interdiu venereo complexu in terra cōplicari horrent, at noctu cum magna securitate sese mutuo fruuntur.* *Ololygen* autem Hesychius muliebrem vocem interpretatur, quam mulieres emittunt, dum in sacris precantur, sed & floris quoddam genus in palustribus locis nascens. hic & *ololygmus* lamentatio & ploratus dicitur, est & vox gratulantium apud Diodorum Siculum libro 16. Suidas tamen τὸ ὀλολύζειν μετὰ κραυγῆς εὔχεσθαι, idem tamen de *muliebri vlulatu* proprie hoc dici contendit. Homerum auctorem citans, αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον. Hinc Aristophanes in pace μηδὲν χρύζειν ἀλλ' ὀλολύζειν, quod interpres τὸ μετὰ κραυγῆς εὔξασθαι interpretatur, hoc est, *cum clamore preces fundere*, & rursum in Hymilibus:

ἀλλ' ὀλολύξατε φανερομένοις ταῖς ἀρχαίαισιν ἀθήναις.

εὔξασθαι inquit interpres ἀνευφημήσατε. Hinc *vlulare* Latina vox deriuata & *vlulæ* vti apparet, quas hac ratione moti quidam easdē arbitrati sunt, quæ ὀλολύγωνες Arato & Theophrasto; inter quos est vnus Arati interpretum Sextus Rufus Auienus, Poeta non malus & antiquus, qui hos supra commemoratos Arati versus ita Latinos fecit: *Si matutinas Vlulæ dant carmine voces,*

Improba si cornix caput altis inserit vndis,

Flumine terga rigans.———

Nam & Seruius *vlulas* ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν dictas confirmat, quod a *fletu* interpretatur; Pomponius Sabinus ab *vlulando*, quod est muliebriter eiulare, nam & ὀλολύζειν & ὀλολυγῇ χρήσασθαι Pollux ἐπιγυναικῶν dici contendit. Quidam hic innui putant eam auem quam Gaza *Asionem* vertit; nam apud eum *vlulæ* vocem reperias pro αἰγωλιὸ positā. Sed Theon, vt diximus opinatur *ololyginem* auem nuspiā in Aristotele reperiri, quocirca diuersa erit a Scope seu Asione. Ab *acrimonia* aūt *vocis* videtur Cicero nomen huic aui indidisse; quæ an eadem sit cum *vlula, Scope* seu *Asione* (quod non puto) aliorū esto iudicium. Nunc priusquā ab hac auium nomenclatura discedamus, id adhuc venti lemus, an Theodor. Gaza *acanthida* q̄ *acanthylim* Plinius vocat *spinū* seu *ligurinū* verterit recte. Carduelē vero (quē pleriq; e cohorte Grammaticorū acanthida putauerūt) φρύνιν. de vtraq; aūt dicit: *Spinā appetūt illa spinus siue carduelus* & q̄ *aurinitas appellatur*. Ego aūt arbitror voces illas a Theodoro esse

confictas. nam *Spinum* appellando, videri sibi nomen *acanthidos* reddidisse. Quod si *acanthis* sit ea auis, quæ Plinio *acanthylis* siue *argathylis*; erat *carduelus* ab *acanthide* seu Theodori *spino* diuersa. Ælianus certe *acanthida a spinis* nomen traxisse contendit: ἀκανθον δὲ τὸν ὄρνιν ἐκ τῶν τρεφουσῶν ἀκανθῶν λαβεῖν τὸ ὄνομα οἱ σοφοὶ τὰ ὀρνίθων φασί. φθέγγεται δὲ ἄρα εὐμελὲς καὶ εὔμουσον δεινῶς. id est, *Acanthum autem ex spinis quibus alitur nomen traxisse, auium natura periti contendunt, cantillat admodum musicum & suauiter quid canorum valide.* Hæc igitur Æliani ratio forte Theodorum perpulit. vt *spinum* eam nouo & a se condito vocabulo appellarit. *Carduelis* vero Plinius hominum imperata facere scribit, tum cantu, tum pedibus, & ore pro manibus, Vergilius nomen Græcũ *Acanthidis* retinere maluit, quam nouum confingere in hoc carmine,

Littoraq; Halcyonen resonant & Acanthida dumi.

Quo loco tam Seruius quam Probus *carduelum* interpretantur, *Etsi*, inquit Seruius, *Lusciniam quidam velint.* Vnde arbitror Vergilium ideo Græcum nomen retinuisse, quod Latinum nõ exstare sciret. hunc imitatus Calphurnius Siculus:

Astyle credibile est vt vincat acanthida cornix.

Quin & Theocritus in Thalysia *acanthidos* meminit:

τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκανθίς.
ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών. id est,
Procul in densis ruborum gemuit spinis,
Canebant Corydi, & acanthides, gemuit & turtur.

Quem locum Zacharias Calliergus, qui scholia in eum Poetam collegit: ἀκανθὶς δὲ ὄρνεόν ἐστι ποικίλον καὶ λιγυρόν, καλεῖται δὲ ποικιλὶς διὰ τὴν χροιάν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἀλέξανδρος φασὶ διατρίβειν ἐπ' ἀκανθῶν. ταύτην νῦν Θεόκριτος ἀκανθίδα εἶπεν. ἢ ἀκανθίδες, ὄρνεα νεμόμενα ἐπ' ἀκανθῶν. λέγονται δὲ καὶ ἀκανθυλίδες. εἰσὶ ποικίλοι τὰς χροιάς, ὅθεν καὶ ποικιλίδες λέγονται. φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ αἷμα αἰγίθου καὶ ἀκανθίδος μὴ μίγνυσθαι. id est *Acanthis auicula est varia colore & cantu suauis; vocatur & variola ob diuersitatem colorum. Aristoteles & Alexander scribũt versari eam & degere supra spinas & dumeta. Hanc nunc Theocritus acanthida vocat. Vel acanthides sunt auiculæ pastum in spinetis quærentes; dicuntur & Acanthilides, sunt diuersorum colorum, inde & pœcilides, hoc est variegatæ seu variolæ dicuntur. Ait Aristoteles sanguinem ægythi & acanthidis minime posse misceri.* Id autem non omittendum interpretem Æliani pudendo lapsu lib. de animalibus 4. cap 60. quod & eius libri extremum est, nomen auis quod Græcis σπῖνος dicitur, Latina voce *spinum* appellasse; quum *fringuillam* vertere debuerit, vti ostendimus. & tamen ipse alibi *spinum* vertat, quam *acanthida* vocant, Theodorum sequutus. Verba Æliani sunt hæc: σπῖνοι δὲ ἄρα σοφώτεροι καὶ ἀνθρώπων τὸ μέλλον προγινώσκειν. id est, *Fringuillæ sapientiores hominibus longius prouident futura*, &c. Quin & illud postremo pro auctario adiiciendum, præ-

sarum interpretem Theocriti ὀλολύγωνα apud Theocritum *hirundinem* interpretatum. quod tryn lugeat. *Vel*, inquit, *est animalculum in cœnosis locis degens*, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod est *vlulare* seu *eiulare. Pleraq; enim animalia a vocibus quas edunt, habere nomenclaturam*, vel ab ὀλολύζω ὀλολύγων; γρύζω γρυλλος; ἀηδῶ ἀηδών, τρύζω τρυγών, πλάζω πλαγων, κοκκύζω κόκκυξ hoc est, ab *vlulando vlula*, a *stillo*, siue *gutto*, *gutta*, aedo seu *cano aedon*, Tryzo quod est *strido trygon*, id est, *turtur*, *plasso*, seu *fingo* plago, *cocyzo koccyx* seu *cuculus*. Sed hæc de his vel nimis multa.

CAPVT XXVII.

Pythaules *quid in Seneca sit*, *inibiq; de modo canendi in Theatris nonnullis*.

SEnecæ libro vndecimo epistolarum verba sunt hæc *Præter ipsum Theatrum Neapolitanorum (vt scis) transeundum est, Mœcenatis domum petentibus: illud quidem factum est & ingenti studio quis sit Pithaules bonus iudicatur: habet tubicen quoq; gratias, & præco concursum*. Non iniuria quærendum putaui, quid esset *Pithaules*, quando ea vox adeo rara est, vt vix iterum occurrat. Certe Erasmus qui pleraque huius auctoris excussit, hoc inexplicatum reliquit. at ne in Latinis quidem aut Græcis Lexicis facile inuenias hanc vocem dilucide enucleatam. Quod cum diutius inuestigassem, inueni tandem eum *Pithaulem* dici, qui in theatro tibia caneret, accineretque canticis, in quibus vna tantum persona loquitur & canit. Quod ipsum Varronis auctoritate fit manifestius, qui vt est apud Nonium Marcellum in libro quem inscripsit *tribodistem* seu περὶ ὀργιστῆς, ita dicit *Priusquam in orchestra Pithaules inflet tibias, domi suæ ramices rumpit*. Inueni autem bifariam scriptum nunc per *i*, nunc per *y* Quanquam ego adducor magis vt *Pithaules* scriptum putem πειθαύλης. a cantus dulcedine & suadela, quæ πειθὼ dicitur. Quod igitur *Pithaules* sit *theatricus tibicen*, ex Varrone manifestum est. Quod autem monodis seu canticis accinat, aperte Diomedes Grammaticus libro tertio ostendit. *Quando* inquit, *chorus canebat choricis tibijs*, id est, *Choraulicis*, *artifex concinebat*. *In canticis autem Pithaulicis respondebat*, vbi perperam *pytaulicis* legitur. Qui autem *Choraulicis tibijs* incinebat, *choraules* dicebatur, vt *Pithaules* qui canticis accinebat. Durauit id vsque ad tempora Cæsaris Augusti; nam antiquis temporibus Pantomimus & Choraules in comœdia canebant; Postea autem, Pylade maxime auctore (vt alibi dicemus) a Comœdis se segregauerunt: Et nouum, Pantomomices quæstum, artificiumq; instituere: cœpereque tum comœdiæ dici *acroamata*, quod sola auditione delectarent. De quibus plura, Deo fauente, in libris nostris de Scenicis originibus.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM, Liber IV.

Iacobo Nicolao Loensi Auctore.

Capvt I.

De vitro flexili ex Plinio allata auctoritas, inibiq; de eius inuentore variatum ab auctoribus, tum etiam de obsidiano lapide, & vitro.

PLinius lib. 36. naturalis historiæ cap. xxvi. tradit *Tiberio Imperante excogitatum fuisse vitri temperamentum, vt flexibile esset, & totam officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri metallis, pretia detraherentur.* Hunc quidam sequuti, non solum officinam, sed auctorē quoque sublatum ferunt: inter quos est *Isidorus*, interdum non malus auctor, vbi ab antiquorum vestigiis non discedit, qui præterea hoc addit, lib. 16. cap. 15. *artificem ad Cæsarem admissum, porrexisse Phialam Cæsari, quam ille indignatus pauimento alliserit, artificem autem eum sustulisse de pauimento, quæ ictui cesserat instar vasis ænei aut plumbei, seque intus complicauerat, protulisse malleum, & Phialam correxisse. Interrogatum deinde artificem a Cæsare, num quis alius eam vitri temperaturam sciret: artifice id negante & præter se neminem esse affirmante: iussisse Cæsarem vti decollaretur: Ne si ea ars innotesceret, aurum & reliqua metalla viliora fierent.* Quod nequis ab Isidoro confictum putet, sciat Petronium Arbitrum ante eum hoc litteris mandatum reliquisse. Quod etsi in his fragmentis quæ hodie circumferuntur Petronii, non exstat: citante tamen Ioanne Salesberiensi (quem vulgo *Architrenium* vocant, in opere suo quod Polycraticum appellat, Petronius huiusmodi tradidit. Verba eius auctoris, etsi hominis doctioris magis quam diserti, non veritus sum apponere: *Apud Petronium Trimalchio refert, fabrum fuisse qui vitria vasa faceret, tenacitatis tantæ, vt non magis quam aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo Phialam huiusmodi de vitro purissimo, & solo, vt putabat dignam Cæsare, fabricasset: cum munere suo cæsarem adiens, admissus est: laudata est species muneris: commendata manus artificis: acceptata est deuotio donantis: Faber vero vt admirationem intuentium verteret in stuporem; & sibi plenius conciliaret gratiam Imperatoris, petitam de manibus Cæsaris Phialam recepit, eamq; validius proiecit in pauimentum, tanto impetu, vt nec solidissima*

solidissima & constantissima æris materia illæsa maneret. Cæsar autem ad hæc non magis stupuit quam expauit. At ille de terra sustulit Phialam quæ quidem quidem non fracta erat: sed collisa, ac si æris substantiæ vim speciē induisset. Deinde malleolum de sinu proferens, vitium correxit aptissime & tanquam collisum vas æreum crebris ictib. reparauit. Quo facto, se cœlum Iouis tenere arbitratus est, eo quod familiaritatem Cæsaris, & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quæsiuit enim Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorū. Quod cum negaret, eum decollari præcepit Imperator, dicens: quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilesceret quasi lutū. Hactenus ille. Sed Dion Historicus, non ob artificium inuentum hunc auctorem Imperatori fuisse scribit: Sed Tiberium ingenio eius, æmulatione quadam & inuidia infensum, hominem primo Italia exegisse, cum porticum ruinam minitantem immotis fundamentis in locum suum restituisset. Et cum gratiam Imperatoris hoc inuento se conciliaturum putaret, mortem oblato huiusmodi vitreo vase inuenisse: quod cum in terram cadere permisisset, quasi casu id factum esset, & contusum mox vt integrum Imperatori obtulisset, ab eo interfectum, abolito quoq. auctoris nomine; nec permisso in comment. referri. Verba autem Dionis hæc sunt, e libro historiæ Romanæ 57. μετὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ τὰ μεγίστω ἐν τῇ ῥώμῃ, ἐπειδὴ ἐπεγκλινὴς ἐγένετο, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον ὠρθώθη. ἀρχιτέκτων γάρ τις, οὗ τὸ ὄνομα οὐδεὶς οἶδε: τῷ γὰρ θαυματοποιίᾳ αὐτοῦ φθονήσας ὁ Τιβέριος, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτὸ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγραφῆναι. οὗτος οὖν ὅστις ποτὲ ὀνομάζεται, τούς τε θεμελίους αὐτῆς πέριξ κρατύνας μὴ συγκινηθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν πόκοις τε καὶ ἱματίοις παχέσι περιλαβὼν σχοινίοις τε πανταχόθεν αὐτὴν διέδησε, καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν ἕδραν ἀνθρώποις, τε πολλοῖς καὶ μηχανήμασιν ἀνωσάμενος ἐπανήγαγε. τότε μὲν ὁ Τιβέριος καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἐζηλοτύπησε, καὶ διὰ μὲν ἐκεῖνο χρήμασιν ἐτίμησε, διὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντος οἱ αὐτοῦ, καὶ ἱκετείαν ποιουμένου, κἀν τούτῳ ποτήριον ὑαλοῦν καταβαλόντος τε ἐξεπίτηδες καὶ θλασθέν πως, ἢ συντριβὲν ταῖς τε χερσὶ διατρίψαντος, καὶ ἄθραυστον παραχρῆμα ἀποφήναντος, ὡς καὶ συγγνώμης διὰ τοῦτο τευξομένου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Id est *Eodem tempore cum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinasset, mirum in modum erecta est, (Architectus quidam cuius ne nomen quidem notum est, quod inuidens mirifico artificio Tiberius, in commentarios id referri prohibuit) firmatis vndequaq. fundamentis eius ne moueri possent, reliqua omnia vecteribus & centonibus circumdedit, ac porticum laqueis ab omni parte alligatam, multorum hominum ac machinarum impulsu, in pristinum positū restituit. Hic & miratus est Tiberius & inuidit, ideoq. pecunia hominē donatum vrbe eiecit. Atq. is rursus ad principem accedens, supplexq. factus, vitreum poculum consulto abiecit, fractumque & contusum, cum id manibus triuisset, refecit & integrum ostendit, sperans se eo*

veniam impetraturum, *verum necari ob id iussus est.* Quæ Ioannes Xiphilinus in suam Epitomen iisdem ac totidem verbis in Tiberii vita retulit. *Obsidianus* porro *lapis* ab *obsidiano vitro* differt, quod hic natiuus sit, & apud quemdam Arabiæ portum reperiatur, vt docet Arrianus in Periplo maris rubri, quem ὀψιανὸν vocat, quem Plinius quoque alibi reperiri docet. *Obsidianum* autem *vitrum* factitium erat, dictum, ab *Obsidio* inuentore, ad similitudinem eius lapidis factum.

Capvt II.

De herba *qua Iulij Cæsaris milites se aluerunt apud Dyrrachium, dissentientes sententiæ, Tum de* Lapsana *& Pij Bononiensis error refutatus.*

TRaditum est a scriptoribus, dum Cæsar Pompeium apud Dyrachium obsidet; tanta frumenti inopia laborasse, vt panes sibi e radice quadam confecerint, quos etiam in Pompeianorum castra abiecerint: Pompeio iubente, ne cuiquam ostenderentur, ne pertinacia hostium animi suorum frangerentur. Eam radicem ipse Iulius Cæsar, in tertio commentariorum belli ciuilis *charam* appellat: *Est* inquit, *genus radicis inuentum ab ijs qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admistum lacte, multam inopiam leuat, id similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia, ex hac effectos panes, cum in colloquijs Pompeiani famem nostris obiectarent vulgo in eos iaciebant, vt spem eorum minuerent.* Plutarchus radicis nomine suppresso, rem non dissimili modo enarrat: ἀλλὰ (inquit) *ῥίζαν τινὰ κόπτοντες οἱ στρατιῶται, καὶ γάλακτι φυρῶντες, προσεφέροντο καὶ ποτὲ καὶ πλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους, καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες, ἔβαλον εἴσω, καὶ διερρίπτουν ἐπιλέγοντες. ὡς ἄχρι ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρῃ ῥίζας, οὐ παύσονται πολιορκοῦντες Πομπήϊον· ὁ μέντοι Πομπήϊος οὔτε τοὺς ἄρτους, οὔτε τοὺς λόγους εἴα τούτους ἐκφέρεσθαι πρὸς τὸ πλῆθος· ἠθύμουν γὰρ οἱ στρατιῶται τὴν ἀγριότητα καὶ τὴν ἀπάθειαν τῶν πολεμίων, ὥσπερ θηρίων ὀρρωδοῦντες.* Id est. *Interea milites radicem quandam conscindebant; lacte admistam edebant, aut panes ex ea factitabant, & in hostium stationes decurrentes eos inijciebant, adijciebantque, quoad terra huiusmodi radices produceret, sic in obsidione Pompeiani exercitus permansuros. Eos panes & sermones in vulgus proferri Pompeius vetuit: ne animi militum suorum frangerentur, & hostium feritatem & pertinacem tolerantiam sicuti ferarum exhorrescerent.* Quæ Plutarchi verba ad hunc fere modum a Suetonio Tranquillo in Cæsare Latine explicantur *Famem & ceteras necessitates, non cum obsiderentur modo, sed etiam si ipsi alios obsiderent, tantopere tolerabant, vt Dyrrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba (quo sustinebantur) cum feris sibi rem esse dixerit, amouerique ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.* Quod autem hi duo auctores nullam eius herbæ seu radicis nomenclaturam ediderint fieri

fieri poteſt, vt non conuenerint hac de re auctores. Nam ipſe Cæſar ſeu Hirtius (illi enim quidam hunc librum vendicant) in re præſente, radicem fuiſſe dicit; quem & Plutarchus (non tamen expreſſo nomine radicis) ſequitur, Suetonius herbam: at Appianus πόαν, quod generatim quamlibet *herbam* ſeu *herbaceum pabulum* denotat; Vt fieri potuerit, quod milites variis herbis & radicibus quas locus ille ſuggerebat, ſeſe aluerint. Verba Appiani eandem hanc rem narrantis ex 2. ἐμφυλιῶν ſunt hæc: Καίσαρι, μὲν δὴ οὐδὲν ἦν ἐκ θαλάσσης διὰ Πομπήιον ναυκρατοῦντα· ἐλίμωσσεν ἤδη μάλιστα ὁ στρατὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν πόαν ἠρτοποίουν, ὧν αὐτόμολοί τινες Πομπηΐῳ ἐπιδεί- δι ἄρτους προσήνεγκαν, ὡς εὐφρανοῦντες ἠδέως, ὁ δὲ οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, οἵοις θηρίοις μαχόμεθα: Id eſt: *Cæſari nihil commeatus ex mari erat, cum Pompeius claſſe id obtineret. quo circa eius exercitus fame premebatur, ſic vt panes ex herbis ſibi conficerent. Transfugis igitur huiuſmodi panes ad Pompeium deferentibus, vt viſu talium exhilararetur, nihil gauiſus eſt, ſed, ſe cum feris pugnare dixit.* Argumento eius rei quam diximus, eſt Plinius, qui libro decimonono ca. 8. non *caram* ſed *Lapſanam* eam nominat, nec radicem eſſe dicit, ſed herbam; *cimam* enim appellat, qua teneriora foliorum notantur, præcipue braſſicæ; *Olus*, inquit, *ſylueſtre eſt trium foliorum, Diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum, Alternis quippe verſibus exprobrauere, lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium, præmiorum parſimoniam cauillantes,* per *cimam ſylueſtrem,* folia hic braſſicæ ſylueſtris innuit. Quod ipſum plenius explicat lib. xx. cap. nono ſic ſcribens: *Inter ſylueſtres braſſicas & Lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis folijs, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore, coquitur in cibo, aluum leniter emollit.* Hæc ille. Quocirca Hermolaus Barbarus opinatus eſt non immerito, aliam herbam fuiſſe, qua cum lacte victitauit exercitus Cæſarianus, ab hac lapſana *cara* dictam: quia inquit radice eius vtebantur non folio. Cui diu aſſenſum præbui, donec lecto Theophraſto in contrariam raperer ſententiam. Hic enim libro nono de Arcadia loquens, ait eam producere multa herbarum medicamina, præcipue paſtinacam ſpecie lauri, colore croci, & eam quam illi braſſicam ſiue raphanum ſylueſtrem vocant, Medici ceram, verba Theophraſti ſunt hæc: φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς Arcadibus ſcil. ὅτι ἐλλέβορος ἀμφότερος, καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας ἔτι δὲ δαῦκον δαφνοειδὲς κρόκινον, καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι, τῶν δ' ἰατρῶν τινὲς κήραν. Id eſt. *Naſcitur apud eos, (Arcades ſcilicet) vterq; elleborus, albus ſcilicet & niger, Item paſtinaca ſpecie tauri, colore croci, & ea quam illi braſſicam ſylueſtrem appellant, medici autem quidam ceram.* Audis *Braſſicam ſylueſtrem* a Plinio & Romanis *Lapſanam* a medicis *ceram* appellatam, & craſſiore Epirotarum ſono *caram*: vt vehemens ſuſpicio me teneat vnam eandemque herbam fuiſſe, Cæſarianam ſiue Hirtianã illam *caram*, & Plinianam *Lapſanam*. Non abſurdo tranſitu vi-

cinæ litteræ *e* vocalis, in vocalem *æ* iudicium tamen penes peritiores esto, quando hæc tam abstrusa eruere æque difficile, ac si e Cleanthis puteo haurienda sit veritas. Nicolaus Alexandrinus deceptus similitudine in lib. de compositione medicamentorum in Antidoto Aurelii, falso arbitratus est *lapsanam* esse *rapam* agrestem, cum Plinius tantum dixerit, *Lapsanam folia habere, foliis napi simillima*. Sed deceperunt illum auctorem notha talia, taque passim interserta in Dioscoridis libris, olim pro genuinis verisque habita, quæ omnium peritiorum iudicio, e Dioscoride tanquam purgamenta reiecta sunt, quæque in æditione Ioannes Ruellii relecta, & ad finem libri a Dionysio Corroneo homine docto posita. Ea enim eius auctoris non esse, tum phrasis ipsa, tum aliquot docti testantur, tum multa etiam admista. Quæ partim falsa, partim repugnantia, merito amputanda erant: quo circa & parentheseon notis in editione Soleri inclusa & in calcem Ruellianæ æditionis reiecta, nullum merito habebunt in hac re locum. Sic vt ridiculus appareat Pius Bononiensis qui obtrudere nobis nititur ex hoc Dioscordis loco, *milites Romanos apud Dyrrachium pastos Napio*; esseque *Lapsanam* Romanis *Napium*, parum memor *lapsanam* esse dictionem latinam potius quam græcam, & eam Dioscoridem, Galenum & his posteriores Oribasium, Paulum *Ætium*, de Latinis mutuatos: Vt non debuerit idem tam ferociter insultare tot viris doctis qui *Lapsana* potius quam *Lampsana* more Dioscoridis & Galeni maluerunt scribere. Nec ideo errauerunt quod hæc dictio in Græcis auctoribus Galeno & Dioscoride ita scribatur, si Latinam scriptionem sequi maluerint quam Græcam, cum de Ortographia Latinæ dictionis, Latinis magis credendum sit quam Græcis, qui plerumque Latinas voces detorquent ad suam pronuntiationem, prout eis mollius sonant, inuertuntque, quod adeo frequens est, vt exempla referre sit operis superflui & infiniti. Ita vt hic castigator Pliniani Codicis cum sua castigatione sit explodendus, qui etiam sui parum memor, eam vocem in Suetonio haberi dicit, ideoque & ibi debere refingi, cum nuspiam ea vox in eo auctore reperiatur. Quid quod Latini nuspiam *Napium* dicunt, vt habent supposititia in Dioscoride sed aut *napum* aut *napus*, quod est frequentius. Sic Cornelius Celsus inter res mali succi *rapa* & *napos* commemorat. Sic & Martiali in Xeniis, lemma est *napi*, vtrumque extulit Columella qui & *Napus* & *Napum* dixit, quod Græcis vt somniat Pius non *lapsana* est, sed βοῦνος & βούνιας; Duo enim illis sunt genera, vt notauit Plinius. At *Lapsana*, agrestis est brassica de qua Dioscorides: λαμψάνη λάχανον ἐστὶν ἄγριον τροφιμώτερον καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου, οὗ τὰ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ ἐσθίονται ἑφθά. id est. *Lampsane olus est agreste nutribilius & stomacho aptius quam Lapathum, huius eduntur folia & caulis.*

Aic

Ait Galenus libro simplicium septimo prauos illam succos generare, abstergendi tamen & digerendi vim habere, quem & Paulus Ægineta & Oribasius sequuntur. Hanc Columella circa apum aluearia serendam docet, quoniam apes ex ea copiosam colligant ceram: appellat autem eam vulgarem, quod vt opinor in communi vulgi cibo vsuque esset. Explodenda est incogitantia Pii Bononiensis, qui verba quæ supra attulimus ex Cæsare seu Hirtio, Plinio adsignat, qui pro *chara caron* scribendum dicit, *ne* inquit, *cum mendoso Secundi codice labaris in insci. tiam præceps.* O crassam censoris & critici inscitiam, quæ reprehendit id, quod quo loco habeatur, nescit. Et quidem quid de eo Cæsaris seu Hirtii loco opinaremur, supra nostram sententiam expressimus, non tamen iis derogamus, qui *caron* ibi legendum arbitrantur, & pro herba illa nostris notissima, Italis non perinde cognita, vt apparet ex Vergilio Marcello quam *Carotam* vocamus accipiunt, radice tantum esui apta, & si semen eius ingrediatur tragemata illa, quæ *quatuor seminum* dicuntur, quod ipsum etiam Dioscoridis ætate videtur in vsu fuisse, qui radicis etiam mentionem facit, credo quod in communi promiscuoque vulgi vsu esset. verba Dioscoridis sunt: κάρος σπερμάτιόν ἐστι γνώριμον. οὐρητικόν, θερμαντικόν, εὐστόμαχον, εὔστομον. πεπτικόν. μιγνύμενον ἐν ταῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρησίμως ἀνάλογον, ὡς ἀνίσῳ. καὶ ἡ ῥίζα ἑφθὴ ἐσθίεται ὥσπερ σταφυλῖνος. Id est. *Caros exiguum semen est, & notum, vrinam ciens, calefaciens, stomacho orique accommodatum, concoctionem adiuuans, commistum antidotis oxyporis,* hoc est, *medicinis facilis velocisque transitus, aniso proportione respondens.* Asteriscis signata diligentius expendenda sunt. Neque enim *caros* cum nostra *carota* quicquam commune habet. *Radix elixa pastinacæ modo edenda est.* Quæ nostris *carotis* ad vnguem conuenire, nemo ibit inficias. Nec recens est in eo significato *carotarum* vox; cum ea sit vsus in rei culinariæ libris Apitius. Sic enim libro tertio, qui *Cepurus* inscribitur: *Carotæ seu pastinacæ fricto cum œnegaro inferuntur.* Ex quo loco videtur propemodum pro eadem radice *Pastinacam* & *Carotam* accipere, sed disiungit mox cum subiungit, aliam carotarum & pastinacarum præparationem, vt congeneres has duas fuisse radices existimes. manduntur autem, hoc modo hodieque assæ in cinere, oleo acetoque conditæ. Vnde & Paulus Ægineta, has tres tanquam congeneres herbas coniungit, *Caron, Pastinacam,* & *daucum* earumque radices, edules esse tradit, præ aliis, lotium cientes, minus nutrientes quam rapa; si nimis sumas, prauos succos generare, & concoctioni resistere, communi radicum natura. Consimilia habet Oribasius qui id insuper addit, *melioris succi esse carum quam pastinacam.* Quæ ex Galeni libri tertii de alimentorum facultatibus desumta sunt. Simeon Sethus hanc καρβασ...ην

nuncupat concoctionemque adiuuare & flatus dissicere; quod ipsum etiam vulgo creditur. *Caron* inquit Hermolaus Barbarus Athenæus *pastinacam maiorem esse putat, & multo præstantiorem sapore, quam pastinacam vulgarem.* Quem Athenæi locum dum apud auctorem ipsum curiose perscrutaremur, inuenimus ibi, non κάρον sed καρωτὸν scriptum, quam lectionem etsi noluimus defendere, suspicaremurque esse librarii vitium non ausi tamen id sumus eradere, verba Athenæi hoc loco ita se habent: τὸ δὲ καρωτὸν (ita enim ibi legitur) μέγα δ' ἐστὶ, καὶ εὐαξὴς σταφυλῖνος, εὐχυλώτερον ἐστὶ τοῦ σταφυλίνου καὶ μᾶλλον θερμαντικώτερον, οὐρητικόν τε καὶ εὐστόμαχον εὐδιοίκητον, ὡς ὁ Δίφιλος ἱστορεῖ. Id est. *Carton* (*Caron* legit Hermolaus) *magna decoraque pastinaca melioris succi est quam pastinaca, magisque calefaciens, & vrinam ciens stomacho preterea vtilis, & concocta optime digerens.* Sed quanquam hic Hermolaus ibi *Caron* legat non *carton*, haud tamen eausus est asserere *Caram* illam herbam Cæsarianam vnam eandemque esse, cum hoc *caro* (dicunt autem *caros* vt παθ⊙ genere neutro.) Sed rem in ambiguo relinquit. Vergilius quoque Marcellus de *caro* agens, eam vt herbam Italiæ ignotam commemorat, Græcos tantum voluisse indicare herbam illam haud dissimilem pastinacæ fuisse, aut congenerem; *Italiæ* inquit, *ignotam, forte apud alios copiosam & frequentem.* Quod autem non ausi sumus *carton* vt dictionem mendosam eradere, fecit quod paulo post idem Athenæus de *Cephalioto* herba ex præfato Diphilo (medico non poeta) agens, iterum hanc dictionem infulsit, *Cephaloton,* inquit, *Diphilus prasium vocatum fuisse,* καὶ εὐχυλότερον εἶναι τοῦ πράσου, adeo vt multa caligine obducta hæc res sit, hæreatque adhuc: nam *caros* siue *caro*, herba Græcis notior videtur fuisse quam Latinis, vt cuius Celsus, cum *dauci* & *Pastinacæ* mentionem facit, haud meminerit, vti nec sectator illius Iunius Columella, aut Plinius ille Valerianus qui de re medica conscripsit, cum tamen de *pastinaca* agat copiose, quam etiam Venerem excitare dicit & venenis resistere: cum tam Celsus quam Columella *Lapsanæ* meminerint. Vt dubium sit an Plinius cum de *careo* loquitur, idem arbitretur, cum eo quod Dioscoridi *caros* siue *caron* dicitur; ait enim herbam esse peregrinam, gentis suæ, hoc est *Cariæ* nomine appellatam. *Peregrinum* (inquit) *& careum, gentis suæ nomine appellatum, culinis principale, in quacumque terra seri vult, ratione eadem qua olusatrum, laudatissimum tamen in Caria proximum Phrygiæ.* Nam cum dicit *Peregrinum,* videtur vt de re parum cognita loqui; rursum cum in *culinis principale* dicit, videtur vt de re quæ sit in quotidiano vsu loqui; adeo vt hæc res multam ambiguitatem præ se ferat: Nos omnium opinionibus recensitis, interpositisque nostris, lectori, quod sibi vero magis consonum videbitur, sectandi ius relinquentes neminem interim præiudicando. Priusquam tamen ab hac velitatiuncula discedamus, illud postremo non omittendum, Apuleium medicum, qui

de re

de re herbaria librum reliquit, tradidisse agrestem pastinacam, quam *staphylinon agriam* appellat, etiam *ceras* dictam quasi dicas *cornu*, a cornu similitudine, non abludente multum & ea voce a Cæsariana seu Hirtiana *cara*, cuilibet tamen per me vt dixi liberum, sequatur quod volet. Postremo id admonendum, Serapioni Arabi, idem esse *carniam* seu *carni*, quod Dioscorid. *caros* est, quod ipsum quoque videntur alii Arabes Auerrois & Rhasis sequuti; etsi officinæ aliud pro eo semine accipiant.

CAPVT III.

Homerus & Euripides consentientes in caussa belli Troiani: *& Lucani locus expositus.*

HOmerus ille poetarum maximus, maximusque vates, vt inquit Manlius in exordio poematis sui, bellum Troianum non absque decreto Iouis & exsuscitatum, & perfectum fuisse docet hoc Hemistichio:

——διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Id est.

——*Iouis consilium hoc perfecit.*

Quem locum exponens innominatus interpres siue is Porphyrius, siue Didymus, seu alius quiuis recensitis multorum sententiis, tandē id quoq; subdit: *Sunt inquit, qui ex aliqua historia id volunt dixisse Homerum. Aiunt n. terram multitudine mortalium nimium onustam, pietate inter homines prorsus exstincta, supplicasse Ioui vti pondere leuaretur; Iouem annuisse illius votis, & primo Thebanū bellum excitasse, in quo multi mortales perierint. Post iterum Momo vsum consultore, quem Homerus hic* διὸς βυλὴν *appellat, cum einsmodi hominum status esset, præstaret ne fulmine, aut aquarum eluuione genus humanum perdere, dissuadente hoc Momo, aliasque illi duas subdente animi sui conceptiones: nimirum Thetidis mortale coniugium, & filiæ (Helenes nimirum) pulcherrimos natales: gratum id habuit Iuppiter, ex iisque duobus decretis, ortum est Græcis barbarisque bellum, vnde & tandem, multis leto occumbentibus, terra subleuata sit.* Quam historiam complexus est is, qui Cypria composuit, Stasimus Cyprius his versibus:

——ἦν ὅτε μυρία φῦλα
κατὰ χθόνα λαινήμενα πλαζόμενα βαθυστέρνου πλάτος αἴης
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων, παμβώτορα γαῖαν
ῥιπίσσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο.
ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος. οἱ δ' ἐν Τροίῃ
ἥρωες κτείνοντο. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Id est.

——*erant tum infinitæ nationes,*
Errantes supra planitiem lati pectoris terræ.
At Iuppiter hoc videns miseratus est & in prudentibus præcordiis

Constituit leuare hominibus, omnia pascentem terram.
Injiciens magnam belli Iliaci contentionem,
Vti morte pondus inaniretur, itaq; ad Troiam
Heroes occidebant: perfecit autem Iouis concilium.

Quin & Euripides in Oreste, sub persona vaticinantis Apollinis, referens cladem belli Troiani & a crimine absoluens Helenam, ad supradictam alludens historiam antedicta comprobando, sic de eadem loquitur.

ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι
ἕλληνας εἰς ἓν καὶ φρύγας συνήγαγον
θανάτους τ' ἔθηκαν ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος.
At postquam diui huius pulchritudine,
Graecos & Phrygas simul congregauerant.
Mortesq; decreuere, vt exhaurretur terra
Contumelia, mortalium inibi multitudine.

Quem locum scholia ab Arsenio collecta, sic explicant: ἱστορεῖται ὅτι ἡ γῆ βαρυνομένη τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ηὔξατο τὸν Δία ἐλαφρῦναι αὐτῆς τὸ βάρος. τὸν δὲ Δία εἰς χάριν αὐτῆς συγκροτῆσαι τόν τε Θηβαϊκὸν πόλεμον, καὶ τὸν Ἰλιακόν, ἵνα πολλῶν ἀναιρεθέντων κουφισμὸς γένηται. Id est. *Traditur quod terra grauata multitudine hominũ, precata sit Iouem, vti pondus ipsius leuius faceret. Iouem in eius gratiam excitasse Thebanum & Iliacum bellum, quo plurimis e viuis sublatis terra subleuatio fieret.* Ad quae etiam allusit Lucanus Pharsaliae lib. 7. his versib.

——*Ciuilia paucis*
Bella manus facient, pugnae pars magna leuabit
His orbem populis.

Respiciens nimirum ad praefatam historiam, quasi innuere vellet, vti ante Thebanum Troicumq. bellum accidit, terram flagitiosis hominib. pressam, subleuandam fuisse strage bellorum ciuilium, quod eius interpretes leui suspensaque manu praeteriisse videntur. Respexisse huc quoq; videtur Q. Septimus Tertullianus. in lib. de Anima dicens: *Reuera lues, & fames, & bella, & voragines ciuitatũ, pro remedio deputanda: tanquã tonsura insolescentis generis humani.*

Capvt IV.

Quod Valerius Flaccus dissentanea a Geographis scripserit de ore & exitu Phasidos fluminis in Euxinum Pontum.

Valerii Flacci carmina de exitu Phasidos fluminis in Euxinum Pontum sunt haec e libro eius Argonauticõr. 5.

Coeperat optatos iam lux ostendere Colchos,
Magnus vbi aduersum spumanti Phasin aequor
Ore ruit: cuncti pariter, loca debita poscunt,
Signaq; commemorant, emensasq; ordine gentes:
Dantq; ratem fluuio ——

Quis Geographorum lectionis expers, non arbitretur hæc multo cum decoro dici ab hoc poeta? Tantæ enim expeditioni non debebatur alius exitus nisi magni violentique fluminis, poetico canori congruus. Attamen videas Apollonium & alios, quos hic actor magna ex parte sequitur, eius huius fluminis non violenter neque cum sono, sed placido cursu aquam in mare profundere. Altissima enim & maxima quæq; flumina minimo sono labuntur, vt est apud T. Liuium. At Apollonius nihil de mugitu, & vocali in Euxinum casu violento scribens, contentus est illum εὐρυρέοντα appellasse; Hoc est, *Latifluum*; amplitudinem fluminis & profunditatem, leuemq; in mare decursum, contentus hoc notasse. Sed versus quoque illius poetæ adiiciamus:

Ἐννύχιοι δ' Ἄργοιο δαημοσύνῃσιν ἵκοντο
Φᾶσίν τ' εὐρυρέοντα, καὶ ἔσχατα πείρατα πόντου.

Id est:

De nocte experientia locorum Argi freti cum eo venerunt,
Ad Phasim latifluum, extremosq; Ponti fines.

Nec repugnat quod postea subdit:

——— ὦκα δ' ἐρετμοῖς
Εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον. ———

——— *mox remis*
Intrarunt fluminis magnum fluxum ———

Non enim intelligit impetuosum, sed latum & diffusum, alioqui si fuerit spumanti ore, quomodo celeriter vt notat hic Græcus poeta, aduerso flumine idque remis intrassent deposito velo. Qua ex re, liquet testimonium id verum esse quod Fabius Quintilianus de hoc poeta Flacco nobis reliquit: *In eo iuuene morte absumto nos multum amisisse: quæ enim nimis præcipitia, exsultantia, & redundantia iuuenili impetu & calore effuderat, fuisset haud dubie ad seueriorem limam reuocaturus*: quod si fecisset, summis haud dubie poetis adnumerari potuisset. Magna enim in eo poeticæ vis & dicendi facultas, ad hæc verborum electorum pulcerrimus fluxus, quæ omnia cohibitiora & castigatiora effecisset, ni Parcæ nimis præpropere immatureq; vitã illi abrupissent. Vt autem ad propositum reuertamur. Orpheus Crotoniates nobis optime, & ad verum viuumque expressisse videtur, fluminis illius in mare labentis faciem, idque in Argonauticis suis hoc carmine:

ἶξον δ' ὑπὸ πνοιῇς ἀνέμου πλωτῆρος ἀρωγᾷ,
ὄρθριοι ἐρχόμενοι τῆς ἐπ' ἀκτῆς ἀκρόσμοι.
ἕσπερ' ἐπ' ἀξείνου Φᾶσιν κατὰ κοιλιῤῥόον,
Ἀγκαῖος δ' ἀνόγε παραιφάμενος ἐπέεσσι,
λῖφια τε στεῖλαι καὶ ἐπ' ἴκρια δοῦναι δὴ χαλκοσαγ
ἐσσὶν ἀνακλίναντες ὑπ' εἰρεσίᾳ δ' ἐνίαξ
αὐτοὶ ἐπὶ ποταμοῖο διὰ στόμα τῆς ῥεῖοντος.
ἱκόμεθ' ——— Id est

Venerat sub spirationes venti propinqua Argo.
Crepusculum venientis auroræ super immensum mundum,
Vespere super Euxinum Phasida perpulchro fluenta habentem:
Ancæus vero iussit admonens verbis
Vela contrahere, & super antennas rursus laxare,
Malum reclinantes, remigationeq. iter facere,
Sed postquam fluuij per ostium tranquille fluentis
Venimus ——

Non potuit euidentius placidi fluminis lati & profundi ostium quis describere, quam hic poeta fecit. Huic enim succinunt Geographi & imprimis Arrhianus in Pontica Periplo, non auritus modo, quod aiunt, sed etiam oculatus testis, qui hisce verbis Phasidis in Euxinum labentis aquas pulcherrime copiosissimeque describit: ἐνενήκοντα στάδιοι μεταξὺ τοῦ Μόγρου εἰσὶ καὶ τοῦ Ἴσιος, καὶ οὗτος ναυσίπορος. ἐνθένδε εἰς τὸν Φᾶσιν εἰσεπλεύσαμεν ἐνενήκοντα τοῦ Μόγρου διέχοντα, ποταμῶν ὧν ἐγὼ ἔγνων κουφότατον ὕδωρ παρεχόμενον καὶ τὴν χροιὰν μάλιστα ἐξηλλαγμένον. τὴν μὲν γὰρ κουφότητα τῷ τε σταθμῷ τεκμαίροιτο ἄν τις, καὶ πρὸ τούτου, ὅτι ἐπιπλεῖ τῇ θαλάσσῃ, οὐχὶ δὲ συμμίγνυται. καθάπερ τῷ Πηνειῷ τὸν Τιταρήσιον λέγει ἐπιρρεῖν, Ὅμηρος καθ' ὕπερθεν ἠύτ' ἔλαιον. καὶ ἦν κατὰ μὲν τοῦ ἐπιρρέοντος βάψαντα, γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνιμήσασθαι, εἰ δὲ εἰς βάθος τις καθήκει τὴν κάλπιν ἁλμυρὸν. καί τοι ὁ πᾶς πόντος, πολύ τι γλυκύτερον, τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα. καὶ τούτου τὸ αἴτιον, οἱ ποταμοί εἰσιν, οὔτε πλῆθος οὔτε μέγεθος σταθμητοί ὄντες, τεκμήριον δὲ τῆς γλυκύτητος, εἰ τεκμηρίων δεῖ ἐπὶ τοῖς αἰσθήσει φαινομένοις ὅτι πάντα τὰ βοσκήματα οἱ προσοικοῦντες τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατάγουσιν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποτίζουσι. τὰ δὲ πίνοντά τε ἡδέως ὁρᾶται, καὶ λόγος κατέχει ὅτι καὶ ὠφελιμὸν αὐτοῖς τοῦτο τὸ ποτόν ἐστι τοῦ γλυκέως μᾶλλον. ἡ δὲ χρόα τοῦ Φάσιδος οἵα ἀπὸ μολύβδου ἢ κασσιτέρου βεβαμμένου τοῦ ὕδατος. καταστὰν δὲ καθαρώτατον γίγνεται, οὔκουν νόμιμον εἰσκομίζειν ὕδωρ εἰς τὸν Φᾶσιν τοὺς εἰσπλέοντας. ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς βαίνωσιν, ἤδη εἰς τὸν ῥοῦν. παραγγέλλεται πᾶν ἐκχέειν τὸ ἔνδον ὕδωρ ἐν ταῖς ναυσίν. εἰ δὲ μὴ λόγος κατέχει, ὅτι οἱ τοῦτο ἀμελήσαντες οὐκ εὐπλοοῦσιν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Φάσιδος οὐ σήπεται, ἀλλὰ μένει ἀκραιφνὲς καὶ ὑπὲρ δέκατον ἔτος. πλήν γε δὴ, ὅτι εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει. Hoc est. *Nonaginta stadia vsque ad Mogrum sunt & Isium. Et hic etiam est nauium capax, indeq. in Phasim nauigio delati sumus, distantem a Mogro nonaginta stadijs: Omnium autem fluminum quæ noui hic leuissimam aquam prabet, colore maxime peregrino seu ab alijs variante aqua. leuitatem autem eius velut libramento quis facile coniectauerit ex hoc, quod supernatet marinæ aquæ, neq. illi admisceatur. Quemadmodum Titaresium Homerus fluere in Peneum amnem desuper, quasi oleum, quod si quis intingat in superficie fluentem, dulcem aquam sursum trahet, si vero in profundum vrnam demiserit, salsam, & certe vniuersum ponticum dulcioris est aquæ, quam exterius est mare. Cuius quidem rei caussa est hæc, quod circa hoc mare tot flumina sunt*

in illud decurrentia, vt neq; multitudine neque magnitudine sint mensurabilia. Signum autem dulcedinis eius (si modo opus est signis aut coniecturis in rebus manifestis & quæ sensibus percipi possunt) Signum (inquam) *est quod eius maris accolæ pecora sua omnia ad id mare aquatum deducunt, quæ ex eo bibunt, videntur autem bibere ex eo suauiter, salubrioremq; amne ijs eum potum magisq; proficuum, quam si penitus dulci aqua vterentur. Color autem Phasidi est, tanquam, si stagno aut plumbo tincta esset eius aqua: si quando autem consistit purissima limpidissimaq; fit. statutum quoq; est, ne quis nauigantium, si quando Phasim intrant, aliam aquam inferre. Sed quando in eum intrant tum in fluentem iubentur eam quam habent in suis nauigijs effundere. Quod si hoc non obseruauerint & facere neglexerint, non feliciter nauigabunt.*] *Aqua autem Phasidos non putrescit, sed manet pura incorrupta & sincera vltra decẽ annos, immo potius in dulciorem saporem commutatur.* Hæc ille. Quæ vt puto vel moroso lectori satisfacere poterunt, ad demonstrandum, id quod ante diximus, Flaccum hic dissentire tum a reliquis poetis, cum & antea Phasin rapidum apud eum Phiueus appellarit:

Sic demum rapidi veniet ad Phasidis amnem.

Quod est velocis & impetuosi cursus siue defluxus, oritur Phasis ex Moschorum montibus, si Plinio & Solino credimus. Magnitudo eius ex Plinii verbis concipitur: *Nauigatur Phasis,* inquit, *quamlibet magnis nauigijs xxxviii. M. D. P. inde minoribus longo spatio, pontibus C. XX. peruius, oppida in ripis habuit complura, celeberrimum Tyritacem, Cygnum, & in faucibus Phasin, maxime autem inclaruit Æea, XV. M. D. a mare, vbi Hippius & Cyanos vasti amnes, e diuerso in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum, & ipsum ab amne insuete cognominatum, vsquequo maxime magnarum nauium esse capacem diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudine, numeroque mirabiles, inter quos Glaucum, in ora eius insulæ sine nomine. Abest Absaro LXXV. mil. P. Inde aliud flumen Charien.* Hactenus Plinius. *Phasidis oppidi* etiam meminit Ptolomæus. *Athenistagora Milesio deductum oppidum* (inquit Mela) lego & emendo, *a Themistogora Milesio*, vt valde admiror neque a Vadiano neque ab Oliuario viris alioqui doctissimis id animaduersum. Ceterum quod in Plinianis verbis, vbi fluminis Charientis fit mentio Hermolaus Barbarus videtur e Ptolemæo sentire legendum *Charustas*, retinendam putamus veterem lectionem; nam Arrianus in Pontica periplo χαρίεντος fluminis meminit, distantis tantum ab ostio Phasidis nonaginta stadiis, ideoque proximi. Strabo contra dicit, Phasim ortum ex Armenia ducere, qui per angustias Colchorum labens. C. ac xx. pontibus pertransitur; qui propter flexiones asper & violentus in Colchidem defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis: Is ex imminentibus montibus auctus, multis fontibus impletur, ac postquam in cam-

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber IV.

IACOBO NICOLAO LOENSI
Auctore.

CAPVT I.

De vitro flexili *ex Plinio allata auctoritas, inibiq; de eius inuentore variatum ab auctoribus, tum etiam de* obsidiano lapide, *&* vitro.

PLinius lib. 36. naturalis historiæ cap. XXVI. tradit *Tiberio Imperante excogitatum fuisse vitri temperamentum, vt flexibile esset, & totam officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri metallis, pretia detraherentur.* Hunc quidam sequuti, non solum officinam, sed auctorē quoque sublatum ferunt: inter quos est *Isidorus,* interdum non malus auctor, vbi ab antiquorum vestigiis non discedit, qui præterea hoc addit, lib. 16. cap. 15. *artificem ad Cæsarem admissum, porrexisse Phialam Cæsari, quam ille indignatus pauimento alliserit, artificem autem eum sustulisse de pauimento, quæ ictui cesserat instar vasis ænei aut plumbei, seque intus complicauerat, protulisse malleum, & Phialam correxisse. Interrogatum deinde artificem a Cæsare, num quis alius eam vitri temperaturam sciret: artifice id negante & præter se neminem esse affirmante: iussisse Cæsarem vti decollaretur: Ne si ea ars innotesceret, aurum & reliqua metalla viliora fierent.* Quod nequis ab Isidoro confictum putet, sciat Petronium Arbitrum ante eum hoc litteris mandatum reliquisse. Quod etsi in his fragmentis quæ hodie circumferuntur Petronii, non exstat: citante tamen Ioanne Salesberiensi (quem vulgo *Architrenium* vocant, in opere suo quod Polycraticum appellat, Petronius huiusmodi tradidit. Verba eius auctoris, etsi hominis doctioris magis quam diserti, non veritus sum apponere: *Apud Petronium Trimalchio refert, fabrum fuisse qui vitria vasa faceret, tenacitatis tantæ, vt non magis quam aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo Phialam huiusmodi de vitro purissimo, & solo, vt putabat dignam Cæsare, fabricasset: cum munere suo cæsarem adiens, admissus est: laudata est species muneris: commendata manus artificis: acceptata est deuotio donantis: Faber vero vt admirationem intuentium verteret in stuporem; & sibi plenius conciliaret gratiam Imperatoris, petitam de manibus Cæsaris Phialam recepit, eamq; vehementius proiecit in pauimentum, tanto impetu, vt nec solidissima*

solidissima & constantissima æris materia illæsa maneret. Cæsar autem ad hæc non magis stupuit, quam expauit. At ille de terra sustulit Phialam quæ quidem quidem non fracta erat: sed collisa, ac si æris substantia vitri speciē induisset. Deinde malleolum de sinu proferens, vitiū correxit aptissime & tanquam collisum vas æreum crebris ictib. reparauit. Quo facto, se cœlum Iouis tenere arbitratus est, eo quod familiaritatem Cæsaris, & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quæsiuit enim Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorū. Quod cum negaret, eum decollari præcepit Imperator, dicens: quia si hoc artificium innotesceret aurum & argentum vilesceret quasi lutū. Hactenus ille. Sed Dion Historicus, non ob artificium inuētum hunc auctorem Imperatori fuisse scribit: Sed Tiberium ingenio eius, æmulatione quadam & inuidia infensum, hominem primo Italia exegisse, cum porticum ruinam minitantem immotis fundamentis in locum suum restituisset. Et cum gratiam Imperatoris hoc inuento se conciliaturum putaret, mortem oblato huiusmodi vitreo vase inuenisse: quod cum in terram cadere permisisset, quasi casu id factum esset, & contusum mox vt integrum Imperatori obtulisset, ab eo interfectum, abolito quoq. auctoris nomine; nec permisso in comment. referri. Verba autem Dionis hæc sunt, e libro historiæ Romanæ 57. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ στοὰ μεγίστη ἐν τῇ ῥώμῃ, ἐπειδὴ ἐπὶ θάτερα κλινεὶς ἐγένετο, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον ὠρθώθη. ἀρχιτέκτων γάρ τις, οὗ τὸ ὄνομα οὐδεὶς οἶδε: τὴν γὰρ θαυματοποιΐαν αὐτοῦ φθονήσας ὁ τιβέριος, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτὸ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐς γραφῆναι. οὗτος οὖν ὅστις ποτὲ ὀνομάζεται, τούς τε θεμελίους αὐτῆς πέριξ κρατύνας μὴ συγκινηθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν πόκοις τε καὶ ἱματίοις παχέσι περιλαβὼν σχοινίοις τε πανταχόθεν αὐτὴν διέδησε, καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν ἕδραν ἀνθρώποις, τε πολλοῖς καὶ μηχανήμασιν ἀντερειδόμενος ἐπανήγαγε. τότε μὲν ὁ τιβέριος καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἐζηλοτύπησε, καὶ διὰ μὲν ἐκεῖνο χρήμασιν ἐτίμησε, διὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντος οἱ αὐτοῦ, καὶ ἱκετείαν ποιουμένου, καὶ τοῦ ποτήριον τι ὑαλοῦν καταβάλλοντος τι ἐξεπίτηδες καὶ θλασθέν πως, ἢ συντριβὲν ταῖς τε χερσὶ διατρίψαντος, καὶ ἄθραυστον παραχρῆμα ἀποφήναντος, ὡς καὶ συγγνώμης διὰ τοῦτο τευξομένου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Id est *Eodem tempore cum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinasset, mirum in modum erecta est, (Architectus quidam cuius ne nomen quidem notum est, quod inuidens mirifico artificio Tiberius, in commentarios id referri prohibuit) firmatis vndequaq. fundamentis eius ne moueri possent, reliqua omnia vecteribus & centonibus circumdedit, ac porticum laqueis ab omni parte allegatam, multorum hominum ac machinarum impulsu, in pristinum positū restituit. Hoc & miratus est Tiberius & inuidit, ideoq. pecunia hominē donatum vrbe eiecit. Atq. is rursus ad principem accedens, supplexq. factus, vitreum poculum consulto abiecit, fractumque & contusum, cum id manibus triuisset, refecit & integrum ostendit, sperans se eo*

veniam impetraturum, *verum necari ob id iussus est.* Quæ Ioannes Xiphilinus in suam Epitomen iisdem ac totidem verbis in Tiberii vita retulit. *Obsidianus* porro *lapis* ab *obsidiano vitro* differt, quod hic natiuus sit, & apud quemdam Arabiæ portum reperiatur, vt docet Arrianus in Periplo maris rubri, quem ὀψιανὸν vocat, quem Plinius quoque alibi reperiri docet. *Obsidianum* autem *vitrum* factitium erat, dictum, ab *Obsidio* inuentore, ad similitudinem eius lapidis factum.

CAPVT II.

De herba qua Iulij Cæsaris milites se aluerunt apud Dyrrachium, dissentientes sententiæ, Tum de Lapsana *& Pij Bononiensis error refutatus.*

TRaditum est a scriptoribus, dum Cæsar Pompeium apud Dyrachium obsidet; tanta frumenti inopia laborasse, vt panes sibi e radice quadam confecerint, quos etiam in Pompeianorum castra abiecerint: Pompeio iubente, ne cuiquam ostenderentur, ne pertinacia hostium animi suorum frangerentur. Eam radicem ipse Iulius Cæsar, in tertio commentariorum belli ciuilis *charam* appellat: *Est* inquit, *genus radicis inuentum ab ijs qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admistum lacte, multam inopiam leuat, id similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia, ex hac effectos panes, cum in colloquijs Pompeiani famem nostris obiectarent vulgo in eos iaciebant, vt spem eorum minuerent.* Plutarchus radicis nomine suppresso, rem non dissimili modo enarrat: ἀλλὰ (inquit) ῥίζαν τινὰ κόπτοντες οἱ στρατιῶται, καὶ γάλακτι φυρῶντες, προσεφέροντο καὶ ποτὲ καὶ πλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους, καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες, ἔβαλον εἴσω, καὶ διερρίπτουν ἐπιλέγοντες. ὡς ἄχρις ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρῃ ῥίζας, οὐ παύσονται πολιορκοῦντες Πομπήιον· ὁ μὲν οὖν Πομπήιος οὔτε τοὺς ἄρτους, οὔτε τοὺς λόγους εἴα τούτους ἐκφέρεσθαι πρὸς τὸ πλῆθος· ἠθύμουν γὰρ οἱ στρατιῶται τὴν ἀγριότητα καὶ τὴν ἀπάθειαν τῶν πολεμίων, ὥσπερ θηρίων ὀρρωδοῦντες. Id est. *Interea milites radicem quandam conscindebant: lacte admistam edebant, aut panes ex ea factibant, & in hostium stationes decurrentes eos inijciebant, adijciebantque, quoad terra huiusmodi radices produceret, sic in obsidione Pompeiani exercitus permansuros. Eos panes & sermones in vulgus proferri Pompeius vetuit: ne animi militum suorum frangerentur, & hostium feritatem & pertinacem tolerantiam sicuti ferarum exhorrescerent.* Quæ Plutarchi verba ad hunc fere modum a Suetonio Tranquillo in Cæsare Latine explicantur *Famem & ceteras necessitates non cum obsiderentur modo, sed etiam si ipsi alios obsiderent, tantopere tolerabant, vt Dyrrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba (quo sustinebantur) cum feris sibi rem esse dixerit, amouerique ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.* Quod autem hi duo auctores nullam eius herbæ seu radicis nomenclaturam ediderint

fieri potest, vt non conuenerint hac de re auctores. Nam ipse Cæsar seu Hirtius (illi enim quidam hunc librum vendicant) in re præsente, radicem fuisse dicit; quem & Plutarchus (non tamen expresso nomine radicis) sequitur, Suetonius herbam: at Appianus πόαν, quod generatim quamlibet *herbam* seu *herbaceum pabulum* denotat; Vt fieri potuerit, quod milites variis herbis & radicibus quas locus ille suggerebat, sese aluerint. Verba Appiani eandem hanc rem narrantis ex 2. ἐμφυλιῶν sunt hæc: *Καίσαρι, μὲν δὴ οὐδὲν ἦν ἐκ θαλάσσης διὰ Πομπήιον ναυκρατοῦντα· ἐλίμωττε δὲ ὁ στρατὸς αὐτῷ, καὶ τὴν πόαν ἠρτοποίουν. αὐτομόλων δέ τινων Πομπηίῳ τοιούσδε ἄρτους προσενεγκόντων, ὡς εὐφρανθεὶς ἰδόντι, ὁ δ' οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, οἵοις θηρίοις μαχόμεθα*: Id est: *Cæsari nihil commeatus ex mari erat, cum Pompeius classe id obtineret. quo circa eius exercitus fame premebatur, sic vt panes ex herbis sibi conficerent. Transfugis igitur huiusmodi panes ad Pompeium deferentibus, vt visu talium exhilararetur, nihil gauisus est, sed, se cum feris pugnare dixit.* Argumento eius rei quam diximus, est Plinius, qui libro decimonono ca. 8. non *caram* sed *Lapsanam* eam nominat, nec radicem esse dicit, sed herbam; *cimam* enim appellat, qua teneriora foliorum notantur, præcipue brassicæ; *Olus*, inquit, *syluestre est trium foliorum, Diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum, Alternis quippe versibus exprobrauere, lapsana se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum parsimoniam cauillantes*, per *cimam syluestrem*, folia hic brassicæ syluestris innuit. Quod ipsum plenius explicat lib. xx. cap. nono hic scribens: *Inter syluestres brassicas & Lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis folijs, napi simillimis, nisi candidior esset flore, coquitur in cibo, aluum leniter emollit.* Hæc ille. Quocirca Hermolaus Barbarus opinatus est non immerito, aliam herbam fuisse, qua cum lacte victitauit exercitus Cæsarianus, ab hac lapsana *cara* dictam: quia inquit radice eius vtebantur non folio. Cui diu assensum præbui, donec lecto Theophrasto in contrariam raperer sententiam. Hic enim libro nono de Arcadia loquens, ait eam producere multa herbarum medicamina, præcipue pastinacam specie lauri, colore croci, & eam quam illi brassicam siue raphanum syluestrem vocant, Medici ceram, verba Theophrasti sunt hæc: φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς Arcadibus scil. ὅτι ἐλλέβορος ἀμφότερος, καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας ἔτι δὲ δαῦκον δαφνοειδὲς κροκόεν, καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι, τῶν δ' ἰατρῶν τινὲς κέραν. Id est. *Nascitur apud eos, (Arcades scilicet) vterque elleborus, albus scilicet & niger, Item pastinaca specie tauri, colore croci, & ea quam illi brassicam syluestrem appellant, medici autem quidam ceram.* Audis *Brassicam syluestrem* a Plinio & Romanis *Lapsanam* a medicis *ceram* appellatam, & crassiore Epirotarum sono *caram*: vt vehemens suspicio me teneat vnam eandemque herbam fuisse, Cæsarianam siue Hirtianã illam *caram*, & Plinianam *Lapsanam*. Non absurdo transitu vi-

cinæ litteræ *e* vocalis, in vocalem *æ* iudicium tamen penes peritiores esto, quando hæc tam abstrusa eruere æque difficile, ac si e Cleanthis puteo haurienda sit veritas. Nicolaus Alexandrinus deceptus similitudine in lib. de compositione medicamentorum in Antidoto Aurelii, falso arbitratus est *Lapsanam* esse *rapam* agrestem, cum Plinius tantum dixerit, *Lapsanam folia habere, foliis napi simillima*. Sed deceperunt illum auctorem notha falsaque passim interserta in Dioscoridis libris, olim pro genuinis verisque habita, quæ omnium peritiorum iudicio, e Dioscoride tanquam purgamenta reiecta sunt, quæque in æditione Ioannes Ruellii relecta, & ad finem libri a Dionysio Corroneo homine docto posita. Ea enim eius auctoris non esse, tum phrasis ipsa, tum aliquot docti testantur, cum multa etiam admista. Quæ partim falsa, partim repugnantia, merito amputanda erant: quo circa & parentheseon notis in editione Soleri inclusa & in calcem Ruellianæ æditionis reiecta, nullum merito habebunt in hac re locum. Sic vt ridiculus appareat Pius Bononiensis qui obtrudere nobis nititur ex hoc Dioscordis loco, *milites Romanos apud Dyrrachium pastos Napio*, esseque *Lapsanam* Romanis *Napium*, parum memor *Lapsanam* esse dictionem latinam potius quam græcam, & eam Dioscoridem, Galenum & his posteriores Oribasium, Paulum *Ætium*, de Latinis mutuatos: Vt non debuerit idem tam ferociter insultare tot viris doctis qui *Lapsana* potius quam *Lampsana* more Dioscoridis & Galeni maluerunt scribere. Nec ideo errauerunt quod hæc dictio in Græcis auctoribus Galeno & Dioscoride ita scribatur, si Latinam scriptionem sequi maluerint quam Græcam, cum de Ortographia Latinæ dictionis, Latinis magis credendum sit quam Græcis, qui plerumque Latinas voces detorquent ad suam pronuntiationem, prout eis mollius sonant, inuertuntque, quod adeo frequens est, vt exempla referre sit operis superflui & infiniti. Ita vt hic castigator Pliniani Codicis cum sua castigatione sit explodendus, qui etiam sui parum memor, eam vocem in Suetonio haberi dicit, ideoque & ibi debere refingi, cum nuspiam ea vox in eo auctore reperiatur. Quid quod Latini nuspiam *Napium* dicunt, vt habeat suppositicia in Dioscoride sed aut *napum* aut *napus*, quod est frequentius. Sic Cornelius Celsus inter res mali succi *rapa* & *napos* commemorat. Sic & Martiali in Xeniis, lemma est *napi*, vtrumque extulit Columella qui & *Napus* & *Napum* dixit, quod Græcis vt somniat Pius non *lapsana* est, sed βοῦνος & βουνιάς; Duo enim illis sunt genera, vt notauit Plinius. At *Lapsana*, agrestis est brassica de qua Dioscorides: λαμψάνη λάχανον ἐστιν ἄγριον τροφιμώτερον καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου, οὗ τὰ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ ἐσθίονται ἑφθά. id est. *Lampsane olus est agreste nutribilius & stomacho aptius quam Lapathum, huius eduntur folia & caules.*

Ait

Ait Galenus libro simplicium septimo prauos illam succos generare, abstergendi tamen & digerendi vim habere, quem & Paulus Ægineta & Oribasius sequuntur. Hanc Columella circa apum aluearia serendam docet, quoniam apes ex ea copiosam colligant ceram: appellat autem eam vulgarem, quod vt opinor in communi vulgi cibo vsuque esset. Explodenda est incogitantia Pii Bononiensis, qui verba quæ supra attulimus ex Cæsare seu Hirtio, Plinio adsignat, qui pro *chara caron* scribendam dicit, *ne* inquit, *cum mendoso Secundi codice labaris in inscitiam praeceps.* O crassam censoris & critici inscitiam, quæ reprehendit id, quod quo loco habeatur, nescit. Et quidem quid de eo Cæsaris seu Hirtii loco opinaremur, supra nostram sententiam expressimus, non tamen iis derogamus, qui *caron* ibi legendum arbitrantur, & pro herba illa nostris notissima, Italis non perinde cognita, vt apparet ex Vergilio Marcello quam *Carotam* vocamus accipiunt, radice tantum esui apta, & si semen eius ingrediatur tragemata illa, quæ *quatuor seminum* dicuntur, quod ipsum tantum Dioscoridis ætate videtur in vsu fuisse, qui radicis etiam mentionem facit, credo quod in communi promiscuoque vulgi vsu esset. verba Dioscoridis sunt: *κάρος σπερμάτιόν ἐστι γνώριμον. οὐρητικὸν, θερμαντικὸν· εὐστόμαχον εὔστομον. πεπτικὸν μιγνύμενον τοῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρίσμασιν ἀναλογεῖ ἀνίσῳ. ἡ δὲ ῥίζα ἑφθὴ ἐσθιόμενος ὥσπερ σταφυλῖνος.* Id est. *Caros exiguum semen est, & notum, vrinam ciens, calefaciens, stomacho orique accommodatum, concoctionem adiuuans, commistum antidotis oxyporis,* hoc est, *medicinis facilis velocisque transitus, aniso proportione respondens.* Asteriscis signata diligentius expendenda sunt. Neque enim *caros* cum nostra *carota* quicquam commune habet. *Radix elixa pastinacæ modo edenda est.* Quæ nostris *carotis* ad vnguem conuenire, nemo ibit inficias. Nec recens est in eo significato *carotarum* vox; cum ea sit vsus in rei culinariæ libris Apitius. Sic enim libro tertio, qui *Cepurus* inscribitur: *Carota seu pastinaca frictæ cum œnegaro inferuntur.* Ex quo loco videtur propemodum pro eadem radice *Pastinacam* & *Carotam* accipere, sed disiungit mox cum subiungit, aliam carotarum & pastinacarum præparationem, vt congeneres has duas fuisse radices existimes. manduntur autem hoc modo hodieque assæ in cinere, oleo acetoque conditæ. Vnde & Paulus Ægineta, has tres tanquam congeneres herbas coniungit, *Caron, Pastinacam, & daucum* earumque radices, edules esse tradit, præ aliis, lotium cientes, minus nutrientes quam rapa; si nimis sumas, prauos succos generare, & concoctioni resistere, communi radicum natura. Consimilia habet Oribasius qui id insuper addit, *melioris succi esse carum quam pastinacam.* Quæ ex Galeni libri tertii de alimentorum facultatibus desumta sunt. Simeon Sethus hanc *καροτάβαδος*

nuncupat concoctionemque adiuuare & flatus discicere: quod ipsum etiam vulgo creditur. *Caron* inquit Hermolaus Barbarus Athenæus. *pastinacam maiorem esse putat, & multo præstantiorem sapore, quam pastinacam vulgarem.* Quem Athenæi locum dum apud auctorem ipsum curiose perscrutaremur, inuenimus ibi, non κάρον sed κάρωτον scriptum, quam lectionem etsi noluimus defendere, suspicaremurque esse librarii vitium non ausi tamen id fuimus eradere, verba Athenæi hoc loco ita se habent: τὸ δὲ κάρωτον (sic enim ibi legitur) μέγα δ' ἐστὶ, καὶ εὐαξὴς σταφυλῖνος, εὐχυλότερον ἐστὶ τοῦ σταφυλίνου καὶ μᾶλλον θερμαντικώτερον, οὐρητικώτερον εὐστόμαχον εὐδιοικητικώτερον, ὡς ὁ Δίφιλος ἱστορεῖ. Id est. *Carton* (*Caron* legit Hermolaus) *magna decoraque pastinaca melioris succi est quam pastinaca, magisque calfaciens, & vrinam ciens stomacho præterea vtilis, & concocta optime digerens.* Sed quamquam hic Hermolaus ibi *Caron* legat non *carton*, haud tamen est ausus est adserere *Caram* illam herbam Cæsarianam vnam eandemque esse, cum hoc *caro* (dicunt autem *caros* vt πάθος genere neutro.) Sed rem in ambiguo relinquit. Vergilius quoque Marcellus de *caro* agens, eam vt herbam Italiæ ignotam commemorat, Græcos tantum voluisse indicare herbam illam haud dissimilem pastinacæ fuisse, aut congenerem; *Italiæ* inquit, *ignotam, forte apud alios copiosam & frequentem.* Quod autem non ausi sumus *carton* vt dictionem mendosam eradere, fecit quod paulo post idem Athenæus de *Cephalioto* herba ex præfato Diphilo (medico non poeta) agens, iterum hanc dictionem infulsit, *Cephaloton,* inquit, *Diphilus prasium vocatum fuisse,* καὶ εὐχυλότερον εἶναι τοῦ κάρωτου, adeo vt multa caligine obducta hæc res sit, hæreatque adhuc: nam *caros* siue *caro*, herba Græcis notior videtur fuisse quam Latinis, vt cuius Celsus, cum *dauci* & *Pastinacæ* mentionem facit, haud meminerit, vti nec sectator illius Iunius Columella, aut Plinius ille Valerianus qui de re medica conscripsit, cum tamen de *pastinaca* agat copiose, quam etiam Venerem excitare dicit & venenis resistere: cum tam Celsus quam Columella *Lapsanæ* meminerint. Vt dubium sit an Plinius cum de *careo* loquitur, idem arbitretur, cum eo quod Dioscoridi *caros* siue *caron* dicitur; ait enim herbam esse peregrinam, gentis suæ, hoc est *Cariæ* nomine appellatam. *Peregrinum* (inquit) *& careum, gentis suæ nomine appellatum, culinis principale, in quacumque terra seri vult, ratione eadem qua olusatrum, laudatissimum tamen in Caria proximum Phrygiæ.* Nam cum dicit *Peregrinum*, videtur vt de re parum cognita loqui; rursum cum in *culinis principale* dicit, videtur vt de re quæ sit in quotidiano vsu loqui, adeo vt hæc res multam ambiguitatem præ se ferat: Nos omnium opinionibus recensitis, interpositisque nostris, lectori, quod sibi vero magis consonum videbitur, sectandi ius relinquentes nemini interim præiudicando. Priusquam tamen ab hac velitatiuncula discedamus, illud postremo non omittendum, Apuleium medicum, qui

de re

de re herbaria librum reliquit, tradidisse agrestem pastinacam, quam *staphylinon agriam* appellat, etiam *ceras* dictam quasi dicas *cornu*, a cornu similitudine, non abludente multum & ea voce a Cæsariana seu Hirtiana *cara*, cuilibet tamen per me vt dixi liberum, sequatur quod volet. Postremo id admonendum, Serapioni Arabi, idem esse *carniam* seu *caruia*, quod Dioscoridi *caros* est, quod ipsum quoque videntur alii Arabes Auerrois & Rhasis sequuti, etsi officinæ aliud pro eo semine accipiant.

CAPVT III.

Homerus & Euripides consentientes in caussa belli Troiani: *& Lucani locus expositus.*

HOmerus ille poetarum maximus, maximusque vates, vt inquit Manlius in exordio poematis sui, bellum Troianum non absque decreto Iouis & exsuscitatum, & perfectum fuisse docet, hoc Hemistichio:

——— διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Id est.

——— *Iouis consilium hoc perfecit.*

Quem locum exponens innominatus interpres siue is Porphyrius, siue Didymus, seu alius quiuis recensitis multorum sententiis, tandē id quoq; subdit: *Sunt* inquit, *qui ex aliqua historia id volunt dixisse Homerum. Aiunt n. terram multitudine mortalium nimium onustam, pietate inter homines prorsus exstincta, supplicasse Ioui vti pondere leuaretur; Iouem annuisse illius votis, & primo Thebanū bellum excitasse, in quo multi mortales perierint. Post iterum Momo vsum consultore, quem Homerus hic* διὸς βουλὴν *appellat, cum eiusmodi hominum status esset, præstaret ne fulmine, aut aquarum eluuione genus humanum perdere, dissuadente hoc Momo, aliasque illi duas subdente animi sui conceptiones: nimirum Thetidis mortale coniugium, & filiæ (Helenes nimirum) pulcherrimos natales: gratum id habuit Iuppiter, ex iisque duobus decretis, ortum est Græcis barbarisque bellum, vnde & tandem, multis leto occumbentibus, terra subleuata sit.* Quam historiam complexus est is, qui Cypria composuit, Stasimus Cyprius his versibus:

——— ἦν ὅτε μυρία φῦλα
κατὰ χθόνα λαιπλόμενα πλαζόμενα βαθυστέρνου πλάτος αἴης
ζώων ῥ' ἰδὼν ἐλέησε καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν
ῥιπίσσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο.
ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος. οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ
ἥρωες κτείνοντο. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Id est.

——— *erant tum infinitæ nationes.*
Errantes supra planitiem lati pectoris terræ.
At Iuppiter hoc videns miseratus est & in prudentibus præcordiis

Constituit leuare hominibus, omnia pascentem terram.
Iniiciens magnam belli Iliaci contentionem,
Vti morte pondus inaniretur, itaq; ad Troiam
Heroes occidebant: perfecit autem Iouis concilium.

Quin & Euripides in Oreste, sub persona vaticinantis Apollinis, referens cladem belli Troiani & a crimine absoluens Helenam, ad supradictam alludens historiam antedicta comprobando, sic de eadem loquitur.

ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι
Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας συνήγαγον,
θανάτους τ' ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος.
At postquam diui huius pulchritudine,
Graecos & Phrygas simul congregauerant,
Mortesq; decreuere, vt exhaurietur terra
Contumelia, mortalium inibi multitudine.

Quem locum scholia ab Arsenio collecta, sic explicant: ἱστορεῖται ὅτι ἡ γῆ βαρυνομένη τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾔτησε τὸν Δία ἐλαφρῆναι αὐτῆς τὸ βάρος. τὸν δὲ Δία εἰς χάριν αὐτῆς συγκροτῆσαι τόν τε Θηβαϊκὸν πόλεμον, καὶ τὸν Ἰλιακὸν, ἵνα πολλῶν ἀναιρεθέντων κουφισμὸς γένηται. Id est. *Traditur quod terra grauata multitudine hominũ, precata sit Iouem, vti pondus ipsius leuius faceret. Iouem in eius gratiam excitasse Thebanum & Iliacum bellum, quo plurimis e viuis sublatis terrae subleuatio fieret.* Ad quae etiam allusit Lucanus Pharsaliae lib. 7. his versib.

——— *Ciuilia paucas*
Bella manus facient, pugna pars magna leuabit
His orbem populis.

Respiciens nimirum ad praefatam historiam, quasi innuere vellet, vti ante Thebanum Troicumq. bellum accidit, terram flagitiosis hominib. pressam, subleuandam fuisse strage bellorum ciuilium, quod eius interpretes leui suspensaque manu praeteriisse videntur. Respexisse huc quoq; videtur Q. Septimus Tertullianus. in lib. de Anima dicens: *Reuera lues, & fames, & bella, & voragines ciuitatũ, pro remedio deputanda: tanquã tonsura insolescentis generis humani.*

CAPVT IV.

Quod Valerius Flaccus dissentanea a Geographis scripserit de ore & exitu Phasidos fluminis in Euxinum Pontum.

VAlerii Flacci carmina de exitu Phasidos fluminis in Euxinum Pontum sunt haec e libro eius Argonauticõr. 5.

Coeperat optatos iam lux ostendere Colchos,
Magnus vbi aduersum spumanti Phasin aequor
Ore ruit: cuncti pariter, loca debita poscunt,
Signaq; commemorant, emensasq; ordine gentes:
Dantq; ratem fluuio ———

Quis Geographorum lectionis expers, non arbitretur hæc multo cum decoro dici ab hoc poeta? Ianuæ enim expeditioni, non debebatur alius exitus nisi magni violentique fluminis, poetico canori congruus. Attamen videas Apollonium & alios, quos hic auctor magna ex parte sequitur, eius huius fluminis non violenter neque cum sono, sed placido cursu aquam in mare profundere. Altissima enim & maxima quæq; flumina minimo sono labuntur, vt est apud T. Liuium. At Apollonius nihil de mugitu, & vocali in Euxinum casu violento scribens, contentus est illum εὐρυρέοντα appellasse; Hoc est, *Latifluum*; amplitudinem fluminis & profunditatem, lenemq; in mare decursum, contentus hoc notasse. Sed versus quoque illius poetæ adiiciamus:

Ἐννύχιοι δ' Ἄργοιο δαημοσύνῃσιν ἵκοντο.
Φᾶσίν τ' εὐρυρέοντα καὶ ἔσχατα πείρατα πόντου.

Id est:

De nocte experientia locorum Argi freti cum eo venerunt,
Ad Phasim latifluum, extremosq; Ponti fines.

Nec repugnat quod postea subdit:

——— αἶψα δ' ἐρετμοῖς
Εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον. ———
——— *mox remis*
Intrarunt fluminis magnum fluxum ———

Non enim intelligit impetuosum, sed latum & diffusum, alioqui si rueret spumanti ore, quomodo celeriter vt notat hic Græcus poeta, aduerso flumine idque remis intrassent deposito velo. Quia ex re, liquet testimonium id verum esse quod Fabius Quintilianus de hoc poeta Flacco nobis reliquit: *In eo iuuene morte absumto nos multum amisisse: quæ enim nimis præcipitia, exsultantia, & redundantia iuuenili impetu & calore effuderat, fuisset haud dubie ad seueriorem limam reuocaturus:* quod si fecisset, summis haud dubie poetis adnumerari potuisset. Magna enim in eo poeticæ vis & dicendi facultas, ad hæc verborum electorum pulcerrimus fluxus, quæ omnia cohibitiora & castigatiora effecisset, ni Parcæ nimis præpropere immatureq; vitā illi abrupissent. Vt autem ad propositum reuertamur. Orpheus Crotoniates nobis optime, & ad verum viuumque expressisse videtur, fluminis illius in mare labentis faciem, idque in Argonauticis suis hoc carmine:

ἷκτο δ' ὑπὸ πνοιῇς ἀνέμων πλωτήριος Ἀργὼ,
ὄρθριον ἐρχομένης ἠοῦς ἐπ' ἀπείρονα κόσμον.
ἵκετ' ἐπ' ἀξείνου Φᾶσιν καὶ καλλιρέεθρον,
Ἀγκαῖος δ' ἀνόγε παραφάμενος ἐπίτασι,
λίφεά τε στελεῖν καὶ ἐπ' ἰκρίων δὴ χαλάσασθαι
ἱστὸν ἀνακλίνασθαι· ὑπ' εἰρεσίῃ δ' ἐλάσαι
αὐτοὺς ἐπὶ ποταμοῖο διὰ στόμα πρὸς ῥέοντος.
ἰσομένους ——— Id est.

Venerat sub spirationes venti propinqua Argo.
Crepusculum venientis auroræ super immensum mundum,
Vespere super Euxinum Phasida perpulchro fluenta habentem:
Ancæus vero iussit admonens verbis
Vela contrahere, & super antennas rursus laxare,
Malum reclinantes, remigationeq; iter facere,
Sed postquam fluuij per ostium tranquille fluentis
Venimus——

Non potuit euidentius placidi fluminis lati & profundi ostium quis describere, quam hic poeta fecit. Huic enim succinunt Geographi & inprimis Arrhianus in Pontica Periplo, non auritus modo, quod aiunt, sed etiam oculatus testis, qui hisce verbis Phasidis in Euxinum labentis aquas pulcherrime copiosissimeque describit: ἐνενήκοντα στάδιοι μεταξὺ τοῦ Μώγρου εἰσὶ καὶ τοῦ Ἴσιος, καὶ οὗτος ναυσίπορος. ἐνθένδε εἰς τὸν Φᾶσιν εἰσεπλεύσαμεν, ἐνενήκοντα τοῦ Μώγρου διέχοντα. ποταμῶν ὧν ἐγὼ ἔγνων κουφότατον ὕδωρ παρεχόμενον καὶ τὴν χροιὰν μάλιστα ἐξηλλαγμένον. τὴν μὲν γὰρ κουφότητα τῷ τε σταθμῷ τεκμαίροιτο ἄν τις, καὶ πρὸ τούτου, ὅτι ἐπιπλεῖ τῇ θαλάσσῃ, οὐχὶ δὲ συμμίγνυται. καθάπερ τῷ Πηνειῷ τὸν Τιταρήσιον λέγει ἐπιρρεῖν, Ὅμηρος καθύπερθεν ἠύτ' ἔλαιον. καὶ ἢν κατὰ μὲν τοῦ ἐπιρρέοντος βάψαντα, γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνιμήσασθαι, εἰ δὲ εἰς βάθος τις καθήκει τὴν κάλπην ἁλμυρόν. καὶ τοι ὁ πᾶς πόντος, πολύ τι γλυκύτερον, τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα· καὶ τούτου τὸ αἴτιον, οἱ ποταμοί εἰσιν, οὔτε πλῆθος οὔτε μέγεθος σταθμητοὶ ὄντες, τεκμήριον δὲ τῆς γλυκύτητος, εἰ τεκμηρίων δεῖ ἐπὶ τοῖς αἰσθήσει φαινομένοις ὅτι πάντα τὰ βοσκήματα οἱ προσοικοῦντες τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατάγουσιν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποτίζουσιν. τὰ δὲ πίνοντα τι ἡδέως ὁρᾶται, καὶ λόγος κατέχει ὅτι καὶ ὠφέλιμον αὐτοῖς τοῦτο τὸ ποτόν ἐστι τοῦ γλυκέως μᾶλλον. ἡ δὲ χρόα τοῦ Φάσιδος οἷα ἀπὸ μολύβδου ἢ καττιτέρου βεβαμμένου τοῦ ὕδατος, καταστὰν δὲ καθαρώτατον γίγνεται, οὔκουν νόμιμον εἰσκομίσαι ὕδωρ εἰς τὸν Φᾶσιν τοὺς εἰσπλέοντας. ἀλλ' ἐπειδὰν εἰσβαίνωσιν, ἤδη εἰς τὸν ῥοῦν. παραγγέλλεται πᾶν ἐκχέαι τὸ ἐνὸν ὕδωρ ἐν ταῖς ναῦσιν εἰ δὲ μή, λόγος κατέχει, ὅτι οἱ τούτου ἀμελήσαντες οὐκ εὐπλοοῦσιν, τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Φάσιδος οὐ σήπεται, ἀλλὰ μένει ἀκραιφνὲς καὶ ὑπὲρ δέκατον ἔτος. πλήν γε δή, ὅτι εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει. Hoc est. *Nonaginta stadia usque ad Mogrum sunt & Isium. Et hic etiam est nauium capax: indeq; in Phasim nauigio delati sumus, distantem a Mogro nonaginta stadijs: Omnium autem fluminum quæ noui hic leuissimam aquam præbet, colore maxime peregrino seu ab alijs variante aquis. lenitatem autem eius velut libramento quis facile coniectauerit ex hoc, quod supernatet marinæ aquæ, neq; illi admiscentur. Quemadmodum Titaresium Homerus fluere in Peneum amnem desuper, quasi oleum, quod si quis intingat in superficie fluentem, dulcem aquam sursum trahet, si vero in profundum urnam demiserit, salsam, & certe uniuersum ponticum dulcioris est aquæ, quam exterius est mare. Cuius quidem rei caussa est hæc, quod circa hoc mare tot flumina sunt*

in illud decurrentia, vt neq; multitudine neque magnitudine sint mensurabilia. Signum autem dulcedinis eius (si modo opus est signis aut coniecturis in rebus manifestis & quæ sensibus percipi possunt) Signum (inquam) *est quod eius maris accolæ pecora sua omnia ad id mare aquatum deducunt, quæ ex eo bibunt, videntur autem bibere ex eo suauiter, salubrioremq; amneis eum potum magisq; proficuum, quam si penitus dulci aqua vterentur. Color autem Phasi is est, tanquam, si stagno aut plumbo tincta esset eius aqua: si quando autem consistit purissima limpidissimaq; fit. statutum quoq; est, ne quis nauigantium, si quando Phasim intrant, aliam aquam inferre. Sed quando in eum intrant tum influentem iubentur eam quam habent in suis nauigijs effundere. Quod si hoc non obseruauerint & facere neglexerint, non feliciter nauigabunt. Aqua autem Phasidos non putrescit, sed manet pura incorrupta & sincera vltra decẽ annos, immo potius in dulciorem saporem commutatur.* Hæc ille. Quæ vt puto vel moroso lectori satisfacere poterunt, ad demonstrandum, id quod ante diximus, Flaccum hic dissentire tum a reliquis poetis, cum & antea Phasin rapidum apud eum Phineus appellarit:

Sic demum rapidi veniet ad Phasidis amnem.

Quod est velocis & impetuosi cursus siue defluxus, oritur Phasis ex Moschorum montibus, si Plinio & Solino credimus. Magnitudo eius ex Plinii verbis concipitur: *Nauigatur Phasis,* inquit, *quamlibet magnis nauigijs xxxviii. M. D. P, inde minoribus longo spatio, pontibus C. XX. peruius, oppida in ripis habuit complura, celeberrimum Tyritacem, Cygnum, & in faucibus Phasin, maxime autem inclaruit Æea, XV. M. D. a mare, vbi Hippius & Cyanos vasti amnes, e diuerso in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum, & ipsum ab amne influẽte cognominatum, vsquequo maxime magnarum nauium esse capacem diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum, in ora eius insula sine nomine. Abest Absaro LXXV. mil. P. Inde aliud flumen Charien.* Hactenus Plinius. *Phasidis oppidi* etiam meminit Ptolomæus. *Athenistagora Milesio deductum oppidum* (inquit Mela) lego & emendo, *a Themistogora Milesio,* vt valde admiret neque a Vadiano neque ab Oliuario viris alioqui doctissimis id animaduersum. Ceterum quod in Plinianis verbis, vbi fluminis Charientis fit mentio Hermolaus Barbarus videtur e Ptolemæo sentire legendum *Charius tas,* retinendam putamus veterem lectionem; nam Arrianus in Pontica periplo χαρίεντος fluminis meminit, distantis tantum ab ostio Phasidis nonaginta stadiis, ideoque proximi. Strabo contra dicit, Phasim ortum ex Armenia ducere, qui per angustias Colchorum labens. C. ac xx. pontibus pertransitur; qui propter flexiones asper & violentus in Colchidem defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis: Is ex imminentibus montibus auctus, multis fontibus impletur, ac postremum in cam-

pos venit, alia in se recipit flumina: e quibus est Glaucus & Hippus. Auctus vero ac nauigabilis factus, exit in Pontum. Secus eum vrbs iacet eiusdem nominis, & lacus non procul. Vrbs ipsa Colchorum emporium est, quod alia ex parte amni præcingitur, alia lacu, alia mari. Fuit autem Phasis Colchi, eius qui regioni nomen dedit, pater, vt ait Eustathius: regio autem locorum illi adiacentium vt Diodoro & aliis placet *Phasiane* vocatur, ab hac & Phasiani dicuntur aues; quoniam ea regio iis plurimum abundat. Eæ aues *Phasides* D. Hieronymo subinde appellantur: est & *Phasiane* Dea indigenis, de qua pluribus Arrhianus in Pontica periplo, alia si quis scire de his cupit, Geographos adeat, apud quos plura de his est legere, quæ nunc breuitatis caussa omittimus. Id tantum obiter notasse contenti in illo carmine apud Aristophanem in nebulis:

——— *εἰ δοίης γέ μοι*

τοὺς Φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας. Id est.

— *Etiamsi mihi des: Phasianos quos nutrit Leogoras.*

quosdam intellexisse equos qui characterem Phasiam in femore haberent: alii quod ea regio etiam præstantes equos generaret. Sed hæc hactenus.

CAPVT V.

Castigatus Varronis locus inibique quid caro strebula scudicæ sefuræ, & præfiscinæ.

M. Varro lib. 6. de lingua Latina *Cerastribula Opilius scribit, circum coxendices sunt, nobis id Græcum est ab huius loci versura.* Quem locũ mendosum esse procul dubio, qui rẽ considerabit, inueniet. Dictionem quippe *Cerastribula* inuersam esse & nihil significantem; quapropter duabus distinctis vocibus legendũ esse *Caro Strebula.* Quod Arnobii libri contra gentes septimi testimonio comprobatur: *non enim placet* inquit *carnem strebulam nominare, quæ tauris ex coxendicibus demitur.* Hinc Festus siue Paullus Festi epitomographus: *Strebula lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium sacrificatarum.* Quæ interpretatio imperfecta & conscissa est. Nam vt ex integri Festi fragmentis quæ Venetiæ dedere, liquet, longe plura habebantur. Adhuc autem supersunt hæc vnde Varro melius intelligi queat: *Strebula* (inquit) *Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum.* Videntur deinde citari Plautus in Friuolaria, & Opilius: Quod autem Festus *Vmbrico nomine* vult videri a Plauto dictum, id Varro Græcum videri vult. Nec id mirum: videtur enim eius etymologia ἀπὸ τοῦ στρεβλοῦν deduci, quod est, *incuruare* siue *inuertere.* Quod scilicet carnes circa coxendices de præfacili incuruentur & inuertantur, hinc στρέβλαι ναυπηγοί inquit Helych. ξύλα τῶν νεῶν ἐν οἷς διὰ σφηνῶν τοὺς γόμφους ἁρμόζει. Hoc est *Strebulæ nauticæ sunt ligna in naui quibus lignei claui fixi tanquam cuneis arctius constringuntur.* Attice autem ita

dicun-

dicuntur τὰ βασανιστήρια hoc est ea instrumenta quibus noxii in tormentis distorquentur; quod scil. membra inuertant & distorqueant. στρέβλον n. καμπύλον καὶ σκολιὸν significat. Hoc est, *incuruum & obliquum.* Plurimæ n. voces dapum, & partium victimarum in sacris, nomina habebant, quæ nunc ignorantur. Cuiusmodi sunt in eodem Arnobio, *Cubula & consplium*, quæ *liborum* significantias continebant. Et *Feudicas* (quod quid sit, plane ignoro) de quibus Idem: *Non similiter Feudicas, quæ & ipse sunt diuæ, quas plebis illa oratio cum eloquitur solet nuncupare.* Nescio an eæ sint, quas Festus *scsuras* appellat: res ad depellendum fascinum viriles: Sicut *præfiscini* & *præfiscine* Fla. Sosip. Charisius ex Iul. Romano modum quo fascinum arceret, aduerbialiter erstabit; Titinnius in Setina: *Paula mea amabo, pel tu ad laudem addito, præfiscini, ne puella fascinetur. Præfiscine. Afranius in consobrinis: Scis habitum ita vt nunc obtinet, præfiscine.* Sed in his obscuris commemorandis modum hactenus teneamus, ne fastidioso lectori illis inexplicabilibus tenebris nauseam moueamus.

CAPVT VI.

De metis muritiis expositus Apuleius

L. Apuleius Asini Aurei lib. 6. *Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conueniat retro metas muritias Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipsa Venere septem suauia sauia.* Hoc exponēs Apulei interpres Philippus Beroaldus, vir alioqui laudandus, plurima superuacanea inculcat de æde *Veneris Murtiæ* & *Murtia Dea* vt cuilibet in promtu est apud eum inuenire. At Codicum consensus non *Murceas* aut *Murcias*, sed *muritias* habet. Vt interim omittam, quam inepta sit illa interpretatio, quæ *metas muricias*, templum *Veneris Murtiæ*, interpretatur: at tu intellige per metas *muritias* siue *murtias*, metas circi; Eæ enim *murtiæ* seu *muritæ* dicebantur, auctore in libro de spectaculis Tertulliano, non quidem a *Murtia Venere*, sed a *Murtia* quam *marmoris Deam* opinata est vetustas. Tertulliani verba subiciam: *Ara Conso illi in circo adfossa est ad primas metas sub terra & post multa* (vt diximus) *apud metas sub terra delitescit murtias* (ita enim lego & distinguo) *& id quoq; idolum fecit. Murtiam enim Deam Marmoris volunt, cui in illa parte ædem vouere.* Hinc Mercurius se quærentibus præsto futurum dicit, in circo ad metas murtias, quod ibi esse soleat, omnis generis hominum, aliquo artificio quæstum venantium confluxus, vt & Iuuenalis innuit de *ariolis* & *vaticinatoribus* loquens cum inquit:

Consulit ante phalas Delphinorumq; columnas.

Nam & *Phalæ*, h. e. metarum (ni fallor) turriculæ quib. ouales formæ superponebantur, quas Dion τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα vocat, *ornamenta circi* erant quemadmodum & columnæ quib. Delphines imponebantur.

CAPVT VII.

Enarratus idem de equis Cappadocibus, *contra mentem interpretis.*

LOcus est in Apulei Asino lib. VIII. quo mercator Apuleiani Asini rogat præconem cuiatis esset; *at ille iocularitet infert Cappadocum esse & satis forticulum.* Quem locum exponens antedictus interpres, plurima de *Cappadocibus seruis* infert, quæ & si forte a sensu verborum Apulei non multum abhorreant; non tamen satis respondent concinnitati Apuleianæ festiuitatis, vtpote nimium dissita & remota metaphora. Aptius autē & nescio an ex auctoris mente, interpretaberis illud, si allusum dicas ad *Cappadocas equos*, propinquiore melioreque translatione. De quibus ab Oppiano (ex veteribus ni fallor scriptoribus Græcis) traditur, quod iuuenes corpore sint infirmo, contra fortiores & velociores quanto magis senescunt. Lepida erit igitur allusio si ita transferas, a senio virescentibus equis Cappadocum ad vetulum & tetricis vngulis cureque callosa asellum. Sed Oppiani versus e primo cynegeticon libro apponere hoc ipsum præclare explicantes:

Θαῦμα δ' ἐν Καππαδόκεσσι μέγ' ἔπρεπεν ὠκυπόδεσσιν
εἰσέτι μὲν νεογιλὸν ὑπὸ στομάτεσσιν ὀδόντα,
καὶ γλαγερὸν φορέουσι δέμας, πελέθουσ' ἀμενηνοί.
κραιπνότεροι δὲ πέλουσιν ὅσον μάλα γηράσκουσι
κείνους εἰς πόλεμον μέγαν ἠδὲ θωρήσσοιο.
αἰζηοὶ δ' ἐπὶ θῆρας ἐπεὶ μάλα θαρσήεντες.
ὅπλοις αἰζηῶν πυκινὴν ῥήξειέ τε φάλαγγα
θηρσί τ' ἐναντίοισιν ἐναντία δηρίσασθαι.

Quos vetius Ioannes Bodinus Gallus scitissime hunc in modum latinos fecit:

Cappadocum miranda mihi natura videtur.
Dum lactens teneroq; fouentur in ore molares,
Infirmum exiguo languescit robore corpus,
At virtus animusq; virens ætate senili,
Nec nisi decrepito senio vis illa fatiscit,
Hos in sanguinei fulgentia prælia Martis,
Intrepide armato, inq; ferocia bella ferarum.
Haud equidem senis terrentur ab hostibus vnquam,
Quin acies nitidas rumpant densasq; phalanges.
Immanesq; feras infracto pectore vincant.

Hos etiam veloces, & Circensibus certaminibus aptissimos credebant. Vnde & de illis ita Olympius Nemes. in cynegetico suo.

Cornipedes igitur lectos det Gracia nobis
Cappadocumq; notas referat generosa propago
Armata & palmas nuper grex omnis auorum.

Quorū postremus versiculus mendosus est laborans immedicabili

carci-

carcinomate, ni Æsculapius aliquis diuina medica manu vetere aliquo codice adiutus, illi suppetias ferat. Laudat eos etiam Vegetius in 4. veterinariæ rei libro: *Cappadocum generosa nobilitas, Hispanorum par vel proxima in circo creditur palma.* E quibus, ni fallor, sensus Apuleianus fit manifestior.

CAPVT VIII.

De loci, qui zeugma *appellatur, situ & nomine variatum inter auctores, & an Theodoretus lapsus sit in historia, tum S. Rufi locis castigatus.*

THeodoretus Cyri Episcopus in historia sacra, quæ θεοφιλὴς inscribitur, scriptum reliquit, in vita Publii cuiuidam, *Zeugma in Perside, locum ad Euphratem ita dictum, quod Xerxes* (vt ait ille) *cuius vbique tam fama celebris, in Græciam bellum gerens, & volens exercitu fluuium Euphratem transmittere, nauium congregata multitudine, iisdem inter se coniunctis, & hoc modo super fluuium ponte constructo, locum zeugma,* id est, *coniuncturam appellauit, & ciuitatem ex re denominauit.* At Dion Romanæ historiæ lib 40. tradit locum non a Xerxis, sed ab Alexandri Magni transitu ita denominatum asserit, cum de Crasso loquitur: τῷ δὲ δὴ Κράσσῳ τὸν εὐφράτην κατὰ τὸ ζεῦγμα (οὕτω γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατείας τὸ χωρίον ἐκεῖνο, ὅτι ταύτῃ ἐπεραιώθη, κέκληται) διαβαίνοντι. Quod iisdem ac pene totidem verbis, Xiphilinus refert. Cui adstipulatur & Stephanus, qui id Syriæ tribuit. aitque ibi, ἀλύσει hoc est, *cathenis* ζευγνῦσαι, Euphratem hoc est vtrasq; eius fluminis ripas iunxisse. ab hoc oppido Proteas Grammaticus, ζευγματίτης dictus est, vt idem ait. At diuersissima ab his tradit Pausanias in Phocicis: *Bacchus*, inquit, *primus exercitum contra Indos eduxit, primus Euphratem fluuium ponte iunxit. Zeugma oppidum est dictum, vbi ponte iunctus est Euphrates; Spectatur ibi etiam nostra ætate funis, quo iunxit fluuium colligatus vitium & hedera sarmētis.* Hæc ille. Quo circa fieri potuit, vt Bacchus hoc primus fecerit, quem deinde sequuti & Xerxes & Alexander gloriosi ostentatores imitati sint, & pro cuiusque arbitrio & varietate auctorum, modo huic, modo illi, id sit attributum. De hoc oppido amplius tradit Plinius, *quod fuerit satraparum regia, quo tributa conferebantur.* Ptolemæus lib. 3. Geographiæ, *Zeugma oppidū Daciæ esse scribit*, eo fortasse, quod ibi Ister, qui Daciam præterfluit, ponte iungeretur. In Plauti Pœnulo legitur: *Ego vsq; te replebo vnguentorum e zeugmatis.* Quod quidam ita interpretarunt, quasi diceret *exoticis*, e Persidis ciuitate Zeugmate allatis. Alii ibi legunt *vnguentis & geumatis*, adducentes pro teste Ephippum comicum, qui ab Vlpiano rhetore citatus ita loquitur; ἐν ὅσῳ τ' ἴπιατιον ἰσθή-σεις ἢ γεύματα οἴνου. *vti vnguenta ad odorem, geumata ad gustum referuntur*, quasi *degustamenta* dicas. At Ioachimus Camerarius fretus vetusti codicis fide, legit *vnguentorū* ἐκχύματα ... time meo

iudicio effunduntur enim, & sparguntur in corpus vnguenta. Sed hæc hactenus. *Zeugmatis* meminit & Strabo. Est & figura Grammaticis. *Zeugitæ* autem Plutarcho in Solone erant Athenis tertii census homines, qui trecentorum numerum censu explerent. Meminit non simul quoq; huius loci Antoninus Imperator in Itinerario suo, quod locat in medio fere Idessæ & Germaniciæ ciuitatum, etsi ibi corrupte *zeuma* pro *zeugma*, legatur? Qui error quoque Sexti Rufi breuiarium inuasit, vbi de Crasso loquitur: *Apud zeumam traiecit Euphratem.* vbi quidam codices adhuc ineméndatius *zeomatem* habent. Legēdum autem esse *zeugma* neutro genere nemo non videt.

Capvt IX.

In Macrobio error insignis & manifestus notatus, qui omnes codices hactenus obsedit, imbiq; super Pylade *&* Bathyllo, *histrionibus animaduersa complura.*

Locus est apud Macrobium libro Saturnalium secundo, vbi de Pylade loquitur; *Idem cum propter populi seditionem, pro contentione inter se Hylamq; habita, concitatam indignationem excepisse Augusti, respondit.* κὴ ἀχάρισθ εἶ βασιλεῦ ἐάσον αὐτοὺς περὶ ἡμᾶς ἀσχολεῖσθαι. quæ verba sensum haud satis idoneũ reddunt: leguntur autem commodiore in æditione quadã valde antiqua, annis ab hinc amplius sexaginta Venetiis excusa, ad hunc modum? ἐάσον αὐτοὺς περὶ ἡμᾶς ἀσχολεῖσθαι κὴ εὐχαρεῖς ἴση. Quibus Pylades Augustũ admonuit, vt sineret populum sua frui voluptate, quam ex eius saltationibus percipiebat, si illi vellet gratum facere, ab eoque amari; Ne dum contra contendit suo antagonistæ Bathyllo studendo, odiũ vulgi sibi lucrifaciat. Quod autem *Bathillum* ibi legendum arbitramur & non *Hylam*, facimus id ducti auctoritate Dionis & Corn. Taciti historicorum; Fuit quippe hic amasius Mæcenatis, Pyladis & discipulus & postea æmulus, a quo vinci dedignatus, dum contra factionibus contendit, seditione ob id populi mota, Italia exactus est. quem tamen *Augustus*, populo vt placeret, reduxit castigatum, qui se hoc responso purgauit. Sed præstat hoc totum propriis auctoris verbis referre, quæ & lucem non mediocrem Macrobio adferunt: κὴ διὰ ταῦτα τοῖς βουλομένοις τῶν στρατηγῶν τριπλάσιον τοῦ παρὰ τοῦ δημοσίου σφίσιν ἐς τὰς πανηγύρεις διδομένου ἀναλίσκειν ἐφῆκεν. ὥστε εἰ καὶ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἄλλων αὐτοῦ νομοθετημάτων ἤχθοντό τινες, ἀλλ' ὑπό γε τούτου. κὴ ὅτι Πυλάδην τινὰ ὀρχηστὴν διὰ στάσιν ἐξεληλαμένον κατήγαγεν. ἐπεὶ τ' ἐκεῖνον ἐπεμελήθη. ὅθεν δὴ πάνυ σοφῶς ὁ Πυλάδης ἐπιτιμώμενος ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ Βαθύλλῳ ὁμοτέχνῳ τε οἱ ὄντι, κὴ τῷ Μαικήνᾳ προσήκοντι διεστασίαζεν, εἰπεῖν λέγεται. ὅτι συμφέρει σοι, Καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δῆμον διατρίβεσθαι. Quod vltimum Guilelmus Xylander vertit; *expedit tibi Cæsar populum nobis tractantem tempus consumere.* Guilleimus Blancus Xiphilini interpres

pres hoc aliis iisque verbis retulit: *Florebant*, inquit, *per idem tempus, Pylades & Bathyllus saltatores, propter quos, cum sæpe fieret populi recitatio, Cæsar Pyladi iratus est. At ille dixisse fertur, id tibi quidem conducit Cæsar, populum propter nos, occupatum & distentum esse.* Quod autem *Bathyllum*, non *Hylam* in Macrobio legendum esse existimauerimus, fecit tum hic auctor, tum etiam Cornelius Tacitus historiæ Augustæ libro primo, loquens de ludicris histrionũ, *Indulserat ei ludicro Augustus, dum Mæcenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli*; nec refert quod Suetonius Tranquillus de eadẽ seditione loquens *Hylam* hunc pantomimum vocet, nam vtrobique locus corruptus est, & vnius codicis mendum in alterum irrepsit, Facili lapsu, omissione aliquot litterarum, ex *Bathyllo* in *Hylam*. Confirmat hæc omnia Seneca, in extremo septimo naturaliũ quæstionum. *Sextiorum*, inquit, *noua, & Romani nominis secta, inter initia sua cum magno impetu cœpisset, exstincta est. At quanta cura laboratur, ne cuiuslibet Pantomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis & Bathylli domus*, (ita enim ibi legendum) *harum artium multi discipuli sunt, multiq; Doctores; Priuatum vrbe tota sonat pulpitum; in hoc viri, in hoc fœminæ se exercent.* Hactenus ille. Idem libro tertio Declamationum; *Pylades in Comœdia, Bathyllus in Tragœdia, multum a se aberant.* Ex quibus Senecæ verbis, clarum est, ni fallor, quod diximus. Quin per successiones, multi ab his appellati sunt *Pyladæ* & *Bathylli* Nam & alterum *Pyladem*, Traiano in delitiis fuisse, & item alterum eo nomine saltatorem, siue ὀρχηστὴν, commemorat in Traiani & Iuliani Impp. vitis e Dione Xiphilinus. Quin & alterius Bathylli meminit Iuuenalis Satyra sexta hoc carmine:

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuscia Vesicæ non imperat Appula gannit.

Vbi *Leda* actionis Pantomimicæ cantionem seu drama significat. *Chironomon* autem non notat ibi particulare aliquot saltationis genus, sed in vniuersum omnem Pantomimicam gesticulationẽ. *Pantomimi*, quod saltando manibus omnes suas gesticulationes, peragerent, *Chirisophi* appellati sunt, teste Luciano & eorum gesticulationes *Chironomi*. Hinc & ars ipsa a Cassiodoro in epistolis, *Muta musica* est dicta. Sed hæc in libris nostris de *Scenicis Originibus*, latius commemorabuntur.

CAPVT X.

Prouerbialiter vsurpatam vocem Eiresione *Pap. Pij de* Iresione *festo scribentis, interpretationem ridiculam & absurdam esse, tum etiam castigatam. ibiq; Suidas excussus, & addita de* Iresione *quædam. Plutarchi quoq; interpretis error notatus.*

PArœmiodes accipi vocẽ *Eiresionẽ* a veterib. cõstat, vti a Timocle Comico apud Clemẽtẽ in 4. Strom. *Iã*, inq. *τρόφιμος nostra*.

vt inquit agricola Timoclis comici, ficus oleum, caricas, mel reddunt, tanquam ex agro feracissimo; propter quam feracitatem subiungit:

Eiresionem non agrum cultum refers.

Et rursum apud Strabonem Hipparchus, non omnia e Poetis petenda docens, dicit *amentes esse qui id facere nituntur, non secus quam qui apud Athenienses Eiresionem, hoc est ramalia Attica, quaquaversum pendentibus omnis generis pomis, obiurget, quod mala & pyra nequeant producere; & sic omne artificium Poeticum subvertat. Eiresionem* igitur videntur accepisse, tanquam si dicas *copiæ cornu,* aut *bonorum affluentiam.* Quo etiam sensu Phocylides, apud Stobæum cecinit:

χρηΐζων πλούτου μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ·
ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ἀμαλθαίης κέρας εἶναι.

id est,

Si opibus indigeas curam habeto pinguis agri,
Agrum enim ferunt copiæ cornu esse.

De his *ramalibus* paucula quædam Plutarchi verba hic aduocanda sunt, e Thesei vita, partim quo Suidæ & Commentariis in Aristophanem opem feramus, partim vt interpretis Latini errorem retegamus: τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι κλάδον ἐλαίας, ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, ὥσπερ ὅτε τὴν ἱκετηρίαν, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων, διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν ἐπᾴδοντες,

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους
καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι
καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃ.

Quæ interpres sic vertit: *Eresionam vero, id est, oleæ ramum, lana coronatum: εἶρον enim siue ἔριον lana est, vt tunc ad supplicationem efferunt, varijs autem peractis lustrationibus, ob sublatam agrorum infœcunditatem cantu prosequuntur; ficus & panes pingues, & in cadis mella portantes, olea perfricantur, ad hæc culigna vino mero coronata, veluti temulenta iacet.* Quæ quam sint absurda quam a mente auctoris aliena, nemo paulo doctior, & Græcis literis vel primoribus labris imbutus, non videt. Mens enim auctoris hæc est: Atheniensium pueros festo quodam die, quem ipsi *Pyanepsia* vocant Eiresionem ferre, hoc est ramum oliuæ lana coronatum, circumpendentibus vndiquaque omnis generis pomis & fructibus, tanquam primitiis, in signum supplicationis, quod *hiceteriam* vocant, quasi dicat, vt cum Ecclesiasticis loquar *propitiatorium numinis.* Id autem per vrbem, in signum depulsæ olim a se sterilitatis ferre, cum huiusmodi cantu, qualem continent tres versus, quos deinde subdit. quos pueri patrimi matrimiq; canebant, sed iam ex aduerso nostram versionem subdamus, vt liqueat quanto interuallo a sensu auctoris interpres hic recesserit: *Eiresionem efferunt, ramum oleæ lana coronatum, tanquam hiceteriam, hoc est supplicationis signum, & veluti deorum propitiamentum omnis generis primitiarum circum*

siream plenum, eo, quod ab ijs recesserit & eos liquerit sterilitas ita canentes:

Fert ficus & panes pingues eiresione,
Mella quoq; in cotyla & oleum quo te perfricare possis,
Et calicem vini boni meri, vti ebria dormiat.

Videtur autē interpres, loco καθαργμάτων legisse καθαρμάτων; quæ vt expiationes significat, καθαρσμα autem Plutarchus videtur accepisse pro voce ἀπάρχας, quod *primitias* sonat, ἀπὸ τοῦ καθάρξασθαι, quod proprie de primitiis sacrorum dicitur, sed neque auctores, neq; codices conueniunt in scriptura horum versuum. Plutarchus & Clemens in 4. Stromatωn ἀναψήσασθαι habēt. quod est *oleo perfricare* seu *inungere*. Suidæ codex qui eosdem versus adducit, ἀποψήσασθαι, quod est *detergere*, vocem nimirum contrariam, quod ego mendum esse suspicor, diuersum indicante auctoris sensu. Sed vitiosius Aristophanis interpres, qui ἀποψήσασθαι habet, quæ vox an vspiam apud bonos auctores habeatur dubitari potest. ἀναψήσασθαι itaque vtrobique tam apud Suidam, quam apud Aristophanis interpretem legendum contenderim. Iam & in primo versu apud Plutarchum φέρειν pro φέρει legitur: Sed ambigo an καθεύδη, vt habet Plutarchi codex, an καθεύδης, hoc est *dormias*, vt habent Suidas & dictus interpres scribi legiue debeat. quanquam inclinat animus, vt καθεύδης potius, quam in tertia persona καθεύδη sit legendum. Videntur enim pueruli cantantes per iocūm Atticis mulierculis obiicere, consuetudinem ebrietatis. Sed hoc leuiculū. Iam quod κοτύλην & κυλίκα vertit *cadum* & *culignam*, ferri non potest, *Cadus* enim & *culigna* ingentia erant vasa, instar doliorum, quæ vix commōde ferri, nedum ramo appendi poterant. Sed eo omisso, videamus nunc quam lepide ea Baptista Pius verterit, pluribus ante e Suida & Plutarcho, suo illo vertēdi Græca modo, hoc est inepte & incondite commemoratis, tandem subdit. *Ramum oleæ efferunt, nam illum vt in supplicationibus lana coronantes, varijs primitijs propter permutatam sterilitatem complent, cantantes: Optimos panes ac mel in poculo, oleum elixatum & calicem plenum, vt temulentus dormiat, illi conferre.* Quæ si quis cum Græcis conferat paulo doctior, fieri vix potest, vt risum contineat; adeo plena sunt absurditatis & ineptiarum, tum a mente auctoris, verbis, & sensibus ita abhorrentia, vt neq; cœlum quod aiunt, neque terram attingant. Et interim sunt, qui talibus oblectentur næniis. Neque hos tam crassos & ineptos errores attigissem, aut iis commemorandis tamdiu immoratus essem ni viderem adhuc esse quosdam, qui ob Græcarum litterarum imperitiam, huiusmodi mordicus pro synceris & germanis auctorum interpretationibus adhuc retineant, sic vt nihil post harum lectionem Græcis sibi opus esse arbitrentur. Qui sic decepti & in crassas ignorātiæ tenebras per hæc inducti & præcipitati, dum se doctos existimant, merito se omni-

bus deridendos propinât. Sed ad *Hiceteria* siue *hicteria* redeamus; quod nomen generalius est, quã vt ad solam *Eresionem* illam quotannis pompatice Athenis circumgestari solitam, referatur. Quicunq; enim supplices erant ramis oleæ maxime se velabant, coronabantq; & ipsis lana circumplicatis. vnde & apud Aristophanem in Pluto:

ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθιζόμενον
ἱκετηρίαν ἔχοντα μετὰ τῶν παιδίων,
καὶ τῆς γυναικός. κοὐ διοίσοντ' ἄντικρυς
τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου.

Id est,

Video quendam in subsellijs sedentem,
Supplicem oliuæ ramum habentem cum liberis
Et vxore, nihil differentem palam
Ab Heraclidis, nihil sane depictis a Pamphilo.

Id est, *Herculis filijs.*

In quem locum interpres: *ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ πεπλεγμένος, οἱ γὰρ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον. Hiceteria ramus est oliuæ lana implicatus; supplices enim oleæ ramo se velabant.* Subdit deinde *Pamphilum fuisse pictorem, qui Heraclides hoc est liberos Herculis pinxerit supplices Atheniensium populo, vt opem ipsis ferat aduersus Euristhea.* Sic & Euripides in supplicibus, de Argiuis opem petentibus ab Atheniensibus ad sepeliendos eos, qui ante Thebas occubuerant, cum prohiberet id Creon:

— αἱ λιποῦσαι δώματ' Ἀργείας χθονὸς
ἱκτῆρι θαλλῷ προσπίτνουσ' ἐμὸν γόνυ. Id est,
— *hæ linquentes domos Argiuæ terræ*
Supplice ramo accedentes ad mea genua.

Et rursum Sophocles in Oedipo Tyranno in fabulæ mox principio:

ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,
τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε,
ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι.

Id est,

O filij Cadmi veteris noua soboles,
Cuiusmodi sunt hæc sedilia quibus consideti is
Supplicibus ramis coronati?—

Quo loco interpres: ἐξεστεμμένοι· ἀντὶ τοῦ κεκοσμημένοι, id est, *exornati. Solebant enim*, inquit, *voce* στέφειν *ἀντὶ τοῦ* κοσμεῖν vti hoc est voce *coronare* pro *ornare*. Hinc apud Statium Papinium in 12. Thebaidos *oliua supplex* vocatur:

Mite nemus circa cultuq; insigne verendo,
Vittatæ Laurus & supplicis arbor oliuæ.

In quem locum Cælius Placidus interpres. *Supplex*, inquit. *quod supplices ea vtantur, hanc ab Atheniensibus Eresionem dici, a reliquis autem Græcis Hiceteriam.* Quem locu cum antea mendosus esset,

latis

satis docte restituit Cælius Rodiginus. Sed pace Cælii Placidi: Atheniensibus etiã vt ostendimus *hiceteria* & ἱκετήριος κλάδος dicta est oliua, nisi quis parũ Attice locutos putet, Aristophanem, Euripidem & Sophoclẽ: sola aũt ea Iresione, quæ in Pyanepsiis quotannis per vrbem eo modo, quo diximus, circumferebantur. Ad hunc supplicem ramum videtur etiã allusisse Plautus in Amphitruone cum dicit, *Principes viros Teleboum*, hoc est legatos, *supplices venisse velatis manibus*; nimirum ramo oliuæ obtectis, etsi alii aliter.

CAPVT XI.

Ouidium videri quodam modo sequutum Euripidem in descriptione fabulæ Phaetontis.

OVidii Nasonis ingenium celebrãt omnes, doctrinã & multifariam illius tum eruditionem tum reconditam multarũ rerum scientiam soli docti nouerunt & admirantur; præcipue eius operis, quod *transformationum* inscripsit, in quorũ secundo, fabula est elegantissime & summo ingenio adornata de Phaetonte, quã pluribus ille versibus affabre factis exsequitur, & inter cetera descriptionẽ habitaculi & currus & equorum solis, quam & Seneca maximopere admiratur, vt est reuera admiratione digna; Sed hãc magna sponsione contenderim, si ea eius Poetæ fabula exstaret, descriptã esse & mutuatam ab Euripide, qui & ipse Phaethontem Tragœdiam conscripserit, si non verbo, saltem re & sensibus de eo expressam. id quod obiter iamdudũ animaduertimus, dũ Dionysii Longini Rhetoris eloquentissimi librũ de sublimi dicendi genere perlegimus, in quo aliquot versus, etsi laceros & confusos ex hac fabula, quam etsi auctor nõ nominet, sensu id indicante reperimus. Cum enim Rhetor ille de virtute Phantasiæ Poeticæ plurima doceat, Euripidem maxime in ea excelluisse contendit, & amoris insaniæque affectus optime illum, maximeque tragice expressisse, tum in reliquis Phantasiis optimum sese præstitisse Poetam. Postremo ita subdens: τῷ δ' ἡλίου Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ ἥλιος, ἔλα δὲ μήτε λιβυκὸν αἰθέρ' εἰσβαλὼν, κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἁψῖδα σὴν κάτω διήσει. εἶθ' ἑξῆς. ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ πλειάδων. ἔχων δρόμον. τοσαῦτ' ἀκούσας παῖς ἔμαρψεν ἡνίας, κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων, μεθῆκεν. αἱ δ' ἔπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτύχας, πατὴρ δ' ὄπισθεν νῶτα σειρίου βεβὼς, ἵππευε παῖδα νουθετῶν ἔλα τῆδε, ἐκεῖσε στρέφ' ἅρμα τῇδε. ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος, καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται. οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, i. *Phaetonti habenas tradens sol, impelle, nõ in Libycũætherem incidens, non enim humidum temperamentũ habet, quod rota curuaturæ subtus transmittat, sed ito supra septem Pleiadas cursum tenens, huiusmodi audiens, sumsit habenas, percutiens latera volucrium equorum currum vehentium transgressus est. Hi vero volarunt super ætheris conuexitates; at pater post aures Syrii canis vadens equitauit, filium admonens curriis impulsorem,*

CAPVT XII.

De remulco *nonnulla discussa, & alijs ad naues pertinentibus.*

COncertatio longa extat inter duos doctos seculi nostri viros super hac voce *remulco*; & locutione, *Remulco trahi:* qui dum vtrinque contentionis funem trahunt, eo dirupto in tergū vterq; cadentes, scopum neutribi attigisse videntur. & de voce *remulco* contendentes, hic quidem vt nomen, ille vt aduerbium accipere videtur; quibus vt nostram quoq; coniecturā interponamus, subdemus quid de hac re nobis sit comperti. Primū nihil ambigimus *remulcum* esse nomen, freti vel hoc C. Valgii antiqui Poetæ & Vergilii coæui testimonio:

Hic mea me longo succedens prora remulco,
Lætantem gratis sistis in hospitijs.

Vbi certe nemo erit quin fateatur, ob adiectū epitethon *longo, remulco* esse nomen in dandi casu suo epitheto conglutinatū. Adstipulatur & Caius Iulius Roman⁹ in lib. de analogia, quē magna ex parte exscripsit, & in suos de re Grammatica libros transtulit Flauius Sosipater Carisius, qui cōtendens etiam *iteris* dici in genitiuo citat Iulium Higynium in Cinnæ propemticū ita ad verbum: *Ab Actio nauigantes stadia quadraginta, veniunt ad Isthmum Leucadiensium; ibi solent iteris minuendi caussa, remulco quem Græce πάκλωνα dicunt, nauem traducere.* Quid autem sit πάκλων, Strabo lib. vltimo explicat his verbis: διέβημθυ ἢ εἰς νῆσον ἐπεὶ πάκλωνος, ὁ ἢ πάκλων ἐξ ῥάβδων ... πηγμα ἐστι σκαφίον ὥστε ... εἶναι ... Hoc sic vertit interpres: *Traiecimus in insulam super pactone delati; pacton est schaphæ genus, ex virgis ita cōpositum, vt textile quiddā videatur.* hic igitur pro *scapha* siue *nauicula* tam apud Higynium quā apud Strabonem accipitur. At Isidorus Grammaticus *Remulcum* funem interpretatur, quo deligata nauis vice remi trahitur; adducens hoc, quod modo posuimus, C. Valgii carmen. Quod non tam absurdum est, quam multis fortasse videtur. Nam & Valgii carmen hoc indicare videtur:

Hic mea me longo succedens prora remulco,

hoc est, longo fune minori naui alligata & impulsu remorum attracta cui etiam adstipulari videtur T. Liuius lib. de bello Macedonico septimo: *contemplatus hostes Eudamus, claudas mutilatasq; naues, apertis nauibus remulco trahentes.* Ex quibus liquet nō naues ipsas, alias trahentes *remulcū* aut *remulca* dici, sed ipsum funē qui naues agitatione & impulsu remorum in anteriore naui agitatorum trahat, aut certe vtrumq; tam exercitationē hanc ipsam quā funem quo trahitur. Fiebat hoc interdum aut in vadosis locis, vbi magna nauigia per se non satis cōmode moueri poterant; aut vbi naues ipsæ, quæ trahebantur, aut mutilæ aut exarmatæ remigibus

& remis. dicebanturq; tunc *remulco trahi*. hoc est alterius nauis remigio, ad quam longo fune erant deligatæ, sic idem Liuius, tertiæ decadis lib. *Itaq; Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam iussit.* vbi *remulcum* intelligit agitationem illam remorum seu funem, qui agitatione remorum alterius nauis, onerariam inhabilem remigio trahebat. His adstipulatur & Aulus Hirtius, in libro de bello Alexandrino his verbis: *Naues onerarias Cæsar remulco victricibus suis Alexandriam deducit*; hoc est fune victricib. suis alligatas agitatione & impulsu remorum victricium suarum nauium secum perducit. Quod ipsum & Nonius Marcellus innuere videtur: *Remulcare*, inquit, *dictum est, quasi molli & leni tractu ad progressum mulcere. Sisenna historiarum lib. 1 Si qua celeriter solui poterat, in altum remulcare trahit:* vel vt Sipontinus legit; *Remulcando trahitur.* Qui aduerbialiter *remulco* accipiunt, Festi auctoritate nituntur, dicentis: *Remulco est, cum scaphæ remis, nauis magna trahitur.* Sed cum Festum habeamus detruncatum & mutilum, credibile est hic aliquid abesse, nimirum vox *trahi*, post *remulco & alligata fune* aut quid simile, post *nauis magna.* Alioquin qui fieri possit, vt nauis magna remis in scapha agitatis trahatur, nisi funis aut rudens intersit qui vtramq; & scapham & nauim magnam couertat. Iam quod Plautum Poetam in Bacchidibus hac voce vsum dicunt his verbis:

Vbi portu eximus, homines remulco sequi.

Camerarius vsus fidelissimo & antiquissimo codice *remigio* legit, quod non displicet, & habet idem Veneta quædam editio, etsi Saracenus interpres primus ibi *remulco* legerit. Cum igitur magna sit inter aliquot seculi nostri doctos viros de hac re lis & controuersia, resque admodum obscura, prolatis his, quæ habuimus, quod reliquum est, in medio opinantium arbitrio discutiendum relinquimus; litem hanc sub iudice pendere facile ferentes.

CAPVT XIII.

Quid sint in Plutarcho Caryatides saltantes.

PLutarchus in vita Artaxerxis de Clearcho & Tyssapherne loquens: ἐπεὶ δὲ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, Τισσαφέρνης ἐξαπατήσας καὶ παρορκήσας, καὶ συλλαβὼν ἀνέπεμψεν ἐν πέδαις δεδεμένους, δεηθῆναί φησιν αὐτοῦ τὸν Κλέαρχον ὁ Κτησίας, ὅπως κτενὸς εὐπορήσειε· τυχόντα δὲ καὶ τημελήσαντα τὴν κεφαλὴν ἡσθῆναί τε τῇ χρείᾳ καὶ τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγῖδι Καρυάτιδας ὀρχουμένας. id est, *Postea vero quam Clearchum & alios duces Tissaphernes per fidem & iusiurandum deceperat, comprehensos & compedibus vinctos misit ad regem. Tradit Ctesias Clearchum a se petiisse, ne pateretur eum fame necari. Sed vt cum regis ministro necessaria sibi ad victum mitten-*

mittenda curaret. Quo impetrato lætatum officio esse, annulumque sibi amicitiæ signum dedisse ad suos propinquos necessarioſque futurum: fuisse autem incisas in annulo Caryatides saltantes. Quæ enucleatius Pius Bononiensis, alieno multu tradidit a mente Plutarchi. Commemorat enim ea, quæ Vitruuius adfert de ignominia Caryatidū a Lacedæmoniis inflicta. Si quis plenius inquit, scire desiderat, quænam sint illæ *Caryatides*, quæ insculptæ essent annulo; Vitruuium audiat, libro Architectonicæ primo ita loquentem: *Carya ciuitas Peloponesi, cum Persis hostibus contra Græciam consensit. Postea Græci per victoriam gloriose bello liberati, communi consilio Caryatibus bellum indixerunt: itaque oppido capto, viris interfectis ciuitate deleta, matronas earum in seruitutem abduxerunt: nec sunt passi stolas, neque ornatus matronales deponere, vt non vno in triumpho ducerentur, sed æterno seruitutis exemplo, graui contumelia pressæ, pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc Architecti fuerunt, ædificiis publicis designauerunt earum imagines oneri ferendo collocatas; vt etiam posteris nota pœna peccati Caryatium, memoriæ traderetur.* Ad quæ si vnquam respexit Plutarchus, aut si tales formas figurasq; Caryatidum insculptas annulo Clearchi fuisse opinatus sit: volo me pro insano & delyro haberi. Quid enim stolatarum matronarum imaginibus ædificia ignominiose sustinentibus, cum Caryatidibus saltantibus? Quocirca vt cuncti sciant, quid sint illæ *Caryatides saltantes*, adeundus est Pausanias, qui in Laconicis sic scribit: τρίτη δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐκβολὴ κατὰ τὰ δεξιὰ ἐς Καρύας ἄγει, καὶ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος. τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ νυμφῶν ἐστιν αἱ Καρύαι, καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος· χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις: *Tertius autem ex recta via ingressus, qui ad dextram est, ad Caryas ducit, & Dianæ templum, regiuncula quippe Caria in tutela Dianæ est & Nympharum. Simulacrum enim sub diuo positum est Dianæ Caryatidos. Choros autem Lacedæmoniorum virgines annuos ibi statuunt; constituiturque illis eo loci indigena, ceu patria saltatio.* Ex quo Pausaniæ loco facile intelligitur, quid sint apud Plutarchum *Caryatides saltantes*. Nimirum simulacrum eius choreæ quotannis a Lacænis virginibus in honorem & cultum Dianæ Caryatidos celebrare solitæ. Huius saltationis præter ceteros diserte admodum meminit Lucianus in Dialogo περὶ ὀρχήσεως, ad hunc modum: Λακεδαιμόνιοι μὲν ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες. ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦντες id est: *Lacedæmonij quidem Græcorum existimati, a Polluce & Castore Caryatisare didicerunt. Saltationis ea species est, quæ in Caryis Laconicæ loco discebatur; omnia carminibus facientes, &c.* Allusit ad huiusmodi Caryatidum saltationem Statius Papinius in 4. Thebaidos hoc versu:

Plaudentiq; habiles Caryæ resonare Dianæ.

In quem locum scribens Cælius Placidus: *Caryæ*, inquit, *templum in Laconica Dianæ sacrum; Quod* inquit *etiam tractum est ex hac caussa; cum luderent virgines, metuentes ruinã, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo eius pependit, quam nucem Græci caryan vocant, ergo de arbore, & templo, & de dea nomen accepit.* Quæ suo more intorquens Pius: *Lactantius*, inquit, *interpres Statij non ab oppido Caryestiaas appellatas inquit, sed a nuce, quod ibi &c.* quæ ex eodem rettulimus. Sed obsecro, est ne quis, qui hunc auctorem sobrium & sanæ mentis fuisse arbitretur cum hæc scriberet? atqui Statius hic de loco ipso agit, quẽ μετωνυμικῶς hic accepit pro ipsis virginibus in ea saltantibus, quod & Placidus in præcedentibus verbis innuit cum dicit, locum ipsum habere nomen, aut a nuce arbore ob præfatam historiã, aut a templo, aut ab ipsa dea sic cognominata. Quin Stephanus loci in terra Laconica id esse nomẽ contendit: saltationis autẽ obiter meminit Pollux; & caryatidum lib 37. Plinius. Saltandi autem modum apparet huiusmodi fuisse, vt suffulto sinistra manu corpore ceu latere saltarent, velut ii faciunt, qui onus aliquod humero sustinere parant. Vnde lepidus ille iocus apud Athenæum Eucratis κορύδου cognomento: potantis apud quendam in putrida domo, *ἐνταῦθα* inquit, δεῖ δειπνεῖν. ὑποστήσαντα τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ὥσπερ αἱ καρυάτιδες; *in hac*, inquit, *cœnare oportet suffulcientem se sinistra manu, instar* caryatidum. Sed ad alia transeamus.

CAPVT XIV.

Ouidij versus expositus & castigatus lib Metamorphoseos sexto, super Theophane: *inibiq; Germanici Cæsaris enarrator emaculatus.*

OVidius lib. Metamorphoseωn sexto;

Te quoq; mutatum toruo Neptune, iuuenco,
Virgine in Æglia posuit. tu visus Enipeus,
Gignis Aloidas. aries Bisalpida fallis.

Quam vocem *Bisalpida* mutandam & legendum *Bisaltida* optimo iure contendimus, etsi Aldinus codex, aliiq; quotquot adhuc vidi *bisalpida* habeant Restitutionis eius primã mihi ansam dedit Germanici Cæsaris enarrator, qui in Phœnomenis signi Arietis ita scribit: *Genitum aũt hunc Arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis filia: quam cum adamasset, in insulam Crinnissam traduxit, inq; Iouem conuertit, cum qua in arietem mutatus, concubuit, ex qua aries Chrysouellus natus.* Quæ verba multiplices mendas habẽt pro *Altidis* enim substituendum est *Bisaltis* ceu *Bisaltæ filia.* Fuit enim *Bisaltes*, auctore Stephano, solis filius, qui regioni bisaltiæ nomen dedit. Ceterũ quo loco *Iouem* in vulgatis legitur, tu repone *ouem*: tum in dictione *Crinnissam* vnum *n* expũge & *Crinissam* lege, hoc est *arietis insulam*: & pro *Chrysouellus Chrysomallus*, hoc est *aurati velleris* reponendum. inepta enim est compositio Græcæ Latinæq; dictio-

dictionis. Huius in Ouidio restitutæ lectionis me auctorem fuisse ante annos quinque amplius & viginti, norunt & conscii mecum sunt aliquot superstites amici. & me in celebri quadam publicæ lætitiæ pompa, dum certatim argumentum Argonauticorum & aurei velleris repræsentaretur, ita Ouidianum versiculum hunc publice inuulgasse norunt, in quorum ciuitate res gesta est, Furnenses. Quod si Archetypon adhuc superest editionis meæ, reperire facile poterunt. Quod autem *Theophanem* vocauerimus *Bisaltida*; etsi tum coniectura ducti simus; Certũ fecit post aliquot deinceps annos editus Higyni fabularum liber; in quo ita scriptum est; *Theophane Bisaltidis filia, formosissima virgo. hanc cum plures proci peterent a patre, Neptunus sublatam transtulit in insulam Crinissam* (vel vt alii legunt *Crinnissam* seu *Crominsum*) *quod cum proci eam scissent ibi morari, naue comparata Crumissam contendere cœperunt. Neptunus, vt eos deciperet, Theophanem in ouem commutauit formosissimam; ipse autem in Arietem, ciues aut Crumissenses in pecora. quo cum proci venissent, neq; vllum hominem inuenirent, pecora mactare cœperunt, atq; ea victu consumere. Hos Neptunus, vt vidit, in pecora commutatos consumi, procos in lupos conuertit: ipse autem vt erat Aries cum Theophane concubuit: ex quo natus est Aries Chrysomallus, qui Colchos Phoyxum vexit. Cuius pellem Areta in luco Martis habuit positam, quam Iason sustulit.* Hæc ille.

CAPVT XV.

Quid sint Dij Nouensiles, siue nouensides.

Diu multos torsit, quinam forent illi *dij* quos Varro *nouensides* alii *nouensiles* appellat. quando tam rara de iis apud auctores mentio est; vt superioribus seculis, quotquot de ea re interrogati sunt docti, plane obmutescerent. Nos quod super ea re comperti habuimus, hic omittere noluimus. Varronis itaque verba ita se habent, in quarto seu quinto, vt alii eos libros numerant de lingua *Latina*: *Concordia a corde congruente, Feronia, Minerua, Nouensides.* Quo in loco Varro, nisi fallor etymologias rationesque nominum Deorum Latinorum Platonis imitatione rimatur, adserens ea redolere originem Sabinorum, eorum præcipue, quos T. Tatius dedicauit Meminit horum & Martianus Capella libro primo de Philologiæ & Mercurii nuptiis, tum cœlum omne more Hethruscorum in sexdecim regiones partitur Deosque regionatim distribuit: *In secunda itidem* inquit (cœli regione scilicet) *mansitabant, præter domum Iouis, quæ ibi quoq; sublimis est, vt est in omnibus prædiatus, Quirinus Mars, lares militareis, Iuno ibi quoque domicilium possidebat. Fons etiam, Lymphæ, diuq; Nouensiles.* Ita enim etiam dicuntur affinitate & facta imitatione literæ *d* in *l*; vt in *lachryma* & *dachryma*, *dingua* & *lingua*, adnotantibus id Grammaticis. Quod ipsum confirmat quoque acutissi-

mus Grammaticus Marius Victorinus Afer; qui in libro de Orthographia sic scribit: *Nouensiles siue per l siue per d scribendum: communionem enim habuerunt literæ hæ apud antiquos, vt dinguam & linguam, & dacrymis & lacrymis, & Capitodium & Capitolium.* Et paulo post: *Nouensiles autem, quos Græci συννάους, post Nouendij a cōsidendo, id est eadem sede præditi.* quid si legas: *Nouensides. συνναίω enim simul nouem* significat. Habes quidem vnde dicantur *Nouensiles siue Nouensides aut Nouendij.* quod scilicet sint *simul nouem* eadem præditi potestate. Sed qui sint, haud facile reperias. Et fuit aliquando tempus, cum opinarer eos innui, quos Theseus stabilita Atheniensium ciuitate, decreto suo pro primatibus diis præcipuisq; numinibus colendos habendosque statuit, ne & vacillaret religio, & falsa passim numina pro veris irreperent. Quos & Romulus pariter inter certos selectosque diuos habendos decreuit, qui secundum D. Athanasium in lib. contra gentiles hi fuere *Iuppiter, Neptunus, Apollo, Vulcanus* atque *Mercurius.* & ex sexu fœminneo, *Iuno, Mineruа, Ceres, Diana.* Sed editis Arnobii in publicum, septem contra gentes voluminibus. inueni ibi alienissima ab iis, quæ prius mente animoque conceperam: magnamque veterum super iis numinibus concertationem, sic enim ille libro aduersus genteis tertio: *Nouensiles Piso deos esse credit nouem in Sabinis apud Trebiam constitutos: Hos Granius Musas putat, consensum accommodans Ælio: Nouenarum numerum tradit Varro, quod in mouendis rebus potentissimus semper habeatur & maximus: nouitatum Cornificius præsides, quod curantibus his omnia nouitate integrentur & constent: Deos nouem Manilius, quibus solis Iuppiter potestatem iaciendi sui permiserit fulminis. Cincius numina peregrina nouitate ex ipsa appellata pronuntiat: nam solere Romanos Deos omnes vrbium superatarum partim priuatim per familias spargere, partim publice consecrare: ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, breuitatis & compendij caussa vno pariter nomine cunctos Nouensiles inuocari. Sunt præterea nonnulli qui ex hominibus diuos factos, hac prædicant appellatione signari, vt est Hercules, Romulus, Æsculapius, Liber, Æneas. Sententiæ, vt apparet, diuersæ sunt hæ omnes: neq; fieri per rerum naturam potest, vt qui opinionibus differunt, veritatis vnius habeantur auctores* hæc ille. Ex quibus ni fallor, manifestum est, quid veteres, etsi variantibus sententiis de *Nouensilibus* sentiere. Horum autem meminit & T. Liuius lib. 8. ab vrbe condita in deuotione Decii: *Mars pater, Quirine, Bellona, lares, Diui Nouensiles dij indigetes, diui &c.*

CAPVT XVI.

Collatio aliquot epigrammatum super Medeæ filios suos iamiam interfectura effigie, imbiq; ex Callistrati Rhetoris elegantissima ecphrasi allusiuncula.

Refert

REfert Seneca clarorũ sui seculi virorũ in arte dicendi controuersias, & declamatorias theses, confectaq; alterius ad alterũ præstãtiam, cum etiam schematum varietatem, argumentorumq; delectum, quasi supellectilem qua quiq; vsi in adstruendo exornandoq; suo themate. Cur nõ & nos simile quid audeamus in cõferendis examinandisq; veterum aliquot scriptis, non quidẽ in declamatorio genere, sed in cõtentione eiusdem ecphraseos imaginis cuiusdam exprimendæ, in qua certatim contenderunt aliquot celebres Poetæ ea nimirum, cuius Plinius lib. 35 c. 11 meminit: *Timomachus Bizantinus, Cæsaris dictatoris ætate Aiacem et pinxit & Medeam, ab eo in Veneris genetricis æde positas, octoginta talentis venumdatas.* Hãc Medeã idem auctor imperfectam reliquit, ob idq; habita est in maiori admiratione & pretio. Erat autẽ huiusmodi, vt gladium tenens & liberos suos iam iam interfectura; in qua relucebãt duo cõtrarii affectus ira & misericordia, qui ita a pictore mistim in vna effigie expressi erant, vt omnibus videntibus admirationem & stuporem ea res incuteret. In hanc igitur variis Epigrammatibus lusitarunt eiusdem temporis aliquot Poetæ, quorũ Epigrammata hodieq; habentur libro Antholog. 4. qui tamen omnes ad exemplum eius, quod primo loco incerto auctore positum est, contendisse videntur, quod est tale:

τέχνη Τιμομάχου στοργὴν, καὶ ζῆλον ἔδειξε
μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων.
τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος. ἣ δ' ἀνανεύει,
σώζειν καὶ κτείνειν βουλομένη τέκεα.

Ars Timomachi dilectionem & odium ostendit
Medeæ, dum rapit liberos ad necem,
Hoc enim impulsa & vertitur ad gladium, illa mota abnuit,
Seruare & interficere volens natos.

Quod ipsum & Antiphilus Byzantius compluriũ versuum ambitu paraphrastice expressit; hoc modo:

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ
ζάλῳ, καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν
μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ.
ὧν τὸ μὲν, εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν. ὅρα τύπον. ἐν γὰρ ἀπειλᾷ,
δάκρυον, ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός. αἷμα δὲ τέκνων
ἔπρεπε μηδείῃ. κοὐ χερὶ Τιμομάχου. id est,

Furentem Medeam cum pinxit manus Timomachi,
Animi perturbatione & liberis hinc inde distractum,
Infinitum hausit laborem, vt duplices mores exsculperet,
Quorum hic quidem ad iram tendit, alter ad miserationem:
Vtrumq; perfecit & impleuit, vide formam: in minis enim
Lacbryma, in miseratione iracundia reuertitur.

Sufficit cunctatio,inquit sapiens. Sanguis enim liberorum
Decet Medeam,non manum Timomachi.

Adnisus est id vertere Latio carmine Ausonius Poeta Gallus,nec prorsus infeliciter. Vbi tamen inuersione vnius dictionis,inuersus est sensus,leposq; totius epigrammatis.idne ab auctore factum sit,an castigantium temeritate,aliorum esto iudicium.Carmen,vt in Vulgatis libris legitur,apponam.

Medeam vellet cum pingere Timomachi mens,
Voluentem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhausit rerum in diuersa laborem,
Fingeret affectum matris vt ambiguum.
Ira subest lachrymis,miseratio non caret ira,
Alterutrum videas,vt sit in alterutro.
Cunctantem satis est; indigna est sangnine mater
Natorum; tua non dextera Timomache.

Quod si penultimo versu legas *nam digna est sanguine mater,natorum &c.* habebis genuinum sensum auctoris Græci. Vult enim innuere extremum artificii acumen Timomachi; qui hac duorũ affectuum admirabili commistione Medeam cunctantem exprimat,ne cæde filiorum se inquinet, vt iam cunctatio illa non imaginis immobilitas,sed vera potius viuæ imaginis deliberatio videatur. indicans per hæc auctor Timomachus: etsi olim Medeam decuerit sanguinis natorum suorum effusio, tamen indignam & indecoram illam esse suo artificio. Quod si non animaduertit Latinus Poeta merito culpandus venit, & redarguitur Græci Poetæ verbis. si absurdum putauit vertere, *Decere Medeam sanguinem natorum effundere,* in longe maiorem absurditatem incidit, dum sculptorem decere ait,eum sanguinem,quem ille nunquam effudit,exprimere. Quocirca videant docti, num carmen id legi possit ad eum modum,quem diximus, ne videatur Ausonius Poeta alioqui ingeniosus,tantopere a calle Græci carminis, quod vertere se velle ostendit digredi & diuerti. Ast alter epigrammatarius Pilhippus,dum ad effigiem illam exprimendam adsurgit, tragici tumoris verba effundens,non tamen id quod conatur efficit. Sic enim ille:

Τίς σου κολχὶς ἄθεσμε συνέγραφεν εἰκόνι θυμὸν
τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο
αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον. ἦ τις Ἰήσων
δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοὶ πρόφασις
ἔρρε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε, σῶν γὰρ ἀμέτρον
ζήλων εἰς ἀφέλεις, καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

Quis tuum exlex Colchis compinxit imagine animi impetum
Quis etiam in simulacro barbaram ferociam operatus est.
Semper sitis natorum sanguinem,seu aliquis Iason
Alter,seu aliqua Glauce iterum tibi prætextus

Pereas,

Pereas, vel in cera filiorum interfectrix tuas immodicas
Perturbationes animi, ad ea quæ vis, vel pictura sentit.

Hoc ipſum quoq. idem Auſonius vertere tentauit hoc carmine:

Quis te pictorum ſimulauit peſſima Colchis,
In natos crudum voluere mente nefas
Vſq; adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Vt ne picta quidem parcere cæde velis
Num nam te pellex ſtimulat? num ne alter Iaſon?
Altera vel Glauce ſunt tibi cauſſa necis?
Quin ne picta quidem ſis barbara? namq; tui mens.
Creta tenax zeli concipit immodicum.
Laudo Timomachum matrem quod pinxit in enſem
Cunctantem, prolis ſanguine ne maculet.

Immodicum in tertio a fine verſu pro *immodicam* repoſuimus, cum adiectiuum illud, nullum haberet ſubſtitens ad quod referretur. Quin & duos poſteriores verſus de ſuo adiecit Latinus, quod videret ſenſum aliter nihil facere ad præfatam imaginem. Sequitur aliud adeſpoton, cui magna ineſt lux & venuſtas in fine. Ideo Timomachum duos illos affectus præfatos in vnum coegiſſe dicens, vti hac ratione ſanguini parceret; Carmen id tale eſt:

Δεῦρ' ἴδε παιδολέτειραν ἐν εἰκόνι, δεῦρ' ἴδ' ἄγαλμα
κολχίδα τιμομάχου χειρὶ τυπωσαμένην
φάσγανον ἐν παλάμῃ, θυμὸς μέγας, ἄγριον ὄμμα
παισὶν ἐπ' οἰκτίστοις δάκρυ' καταχεομένην
πάντα δ' ὁμοῦ συνέχευεν. ἀμήχανα τί εἰς ἓν ἀγείρας
αἷμα μὴ χρανῶσι φεισάμενος παλάμαι.

Adſis vide puerorum interfectricem, age vide in imagine
Colchida Timomachi manu effigiatam
Enſis in manu, feruor animi magnus, agreſtis oculus,
Lachrymis manantibus ſuper miſerrimos filios,
Omnia ſimul confudit, quæ miſceri non poſſunt in vnum congregans,
Dexteræ parcens ne ſanguine inficiatur.

Subditur aliud a Philippo compoſitum, quod nec ipſum multum facit in viuida exprimenda illa imagine, alloquens Hirundinem, ne illam liberis ſuis obſtetricem adſumat, quæ propriis haud pepercerit liberis; in imaginem tamen illam eſſe conſcriptum, extremus teſtatur verſiculus. Eſt autem tale:

κολχίδα τὴν ἐπὶ παισὶν ἀλάστορα τραυλὲ χελιδὼν
πῶς ἔτλης τεκέων μαῖαν ἔχειν ἰδίων,
ἧς ἔτι καὶ θοὸς ἵφαιμος ἐπιστράπτει φόνιον πῦρ
καὶ πολιὸς γενύων ἀφρὸς ἀποστάζει
δρτιβρεχὴς δ' ὁ σίδηρος ἐφ' αἵματι. φεῦγε πανώλη
μητέρα, κἂν κηρῷ τεκνοφονοῦσαν ἔτι. Id eſt.

Colchida in liberos exitialem balbe hirundo.
Quomodo laboras habere obſtetricem propriorum.

Cui adhuc oculis canthus sanguinol[illegible] lasciuit igne
  [illegible] spuma canas ab ore profluit, pr[illegible] fulgure.
Cui [illegible] nuper tinctum ferrum in sanguine. [illegible] cuncta perdentem
  Matrem, quæ adhuc in cera liber[illegible]s iugulat.

Iucundi[illegible] [illegible] [illegible] vid[illegible] ur [illegible] [illegible]itabili facilitate seu ἀφελείᾳ comp[illegible] [illegible] qu[illegible] d[illegible] [illegible] Æ[illegible], indicibili quadam venere pollen[illegible] & [illegible]que abs[illegible], quod in [illegible] [illegible]no, duos viuos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] his verb.

Τιμόμαχος [illegible] μορφὰς
  [illegible] [illegible].
ζῆλο[illegible] [illegible] [illegible]
  [illegible] ὀφθαλμοῖς [illegible].

Id est.

Timomachus Medeam dum pingit, in imagine formæ
  Inanimata, duas posuit animas.
Insidiam enim spreti lecti, & illectamenta liberorum in vnum
  Ostendit in oculis in contrariam eam distractam (*coaptans*

Est & non inelegans quod sequitur, alia vtens figura, nimirum pictorem & iratam nuptam & matrem misericordia motam in vna effigie graphice expressam. Pictorem vero distulisse cædē vt maior admiratio spectantium esset. Id τῶν ἀδήλων, est tale.

Δεῦρ' ἴδε καὶ θάμβησον ὑπ' ὀφρύσι κείμενον οἶκτον
  καὶ θυμὸν βλεφάρων, καὶ πυριόεσσαν ἴτυν.
καὶ μητρὸς παλάμην, ἀλόχοιό τε πικρὰ παθούσης
  ὁρμὴν φειδωλὴν πρὸς φόνον ἑλκομένην.
ζωγράφος εὖ δ' ἔκρυψε φόνου τέλος οὐκ ἐθελήσας
  θάμβος ἀπαμβλῦναι τιθεὶ δερκομένων.

Id est.

Age vide, obstupescens sub cilijs situm miserabile,
  Tum furorem in palpebris, & ignitum impetum,
Tum matris manum, & coniugis, amara patientis
  Impetu represso ad cædem tractam.
At pictor bene occultauit cædis finem, nolens
  Admirationem hebetare a luctu intuentium.

Est & alterum anonymon, cuius tota energia est in admiratione artificis, quod quasi quendam motum & insaniæ impetum, immobili saxo tribuerit, sic vt videatur exsilire & de loco suo moueri. Id est tale:

μαινὰς καὶ λίθος οὖσα καὶ οὐ κραδίης οἶο θυμὸς
  ὄμματα κοιλήνας, ἐς χόλον ἠυτρέπιζεν.
ἔμπης εἰ δὲ βάσις καθέξεται ἀλλ' ἄρα θυμῷ
  πηδήσεις, τεκέων, εἵνεκα μαινομένη.
ὦ τίς ὁ τεχνίτης τὸ δ' ἔπλασεν, ἤ τίς ὁ γλύπτης,
  ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγε διὰ τέχνην.

Id est.

Furis

Furis etiam lapis exsistens, tuusq; animi impetus ex corde
Oculos conturbans, in bilem conuertit.
Æqualis non te cohibet incessus, sed enim animi impetu
Satis, ob liberos tuos fureres.
O quis hic artifex, hoc qui effinxit aut quis sculptor,
Qui suo artificio lapidem in furorem duxit.

Sed nemo artificiosius succinctius, melius, vt apparet, omnia cõplexus est, quam nobilis epigrammatarius, Antipater Sidonius hoc disticho:

μηδείης τύπος οὗτος. ἴδ᾽ ὡς τὸ μὲν εἰς χόλον αἴρει,
ὄμμα, τὸ δ᾽ εἰς παίδων ἔκλασε συμπάθειαν.

Id est:

Medeæ effigies hæc est, vide vt hic in iram rapiat
Adspectus, hic frangat in puerorum compassionem.

Quin ne illi quidem tres heroici versus extremo loco positi, ἀνωνύμου scriptoris negligendi sunt vt parum efficaces:

οἶκτον ὁμοῦ καὶ λύσσαν ἐπίσσυμον ἴσχεο ἀνὴρ
μαρμαίρειν ἐγκατέμιξε. βιαζομένης δ᾽ ὑπὸ τέχνης
λειπεῖν μὴ δ᾽ ἑκὼν εἰδυῖς ἐμνήσατο λύσσης. Id est.
Miserationem simul & rabiem veram vir diuinus
Marmori immiscuit, vi enim grassantem, artificio
E petra Medeam reminisci coegit sua insania;

Quin soluta quoque oratione rhetor Callistratus multo venustissimus, elegantissima quadam ecphrasi sua in hanc Medeæ non picturam quidem, sed statuam lusit, in qua florido illo suo Sophistico charactere, hoc est redundanti & lasciuiente, id summo artificio & totis viribus exprimere nititur, quomodo artifex statuarius inimitabili quadam ingenii solertia, in vno eodemque statuæ vultu duos maxime contrarios affectus apparere fecerit, nimirum summam animi ferociam & rabiem, & simul summam commiserationem & condolentiam super filiorum nece. Hoc enim sibi illa eius auctoris volunt: ὁ δὲ θυμὸς τῇ ῥύμῃ τῆς ὀργῆς περιχαραχθεὶς, τὴν φύσιν πρὸς τὸ ἔργον ἤγειρε τὴν ἐπὶ τὸν φόνον ὁρμὴν εἰσαγόμενος. ἡ λύπη δὲ, τὸν ἐπὶ τοῖς παισὶν ἐσήμαινεν οἶκτον εἰς τὴν μητρῴαν συναίσθησιν ἀρρενωπῶς ἐκ τοῦ θυμοῦ τὴν λίθον ἕλκουσαν. hoc est. *Animus iræ impetu circumscriptus, naturam ad opus excitat, appetitum ad tumultum inducens. At mæstitia commiserationem erga liberos significat in maternam conscientiam & affectum valide ex iracundia lapidem trahentem.* Et iterum: εἰκὸς γὰρ ἦν μετὰ τὸν χόλον καθαρεύουσαν τοῦ θυμοῦ ἐπιτρέψαι πρὸς οἶκτον, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐρχομένην τοῦ κακοῦ τὴν ψυχὴν δακρῦσαι: Id est. *Consentaneum enim erat post iram & bilem animo iam purgatiore ab impetu succedere vt verteretur ad commiserationem, & venientem in cogitationem mali animo lugere.* Et rursum in eiusdem statuæ descriptione perseuerans, ait, φέρουσα τὸν θυμὸν ἐν ὄμμασιν ὅτε δὲ σκυθρωπὸν ὁρῶσαν, καὶ μαλακτικὴν

εἰς στυγνότητα, ὥσπερ ἄντικρυς τοῦ τεχνησαμένου τὴν ὁρμὴν εἰς τῆς Εὐριπίδου δραματοποιίας, πλάσαντος τὴν μίμησιν. Id est. *Ferentem animi impetum in oculis, inde etiam ferociter intuentem, tum mitigatam in angustiam mutare adspectum, veluti aperte statuæ fabricatæ impetu, ad mutationem Euripidis fabularum factionis efficto.* Sed hæc hactenus.

CAPVT XVII.

Quod præcedentis contentionis, non tam Euripides lineamenta, quã Neophron tragicus dedisse videatur.

SEd quamquam Callistratus Rhetor in præcedenti capite dicat artificem statuæ seu imaginis, cuius supra facta est mentio, respexisse ad Euripidis fabularum confectionem, præcipue vt arbitrandum est Medeam; Nihil tamen tale, in eius poetæ Medea, quæ nunc est præ manibus, scriptum videmus: ibi enim Medeæ persona, breui deliberatione habita, & exigua animi pœnitentia primo hæsitans, opus deinde post scenam perficit, clamore a liberis qui extra exaudiri possit edito. Sic vt illa descriptio ferrum & liberos tenentis & hæsitantis, inde elici non possit. Sic enim eius primo foris sunt verba:

—— ἐπεὶ δὲ χρὴ
ἡμᾶς, κτενοῦμεν οἵπερ ἐξεφύσαμεν
ἀλλ' εἶα ὁπλίζου καρδία τί μέλλομεν
τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά;
ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ λάβε ξίφος
λάβ' ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου
καὶ μὴ κακισθῇς, μηδ' ἀναμνησθῇς τέκνων,
ὦ φίλταθ', ὡς ἔτικτες. ἀλλὰ τήνδε γε
λαθοῦ βραχεῖαν ἡμέραν παίδων σέθεν
κἄπειτα θρήνει. καὶ γὰρ κτείνεις σφ' ὅμως
φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή.

Id est.

—— *postquam necesse est*
Nobis quos conseuimus vt interficiamus
Eia cor armare quid differimus,
Necessaria & grauia patrare mala?
Age o mea miseranda manus cape gladium
Cape, serpe ad repagulum luctuosum vitæ
Et ne quid mali facias aut recorderis filiorum
O charissimi quos peperisti sed hac quidem
Tale breui diecula seorsum liberis
Dein luge, simul teipsam interfice,
Chari nati sunt, ego infelix mulier.

In quibus versiculis parua eius imaginis energia relucet, neque illi imagini super qua contendunt scriptores ante nominati, omni ex parte

ex parte respondet. Cum hic Medea nondum moueatur adspectu liberorum, (qui tamen stimulus est acerrimus) adhuc intus manentium. sed vt saluo aliorum iudicio dicam, quod sentio; videtur mihi illa descriptio & ecphrasis e Neophronis tragœdia esse collecta. Nam & ipse Medeam scripsit vt testantur Scholia in Euripidem allatis inde aliquot versibus, versus autem illi de quibus hic loquimur. habentur in Stobæo, cap. de ira. qui etsi fabulam non commemoret; tamen nihil dubium quin de hac re loquatur, versuum sensu id testante:

εἶεν τί δράσεις θυμέ; βούλευσαι καλῶς
πρὶν ἢ ξαμαρτεῖν, καὶ τὰ προσφιλέστατα
ἔχθιστα θέσθαι. ποῖ ποτ' ἐξῇξαι τάλας;
κάτισχε λῆμα καὶ σθένος θεοστυγές
καὶ πρὸς τί ταῦτ' ὀδύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν
ὁρῶσ' ἔρημον. καὶ παρημελημένην.
πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα, μαλθακοὶ δὲ δὴ
τοιαῦτα γιγνόμεσθα πάσχοντες κακά,
οὐ μὴ προδώσεις θυμὲ σαυτὸν ἐν κακοῖς
οἴμοι δέδεκται παῖδες ἐκτὸς ὀμμάτων
ἀπέλθετ' ἤδη γάρ με φοινία μέγαν
δέδυκε λύσσα θυμὸν ὦ χέρες χέρες
πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα, φεῦ,
τάλαινα τόλμης ἣ πολὺν πόνον βραχεῖ
διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ.

Id est.

Age vero quid facies anime? consulta bene
Priusquam pecces, & charissima tibi
Reddas infensissima. Quo tandem exis miser?
Reprime voluntatem, & vim impiam:
Sed quid hæc lugeo cum animam meam
Videam deseri atq; negligi,
A quibus id minime oportebat? molles scilicet
Et timidi sunt huiusmodi qui mala tolerant.
Ne teipsum anime relinquas in malis.
Hei mihi, stat sententia: o pueri ab oculis
Discedite. Iam mihi cruenta magnum.
Subijt rabies animum. O manus manus,
Ad quale facinus armamur? Hei
Quid tantum infelix audebo, quæ breui diuturnum laborem
Perditura meum pergo tempore?

In quibus ni fallor tam graphice huius imaginis energia conscripta est, quam quiuis pictor vllis lineamentis posset exprimere. Nec te moueat quod Callistratus ad exemplar Euripidei poematis hanc effictam tradit. Nam hæc ipsa Neophronis tragœdia etiam ob singularem vim & eloquentiam Euripidis esse, censita est

a criticis: vt auctor est in Menedemi vita Diogenes Laertius. *Falluntur* (inquit) *qui illum nihil præter Euripidis Medeā legisse dicunt, quem inter Sicyonij Neophronis poemata legunt,* vt res non iam ambigua, sed certa & absque controuersia sit. Hanc autem potius, quam illam quæ nunc in manibus est, videtur Seneca Latinus tragicus potius sequutus esse, qui & ipse Medeam diuersis affectibus distractam, liberos suos iugulantem introducit. Longiore tamen minusque efficaci versuum ambitu.

CAPVT XVIII.

Variatum a scriptoribus super morte Iasonis. Euripidis Neophronisq; versus ex vtriusq; poetæ Medea desumpti allati.

VAria de Iasonis interitu annotata comperimus, quidam enim tradunt, cum Iason recubaret sub Argo naui iam putrefacta temporis diuturnitate decidisse ex ea lignum in caput Iasonis ipsius impactum, vnde ille exstinctus sit; id quod Euripides in Medea adserere videtur, ita ipsam Medeam Iasoni comminantem inducens:

σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανῇ κακὸς κακῶς,
Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος,
πικρὰς τελευτὰς τῶν ἐμῶν ἰδὼν γάμων. Id est.
Tu, vt te decet, moriere malus male.
Argus reliquijs in caput impactis
Amaros exitus mearum videns nuptiarum.

Scholia ab Arsenio collecta tradunt, *ἔνιοι μὲν λέγουσι, κατὰ Μηδείας κέλευσιν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς κατακοιμηθέντα τὸν Ἰάσονα ἀπολέσθαι, ἐμπεσόντος αὐτῷ ξύλου.* Id est. *Sunt qui dicunt Medeæ iram seu iussionem, Iasonem sub prora nauis Argus obdormientem, finem vitæ fecisse incidente in eum ligno;* Contra, Diodorus Siculus in quinto, Argonautarum historiam percensens ait. *Cum Iason filijs vxoreq; priuatus esset, consentibus omnibus eum iuste plecti, cum doloris vim ferre non posset, sibi mortem consciuit.* Cui, vti in Scholiis Euripidis per Arsenium Monembasiæ Archiepiscopum collectis videre est, Neophron tragicus poeta adstipulatur, laqueo Iasonem sibi vitæ accersiuisse finem tradens. Cum Medeam exsulantem hac paragraphe Iasonem alloquentem facit:

τέλος γὰρ [illegible] μόρῳ φθερεῖς
βρόχον ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρῃ
τοία σε μοῖρα σῶν κακῶν ἔργων μένει,
[illegible]
[illegible] Id est.
Finem [illegible] tibi mortis genere feres,
Tali iam nectens laqueo ceruicem,
Huiusmodi fatum tua opera mala manet.
Interficiens alios innumeros in diem viuentes,
Homines, vnquam quid decernere supra Deos.

Hoc est: *Dijs inuitis.* CAPVT

CAPUT XIX.

Symbola *quæ vocarunt veteres, cuiusmodi fuerint & an a tessera differentiam habuerint.*

SYmbolum vt nunc vulgo accipitur putant esse, dum quisq; escã suam ad commune conuiuium aut particulare, aut ęs confert; hinc symbolum etiam *Apostolorum* dictũ arbitrãtur, q̃ quisq eorum suum articulum fidei vt vocant, in id contulerit, q̃ non a semidoctis modo, sed etiam a viris auctoritatis non postremæ adsertum est, & ita interpretantur Terentii illud ex Eunucho:

Heri aliquot adulescentuli coimus in Piræo
In hunc diem vt de symbolis essemus.

Et in Andria:

—— *Symbolum dedit.*

At nos potius eam voce acceperimus, pro *tesserulis, quas vnusquisq; symposiarchæ dabat,* quo tãquam sigillo fidem suam obstringebat, ad condictam cœnam die horaque certis venturum, & onus impensarum laturum. Hinc Plautus in Sticho:

—— *Eo condictum symbolum* *Ad cœnam* ——

Et postea suo more ludens, facit seruum dicentem amicam suam se pro symbola daturum:

—— *eadem* (inquit) *symbolam* *Dabo* ——

Hoc est pro *tessera & pignore conuiuali,* neq; in illo Arist. 3. de Rep. loco fit mentio *symboli conuiualis*, sed *tesseræ hospitalis*, vbi dicit: τοῦ͂το γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι: i. e. *hoc illis etiam adest, qui symbolis inter sese communicant, aut tesseræ alterius societatis*; Nã symbola i. e. tesseræ in multis reb. dabantur: earum formã Euripidis Scholiastes in Medeã huiusmodi fuisse describit. Qui hospites inuicem fieri volebant ἀστραγαλὸν h. e. talum quendã discindebant & findebant in duas æquas partes, vnam ii qui hospitium præbebant, sibi retinentes, alteram dantes ei qui hospes fieri solebat. Vti si contigisset de cetero vti alter alterius hospitium subibat, aut aliqui suorum, producentes dimidium tali, renouabant iura hospitalia: ex quib. Plauti in Pœnulo locus explicatur, vbi Hanno Pœnus hospitem se venire ad Agorastoclem prædicat, quod fuerit illi hospitium cum patre ipsius; ita namque infert:

—— *si ita est, tesseram*
Confer hic hospitalem: eccam attuli,
Ag. *Agedum huc ostende, est par probe, nam habeo domi.*
Pœ. *O mi hospes salue multum, nam mihi tuus pater.*
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit.
Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.

Qui autem ius hospitii violassent tessera iis confringebatur, hinc idem in Cistellaria:

Hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.

Aliter videtur accepisse Euripides in Medea:

ξένοις τε πέμπειν σύμβολ' οἱ δράσουσί σ' εὖ

Id est.

Hospitibus mittere symbola vt tibi benefaciant.

Nimirum proxenia & munuscula quæ hospitibus dari solent, non pro tesseris. Nam Iason offert ipsi Medeæ, vt de illius thesauris ea sumat quibus concilicet sibi amicos hospites. Dabant etiam *symbola* hoc est *tesserulas* teste Suida, ciuitates ipsę quæ ἴσως συνθήκας, hoc est, *pacta inter sese aliqua pepigissent*, quod nunc litteris sigillatis. Meminit eius rei Demosthenes in Philippica. αἱ μὲν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τὰ πλεῖστα τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια πολλάκις: Hinc & tesseræ frumentariæ & nummariæ, symbola erant, quibus ostensis, frumentum aut nummi de publico accipiebantur: & *symbola* siue *tesseræ bellicæ*, quibus ostensis prolatisque milites, quid agendum foret, sciebant. Hæ nunc vocales sunt, vt etiam erant temporibus Vegetii, hodie *verbum vigilum* dicitur. Sed & *mercatorum tesseræ* erant, quemadmodum nunc *mensariorum* quos *bancarios* vocant, vt possent tesseris ostensis mercaturam in alienis regionibus exercere. *Symbola* quoque dicuntur *signa occultarum, & sacrarum rerum* translatitie, vtiturque in eo significato subinde Dionysius Areopagita, vt in ecclesiastica hierarchia vbi de synaxi agit: φαμὲν ὅτι ἡ μὲν τοῖς τῶν ἄλλων ἱεραρχικῶν συμβόλων μεθέξεσιν, ἡ τελείωσις ἐκ τῶν ταύτης θεαρχικῶν καὶ τελειωτικῶν ἐστὶ δωρεῶν. Id est. *Dicimus autem quod aliorum symbolorum sancti principatus participationibus, ipsa perfectio proueniat ex huiusmodi donis diuini principatus & perfectionem facientibus.* Meminit & huius significationis, Suidas qui σύμβολον σημεῖον, hoc est *signum* interpretatur, velut inquit, *signum hominis corruptibilitatis esse tunicas pelliceas, typica* in sacris lingua hæc dicuntur siue typi, siue externæ quædam formæ mysticarum & absconditarum rerum. Idem *symbolum* pro *augurio, signo*, seu *vaticinio* accipit, quod etiam masculine dici ait. σύμβολος· ὁ σύμβολος ἢ Μελάμποδος, ἢ Πόλλητος ἴδοιτο. οὗτοι γὰρ ἦσαν μαντικῶν εἰδήμονες. *Signum hoc eget Melampode*, aut Pollete: *hi enim erant vaticiniorum periti.* Videtur autem esse e poeta quopiam. συμβόλαιον, aliud significat Iurisconsultis, ita enim definit Constantinus Harmenopulus lib. primo Prochiri, titulo octauo. συμβόλαιόν ἐστιν ὑπόμνημα ἤτοι καταγραφὴ τῶν συμφωνηθέντων καὶ συγχωρηθέντων μεταξὺ ἑκατέρων τῶν συμφωνούντων καὶ συμβαλλόντων. τὸ γὰρ μίγμα τῶν βουλημάτων, καὶ τῶν συμβαλλόντων προσώπων συμβολὴ καλεῖται. Id est. *Symboleum est commentarius seu descriptio conuentorum & contractorum siue pactorum, inter sese mutuo contrahentium & conuenientium. Mistio enim voluntatum personarumque conuenientium & contrahentium, symbole, hoc est conuentio seu pactum vocatur, & scriptum quod ea de re fit symboleum nominatur.* At Suidas, συμβόλαιον esse dicit, ὃ λαμβάνουσιν οἱ δικάζοντες τὸ δικαστήριον εἰσιόντες. καὶ τοῦτο δόντες τὸ δικαστικὸν ἐκομίζοντο. *erat*

tessera

tessera quadam iudicum, quam iudicijs peractis dantes, mercedem exceperunt. Plura si quis requirit, Budæum & alios adeat scriptores.

CAPVT XX.

Super Ænea variatum ab historicis poetisq;.

DE Ænea non eadem sensisse videntur Historici, quæ Poetæ. Hi enim omnes Æneam, vt diuinum quendam virum celebrant, virtutum numeris omnibus absolutum, patriæ quoque & parentum mirificum amatorem. Hinc illa Vergilii:

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus.

Et mox in libri initio:

Insignem pietate virum eum appellat.

Quod scilicet primum Deos penates ab incendio exportarit, deinde patrem, præferens eos liberis & vxori. Hunc etiam vt iustum sapientem imperatorem, fortem militem commendat, & in armis acrem, pontificem religiosum & suorum patrem, vt in multis eius versibus est videre, præcipue in illis:

Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Homerus etsi parum bellicosum eum faciat, tamen sapientia & consilio præditum inducit:

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε χαλκοχιτώνων

Id est.

Ænea Troum consiliarie aheneas tunicas indutorum.

Quin tota Æneide Vergilius non alium scopum sibi præfixisse videtur quam hunc ipsum virum, tanquam bello & pace optimi ducis exemplar imprimis imitandum proponere. Hinc illum, pium, iustum, fortem, Diisque amicum, denique in secundis rebus moderatissimum, in aduersis vero tolerantissimum vbique introducit. Quos sequuti recentiores, Ouidius Q. Calaber & Triphyodorus magnis laudibus Æneam extollunt. Nam & Ouidius ex homine in mortalem & *Iouem indigetem* appellatum contẽdit, & *pium* & *Heroa* appellat metamorph. 13.

Non tamen euersam Troiæ cum mœnibus esse,
Spem quoq; fata sinunt. Sacra & sacra altera patrum
Fert humeris venerabile onus Cythereius Heros.
De tantis opibus prædam pius eligit illam:

Alludens ad eam historiam quam refert Ælianus omnifariæ historiæ lib. 3. *Quod Ilio capto Græci liberis ciuibus Troianorum permiserint, cuiq; quod [illegible] esset carissimum, asportare & cum Æneas Deos penates ext[illegible] [illegible] admiratos pietate viri Græcos, alterum quod secundum hos ipsi maxime carum esset, auferre permisisse. Illum vero patrem senio confectum in humeros sublatum, portasse, illos hac re obstu-*

pefactos insuper ei omnes facultates reliquisse, inimicitiam etiam hostes debere deponere aduersus eos, qui Deos & progenitores suos reuerenter colerent. Quod etiam ab aliis est commemoratum. Q. Calaber insuper dicit, cum patrem inter incendia vrbis & tela volitantia humeris ferret, & Ascanium altera manu teneret, flammam ipsi peruiam factam. & iacula denique omnia & tela in irritum recidisse, Calchantem vero hoc animaduertentem, & vaticinabundum ita denique exclamasse:

ἴσχεσθ' αἰνείαο κατ' ἰφθιμένοιο καρήνου
βάλλοντες στονόεντα βέλη, λοίγια δ' ἄκοντα·
τὸν γὰρ θεσφατόν ἐστι θεῶν ἐρικυδέι βουλῇ
θύμβριν ἐς εὐρυρέεθρον ἀπὸ ξάνθοιο μολόντα
τευξέμεναι ἱερὸν ἄστυ, καὶ ἐσσομένοισιν ἀγητὸν
ἀνθρώποις, αὐτὸν δὲ πολυσπερέεσσι βροτοῖσι
κοιρανέειν, ἐκ τοῦ δὲ γένος μετόπισθεν ἀνάξειν
ἄχρις ἐπ' ἀντολίην, καὶ ἀκάματον δύσιν ἐλθεῖν· ἀν
καὶ γὰρ οἱ θέμις ἐστὶ μετέμμεναι ἀθανάτοισιν
οὕνεκα δὴ πάϊς ἐστὶν ἐϋπλοκάμου ἀφροδίτης.

Id est.

Cessate in caput fortis Æneæ
Iacere stridentia tela, & mortiferas hastas,
Huic enim fatale est Deorum late prouidente consilio,
Proficisci a Xantho ad lectifluum Tyberim.
Sacram vrbem conditurum, & posteris admirabilem,
Tum ipsum diuersis nationibus imperaturum,
Atq; ex hoc genus in posterum ducturos,
Qui ab oriente in occidentem suam ditione extenderent:
Cui etiam fas est, diuorum consortem & participem esse,
Vtpote qui pulchricomæ Veneris sit filius.

Haud minora in laudem eius viri Triphyodorus qui Ilii captiuitatem non ineleganti carmine cecinit, effudit, dum illum a Venere protectum scribit:

Αἰνείαν δ' ἐκάλυψεν, καὶ ἀγχίσην ἀφροδίτη
οἰκτείρασα γέροντα, καὶ υἱέα· τῆλε δὲ πάτρης
αὐσονίῃ ἐπένασσε θεῶν ἐτελείετο βουλὴ
ζηνὸς ἐπαινήσαντος, ἵνα κράτος ἄφθιτον εἴη
παισὶ καὶ υἱονέεσιν ἐϋστεφίλης ἀφροδίτης.

Id est.

Æneam & Anchisem clam sustulit Venus
Miserata senem & filium, at patria procul
Ausoniam incolet, Deorum sic statuit consilium

leno

Ioue comprobante vti imperium sit immutabile,
Liberis & nepotibus Martem amantis Veneris

Quocirca Philostratus in Heroicis Æneam quidem in bello inferiorem Hectore, sed prudentia omnes anteisse Troianos tradit, optimeque animaduertisse Deorũ monita, præuidisseque Troiam captam iri, nullo præterea metu vnquam consternatum, lætonitem compositoque animo in omnibus terroribus & periculis fuisse. Quocirca inquit, Græci *Hectora* Troianorum *manum* χεῖρα, Æneam νοῦν hoc est, *mentem* appellauere, καὶ πλείω παρέχειν αὐτοῖς πράγματα τὸν Αἰνείαν σωφρονοῦντα ἢ Ἕκτορα μαινόμενον, hoc est *Ipsis plus negotii exhibere Æneam prudenter & sobrie agentem, quam Hectorem iracundia furentem.* Sed his omnibus contraria dissentaneaque conscripsere quidam Historici, Seruio teste, qui Æneam vna cum Antenore conspirasse in Priamum tradunt, & vna auctorem fuisse patriæ prodendæ, præmioque & pro mercede accepisse ornatus & thesauros Helenæ, quos illa domo secum abstulerat. Ex quibus est Menecrates Xanthius, qui poema ab Achillis interitu exorsus est. Dicens Achiuos tanquam corpus sine capite fuisse, extincto Achille, mansitasse tamen, donec Ilium caperetur, quod proditione Æneæ factum dicit, ob simultatem cum Alexandro initam, eo quod ab eo sacerdotio & aliis quibusdam dignitatibus spoliatus foret, sicuti refert Dionysius Halicarnasseus in primo Romanarum antiquitatum. Cũ suffragantur libelli, qui Dicty Cretensi & Dareti Troiano adscribuntur, quos ne quis temere contemnat, sciat Græce eos ab hinc annis amplius trecentis habitos in pretio. Nam vtriusque ni fallor meminit Ioánnes Tzetzes in historico. Sed & huius frater Isacius Tzetzes Dictyis testimonium subinde adducat. Hi igitur vnanimi consensu Troiam proditam Græcis ab Antenore & Ænea confirmant, Antenori quidem caussam fuisse, quod ad regnum adspiraret: Æneæ vero iniuriam & contumeliam, qua a Priamo erat adfectus. Plurium de Ænea diuersas sentẽtias si quis legere cupit, videat primũ Romanarum antiquitatum Dionysii Halicarnassei. Illud insuper nõ omittendum, quod Historicos quosdam sequutus tradit Isacius præfatus in Lycophronem scribens. Æneam vrbe Troia capta in captiuorum numerum redactum & abductum a Neoptolemo, qua in re auctorem aduocat Leschen parui Iliados auctorem, post cædem autem Neoptolemi libertati restitutum. Habitasse primum circa Recæum & Almoniam oppida Macedoniæ haud procul Cisso monte. Recæum autem de se appellasse *Ænum*, indeque demum profectum in Italiam. At Dion ille aurea præditus lingua, qui Troiam nunquam a Græcis captam fuisse conscribit, sed Troianos fuisse Græcorum victores, coloniasque tum in Græciam tum in Italiam

misisse, Æneam cum valida classe venisse, & totius Italiæ regnum obtinuisse vrbemque maximam condidisse tradit. Sed hæc hactenus.

CAPVT XXI.

E Solino maculæ duæ sublatæ: eiusq; auctoris lapsus in historia: si librariorum vitium non est.

CVm relaxandi animi gratia, Oceanum patrem, vicinum nostrum inuisuri nuper accederemus, obiterque Dunense Cœnobium haud procul a littore famigeratissimum celeberrimumque adiremus; salutandi ibi veteris amici Francisci Dominici monasticam ibi vitam agentis gratia, qui mihi olim condiscipulus & contubernalis fuerat, & arctissimo sodalitii iure, vinculoque connexus. Posteaquam igitur salutationes promiscue inuicem factæ essent, & colloquia de præteritis vltro citroque familiariter habita, rogo vt in Bibliothecam, quæ ibi tum fuit veterum exemplarium copia instructissima, me deducat: Quod ille pro sua humanitate facile mihi præstitit. Euoluenti igitur mihi cum eo varios libros, incidi in Solini vetustissimum exemplar, pulcherrimis tamen characteribus maiusculis exaratum: e cuius mox lectione quantum festinanti gustare licuit, deprehendi illud esse castigatissimum. Sed cum impressi exemplaris copia non adesset, quod liceret conferre ad manu scriptum; non mediocriter indolui; quæ tamen duo loca memoriæ imprimere potui, mox in meum codicem domum regressus, contuli. In ipso itaque libri exordio vbi legitur. *Solinus Autio suo*, vetus ille codex habebat, *si Aduento suo:* qui error fortasse inde emanauit, quod is qui primus Solinum typis inuulgauit in contractam scripturam inciderat. Alter locus erat capite secundo, vbi enim legitur. *Quippe certamen olympicum, quod Hercules in honorem atauis materni Pelopis ediderat, intermissum, Iphiclus filius eius instaurauit, post excidium Troiæ anno quadrigentesimo octauo.* In veteri habebatur *Iphilus*, nec additum erat *filius eius*. Manifestus enim est hic error, nam *Iphilus* hic, non Herculis fuit filius, sed Oxyli, & si de eius natalibus variæ sint opiniones, quas omnes recenset Pausanias. Quomodo enim esset Herculis filius Troiano bello multum superioris, cum Iphilum hunc constet quadringentesimo demum anno & octauo post bellum Troianum, primum Olympicum agona constituisse. Hæc igitur de eo Pausanias: χρόνῳ δὲ ὕστερον ἴφιτος γένος μὲν ὢν ἀπὸ ὀξύλου, ἡλικίαν δὲ κατὰ λυκοῦργον τὸν γράψαντα λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους τὸν ἀγῶνα διέθηκεν ἐν ὀλυμπίᾳ πανήγυριν ὀλυμπιακὴν αὖθις ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκεχειρίαν κατεστήσατο ἐκλιπόντος ἐπὶ χρόνον, ὁπόσος δὴ οὗτος ἦν, αἰτίαν δὲ ἐφ᾽ ἥντινα ἐξέλιπε τὰ ὀλύμπια, ἐν τοῖς ἔχουσιν ἐς ὀλυμπίαν τοῦ λόγου δηλώσω· τῷ δὲ φθειρομένοις

τῇ τε

τότε δὴ μάλιστα τῆς ἑλλάδος ὑπὸ ἐμφυλίων στάσεων καὶ ὑπὸ νόσου λοιμώδους, ἐπῆλθεν αἰτῆσαι τὸν ἐν δελφοῖς θεὸν λύσιν τῶν κακῶν καὶ οἱ προσταχθῆναι φησὶν ὑπὸ τῆς πυθίας ὡς αὐτόν τε ἴφιτον θεοὶ καὶ ἠλείους τὸν ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα ἀνιστάναι. ἔπεισε δὲ ἠλείους ἴφιτος, καὶ ἡρακλεῖ θύειν. τὸ πρὸς τούτου πολέμιον σφίσιν ἡρακλέα εἶναι· τὸν δὲ ἴφιτον, τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν ὀλυμπίᾳ φησὶν αἵμονος παῖδα εἶναι, ἑλλήνων δὲ οἱ πολλοὶ Πραξωνίδου καὶ οὐχ αἵμονος εἶναι φησι: τὰ δὲ ἠλείων γράμματα ἀρχαῖα ἐς πατέρα ὁμώνυμον, ἀνῆγε τὸν ἴφιτον. Id est. *Tempore autem succedente Iphitus ab Oxyso genus ducens, ætate Lycurgi, qui Lacedæmonijs leges conscripsit, certamen instituit in Olympijs, conuentumque Olympiacum rursum de integro restituit, tum etiam inducias seu vacationem a bello, quæ temporis lapsu interciderant, qualiscunque hic fuerit. Caussam vero cur intermissum fuerit Olympicum certamen, in his quando de Olympijs sermo mihi habebitur, latius aperiam: Cum autem Græcia pessum iret intestinis seditionibus & morbo pestifero; Iphito venit in mentem, solutionem horum malorum petere a Delphico Apollinis numine: & aiunt quidem proditum fuisse a Pythia, necesse esse Iphito, ipsisque Eleis uti certamen Olympicum conseruarent. Persuasit etiam Iphitus Eleis uti Herculi sacrificarent, quem antea ratierant sibi esse hostem. Ceterum inscriptio, quæ est in Olympia, habet, Iphitum esse Hæmonis filium, plurimis vero Græcorum Praxonidæ, non Hæmonis filium fuisse contendunt: At vetusta Eleorum scripta, eiusdem cum eo nominis patrem ipsi Iphito attribuunt.* Velleius Paterculus his consentit, ita in primo historiæ Romanæ scribens: *Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen & ad excitandam corporis animiq; virtutem efficacissimum Olympiorum initium, habuit auctorem, Iphitum Eleum. Is ludos eos Mercatumque instituit, ante annos quam tu M. Vinici consulatum inires DCCC. XXIII. Hoc sacrum eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme ∞ CCL. Atreus, cum Pelopi patris funebres ludos faceret, quo quidem in ludicro, omnisque generis certaminum Hercules victor exstitit.* Quod si auctor ipse *Iphitum Herculis filium* scripsisse, insignis profecto error fuisset: sed uti diximus in eo codice *Herculis filius* non erat, ita ut librariorum inscitia commissum vitium magis arbitremur.

Capvt XXII.

Venæ *vocem, veteres auctores etiam accepisse pro* Arteria: *tum Aulum Gellium a quibusdam male esse intellectum.*

AVlus Gellius, libro noctium Atticarum decimo octauo, narrans quomodo in Herodis Attici villa ex morbo decumbens, quum ad eum venisset medicus, explorassetque arteriæ pulsum, diceretque iam ipsum meliusculele habere, quod inquit Taure, tu quoque idipsum potes comprehendere, ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ

προσβλέψ, hoc est, *si attrectaris venam eius.* Deinde reprehensum a Tauro, quod inscitia vocabulorum lapsus esset, cum *venam* pro *arteria* dixisset: Cum *vena* sit immobilis & sanguinis tantum mittendi gratia exploretur. *Arteria* vero, motu atque pulsu suo habitum & modum febrium demonstrent: quem tamen excusat, quod peruulgate magis quam inscite locutus sit. Ob quam rem Gellium quidam reprehendendum ducunt, quod summus scilicet Grammaticus ignorarit veteres Latinæ linguæ scriptores elegantissimos, *venæ* vocabulo indifferenter, tam pro *vena* quam pro *arteria* vsos. Qui parum considerate id faciunt, cum colloquium illud inter Taurum philosophum & Medicũ, Græce & in terra Græcia habitum sit; vbi vulgate, magis quam docte, βλέβα αὐτῆς τῆς ἀρτηρίας voce vlus tum sit medicus, loquitur igitur de voce φλέψ. Gellius, non de voce *vena*, quæ (φλέβος scilicet vox) nunquam aliud Græcis, quam conceptaculum immobile sanguinis significauit: non autem id quod ἀρτηρία, quæ conceptaculum tum spiritum tum sanguinis sit mobile, & pulsus efficiens. Et Gellii quidem ætate omnes Medici peritiores eam differentiam obseruabant, vt Galenus & ante eum Rufus Ephesius & alii. Sed ab antiquissimis temporibus, tam *venas* quam *arterias* τῆς βλέβος nomine designasse veteres, testis est item Rufus, cuius verba sunt ex libro de forma humana: τὰς δὲ ἀρτηρίας τὸ ἀρχαῖον φλέβας ὠνόμαζον. καὶ σφύζειν ὑπὸ πλείστων τὰς φλέβας, ἀρτηρίας ἴδιον ἐνόμιζον. ἀρτηριῶν γὰρ τὸ σφύζειν ἔργον. Id est. *Iam inde ab antiquissimis temporibus arterias venas nominarunt; Vt cum dicebant venas pulsare, arterias id facere innuere volebant. Arteriarum enim opus pulsare & moueri.* Quod ipsum in vsu vulgi remansisse apparet: & sic vsum esse Hippocratem in primo præsagiorum cum dicit secundum interpretem, *præcordiorum venæ si pulsent, aut turbationem aut delirium portendunt:* Vbi interpretem legisse, credibile est, τῶν ὑποχονδρίων φλέβες & reliqua, a voce φλέψ. Idem Hippocrates βλεφοτομεῖν deriuauit, quod est *secare venam* & diminutiuum βλέβιον, hoc est, *venula*; vt quarto Aphorismorum, ἐκόσοι αὐτόματοι αἷμα οὐρέουσι τούτοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει. Id est. *Quicumque sponte sanguinem mingunt, his portendit venulæ circa renes rupturam.* De Latinis autem nemini dubium, quin eorum vetustissimi vocem *vena*, promiscue vsurparint, tam pro *vena* αὐτὴ φλέβος vt nunc dicitur, quam pro ἀρτηρίᾳ vt Lucillius libro vigesimo sexto. *Neque prius quam venas hominis tetigit & præcordia, arterias* volens innuere. Vbi tamen Nonius non recte *tangere* pro *inspicere* interpretatus est. Quis enim vnquam veterum ita locutus est vt diceret *inspicere venam*? Quin potius *pulsum cicere, ferire* aut *mouere*? Sic Cicero

de Fato: *Sicui venæ sic mouentur, is febrem habet, & is febrem non habet.* Vitruuius: *Vti medicis & musicis det de venarum rhytmo, & de pedum motu.* Sic Cornelius Celsus medicus, & scriptor latinitatis mundissimus libro secundo. *Si circa frontem venæ intentæ mouentur.* Et ibidem capite tertio. *Periculosissimum est, si venæ quoque ibi vehementer agitantur.* Et rursum: *Vbi venarum exigui imbecillique pulsus sunt.* Ibidem: *tum requirunt etiam, quare venæ nostræ, modo submittant se, modo attollant.* Ibidem: *Sed primo quidem die nullus humor dari debet, nisi subito sic venæ conciderint, vt cibus quoque dari debeat.* Ibidem: *venis enim maxime credimus, fallacissimæ rei.* Ibidem: *venas autem conspectus medici mouet.* Ibidem: *Si venæ non æquis interuallis mouentur.* Ibidem: *vena fallax, vrina fallacior.* Sic Ouidius quoque poeta non semel *venam* pro *arteria* accepit; vt in lib. de Ponto.

Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi:
Vt solet infuso vena redire mero.

Et ibidem:

Sæpe aliquem solers medicorum turba reliquit,
Nec spes huic vena deficiente cadit.

Idem in Metamorphosi:

——— Saliunt tentatæ pollice venæ.

Sic in epistola Acontii ad Cydippen:

Dumq; suo tentat salientem pollice venam
Candida per caussam brachia sæpe tenet.

Et Persius:

Tange miser venam, & pone in pectore dextram,
Nil salit hic ———

Quæ etiam accurate collegit & annotauit doctissimus vir Hadrianus Cardinalis qui tamen arteriæ vocem Latinam putauit, cum sit mere Græca, & e Græco fonte (sicuti pleraque alia) deriuata: qua tamen vsus est vetustissimus poeta Lucretius in 4. de rerum natura:

Præterradit enim vox fauces sæpe: facitq;
Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Vbi *arteria* pro *arterias.* Nonius noue dictum annotauit, & de Τραχεῖα, hoc est, *aspera arteria* intelligendum. Cornelius quoq; Celsus *arteria* siue *arteriarum* voce vsus est, lib. 4. *Itemq; arteria quas Parotidas vocant sursum procedentes, vltra aures feruntur.* Et rursum: *Alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum.* Et ibidem: *Arteria exterior ad pulmonem.* Et Aristot. quoq; de historia animalium lib. primo. Cartilagineum illud colli priorem obti-

nens situm, quod vocem & halitum transmittit, *arteriam* appellatum dicit. Et in eo significato accepit in eodem libro cap. 16. Neque vspiam aliter quam pro canna illa, quam vocis & pulmonis vocant.

Capvt XXIII.

Morem fuisse Romanis vt omnibus publicis edictis præfarentur has voces, Bonum factum, *velut boni ominis caussa, ibiq; Suetonius illustratus & emendatus.*

Illud quoque non leui neque suspensa manu prætereundum, videtur, sed antiquitatis obseruandæ caussa notatum. Romana stante Repub. & Monarchia, omnibus seu libellis seu edictis, quæ aut publice proponerentur aut legerentur, præponi solita illa duo verba Bonvm Factvm. quod quidam non animaduertentes, nimium supine Suetonium in Cæsare interpretati sunt, cum dicit. *Peregrinis in senatum allectis, libellus propositus est:* Bonvm Factvm, *ne quis senatori nouo curiam monstrare velit.* Nullam interpretes mentionem huius consuetudinis facientes, nihil quod ad explanationem rei conducat, adferunt. Cum idem in Vitellio consimili forma loquendi vtatur, his verbis: *Nullis tamen infensior quam diuinaculis & Mathematicis; vt quisq; deferretur, inauditum capite puniebat: Exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat vt intra calendas Octobris vrbe Italiaq; mathematici excederent, statim libellus propositus est. Et Chaldaeos dicere,* Bonvm Factvm. *ne Vitellius Germanicus intra eundem Calendarum diem vsquam esset.* Nec refert, quod huiusmodi libelli vt famosi, & incertis auctoribus essent propositi: imitatione certe edictorum per quandam irrisionem propositi erant, quibus (nimirum edictis) illa verba ominis boni loco præponebantur. Quod euidentius liquet, ex Q Septimii Tertulliani libro de pudicitia quem in decrepita ætate vir ille scripsit, cuius verba sic se habent: *Ita exarmata sunt iura aduersus hanc* (libidinem scilicet) *nonne dissimulare potuissem. Audio enim edictum esse propositum, & quidem peremtorium. Pontifex scilicet maximus, quod Episcopus episcoporum dicit. Ego & Mœchiæ & fornicationis functs dimitto. O edictum cui adscribi non poterit* Bonvm Factvm. *Non habet quis tam hoc repromittat.* Loquitur autem de edicto siue concione Imperatoris Heliogabali, quo frena luxuriæ laxans, omnibus impune permisit scortari, & adulteria committere. Meminit eius Ælius Lampridius his verbis: *Omnes de Circo, de Theatro, de stadio, & omnibus locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quasi militarē, dicens eas commilitones, disputauitq; de generibus schematum & voluptatum, adhibuit in tali concione postea lenones exoletos vndiq; collectos, & luxuriosissimos puerulos & iuuenes. Et cū ad meretrices muliebri ornatu processisset, papilla*

eiecta

iecta, exoletos habitu puerorum qui prostituuntur, post cōcionem, pronuntiauit his quasi militibus, ternos aureos donatiuum: Petijtq; ab his, vt a dijs peterent, vt alios ipsis haberet commendandos. Hanc igitur concionem *edictum* vocauit Tertullianus. Quamquam fieri potest, vt per edictum quoque tale quidpiam, homo omnium mortalium superans impuritatem; peruulgarit. Hunc ideo *Pontificem Maximum* vocauit Tertullianus, quoniam iam inde a Cæsaris Dictatoris & Octauii Augusti temporibus, Romani Principes sibi Pontificatum maximum vsurparunt: omniaque iura tam diuina quam humana in se transtulerunt. Quod tam est manifestum, vt demonstratione non egeat. Quod autem in Suetonii verbis citatis ex Vitellio, pro *vernaculis*, substituimus *diuinaculos*, moti ratione fecimus; quid enim ibi faceret vox *vernaculos*? Sed res amplius explicanda est, ex Dionis siue Xiphilini vitæ Vitellii compendio. Βιτέλλιος δὲ ἐπεὶ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐγένετο, τά τε ἄλλα διῴκει, ὥσπερ καὶ ἐδόκει αὐτῷ καὶ πρόγραμμα ἐξέθετο, δι' οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε, προειπὼν σφίσιν. ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας, ῥητήν τινα τάξας, ἐξ ἁπάσης τῆς ἰταλίας χωρῆσαι· καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι νύκτωρ ἀντιπροθέντες γράμματα, ἀντιπροεπήγγειλαν ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου ἐντὸς τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἐτελεύτησε. id est, *Vitellius postquam Romæ egit, tum alia exsequutus est, tum id illi visum est, vti edictum proponeret, quo Astrologi vrbe pellerentur, prædicens his & præstituens intra quem diem Italia illis decedere oporteret, moxque insequuta nocte scripta contraria proponentes, cōtra denuntiarunt illi, intra eundem diem illum vita priuatum iri; intra quem & vitæ finem fecit.* Audis hic nullam mētionem fieri *vernaculorum*, sed eos, quos hic Dion *Astrologos* vocat, Roman: *Mathematicos & diuinaculos* tum vocauere, vti ex Au. Gellio clare dilucet. Paratis his libellis ad editionem, inuenimus doctiss. virum Hadrianum Turnebum hæc etiam animaduertisse. gauisique sumus nostræ adsertionis nos habere adstipulatorem huiusmodi virum.

CAPVT XXIV.

Locus in Columella interpretatus: & ostensum quod sumtus sit e Xenophonte.

Locus est in Iunio Columella, non omnibus forte intellectus, qui nunc nostra interpretatione fiet manifestior. verba eius scriptoris sunt in lib. 1. cap. 6. vbi de positione villæ agit: *Ambulationes Meridiano æquinoctiali subiectæ sint, vt & hyeme plurimum solis, & æstate minimum accipiant.* Quod quidam non intelligentes, absurda quædam in hūc locum congessere: quidam ad loca arboribus consita retulere. Sed quomodo tunc non plurimum æstate solis accipiant? solis radiis exiguam tunc vmbram præbentibus, vtpote ex altiore loco iaculatis? Quomodo autem non minimum tum Solis hyeme? cum arbores illum tū sint obumbraturæ. Quocirca videtur hic Columella æmulatus Xenophontem, qui in li-

bro de dictis & factis Socratis 3 ita scribit: ἆρ᾽ οὖν τὸν μέλλοντα οἰκίαν οἵαν χρὴ ἔχειν, τοῦτο δεῖ μηχανᾶσθαι, ὅπως ἡδίστη τε ἐνδιαιτᾶσθαι καὶ χρησιμωτάτη ἔσται. ὁμολογουμένου δὲ τούτου. οὐκοῦν ἡδὺ μὲν θέρους ψυχεινὴν ἔχειν, ἡδὺ δὲ χειμῶνος ἀλεεινήν· ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο συμφαίησαν, οὐκοῦν ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις, τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει. τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος, σκιὰν παρέχει. οὐκοῦν εἴπερ καλῶς ἔχει ταῦτα οὕτω γίγνεσθαι, οἰκοδομεῖν δεῖ ὑψηλότερα μὲν τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἵνα ὁ χειμερινὸς ἥλιος μὴ ἀποκλείηται. χθαμαλώτερα δὲ τὰ πρὸς ἄρκτον, ἵνα οἱ ψυχροὶ μὴ ἐμπίπτωσιν ἄνεμοι. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν ὅποι πάσας ὥρας αὐτός τε ἂν ἥδιστα καταφεύγοι, καὶ τὰ ὄντα ἀσφαλέστατα τίθοιτο, αὕτη ἂν εἰκότως ἡδίστη τε καὶ καλλίστη οἴκησις εἴη. id est: *Vtrum enim aiebat, illum qui habiturus est qualem deceat domum, hoc efficere oportet, vt quam maxime fieri potest, delectabilis & iucunda tum etiam vtilis sit ad inhabitandum, hoc confesso, suaue igitur inquit est æstate frigidam, hieme vero habere calidam. Cum & in hoc consentiret. In domos igitur aiebat, meridiem respicientes, in hyeme solares radij ingrediuntur: tempore vero æstiuo cum sol supra nos & per tecta eat, vmbram prabet. Si igitur bene se habet hæc ad hunc modum fieri, oportet altius ædificare ea, quæ meridiem respiciunt, ne hybernus sol excludatur: depressiora vero quæ ad septentrionem, ne frigidi penitus incidant venti; & vt simul omnia comprehendendo dicam, quo omnibus horis ipse libentissime refugiat; & quæ sua sunt suppellectilis, securissime deponat. Hæc vt videtur iucundissima optimaque domus erit.*

Quæ Columella ad porticus, siue ambulationes transtulit, nec aliud per *ambulationes*, quam porticus intellexit, vbi meridiantur vel apricantur delectationis gratia homines, quas vult recta meridiei opponi, ob eas quas Xenophon refert caussas, nimirū cum humiles depressæque sint, hyeme plurimum, æstate minimum solis admittant, & sic omnibus anni horis sint accommodæ; hyeme ob calorem, æstate ob frigus apricæ, temperatæ. *Porticus* autem dictas fuisse *ambulationes*, testis etiam est Catullus de *porticu Pompei* loquens:

In Magni simul ambulatione.

Quam Propertius *Pompeiam vmbram* appellat:

Tu modo Pompeia lentus spatiabere in vmbra.

Non autem locum arboribus vtrimq; consitum innui certum, qui *xistus* appelletur, quod tamen quidam nimis temere hic persuadere sunt adnisi.

CAPVT XXV.

Lunulas *cur Romani gestarint in calceis, probabiliorem rationem videri Isidori, licet proletarij scriptoris, quam Plutarchi & aliorum nonnullorum.*

ROmanos *lunulas* seu lunæ *figuram* gestasse in calceis, testis est Iuuenalis;

Appositam nigra lunam subtexit aluta.

Huius rei Plutarchus in Romanis quæstionibus diuersas rationes adfert: primam, quod sit signum eius, quæ in luna est habitationis, & quod post mortem lunam habituri essent sub pedibus. Alteram quod ab Euandro & Arcadibus prognati sint, qui *proseleni*, hoc est *ante lunam nati*, vocati sint. Tertiam ad admonendos, homines ne insolescerent, instabilitatis humanarum rerum memores. *Luna* enim primum ab obscuro prodiens, paulatim maius ac maius lumē acquirit, donec compleatur ipsius orbis; tum rursum decrescens, paulatim lumen amittit, donec iterum in obscurum redeat; Postremo vt ad parendū animum inducant, hoc signo moniti, lunā enim semper solem sequi, & illi vt meliori obedire, & ab illo lumen accipere. Sic decere eos, qui secundum locum teneant, contentos esse duci parere, & per illū honore ac potestate frui cōtentis. Philosophica quidē sunt hęc & admonitoria, Sed puto rudi illo seculo, homines pastores ouiū & bubulcos nequaquam tantū sapientiæ imbibisse, vt illam vel in calceamentis ostentarent. Nec tam alte philosophatos, vt etiā philosophiam in talis gestarēt: Sed externum tantum id signū fuisse Patriciæ dignitatis. Quo circa id ipsum longe melius & vero proximius ab Isidoro licet minus probatæ auctoritatis Grammatico, explicatum fuisse, quā aut a Plutarcho aut aliis eū sequutis. Sic igitur ille lib. 20. quo loco de calceamentorum generibus agit: *Patricios calceos Romulus repperit, quatuor corrigiarum, adsutaq; luna. his soli patricij vtebantur. Luna autem in eis non syderis formam, sed notam centenarij numeri significabat: Quod initio patricij centum senatores fuerint.* Quæ ille haud dubie ex antiquo aliquo scriptore (sicus pleraque alia) hausit, longe similiora vero, quam quæ homines Græci inaniter excogitauerūnt, & falso imaginati sunt. Cum non fuerit illis rudibus (quos *Cascos* appellat Ennius) & e pastoritia vita allectis hominibus tanta cognitio contemplatioque sublimium rerum, vt eo vsque mentem extenderent; Sed voluisse illa centenarii nota velut externo insigni discernere lectos patres ab reliquo popello.

CAPVT XXVI.

Non oculis tumentibus *sed* trementibus *videri legendum in Suetonij Tiberio.*

SVetonius Tranquillus in Tiberio: *Sed Agrippinam & abegisse post diuortium doluit; & semel omnino ex occursu visam, adeo contentis & tumentibus oculis prosequutus est, vt custoditum sit, ne vnquam in conspectum eius posthac veniret.* Quo loco variant scripturæ, nam quidam *contumentibus*, alii *continentibus*, tertii *conniuentibus* legunt. *Contentis* autem *fixis* interpretantur Ph. Beroaldus & Sabellicus, in suis in illum locum scholiis, adducentes illud Vergilii:

Turnus adhuc oculos horrenda in virgine fixus.

Et alibi:

Illum turbat amor, oculosque in virgine figit.

At Cælius Rodiginus lib. 30. cap. 8. veterem lectionem conseruare vult, enarratoresque hic erroris arguit. *Nam contingit*, inquit, *nimium vigilantibus, vt: caua quæ sunt sub oculis, protuberent. Accedit*, inquit *ex amore hoc plerumq;. Græci* κοιλιδιῶντας *velut* οἰδοῦντας τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς, deinde vt hoc testimonio comprobet, Theocriti carmen adfert:

——οἱ δ᾽ ὑπ᾽ ἔρωτος.

δὴ ἦτε κοιλιδιόωντες ἐπώσια μοχθίζοντι.

Quæ vt maxime vera sint, quid eæ partes sub oculis ad oculos pertinent, quas ni fallor *genas* appellant? quamquam id tam ex fletu & mœrore, quam ex amore & vigilia prouenit, vti Catullus,

——*nam mea puella*

Flendo turgiduli rubent ocelli.

Imo multis vigiliis tam oculos quã genas seu mala potius rubere, tremere, nictare, turgere & rerum vsu & medicorum doctrina perspicuum est. Ocellos rubere dixit & turgidulos propter genas extuberantes. Est autem versiculus supra citatus ex 1. εἰδυλ. Theocriti, vbi Scholia dicũt, *hoc euenire nimia vigilia affectis, quod & amantibus contingit.* Ceterum nihil hoc ad locum Suetonii pertinet, cũ de improuiso & de repente obuio adspectu & intuitu ille loquatur. Quocirca nos *trementibus* legimus; ducti Iuuenalis auctoritate, qui de turpi veneris opere loquens, subdit:

——*oculosque in fine trementes.*

Qui enim adspectu muliebri mouentur, & Venerem meditantur, contentis tremulisque oculis, & lasciuientibus intuentur. Vnde & Adamantius & Polemon Sophistæ, hos *inundantes* & *fluctuantes* appellarunt. ἐπαφρόδιτον καὶ ἱμεπαθῆ αἰδραπομένοντες, inquit Polemon, hoc est *venustum & affectibus amatoriis obnoxium.* hos κλυζομένους καὶ κυμαίνοντας vocat Adamantius: ὀφθαλμοὶ, inquit, κλυζόμενοι κυμαίνοντες ἐν αὐτοῖς εἰς ἀφροδίσια καὶ ἡδυπάθειαν ἵενται. id est, *Oculi inundantes, fluctuantes in seipsis, ad Venerem & delicias concitati feruntur.* Quin & amatorios ocellos vdos depingit, scitissimus Poeta Anacreon:

τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον
ἅμα γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης
ἅμα δ᾽ ὑγρὸν ὡς Κυθήρης.

Id est,

At oculi nunc vere
Instar ignis sint facti,
Simul glauci vt Mineruæ,
Simul vdi vt Cystheres.

Nemo

Nemo tamen quod sciam *tumenti adspectu* finxit amatorē. Oculi enim amatoria passione laborantium, caui magis sunt, & palpebræ tremulæ, vt ante diximus, id quod Paulus Ægineta lib. 3. c. 17. vbi de amatoria passione agit optime explicat. ὀφθαλμοὶ, inquit, κοῖλοι καὶ οὐ δακρύουσι, φαινόμενοι δὲ ὡς ὑπὸ ἡδονῆς πεπληρωμένοι εἰσὶν, κινοῦνται δὲ αὐτοῖς τὰ βλέφαρα θαμινὰ, τῶν τε ἄλλων τοῦ σώματος μερῶν οὐ συμπιπτόντων μόνοι οὗτοι τοῖς ἐρῶσι συμπίπτουσι. i. *Oculi concaui, qui nullas emittunt lachrymas, sed quasi voluptate perpetua semper impleti sunt, mouenter ipsis palpebræ crebro. ceteris autem corporis partibus haud collabantibus, soli hi amatoribus concidunt.*

CAPVT XXVII.

Anabolicæ species, *quæ dicantur in Flauio Vopisco.*

FLauius Vopiscus in Aureliani Cæsaris vita ita scribit: *Vectigal ex Ægypto vrbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, stupæ, atque Anabolicas species æternas constituit.* Turnebus lib. 18. cap. 17. legit *embolicas*, quod inquit tributi genus erat & vectigalis. at si auctoris verba perpendas, de speciebus rerum ad vsum necessariarum loquitur, populo largitis. idque nostram tuetur sententiam. *Anabolicas species* castigat Bapt. Egnatius & mutat in *Anatolicas*, & interpretatur *Orientales*. Tu *Anabolicas species* retine, & lege & interpretare *vestiarias species*, puta eas quæ ex Ægypto, Arabia felice, Æthiopia, Perside, India, per mare rubrum in Ægyptum, deinde illinc Romam aduehebantur, vt etiam in Periplo maris rubri docet Arrhianus: Puta ■ lino, serico Indico, Gossipio. Nam & *abollas* in Tyro & Ægypto, & Gaunacas, & λεντία δίκροσσα & *stolas Arsenoiticas* in Ægypto confici idem tradit Arrhianus. Etsi *Gaunacas* Clemens Alexandrinus inter *stragula* recenseat. Dicuntur autem hæ species *Anabolicæ* a verbo ἀναβάλλομαι. Quod vt inquit Moschopulus in dictionibus Atticis, significat ἐπιρρίπτομαι ἐνδύομαι. id est, *induor, vestior*, vnde inquit ἀναβολὴ ἡ περιβολὴ, *vestis quæ superiicitur*, vsus est Dion siue Xiphilinus in Nerone, ἱμάτιον ἀναβαλλόμενον ἐν τοῖς δρόμοις. *vestis induta in currendi certaminibus.* Sed & Sinesius in Epistola ad fratrem, ἀναβολὰς appellat. καὶ πρίαμαι τρεῖς ἢ τέτταρας τῶν ἀναβολῶν, id est, *Et emo mihi tria aut quatuor vestium indumenta.* Quin & Thomas Magister Grammaticus apud Græcos non incelebris, ἀνεβαλόμην χιτῶνα ἢ ἐνεδύθην. id est, *vestem iniecimus siue induimus.* Hinc Isidoro *Anabeladium, quod lineam vestem* interpretatur, siue vt ait *Amictorium lineum fœminarum, quo humeri operiuntur.* quod Græci & Latini *syndonem* vocant, quo gestamine etiam nostrates mulierculæ sese efferunt. At Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum, *Anabolæa* inter sacras vestes, quibus Christianorum Mystæ vtuntur, commemorat. Anabolæa inquit referunt ea anabulæa, quæ gerebant vestimenta.

CAPVT XXVIII.

Iuppiter Tragœdus, & Apollo Sandaliarius *unde dicti. Suetonius explicatus.*

SVetonius Tranquillus in Augusto, *Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant: Item Calendis Ianuarij strenã in Capitolio etiam absenti; ex qua summa preciosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat, vt Apollinem Sandaliarium, & Iouem Tragœdum.* Hæc numina quidam a vicis *Sandaliario*, & *Tragœdorum* opinantur dicta: aliis de hac re ambigentibus. Romæ autem fuisse *vicum Sandaliarium* siue *Sandalarium* ex P. Victore seu Sexto Rufo constat, qui illum locant in regione vrbis Quarta. Iouem autem Tragœdum vt numen aliquod nouum a Cæsare Augusto introductum, suggillat Theophilus Martyr lib. 3. ad Autolycum τί γάρ με δεῖ καταλέγειν τὰς ἀσελγείας τῆς μητρὸς θεῶν λεγομένης, ἢ Διὸς λατιαρίου διψῶντος αἵματος ἀνθρωπείου, ἢ ἄττιος τοῦ ἀποκοπτομένου, ἢ ἔτι ὁ ζεὺς ὁ καλούμενος τραγῳδὸς καταχλύσας τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα ὥς φασι, νῦν παρὰ ῥωμαίοις θεὸς τιμᾶται id est, *Quid me oportet enumerare nequitias & impuritates dictæ matris Deum, seu Iouis Latialis sitientis sanguinem humanum, seu Attyn castratum, seu vt Iuppiter Tragœdus vocatus suam iactans & inundans manum apud Romanos, nunc vt Deus colitur.* Quibus Theophili verbis adductus, magis credo ab habitu & gestu tragico, quo hic Iuppiter effictus fuit, superstitione quadam seu somnio monito ad id Augusto *Tragœdum* dictum. *inundare* enim & *iactare manum* tragici gestus est. Nam *vicum* fuisse Romæ *Tragœdorum*, nondum inuestigare potui, etsi *vicum Sandaliarium* legam in P. Victore. An autem inde *Apollo* sit *Sandaliarius* appellatus, aliorum iudicio relinquo. Et an vicus ille a *Sandaliorum confectoribus* ita dictus sit, An potius *Apollo Sandalarius* dictus, quod *Sandalijs* (calceamenti id genus est ab Anacreonte σάνδαλον dictum) *indutus esset*, quod olim non virorum, sed heroinarum calceamentum fuit, vt alibi ostendimus, de quibus omnibus, antequam quid temere pronuntiemus, ampliandum censemus & deliberãdum. De hoc *vico Sandaliario* ni fallor, loquitur Aulus Gellius, lib. 18. c. 14. *Cum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus, Magistrosque tunc nobismetipsis exploratiores quæreremus, in Sandaliario forte apud librarios fuimus.* Nisi de alio loco illum autumasse alii contenderint.

MISCEL-

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber V.

IACOBO NICOLAO LOENSI
Auctore.

CAPVT I.

Defensus a calumnia Boetius, & error Pij notatus in explicando loco Porphyrij in capite de specie; ibique carmen Euripidis citatum, quodque eius lectionem non temere immutare debuerit Muretus.

QVantus fuerit in Philosophia, & in omni disciplinarum genere Flauius Seuerinus Boetius, ii quos reliquit abunde testantur libri. Sunt tamen quidam tam male feriati, & maligni homines, qui illum carpere non desinunt: tum præcipue quod Porphyrii librum τῆς εἰσαγωγῆς vertens, hunc locum qui sic Græce legitur, vt subiungemus, non verterit, sed peruerterit. Sic enim ille in capite, περὶ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς, καθ' ὃ εἴρηται, πρῶτον εἶδος ἄξιον τυραννίδος. id est, *Species vero dicitur de cuiusque forma, iuxta quod dicitur: Priami species digna tyrannide seu regno.* Hic quidam mire stomachantur in Boetium, quod ausus sit vertere id, quod in Porphyrio non erat, nempe, *Priami species digna esset imperio.* At si vnquam id vertit Boetius? cur in his commentariis quos in propriam editionem composuit, nullam Priami facit mentionem? & in his commentariis, quibus Victorini versionem explicat, nullius *Priami* commeminit. Cum tamen Victorinum reprehendat, quod cum dixerit *speciem esse hominis formam*, tamen iterum *vultus pulcritudinem, speciem* dicat, quasi diuersa sint, *vultus pulcritudo, & hominis forma*, & non re eadem. Quocirca id potius credendum, exemplaria Boetianæ versionis a librariis & sciolis iam olim fuisse vitiata. id quod scholion quoddam in codicis margine, quem habeo antiquæ editionis, innuit: adiiciens nonnullos codices habere, *primum quidem species digna est imperio*, vt inde facili lapsu transcribētium, præcipue imperitorum, e primum voce factum sit *Priamus*, & Boetium omnino *primum*, non *Priami* scripsisse. Sic vt error B. pistæ Pii Bononiensis in commentario in Lucretium sit explodēdus, qui in Græco codice πριάμου nō πρῶτον legendū censet; sicut in codicib. (inquit) vulgatis passim habet. Deinde adducit te-

stes duos codices valde (vt ipse censet) castigatos, vnum etiam priscum castigatissimum, qui fuerit Lionorii Flaminis Bononiensis. Alterũ se Brixiæ vidisse autumat, qui fuerit Ioannis Taletii Græcæ & Latinæ doctissimi. Sed Pius hic cum suis codicibus nullum locum habebit, qui & ipsi ad consimilem modum, vitiati inquinatique sunt. Neque pro eo facit, quod Priamus fuerit omnium pulcerrimus, neque rursus, quod Porphyrius carmen hoc syllaba, quam decuit, productius extulerit. vt exemplo subseruiret, præcipue cum illud ipsum carmen extet apud Stobæum, ex Euripidis Tragœdia nescio qua, titulo εἰς κάλλος.

ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔγγον' ἄρρεν' ἀρρένων
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος.

Id est,

Vtinam videam ipsorum nepotes nepotum,
Primum quidem forma dignos regno.

Quorum postremum hunc immutatione vnius elementi, adaptauit Porphyrius suo proposito. vt non debuerit tam anxius esse vir singularis eruditionis Antonius Muretus in mutanda lectione, ἄξιον in ἀξίους tam curiose transponendo: cum sexcenta talia sint in Platone Aristotele, & aliis Philosophis, vbi carmen immutant, vt pro testimonio ad id quod probare volunt illis subseruiat. cum etiam Athenæus libro 13. hoc ipsum carmen ad eum modum quo Porphyrius legat, cuius verba sunt hæc: ἡρακλείδης ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν σπάρτην θαυμάζεται μάλιστα ὁ κάλλιστος καὶ ἡ γυνὴ καλλίστη, διὸ φασὶ περὶ ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς, καὶ πλουσίας ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν ἐπιλέγοντας ὅτι βασιλίσκους αὐτὶ βασιλέων τοῖς σπαρτιάταις γεννᾶν προαιρεῖται. Εὐριπίδης τε ἔφη. πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. id est, *Heraclides scribit, quod in maxima admiratione essent apud Spartanos pulcerrimus vir pulcerrimaq; mulier, vnde aiunt de Archidamo, quod multatus sit ab Ephoris, quod cum pulcram haberet vxorem, & alteram deformem, sed diuitem, quod deflexerit ad diuitem accusantes, quod regulos pro regibus Spartiatis generare præoptasset: cum Euripides dicat, primum quidem species digna tyrannide, seu regno.* Fallus quoque est Daniel Barbarus, qui in commentario in hunc Porphyrii librum, versus istos putauit esse ex Euripidis Phœnissis, quod certe (pace eius viri) neutiquam verum reperietur, vt interdum summis viris minus intentis, tales errores vel non sentientibus obrepere soleant.

Capvt II.

Lunulas in calceis, *qua parte pedis gestarint Romani, inibiq; Herodis Attici dictum explicatum e Philostrato; tum super malleo & talis nonnulla allata.*

Romani cur lunulas seu lunæ effigiem in calceis gesserint, puto

puto a nobis alias lib 4.cap 24. dictum. Sed nunc qua parte pedis, ante ne an retro, supra an infra, interius seu exterius, id puto inuestigandum. Cuius rei non mediocrem notionem ingerere visus est Philostratus in Herodis Attici vita. Qui *lunulam* illam dicit fuisse Romanis *insigne nobilitatis*. Sicuti & Iuuenalis quoque in septima Satyra dum ait:

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Dicit autem hoc fuisse τὸ μηνοειδὲς ἐπισφύριον ἐλεφάντινον; hoc est *Lunatum ex ebore ornamentum, quod malleos pedum contegeret, ad lunæ effigiem corniculatum.* Cælius Rhodiginus nescio qua ratione *fibulam corniculantem* interpretatur, instar eius quæ est in luna. At fibula id calciamenti non fuit, sed extrinsecus, ad malleum vtriusque pedis ornamenti gratia, & velut patriciæ nobilitatis insigne appositum, quemadmodum etiam indicat supra citatus versiculus. Sed & talem calceum ob id lib. 1. epigr 50. Martialis *Lunatam pellem* appellat. Verba Philostrati c 2 de vitis Sophistarum ex Herodis Attici vita, ideo adpingere hic visum est, quod eam rem manifestam faciant: ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἡρώδην καὶ φόνου δίκη ὧδε ξυντεθεῖσα· κύειν μὲν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ῥήγιλλαν ὄγδοον που μῆνα, τὸν δὲ ἡρώδην, οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἀλκιμέδοντι ἀπελευθέρῳ προστάξαι τυπτῆσαι αὐτήν· πληγεῖσαν δὲ ἐς τὴν γαστέρα τὴν γυναῖκα ἀποθανεῖν ἐν ὠμῷ τῷ τόκῳ. ἐπὶ τούτοις ὡς ἀληθέσι γράφεται αὐτὸν φόνου βραδούας ὁ τῆς ῥηγίλλης ἀδελφὸς εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις, καὶ τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος τῷ ὑποδήματι. τοῦτο δέ ἐστιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές. καὶ παρελθὼν ἐς τὸ ῥωμαίων βουλευτήριον, πιθανὸν μὲν οὐδὲν διῄει περὶ τῆς αἰτίας ἣν ἐπῆγεν, ἑαυτοῦ δὲ ἔπαινον ἐμακρηγόρει περὶ τοῦ γένους· ὅθεν ἐπισκώπτων αὐτὸν ὁ ἡρώδης. σὺ ἔφη τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις. i. *Contigit etiam Herodi, vt cædis iudicium fieret ob id illi intentatum, vxore ipsius Rhegilla octauo mense pariente, cum Herodes Alcimedonti liberto haud magnis rebus præposito eam iussisset feriri, cumque is in ventrẽ mulieris ictum ingessisset: euenit, vt ea immaturo adhuc partu decederet. Propter hæc tanquam vera assensi cædis illum accusauit Bradeas Regillæ frater. maximæ opinationis inter consulares, & symbolum seu signum nobilitatis obuinctum habens in calceis, hoc quidem super malleare est eburneum, instar lunæ corniculatum. Progrediensque in Romanorum Senatum, nihil narrauit, quod eam quam intentauit accusationem probabilem redderet, sed seipsum laudans, sermonem longum fecit de suo genere & nobilitate. Quocirca illum irridens Herodes, Tu inquit nobilitatem in talis habes.* Ceterum quod hic Herodes, *nobilitatem* eum in talis gerere adserit, videtur repugnare rei vocabulo, qui ante illud ἐπισφύριον vocauit, quasi dicas *supermalleare*, quod scilicet pedis malleolis apponeretur. Sciat Herodem ibi vulgari locutum. Nam vt Galenus in libro de ossibus docet, vulgo *Malleoli pedum*, hoc est, τὰ σφυρὰ etiam ἀστράγαλοι nominabantur, cum sit differentia

inter vtrumque non minima. Sed prolixius recitanda sunt Galeni verba, prout ab interprete Ferdinando Balamio Siculo sunt versa: nam Græci exemplaris videndi copia nondum mihi contigit, vt differentia vtriusq; ossium melius consideretur: *Tibis*, inquit, *quicquid anteriore in parte tenue & carnis expers est, Crea* (ἀντικνήμιον in margine) *dicitur. ima ab vtroque latere tibiæ suræq; partes,* σφυρὰ in margine, *malleoli nuncupantur: itaq; gibba rursus & omnino carne carentes, extra alia prominent. Hos ipsos permulti talos* (ἀστραγάλους in margine) *vocant, Sed errant penitus: nam sub his vtrinque talus continetur, ac vndequaque contegitur, vt ne eum tangere quidem possis. Malleoli extrema tibiæ suræq; processuum partes sunt, Gibbæ quidem exteriore ex parte* (*vti patet*) *intrinsecus cauæ.* Deinde tali hoc est ἀστραγάλου posituram & formam exactius describit. Ex quibus omnibus liquere puto diuersa esse σφυρὸν & ἀστράγαλον. Præterea Herodem cum diceret Bradeam nobilitatem ἐν ἀστραγάλοις gestare, magis vulgare locutum quam vere, cum *episphyrion* ἀπὸ τοῦ σφυροῦ non ἀπὸ τοῦ ἀστραγάλου denominatum constet, cum parti calcei apponeretur, quæ malleolum contegit. Quocirca illud Stratonici apud Athenæum dictum, non recte Cælius videtur interpretatus, qui ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ *supra talum* vertit, cum *supra malleolum* vertere debuerit. Sed ipsa Athenæi verba e libro δειπνοσοφιστῶν 8. adiiciamus: Μινάκῳ δὲ αὐτῷ περὶ μουσικῆς διαμφισβητοῦντι ὡς οὐ προσέχω αὐτῷ ἔφη, ὅτι ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ λέγεις. id est: *Minnaco*, inquit, *super musica cum eo dissertare ingresso, non intendo inquit, quoniam* ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ λέγεις. id est, *supra talum dicis*: cum *supra malleum* vertere vt diximus debuerit. Ceterum id non obiter animaduertendum, quod *gibbam* illam tibiæ suræque partem quam Galenus τὸ σφυρὸν vocat, Rufum in 3. περὶ ἀνθρώπου μορφῆς vocare κόνδυλον, cum quæ idiotas quosdam vocare ἀστράγαλον, καὶ κατωτέρω ἐστὶν αὐτῆς (*tibiæ ossis* scilicet) τὸ πέρας, ὁ ἔξω κόνδυλος, ὃν ἔνιοί φασι τῶν ἰδιωτῶν ἀστράγαλον προσαγορεύουσι. id est, *Et inferius ipsius* (*ossis tibiæ* scilicet) *extremum quod foris prominet condylus, quem quidem vulgarium quidam talum appellant.* Idem tamen hunc paulo post σφυρὸν appellat, ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὸ σφυρὸν μέρων, ἡ κνήμη στενοῦται πως. id est, *Ex partibus vero ad malleum sura ex parte arctatur.* Sed & idem auctor est in interuallo duorum ossium scaphoidis & ciboidis, instar figuræ Sigma contineri astragalon siue talum. Sed & Theophilus Protospatharius ὁ δὲ inquit, ἀστράγαλος ἔγκειται μὲν τοῖς τῆς κνήμης, καὶ περόνης ἐκφύσεσιν, ἐπίκειται δὲ τῇ πτέρνῃ κατὰ δύο ἴτας ἐξοχὰς τοῖς κοιλότησιν ἐκείνης ἐνδεχομένοις. id est, *Talus iacet inter tibiæ & suræ excrescentias, iacet autem calcaneum infra, duabus eminentijs intra concauitates eius situs.* Quæ satis sufficere arbitramur ad differentiam tali & mallei explicandam.

CAPVT

CAPVT III.

Emendatus locus Nonij Marcelli.

NOnius Marcellus in voce *Lancea* citat Sisennam histor. lib. 3. ita dicentem: *Gallia materibus, Sueui lanceis configunt.* At Sueuis qui præstantissimi Germanorum fuere, non *Lancea*, sed *framea* telum fuit. vt docet Cornel. Tacitus in libro de moribus Germanorum: habentque probati quidam codices vestigia veræ lectionis, & loco, *Sueui*, *sani* reponunt, quæ vox proximius accedit ad genuinam lectionem. Tu lege *Hispani.* Hispanorum enim *lanceam* fuisse peculiare telum docet M. Varro libro quarto decimo rerum diuinarum auctore A. Gellio Hispanicumque vocabulum, etsi Festus, id a Græcanica voce λογχῆ deducat. Nec adnotassem hanc rem, nisi diligentissimos quosque scriptores hunc locum perperam & legisse & citasse animaduertissem. Quin ne in postrema quidem æditione, quæ auctorem D. Hadrianum Iunium præfert hoc repositum esse videmus.

CAPVT IV.

De versu & Poeta Phalisco. *De Sereno Crinitum duos, & Gyraldum tres ex vno fecisse Poetas.* Septimium Phaliscum *&* Serenum *vnum eundemque fuisse Poetam; de eius ruralibus opusculis: castigatus Terentianus.*

DVbium merito multis videri debet, quodnam aut cuiusmodi carmen sit id, quod *Phaliscum* dicitur. Cuius præcipue meminere & Seruius in suo centimetro & Maurus Terentianus & quidem hoc metro:

Talia docta Phalisca legimus &c.

Vtrique autem constare aiunt tribus dactylis, & in fine Pyrrichio, qui Dactyli interdum franguntur in proceleumaticos, vt maior addatur carmini celeritas. Hoc carmine vsum quendam Poetam Phaliscum auctor est idem Terentianus, mentionem eius faciendo, dum illum etiam Anapæstica ex posteriore cæsura carminis Heroici contexuisse tradit; subdens:

Atque ille Poeta Phaliscus
Quom lusit carmina pangit:
Vna vua sum, & vna phalerna:
Et ter sex, & quater anno.
Libro quoque iuxit eodem.
Vnda unde Colonus eat
A flumine venit Orontis.
Erit vltima syllaba post tres
Catalectica, quæ perhibetur. &c.

Quo non aliud innui puto, quam Q. siue A. Septimium Sere-

num, qui de ruris opusculis libros conscripsit, quod vel ex præcedenti carmine colligi potest: Et etiam in centimetro suo ad Albinum, aperte indicat Seruius, *Phaliscum*, inquit, *constat tribus dactylis & pyrrhicio*, vt

Docta Phalisca Serene dabis.

Qui versus forte ab ipso Sereno compositus est, aut saltem ab ipso Seruio. Quo innuitur hunc Serenum præcipue hoc carmine delectatum. & a se qui Phaliscus origine fuerit, *Phaliscum* denominasse. Vt iam ridiculi sint Crinetus & Gyraldus, quorum hic ex hoc vno tres Poetas fecerit, *Phaliscum, Aulum Serenum*, & *Q. Septimium*: ille duos, *A. Serenum*, & *Q. Septimium*. Cum reuera ex his quæ adduximus, vnum eundemque hunc esse opusculorum ruris conscriptorem constet, qui tamen diuerso metrorum genere in his vsus sit; præcipuo autem hoc dactylico, quem a se *Phaliscum* vocari voluit. Nam vt demus P. Crinito quod D. Hieronymus illum inter Lyricos commemorat, quid hoc refert cum vario lyricorum metrorum genere sua scripserit opuscula, & potuerit alia quoque a ruralibus suis diuersa lyrice scribere; quemadmodum & hymnos hunc Septimium scripsisse constat. Nam & ex eorum vno in Ianum conscripto, aliquot versus citat Terentianus, dum de Choriambico Phalæcio agit, cuius exemplum hoc adducit:

Iane pater, Iane tuens, diue, biceps, biformis,
O cate rerum sator, o principium Deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi,
Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello.

Hymni autem illius auctorem hunc rei rusticæ scriptorem & Lyricum esse, aperte fatetur idem Terentianus his versibus:

Qui multos legere negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse Poetas,
Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum,

Corrigendus est locus in tertio versu & legendum,

——*qui scripsit opuscula ruris.*

non *nuper*. Vt habent vulgati codices & P. Crinitus: quod Lilius Gyraldus etiam animaduertit, & paulo post ipse Terentianus indicat, de carmine ex Dactylica hepthemimeri agens:

Septimius (docuit quo ruris opuscula libro)
Hoc genere adsidue cecinit:
Ponere pauca mihi sat erit.
Inquit amicus ager domino,
Si bene mi facias: memini.
Pinea brachia dum trepidant,
Audio canticulam zephiri.

Quia

Quin paulo post, versuum illius vt Lyrici meminit: & carmina eius *Phalisca* appellat; quod vti apparet, ipse Septimius auctor ea ita nuncupari voluit: ad celebrandam (vt credibile est) patriam suam Phaliscos (adeo vt interim admirer q Crinitus, nullo auctore, Afrum illum dixerit) Tum etiam versus illius de vite iuganda, quod ipsum etiam rusticationis opus est, adfert, vt patet in his versibus:

Nam Lyrici quoties sua volunt
Carmina per varios dare sonos:
Pluribus illa modis ita nouant
Dactylicum hoc fieri magis amat:
Vel si ponitur vnus alius
Pes, modo tertius hunc retineat.
Talia docta Phalisca legimus:
Nam tibi notius hoc genus erit;
Carmine si quid ab hoc posuero;
Quando flagella iugas, ita iuga,
Vitis & vlmus vti simul eant:
Nam nisi sint paribus fruticibus,
Vmbra necat teneras Amineas.

Hinc & Seruius,

Docta Phalisca Serene dabis.

Quod carmen fortasse est ipsius Sereni, a Seruio exempli loco citatum: vt iam minus mirum sit D. Hieronymum & Seruium in 1. Æneid. quo loco de *instar* agit, hunc Lyricum vocare. quando (vti diximus) Lyricis versibus tum opuscula ruris, tum hymnos, tum alia vti apparet conscripserit. Locus autem D. Hieronymi quem P. Crinitus innuit, est in epistola ad Paulinum his verbis: *Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque Catullus & Serenus, Christum Lyra personat.* Ex his igitur liquet, frustra Crinitum & Gyraldum laborare, vt alium Serenum Lyricum, ab hoc Septimio faciant. Cum Sereni *Phalisca* esse Seruius adstruat, eademque Septimii Terentianus, qui Septimium quoque *Phaliscum Poetam* esse aperte declarat, & non tertium quendam, vt falso opinatus est Lilius Gyraldus. Nam Carmen, quod Sereni esse adfirmat Martianus Capella, ex meris breuibus cōstans, eius generis esse, cuius supra meminimus, Dactylis in proceleumaticos resolutis, priore nimirum longa in duas breues commutata manifestum est. Est autem tale:

Perit ampedis animula leporis.

Quale item est quod Diomedes refert,

Animula miserula properiter obit.

Quin & Terentianus dum de tertia tome hendecasyllabi agit, hosde eo versus commemorat Lyricos:

Hoc de Septimij potes

Iunctis nosceris versibus.
Gerit intus in oppidum
Anhelos Panope greges.

Sed omnem dubitationem tollit, quod Nonius Marcellus *Serenum in Opusculis ruralibus* aduocat, interdum *in Opusculis*, interdum *ruralibus* scribendo: vt in voce mercatus: *Ad mercatum eo villice.* Et in voce Labium: *Labiumq; insigne reuellit*, qui versus dactylicus est talis, qualis ille: *inquit amicus ager domino.* Et iterum in voce Occatio, *Occatio occæcatio est.* Quod de occatione rustici auctorem illum loqui manifestum est. Nec refert, quod alii Aulum, alii Quintum hunc scribant, cum id hallucinatione librariorum factum fuisse arbitrari merito quis possit. Citat hunc quoq; Fortunatianus.

CAPVT V.

Principium Phœnissarum Actij collatum cum principio eiusdem nominis fabulæ Euripidis.

SVperest adhuc e clade illa veterum Poetarum carmen L. Actii Tragici Poetæ e fabula quam *Phœnissas* inscripsit: id autem ex collatione consimilis nominis fabulæ Euripidis, apparet de eodẽ Euripide mutuatum: fuisseque initium eius Tragœdiæ, quod cum ille de Græco Poeta mutuare sit conatus, videamus an idem lepos, eædemque gratiæ Latino insint, quæ in Græco apparent. Sic igitur Græca se habent:

ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν
καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,
ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
ἀκτῖν' ἐφῆκας —

At ille noster ad hunc modum:

Sol qui micantem candido curru atq; equis
Flammam citatis feruido ardore explicas.
Quiq; natum aduerso augurio & inimico omine.
Thebis radiatum lumen ostendis tuum.

Qui dum contendit ad magniloquentiam Euripidis, in inefficacem quandam affectationem incidere videtur. Nam neq; primi versus sensum attigit, (credo diffisus se illum adsequi posse ob longitudinem Hyperbati) & sequentium versuum verborum maiestate longe inferior est habitus, implicatum quid, & obscurũ proferendo: vbi enim est illud, καὶ χρυσοκολλήτοισιν, &c. & illud, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. pro quo, quam sine genio est illud affectatum, *micantem flammam, candido curru, equis citatis, feruido ardore, explicas.* Tum illud *quique*, quam frangit vim connexæ orationis, vt reliqua quoque nihil ad sensum Euripidei carminis pertinent? nam *aduerso augurio*, & *inimico omine*, *natum & radiatum lumen*, quam

quam dissona sunt a mente Euripidis? qui solum dixit, ἥκων ἴφηκας ... ἡμέρα. Vt iam non iuculpet diuinos Solis radios & lumen. quod facit Actius, sed ipsum infelix oriendi solis momentum, & diem: quem infelicem inquit interpres vocat ea ratione qua Hesiodus quasdam ἡμέρας πονηρὰς, hoc est, *dies malas* appellat: ratione nimirum bonorum & malorum in eis nobis obuenientium. Quod longe leuius est, quam quod dicit Actius; *quique natum augurio, &c.* Sol enim ex constituto oritur occiditque, tum etiam necessario: auguria autem & omnia in his quæ fortuito obueniunt, solum considerantur. Ex quo liquet, Energiam illam & natiuam vim dicendi Græcorum, nostros quidem adsequi conatos, sed in ipso conamine defecisse. sicut ex multis quoque aliis eorum reliquiis ad Græca exemplaria collatis satis liquet, ampliusque liqueret, si eorum libri, qui non sine graui literarum iactura interierunt, exstarent. Paucos excipio, quorum scripta citra omnem aleam cum Græcis committi possunt, præcipue omnis eloquentiæ parentis M. Tullii Ciceronis, & si hic quoque in conuertendo Latina de Græcis vt alibi diximus, magnam sibi libertatem permiserit.

CAPVT VI.

Ima Cera *quæ dicatur in Suetonio, inibique de ritu consignandi testamenta.*

IN rescripto CÆSS. & Augg. Diocletiani & Maximiani, C. *de impuberum substitutionibus.* L. *precibus* notum est, nec tacuere iurisconsulti, *secundos heredes* dici *substitutos*, quando id ne Accursium quidem, & Albericum Rosatum latuerit. Sicut & apud Suetonium Tranquillum in vita Iulii Cæsaris; Cum dicit *Decimum Brutum nominatum a Cæsare in secundis heredibus* hoc est vt Beroaldus & Sabellicus enarrant *inter substitutos*, non inter legatarios, vti voluit Alexander ab Alexandro qui Boetium non legerat, ita scribentem in secundo commentariorum in Topica Ciceronis: *Secundus heres dicitur, qui heredi substituitur: veluti si quis filium instituat heredem, scribatq; si is filius intra pubertatem decesserit, nepotem vel quemlibet alium heredem esse oportere.* Nepos igitur vel quilibet alius, secundus heres dicitur. Quod cũ in confesso sit, non minore negotio torquent se eius auctoris interpretes in explicando eo de *ima cera.* C. inquit, *Octauium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera.* In quem locum Beroaldus ineptiens, *in prima* inquit, *cera hoc est prima cerata tabula, testatoris nomen, in secunda heredis scribebatur, & hinc est illud Horatianum:*

—— *quid prima secundo.*

Ff 4

Cera velit versu, solus multisue cohæres
Veloci percurre oculo —

Imam ceram, intellige *vltimam partem tabulæ testamentariæ. Cicero extrema Cera pro vltima parte tabulæ dixit, vt interpretatur Asconius.* Hactenus ille. Quo si vnquam quicquam ineptius scripsit, hic auctor, alioqui eruditus; nihil recuso, quin me omnes maleuolentissimum iudicent, & omnium odio dignum. Sed itane *in prima tabula* testatoris nomen scriptum fuit, vti etiam heredis suscipere non posset, qui si respexisset ad illum Horatii versiculum, quem citat, *Quid prima secundo, Cera velit versu.* Haud dubie vidisset, mox testatoris nomini, in eadem cera subiici nomen instituti heredis. Neque enim magis quidquam contra se proferre potuisset: quod vel cœco apparet. Cum in prima cera, mox *secundo versu*, hoc est *linea*, vel vt nunc loquuntur paragrapho, subiici soliti sint instituti heredes. Quod & idem Poeta se velle ostendit cum subiicit:

—— solus multisue cohæres
Veloci percurre oculo. ——

Nec possunt aliter intelligi versus Horatiani, quam in prima cera institutiones heredum scribi solitas. Id enim primum semper in testamentis fuit, & velut basis tabularum testamenti. Quocirca reiectis interpretum næniis, ita intellige, vt Cæsar post institutos heredes, C. Octauium, L. Pinarium & Q. Pedium, reliquos amicos iis substituerit, si quid ipsis contigisset humanitus ante mortem Cæsaris, inter quos fuerit & Decimus Brutus, quos omnes *secundos heredes* vocat, Iurisconsultos hac in re sequutus. Hunc morem testamenta conficiendi optime ostendit Caius Iurisconsultus libro 2. Institutionum, simul explicans caussam, quare substituti scribantur in ima seu extrema cera, hoc est in vltima tabula cerata: *Substitutio* inquit *est, quæ post institutionem a testatore fieri solet: id est, secundi heredis appellatio, & duæ sunt, quarum vna vulgaris dicitur, alia pupillaris; Vulgaris dicitur illa: Heres mihi esto (siue hoc filio, siue extraneo) quod si hereditatem meam adire noluerit, illum substituo ad quem hereditas mea debeat pertinere. Pupillaris substitutio filijs tantummodo impuberibus dari potest; quæ ita fit; Ille filius meus si intra pubertatem decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, vt ad notitiam substituti venire non possit, ne vita pupilli aliquis substitutus insidias moliatur: nam in extrema pagina testamenti fieri debet, vt pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est; quam diu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat; Et prior pars testamenti in qua heres scriptus est, reseretur.* Quod ipsum & Iustinianus ex Caio in suas Institutiones retulit. Ex quibus manifestum est, quid sibi Suetonius & per *secundos heredes*, & per *imam ceram* voluerit.

CAPVT VII.

Hercules Callinicus *dictus, inibique de* **cantione & saltatione callinico.** *Euripidis loca explanatiora reddita.*

HErculem a deuictis monstris, quibus orbem purgarit multiplicibusque victoriis, *Callinicum* dictum, præter quam quod Suidas id testatur, qui *Callinici* cognomentum *Herculi* adstruit; tum etiam apopthegma id quod apud Laertium in Diogenis Cynici vita adhuc legitur in hunc modum: *Cum quidam ducta nuper domum vxore inscripsisset ædibus suis: Iouis filius Hercules Callinicus hic habitat: ne quid ingrediatur mali, adscripsit Diogenes: Post bellum auxilium.* Adscripserunt autem hoc Herculi cognomentum in foribus domus tanquam victori, & malorum depulsori, patet idem vel ex Archilochi seu hymno seu epinicio quod ille in Herculem cecinit, in quo & citharæ etiam sonum imitatus est. Cuius, testibus Pindari & Aristophanis Interpp. tum etiam Suida, initium tale fuit:

τήνελλα καλλίνικε χαῖρε ἄναξ ἡράκλεις.
αὐτός τε καὶ ἰόλαος αἰχμητὰ δύο.

Id est.

Tenella Callinice salue rex Hercules,
Ipse & Iolaus pugnatores duo.

Quod ipsum Olympionicis quoque accinebatur, tanquam ad Herculis gloriam euectis; ad quod alludens Pindarus ipse in 16. Olympiorum ode ita cecinit:

τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
φωνᾶεν ὀλυμπίᾳ
καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδὼς,
ἄρκεσε κρόνιον παρ' ὄ—
χθον ἀγεμονεῦσαι,
κωμάζοντι φίλοις ἐφαρ—
μόστῳ σὺν ἑταίροις.

Id est.

Archilochi vero cantio
Decantata Olympijs
Callinicus triplici strophe resumtus
Sufficit Saturnium apud
Littus præisse
Epulanti cum amicis Ephar—
Mosto sodalibus—

Addit idem Aristophanis interpres, hunc hymnum ab Archilocho compositum in Herculem deuicto Augea, sibique dum hymno in Cererem composito vicisset in Paro insula accinuisse, eoque applausisse. Huc itidem spectat, quod saltatio Chororum qui Baccho celebrabatur, *Phallicus* dicebatur, qui vero in his autem

Herculis, *Callinicus*; Vt Pollux docet libro quarto: Sicuti & *Pæana* in honorem Apollinis canebant. Etsi victoribus passim quoque post victoriam cani soleret: quemadmodum Olympionices *Callinicus*. Ceterum *callinicum* proprie esse cantionem Herculi dicatam chorus, apud Euripidem in Herculem furente declarat:

ἔπειτεν ἡρακλέους
καλλίνικον ἀείσω.

Id est.

Deinde Herculis
Callinicum canam.

Quin idem in eadem fabula Herculem ipsum καλλίνικον vocat in his versibus:

βωμὸν καθίσω τόνδε σωτῆρος Διὸς,
ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ᾽ ἱδρύσατο,
μινύας κρατήσας οὑμὸς εὐγενὴς τόκος.

Id est.

Aram hanc insidebo seruatoris Iouis,
In qua Callinici Herculis hasta simulachrum statuit,
Dum Minyas superat, hic meus nobilis partus.

Quin & de seipso hoc dicit Hercules:

——— οὐκ ἄρ᾽ ἡρακλῆς
ὁ καλλίνικος ὡς πάροιθεν λέξομαι.

Non inquit *Hercules Callinicus vocer si non liberos meos a periculo exemero, meq; vltus fuero de Lyco.* Quin & armaturam suam καλλίνικον vocat:

τῷ καλλινίκῳ τῷδ᾽ ὅπλῳ χειρώσομαι.

Id est.

Quin & hac mea armatura manu superabo.

Quin & in illo versu in eadem fabula;

τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασεν.

Id est.

Callinicum post Deorum laudes lasciue cecinit.

Cantionem in laudem victoriarum Herculis designari puto Quin quod huc pertinet, Eratosthenes quoque præfatam cantionem Archilochi, non *epinicium* fuisse dicit, hoc est, carmen victoribus cantari solitum, sed *hymnum in Herculem.* Vt iam minus accurate Antonius Muretus explanare visus sit Euripidis versus. Nam etsi præclaris victoribus aut Pæana aut Callinicum accinere solitum sit, non desinunt tamen ii hymni proprii esse eorum, in quos primo compositi sunt, Deorum; quin ob id maiore honore afficiuntur victores si Deorum & cognominibus & Hymnis cohonestentur. Quod quoniam parum aperte indicauit Muretus, ideo hic latius id explicare visum est. Sic Orestem Ægysthi victorem καλλίνικον Herculis cognomento decorat in Electra Euripides:

ὦ καλλ-

ὦ καλλίνικε πατρὸς ἐκ νικηφόρου. Id eſt:

O Callinice (pulcer victor) patri ex victore.

Cui etiam Chorus vt Herculi hymnum canit:

——— ἀλλ' ἐπάειδε
καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ.
——— Sed accine
Victoriale carmen meo choro.

Videtur hic alluſiſſe Horatius in prima ode primi ſui odarum libri his verſibus:

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat; metaque feruidis
Euitata rotis, palmaq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.

Hieronicas enim mortale faſtigium ſupergreſſos opinabantur, ideoque *Deorum honoribus* & hymnis cohoneſtandos. Sed de his hæc ſufficiant.

CAPVT VIII.

Menda complures, e Cenſorini libello de die natali expuncta.

CEnſorini libellus extat de die natali inſcriptus, neutiquam me hercle contemnendus. Plenus eſt enim omnimodę eruditionis; mendis tamen compluribus obſitus; quarum quaſdam intactas, nobis veterum codicum ope deſtitutis, relinquere neceſſe fuit, alias non ſine adminiculis reſtituemus. Capite igitur viceſimo ſexto vbi de modulatione agit, ſic ſcriptum eſt: *Totidem Lydij grauis & acutus. tum Meſolydij pari diuerſitate. Poſtremus hypermeſolydius acutiſſimus.* Tu lege *myxolidij* & *Hypermyxolydius.* Nullus enim tonus *Meſolydius* in muſica dicitur. *Hypermyxolydij* autem in muſica ſua Boetius meminit, quemadmodum & Cleonides in Harmonica ſua *εἰσαγωγῇ*, qui Cenſorino conſonat: *Sunt* inquit, *toni Ariſtoxeni ſententia tredecim. Hypermyxolydius, qui & hyperphrygius appellatur, Myxolydij duo acutior & grauior, quorum acutior etiam Hyperiaſtius vocatur: grauior autem etiam Hyperdorius. Lydij duo, acutior & grauior, quorum grauior etiam Æolius dicitur.* Memorat deinde *hypomyxolydios duos*, quorum grauior etiam *hypoæolius* nuncupatur. Sed & Martianus Capella, *Lydium Hyperlydium*, & *Hypolydium*, tanquam adiacentes Lydio tonos commemorat, cui etiam ſuccinit in ſuo compendio Caſſiodorus. Nemo autem quod ſciam vnquam *Meſolydij* commeminit. In eodem cap. de ſonis agens; vbi habet *parypate*, lege *parhypate*. Et paulo poſt, vbi: *Deinde hypates meſon. Deinde triſcelenen menon netesmon menon, paramese diezen menoque paranete diegeumenon.* Corrige ex Boetio, Martiano & aliis muſicæ diſciplinæ ſcriptoribus. *Deinde, hypate μεσῶν. Deinde trite συνεζευγμένων* aut *συνημμένων*, hoc eſt tertia

coniunctarum aut adaptatarum, a συνάπτω verbo. *Paramese diezeugmenon, paranete diezeugmenon.* Deinde vbi legitur: *& intendisse potius, dytarantrum notasse*, potest legi; *& intendisse, poetas dithyrambos notasse, &c.* aut quid simile, qui enim sint *poetæ dithyrambi*, doctis omnibus notius est, quam vt hic commemorandum sit, & satis abunde explicant Isatius Lycophronis, & Aristophanis interpretes. Paulo post: *Timotheus addidit duos, parameson & hyperboleon.* Lege *paramesen.* In capite deinde 28. *Chorium, & Choriacum metrum*, pro *trochæo & trochaico metro* accipit. *Trimetros Hipponaclicus*, lege *hipponactius*, ἱππωνάκτειος enim dicitur: recipit eosdem pedes præter semipedem: *Aristoboleus*, lege *Archebulius*, ab Archebulo antiquo poeta Thebano. Meminit Hæphestion vbi de Anapæstico metro agit in hunc modum ὥσπερ δὲ ἐν τῷ δακτυλικῷ ἦν τὸ λογαοιδικὸν ὅπου, κἀν τοῖς ἀναπαιστικοῖς τὸ εἰς βακχεῖον περαινόμενον ἐστὶν ἐπίσημον, τὸ μετὰ τέτταρας πόδας αὐτὸν ἔχον βακχεῖον, ὧν ὁ πρῶτος γίνεται καὶ σπονδεῖος καὶ ἴαμβος. καλεῖται μὲν οὖν Ἀρχεβούλειον ἀπὸ Ἀρχεβούλου τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ χρησαμένου αὐτῷ κατὰ κόρος. γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ. Id est. *Quemadmodum dactylico inest Logaœdicum, ita in anapæsticis, id quod in Bacchum pertransit, inter quæ magis clarum est, quod post quatuor pedes habet Bacchiū, quorum primi sunt spondeus & iambus, vocatur autem Archebulium ab Archebulo Thebano poeta, qui eo ad satietatem vsque vsus est. Tale etiam & a Callimacho conscriptum est.* Cuius exemplum est tale:

ἀγέτω θεὸς, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τοῦδ' ἀείδειν. Id est.

Ducat Deus non enim possum absq; eo canere.

Et id quidem ab anapæsto; a spondeo vero

νύμφα σὺ μὲν Ἀστερίαν ἐφ' ἁμαξαν ἤδη,

Nympha, tu quidem Asterien sub curru iam

Ab Iambo:

φιλωτέρα χρῆμα γὰρ οἱ πάλαι μὲν Ἔννα. Id est.

Amabilior huic quidem nuper Sicula Enna.

Habet vt inquit Hæphestionis Scholiastes in prima sede anapæstum seu spondeum, seu iambum. in reliquis anapæstum. Sequitur post in Censorino: *Sunt qui Aristolochion vocant*, lege *Archilocheon*, & *spondaicon*, lege *spondaichon*, bis in eodem capite. Reliqua maiore cura egent.

CAPVT IX.

Recte ne Tetraones *pro* Erythrotaones *substituerit Politianus in Plinio, discussum attentius.*

ANgelus Politianus Miscellaneorum cap. LVII. explicaturus quendam Suetonii locum e Caligula quo *tetraonum autem* idem auctor meminit, censet easdem esse, quæ in Plinii nat. Historiarum libro *Erytrotaones* corrupte & inemendate, vt ipse vult, dicuntur; veteribus codicibus, etsi subobscure, illi suffragantibus.

Et nos quidem de lectione Plinii super qua tanta doctorum controuersia, ad æquilibrium hic haud sumus decidere parati: cum Hermolaus ipse hanc Politiani lectionem reiiciens, *tetragonas*, fiducia suorum codicum legat, ex professo Plinium castigaturus. Quin & Georgius Merula homo ex professo refractarius veterem lectionem retinendam contendit, aut saltem eam subiiciendam, quam adfert Hermolaus, viderique sibi id auitii esse, quod rustici quidam circa Æmilian: *stardas*, Hispani *tardas* vocant. Nos horum controuersiis relictis, id quod in Athenæi lib. decimo quarto legimus hic inserendum putauimus. Hic enim ex auctoritate Ptolomæi Ægyptiorum regis, *tetraonas* non anserini aut pauonini, sed Phasianorum generis esse tradit. Sed verba eius auctoris subiicere placet, vt tota res melius innotescat: Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δυοκαιδεκάτῳ τῶν ὑπομνημάτων περὶ τῆς Ἀλεξανδρείας βασιλείων λέγων, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων τρεφομένων φησίν, τούς τε τῶν φασιανῶν, οὓς τετάρωνας ὀνομάζουσιν, οὓς οὐ μόνον ἐκ Μηδίας μετεπέμπετο, ἀλλὰ καὶ νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλὼν, ἐποίησε πλῆθος, ὥς καὶ σιτεῖσθαι· τὸ γὰρ βρῶμα πολυτελὲς ἀποφαίνουσιν, αὕτη τοῦ λαμπροτάτου βασιλέως φωνὴ, ὃς οὐδὲ φασιανικοῦ ὄρνιθος ποτὲ γεύσασθαι ὡμολόγησεν, ἀλλ' ὥσπερ τι κειμήλιον ἀνακείμενον εἶχε τοὺς ὄρνιθας. Id est. *Ptolemaus rex in XII. commentariorum de regijs opib. in Alexandria differens, & de animalib. in eis nutritis dicit, ex Phasianico genere aues, quas Tetraonas vocant, quas non solum e Media transmittunt, sed & Numidicas aues suggerebat in tanta copia vt vesci eis liceret, dapsilem enim & cibum, & magnificum ea præstare videntur. Splendidissimi huius regis hæc vox fatetur, tum nondum solitum degustare carnes Phasianæ auis, sed vt Cimelium aliquod & rem pretiosam repositam habuisse has aues.* Ex quibus intelligimus *tetraones* fuisse aues valde raras, vti Phasianos & Phœnicopteros quod & Suetonius indicat, longe diuersas ab anserino genere de quo Plinius agit eo capite, quod castigare nititur Politianus, vbi *tetraones* nullũ habebunt locũ; Cũ ibi non de rara aue sed promisua & vulgari loquatur; tũ anserinũ genus, quod est semiaquaticũ & inter amphibia venit recensendũ, nullũ potest habere cõmercium cũ Phasianico syluestri & raro auitii genere. Sic vt alia lectio Plinio quærenda sit, de qua decertent docti. Iam an, *Tetrax* (auis id nomen in Aristophanis auibus comœdia) idem sit cum *Tetraone*, puto ambigi posse: describit Athenæus huius formam, aitque in Pannonia & Mœsia inueniri, & ita patrio vocabulo appellari. Quin Epicharmum & Alexandrum Myndium eius meminisse vt paruæ auiculæ. Sed de his tum apud Athenæum, tum in castigationibus Plinianis doctissimi viri Hermolai Barbari plura est inuenire. Nos hanc rem indiscussam ampliori doctorum indagine inuestigandam in medio relinquimus: tantum id ostendisse contenti, nobis non videri easdem aues esse quæ *tetraones* dicuntur, cum anserino genere *Erythrotaonum*, vt vulgo, velut Her-

molaus ait *Tetragonum.* Non omittendum postremo, quod scribit Paulus Iouius in libro de Moschouitis, in Moschouia esse auitii genus, patria lingua *tetrahō* nuncupatum, hoc Plinium de sua coniectura *erythrotaonem* appellasse contendit, additque Alpinis id populis, maxime Rhetis cognitum, qui saltus abderæ flumini vicinos accolunt. Sed cum Iouius non ex proprio visu hoc adferat, sed tantum ex auditu, & verbis Demetrii Moschorum legati, amplius plane deliberandum censuerim.

CAPVT X.

Carmen Martialis de Artemidoro *expositum.*

VAlerius Martialis lepidissimi poetæ carmen est in Afrum huiusmodi:

Cum sis tam pauper quam nec miserabilis est Irus,
Tam iuuenis quam nec Parthenopæus erat:
Tam fortis quam nec dum vinceret Artemidorus,
Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat?

Ridet Martialis hoc carmine Aphrum quemdam, qui cum esset sanus & valens & iuuenis, præterea re haud luculenta sed tenui, tamen vana ductus ambitione & fastu inani, sex Cappadocas alleret, qui illum Hexaphoro gestarent. Sed illud in hoc carmine lectorem remorari posset, quis nam fuerit *Artemidorus* ille quem vt roboris & fortitudinis exemplum profert, poeta. Cum autem id paulo accuratius inuestigaremus, inuenimus poetam de Artemidoro pugile locutum; de quo ad hunc modum Pausanias in Eliacon secundo scriptum reliquit: τὸ δὲ ἐν ὀλυμπίᾳ τοῦ ῥοδίου παλαιστοῦ τόλμημα (loquitur de Hyllo Rhodio) Ἀρτεμίδωρος γένος τραλλιανὸς ὑπερεβάλετο κατά γε ἐμὴν δόξαν. Ἀρτεμιδώρῳ γὰρ ἁμαρτεῖν μὲν ὀλυμπίασι συνέβη παγκρατιάζοντι ἐν παισίν· αἰτία δὲ οἱ ἐγένετο τῆς ἁμαρτίας, τὸ ἄγαν νέον· ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς ὃν σμυρναῖοι ἰώνων ἄγουσιν, ἐς τοσοῦτο ἀρχὰ αὐτῷ ἐπὶ τῆς ῥώμης, ἐπῆξητο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς ἐξ ὀλυμπίας ἀνταγωνιστάς, καὶ ἐπὶ τούτοις οὓς ἀγενείους καλοῦσι καὶ τρίτους δὴ τοὺς ἀρίστους τῶν ἀνδρῶν. γενέσθαι δέ οἱ τὴν ἅμιλλαν πρὸς ἀγενείους τε καὶ ἄνδρας. τὴν μὲν ἐκ γυμναστοῦ παρακλήσεως, τὴν δὲ ἐξ ἀνδρὸς παγκρατιαστοῦ λοιδορίας· ἐνίκησε δὲ ἐν ἀνδράσιν Ἀρτεμίδωρος ὀλυμπικὴν νίκην, δευτέρᾳ καὶ δεκάτῃ πρὸς ταῖς διακοσίαις ὀλυμπιάδι id est. *Rhodij luctatoris in Olympia audaciam Artemidorus genere Trallianus longe mea quidem opinione superauit. Artemidoro enim contigit excidere certamino Olympico, dum pancratiasten agit inter pueros. Fuit huic caussa frustationis ætas nimium immatura. Vt autem aduenit tempus certaminis, quod Ionum Smyrnæi agunt, adeo robore inualuit, vt vno eodemq; die pancratio superarit aduersarios in Olympia contra eum decertantes: Et simul pueros, quos imberbes appellant. Tertiam victoriam qua celeberrima fuit, a viris reportauit. cum certamen illi esset, cum imberbib. & simul cum viris; cu imber-*

br-

libus quidem a Gymnaste prouocatus: cum viris a Pancratiaste inuictus decessit. Ceterum victoriam Olympicam de viris consequutus est Artemidorus, Olympiade ducentesima duodecima. Hæc ille.

Capvt XI.

Seruos colapho impacto *manu mitti solitos, inibiq; quid* rhapisma *apud Iustinianum; tum locus Arriani expositus*, Carpistes *quis:*

IVstinianus Imperator C. lib. octauo. T. *de emancipationibus*. L. Finali, ita inquit: *Cum inspeximus in emancipationibus vanam obseruationem custodiri, & venditiones in liberas personas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniuriosa rhapismata, quorum nullus rationabilis inuenitur exitus: iubemus huiusmodi circuitu in posterum quiescere, licentiam ei esse qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal.* Alciatus *rhapismata* exponens, *Alapas* interpretatum se esse contentus, nihil aliud addit. Sed designat hic Imperator vetustum morem qui in manumissione obseruari solitus est, nimirum vt manumissus quo melius vetusti seruitii recordaretur, alapam a Domino seu manumissore postremo digrediens, acciperet. Cuius ritus aperta mentio fit in his sermonibus quos Simeon Magister de moribus collegit ex operibus Basilii Magni. Sic igitur ibi sermone octauo: *εἰ δοῦλος ἀνθρώπων ὑπάρχεις, περιεγράφη δὲ δούλοις ἐλευθερία. οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρους μισθούμενος καὶ δικαστὰς παρακαλῶν, ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι. ἤπου καὶ ῥάπισμα τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν, ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχου*: *Quid si seruus hominum exsistas, decreta autem sit seruis libertas, an non vt propriam adsequaris occurres, aduocatos conducas, iudices aduocans, vt omnibus machinis in libertatem adseraris; vtque alapam vltimam seruorum plagam, pro commutatione reliquorum posthac suppliciorum & verberum recipias?* Quibus ni fallor hic manumittendi mos a Iustiniano commemoratus optime explicatur, & pertinet hæc libertatis datio ad *vindictam*, vbi & *festucæ iniectio* & *circumactio* vt alii notarunt. postremo hæc *colaphi* seu *alapæ* inflictio locum habebant *vindicta* vero hæc siue *vinditiæ* Græcis *καρπεῖα* dicitur teste Flauio Sosipatro Charisio & *καρπιστὴς* Arrhiano in 3. dissertationum, Epictæti *καὶ λέγε γυμναζόμενος θηριῶσαι ὡς ἐκεῖ, μὴ ὅτι φιλοσοφεῖς (ἔστω φορτικὸν τὸ ὄνομα) ἀλλ' ὅτι καρπιστὴν δίδως· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ τῷ ὄντι ἀληθινὴ ἐλευθερία*. *Et dic quod ibi se sit exercitatus vt illic soles, non quod philosopheris, graue nam hoc est nomen, sed quod vindice macrus, hoc nam vera est libertas*, quo loco interpres. *Sed quod persionarium te philosophiæ exhibueris*. Et rursum in eodem 26. cap. *μηδὲ τὸ λοιπὸν καρπιστὴν δίδοτε, ἄγοντες ἔχων τῆς δουλείας ἔλεγχον. neque amplius vindice dare huiusmodi*

habens seruitij indicia. Interpres haud commode *tributarium* vertit. καρπωτὴν, & καρπωτικὴν dictam puto a καρπὸς quæ vox etiam *iuncturam* seu *volam manus* significat, quod *vindiciæ* fierent per manus iniectionem, vnde hodieque *forenses vindicias manutentionem* vocant: καρπὸς ea pars est extremi brachii, in qua medici arteriarum pulsum & vim digitis iniectis explorare consueuerunt.

CAPVT XII.

Duas res memoratu dignas recitari in Annibalis historia ab Appiano; quarum vnam T. Liuius vix attigerit, alteram incertum de caussis penitus omiserit.

LEgenti mihi nuper τὴν Ἀννιβαϊκὴν Appiani historiam, obtulerunt se mihi duæ res, quas a T. Liuio prætermissas non potui etiam non mirari, neque vllis rationibus induci, quibus de caussis diligentissimus alioqui historicus, eas omisisset. Vna quidem quam tamen Liuius obiter & perfunctorie attigit. Quod decedens Italia Hannibal; quoscunque Italici generis milites bene exercitatos qui cum eo militarant, secum habebat, iis uisus sit persuadere, vt Carthaginem secum proficiscerentur. Et eos quidem qui grauia facinora commiserant, sponte se obtulisse, & patriam domosque lubentes deseruisse. At qui insontes, exsortesque grauium criminum erant, id abnuisse: & patriæ desiderio tactos, in ea remanere cupiuisse. Quos in vnum conuocatos, quasi aliquid ad eos dicturus, gratificaturusque iis ob ante gesta, tum etiam se aliquid cum illis deliberaturum præ se ferens; de repente illos militibus suis circumsepsit: quibus imperauit vt seruos sibi ex iis deligerent, quos vellent. Cum autem horum pars mancipia sibi ex iis delegisset, ceteri autem pudore prohibiti, nollent eos in seruitutem redigere mancipiaq; habere, quibus cum aliquando militassent, resque præclaras gessissent. Quos ita relictos, Annibal protinus confodi iaculis hastisque iussit, ne tales tamque præclari milites Romanis de cetero vtiles forent. Interfecit non eos modo, sed & equorum plusquam quatuor millia, multitudinemque iumentorum, quam non posset secum in Africam abducere. Liuius id tantum commemorat, Italici generis milites, qui eum sequi noluerint, in templo Iunonis Laciniæ ad eum diem inuiolato, fœde iugulatos. Alterum autem tale est. Abnauigante Annibale, Senatus omnibus qui cum eo militarant, ignouit; eorumque quæ facta erant, ab iis, obliuionem induci iussit, exceptis tantum Brutiis; quod ii ad extremum Annibali fidi, parentesque & paratissimi in eius fide perstitissent. His autem & agri plurimum abstulisse, & arma quæ illis ab Annibale relicta superfuerant demsisse. Tum militia præterea illis in futurum interdictum vt minime liberis: præceptum autem vt magistratibus tantum vice lictorum apparerent, siquando ad regendos populos proficiscerentur. Et

vt ad-

vti ad ministeria publica illos tanquam famuli sequerentur. Hinc *Brutianorum origo*, de quibus & Festus & Gellius meminere, alios historicos, Liuio antiquiores, ni fallor sequuti.

CAPVT XIII.

Annibalis ab vrbis Romæ obsidione discedentis verba, aliter a T. Liuio, aliter ab Appiano recitari.

T. Liuius de bello Punico lib. sexto tradit, cum Annibal ad Anienem sedens Roma discederet, religione vt ipse vult motus ob tempestatem, illum dixisse. *Potiundæ sibi vrbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam.* At Appianus in lib. de gestis Annibalis, id quod multo credibilius est, & magis consentaneum ingenio hominis cupidi, & supra modum ambitiosi, illum dicit iis, qui eum hortabantur, vt in vrbem irrumperet dixisse, οὐκ ἤθελεν τὸν πόλεμον λῦσαι δέει Καρχηδονίων ἵνα μὴ καὶ τὴν στρατηγίαν αὐτὸς ἀπόθοιτο. Hoc est *Nolle summam manum bello imponere formidine Carthaginensium, ne imperio ipse militari depelleretur.* Nam metu Romanorum id ipsum minime omisisse constat, cum exercitus Claudii ad pugnandum cum eo longe esset impar. Hactenus Appianus.

CAPVT XIV.

Euripidis carmen ab Heraclide Pontico citatum & a Cicerone versum: Videri ab Ennio quoque translatum esse, & esse ex præfati poetæ Thyeste.

Carmen est in Heraclidis Pontici libro qui ab eo de Homero scriptus adhuc extat, ex Euripide aduocatum. Vbi is auctor contendit Euripidem *æthera* pro *Ioue* accepisse: id autem est tale.

> ὁρᾷς τὸν δ᾽ ὑψοῦ τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα
> καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ᾽ ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις
> τοῦτον νόμιζε ζῆνα τόνδ᾽ ἡγοῦ θεόν.

Quos versiculos non insuauiter vertisse videtur M. Tullius Cicero in 2. lib. de natura Deorum:

> *Vides sublime fusum immoderatum æthera,*
> *Qui terram tenero circumiectu amplectitur.*
> *Hunc summum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem.*

Esse autem hos ex præfati poetæ fabula Thyeste, & si nullum certum habeamus argumentum, tamen in eam coniecturam ducimur, quod Ennius quodam versu suo videatur hoc Euripidis carmen remota quadam imitatione voluisse exprimere. Cum & ipse *æthera*, quod *sublime candens* appellat, *Iouem* esse dixerit. Sic enim ille.

> *Aspice hoc sublime candens quem inuocant omnes*
> *Iouem.* ——

Quem versuum subinde idem Cicero reperit; qui a Festo Pompeio ex Ennii poetæ Thyeste citatur, in voce *sublime*: *Sublime, est in altitudinem elatum*. Vt Ennius in Thyeste:

> *Aspice hoc sublime candens quem vocant omnes*
> *Iouem* ———

Vbi *vocant* legitur, quod magis arridet, vt respondeat τὸν δ' ἡγοῦ θεόν, quodque Cicero vertit *hunc perhibebo Deum*. Quocirca non inani coniectura ducimur, Ennium id mutuatum, ex eiusdem nominis Euripidea fabula. Nam & alibi idem Ennius, sequutus Euripidis opinionem scripsit teste Varrone in quarto de lingua Latina: *Isthic est is Iuppiter quem dico, quem Græci vocant aera.* Sed hæc hactenus.

CAPVT XV.

De Deo Beleno complusculu, & inibi castigatus Locus Tertulliani, vbi non Tibilenus legendum, sed Dius Belenus, inibiq. de Noricis populis.

TErtullianus in Apologetico recitans peculiaria regionum numina, inter cetera sic loquitur: *Vnicuiq. etiam prouinciæ & ciuitati suus est Deus, vt Syriæ Astarte, Arabiæ Diasares, vt Norico Tibilenus, vt Africæ Cælestis, vt Mauritaniæ reguli sui.* Quæ etiam verba Petrus Crinitus in suos illos de honesta disciplina libros congessit. Nos autem non *Tibelenus* ibi legendum censuerimus, sed Dius Belenus, duabus vocibus, litteris aliquot commutatis, quæ ab inscitis aliquot librariolis perperam transpositæ inuersæque erant. Id opinor non vana coniectura. Aquileiensium enim numen vocabatur *Belenus*, quod non vrbi illi modo, sed etiam toti Aquileiensium tractui commune erat, tum etiam Noricis Aquileiensium vicinis. Hoc numen Herodianus *Belem* vocat, alii, *Belenum*. Herodiani verba libro octauo sunt hæc. καὶ χρησμοὶ δέ τινες ἐδίδοντο ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου. Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες, οὗ καὶ τὴν εἰκόνα ἔλεγόν τινες τῶν Μαξιμίνου στρατιωτῶν φανῆναι πολλάκις ἐν ἀέρι ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην. Hoc est *Ceterum nonnulla queq. oracula ferebantur, patrij cuiusdam numinis, victoriam promittentia: Belen vocant indigenæ, magnaq. cum religione colunt, Apollinem interpretantes cuius etiam speciem pro vrbe ipsa pugnantem, quidam e militibus Maximini visam sibi in cœlo affirmabant.* At Iulius Capitolinus de eadem re loquens, *Bellenem* vocat. *Cum igitur*, inquit *frustra obsideret Aquileiam Maximinus legatos in eandem vrbem misit quibus populus pene consenserat. Nisi Menophilus cum collega restitisset, dicens: etiam Deum Bellenum per auspices spopondisse Maximinum esse vincendum. Vnde etiam postea Maximini milites iactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse, nec illam Maximini aut Senatus, sed*

Deorum

Deorum fuisse victoriam. *Belenum* autem hunc, non fuisse *Iouem Belum* declarant multæ antiquę Inscriptiones, ruinis Aquileiæ inuentæ, præterea id testantes, hoc numen longe lateque a finitimis populis & etiam longe dissitis, donariis honoratum & cultibus. Ex quibus aliquot volui apponere, vt de *Deo Belleno* plenior notitia haberetur.

BELEN. AVG. IN. MEMOR. IVLIOR. ET. MARCELLAE. ET. IN. HONOREM. IVLIARVM CHARITES. ET. MARCEEL-LAE. FILIARVM. ET. LICIN. MACRON. IVNIOR. NEPOTIS. C. IVL. AGATHOPVS. IIIIII. VIR. AQVIL.

L. D. D. D.

Sed alterum quod manifeste Apollinis nomen continet imperfectum libet hic apponere:

APOLLINI. BELENO. C. AQVILEIENS. FELLIX.

Plura quoque testimonia de hoc Deo licet colligere ex inscriptionibus, quale est & illud:

T. MARIVS. APTVS. VERCELLEN. ET. ASIATICVS. MAN. BELENO.

V. S. L. M.

P. C.

Et item illud

BELENO. MANSVETIVS. VERVS. LAVR. LAV. ET. VIDIANA. IANTVLLA. V. S.

Etiam istud:

FONTI. BELENO.

C. AQVILEIEN. DIADVMENVS.

B. V. S.

M. HOSTILIVS. AVCTVS.

IIIIII. B. S. D. VIR.

Ex quo liquet etiam colligere huic Beleno fontem fuisse sacrum: Dicebatur & *Belinus*, quod duæ aliæ inscriptiones testantur quarum prior hæc est.

BELINO. AVG. SACR. VOTO. SVSCEPTO PRO. AVLO. AQVILIO. C. F. POMP. VALENTE. IIII. V. I. D. DESIGN. PHOEBVS. LIB V. S. L. M.

Et altera:

BELENO. SEX. CESERINIVS. FAVSTVS. IIIIII. VIR.

V. S L. M.

Quo factum videri potest, vt inscitia librariorum e. in i. sæpe cõmutantiũ, vt in Tertulliano scriptũ sit, *Deus Belinus* pro *Deus Belenus*, quod deinde transcribentes inscitia verterunt in *Tibilenses*. Ex quib. etiã illud intelligitur, idolũ hoc fuisse celeberrimũ sic vt tũ eo vndiq; praua superstitione ad soluẽda vota curreretur, vti nũc ad *D. Leuinu* in Flandria, & ad *D. Hiciũ* in Brabantia, cõmutato impio illo ritu, in more Christianis cõsuetũ: que *Hiciũ* omnes indigenæ pari

Venerationis cultu prosequitur. Vti tum non solum Aquileiensis oppidi incolæ sed etiam quicunq; illum tractū incolerent. Veneti, Aquileienses agri Italici incolæ & Norici. Sic vt *Noricorum Deus* non inconcinne a Tertulliano ob id appellatus sit, quemadmodum nunc *tutelare numen* diuum *Hiobum* habet tota Brabantia cum regionibus finitimis, quod manifestius facit sequens inscriptio:

BELENO. AVG. SACR. L. CORNELIVS. L. FIL. VELL. SECVNDINVS. AQVIL. EVOC. AVG. N. QVOD. IN. VRB. DONVM. VOVIT. AQVIL. PERLATVM. LIBENS. POSVIT. L. D. DD.

Neque ego adsentior illi, qui duo Aquilensium numima Belenum & Felenū con ea l:t, quando loco B sæpe digamma Æolicū quod nostro F correspódet forma, posuerint. Quod aūt diximus, eundē hunc *Noricorum* & *Aquileiensium* Deum esse, propterea ꝙ Norici Aquileiensium tractui essent finitimi, id nemini mirum videri debet, cum tractus Aquileiensis Alpib. Iuliis contiguus fuerit, quib. superatis, Noricor campos patere. Sunt aūt hodie partim *Baioarij* partim *Carniocenses*, partim *Carinthiani*, Ptolem. n *Iulium Carnicum* (quod nunc *Gorlitiam* opinantur) Aquileiensibus vicinium Carnorum oppidum, medīū inter Noricos & Aquileienses locat. Sed & *Hemonam* Aquileia haud procul distantem, ad q̄ primū venisse Maximinū dicit Iul. Capitolinus, q̄ Herodianus *Emā* vocat, Idē Ptolemæus inter Italiā subNorico Pannoniæ ciuitatē *Hemonā* locat, q̄ tamen Herodianus (vt diximus) Italiæ contribuit. Plinius vero *Æmonam* vocat. Sed omnem tollit dubitationē, ꝙ idē Plin. *Hemonam*, q̄ alii Italiæ tribuunt, ipse Noricis adscribat. Quod si verum est, vicini oportet Aquileiensiū finib fuerint Norici; quocirca nihil mirū, si numen quoq; cōmune habuerint Hanc *Hemonam* Antoninus in Itinerario suo *Hemoniam* vocat, milliaq; passuū ab ea ad *Syrmiū* per *Scisciam* CCCXI. enumerat Sed audiendi sunt Strabo & Eustathius aperte affirmātes, finitimos fuisse Aquileienses & Noricos: ὁ δὲ inquit Eustathius, γεωγράφος ἔθνος τι συνάπτων τοῖς περὶ ἀκυληΐαν χωρίοις νωρικοὺς γράφει μετὰ τοῦ ν. ἀλλά τι λέγων καὶ ὅτι ἴχνος τοῦ ἀδριατικοῦ μυχοῦ, καὶ τῆς κατὰ ἀκυληΐαν τόποι οἰκοῦσι νωρικῶν τινές. καὶ ὅτι κατὰ ἀκυληΐαν ἐν ταυρίσκοις τοῖς νωρικίοις χρυσίον εὐφυὲς ὥστε ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντα τὴν ἐπιπολῆς γῆν, εὐθὺς ὀρυκτὸν χρυσίον εὑρίσκειν. i. e. *Geographus populum quendam adiungens locis circa Aquileiam Noricos scribit n. littera, præterea dicens, quod circa Adriaticum sinum & Aquileiæ finitima loca Noricorum quidam habitent; & quod circa Aquileiam in Tauriscis Noricorum auro fœcundum sit solum; ut si pede terram* quæ in superficie est, *abraxas*; *mox fossile aurum inuenire liceat*. Quin Strabo quoque præter hæc *Noricam* Aquileiæ vicinum oppidum commemorat, & Noricos Aquileiensium propinquos confirmat.

CAPVT

CAPVT XVI.

An de eisdem Noricis *senserit Dionysius, de quibus scribunt Historici*, quod Alpes Iulias contingant.

CVm de *Noricis populis* præcedenti capite egerimus, id nunc discutiendum venit, an de eisdem Noricis Dionysius Periegetes senserit, an alios populos innuere velit, dum scribit:

περὶ δὲ νότον γέῤῥας καὶ νωρίκι' ἄστε' ἐρυμνά.

Id est.

Ad notum vero Gerrhas & Noricia ciuitates validas.

At de eisdem minime sentire videtur, cum iungat illos *Gerrhis*, genti circa Borysthenem sitæ, vt auctor est Stephanus. Nec Geographi norunt vllos Noricos, nisi quos supra cõmemorauimus, quorum oppidum *Noreiam* vocat Strabo. Quocirca qui iam hic vt inquit Eustathius sine *n*. in principio scribunt: vt sit *Oricos*, a quibus & *Oricus portus*. Dicit n. ad hunc modum Hecatæus μετὰ δὲ βουθρωτὸς πόλις. μετὰ δὲ ὤρικος λιμήν. Id est *Deinde vero Buthrotus ciuitas, deinde Oricus portus*. Et Apollonius ὤρικον εἰσαφικέσθαι. Id est. *Oricum ingredi*. Et Polybius lib 7 οἱ δὲ τὸν ὤρικον κατοικοῦντες, οἱ καὶ πρῶτοι κεῖνται περὶ τὴν εἰσβολὴν τὴν περὶ τὸν ἀδρίαν ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι. Id est *Oricũ incolentes primi siti sunt ad Adriatici maris ingressum a dextra nauiganti*. Quas ciuitates longe abesse constat ab Italia: Nam *Oricum* portus est Epiri, quod Ptolomæo *Horicum*, Straboni *Oricũ* dicitur. Quocirca puto hallucinari doctissimum hunc interpretem, nam *Oricus* non gentis, sed ciuitatis & portus est nomen. At poetam, de gente loqui testatur versus, qui dicit νωρίκι' ἄστε' ἐρυμνά vel ἐρεμνά vt alii legunt, contribuens illis ciuitates *validas*, vel vt alii *celsas densas & opacas*, nisi dicamus *poetas* interdũ more recepto, sponte errare, qui sæpe veri ignorantia prolabentes, ciuitatẽ pro gente, & gentẽ ꝑ ciuitate exponunt. Quemadmodũ & Stephanus, qui *Noracum* oppidum Pannoniæ ex Epaphroditi auctoritate exponit, in Homericis dicentis *ferrum coticulare splendidissimum ibi effodi*, vt inde Homerus νώροπα χαλκὸν dixerit. Sed Grammatici eius epitheti aliam rationem adferunt; tum ipse etiam Porphyrius in quæstionibus Homericis. *Homerus* inquit Porphyrius, *artificiosissime fabricatus est*, τῷ χαλκῷ, hoc est, *æri epitheta*, vt νώροπα χαλκὸν καὶ ... χαλκόν, σημαίνων τὸν μὴ ἐῶντα τὰς ὄψεις ὁρᾶν ἀλλὰ τὴν ... στίλβοντα. Id est. *Obscurum ferrum, splendido ferro, significans eum qui se non sinat oculis intueri, ob splendorem, qui illi adest. Nimia enim lux tenebras inducit, obtundens sensum*. Quocirca *splendere & tenebrosum esse*, sæpe pro eodem accipiuntur. Nam secundum Platonem, vt idem dicit, *visus perturbatio aut ob nimiam lucem, aut nimias tenebras repente fit, quæ visum aufert*. Sed & Homeri interpres, quem Didymum nonnulli esse volunt, & Hesychius λάμπρον ἀμαυροῦντα τὰς ὄψεις, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, hoc est, *splendidum*

Herculis, *Callinicus*; Vt Pollux docet libro quarto: Sicuti & *Peana* in honorem Apollinis canebant. Etsi victoribus passim quoque post victoriam cani soleret: quemadmodum Olympionicis *Callinicus*. Ceterum *callinicum* proprie esse cantionem Herculi dicatam chorus, apud Euripidem in Hercule furente declarat:

εἶτα τὸν ἡρακλέους
καλλίνικον ἀείσω.

Id est.

Deinde Herculis
Callinicum canam.

Quin idem in eadem fabula Herculem ipsum καλλίνικον vocat in his versibus:

βωμὸν καθίζω τόνδε σωτῆρος Διός.
ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,
μινύας κρατήσας οὑμὸς εὐγενὴς τόκος,

Id est.

Aram hanc insidebo seruatoris Iouis,
In qua Callinici Herculis hasta simulachrum statuit,
Dum Minyas superat, hic meus nobilis partus.

Quin & de seipso hoc dicit Hercules:

——— οὐκ ἄρ' ἡρακλῆς
ὁ καλλίνικος ὡς πάροιθε λέξομαι.

Non inquit *Hercules Callinicus vocer, si non liberos meos a periculo eximero, meq; vltus fuero de Lyco.* Quin & armaturam suam καλλίνικον vocat:

τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι.

Id est.

Quin & hac mea armatura manu superabo.

Quin & in illo versu in eadem fabula;

τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασεν.

Id est.

Callinicum post Deorum laudes lasciue cecinit.

Cantionem in laudem victoriarum Herculis designari puto Quin quod huc pertinet, Eratosthenes quoque præfatam cantionem Archilochi, non *epinicium* fuisse dicit, hoc est, carmen victoribus cantari solitum, sed *hymnum in Herculem.* Vt iam minus accurate Antonius Muretus explanare visus sit Euripidis versus. Nam etsi præclaris victoribus aut Pæana aut Callinicum accinere solitum sit, non desinunt tamen ii hymni proprii esse eorum, in quos primo compositi sunt, Deorum; quin ob id maiore honore afficiuntur victores si Deorum & cognominibus & Hymnis cohonestentur. Quod quoniam parum aperte indicauit Muretus, ideo hic latius id explicare visum est. Sic Orestem Ægysthi victorem καλλίνικον Herculis cognomento decorat in Electra Euripides:

ὦ καλλι-

ὦ καλλίνικε πατρὸς ἐκ νικηφόρου. Id est:
O Callinice (pulcer victor) patri ex victore.

Cui etiam Chorus vt Herculi hymnum canit:

——— *ἀλλ' ἐπάειδε*
καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ.
——— *Sed accine*
Victoriale carmen meo choro.

Videtur hic allusisse Horatius in prima ode primi sui odarum libri his versibus:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuuat; metaque feruidis
Euitata rotis, palmaq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.

Hieronicas enim mortale fastigium supergressos opinabantur, ideoque *Deorum honoribus* & hymnis cohonestandos. Sed de his hæc sufficiant.

Capvt VIII.

Menda complures, e Censorini libello de die natali expuncta.

CEnsorini libellus extat de die natali inscriptus, neutiquam me hercle contemnendus. Plenus est enim omnimodę eruditionis; mendis tamen compluribus obsitus; quarum quasdam intactas, nobis veterum codicum ope destitutis, relinquere necesse fuit, alias non sine adminiculis restituemus. Capite igitur vicesimo sexto vbi de modulatione agit, sic scriptum est: *Totidem Lydij grauis & acutus. tum Mesolydij pari diuersitate. Postremus hypermesolydius acutissimus.* Tu lege *myxolidij* & *Hypermyxolydius*. Nullus enim tonus *Mesolydius* in musica dicitur. *Hypermyxolydij* autem in musica sua Boetius meminit, quemadmodum & Cleonides in Harmonica sua *εἰσαγωγῇ*, qui Censorino consonat: *Sunt* inquit, *toni Aristoxeni sententia tredecim. Hypermyxolydius, qui & hyperphrygius appellatur, Myxolydij duo acutior & grauior, quorum acutior etiam Hyperiastius vocatur: grauior autem etiam Hyperdorius. Lydij duo, acutior & grauior, quorum grauior etiam Æolius dicitur.* Memorat deinde *hypomyxolydios duos*, quorum grauior etiam *hypoæolius* nuncupatur. Sed & Martianus Capella, *Lydium Hyperlydium*, & *Hypolydium*, tanquam adiacentes Lydio tonos commemorat, cui etiam succinit in suo compendio Cassiodorus. Nemo autem quod sciam vnquam *Mesolydij* comme minit. In eodem cap. de sonis agens; vbi habet *parypate*, lege *parhypate*. Et paulo post, vbi: *Deinde hypates meson. Deinde triscelinen menon netesmen menon, paramese diezeugmenon menoque paranete diezeugmenon.* Corrige ex Boetio, Martiano & aliis musicæ disciplinæ scriptoribus. *Deinde, hypate μέσων. Deinde trite συνεζευγμένων* aut *συνημμένων*, hoc est tertia

coniunctarum aut adaptatarum, a συνάπτω verbo. *Paramese diezeugmenon*, *paranete diezeugmenon.* Deinde vbi legitur: *& intendisse potius, dytarantrum notasse*, potest legi; *& intendisse, poetas dithyrambos notasse, &c.* aut quid simile, qui enim sint *poetæ dithyrambi*, doctis omnibus notius est, quam vt hic commemorandum sit, & satis abunde explicant Isatius Lycophronis, & Aristophanis interpretes. Paulo post: *Timotheus addidit duos, paramoson & hyperboleon.* Lege *paramesen.* In capite deinde 28. *Chorium, & Choriacum metrum*, pro *trochæo & trochaico metro* accipit. *Trimetros Hipponaclicus*, lege *hipponactius*, ἱππωνάκτειος enim dicitur: recipit eosdem pedes præter semipedem: *Aristoboleus*, lege *Archebulius*, ab Archebulo antiquo poeta Thebano. Meminit Hæphestion vbi de Anapæstico metro agit in hunc modum: ὥσπερ δὲ ἐν τῷ δακτυλικῷ ἦν τὸ λογαοιδικὸν οὕτω, κἀν τοῖς ἀναπαιστικοῖς τὸ εἰς βακχεῖον περαιούμενον ἐστιν ἐπισημότερον, ὃ μετὰ τέτταρας πόδας αὐτὸν ἔχον βακχεῖον, ὧν ὁ πρῶτος γίνεται, καὶ σπονδεῖος καὶ ἴαμβος. καλεῖται μὲν οὖν Ἀρχεβούλειον ἀπὸ Ἀρχεβούλου τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ χρησαμένου αὐτῷ κατὰ κόρος. γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ. Id est. *Quemadmodum dactylico inest Logaœdicum, ita in anapæsticis, id quod in Bacchium pertransit, inter quæ magis clarum est, quod post quatuor pedes habet Bacchiũ, quorum primi sunt spondeus & iambus, vocatur autem Archebulium ab Archebulo Thebano poeta, qui eo ad satietatem vsque vsus est. Tale etiam & a Callimacho conscriptum est.* Cuius exemplum est tale:

ἄγέτω θεὸς, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τοῦδ' ἀείδειν. Id est.

Ducat Deus non enim possum absq; eo canere.

Et id quidem ab anapæsto; a spondeo vero

νύμφα σὺ μὲν Ἀστερίαν ὑφ' ἅμαξαν ἤδη,

Nympha, tu quidem Asterien sub curru iam

Ab iambo:

φιλωτέρη κεῖ γὰρ οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα. Id est.

Amabilior huic quidem nuper Sicula Enna.

Habet vt inquit Hæphestionis Scholiastes in prima sede anapæstum seu spondeum, seu iambum. in reliquis anapæstum. Sequitur post in Censorino: *Sunt qui Aristolochion vocant*, lege *Archilocheon*, & *spondaicon*, lege *spondaichon*, bis in eodem capite. Reliqua maiore cura egent.

CAPVT IX.

Rectene Tetraones *pro* Erythrotaones *substituerit Politianus in Plinio, discussum attentius.*

ANgelus Politianus Miscellaneorum cap. LVII. explicaturus quendam Suetonii locum e Caligula quo *tetraonum* autum idem auctor meminit, censet easdem esse, quæ in Plinii x. Historiarum libro *Erytrotaones* corrupte & inemendate, vt ipse vult, dicuntur; veteribus codicibus, etsi subobscure, illi suffragantibus.

Et nos quidem de lectione Plinii super qua tanta doctorum controuersia, ad æquilibrium hic haud sumus decidere parati: cum Hermolaus ipse hanc Politiani lectionem reiiciens, *tetragonas*, fiducia suorum codicum legat, ex professo Plinium castigaturus. Quin & Georgius Merula homo ex professo refractarius veterem lectionem retinendam contendit, aut saltem eam subiiciendam, quam adfert Hermolaus, viderique sibi id auitii esse, quod rustici quidam circa Æmiliam *stardas*, Hispani *tardas* vocant. Nos horum controuersiis relictis, id quod in Athenæi lib. decimo quarto legimus hic inserendum putauimus. Hic enim ex auctoritate Ptolomæi Ægyptiorum regis, *tetraonas* non anserini aut pauonini, sed Phasianorum generis esse tradit. Sed verba eius auctoris subiicere placet, vt tota res melius innotescat: Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δύο καὶ δεκάτῳ τῶν ὑπομνημάτων περὶ τῆς Ἀλεξανδρείας βασιλείων λέγων, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων τρεφομένων φησίν, τά τε τῶν φασιανῶν, οὓς τετέρακας ὀνομάζουσιν, οὓς οὐ μόνον ἐκ Μηδίας μετεπέμπετο, ἀλλὰ καὶ νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλὼν, ἐποίησε πλῆθος, ὥστε καὶ σιτεῖσθαι· τὸ γὰρ βρῶμα πολυτελὲς ἀποφαίνουσιν, αὕτη ἡ λαμπροτάτου βασιλέως φωνὴ, ὃς οὐδὲ φασιανικοῦ ὄρνιθός ποτε γεύσασθαι ὡμολόγησεν, ἀλλ' ὥσπερ τι κειμήλιον ἀποκείμενον εἶχε τοὺς δὲ ὄρνιθας. Id est. *Ptolemæus rex in XII. commentariorum de regiis opib. in Alexandria differens, & de animalib. in eis nutritis dicit, ex Phasianico genere aues, quas Tetraonas vocant, quas non solum e Media transmittunt, sed & Numidicas aues suggerebat in tanta copia vt vesci eis liceret, dapsilem enim & cibum, & magnificum ea præstare videntur. Splendidissimi huius regis hæc vox fatetur, tum nondum solitum degustare carnes Phasianæ auis, sed vt Cimelium aliquod & rem pretiosam repositam habuisse has aues.* Ex quibus intelligimus *tetraones* fuisse aues valde raras, vti Phasianos & Phœnicopteros quod & Suetonius indicat, longe diuersas ab anserino genere de quo Plinius agit eo capite, quod castigare nititur Politianus, vbi *tetraones* nullũ habebunt locũ; Cũ ibi non de rara aue sed promiscua & vulgari loquatur; tũ anserinũ genus, quod est semiaquaticũ & inter amphibia venit recensendũ, nullũ potest habere cõmercium cũ Phasianico syluestri & raro auitii genere. Sic vt alia lectio Plinio quærenda sit, de qua decertent docti. Iam an, *Tetrax* (auis id nomen in Aristophanis auibus comœdia) idem sit cum *Tetraone*, puto ambigi posse: describit Athenæus huius formam, aitque in Pannonia & Mœsia inueniri, & ita patrio vocabulo appellari. Quin Epicharmum & Alexandrum Myndium eius meminisse vt paruæ auiculæ. Sed de his tum apud Athenæum, tum in castigationibus Plinianis doctissimi viri Hermolai Barbari plura est inuenire. Nos hanc rem indiscussam ampliori doctorum indagine inuestigandam in medio relinquimus: tantum id ostendisse contenti, nobis non videri easdem aues esse quæ *tetraones* dicuntur, cum anserino genere *Erythrotaonum*, vt vulgo, velut Her-

molaus ait *Tetragonum*. Non omittendum postremo, quod scribit Paulus Iouius in libro de Moschouitis, in Moschouia esse auitii genus, patria lingua *tetraho* nuncupatum, hoc Plinium de sua coniectura *erythrotaonem* appellasse contendit, additque Alpinis id populis, maxime Rhetis cognitum, qui saltus abderæ flumini vicinos accolunt. Sed cum Iouius non ex proprio visu hoc adferat, sed tantum ex auditu, & verbis Demetrii Moschorum legati, amplius plane deliberandum censuerim.

CAPVT X.

Carmen Martialis de Artemidoro *expositum.*

VAlerius Martialis lepidissimi poetæ carmen est in Afrum huiusmodi:

Cum sis tam pauper quam nec miserabilis est Inus,
Tam iuuenis quam nec Parthenopæus erat.
Tam fortis quam nec dum vinceret Artemidorus,
Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat.

Ridet Martialis hoc carmine Aphrum quemdam, qui cum esset sanus & valens & iuuenis, præterea re haud luculenta sed tenui, tamen vana ductus ambitione & fastu inani, sex Cappadocas aleret, qui illum Hexaphoro gestarent. Sed illud in hoc carmine lectorem remorari posset, quis nam fuerit *Artemidorus* ille quem vt roboris & fortitudinis exemplum profert, poeta. Cum autem id paulo accuratius inuestigaremus, inuenimus poetam de Artemidoro pugile locutum; de quo ad hunc modum Pausanias in Eliacon secundo scriptum reliquit: τὸ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τοῦ Ῥοδίου παλαιστοῦ τόλμημα (loquitur de Hyllo Rhodio) Ἀρτεμίδωρος γένος Τραλλιανὸς ὑπερεβάλετο κατ' ἐμὴν δόξαν. Ἀρτεμιδώρῳ γὰρ ἁμαρτεῖν μὲν Ὀλυμπίασιν συνέβη παγκρατιάζοντι ἐν παισίν· αἰτία δὲ οἱ ἐγένετο τῆς ἁμαρτίας, τὸ ἀγένειον· ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς ὃν Σμυρναῖοι Ἴωσιν ἄγουσιν, ἐς τοσόνδε οἱ ἀρχὴ αὐτῷ τότε τῆς ῥώμης ἐπῆκτο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς ἐξ Ὀλυμπίας ἀνταγωνιστάς, καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς ἀγενείους καλουμένους καὶ τρίτους δὴ ὅτε ἄριστοι ἦσαν τῶν ἀνδρῶν. λέγουσι δὲ ἀφικέσθαι τὴν ἅμιλλαν πρὸς ἀγενείους τε καὶ ἄνδρας, τὴν μὲν ἐκ γυμνασίου παγκρατιαστοῦ, τὴν δὲ ἐξ ἀνδρὸς παγκρατιαστοῦ λοιδορίας· ὀφείλοντα δὲ ἐν ἀνδράσιν Ἀρτεμίδωρος Ὀλυμπικὴν νίκην, δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ πρὸς διακοσίαις Ὀλυμπιάδι, id est. *Rhodij luctatoris in Olympia audaciam Artemidorus genere Trallianus longe mea quidem opinione superauit. Artemidoro enim contigit excidere certamino Olympico, dum pancratiasten agit inter pueros. Fuit huic caussa frustrationis ætas nimium immatura. Vt autem aduenit tempus certaminis, quod Ionum Smyrnæi agunt, adeo robore inualuit, vt vno eodemque die pancratio superarit aduersarios in Olympia contra eum decertantes: Et simul pueros, quos imberbes appellant. Tertiam victoriam quæ celeberrima fuit, a viris reportauit, cum certamen illi esset, cum imberbib. & simul cum viris; cum imber-*

bi-

bis quidem a Gymnaste prouocatus: cum viris a Pancratiaste iniuria lacessitus. Ceterum victoriam Olympicam de viris consequutus est Artemidorus, Olympiade ducentesima duodecima. Hæc ille.

Capvt XI.

Seruos colapho impacto *manu mitti solitos, inibique quid* rhapisma *apud Iustinianum; tum locus Arriani expositus,* Carpistes *quis:*

IVstinianus Imperator C. lib. octauo. T. *de emancipationibus.* L. Finali, ita inquit: *Cum inspeximus in emancipationibus vanam obseruationem custodiri, & venditiones in liberas personas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniuriosa rhapismata, quorum nullus rationabilis inuenitur exitus: iubemus huiusmodi circuitu in posterum quiescere, licentiam ei esse qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal.* Alciatus *rhapismata* exponens, *Alapas* interpretatum se esse contentus, nihil aliud addit. Sed designat hic Imperator vetustum morem qui in manumissione obseruari solitus est, nimirum, vt manumissus quo melius vetusti seruitii recordaretur, alapam a Domino seu manumissore postremo digrediens, acciperet. Cuius ritus aperta mentio fit in his sermonibus quos Simeon Magister de moribus collegit ex operibus Basilii Magni. Sic igitur ibi sermone octauo: εἰ δοῦλος ἂν τύχοις καὶ τὰ προεγράφη ἡ δούλοις ἐλευθερία, οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρους μισθούμενος καὶ δικαστὰς παρακαλῶν, ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι. ἢ που καὶ ῥάπισμα τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν, ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχου: *Quid si seruus hominum exsistas, decreta autem sit seruis libertas, an non vt propriam adsequaris occurras, aduocatos conducas, iudices aduocans, vt omnibus machinis in libertatem adseraris; vtque alapam vltimam seruorum plagam, pro commutatione reliquorum posthac suppliciorum & verberum recipias?* Quibus ni fallor hic manumittendi mos a Iustiniano commemoratus optime explicatur, & pertinet hæc libertatis datio ad *vindictam*, vbi & *festucæ iniectio* & *circumactio* vt alii notarunt. postremo hæc *colaphi* seu *alapæ* inflictio locum habebant *vindicta* vero hæc siue *vindiciæ* Græcis καρπισμα dicitur teste Flauio Sosipatro Charisio & καρπιστὴς Arrhiano in 3. dissertationum, Epicteti καὶ λέγε γυμνασθέντα ὑπὸ [illegible] ἔχει, μὴ ὅτι φιλοσοφεῖς, ἐξὸν φορεῖν [illegible] ἀλλ᾽ ὅτι καρπιστὴν εἶδες· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ταῖς ἀληθείαις ἐλευθερία [illegible] *quæ iam te exercitatum vt illis soles, non quod philosophieris, graue hoc est nomen, sed quod vindicem nactus, hæc nam vera est libertas,* quo loco interpres: *Sed quod ob persuasionem te philosophiæ exhibueris* Et rursum in eodē: 6. cap. μηδὲ τὸ μὴ καρπισθῆναι δοκεῖ, ἑαυτοὺς ἔξω τῆς δουλείας ἐλέγχει. *nonne audiuisti vindicem dare huiusmodi*

habens seruitij indicia. Interpres haud commode *tributarium* vertit. χειροτονὴν, & χειροτονίαν dictam puto a χειροτὸς quæ vox etiam iuncturam seu *velam manus* significat, quod *vindiciæ* fierent per manus iniectionem, vnde hodieque *forenses vindicias manu tentionem* vocant: χειροτὸς ea pars est extremi brachij, in qua medici arteriarum pulsum & vim digitis iniectis explorare consueuerunt.

CAPVT XII.

Duas res memoratu dignas recitari in Annibalis historia ab Appiano; quarum vnam T. Liuius vix attigerit, alteram incertum de caussis penitus omiserit.

LEgenti mihi nuper τὴν Ἀννιβαϊκὴν Appiani historiam, obtulerunt se mihi duæ res, quas a T. Liuio præteritas non poteram non mirari, neque vllis rationibus induci, quibus de caussis diligentissimus alioqui historicus, eas omisisset. Vna quidem quam tamen Liuius obiter & perfunctorie attigit. Quod decedens Italia Hannibal; quoscunque Italici generis milites bene exercitatos qui cum eo militarant, secum habebat, iis uisus sit persuadere, vt Carthaginem secum proficiscerentur. Et eos quidem qui grauia facinora commiserant, sponte se obtulisse, & patriam domosque lubentes deseruisse At qui insontes, exsortesque grauium criminum erant, id abnuisse: & patriæ desiderio tactos, in ea remanere cupiuisse Quos in vnum conuocatos, quasi aliquid ad eos dicturus, gratificaturusque iis ob ante gesta, tum etiam se aliquid cum illis deliberaturum præ se ferens; de repente illos militibus suis circumsepsit: quibus imperauit vt seruos sibi ex iis deligerent, quos vellent. Cum autem horum pars mancipia sibi ex iis delegisset, ceteri autem pudore prohibiti, nollent eos in seruitutem redigere mancipiaq; habere, quibus cum aliquando militassent, resque præclaras gessissent. Quos ita relictos, Annibal protinus confodi iaculis hastisque iussit, ne tales tamque præclari milites Romanis de cetero vtiles forent. Interfecit non eos modo, sed & equorum plusquam quatuor millia, multitudinemque iumentorum, quam non posset secum in Africam abducere. Liuius id tantum commemorat, italici generis milites, qui eum sequi noluerint, in templo Iunonis Laciniæ ad eum diem inuiolato, fœde iugulatos Alterum autem tale est. Abnauigante Annibale, Senatus omnibus qui cum eo militarant, ignouit; eorumque quæ facta erant, ab iis, obliuionem induci iussit; exceptis tantum Brutiis; quod ii ad extremum Annibali fidi, pertentesque & paratissimi in eius fide perstitissent. His autem & agri plurimum abstulisse, & arma quæ illis ab Annibale relicta superfuerant demisisse. Tum militia præterea illis in futurum interdictum vt minime liberis; præcepisse autem vt magistratibus tantum instar lictorum apparerent, si quando ad regendos populos proficiscerentur. Et

vti ad-

vti ad ministeria publica illos tanquam famuli sequerentur, Hinc *Bruttianorum origo*, de quibus & Festus & Gellius meminere, alios historicos, Liuio antiquiores, ni fallor sequuti.

CAPVT XIII.

Annibalis ab vrbis Romæ obsidione discedentis verba, aliter a T. Liuio, aliter ab Appiano recitari.

T. Liuius de bello Punico lib. sexto tradit, cum Annibal ad Anienem sedens Roma discederet, religione vt ipse vult motus ob tempestatem, illum dixisse. *Potiundæ sibi vrbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam.* At Appianus in lib. de gestis Annibalis, id quod multo credibilius est, & magis consentaneum ingenio hominis cupidi, & supra modum ambitiosi, illum dicit iis, qui eum hortabantur, vt in vrbem irrumperet dixisse, οὐκ ἐθέλων τὸν πόλεμον λῦσαι δέει Καρχηδονίων ἵνα μὴ καὶ τὴν στρατηγίαν αὐτὸς ἀποθοῖτο. Hoc est *Nolle summam manum bello imponere formidine Carthaginensium, ne imperio ipse militari depelleretur.* Nam metu Romanorum id ipsum minime omisisse constat, cum exercitus Claudii ad pugnandum cum eo longe esset impar. Hactenus Appianus.

CAPVT XIV.

Euripidis carmen ab Heraclide Pontico citatum & a Cicerone versum: Videri ab Ennio quoq; translatum esse, & esse ex præfati poetæ Thyeste.

Carmen est in Heraclidis Pontici libro qui ab eo de Homero scriptus adhuc extat, ex Euripide aduocatum. Vbi is auctor contendit Euripidem *æthera* pro *Ioue* accepisse: id autem est tale.

ὁρᾷς τὸν δ' ὑψοῦ τὸν δ' ἀπείρονα αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα τὸν δ' ἡγοῦ θεόν.

Quos versiculos non insuauiter vertisse videtur M. Tullius Cicero in 2. lib. de natura Deorum:

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur.
Hunc summum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem.

Esse autem hos ex præfati poetæ fabula Thyeste, & si nullum certum habeamus argumentum, tamen in eam coniecturam ducimur, quod Ennius quodam versu suo videatur hoc Euripidis carmen remota quadam imitatione voluisse exprimere. Cum & ipse *æthera*, quod *sublime candens* appellat, *Iouem* esse dixerit. Sic enim ille.

Aspice hoc sublime candens quem inuocant omnes
Iouem. ———

Quem versuum subinde idem Cicero repetit; qui a Festo Pompeio ex Ennii poetæ Thyeste citatur, in voce *sublime: Sublime, est in altitudinem elatum.* Vt Ennius in Thyeste:

Aspice hoc sublime candens quem vocant omnes
Iouem ——

Vbi *vocant* legitur, quod magis arridet, vt respondeat τὸν δ᾽ ἡγοῦ θεὸν, quodque Cicero vertit *hunc perhibebo Deum.* Quocirca non inani coniectura ducimur, Ennium id mutuatum, ex eiusdem nominis Euripidea fabula. Nam & alibi idem Ennius, sequutus Euripidis opinionem scripsit teste Varrone in quarto de lingua Latina: *Isthic est is Iuppiter quem dico, quem Græci vocant aera.* Sed hæc hactenus.

CAPVT XV.

De Deo Beleno complusculа, & inibi castigatus Locus Tertulliani, vbi non Tibilenus legendum, sed Deus Belenus, indidemq; de Noricis populis.

TErtullianus in Apologetico recitans peculiaria regionum numina, inter cetera sic loquitur: *Vnicuiq; etiam prouinciæ & ciuitati suus est Deus, vt Syriæ Astarte, Arabiæ Disares, vt Norico Tibilenus, vt Africæ Cœlestis, vt Mauritaniæ reguli sui.* Quæ etiam verba Petrus Crinitus in suos illos de honesta disciplina libros congessit. Nos autem non *Tibelenus* ibi legendum censuerimus, sed Deus Belenus, duabus vocibus, literis aliquot commutatis, quæ ab inscitis aliquot librariolis perperam transpositæ inuersæque erant. Id opinor non vana coniectura. Aquileiensium enim numen vocabatur *Belenus*, quod non vrbi illi modo, sed etiam toti Aquileiensium tractui commune erat, tum etiam Noricis Aquileiensium vicinis. Hoc numen Herodianus *Belem* vocat, alii, *Belenum.* Herodiani verba libro octauo sunt hæc. καὶ χρησμοὶ δέ τινες ἐδίδοντο ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου. βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον· σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες, οὗ καὶ τὴν εἰκόνα ἔλεγόν τινες τῶν Μαξιμίνου στρατιωτῶν φανῆναι πολλάκις ἐν ἀέρι ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην. Hoc est. *Ceterum nonnulla quoq; oracula ferebantur, patrij cuiusdam numinis, victoriam promittentia: Belen vocant indigenæ, magnaq; cum religione colunt, Apollinem interpretantes cuius etiam speciem pro vrbe ipsa pugnantem, quidam e militibus Maximini visam sibi in cœlo affirmabant.* At Iulius Capitolinus de eadem re loquens, *Bellenem* vocat. *Cum igitur*, inquit *frustra obsideret Aquileiam Maximinus, legatos in eandem vrbem misit: quibus populus pæne consenserat. Nisi Menophilus cum collega restitisset, dicens: etiam Deum Bellenum per auspices spopondisse Maximinum esse vincendum. Vnde etiam postea Maximini milites iactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse, nec illam Maximini aut Senatus, sed Deorum*

Deorum fuisse victoriam. Belenum autem hunc, non fuisse *Iouem* *Belum* declarant multæ antiquę Inscriptiones, ruinis Aquileiæ inuentæ, præterea id testantes, hoc numen longe lateque a finitimis populis & etiam longe dissitis, donariis honoratum & cultibus. Ex quibus aliquot volui apponere, vt de *Deo Belleno* plenior notitia haberetur

BELEN. AVG. IN. MEMOR. IVLIOR. ET. MARCELLAE. ET. IN. HONOREM. IVLIARVM CHARITES. ET. MARCELLAE. FILIARVM. ET. LICIN. MACRON. IVNIOR. NEPOTIS: C. IVL. AGATHOPVS. IIIII. VIR. AQVIL.

L. D. D. D.

Sed alterum quod manifeste Apollinis nomen continet imperfectum libet hic apponere:

APOLLINI. BELENO. C. AQVILEIENS. FELLIX.

Plura quoque testimonia de hoc Deo licet colligere ex inscriptionibus, quale est & illud:

T. MARIVS. APTVS. VERCELLEN. ET. ASIATICVS. MAN: BELENO.

V. S. L. M.

P. C.

Et item illud

BELENO. MANSVETIVS. VERVS. LAVR. LAV. ET. VIDIANA. IANTVLLA. V. S.

Etiam illud:

FONTI. BELENO.

C. AQVILEIEN. DIADVMENVS.

B. V. S.

M. HOSTILIVS. AVCTVS.

IIIIIL. B. S. D. VIR.

Ex quo liquet etiam colligere huic Beleno fontem fuisse sacrum: Dicebatur & *Belinus*, quod duæ aliæ inscriptiones testantur quarum prior hæc est.

BELINO. AVG. SACR. VOTO. SVSCEPTO PRO. AVLO. AQVILIO. C. F. POMP. VALENTE. IIII. V. I. D. DESIGN: PHOEBVS. LIB V. S. L. M.

Et altera:

BELENO. SEX. CESERINIVS. FAVSTVS. IIIIIL. VIR.

V. S L. M.

Quo factum videri potest, vt inscitia librariorum e. in i. sæpe commutantiú, vt in Tertulliano scriptú sit, *Deus Belinus* pro *Deus Belenus*, q; deinde transcribent ũ inscitia verterit in *Tibilenus*. Ex quib; etiá illud intelligitur, idolú hoc fuisse celeberrimú sic vt tú eo vndiq; praua superstitione ad soluéda vota curreretur, vti núc ad *D. Leuinú* in Flandria, & ad *D Hiobú* in Brabantia, cómutato impio illo ritu, in moré Christianis cósuetú: que *Hiobú* omnes indigenæ pari

Venerationis cultu prosequitur. Vti tum non solum Aquileiensis oppidi incolæ sed etiam quicunq; illum tractū incolerent. Veneti, Aquileienses agri Italici incolæ & Norici. Sic vt *Noricorum Deus* non inconcinne a Tertulliano ob id appellatus sit, quemadmodum nunc *tutelare numen* diuum *Hiobum* habet tota Brabantia cum regionibus finitimis, quod manifestius facit sequens inscriptio:

BELENO. AVG. SACR. L. CORNELIVS. L. FIL. VELL. SECVNDINVS. AQVIL. EVOC. AVG N. QVOD. IN. VRB. DONVM. VOVIT. AQVIL. PERLATVM. LIBENS. POSVIT. L. D. DD.

Neque ego adsentior illi, qui duo Aquilensium numima Belenum & Felenū confundit, quando loco B sæpe digamma Æolicū quod nostro F correspōdet forma, posuerint. Quod aūt diximus, eundē hunc *Noricorum* & *Aquileiensium* Deum esse, propterea quod Norici Aquileiensium tractui essent finitimi, id nemini mirum videri debet, cum tractus Aquileiensis Alpib. Iuliis contiguus fuerit, quib. superatis, Noricor. campos patere. Sunt aūt hodie partim *Baioarij* partim *Carniocenses*, partim *Carinthiani*, Ptolem. n *Iulium Carnicum* (quod nunc *Gorlitiam* opinantur) Aquileiensibus vicinium Carnorum oppidum, mediū inter Noricos & Aquileienses locat. Sed & *Hemonam* Aquileia haud procul distantem, ad q̄ primū venisse Maximinū dicit Iul. Capitolinus, q̄ Herodianus *Emā* vocat, Idē Ptolemæus inter Italiā sub Norico Pannoniæ ciuitatē *Hemonā* locat, q̄ tamen Herodianus (vt diximus) Italiæ contribuit. Plinius vero *Æmonam* vocat. Sed omnem tollit dubitationē, quod idē Plin. *Hemonam*, q̄ alii Italiæ tribuunt, ipse Noricis adscribat. Quod si verum est, vicini oportet Aquileiensiū finib. fuerint Norici, quocirca nihil mirū, si numen quoq; cōmune habuerint Han[illegible] *Hemonam* Antoninus in Itinerario suo *Hemoniam* vocat, milliaq. passuū ab ea ad *Syrmiū* per *Scisciam* CCCXI. enumerat. Sed audiendi sunt Strabo & Eustathius aperte affirmātes, finitimos fuisse Aquileienses & Noricos: ὁ δὲ inquit Eustathius, χαράσσει ἐθνικῶς τοὺς περὶ ἀκυληΐαν χώροις νωρικοὺς χαράξει μετὰ τοῦ ν. ἄλλα τε λέγων. καὶ ὅτι ἰσχὺς τῆς ἀσφαλοῦς μυχοῦ, καὶ ὅτι κατὰ ἀκυληΐαν τόπον οἰκοῦσι νωρικοί τινες. καὶ ὅτι κατὰ ἀκυληΐαν ἐν ταυρίσκοις τοῖς νωρικοῖς χρυσεῖον εὐφυές ἐστιν ὥστε ἐπὶ δύο πόδας ἀποσυρομένην τὴν ἐπιπολῆς γῆν, εὐθὺς ὀρυκτὸν χρυσὸν εὑρίσκεσθαι. i. e. *Geographus populum quendam adiungens locis circa Aquileiam Noricos scribit n. littera, præterea dicens, quod circa Adriaticum sinum & Aquileiæ finitima loca Noricorum quidam habitent; & quod circa Aquileiam in Tauriscis Noricorum auro fœcundum sit solum, vt si pede terram* quæ in superficie est, *abradas; mox fossile aurum inuenire liceat.* Quin Strabo quoque præter hæc *Noricam* Aquileiæ vicinum oppidum commemorat, & Noricos Aquileiensium propinquos confirmat.

CAPVT

CAPVT XVI.

An de eisdem Noricis *senserit Dionysius, de quibus scribunt Histo-ci,* quod Alpes Iulias contingant.

CVm de *Noricis populis* præcedenti capite egerimus, id nunc discutiendum venit, an de eisdem Noricis Dionysius Periegetes senserit, an alios populos innuere velit, dum scribit:

ἀγχοῦ δ' νόθον γέῤῥαι καὶ νωρίκι' ἄστε ἐρυμνά.

Id est.

Ad notum vero Gerrhæ & Noricia ciuitates validas.

At de eisdem minime sentire videtur, cum iungat illos *Gerrhis*, genti circa Borysthenem sitæ, vt auctor est Stephanus. Nec Geographi norunt vllos Noricos, nisi quos supra commemorauimus, quorum oppidum *Noreiam* vocat Strabo. Quocirca quidam hic vt inquit Eustathius sine *n.* in principio scribunt: vt sit *Oricos*, a quibus & *Oricus portus*. Dicit n. adhunc modum Hecatæus μετὰ δὲ βουθρωτὸς πόλις. μετὰ δὲ ὤρικος λιμήν. Id est *Deinde vero Buthrotus ciuitas, deinde Oricus portus.* Et Apollonius ὤρικον εἰσαφικέσθαι. Id est. *Oricum ingredi.* Et Polybius lib 7 οἱ δὲ τὸν ὤρικον κατοικοῦντες, οἱ καὶ πρῶτοι κεῖνται περὶ τὴν εἰσβολὴν τὴν πρὸς τὸν ἀδρίαν ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι. Id est. *Oricū incolentes primi siti sunt ad Adriatici maris ingressum a dextra nauiganti.* Quas ciuitates longe abesse constat ab Italia: Nam *Oricum* portus est Epiri, quod Ptolomæo *Horicum*, Straboni *Oreū* dicitur. Quocirca puto hallucinari doctissimum hunc interpretem, nam *Oricus* non gentis, sed ciuitatis & portus est nomen. At poetam, de gente loqui testatur versus, qui dicit νωρίκι ἄστε ἐρυμνά vel ἐρεμνά vt alii legunt, contribuens illis ciuitates *validas*, vel vt alii *celsas, densas* & *opacas*, nisi dicamus *poetas* interdū more recepto, sponte errare, qui sæpe vero ignorantia prolabentes, ciuitatē pro gente, & gentē pro ciuitate exponunt. Quemadmodū & Stephanus, qui *Noracum* oppidum Pannoniæ ex Epaphroditi auctoritate exponit, in Homericis dicentis *ferrum coticulare splendidissimum ibi effodi*, vt inde Homerus νώροπα χαλκὸν dixerit. Sed Grammatici eius epitheti aliam rationem adferunt: tum ipse etiam Porphyrius in quæstionibus Homericis. *Homerus* inquit Porphyrius, *artificiosissime fabricatus est.* τῷ χαλκῷ, hoc est, *ari epitheta*, vt νώροπι χαλκῷ νώροπι χαλκῷ. σημαίνων τὸν μὴ ἐῶντα τοὺς ἰδόντας ὁρᾶν διὰ τὴν περὶ αὐτὸν αἴγλην ... *Obscurum ferrum, splendido ferro, significans eum qui se non sinat oculis intueri, ob splendorem, qui illi adest. Nimia enim lux tenebras inducit, obtundens sensum.* Quocirca *splendere* & *tenebrosum esse*, sæpe pro eodem accipiuntur. Nam secundum Platonem, vt idem dicit, *visus perturbatio aut ob nimiam lucem, aut nimias tenebras repente fit, quæ visum aufert.* Sed & Homeri interpretes, quem Didymum nonnulli esse volunt, & Hesychius λαμπρὸν ἀμαυροῦν τοὺς ὦπας, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, hoc est, *splendidum*

seu obscurantem visus seu oculos interpretati sunt, a τῶ privatiua particula, quæ æqualis sit particulæ a, quasi dicas *visum adimens*, siue *inuisibilis* ὑπὸ τοῦ inquit Moscopulus in Schedis, ... λαμπηδόνα ... μὴ ἐῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁρᾶν. Id est. *Qui vel multum splendorem non permittit oculos in eum intueri.* Hinc & nigrum νώροπα dici puto, nam & Hesychius νώροπα αἴθοπα interpretatur, quod interdum *nigrum* siue *fuscum* exponunt. Vt alibi etiam Homerus, qui dixit αἴθοπα οἶνον, hinc *tenebricosa* etiam recte νώροπα dici putamus, quod tenebræ & fuscedo visum adimant, imbecillemque reddant. Et nescio an Galli inde *noir*, *nigrum* vocent, fuerunt enim ii semper Philellenes. *Nora* autem Sardiniæ fuit ciuitas, a *Norace* Herculis filio; Sed hæc alias fusius sunt dicenda.

CAPVT XVII.

Non recte sensum exprimere Euripidei carminis Q. Curtium, quod Clitus in conuiuio pronuntiasse dicitur.

QVi vitam Alexandri Magni conscribunt, dum Cliti conuiualem disceptationem cum Alexandro narrant, aiunt Clitum carmina quædam Euripidis recitasse, quorum sensum dum referre vult Quintus Curtius libro de gestis Alexandri Magni, octauo, parum efficaciter id effecisse visus est. Sic enim ille: *Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos qui infra ipsum cubabant conuersus, Euripidis retulit carmen, ita vt sonus magis quam sermo exaudiri posset a rege. Quo significabatur, male instituisse Græcos, quod trophæis regum dumtaxat nomina inscriberentur. Alieno enim sanguine partam gloriam intercipi.* Quod carmen esse ex Euripidis Andromacha indicat Plutarchus in Alexandri vita sic scribens. τὸν δὲ Κλεῖτον οὐχ ὑφιέμενον, οἱ φίλοι μόλις ἐξέωσαν τοῦ ἀνδρῶνος, ὁ δὲ καθ' ἄλλας θύρας αὖθις εἰσῄει, μάλα ὀλιγώρως καὶ θρασέως ἀναπαίστου τὰ ἐξ Ἀνδρομάχης ἰαμβεῖα ταῦτα περαίνων.

οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται.

Id est.

Clitum vero haud desistentem amici ægre expulerant e virili cœnaculo: qui per alias fores iterum ingressus, contemtim valde & confidenter Euripidis ex Andromacha hos iambos recitabat:

Hei mihi quam male decretum lege est in Græcia.

Integra autem sententia, hæc est, ex eius poetæ præfata fabula:

οἴμοι

οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται,
ὅταν τροπαῖα, πολεμίων στήσῃ στρατός.
οὐ τῶν πονούντων τ' ἔργον ἡγοῦνται τόδε,
ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται,
ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ,
οὐδὲν πλέον δρῶν ἑνός, ἔχει πλείω λόγον.

Id est.

Hei mihi quam male lege statutum in Græcia,
Vt si quando trophæa de hostibus statuit exercitus,
Non eorum qui laborem subierunt arbitrantur hoc opus,
Sed belli dux existimationem & gloriam eam intercipit.
Quamuis vnus tantum sit, cum aliis mille vibrans hastam.
Non plura quam vnus faciens, habeat tamen multorum lau-
(dem.

Quorum gratiam an adsequutus sit Curtius, alii videant. Non enim hoc dicit. *Alieno sanguine partam gloriam intercipi*: Sed, *omnem gloriam ipsi principi adtribui, in eumque deriuari, cum sit omnium communis*, quippe qui nihil factis amplius præstiterit, quam vnus quilibet vir, e vulgo totius exercitus.

Capvt XVIII.

Iustinum siue Trogum historicum videri non recte interpretatum esse duo extrema morientis Alexandri Magni verba: *Inibique de tertio eius quodam dicto.*

HOmines morti propinquos quandoque de futuris vaticinari, veraque prædicere sæpe animaduersum est, quod in Alexandro Magno maxime enituit. Hic enim, teste Diodoro Siculo lib. 18. iam morti vicinus, interrogatus cui regnum relinqueret, respondit ἀρίστῳ. Sed præstat totum hoc ipsius Didori verbis exprimere, de eadem re loquentis: ἔτι γὰρ ἐν Βαβυλῶνι μεταλλάττων τὸν βίον, κατὰ τὴν ἐσχάτην ἀναπνοὴν ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, τίνι τὴν βασιλείαν ἀπολείπει, εἶπεν, τῷ ἀρίστῳ· προορῶμαι γὰρ ἐπιτάφιον μέγαν ἀγῶνα συνισόμενον μοι τῶν φίλων. Hoc est. *Hic* (Alexander videlicet) *in Babylone vitam cum morte commutaturus, paulum ante quam vltimum spiritum efflaret, interrogatus ab amicis cui regnum relinqueret, respondit fortissimo; prauideo enim mihi ab amicis celebratum in præclarum funebre certamen.* Iustinus, *Dignissimo* vertit, non plane ex mente Alexandri, qui dicere volebat, *fortiori se, & qui plus viribus polleret, regnum relinquere.* Fore enim vt graue certamen inter illos de eo oriretur, plurimusq; sanguis funderetur, res autem ad eos inclinaret qui potentia plus vigerent Quod tamen non animaduertisse videtur Trogus, si ea illius sunt verba, & non potius decurtatoris Iustini, qui sic de ea re scribit *Cũ deficere eum*

amici viderent, quærunt quem imperij faciat heredem? Respondit dignissimum. Parum certe ex mente sententiaque loquen is Alexandri. Non enim illud volebat dicere, se heredem constitue e qui maxime dignus imperio foret: Sed regnum suum fore in potestate occupantis fortioris scilicet, quod & euentus docuit. Vox enim ἄριστος *dignissimo* minime conuenit. Significat enim ἄριστος non solum eum qui sit *optimus*, sed *qui in aliquid perficiendo sit fortissimus.* Sic enim de ea voce Manuel Moscopulus; ἄριστος ὁ καθυπέρτερος ἐν παντὶ πράγματι, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβαίνων. Hoc est: *Qui excellit in omni negotio, & alios supergrediens.* Et in eo significato vsus est Aristides rhetor emunctissimus in πρεσβευτικῷ; hoc est oratione legationis, statim in initio ἄριστι ἀχιλλεῦ, τὸ μὲν θυμοῦ ἀπαίου, καὶ χαλεπαίνειν ἐφ' οἷς ὑβρίσθης. Quod interpres Camerarius recte vertit. *Non est Achilles vir fortissime, inconueniens, ad iram indignationemque te concitasse ea, quæ per summam contumeliam perpetrata in te scimus.* Et ἀριστεία ἡ ἐνέργεια. i. e. *Efficacia*, seu *efficax vis.* Hinc ἀριστεύειν. Quod Quintil. & Thyrius consultus subinde *fortiter facere* interpretantur in quo significato vocē eā etiā vsurpat Rhetor Hermogenes, & ἀριστεύειν ἐν πολέμῳ νικᾶν, i. e. *in bello vincens*, & ἀριστεῖον *premium ob victoriā datum.* ἀριστεύω aūt idē Moscopulus τὸ ἀνδραγαθῶ interpretatur, hoc est *viriliter ago.* Quocirca nugari videtur Iustinus hæc subiiciens. *Tanta illi animi magnitudo fuit, vt cū Herculem filium, cum fratrem Aridæum, & cū Roxanē vxorem pragnantē relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncuparet heredem? Prorsus quasi nefas esset viro forti alium, quam virum fortem succedere, aut tanti regni opes, alijs quam probatis relinqui.* Ceterum quod non *dignissimo* sed violentissimo innuere voluerit Alexāder se regnum relinquere, apertissime testatur Arrhian. lib. 7. ἀναβ. ἐρέσθαι μὲν τοὺς ἑταίρους αὐτὸν ὅτῳ τὴν βασιλείαν ἀπολείπει τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ὅτι τῷ κρατίστῳ, i. e. *ceteris cum interrogantib cuinam regnum relinqueret, ipse respondisse, potentissimo.* κράτος enim *potentiam* significat, seu *violentiam* vt in Æschyli vincto Prometheo liquet. Q. Curtius melius aliquanto hoc q̄ Iustin. transtulit. Sic n. inquit: *Quærentibusq; his, quib. relinqueret regnū? respondit, ei qui esset optimus.* Idem alterum dictum effert hoc modo: *Ceterum prouiderat iam ob id certamen, magnos funebres ludos parari sibi.* Quod frigidiuscule versum videtur, quando non ob certamen regni funebres ludi Alexandro facti, sed per quandam Metaphoram appellat certamen de regno post mortem suam *funebres ludos.* Defunctis enim gladiatorum sanguine parētare mos erat, ludosque funebres ex antiquissimo ritu fieri: Sicut ex Vergilio de Anchisę parentalibus, & ex Statio de Archemori exsequiis: Tum etiam ex Homero Patrocli inferias prosequente notum est. Allusit igitur Alexander ad parentalium morem, sicut & Plautus in Mostellaria:

Ludos

Ludos ego hodie præſenti hic ſeni
Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.

Sed omnium longiſſime ab hac ſententia idem Trogus ſiue Iuſtinus hæc ſcribens: *Dimiſſis militibus amicos circumſtantes percunctatur, videantur ne ſimilem ſibi regem reperturi? tacentibus cunctis, tunc ipſe; vt hoc neſciat, ita illud ſcire vaticinariq; ſe ac pene oculis videre dixit, Quantum ſit in hoc certamine ſanguinis fuſura Macedonia, quantiſque cædibus, quo cruore mortuo ſibi parentatura.* Quibus verbis, vt ſenſum expreſſerit verborum Alexandri; ita vim energiamque minime. Elegantiſſime autem omnium Arrianus, lib. αὐτῷ. καὶ οἱ δὲ προσθεῖναι λέγουσι τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾷ ἐπ' αὐτῷ ἐσόμενον id eſt: *Sunt qui illum adpoſuiſſe ad hunc ſermonem volunt, quod oculis cerneret magnum ſepulcrale certamen ipſi defuncto facturum iri* Hoc poſtremum dictum ſatis ridicule tranſtulit Eunapius in lib. de vitis Sophiſtarum ad Iulianum Sophiſtam, in cuius vita de eius exitu ſcribens ita loquitur: ἀθήνησιν ἐτελεύτα μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τοῖς ἑαυτοῦ παραδέδωκεν ἑταίροις. id eſt. *Vitam finijt Athenis, magnum certamen funebre ſodalibus ſuis relinquens.* Præclara me hercule imitatione maximi regis & loquacis rhetorculi cum paribus ſuis nugatoribus. Ceterum quod Q. Curtius & Iuſtinus tradunt; *illum interrogaſſe, an ſui ſimilem regem reperturi eſſent*, id neutiquam in Græcis ſcriptoribus reperire licet. Quocirca veroſimile eſt, illos ſcriptores & hiſtoricos huiuſmodi ſequutos eſſe, quorum ſcripta vna cum tempore interierint.

CAPVT XIX.

De vetere ritu condendi oſſa, & reſperſum vinum *quid, inibique de* Nouendiali ſacro: *tum aliquot loca auctorum excuſſa.*

OSſa defunctorum legere, & condere ad ſepulturam in vrnas ſepulcrales, veteris moris fuit, eaque vino reſpergere, & lacte lauere dum a cineribus ſeparantur. vnde *reſperſum vinum* in Feſti epitoma, quam Paulus quidam collegit, dixerunt, *quia vino ſepulcrum ſpargebatur.* Id autem fiebat nono die, vt ex ramentis & minutalibus integri Feſti adparet, quod *Nouemdialibus* (quantum exſculpere licuit, *ſacris* (dum oſſa nimirũ conderentur) fiebat. Sunt autem *Nouendiales feriæ* a numero dierũ dictæ, ad quos vſque, vti ex præfatis minutalibus apparet, familia erat impura. Septem enim diebus, vt Seruius ex antiquorũ auctoritate docet, illud Vergilii enarrans:

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Extulerit ——

Cadauera adieruabantur. *Sciendum* (inquit) *quia apud maiores, vbicunq; quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur, & illic ſeptem aſſeruabatur diebus, octauo die incendebatur, nono ſepeliebatur; vnde & Horatius, Nouendiales diſſipare pulueres.* Nam etiam, *ludi* qui in

mortuorum honorem celebrantur *Nouendiales* dicuntur. Sic etiam arbitror Plautum *nundinalem coquum*, qui in nonum diem idlet ire coctũ appellasse (cuius vocis nomenclatura solum exstat in mutilo Festo; hoc est, qui *ferales solum cœnas coquat*, in quibus solũ fabæ & lentes, & placentarũ quædam genera edebantur; non opiparæ aut delicatæ dapes) meritoq; ob id vilem: Nõ vt quidam autumant, quod nundinis rusticis cœnam coqueret. Porphyrio Horatii interpres in illud *Nouendiales &c. Nouendiale*, inquit, *sacrificium quod mortuis fit nono die, cum ossa scilicet legerentur, & vino respersa cõderentur.* Extinguebatur enim bustum vino, vt apparet ex Propertii:

Hoc etiam graue erat nulla mercede hyacinthos
Inijcere & fracto busta piare cado.

Et rursum de ossium collectione & conditura:

Ossaq; legisti non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris esse lares.

Legebantur autem ossa aut per propinquos, aut per Pontifices, si inclyti duces, aut principes essent. *Nouendiale* vero *sacrum* cuius subinde meminit T. Liuius, quod ob lapidum pluuiam institutum erat, ab hoc longe dissimile fuit. Sed hæc, vt iam non amplius nostri instituti, tãtum quid *respersum vinum* esset enarrare volẽtibus, omittantur.

CAPVT XX.

Mostellariam Plauti veteres citasse Phasmatis *titulo, duobus exemplis comprobatum.*

FAbulam Plauti quam *Mostellariam* vocamus, veteres *Phasmatis* titulo citasse, vt non omnes animaduerterint, tamen liquido constat. Idq; duobus ex eo auctore testimoniis a Festo Pompeio adlatis comprobari potest. Sic enim ille in dictione *Nec. Nec coniunctionem Grammatici fere dicunt esse subiunctiuam. Vt, nec legit, nec scribit, &c.* Et paulo post: *Et apud Plautum in Phasmate:—Nec recte si illi dixeris—* quæ verba habentur in *Mostellaria*, vt nunc dicitur. Sunt autem verba Philematii ad Scapham Ancillam:

Nec recte si illi dixeris, iam ecastor vapulabis.

Alter locus citatur ex eadem *Mostellaria, Phasmatis* titulo ab eodẽ Festo, in dictione *Super. Super*, inquit, *per se significat quidem supra, vt cum dicimus super illum sedit: verum ponitur etiam pro de, Græca consuetudine, vt illi dicunt ὑπέρ.* Deinde citato loco e Milite Plauti, Subdit. *in Phasmate.*

Tandem percipio super rebus nostris loqui te.

Quæ verba in *Mostellaria* (vt nunc vocãt) leguntur, & sunt Tranionis serui ad Simonem senem. vbi tamen paulo aliter leguntur:

——quid ehem vix tandem
Percepi super his rebus nostris loqui te.

Sed

Sed antea in antiquo Festo valde hæc mendosa erant, quæ castigatiora aliquanto in Veneta æditione circumferuntur, vt liquidum sit, eundem qui hic adductus est, locum innui. Sed nomen id fabulæ, non ab ipso auctore inditum esse, sed a posteris amatoribus Græcę linguæ, vel id declarat, quod argumentum fabulæ, vt quidam voluit, ab ipso auctore conditum, initialibus litteris, *non Phasmatis, sed Mostellariæ* nomen præfert.

CAPVT XXI.

Quem Apollonius Poeta fluuium Anaurum *vocat, pro eo subdidisse Valerium Flaccum* Enipea; *& cur id fecerit. Tum alios vocem eam appellatiue & non pro proprio nomine accepisse. Lucani carmen allatum & discussum.*

Apollonius Argonauticorum primo, quo loco de Iasone Thessaliam petente, & calceum relinquente in cœno fluuii Anauri loquitur, ita cecinit, Apollinem alloquens.

Δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα τεὴν κατὰ βάξιν ἰήσων,
χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν διὰ ποσσὶν ἀναύρου,
ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπ' ἰλύος, ἄλλο δ' ἔνερθε
κάλλιπεν αὖθι πέδιλον ἐνισχόμενον προχοῇσιν.

id est,

haud ita diu postea secundum tuum sermonem Iason,
Vadens pedibus per fluenta † hiemalis Anauri,
Aliud ipse calceamentum e cœno seruauit.
Aliud intus ibi reliquit retentum fluxibus seu gurgitibus.

† id est, *Torrentis ex repentinis hyemis hymbribus collectis.*

Quos versus cum imitari vellet Valerius Flaccus, *Anauri fluminis* nulla facta mentione *Enipeum* pro eo subdidit. Ita enim in primo scribit Iunonem inuocans & huius transitus mentionem faciens:

Omnipotens regina (inquit) *quam turbidus atro*
Æthere cæruleum quateret cum Iuppiter imbrem,
Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nymbo,
In campos & tuta tuli ——

Rationem cur non sit vsus *Anauri* nomine, videor mihi propemodum inuenisse, quod auctor sciret nullum proprium nomen ne dum in Thessalia, sed ne in toto quidem terrarum orbe fluminis esse, tali nomenclatura. Sed promiscue voce appellatiua vocari fluuiolos omnes, & torrentes omnes, ἀναύρους, qui perpetuas scaturigines aquarum non haberent, sed tempestatibus & repentinis imbribus nascerentur. iisque deficientibus æstate desinerent, qui interdum magnis fluminibus essent formidabiliores. qualem etiam describit Ouidius in tertio Amorum:

Paruus eras memini nec te transire refugi,
Summaque vix talos contigit vnda meos.
Nunc ruis appositis niuibus de monte solutis,
Et turpi crassas gurgite voluis aquas.

Et post

Et postea ipsum torrentem alloquens:

Nomen habes nullum, niuibus collecte caducis,
Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.
Fontis habes instar pluuiasq; niuesq; solutas,
Quas tibi diuitias pigra ministrat hyems.
Aut lutulentus agis brumali tempore cursus,
Aut premis arentem puluerulentus humum.

Quod autem huiusmodi fluuios appellarint ἀναύρους, testimonio sunt Scholia in Apollonium ex Theone Sophocleo collecta: ἄναυρον λέγει τὸν χείμαρρον· οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ οὕτω καλοῦνται. id est *Anaurum dicit torrentem, fluuij enim qui colliguntur & constant ex pluuijs sic vocantur.* Quocirca multum aberrant a vero, qui putant plures perennes fluuios eo nomine varijs terrarum locis censeri. Quemadmodum etiam circa Troiam *Anaurum* nominat Coluthus Thebanus in carmine de raptu Helenæ, his versibus:

κουρίζων δ᾽ ἐνόμευε πάρις πατρώϊα μῆλα,
ποιμαίνων ἑκάτερθεν ἐπὶ προχοῇσιν ἀναύρου.

Id est,

Iuuenescens Paris pauit paternas oues,
Eas pascens sed vtramque ad fluenta Anauri.

id est, *Torrentis anonymi ex imbribus & niuibus producti.* Nullus enim fluuius censetur in Troade hoc nomine. Sed voluit intelligi Poeta, Parin ad ripam torrentis oues pauisse: Quin & Callimachus quoque pro turbido & anonymo torrente videtur accepisse in Dianæ hymno:

——αἱ μὲν ἐπ᾽ ὄχθαις
αἰὲν ἐβουκολέοντο μελαμψήφιδος ἀναύρου.

Id est,

——*hæ quidem adripas*
Semper stabulantur nigros calculos ferentis Anauri.

De ceruis & hinnulis alijsque huiusmodi venationi aptis feris in genere loquitur, volens innuere, eas stabulari solere in ripis torrentis alicuius aqua turbida exundantis. Sic Theocritus εἰδυλ. κ. Non vt quidam arbitratur pro fluminis nomine, sed tantum appellatiue pro torrente accepit vocem Anaurus in hoc versu:

ἢ ὅτε φαιδρύνοιτο χρόα προχοαῖσιν ἀναύρου.
Seu quando tersi redditur color fluctibus Anauri.

Torrentis scilicet cuiuslibet. nam hoc indicat versus sequens:

ἢ ὁπότ᾽ ἐκ λειμῶνος ἀπ᾽ ἀνθεα λείρια κείροι.
Vel si quando & prato bene spirantia lilia decerpit.

loquitur de Europa, si quando se flumine lauat aut flores decerpit ludente cum æqualibus. Sed qui fluminis nomen id esse volunt, nobis Lucanum opponunt, qui Anaurum inter Thessalica flumina locarit, in 4. sic scribens:

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec tenues ventos suspirat Anaurus.

Quibus ni fallor tamen plane indicat, se loqui de torrente non de flumine perpetuo, cum dicit illum nec nebulam nec rorulentum aera emittere, quod tamen perpetua & semper mananti scaturigine fluminibus peculiare est. non autem repentinis imbribus auctis torrentibus. Quod vero inter flumina illum memoret, fortasse Apollonii auctoritate ductus est, cuius illud; χειμερίοιο ῥέεθρα ἀναύρου voluit exprimere; tum quod sciret Thessaliam vndique montibus cinctam, huiusmodi torrentibus abundare. Adeo vt nō tanti facienda sit Scholiastis Callimachi auctoritas, scribentis in præfatum Callimachi carmen, *Anaurum esse fluuium Thessaliæ.* Vt indubitata fides illi adhiberi debeat. Lapsus est memoria, vir alioqui doctiss. Michael Næandrus in Scholiis in Coluthum, qui dixerit in Argonauticis Pindari quæ sunt in A. Pythyorum ode, Poetam illum *Anauri fluminis* meminisse; cum nulla eius ibi mentio fiat. Scholia tamen huius vt fluuii Thessalici meminerunt, ex Pherecyde ita scribentes: ἔθυε τῷ ποσειδῶνι φησὶν ὁ πελίας, καὶ προεῖπε πᾶσι παρεῖναι. οἱ δὲ ἦσαν εἴτε ἄλλοι πολῖται, καὶ ὁ ἰάσων. ἔτυχε δὲ ἀροτρεύων ἐγγὺς τοῦ ἀναύρου ποταμοῦ ἀσάνδαλος. διέβαινε δὲ τὸν ποταμόν, διαβὰς δὲ τὸν μὲν δεξιὸν ὑποδεῖται. πόδα τὸν δὲ ἀριστερὸν ἐπιλήθεται, &c. id est, *Sacrificium fecisse aiunt Neptuno Peliam, edixisseq; omnibus vt adessent: fuere autē hi tum alij ciues, tum ipse Iason; contigit vt hic araret circa Anaurum flumen, absq; sandalijs: & cum ingressus esset flumen dextrum quidem pedem induit, sinistrum nudum reliquit, &c.* Inueni postea Turnebū hunc locum attigisse; qui non tam anxie torquere se declarat vt defenderet Lucanum & accusaret inscitiæ Geographos, vt qui eo patrocinio, quod cum tot scriptorum contumelia cōstat, non indigeat vt satis ostendimus. Sed Apollonii prolegomena videntur idem sentire de eodem loquentes. γενόμενος δὲ ἐν τῷ ἀναύρῳ ποταμῷ. ἐστὶ δὲ οὗτος θεσσαλίας. id est, *Cum esset in Anauro flumine: est autem iste Thessaliæ fluuius.* quæ res merito controuersiam mouere posset. Nā Apollodorus Atheniensis vir auctoritatis confirmatæ & antiquæ, in primo Bibliothecæ ita habet: *Nam Pelias cum in littore Neptuno immolaret, tum permultos, tum etiam Iasonem eo accersiuit. Is vero, quod rei rusticæ desiderio teneretur, ruri agens ad eadem sacra properauit: & Anaurum amnem traijciens, alterum in amnis alueo amisit calceū, &c.* Apollodorus habet, διαβαίνων δὲ ποταμὸν ἄναυρον ἐξῆλθε μονοσάνδαλος τὸ ἕτερον ἀπολέσας ἐν τῷ ῥείθρῳ πέδιλον. Sed vti diximus hi omnes per *Anaurum* nihil aliud intelligunt quam magnum torrentem, quorum in Thessalia vndiq; mōtibus cincta magnā copiam esse verosimile est. Quod cū Valerius Flaccus sciret, nomen id generale esse omnibus limosis turbidis & repentinis torrentibus & fluminibus; qui ex subitis imbribus & nimbis violentiam nanciscuntur, *Enipeæ* clarius nomen subdidit.

Est enim *Enipeus* Thessaliæ fluuius. Lucanus.

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus,

At Hyginus fabulam hanc recitans *Euenum* appellat, nisi corruptus sit locus, nam obelisco notatus est, neq; mihi id valde placet. nam Ptolemæus *Euenum* flumen inter Locros & Ætolos commemorat. *Anauris* igitur opponũtur ἀενάοι ποταμοί. Vnde de India dicit Dionysius Periegetes.

ἀενάοις ποταμοῖσι κατάρρυτος ἔνθα καὶ ἔνθα. id est,

Perpetuis fluminibus irrigua intra vndequaque, id est, *vbiq;*. In quem locum Eustathius, τοὺς χειμάρρους καὶ οὕτως ἀναύρους λέγει, διὰ τὸ μὴ ὁμοίως τοῖς ἀενάοις αὔρας ἀποτελεῖν: *Torrentes*, inquit, *Anauros dicunt, quod non vt cetera perpetua flumina auras efficere valeant.* Sed de his hæc hactenus.

CAPVT XXII.

Sublatus error ex Latini Pacati Panegyrico, inibique pro harmora *legendum* Hæmona *& pro Illyrico* Norico.

IN Latini Pacati qui in laudem Theodosii Imp. & Aug. conscriptus est Panegyrico, ita in vulgatis quos B. Rhenanus edidit codicibus legitur. *Nec pia hac mora cunctantius, vbi te affore nunciatum, impulsis diffusa portis obuiam prouolauit, & vt est omne desiderium post spem impatientius, parum credẽs patere clementa festinauit occursare venturo.* Quem locum emẽdare volens Beatus Rhenanus, ita marginaria annotatione loquitur: Reponendum puto *Naronæ*, fuit autem in Illyrico oppidum Narona, Romanorum olim Colonia teste Plinio. Porro cum paulo post Alpibus obiacentem dicit, de Iuliis intelligit. Nam Illyricum Adrius mons mediũ scindit, quem etiam Iuliarum Alpium nomine vocari docet Rufus. Sed pace tanti viri, ego ibi *Hæmona* legerim, pro *harmora* exigua virgula litteræ c addita, & in e mutata. Fuit enim Hæmona extrema Italiæ ciuitas in tractu Aquileiensi siue Venetiarum, quæ prima semper hostium, per Iulium Carnicum Alpesque Iulias intrare Italiam volentium, impetum tulit. Vti superius hoc libro Cap. XV. ostendimus. Quod ipsum paulo post idem Panegyrista declarat his verbis de eadem loquens. *Velut illa ciuitas longa obsidione respirans, quod eam tyrannus Alpibus obiacentem tanquam belli limen attriuerat. Tanta se & tam simplici exultatione iactabat, vt inesse vera lætitia nimia videretur.* Longius enim ab Italia abfuit Narona quam sicut panegyrista idẽ paulo post dicit, vnius diei terrestri itinere posset ab illa Theodosius cum pedestri exercitu Aquileiam peruenire ad debellandũ Maximum. Iam quod de Alpibus Italiæ obiectis, non de Adrio monte loquitur: facile sequentia verba declarant, in persona Maximi per prosopopœiam dicta. *Alpes Cottias *obserabo, quia Iulia profuerunt?* Nam vt omnes historici testantur, Maximus tyrannus in Italia, nõ in Illyrico mo-

*al. obseruabo

ram

ram trahebat, & intra eam, nimirum Aquileiæ extinctus est. Constat enim Theodosium e Constantinopoli primo Thessalonicam profectam, & viribus, vt ait Rufinus totius Orientis in Italiam profectum, idque per Alpes Iulias scribit Socrates historicus Mediolanum eum tetendisset manifesto vt puto errore. Nam Sextus Aurelius Victor eorum temporum scriptor, dicit Theodosium, Maximum tyrannum apud Aquileiam extinxisse. Quod ipsum quoque Sulpitius Seuerus Aquitanicus rhetor eorum temporum fere æqualis, in primo librorum quos de vita D. Martini conscripsit, testatum reliquit his verbis; *Martinus eidem Maximo longe ante prædixit futurum, vt si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat Valentiniano Imperatori bellum inferens, sciret se primo quidem futurũ esse victorem, sed paruo post tempore esse periturum. Quod quidem ita vidimus, nempe aduentu eius Valentinianus in fugam conuersus est. Deinde post annum fere resumptis viribus, captum intra Aquileia muros Maximum interfecit.* Ecce hic Valentiniano Imperatori Occidentis, & per hæc principi suo gloriam eam tribuit, quam tamen constat virtute Theodosii partam. Quod omnium apertissime fatetur Paulus Diaconus Aquileiensis his verbis: *Aquileiæ tũc Maximus insederat, Andragathius comes eius summam belli administrabat. Qui cum largissimis militum copiis, astuto consilio omnes Alpium & fluminum aditus cõmuniuisset, dum nauali expeditione incautum hostem præuenire parat & obruere, sponte insuper eadem qua obstruxerat claustra deseruit. Ita Theodosius nemine sentiente Alpes intrauit. Atque Aquileiam improuisus adueniens, Maximum, hostem maximum ac trucem* (quem Sulpitius ferocem & belli ciuilis gloria elatum scribit) *& ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa & stipendia* (ita enim legere malo quam *dispendia*) *solo terrore nominis agentem, sine controuersia clausit, cœpit & occidit.* Quæ ipsa, a Paulo Orosio pene mutuatus est ad verbum, in quo *stipendia* nõ *dispendia* leguntur. Dicit Orosius, Aquileiæ tunc Maximum victoriæ suæ (de Valentiniano scilicet) spectatorem insedisse, inibiq; clausum, obsessum, & occisum. Quibus adstipulantur Britannici duo scriptores, Gildas valde antiquus, & Beda. Ille in libro de calamitate & excidio Britanniæ, hic in primo historiæ Anglicæ: ex quibus Gildas cognomento sapiens, de Maximi interitu ita loquitur: *Nec mora tam feralibus vallatus audaciis, apud Aquileiam vrbem, capite nephande caditur, qui decorata totius orbis capita regno quodam modo deiecerat.* Quin & Sulpitius Alexander lib. 3. de gestis Valentiniani Gratiani, & Theodosii Impp. scribens: ait Maximum intra Aquileiam amissa omni spe Imperii, quasi amentem resedisse: Vt iam non Panegyrista Pacatus rethoricatus sit, sed historica fide rem expresserit his verbis. *Ibat interim Maximus, ac te post terga respectans, in modum amentis attonitus, euagabat, nec vllum ille consiliũ, vllaue ratiõe, aut deniq; spem, qua postrema homines deserit, sequebatur. Quin ipsos via im[...]bat errores, & nunc dexter*

aut leuus, nunc vestigijs suis obuius, incertum iter ancipiti ambage texebat. & post pauca: *Tergo vt clausæ cassibus feræ, quæsito diu exitu desperatoq; consistunt, & præ timore non fugiunt: ita ille ipse, quo agitabatur metu alligatus, in oppidum semet Aquileiense præcipitat, non vt vitam defenderet resistendo, sed ne pœnam frustrando differret.* Sed caussam erroris dedit Rhenano, quod in eo sem Panegyrista mox scriptum est. *Ille ab vltimo orientis sinu festinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis, tot fluminibus enatandis, tot scandendis montibus fatigatus, in alio orbe, & in alio pene dixerim sole positus, spatio lucis vnius, Illyrico continuauit Aquileiam.* Vbi tamē Norico legendum diximus, ostendimusque iam sæpe Noricos fuisse vicinos Aquileiensibus. Nec opitulatur Rhenano Rufus, quod Adrium montem in Illyrico aiat contineri: Alpium iubiatum nomine, cum etiam Dalmatiæ montes, Alpes vocentur. Nam Alpiū tractus longissime patet. Imo contra idem Rufus, Noricum Alpibus Iuliis contiguum declarat Sic enim ille. *Sub Iulio Octauiano Cæsare per Alpes Iulias iter factum, Alpinis omnibus deuictis* (Iuliarū scilicet) *Noricorum prouinciæ accesserunt* Et paulo post: *Et limes inter Romanos & Barbaros ab Augusto per Vindeliciam, per Noricum, Pannoniā ac Mœsiam est constitutus.* Ecce habet prouincias omnes alpibus finitimas. Nam Illyricum in Adriatici maris ora, inter Noricos & Pannones & Dalmatas iacens, longius aberat quam vt spatio vnius diei inde posset perueniri Aquileiam. Sed hæc satis de re clara & manifesta.

CAPVT XXIIII.

Plures mendæ ex eiusdem Panegyrico sublatæ, inibique Sciscia *pro* Siscia *repositum.*

SEd multæ in eodem Panegyrico præterea mendæ sunt, quæ castigantis Rhenani manus subterfugierunt, vt illud, *quibus equidem cogitatis adeo sollicitor, vt non eos tantum hodie arbitrer interesse quos cerno, sed adsistere obseruarique dicturo Catones ipsos Tullios & Hortensios.* Lege. *Sed assistere obseruareq; dicturum Catones, &c.* Sed & in illo: *Tyrannum non prædicasse Tyrannidis accusatio vocabatur. nunc par tacendiq; libertas.* Puto deesse vocem, *dicendi.* & sic legendum: *Nunc par dicendi, tacendique libertas, & quam promtum laudare principem, tam tutum siluisse de principe.* Iam illud. *tribuni centuriatumq;.* Lege *tributim centuriatimque.* hoc est per tribus & centurias. Quid tributa, quid centuriata comitia, docet Asconius. Et postea, *Erat iuste compensationibus occasio.* Lege, *iustæ compensationis occasio.* Et postea, *Siue enim diuinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hospitium, siue cum venerit, fingit habitaculum pro habitu suo.* Lege ex V.emendatione quam Culpinianus aliquanto castigatiorem exhibuit, *habitu sui. Dudum vt video dedignaris hanc gloriam, sed patere eam in laudē tuarum parte*

consti-

gensitui, quæ solebant in alijs sola laudari Lege, *Sed patere ea, vt fe*feratur ad *quæ*. Est post multa: *Nos primi impetum belluæ furentis excepimus, nos scuitiam eius innocentium sanguine, nos cupiditatem publica paupertate satiauimus. Apud nos semel exercuit crudelitas iam secura. & adhuc inops auaritia.* Beatus Rhenanus hunc locum castigaturus ita interpolat. Puto inquit legendum *nos simul apud* expuncto, nisi legendum. *vel apud nos. Nos* &c. cuius pace minore interpolatione pro *semel, semet* legerim. & optime côstabit sensus. *Semet*, hoc est *ipsamet crudelitas apud nos se exercuit*, &c. pro hominibus crudelibus, vt apud Terentium scelus pro scelerato. Et postea: *Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset. illud purius splendidiusque credebat. quod dedissent dolentes Quod hominum lacrymæ, non animum aquæ abluissent.* Lege, *amnium aquæ* qui tamen error Typographus tu putari posset. Et post *vt nisi frequenter issæt in litteras*, lege, *frequentes*. vt frequentes historias cum dicimus, multas & promiscuas volumus. *Cleopatra classis, & eborata nauigia*, lege *Cleopatræ*. Et paulo post: *Testis est Fiscia testis pulcerrimus amne conflictus*. repone *Scisciam*; Est autem *Scescia* Pannoniæ superioris oppidum, quod nunc *Lablatam* siue *Lublanam* vocari aiunt, Ptolemæo commemoratum inter Sauum flumium & montem Albanum. Et Antonino, qui iter ab Hæmona per Scisciam Sirmium vsq; enumerat, quod huic loco mire quadrat. apparet autem ibi de summa rerum inter Theodosii & Maximi milites decertatum, & Andragatium n sese in vicinum flumen præcipitasse, aut fugientem, in eo suffocatum. Et rursum *Iter a Scescia Mursam*. Eius quoq; oppidi meminit Christianus Poeta Prudentius in Hymno in Quirinum martyrem Episcopum ecclesiæ Scscianæ in his versibus:

Insignem meritis virum
Quirinum placitum Deo,
Vrbis mœnia Sciscia
Concessum sibi martyrem
Complexu patrio fouent.

Ex eodem autem Prudentio liquet, flumen quoddam oppidum alluere, in quod præcipitatus sit D. Quirinus, vbi etiam conflictus ille commissus sit. Opinamur itaque rectè legi posse. *Testis Sciscia, teste pulcerrimus amne conflictus*. Strabo autem, *Scisciam castellum esse dicit, penes Segestam, haud procul Syrmio, plurimos ibi esse amnes qui e montibus labuntur in Adriaticum sinum*. Et postea: *A tergo premor hostibus, a fronte ciuibus*. Rhenanus legit *crimin...*, quid si *ciuibus* legamus, vt quidam ipsi Maximo infesti sint. Deinde. *Patientia immensum iter, tempus anni graue, semper armata, semper ieiunia*. Lege, *semper arma..., semper ieiunia*. Sunt præter hæc leuia vulnera aliquot in eo auctore circumlata & Gan

grenæ, quas sine ope & auxilio meliorum codicum curare est impossibile.

CAPVT XXIV.

Eumenij Rhetoris orationem non pro scholis Cliuiensium, *vt opinatur Beatus Rhenanus habitam*, Sed pro scholis Augustodunensium *Heduorum ciuitatis.*

EXstat Eumenii rhetoris oratio pro restaurandis scholis, has scholas Beatus Rhenanus in Annotationibus in eum auctorem, putat fuisse in oppido Cleuensi, qua in re fallitur. Nam quidam Codices excusi anno M.D.XIII. Viennæ, & editi a Ioanne Cuspiniano, viro antiquitatis omnis peritissimo, habent *Augustodunensium.* Itaque in eo loco vbi ipse Rhenanus legit, *Augusto Cliuiensium,* ita legendum ex Epistola D. Constantii ibi recitata. *Merentur & Galli nostri, vt eorum liberis, quorum vita, in Augustodunensium oppido, ingenuis artibus eruduntur, & ipsi adolescentes qui hilari consensu meum* (Constantii Cæsaris) *ex Italia reuertentis suscepere comitatum, vt eorum indoli consulere cupiamus.* Ratio cur ita legendum censeamus, ex præcedentibus verbis colligitur: *Qui ciuitatem istam & olim fraternæ populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum grauissima clade perculsam, cum latrocinio * Batauicæ rebellionis obsessa, auxilium Romani Principis inuocaret, Heduos autem* quorum ciuitas fuit Augustodunum se e *fratres & consanguineos populi Romani* iactasse, & socios ab antiquissimis temporibus, vel ex Iulii Cæsaris commentariis notum est. Omitto quod ea quæ nunc est Cliuensium ditio, tum Germaniæ accensa sit, non Galliæ: nec suffragatur Rhenano Antoninus, qui Cliuum oppidum non in Gallia, sed in itinerario prouinciarum Britannicarum recensect. Vt aliud longe fuerit ab eo, quod nunc in ducatu Cleuensi, ditione illustrissimi Principis Guilhelmi situm est. quod recentius esse, nec vnquam tantæ dignationis fuisse quam est Augustodunum, omnibus in confesso est. Adde, quod Augustodunum hic colonia Romana censeatur, nimirum ab Augusto Octauio Cæsare deducta in media Galliarum. cum vt diximus Cliuium quod nunc est, in Germania tum fuerit situm Sed omnem dubium tollit locus, quem hic ex præcedenti Claudii Mamertini oratione ad Maximianum adducimus. *Quam etiam, inquit, illa ciuitas nomine mihi peculiariter gratulandum, deuotissima vobis ciuitas Heduorum, ex hac Britannicæ facultate victoriæ, plurimos, quibus illa prouinciæ redundabat, accepit artifices, & nunc* [illegible] *consurgit: nunc* [illegible] *nomen existimat,* [illegible] consentientia [illegible] *Aute* [illegible] *vir perfectissime* [illegible] *prouidentia*

*Bagaudicæ.

*dentiæ ſingularique in nos beneuolentiæ. huius quoque operis inſtauratione parendum eſt, qui ciuitatem iſtam & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum grauiſſima clade perculſam, cum Latrocinio * Bataucæ rebellionis obſeſſa, auxilium Romani Principis irrogaret, non ſolum pro admiratione meritorum, ſed etiam pro miſeratione caſuum attollere ac recreare voluerunt, ipſamque ruinarum eius magnitudine immortalibus liberalitatis ſuæ monumentis dignam iudicauerunt, vt tanto eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum, quanto ipſa moles reſtitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum ſi res poſcat ærarium, non templis modo ac locis publicis reficiendis, ſed etiam priuatis domibus indulgent. Nec pecunias modo, ſed etiam artifices tranſmarinos, & ex ampliſſimis prouinciarum ordinibus incolas nouos, & deuotiſſimarum hyberna legionum, quarum inuicta robora, ne in his quidem, quæ nunc cum maxime egent bellis, requirunt, vt commodis noſtris ſtudio gratiæ hoſpitalis operentur & reſides aquas & nouos amnes veluti aridis feſſæ vrbis viſceribus infundant.* Ex quo manifeſtum eſt, eos qui coloniam iſtam tot tantiſque operibus totius imperii erigere atque animare ſtatuerunt vel præcipue ſedem illam liberalium literarum velle reparari cum peculiarem frequentiam honeſtiſſ. iuuentutis illuſtrato ſtudiorum honore prouiderint.

* Bagaudicæ.

CAPVT XXV.

Caſtigatus locus in Panegyrico innominati aucteris ad Conſtantium; ibique indubitatis argumentis probatum Geſſoriacum, *eſſe* Bononiam *noſtram* Gallicanam: *tum de* pago Geſſoriacenſi.

EXſtant plures alii Panegyrici ſine nominibus auctorum haud dubie a doctiſſimis eius ſeculi viris Rhetoribus cõſcripti, quales tum multos habebat Gallia; cuiuſmodi erãt Delphidius & Mineruius Burdigalenſis, Nazarius, Mamertinus & alii complures, inter hos extat vnus, qui ſic incipit: *Si mihi Cæſar poſt diuturnum ſilentium, &c.* quem quidã Mamertino tribuunt. In eo locus quidam mire deprauatus eſt. Sic enim ibi habetur: *Statum itaq; Gallias tuas Cæſar veniendo viciſti, ſiquidem illa celeritas qua omnis ortus atque aduentus tui nuntios præuertiſti, cepit oppreſſam Geſorigiam certis muris pertinacem tunc errore miſero Romanum piraticæ factionis atque illis olim mare fretis alluentem portas ademit.* Vbi ſic legendum arbitramur. *Cepit oppreſſam Geſſoriacenſibus muris pertinacem tunc errore miſero manum piraticæ factionis, atque illis olim mari fretis alluenti portus ademit.* Loquitur, ni fallor, de piratis, quos Carauſius ad vexandum Romanum imperium exciuerat, intra muros Bononienſis portus Geſſoriaci, etiam nunc celebris, concluſis: hoc enim innumeris trabibus ſed fluctibus iis directis portu & piratis potitus eſt Conſtantius. *Geſſoriacum* igitur

fuit a

idem esse quod *Bononiam*, præterquam quod Beatus Rhenanus probare nititur, charta militari apud Conradum Reutingerum inuenta, in qua depictum erat *Gessoriacum*, & suprascriptum *Bononia*. man feste conuincitur ex alio alterius panegyrici ad Constantinum scripti loco, cuius initium est, *Facerem sacratissime Imperator quod paulo ante &c.* in quo hæc eadem historia de Constantio & piratis memoratur, ibique qui hic *Gessoriacenses muri*, dicuntur ibi *Bononiense oppidum* nominatur. Sed verba illius alterius Panegyristę hic aduocanda sunt: *Qui adscitus Imperio, primo aduentu suo innumerabili hostium classe feruentem exclusit Oceanum, exercitum qui Bononiensis oppidi littus insederat, terra pariter ac mari sepsit, cum reciprocos cursus illius elementi iactis inter vndas vallis diremisset, vt quorum portus fluctu allueret mare, & quod tangerent perdidissent*, Plane eadem commemorans quæ prior Panegyristes. Iam cum subdit: *Qui eodem exercitu virtute capto, clementia conseruato*; alludit ad id, quod Eutropius scribit cum Carausio tamen (qui sedem belli habebat hanc Bononiam, vt idem supra commemorat) cum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum ad postremũ pax conuenit, qua icta & ipsi & piratis venia data est, receptis in fidem, id quod vtrique panegyristæ hic pluribus exsequuntur. Ex his liquet, merito explodendos, qui *Gessoriacum Calesium* aut *Gandanum* aut *Brugas* censuerunt. Reclamante etiam topographia tabularum Ptolomæi. *Gessoriacensis* autem *pagi* nomen, cuius meminit Plinius, lib. 4. cap. 17. commutatum est in *Gesnensem terram*, etsi tum etiam omnem agrum Bononiensis comitatus complecteretur.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber VI.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.


CAPVT I.

Decumanus limes *vnde dicatur, aliaque ratio etymi eius vocis allata quam a Politiano: nec Græcos* decimum fluctum, *obseruasse: tum* decumana *cur ampla censeantur.*

ANgelus Politianus in Miscellaneis suis caput habet de *fluctu decimo* seu *decumano*, contenditq; illum merito olim habitum

tum dictumq. maximum. Cui vt in hac re non refragamur;ita ipsi neutiquam concesserimus, quod ait, *Decumanum quoq; limitem dictum, quod sit longissimus maximusq;, quod Cardo iam dimidiatus decumano anticipante consideretur.* Quod plane a vero abhorrere videtur. Nam in agris adsignandis olim Geodetæ primam rationem Cardinis habuerunt. Agricolæ quoque, vt docet Plinius, cum posituram agri concipere vellent, primam inuestigationem Cardinis considerauerunt: qui ideo *Cardo* appellatus est, quoniam in eo tanquam in cardine omnis dimetiendi adsignandique agri seu podismi constituendi rationem decempedatores siue finitores constituere. Hinc in libello de colonis, qui Balbo adscribitur, vbique notatur, *assignatas centurias per cardines & decumanos; cardines* semper primum nominitando. Quin & Plin. omnem limitandi agri rationem in cardinis inuentione ponit, in cuius medio puncto vmbilicus notetur, ad quem dirigatur decumanus: quibus lineis constitutis, reliquos limites pari interuallo distantes deducere docet. Sic libro 18 de ventorum ratione loquens: *Solis*, inquit, *ortu quocunq; libeat die stantibus hora diei sexta, sic vt ortū eum a sinistro humero habeāt, contra mediā faciē meridies, a vertice septentrio erit, qui ita limes per agrū currit, Cardo appellatur.* & subdit capite insequenti: *Diximus vt in media linea (cardine scilicet) designaretur vmbilicus, per hunc mediū decurrat alia, hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem.* Et *limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur.* Secundū igitur Plinii descriptionem non tā cardo decumano anticipante cōsideratur, sed potius decumanus a cardine anticipatus dimidiatus comprehēdetur. Quanq̃ si Geometriæ rationes introspexerimus, in intersecātibus se lineis nulla prior aut posterior cēsebit̃, nisi ratione originis; qua Cardo potiores tenet, quippe cu' inuestigatio ante omnia sit necessaria, si limites per angulos & decumanos cōstituere voles. Nā qui a decumanis originē limitādi agri accepere, eos imperitos fuisse docet Aggenus Vrbicus, & a ratione Geometriæ, q̃ hic sequi necesse est, falsos & abductos. Nā secundū Hyginū Cardo maximus a Septētrione in meridiē, secundū gnomonicā videlicet vmbræ rationē, & Decumanus maximus ab occasu in orientē trahi debent. Iam aūt nō semper longitudinē limitū ab occasu in ortū, sed etiā persæpe a septētrione in meridiē cōsiderari docet idē Vrbicus, qui dicit *strigatū agrum dici, qui a septentrione in longitudinē in meridianū decurrit. Scamnatum aūt qui eo modo ab Occidēte in Orientem crescit. Et his solū formis agros limitatos dici per Cardines & decumanos.* Nā quorū *rigores*, vt vocāt, alias cœli partes spectant, nec regularibus rectisq; lineis cōtinentur, aliis nominibus cēsentur, vt ex Hygini Iuniiq; Nypsi cōmentariis disci potest. Habes igitur q hic discutiendum venit, nō semper *decumanum limitem* dici maximū. Nā in strigatis *Cardo*, in scammatis *decumanus*, longitudinis prærogatiuā tenent.

Quin noſtri quoq; Geodetæ *ſtrigæ* vocabulo vtuntur pro extenſionis in longitudinem ſignificato, paullulum luxata voce. Vulgo de ſtreicke. Non igitur, quod ſit maximus lõgiſſimuſ, ue, vt opinatur Politianus dictus eſt *decumanus*, neq; rurſus a denarii numeri perfectione, vt vult Hermolaus: ſed a nota numeri denarii, qui hoc modo ſcribebatur ·X· Hinc etiã *decuſſare*, vox Ciceroni in Timæo ſeu libro de vniuerſitate peculiaris, hoc eſt, *lineam per medium alia linea diuidere* in formã notæ denarii numeri. Hinc *decuſſis* & *decuſſationes* Vitruuio, & *decuſſatim* Martiano Capellæ. Declarat id etiam cõſtitutio Imperatoris Tiberii de ſepulcris, q̃ in Iulii Frontini de *iure limitum* libro itemq. Iunio Nypſo legitur. Sic enim ibi habetur: *Eſt aliud monumentum, quod nõ longe ab ædibus vel itinere publico conſtitutum eſt, id eſt iuxta legem Semproniam & Iuliam, quod cardinibus ex decumanis cõſtitutum eſſe monſtratur, quod rationem finium recipere videtur*, id eſt, concurrentium linearum atque ſecãtium ſe inuicem. Vnde conicis has ſolas formas agrorum dici *per cardines & decumanos diſpoſitas*, quæ ſe inuicem ſecent in decuſſis formam hoc modo:





Sed

Sed nemo euidentius hoc oſtendit Iſidoro, qui quamuis tenuioris auctoritatis ſit, tamen neſcio quomodo hanc totam controuerſiam tam dilucide diremerit vt nullus amplius ſubterfugiendi ſit locus. *Limites, inquit, in agris maximi ſunt duo, Cardo & decumanus: Cardo, qui a Septentrione directus a cardine cœli eſt. Nam ſine dubio cœlum vertitur in Septentrionali orbe. Decumanus eſt qui ab Oriente in Occidentem per tranſuerſum dirigitur, qui pro eo, quod X formam faciat, decumanus eſt appellatus. Ager enim bis diuiſus figurã denarij numeri efficit.* Hæc ille. ex quibus, ni fallor, manifeſtum eſt, quod a nobis propoſitum hic eſt. Ceterum id quoque a Ctorii vice hic appingendum *fluctus*, quos vocarunt Romani *decumanos*, hoc eſt, maxime formidabiles, & ceteris maiores magisque exhorrendos, eos Græcos appellaſſe τρικυμίας. Euripides in Troadibus Αἰγαῖον πόρον τρικυμίαις βρέμοντα καὶ δίναις ἁλός. Idem in Hippolyto coronato: αὐτῷ δ' ἅμα κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον ἄγριον τέρας. Marinus Neapolitanus Philoſophus in vita Procli metaphorice hos fluctus & tempeſtatis flatus expreſſit: γὰρ παισθῆν καὶ τρικυμίᾳ πραγμάτων ποτὲ καὶ τυφῶσιν ἀνεμπεσάντων τῇ ἐν νόμῳ ζωῇ ἐμμελῶς οὗτος ἀνὴρ καὶ ἀστυφελὴς εἰ καὶ παρακινδυνευτικῶς τὸν βίον διεπράξατο. Theon Rhetor in Progymnaſmatis chria quadam: σκηπτοῦ δὲ τῆς ἐμπιπτούσης ἰσχυρῶς τοῦ ὀλεθρίου καὶ βροντῆς ῥηγνυμένης, καὶ τοῦ κλύδωνος ἐπανισταμένου καὶ τρικυμιῶν φόβου. Quod autem *decumana* maxima quæque & ampliſſima dicerentur, hinc tractum videtur, quod decima pars diis heroibuſque omnium prouentuum dicaretur; præcipue Herculi, quibus niſi opima & eximia quæque cum dicari nefas videretur, factum vt *decuma* ſeu decumana quæque maxima dicerentur. *Decimus* tamen in militia vox erat diri ominis, cum in publicis exercitus delictis milites per contubernia, & decem militum ſingulos manipulos inter ſeſe ſortiri cogerentur, quis ex iis ſupplicio dederetur. Cuius ritus Liuius, Polybius & Appianus meminere. Et hinc *decumana* in caſtris *porta* dicta auctore Vegetio, quod per eam milites decimati ad ſupplicium ducerentur. Metaphorice autem Symmachus in Epiſtolis, *Decumata honeſtatis virum* dixit hac figura: *Si tamen*, inquit, *raritas virtutum admiſerit, vt vnum aut alterum æqua & decumata honeſtatis inuenias*; hoc eſt, ſinceræ & perpurgatæ & ſelectæ honeſtatis. Et Macrobius lib. 1. *Probauere omnes Q. Aurelij iudicium, qui decumates elegit ſodales, hoc eſt, eximios, ſelectos.* Et ruiſum lib. 1. *locos veterum ac nobilium virorum edecumatos preferamus*, hoc eſt, *ſelectos*: vt appareat eam loquendi formam inter contemporaneos tum fuiſſe in vſu.

CAPVT II.

In Catullo lectio emendata, lectumque In foſſa Ligari, *pro* Liguri,

IN Catulliano carmine de Colonia versiculus est, quẽ restituere nisus est ex reliquiis laceris Festi Pompeii Angelus Politianus. Sed carmen ipsum primo adferamus: *In fossa Liguris iacet expernata securi.* Doctus quidã vir *Liguris* legit, quod in Liguria plurima esset materia rei naualis. At Colonia hæc non erat in Liguria, sed nomen ciuitatis, cuius meminit libr. 1 Frontinus, vt Cælius ostẽdit, ideoq; hic nostra retinemus; cum alii habeãt *Liguri*, & *separata*, quo tamen loco ex præfatis minutalibus rectissime idem adhuc *expernata* legisse videtur. In hoc carmine altera æque menda remanet, nedum a Politiano, sed nec ab alio quidem, quod scimus, hactenus animaduersa. Vbi enim *Liguris* siue *Liguri* legitur, non freti iisdem reliquiis *Ligari* legendum censemus, quo proprium viri nomen designatur. Nemini enim dubiũ, per ea tempora Romæ *Ligariorum* nomen fuisse celebre, vnde fuerit Q. ille Ligarius, qui apud Cæsarem meruit M. Tullium habere patronum, vt adhuc liquet ex celeberrima illa oratione, quam pro ipso habitam idem Orator edidit. In iis autem fragmentis *Ligari* nomen integre etiamnum legitur, patetque ex præcedente voce *fossa*, & dimidiata *curi* vacuo interstitio relicto, citari hoc carmen. Non ignobilem fuisse Ligarium, ex hoc colligimus, quod optimatum & Pompeii partes sequutus, exercitui in Africa præfuerit: et Tuberonem ægrum, cum oram eius regionis teneret, appellere non permiserit, vt testatur Pomponius Iurisconsult. *l. 2. ff. de orig. iur.* hunc cum Cæsar damnare decreuisset, victus eloquentia Ciceronis absoluit, vt auctor est Plutarchus, Plura Quintilianus, cum de Ligario, tum de Tuberone, quibus nunc supersedemus.

CAPVT III.

Vita vocabulum quot significationes habeat apud Græcos, easque omnes inueniri apud Latinos.

IN Græcorum commentariis animaduerti vocem βίος habere plures notiones, nimirum significare, τὴν τέχνην ὡς τὸ ἐμπορικὸν βίον, ἢ φιλόσοφον ζῇ· τὸν τρόπον ὡς ἔχει ἐκ τοῦ βίου ἐστὶ τὴν περιουσίαν ... τὸν χρόνον τῆς ζωῆς τὴν περιουσίαν καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰς τὸ ζῆν συντελούσας τροφάς, hoc est *Artem vt mercatorum siue institoriam vitam aut Philosophicam viuit, morem, facultates & ad vitam necessaria alimenta.* Ita enim cõmentarii in Euripidis Hecubam colligunt. Quibus addit Ioannes Tzetzes interpres Hesiodi sextam significationem, nimirum vt etiam denotet τὸν παρόντα κόσμον, id est, *præsentem hunc mundi statum:* quorũ omnium apud probatos auctores exempla reperire nihil fuerit difficile. *Facultates* vero significat in illo Euripidis versiculo *in Electra:*

Δεινὸς γὰρ οὐδεὶς θεοὺς ἔχων αἰσχύνομαι
βίον ὁ σωθεὶς ἂν ξυλλέγει αἰδῶ πιεῖν.

Deest

Deses enim nemo, qui Deos habeat in ore,
Facultates queat colligere absque labore.

Pro *victu* autem idem in eadem fabula Euripides:

ἢ πῶς σπανίζων, τῦ καθ' ἡμέραν βίου, Id est,
Forte penuriam patiens quotidiani victus.

Et rursum idem Poeta *in Hecuba:*

Πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
πατὴρ ἵν' εἴποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι
Τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

Id est,

Multumq; mecum aurum emisit clanculum
Pater, vt si quando caderent Ilij mœnia,
Viuis liberis esset haud egenus victus.

Pro *more* autem *viuendique ingenio* Aristophanes in Pluto: ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις: *Sed tu ouiculæ vitam ducis:* hoc est, more ouis ociosam. sic *suillam*, sic ἀνόλαστον βίον, & huiusmodi. *Artem* autē aut *quæstum*, vt ἐμπορικὸς βίος, λῃστικὸς βίος Heliodoro in primo. Aristoteles vero dicit, βίον solis hominibus conuenire; ζωὴν feris similiter & hominibus. Hinc defeniit vitam, βίος ἡ λογικὴ ζωή. Significationis autem eius quam postremam adducit Tzetzes, haud facile exempla reperias, nisi apud sacros auctores. Apud Latinos vero pro ipso actu viuendi Lucretius:

Vitaq; mancupio nulli datur omnibus vsu.

Pro *tempore vitæ*, persæpe, vt cum auctores Latinitatis dicunt *hanc vitam emensus*, pro *toto vitæ spatio, nihil mihi in vita iucundius accidit:* id est, *in toto vitæ meæ anteacta tempore*: quæ locutiones tam crebro occurrunt, vt exempla adducere non sit opus. Sic Lucretius:

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

dixit: hoc est, *temporis* siue *decursus vitæ.*

Pro *more*, vt cum dicimus, vita iucunda, acerba, &c. Cn. Mutius in Mimiiambis:

Quapropter edulcare conuenit vitam.

Et Turpilius in Lindia:

Vt quisque minimo contentus fuit,
Ita vitam fortunatam duxit maxime.

Et Martialis:

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundissime Martialis, hæc sunt.

M. Varro *in 5 de lingua Latina, vitam a vi deriuat*, quod Veneris vi cuncta nascuntur. Hinc Lucillius:

Vis est vita: vides quæ nos facere omnia cogit.

Pro *facultatibus* siue *alimentis*. Terentius in Phormione;

——*Homo iam grandior*
Pauper, cui in opere vita erat.—

Vel, vt Donatus legit, *cui opera vita erat*, id est, cuius facultates omnes erant proprii labores, aut quantum laborando sibi quæsierit præterea; aut cui victus seu alimentum ex quotidianis operis proueniebat. Quemadmodum & Plautus in [illegible]:

> *Marsupium habeat, inibi paululum præsidij,*
> *Qui familiarem suam vitam oblectet modo.*

Et rursus in Captiuis:

> *Qui consilium iniere, quo nos victu & vita prohibeant.*

Donatus in Terentium. *Vita* inquit, *& mores significat, & animum, & alimentum. & spatium viuendi, & fortunam accidentem viuentibus.* Et hinc in Phormione:

> *Nam tua quidem hercle vita hæc expetenda optandaq; est.*

Nonius Marcellus etiam *vmbras absq; corpore vitas* a Vergilio appellatas ostendit lib. 6.

> *Et indocta comes tenui sine corpore vitas*
> *Admoneat volitare.*

Pro *moribus* Cornificius in 2. ad Herennium: *Deinde vita hominis ex anteactis spectabitur.* Plura si quis sibi expetat, passim apud bonos auctores reperire licebit:

CAPVT IV.

Horatij locus explanatior redditus, inibiq; de ratione *&* legibus sepulchrorum *quædam.*

Legenti mihi nuper Horatii Satyras, illi versus me tenuerunt, qui sunt in prioris libri octaua satyra:

> *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum*
> *Hic dabat. heredes monumentum ne sequerentur.*

Quæ interpretes explicare conati, nescio quomodo sales Satyricos non attingunt neque adsequuntur. Sensus enim horum versuum est, quo loco nunc hortus est, & Priapi sedes, olim ibi fuisse publicæ sepulturæ locum, qui etiam acceperit Pantolabi scurræ & Nomentani nepotis ossa; qui adeo consumtis bonis decesserint, vt ne locum quidem sepulturæ priuatæ sibi reliquerint; quibus tamen gloriari licebat, quod supra Magnates spatiosum haberent, quippe quod ad M. pedes in longitudinem seu secundum viam extenderetur, & ad CCC. in latitudinem & agrum porrigeretur. Quod spatium immensum est, si ad priuatorum sepulchrorum locum respicias; id præterea priuilegii habens, quod hæredes nullum peculiare ius in eum locum, vtpote publicum & omnibus communem haberent. Quæ videtur genuina germanaq; horum versuum interpretatio, vt iam inanis sit illa Porphyrionis diuinatio, quod damnet vanitatem hominis qui in solo publico tantum sibi spatium arrogauerit, imo Ironice & Satyrice Horatius nepotes illos extollit, quod omnib. consumtis tam spatiosam adsequuti sunt sepulturam, quantam ne rebus quidem integris nancisci potuissent. Vt interim omittam, quæ vanissime (si modo illa

illa sunt eius auctoris) commentus est Acron. Sed ad maiorem horum intelligentiam, paulo altius repetere, visum est quædam huc facientia. Ex constitutione igitur Tiberii Cæsaris de sepulchris quæ in fragmentis Iulii Frontini & Iurii Nypsi legitur, manifestum est varias constituendorum monumentorum rationes veteribus fuisse. Interdum enim in limitum confiniis constituebantur, interdum ad viam, siue iter publicum, interdum haud procul ab ædibus: pro maiore tamen parte in finibus concurrentium agrorum. Et sic interdum habebant rationem limitis, idq; *ex lege quadam Sempronia*, quorum lineæ terminales publicum viam publicum ue iter spectabant, eam *esse frõtem* dictitabant. Postremam vero partem quæ agrum spectabat *in agrum partem* dicebant. Iam quod quidam vir doctus & nobilis putat, longitudinem censeri ex fronte, latitudinem ex parte agrum respiciente, id nescio an omnes sint approbaturi. Constat enim interim fuisse quadrata forma sepulchra, vt latitudo longitudini fuerit par. Vt ex duabus inscriptionibus tumulorum ab eo allatis, *Cassii Cacurii & Mandulla*, vbi legitur: IN FR. P. XX. IN AGR. P. XX. h. e. *in fronte pedes viginti, in agrum pedes viginti*. Et in alio quod *Paula Gaulia C f. mater filijs suis L. Vacieno & L. Messio M. filijs constituit*, vbi legitur, IN FR. P. XIV. IN AGR. P. XIV. Hoc est, *in fronte pedes quatuordecim, in agrum pedes quatuordecim*. Interdum spatium in agrum porrectius erat quam in fronte. Quod ex alterius tumuli *Camuriæ Hostilio* constituti inscriptione liquet: vbi *fronti pedes XII in agrum pedes XVI. adscribuntur*. Et in altero a *Gualtero Symeone Florentino* obseruato repertoq; apud Aquas Sextias, quod mater *Iulia Cilicia filio suo C. Valerio Placido* posuit, vbi legitur: IN FR. P. IV. IN AGR. P. XI. h. e. *In fronte pedes quatuor, in agrum pedes vndecim*. Vbi liquet longitudinem quandoq; spatii in agrum porrecti censeri: frontis vero latitudinem esse. Et fieri potest, vt curiosi e contra reperiant. Id dumtaxat animaduertisse visi. *Frontem* censeri non ratione lõgitudinis aut latitudinis, vt putauit temere Acron: sed quod limitem iter, publicamue viam spectet. Et posticum contra, *partem in agrum vergentem* dici: nam in quadratis sepulchris quomodo longitudinis latitudinisue discrimen iniri queat, vbi omnia spatia paria ad inuicem sint: & vel ex hoc Horatii loco conuincitur Acron, vbi longitudo fronti M. pedes, posticæ spatii in agrum trecentos tantum tribuit. Dicat ergo nunc Acron quomodo longitudo cõtractior esse possit latitudine, cum omnes Mathematici & Geometræ secundum porrectius spatium longitudinem diiudicent. Sed illud nunc excutiendum, quid hæc sibi velint.

——*heredes monumentum ne sequerentur*.

Interdum enim monumenta sibi constitui volebant, & adscribebant, *sibi fecit*, aut *fieri fecit*, vt in tumulo *Iuliæ Fuscinia Castellanæ* in prouincia. Interdum *sibi & suis*; & intelligebant *familiarib.*

& legitimis heredibus, vt in tumulo, quem *Loartius Secunda* in Aqueosi ciuitate erexit. Inte dum *carissimis & propinquissimis nominatim*, vt in illo S. Acutii Volesi Aquilæ Prætoris, quod Acuto patri, Ingenuæ matri, Seueræ sorori & Rufo fratri fecit: ea ratione, *ne heredes monumentum sequeretur*; hoc est, vt maneret i s priuatum sepulcrum, neque heredes ius haberent mortuum suum inferendi. Vnde duplex sepulcrorum genus emersit, teste Caio Iurisconsulto. ff. *de religios. & sumt. funerum.* Nam quædam *familiaria* dicuntur, quæ quis sibi familiæque suæ constituit. Vlpianus tertium genus adducit, quæ patri familias hereditario iure sibi acquisiuit. Quocirca vt Imperator Philippus statuit; Ius familiarium sepulchrorum ad affines seu proximos cognatos, non heredes institutos minime pertinet *C. de relig & sumt. fun.* His igitur adeo adscribebatur H. M. H. N S i.e. *Hoc monimentum heredes non sequitur:* quia scil. familiarib. tantum & priuatis dicatum erat, suis heredib. & extraneis non item. Rectius igitur aliquanto Porphyrio, qui dicit: *Et quoniam sepulchrum non vniuersam terram illi sacram occupabat, solebant adnotare in ipso sepulchro ad quot pedes in Frontem, id est, in latitudine & iuxta viam procederet.* Et rursus: *ad quot pedes in agrum, id est, in longitudine agri porrigeretur.* Sed vt diximus, frons non ratione latitudinis aut longitudinis, dicebatur, cum interdum longior porrectura in agrum, interdum breuior esset, sed ratione prospectus anterioris dicebatur. Nec rursus solis magnis viris priua sepulchra construebantur, vt vult Porphyrio, cum sæpe legamus in veterum historiis præclaros duces & Imperatores maiorum gentilitiis sepulchris illatos, quod hodieq; fit: sed ex mera voluntate sepulchra construentium, aut sibi & suis fieri curantium, tales inscriptiones ponebantur, a quorum iure arcerentur heredes. Sic milites olim interdum sibi & contubernalibus suis sepulchra castrui curabant, vt præfata Tiberii constitutio docet, in qua neque heredem, neque alium quemuis cognatorum inferre licebat. *Cippus* autem erat ipsa sepulchri columella, cui epitaphia inscribebantur, & quantum ipse terræ sepulchro adsignatæ modus contineret, intra quem religiosa omnia erant, foris nequaquam: etsi Celsus, teste Vlpiano, aiat, eatenus locum religiosum censeri, quatenus corpus humatum est, non totum qui sepulturæ destinatus est, locum. Sed de his hæc hactenus.

CAPVT V.

De Byrrho & Endestride *vestium generibus, vocibus non vsquequaq; vsitatis.*

BYrrhum nonnulli pro *capitis tegumento*, alii pro *veste*, vsurpa-runt. Fit eius mentio cum alibi tum in Flauio Vopisco in Carini Imperatoris vita: *Donati sunt ab Atrebaticis byrrhi petiti, byrrhi*

ti byrrhi canusini: quo in loco Bapt. Egnatius *byrrhos vestis Gallicæ tantum genus esse* ait, *in Atrebatibus confecta.* Albericus Rosatus in Lexico suo Iuris ciuilis, *vestem esse rusticam & grossam,* (*rudem* puto & *impolitam* intelligit) esse dicit. Mentio eius fit *in lib. C xi. l. 1. T.* Et rursum in Canonicis decretis *distinct. xxx.* In canonibus tamen concilii Gangrensis, qui Græce exstant, videtur accipi pro *veste lauta*, quæ vulgo ornatus caussa gestaretur. Εἴ τις, inquit, ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσύνην ἔχων κατεψηφίσοιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βύρρους φορούντων, καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων ἀνάθεμα ἔστω. περιβόλαιον hic *pallium* vertit *interpres*, nos pro *vili amictu* accipimus. Sensus enim Canonis est, *ne quis iudicetur ex vestitu, aut ne quis se simulatione continentiæ & strictæ vitæ beatificet ex vestitu viliore, dummodo eos, qui communi cum vulgo, & quamuis lautiore; consueta tamen veste vtantur;* Cuiusmodi sunt *byrrhi. Byrrhum* Suidas esse ἐφεστρίδα ait, hoc est, vt interpretatur Andreas Alciatus, in 1. prætermissorum, sagum vestemue, quam supra alias induimus. Hadrianus Turnebus lib. 17. Aduersariorũ, tradit Græcos scribere βηρὺς adducto hoc loco & altero Euagrii; βηροὺς πεγαμηλίους ἐξάπτοντας quo tamen loco, quod pace illius dictum sit, κηροὺς legitur, vt intelligas faces nuptiales eos incendisse, nam hanc lectionem etiam confirmat vox ἐξάπτειν quid quod vox illa non per η sed per υ scribatur: adeo vt *hebberia vestes,* hic nihil faciant. Cui cõsentire videtur libellus ille, qui Pontio Cypriani Diacono adscribitur, de morte eius viri agens: *Et cum peruenisset in locum qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe milliario, exspoliauit se byrrho & tradidit carnificibus. Dalmaticam vero tradidit diaconis & stetit in lineis exspectans spiculatorem.* Byrrhũ pro exteriore veste, (q̃ Cappã nunc diceret,) accipiens. Præfatus Alciatus in Vopisco legendũ arbitratur, *cum Atrebaticis byrrhi picti,* vt *Atrebatica* diuersum vestis genus sit a byrrhis: vt ea figura dicantur Atrebaticæ, qua *Gallicas* Cic. dixit pro *soleis Gallicis.* Atrebaticas autẽ vestes esse nigri coloris, quas Suidas ἐκ γαμπήλιας dicat: quarũ etiã Iuuenalis meminerit. Hesych. ἐφεστρὶς χλαῖνις inquit, ἐφεστρίδες τὰ ἐπιβλήματα. hoc est *vestes quæ ceteris superiniiciuntur.* At Lazarus Baysius adducta Plutarchi auctoritate in Lucullo, ἐφεστρίδα paludamentum interpretatur, quod est vestimentum militare, supra alias vestes indui solitum. Chlamys autem tenue erat indumentum, auctorib. Hesychio & Iulio Polluce. Vnde *byrrhum, chlamyda,* ἐφεστρίδα, pro eodem vsurpanda putẽ vocabulo: Hoc est, pro tenui filo indumento e quacunque materia, quo veteres vtebantur, siue Duces, siue cuiuscunq; conditionis, quod vestib. omnib superiniiceretur. Vnde etiã Pollux ἐφεστρίδες καὶ ἀμφιστρίδες, περιβόλαια ἂν εἴη. hoc est: *vestes quæ reliquis superinduerentur superiniicerenturue.* Sulpitius Seuerus Rhetor Aquitanicus in 1. Dialogorũ siue collatio-

nis Posthumiani & Galli in vita D. Martini videtur *Byrrhum* accepisse pro *veste pretiosa & operosa* cum sic inquit: *Et qui ante pedibus aut asello ire consueuerat, spumato equo superbus inuehitur: parua prius atque vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclauia, sculpit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat; atque hæc caris viduis, & familiaribus mandat tributa virginibus, illa vt Byrrhum rigentem, hæc vt fluentem texat lacernam.* Hæc ille.

CAPVT VI.

Super voce Commonitorium *semilatina, vsitata tamen. Item quid* memorialis libellus, *quid* breuiculum.

Exolescente Romani sermonis puritate, multa vocabula in vsum introducta sunt prioribus seculis insueta: quæ etsi vt semibarbara merito reiici possint, non tamen contemnenda, quod sine iis eius seculi libri intelligi non possunt. Huiusmodi est vox *Commonitorium* in Valentinianorum & Theodosiorum seculo demum nata. Nam in concilio Africano, quod post x. Honorii & octauum Theodosii Coss. gestum est, *commonitorij* subinde fit mentio: Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω τὸ κομμονιτώριον. Et rursum capite nonagesimo octauo, τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ ἔλαβον οἱ κατὰ τῶν Δονατιστῶν πρεσβευταί. Id est *Daniel Notarius relegit commonitorium.* Et rursus: *Commonitorium, quod acceperunt ij, qui a Donatistis erant legati.* Est autem *libellus memorialis, qui datur legatis aut alijs nuntijs, e quo quid sibi agendum sit, discant, tanquam e præscripta formula.* id quod ex formula, quæ Thrasio & Enodio legatis Concilii Carthaginensis ad Imperatores data est, liquet. Hinc Sidonius Apollinaris lib. 8. ad Lampridium:

> *Dilectæ nimis & peculiari*
> *Phœbus commonitorium Thaliæ;* Dat scil.

Vsus etiam eius vocis est in lib. 4. Cod. l. vnica in edicto Impp. Honorii, Theodosii & Arcadii: *Quod si quis dum solo commonitorio suffragio nititur bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiæ tenebitur.* Etsi Accursius ibi *commonitorium* interpretetur commonitionem. Quod autem posteriores *commonitorium* dixere, hoc videtur appellasse Suetonius *memorialem libellum*, de Cæsa eloquens in eius vita: *Epistolas quoque eius ad senatum extant, quas primum videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse.* Memorialem libellum vocando, qui nobis res gerendas in capita digestas in memoriam reuocaret. Porro, *breuiculum* idem est, quod quidam *Epitomen* vocant. Ex concilio Carthaginensi capite trigesimo quarto. ἐν τούτῳ τῷ βρεβίῳ τῷ ἐκβληθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου, οὐδὲν νομίζομεν εἶναι διορθωτέον ἢ προσθετέον. Id est. *In hoc breuiario, quod decerptum est de Concilio Hipponensi, nihil arbitramur esse emendandum vel assumendum.* [illegible] tamen

lib. c. epist. dictionem eam vt parum Latinam notasse videtur. *Sed vide, inquit, ne plus profutura sit oratio ordinaria, quã hæc, quæ nunc vulgo Breuiarium dicitur, olim cum Latine loqueremur summarium vocabatur. Orationem ordinariam* vocat suis partibus absolutã, in angustum antecoactam, & summas rerũ dumtaxat complectentẽ *breuiarium* vocauit seu *summarium*; quæ Græce ἐπιτομὴ dicitur. Quæ aut orationem concludit sententia, & totam complectitur eidem *summa summarũ* dicitur. *Summa* inquit, *ergo summarum hæc erit Turdiloquum esse te iubeo.* Plin. etiam lib. 16 hac voce vt Latina vsus est *Vt pariter* inquit, *totius cul ura breuiarium quoddam peragatur.* Et Tranquillus in August. *Fecit & breuiarium totius in terrã, quantum militũ sub signis vbiq; esset quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigaliorum residuis.* Dicitur etiã *breuis & breue* in l. vlt. C. *de conueniend. fisci debitorib. lib. 10. Inter chartulas confiscati, breuis quidam adseueratur inuentus, qui nomina debitorum contineret.* Lampridius in Alexandro: *Milites suos sic vbiq; sciuit, vt in cubiculo haberet breues & numerum, & tempora militantium.* Flauius Vopiscus in Aureliano: *Breue, inquit, nominum conscripsit.* Idem *Et breue legit singulis, quorum nomina continebat.* Quid autem sint *secundaria breuiaria*, quid *principalia*, abunde docet Budæus, qui *pictatia* & *breues* & *breuia* etiam esse dicit, quæ nos *borderelles* dicimus: id est, inquit *commentariolis summam rerum continentes.* Suetonius in Vespasiano: *Perfectis epistolis, officiorumq; omnium breuiarijs, amicos admittebat.* Dicitur *breuis & breue* vtroque numero. Vnde non illatine, breue Apostolicum qui vocant, loquuntur. Inueni & *in Authent de nuptijs, breue* pro *libello repudij accipi.* A *breui* deducitur *breuiculus*, vnde est ille Iustinianæi Codicis titulus *de sententijs ex breuiculo recitandis.* Quod autem hic *breuiculum* idem quandoq; *tabellam* ap pellarum inueni; quasi dicas, pictatium non me hercule inconcinne, vt in commentario de passione D. Cypriani, quod Pontio illius Diacono adscribitur: *Et cum surrexisset ab oratione, sententia ex tabella recitata est ita: Statius Cyprianus gladio feriatur: Respondit Sanctus Dei, Amen.*

CAPVT VII.

De Cylonio scelere, *& eius tempore, varia auctorum opiniones. Et vtrum* lapides in Areopago *diuersi sint apud Pausaniam* a phanis contumeliæ & impudentiæ, *& alia.*

CIceronis verba sunt *in 2. de legibus*: Nam illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato Epimenide Crete suadente fecerunt contumeliæ fanum & impudentiæ, virtutes enim, non vitia consecrare decet. De hoc autem scelere, Cylonio vocato a Cicerone, Thucyd. lib. in 1. docet, & Plutar. in Solone narrat,

qui illud κυλώνειον ἄγος vocent: hoc est, *scelus expiandum* seu *piaculum*. Erat autem, auctore Thucydide, huiusmodi: Cylon quidam Atheniensis, antiquæ & nobilis familiæ vir, quiq; præterea Olympia vicisset, & Theagenis, Megarensium tyranni filiam in matrimonio haberet, oraculo præterea quodam Delphico perperam intellecto confisus, Tyrrannidem in ciuitate post Pisistratum arripere meditatus est. Sed Athenienses rē animaduertentes, ex agris vicisq; populatim concurrunt: Cylonem arcem occupantem obsident & oppugnant, qui se inferiorem videns, clam cum fratre elapsus profugit. At coniuratorum reliqui fame partim enecti, partim confecti, omniq; cibo & potu destituti, aram quæ est in arce, occupant, quos cum surgere iuberent custodes; cum viderent iamiam exspiraturos, ne sacer locus contaminaretur, ab ara venerandarum Dearum abstractos necarunt, quosdam etiam in ipso egressu ante Deum altaria misere trucidarunt. καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοι ἐκαλοῦντο, καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. Id est. *Et de cetero detestandi & deuoti ac sacri ipsi Deæ; ij vocabantur, & posteri eorum:* quos etiam in exilium postea egere, ossibus defunctorum e finibus ciuitatis exportatis abiectisq;, etsi quidam postea in ciuitatem redierint. Hoc autem Cylonium *piaculum* expiandum Lacedæmonii Atheniensib. improperauere. Scholia in Thucydidem hanc rem contigisse narrant paulo ante Marathoniam pugnam, quæ Olympiadib. amplius viginti subsequuta est. Aliter multo narrat hanc rem Plutar. in Solone, cuius verba Græca ideo hic adducere libet: τὸ δὲ κυλώνειον ἄγος ἤδη μὲν ἐκ πολλοῦ διετάραττε τὴν πόλιν, ἐξ οὗ τοὺς συνωμότας τοῦ κύλωνος ἱκετεύοντας τὴν θεὸν μεγακλῆς. ἄρχων ἐπὶ δίκῃ κατελθεῖν ἔπεισεν, ἐξάψαντες δὲ τοῦ ἕδους κρόκην κλωστὴν καὶ ταύτης ἐχομένους ὡς ἐγένοντο περὶ τὰς σεμνὰς θεὰς καταβαίνοντες αὐτομάτως τῆς κρόκης ῥαγείσης, ὥρμησε συλλαμβάνειν ὁ μεγακλῆς καὶ οἱ συνάρχοντες, ὡς τῆς θεοῦ τὴν ἱκεσίαν ἀπολεγομένης καὶ τοὺς μὲν ἔξω κατέλευσαν, οἱ δὲ τοῖς βωμοῖς προσφυγόντες ἀπεσφάγησαν. μόνοι δ' ἀφείθησαν οἱ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἱκετεύσαντες. ἐκ τούτου δὲ κληθέντες ἐναγεῖς ἐμισοῦντο. Id est. *Cylonis piaculare scelus iamdiu ciuitatem perturbarat, ex quo ijs qui cum Cylone coniurauerant, supplicibus Deæ factis, Megacles princeps in iudicium venire persuasit: qui arripientes simulachri textile pepium, cum ad ædes venerandarum Dearum usque descendissent, abrupto sponte peplo, Megacles & qui cum eo principatum gerebant, impetu facto, eos comprehendunt, tanquam Dea supplices renuente; alios foris lapidibus obruerunt, alios ad aras confugientes ibi mactarunt. Soli ij illæsi dimissi, qui vxoribus eorū supplicassent. Exinde appellati sunt detestandi seu piaculares, odioq; habiti.* Heraclides Ponticus in fragmento politiarum hoc breuiter in hunc modum commemorat. τοὺς μὲν ἐκ κύλωνος διὰ τὴν τυραννίδα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεᾶς πεφευγότας, οἱ περὶ μεγακλέα ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς δράσαντας, ὡς ἐναγεῖς, ἤλαυνον. Id est. *Eos qui erant ex factione Cylonis, post arreptam Tyrannidem ad*

aram

aram Deæ confugerant; ij qui cum Megacle erant, interemerunt, quiq; hec perpetrassent, vt sceleratos, ciuitate exegerunt. Meminit & Diogenes Laertius *in vita Epimenidis Cretensis*, qui dicit, sacrificia lustrationesq; quasdã Atheniensib. illũ dedisse, quib. pestilentiæ lues ob hoc facinus sæuiens, sedaretur: nihil interim cõmemorans de *duob. illis fanis*, quorum Cic. meminit. Neque adhuc repertus est qui dicat, se apud vllum auctorẽ, excepto hoc Cicerone, id legisse, cui tamen hac in re credendum, vt qui plurimas historias euoluerit, quarum ne syllabam quidem habemus: Hoc tantum commemorant auctores, habetq; idẽ in Atticis Pausanias, duos in Areopago *argenteos* fuisse *lapides*, quibus rei atque accusatores omnes insistebant; vnum *contumeliæ*, *impudentiæ* alterum appellantes: τοὺς ἢ ἀργυροῦς λίθους. ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες τὸν μὲν ὕβρεως τὸν ἢ ἀναιδείας αὐτῶν ὀνομάζουσι. id est *Et argenteos quidem lapides quibus insistebant rei accusatoresq; vnum contumeliæ, alterum impudentiæ appellant.* Quo tamen loco vir quidam doctus *ἀναιτίας* hoc est, *innocentiæ* reponere nititur, vt opponatur innocentia iniuriæ contumeliæque accusantium. At nihil minus competit iusto legitimoque accusatori, & iuris legumq; exactori & custodi, quam iniuriose contumelioseque caput alterius appetere, apud Areopagitas præsertim, seueros iudices, vbi absq; omni petulantia, summa æquitate, absq; affectib. & inutilib. prooemiis iudicia exercerentur. Vt rursum eo admonebant reum, ne impudenter nimium conuitia regereret, neue putaret sibi fidendum in confictis rationibus, quib. scelera sua apud integros perspicacesq; iudices, seu inani eloquentia, seu factionibus amicorum, seu opibus & largitionibus speraret se posse obtegere. Sed si fideret innocentiæ suæ, modeste puderetq; & cum summa energia verũ absque vllo impudentiæ fuco & mendacii, caussam suam recte tueretur. Calcarentq. atque vitarent, ille omnem, vt diximus, petulantiam & contumeliam, hic vero omnẽ fucum & impudens figmentum, quo noxii sua scelera atq; flagitia, apud imperitos iudices expungere atq; eluere solent. Quo fit vt nihil mutandũ censuerim, saluo tamen tum eius doctissimi viri, qui hæc primũ doctis persuadere voluit, reliquorumq; omniũ doctissimorum sano iudicio. At interim latere neminẽ debet (quod huic nostræ & vulgatæ opinioni suffragatur) quæ hic a Cic. *fana* a Pausania λίθοι vocantur, e Zenobio parœmiographo dici βωμοὺς, i. e. *aras*, in prouerbio, θεὸς ἡ ἀναίδεια, hoc est, *Dea impudentia*, citariq; Theophrastum ἐν τῷ περὶ νόμων, hoc est, *in libro de legibus*, cum scripserit, ὕβρεως καὶ ἀναιδείας παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι βωμοὺς, hoc est, *apud Athenienses aras esse contumeliæ & impudentiæ.*

CAPVT VIII.

Dissentire duos scriptores in historia super Antigenida *&* Ismenia: *monumentarij Ceraula qui sint, vnbiq; Statio lux infusa.*

DVo scriptores non multū ætate distantes inter se dissentiunt, super *Antigenida* & *Ismenia* tibicinibus; quorum vnus Græciæ scriptor non ignobilis, alter apud Latinos famigeratus. Hic *Platonici* cognomine honoratus, ille ob singularem eloquentiam *Chrysostomus* appellatus. Sed Latini scriptoris, etsi ætate posterioris, verba primum audiamus. Apuleius igitur Madaurensis in primo Floridorum ita habet: *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Is igitur cum esset in tibicinio adprime nobilis* (ita enim legendum, voce ab Apuleio inauditore inuenta.) *nihil se æque laborare atque animo angi & mente discruciat, quam quod monumentarij Ceraulæ tibicines dicerentur.* At Dion, cognomento Chrysostomus, oratione quinquagesima nona, quæ est recusatio magistratus in senatu, hoc ad Hismeniam transtulit, cuius verba prout interpres vertit, (nam Græci Codicis videndi mihi copia nondum fuit) hic apponam: *Dixit autem paulo ante hæc tempora Philosophorum quidam, Ismenium ob hoc maxime indignari solitum, quod siticines appellarentur tibicines. At nequaquam res est indignatione digna, vt mihi quidem videtur; nihil enim mortuis detrimenti adferunt siticines, neque illis sunt molesti: Quidam vero qui se philosophos simulant, multa prorsus mala operantur.* Ad eundem modum in iisdem nominibus a Valerio Maximo & D. Hieronymo variatum. Nam quod Valerius dictum *Antigenidæ* tribuit, *D. Hieronymus* ad *Ismeniam* retulit. *Antigenidas*, inquit Valerius, *discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se approbanti, cunctis audientibus dixit: Mihi cane & musis.* D. Hieronymus in Prologo παραλειπομένων: *Mihimet ipsi, & meis iuxta Ismeniam canens, etsi aures cæterorum surdæ sunt.* Vbi tamen loco (*meis*) musis legere malim. Nam ita etiam refert eius dictum Cicero ad Brutum, qui Valerio de nomine suffragatur, vt dicendum sit, D. Hieronymum maioribus occupatum lapsum esse μνημονικῷ ἁμαρτήματι. *Antigenidæ* siue *Antigenidis* (nam vtramque lectionem inueni) meminere Plin. & A. Gellius. Suidas Philoxeni discipulum fuisse ait: Gel. Alcibiadis ætate vixisse. Omnes Thebanum declarant, quemadmodum & Ismeniam eiusdem fere ætatis, nam sub Pericle vixit, vt ex Plutarcho liquet. Meminere Apuleius, Dion, Chrysostomus, & in oratione quapiam sua Maximus Tyrius. Alius Ismenias fuit heros nobilis, quem diuinis honoribus vt peculiare numen fano constructo coluere Thebani vt idem Tyrius, & præterea Appianus in 1 gestorum Alexandri docent, qui Ismeno fluuio nomen dedisse videtur, vt Plutarchus Sophista, qui librum de fluminibus scripsit, innuit. Cæterum vt a diuerticulo in viam regrediamur, *Ceraulæ monumentarij* sunt, qui conducuntur ad præcinendum

piæ-

præficis in elatione mortuorum: dicti *Ceraulæ* quasi *cornicines*, quod tibiæ eorum curuæ, & partim e cornu factæ reuinctæq; essent: quod etiam ex Statii Papinii carmine Thebaidos 6. colligitur, quod est tale:

Cum signum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mœsta ——

Quem locum exponens Cælius Rhodiginus lib. 6. cap. 7. nihil quod ad interpretationem auctoris facit, adfert; tantum *modis Phrygijs tristia solere cani*. Quod vt neque semper verum, ita nihil facit ad *tibias funebres*, quas hic innuere vult Statius, incuruas & e cornu cōpactas, vnde Ceraulæ dicti. Iul. Pollux lib. 4. ca. 9. ὁ ἢ τοῖς αὐλοῖς χρώμενος αὐλητής, ἢ κεραύλης αὐλητρίς: Id est *Is qui tibijs vtitur tibicen, Ceraules tibicina dicitur.* Idem auctor *tibias threnis*, h. e. næniis accommodatas πρεπαντικὰς vocat. Monumentarii igitur Ceraulæ, qui in funere canebant, dicebantur, qui Latinis *sitcines* nominabantur; eo quod apud *sitos*, id est, *mortuos* canerent, vt inquit Gellius ex Attici Capitonis coniectaneis: *Habuisse autem illos proprium genus tubæ qua canerent, a ceterorum tubicinum proprietate differens, quos siciniſtas inquit, vulgus dicit.* Canebant autem honoris causa cantus lamentabiles, inquit Nonius *qui & Catonem eandem vocem vsurpauisse tradit.* Hactenus ille.

CAPVT IX.

Prouerbialem videri locutionem, Hippia magis memor *& vnde ducta: tum de Hippia ex varijs auctoribus complura.*

PRouerbialis locutio illa videri potest q̃ habet Æneas Gazæus philosophus in Dial. de immortalitate animorū: μνημονικὼς ἢ μᾶλλον Ἱππίου ἰφαίνης, ἢ οὐκ ἀμελέτητος. i. e. *Memor es magis quam Hippias, & nō inexercitatus.* Fuit aūt *Hippias* Sophista Elæus, auctore Philostrato, cui tam firma memoria fuerit in extrema senectute, vt audita sibi quinquaginta nomina eodem modo, quo audiuerat omnino cōmemoraret. Meminit & memoriæ seu memoriæ artis Hippiæ, Ælian. lib de animalib 6. μέμνηται ἢ ὧν πάσχει τὰ ζῷα, ἢ δεῖται γε τέχνης τῆς εἰς τὴν μνήμην ἐπιμελείας οὐχ ἥττον ἐκ Θεοδέκτου οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν εἰς τὸ ἢ ἐπαγγέλλεσθαι τὴν ἐν τῇ σοφίᾳ κεκριμένων. i. e. *Meminere animalia eorum quæ patiuntur, neq; indigent ad memoriam aliqua arte aut Simonidis aut Hippiæ, aut Theodectis, aut aliorum cuiuspiam celebrati in ea disciplina præceptionibus.* Hunc vt vaniloquum & inania dicentem, taxat sermone octauo Maximus Tyrius: οὐδὲ κατὰ τὴν Ἱππίου κενολογίαν: i. e. *non secundum Hippiæ inaniloquentiam.* Hunc vt *sui ipsius admiratorem*, taxant passim auctores, vt quem nihil disciplinarum lateret, non philosophia, non mathematica: quin & omnes Mechanicas se artes eruditum; vnde in Olympiis prodiens, iactabat soccos, pallium, annulū, lorū, cingulū, lecythorū, strigilē, cunctaq; quib. indutus erat, quæq; circū se habebat, esse a se fabri-

cata. Omnigena præterea poemata a se composita,& orationes redundantes magis quam vtiles in medium protulit,vt de eo tradunt Cic.in 3.de Orat. Quintilianus, Dion,Chrysostomus, Apuleius,Philostratus in vitis Sophistarum. Vixit Socratis ætate quē per multum tempus audiuisse auctor est D. Chrysostomus, de virtute & iustitia differentem & pro similitudine adferentem,(vt solebat) nautas & medicos, & sutores. & lutifigulos, eumq; vt Sophistam,dixisse: *Rursumne tu hæc o Socrates?* Ille cum atrisisset,dixit: *Et quidem de eisdem; nam tu quidem,vt par est, ob sapientiam eadem dicis de eisdem: nobis autem nunquam hoc vnum videtur honestissimum.* Sed hæc hactenus.

Capvt X.

Carmen Iuuenalis expositum: de ritu Isiacorum sacrorū *quadam.*

IVuenalis carmen est ex Satyra 8. quo vere nobilem describit, quem valde rarum inueniri ait,qui si contingat,non aliter, quā numen obuiis vlnis excipiendum,præq; gaudio exclamandum esse,id quod in sacris Osiridis populus eo inuento exclamare solet:

Prima mihi debes animi bona sanctus haberi,
Iustitiæq; tenax, factis dictisq; mereris.
Agnosco procerem, salue Getulice, seu tu
Syllanus quocunq; alto de sanguine rarus,
Ciuis & egregius patriæ contingat ouanti
Exclamare lubet, populus quod clamat Osiri.

Quomodo autem in sacris Isiacis Osiris cum planctu quæreretur, qui postea in lætitiā eo inuēto commutaretur,scribunt cōplures. Ceterum quid id foret, quod exclamarent puto adhuc a quā paucissimis traditum: Ego id certe non vana coniectura me adsequutum puto. Tradit enim Athenagoras Christianus philosophus *in oratione* quæ inscribitur *legatio pro Christianis*, in qua contra falsorum Deorum cultores disputat. Cū Osirides membra siue fruges inuenissent,(nam harum sationem Osirim quidam mystice interpretabantur) exclamasse: *Inuenimus, gaudemus.* Sed Græca scriptoris verba apponam, totam eam rem summa breuitate explicantia: ἢ περὶ τοῦ Ὀσίριδος. οὗ σφαγέντος ἀπὸ τυφῶνος τοῦ ἀδελφοῦ περὶ ἄρα τοῦ υἱοῦ ἡ Ἶσις ζητοῦσα τὰ μέλη, καὶ εὑροῦσα ἤσκησεν εἰς ταφὴν, ἡ ταφὴ ἕως νῦν Ὀσιριακὴ καλεῖται). ἄνω γὰρ καὶ κάτω περὶ τὰ εἴδη τῆς ὕλης στρεφόμενοι, ἀποπίπτουσι τοῦ λόγῳ θεωρητοῦ θεοῦ. τὰ δὲ στοιχεῖα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν θεοποιοῦσιν, ἄλλοτε ἄλλα ὀνόματα αὐτοῖς τιθέμενοι, τὴν μὲν τοῦ σίτου σπορὰν Ὄσιριν, ὅθεν φασὶ μυστικῶς ἐπὶ τῇ ἀνευρέσει τῶν μελῶν ἢ τῶν καρπῶν ἐπιλεχθῆναι τῇ Ἴσιδι εὑρήκαμεν συγχαίρομεν. Id est *Vel de Osiride, cuius a Typhone frater occisi Isis cum Horo filio membra quærens, cum inuenisset, ad sepulturam comparauit, quæ etiamnum Osiriaca nominatur. Quid, inquam, est quod pluribus his immoremur? cum sursum deorsum circa materias occupati, a vero illo, qui mente sola comprehenditur,*

tur, Deo aberrent. Itaq; elementa, eorumq; partes deificant, alius alia nomina eis imponentes: nam frumenti sationem Osirim vocant, aiuntque Isim, cum siue Osiridis membra, siue fruges inuenisset, exclamasse, inuenimus gaudemus Hæc ille. Quibus ni fallor, abunde Iuuenalis carminum sensus est explicatus.

Caput XI.

Etiam noxiam *substantiue & trisyllabus accipi solitam veteribus,* pro culpa, *contra quorundam Grammaticorum celebrium sententiam, & inibi defensus Seruius.*

SVggillant Critici acriter *Seruium*, quod *noxiam* scripserit esse *culpam, noxam*, vero *damnum*, adserentes *noxam* & *culpam* & *damnum* significare & *pœnam*; Noxiam vero substantiue & trisyllabũs nuspiam inueniri. Quæ dum murmurant, faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant, cum constet, & *noxiam* veteribus *culpam* significasse, & *noxam*, etiã *pœnam*, adeo vt si videamus quandoq; differentiam illam confundi, aut si posteriores scriptores voce illa *noxia*, substantiue vti, vt obsoleta, supersederunt, propterea non debuerit tantopere accusari, quod veteres ea in re sequutus sit: quando Plautus Terentiusque præstantissimi auctores eo in significato hac voce vsi sint, sitque Festum horum auctoritate motum sequutus. Sic n. ille: *Noxia damnum, vt Seruius Sulpitius. Apud poetas autem & oratores ponitur pro culpa, at noxa peccatũ aut pro peccato pœnam, vt Actius Menalippe: Te esse huic noxæ obnoxium. Item cum lex iubet noxæ dedere, peccato dedi iubet. Cæcilius Hypobolimæo Cherestrato: nam ista quidem noxa mulieris magis est quã viri.* Nõ igitur peccauit Seruius, qui *noxiam culpam* esse pronuntiauit, sed multo magis is qui dixit, apud veteres substantiue non inueniri eam vocem: non considerarat Plautum in Mercatore dixisse: *Nihil magis manifesto teneo: innoxia es. Qua noxia? ista quidem illa est.* Et rursum: *Vacuum esse, isthac ætat his te decebat noxijs.* Et rursum in Mostellaria:

Tranioni quæso, remitte hanc noxiam caussa mea.

Et iterum:

Hanc modo vnam noxiam, vnam: quæso fac caussa mea:
Quid grauaris? quasi non cras iam commeream aliam.

Quibus in locis promiscue noxia culpam, delictum peccatum, & pœnam etiam significat. Terentius quoq; in Eunucho:

——*vnam hanc noxiam*
Mitte. si aliam vnquam admisero vllam, occidito.

In quem locum Ælius Donatus: *Trisyllabo*, inquit, *nomine noxiam dixit, quasi noxam.* Alibi aliter dominam dixit extra noxam; quibus verbis vult Donatus innuere, veteres indifferenter *noxam* & *noixãm* vsurpasse, pro culpa, delicto, pœna siue mulcta delicti & peccati, quando vtraq; obnoxios faciant, vt culpa pœnæ,

pœna vero iis, quibus ea debetur. Quod & Vergilius obseruauit cum diceret:

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Hoc est, *delictum & facinus ab Aiace perpetratum*, vt Seruius hic non inscite dixerit, *noxam* pro *noxiam* hic accipi, nam posterioribus scriptoribus nō solū *noxa culpam*, siue *peccatum* significabat, aut *pœnam*, sed etiam *damnum* & *nocumentum*, cuius rei aliquot exempla subiiciemus. Pro *damno* & *nocumento* accepit Columella: *Nebulas ac pruinam sine noxa perfert*, & alibi: *omnem iniuriam sine noxa patitur*. Ouidius de aquis quibusdam loquens:

Nocte, nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Suetonius *sine vlla sua noxa adessent idus Martiæ.* Mihi tamen videntur auctores ibi translatiue locuti; quod pœna quidem sit damnum nocumentum, ideoque ad omnem siue pœnam siue detrimentum noxam accepisse. Quintilianus declamator, *Manifestissima quaq; noxa.* Ouidius:

Inuidiam noxa detrahit illa meâ.

T. Liuius: *Ob quam meam noxam*, id est, delictum. Iurisconsulti tamen quoties *noxæ dedere aliquem*, dicunt, præcise pro *pœna delicti* ponunt. Iulius Paulus receptarum sententiarum libro secundo, Tit. 2. *de furtis: Seruus qui furtum domini is sit sarcire paratus noxæ dedi potest.* Quod exponens antiquus quidam Scholiographus: *Si inquit, seruus alicui furtum fecerit, vel damnum dederit, si dominus eius reddere pro eo noluerit, tradere eū vindictæ pro facti qualitate debebit*, idem: *noxa semper caput sequitur*, quod haud dubie intelligendum est de *pœna*. Merito igitur reprehensus est, Iustinianus siue Trebonianus, qui dixerit, *noxam ipsum corpus esse, quod nocuit*, id est, *ipsum seruum*. Nam si *noxa* est corpus, quomodo corpus sibi corpori deditione mancipabitur? Est enim res perabsurda, quam tamen Theophilus Iustiniani Metaphrastes sequutus est, & si nō male *noxiam ipsum maleficium* appellarit, vel Vlpiano suffragante. qui decimo octauo ad edictum libri primi ff. si quadr. paup. fecisse dicatur, *actio ex L. XII. tabularum descendit*, *quæ lex voluit aut id dari quod nocuit animal, quod noxam commisit, aut æstimationem noxiæ offerri.* *Noxia* autem est ipsum delictum, ex quo loco etiam XII. tabulis in vsu fuisse vocem illam declaratur. Vt merito *Beroaldus & Laurentius Valla*, non sint audiendi, qui dicant vocem illam substantiue, & vt appellatiuam nusquam vsurpatam. *Noxa* autem *dedere*, vt idem ait, est *animal demum tradere viuum*. qua deditione, Iustinianus ait cessare actionem noxalem. Sed hæc iam nō amplius sunt huius loci *Voce noxia* in substātiuo [illegible] vsus contra Nonium Marcellū Cic. in Hortens. *Et cæteris quidem reb. in quib. peccata non maxime afferunt noxias, tamen [illegible]*, vbi *nocentias* interpretatur Non. adiectiue tamen [illegible] accipieus, vt patet ex testimonio quod e Vergilio lib.8 adfert

vbi

vbi *noxia* adiectiuum est. *** ——*iras; describit noxia cordi*. Idem *noxam*, leue delictum esse vult, absq; vllo detrimento. Nam Virgilii locus, quem citat nihil pro eo facit; cum potius *noxa Aiacis Oilei*, grauissimũ fuerit delictũ, nimirũ ob quod vniuersa Græcor. classis dissipata & perdita sit, & ipsem ipse Aiax auctor noxæ. Quocirca Cornelius Fronto in vocum differentiis optime idem quod Seruius de iis duabus vocibus tradit.

CAPVT XII.

Ex *Apuleii libello* de mundo, *sublati errores aliquot: inibiq; Co rycium an* Cyrrheum *legendum sit.*

LApuleius libellum ad F. ustinum filium de *mundo* scripsit, quem propemodum ad verbum de *Aristotelis*, siue (vt quidem volunt) *Nicolai peripatetici libro Græco* exscripsit, & Latinum fecit. in quo quædam non satis castigate leguntur quæ beneficio Græci codicis facile restitui possint. Nos vnum alterumue locum emaculandos, cœpimus; reliqua in aliud tempus dilaturi. Sic igitur Apuleius: *Quare & eos qui nobis vnius ingenia qualitatesq; describunt, aut mœnia vrbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates, & magnitudines montium, alia multa descripta ab aliis plerique studiose legunt. Nysæ iuga, & penetralia Cyrrhi, & Olympi sacra & Ossæ ardua, & alia huiuscemodi sola dumtaxat & singula extollunt, quorum miseret me, cum tantopere nec magnis & oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur.* Græca sic habent: διὸ καὶ τοὺς μὲν ἀσκεδῆς διαγράφοντας ἡμῖν ἑνὸς τόπου φύσιν ἢ μιᾶς σχῆμα πόλεως ἢ ποταμοῦ μέγεθ॰, ἢ ὄρους κάλλ॰, οἷά τινες ἤδη πεποιήκασι φράζοντες οἱ μὲν τὴν Ὄσσαν, οἱ δὲ τὴν Νύσαν, οἱ δὲ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, οἱ δὲ ὁτιοῦν ἔτυχε τῶν ἐπὶ μέρους εἰ κτίσαιεν ἂν τῆς μικροψυχίας, τὰ τυχόντα ἐκπεπληγμένους καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ θεωρίᾳ μικρᾷ. Ex quibus legendum in Apuleio; *Et Nysæ iuga & penetralia Coricij* (vt intelligatur *specus*) *& Olympi sacra* & *Ossæ ardua &c.* *Nysam* enim montem esse in India Libero patri sacrum, a quo ille *Nysæus* dicatur, norunt omnes; (etsi decem oppida siue loca recensentur a *Stephano* hoc nomine, vt pote in Helicone, in Thracia, in India Arabia, Caria, Ægypto, Naxo, monte Caucaso, Libya, Eubœa) in quo vno die vitem floruisse & vuam maturuisse idem tradit. Quod si quidam *Cyrrha* defendere volunt, quod est vetus oppidum apud Delphos in radicibus montis Parnassi, a quo Apollo, *Cyrrheus* dicitur, sciat nihil admirandum fuisse in eo oppido, vt exempli gratia adduceretur. At de *Corycio antro* siue specu, quod est in Cilicia mira tradunt auctores; præcipue Pomponius *Mela lib. primi cap. xiii.* ad cuius de eo longam narrationem lectoré relegamus; qui graphice & ad amussim illud describit. Sicut & alterũ eiusdé nominis antrũ in monte Parnasso Pausanias; dictũ a *Corycia* nympha q́ ex Apollinis concubitu Lycorum peperit, qui ciuitati Lycoreæ, Simonidis patri, nomen dedit: quod & Strabo comprobat qui Coryciam

antrum Nympharum in Parnasso commemorat, admirandum & Apollini sacrum. Idem, inquit, nomine cum Cilicio, quod hic credo innui. Paulo post: *Mundus est ornata ordinatio Dei, munere Deorum recta custodia, cuius cardinem, (Sic enim dixerim centrum) robustum & immobilem*, quoniam Graece sit ζώνης (terrae scil.) διὰ τὸ μέσον ἀκίνητον ὂν καὶ ἑδραῖον, id est, *Huius medium immobile est & firmum*. Reliquis altiore indagine est opus.

CAPVT XIII.

Nodus Herculanus *quis sit, & unde eius origo, paulo altius repetita res quam hactenus.*

ANgelus Politian. in illa sua secunda foetura *centuriarũ* inter cetera caput habuit de *nodo Herculano*. Ceterum quid ille ibi voluerit, diuinare non possumus, quum fato praereptus explere illam non potuerit & in lucem dare: aut quod non absimile vero, improborum manibus publico vsui ea subtracta sit. Sed ante hunc Hermolaus Barbarus in sextum caput 28. libri Plinii naturalis historiae, quaedam nihil ad rem pertinentia, partim obscura in castigationibus suis in praefatum auctorem nobis reliquit, relegans nos ad *Macrobiũ*. Quos deinde sequutus *Erasmus*, inter paroemias *nodum Herculanum* referens, cum plurima nihil ad propositum attinentia de Gordii curru & nodo attulisset, ne Macrobii quidẽ vulgatissimi auctoris verba adducenda curauit, adeoq; id inexplicatũ reliquit, vt plane aliquo opus sit Mercurio, ad nodum illum dissoluendum: ne integra quidem verba Athenaei referens, de hac re mentionem facientia. Quae etsi Caelius Rhodiginus aliquanto maiore cũ fide referat, qualis ille nodus Herculanus foret, aut vnde vim mysticam sortitus, ne minimũ quidẽ nobis insinuat. Quid igitur multiplici lectione nobis de ea re compertũ sit, aut vnde inter sacras quoque imagines & res connumeratus sit, enarrabimus. Nodus igitur hic, qui in serpentum congressu spectatur, ex matris magnae (quae & Rhea dicta) mysteriis celebris & sacer est habitus, & in caduceum Mercurii translatus. Idque qua ratione factum sit, eleganter exprimit Athenagoras philosophus Atheniensis Christianus in oratione quae inscribitur legatio ad Impp. Antoninos, idque his verbis: ζεὺς ἢ ὅτι τὸν μὲν πατέρα δήσας κατεταρτάρωσε καθὼς καὶ τοὺς υἱεῖς ὁ οὐρανός. καὶ πρὸς τιτᾶνας περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησε. καὶ ὅτι τὴν μητέρα ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε. Δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ ἡρακλεωτικῷ ἅμματι, ἐμίγη τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ ἑρμοῦ ῥάβδος. Hoc est. *Iuppiter patrem vinciens, in Tartara precipitauit, quemadmodũ Calũ filios suos ante pcipitauerat. Cum Titanib. & liberis Coeli de principatu bellũ gessit. Persequutus matrem Rheam concubitus illius renuentem, & cum illa sese in dracaenam conuertisset, ipse se in draconem commutauit, cumque illa mistus est,*

deinde

deuinciens illam sibi Herculeo vocato nodo, cuius mistionis species & forma est ipsa Mercurii virga. Et hinc pro mysterio huius concubitus, cad. cius ille Mercurii nodum illum Herculis serpentinum gestat, quem tamen Ægyptii ad allegoriam trahere nitebantur: nimirum ad Solis potentiam, quem ex hoc argumento caducei, quod Ægyptii in specie maris & fœminæ coniunctorum draconum figurauerunt. Mercurium etiam arbitrabantur, cuius formā *Macrobius* hanc esse dicit: *Hi Dracones,* inquit, *parte media voluminis sui inuicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur. primaque partes eorum reflexa in circulum, pressis oculis ambitum circuli ingruit, & postmodum cauda reuocantur ad capulum caducei, ornaturque alis ex eadem capuli parte nascentibus.* At cur postea Herculis hic nodus diceretur, inquirendum est. An quia hic nodus generationis & coniugalis complexionis est signum? In qua re supra cæteros fuit fœlix Herculis, vtpote qui LXX. liberos reliquerit, testante id Festo Pompeio: ideoque cingulum, quo noua nupta præcingebatur, & quod vir in lecto soluebat, factum est ex lana ouis, vt sicut illa in glomum sublata coniuncta inter se sit; sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir soluit ominis gratia, vt sic ipse fœlix sit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit. Et hinc in ansis poculorum, quibus in expeditionibus vsus est Hercules, qui ab eo *Heracleotici* dicuntur, *nodus* ille *Herculanus* conspiciebatur. Quam etiam rem Athenæus lib. 11. scriptam reliquit: Ὕστερον δὲ τοῦτο μιμούμενοι (Rhodiacorum scilicet) ἐργάσαντο κεραμεοῦς τε καὶ ἀργυροῦς, ὧν πρῶτοι μὲν ἐγένοντο καὶ κλέος ἔλαβον οἱ Βοιωτοὶ οἱ λεγόμενοι ἡρακλεωτικοί. χρησαμένου δὲ διὰ τὰς στρατείας πρώτου ἡρακλέους τῷ γένει. Διὸ καὶ ἡρακλεωτικοὶ πρὸς ἐνίων καλοῦνται· ἔχουσι μέντοι πρὸς τοὺς ἄλλους διαφοράν. ἐπίστη γὰρ ἐπὶ τῶν ὤτων αὐτοῖς ὁ λεγόμενος ἡράκλειος δεσμός. Id est: *Postea autem imitatione* (Rhodiacorū scilicet) *fabricarunt testaceos & argenteos scyphos, quorum primi fuere existimationemque habuere Bœotici, Herculani vocati, quod eo vsus sit in expeditionibus Herculis. Vnde & Herculani a quibusdam vocati. Differebant ab aliis, quod supra aures erat nodus vocatus Herculanus.* Quem locum mutilatum referens Erasmus, ad gentem, non ad pocula, nō sine manifesto lapsu retulit. Plinius *lib. 29 cap. 3.* symbolum id pacis & cōcordiæ esse adserit, ideoque caduceum Fœcialium & legatorum hoc ornari. Verba solum sunt hæc: Hic tamen complexus anguiū & efferatorum concordia, caussa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie fecerint.

CAPVT XIV.

Nomen in Apollonij Argonauticis sit ne Callichoros, *an vt legit Volaterranus,* Calirrhous, *& de alio loco* Callichoro *& puteo* Callichoro, *prope Eleusinam.*

Apollonius Rhodius in secundo Argonauticῶν:

ὦκα δὲ καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
ἤλυθον, ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς νυσήιον υἷα,
ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν, κατενάσσατο θήβας.
ὀργιάσαι στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν
ᾧ ἐν ἀμειδήτους ἁγίας ηὐλίζετο νύκτας.
ἐξ οὗ καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες
ἠδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.

Quem locum exprimens Valerius Flaccus in 5. ita canit:

Inde premente noto tristeis Acherusidos oras
Praterit, & festa vulgatum nocte Lyai
Callichoron, nec vana fides, hic Bacchus vt vndis
Abluit Eoo roranteis sanguine thyrsos.
Illum post acies rubriq; nouissima claustra
Æquoris, hic resides Thyasos hic æra mouentem,
Vdaq;. Pampinea nectentem cornua vitta,
Nunc etiam meministis aquæ —

Quo tamen loco Volaterranus legit: *Calirrhoon* cōtra omnium codicū fidem, contraq; lectionē vulgatam Apollonii, quē hic exprimere Valeriū Flaccū non potuit latere Volaterranū, qui & ipse Callichorū in Apollonio lectitasse visus est, citato hoc loco in dictione *Callichoros*. Nā Apollonii scholia ex Tarrheo, Theone, Sophocleo collecta idē approbant, ita hunc locum enarrantes: ὦκα δὲ καλλιχόροιο ποταμὸς Παφλαγονίας ἱερὸς Διονύσου περὶ ἡράκλειαν, οὗ μέμνηται καὶ καλλίμαχος. ἔξεισι διὰ στόμα τῶν δισσῶν. οὕτω δὲ κέκληται ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον αὐτόθι στῆσαι χορὸν ὅτε ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεψε. id est: *Callichorus fluuius Paphlagonia. sacer Dionysio, circa Heracleam, cuius meminit Callimachus, exit in Pōtum duobus ostijs. sic vocatus ab eo, quod Dionysius ibi constituerit chorum, quādo ab Indis reuersus est.* Quod autem probant id scholia auctoritate Callimachi, nihil certe eius auctoris habemus, quo eiusce certiores fiamus. Idem tamen Callimachus *in hymno in Cererem Callichori* meminit, nō huius fluminis, sed putei celebrati apud Athenienses circa Eleusinem hoc versu:

τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχόροιο χαμάδις καθίσαο φρητί. id est,
Ter humi desedit apud Callichorum puteum.

Quo tamen loco *Franciscus Robertellus* alium versum substituere nititur, nimirum:

τὼς δ' ἐπὶ καλλίστην σικελῶν πόλιν ἤλυθες ἔνναν.

Sed pace illius viri, si quis antecedentia cum hoc versu contulerit, non male videbitur eo loci quadrare. Postremū vero hoc carmen subdititium esse, aut alio loco infulciendum. Non enim Callimachus ibi Siciliæ locorum, sed errorum Cereris in Græcia & Attica meminit, tandemq; ad Eleusinem ad puteum Callichorum peruenisse, ibique lassam consedisse, vt quæ fuerit:

αὐσταλέα δ' ἄποτός τε, καὶ οὐ φάγες οὐδὲ λόεσσα.

Squalens nimirum absq; potu, absq; cibo haud lota.

Talis nimirũ venit ad Eleusinẽ, cum a Baubo & metanura susciperetur hospitio. Meminit huius putei Apollodorus Atheniẽsis *Bibliotheca siue de Dijs lib 1.* Dicit enim, q Ceres amissa filia, mortali adsimulata mulieri, Eleusinẽ contendit, ac primo quidẽ Agelastũ de suo mœrore appellatum nõ procul a Callichoro puteo insedis. Tum etiam Clemens Alexandrinus in Protreptico: *Cum, inquit, erraret Ceres ad quærendã filiam Proserpinã, circa Eleusinẽ (is est enim locus Atticæ) fatigatur & mœrore affecta sedet super puteo. Hoc in hodiernũ vsq; diem prohibetur ijs, qui initiantur, ne videantur ij, qui sunt initiati mysteris, imitari eam quæ lugebat.* In quẽ locum scholia incerti auctoris sic habent: *Hunc puteum veteres appellabant καλλίχορον.* Dicit enim Callimachus: καλλιχόρῳ ἐπὶ φρητὶ καθίζετο παιδὸς ἄπυστος, vt dubium sit, an scholia in Apollonium, quo loco Callimachum citãt, an de hoc puteo, an de flumine in Pontico versus Callimachi ab illis aduocatus loquatur. Quemadmodũ autem flumẽ illud, & antiũ flumini proximũ, propter choreas, quas Dionysius ab India reuertẽs ibi cum Thyadibus celebrauit ita vt puteus ille, (teste Pausania in Atticis) Callichoros dictus est eo q ibi primũ Eleusine mulieres chorũ instituerũt, cecineruntq; Deæ laudes Sed & alter in Phocide locus est *Panopeius* appellatus quẽ *Callichorum*, vt ait Pausanias, vocauit Homerus, propterea q Thyades Athenis ꝓfectæ, vt Liberi patris Orgia cũ Delphicis mulieribus in Parnasso mõte celebrarẽt quotannis medio itinere multis locis, præcipue Panopensi agro Thyasis choreas ducerent. Callichori fluminis meminit & Plin *lib.6.c.1.* quo loco Hermolaus Calirrhonũ in pꝛęcisis; *Valerij* codicib. & *Plinij* legi adserit, ipse tamẽ huic nostræ opinioni suffragatus, putãs nõ iniuria a choreis nomẽ habere. Sed oẽm cõtrouersiã tollit Ammian. Marcellinus, q *lib 22* Põticas res enarrãs, post aliquot gentiũ enumeratiõnẽ, sic infert & scribit: *Prætercursis partibus memoratis, aliouersum sunt fluenta Callichori ex facto cognominati, quod superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber reuersus, circa huius ripas viridas & opacas Orgia pristina reparauit & choros. Tristerica huiusmodi sacra quidam existimant appellata.* Hæc ille. Et nos ista hactenus.

CAPVT XV.

De fonte Calirrhoe *apud Athenienses, disputatum, an idem cum Enneacrunno fuerit. & Statius defensus.*

STatii carm en est libro duodecimo:

Et quos Callirrhoe nouies errantibus vndis

Implicat —— Quo loco videtur *Statius* sentire fontem Calirrhoen eundẽ esse, qui *Enneacrunnos* dicebatur a nouem *Solanis* siue *salientibus*: quo loco Papinium quidam reprehendunt, q Callirrhoe fonti tribuat, quod alteri cognomento *Enneacrunno*, hoc est, *nouem salientium*, tribuendũ sit, freti auctoritate Solini sic scribentis *Callirrhoen stupent fontẽ, nec ideo crunnesor fontẽ al...*

nulli memorant: quo loci legunt *Enneacrūnos.* Sed longe potior est auctoritas Thucydidis sic scribentis: *ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα. καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ; διὸ δὲ πάλαι, φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν, καλλιρρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκεῖνοί τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο. καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν, καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι.* id est, *Constructa sunt illis templa antiqua, tum etiam fonte tyrannis ita iubentibus nouem salientium appellato, & dum in aperto adhuc essent scaturigines, Callirrhoe nominata, vt quæ fuerit vicina arci, qua vtebantur ad plurima existimatione digna. Nam iam inde ab antiquo, vt nunc quoque, dignum rati sunt, eius aquis vti tum ad connubialia, tū etiam ad reliqua sacra.* Vocatur autem ob hanc antiquam habitationem ipsa arx ab Atheniensibus vrbs. Quæ tamen verba Thucydidis, quod pace doctissimorum virorum, Hermolai & aliorum dictum sit, non ita probant *Callirhoen* vnum eundemq; esse fontē, quem Tyranni *Enneacrunon* nominari iussere, cum eo qui *Callirhoe* antea nuncuparetur. adeo vt forte ii, qui eas voces in Solino distinxerunt, diuersorumq; fontium vocabula esse putauerunt, nō adeo fuerint reprehendendi, distincte ita legentes *In Attica fontes Cephisca, Larine, Callirhoe, Enneacrunos.* Nō enim hic Thucydides, (vt falso Hermolaus putauit,) vult fontem eum, qui olim *Callirhoe* appellaretur, nunc amisisse nomen, & vocari *Enneacrunon*; sed dicit olim cum in aperto essent omnes fontium scaturigines, id est, antequam scilicet illorum meatus subterranei facti tubis, & fistulis in vnum fontem cogerentur, coarctarentur ex scaturigine, quæ vicina erat arci, & *Callirhoe* appellabatur, ad coniugalia & reliqua sacra, quæ in arce & alibi peragebantur, publicitus vsos, & ita intelligit auctorē etiam ipse doctissimus eius scholiastes, cum exponit, *φανερῶν τῶν πηγῶν τῶν αὐτάδ' ὄντων τοῦ ὕδατος*. Hoc est: *Cum scaturigines fontium essent in vrbe plures & aperta*, eas omnes subterraneis fistulis coegisse in vnum fontem, qui nouem scaturiginibus siue fistulis in vnum alueum sit redactus. Ex his autem antiquis scaturiginibus ante exstructos illos fistularum meatus vsos, Callirrhoes saliente ad sacra, vtpote *ἐγγὺς οὔσῃ*, hoc est, *τῇ ἀκροπόλει*; quod scilicet esset omnium scaturiginum pulcerrima, maximeque accommoda ob vicinitatem, ad sacra quæ in arce peragebātur, siue illa coniugialia siue alia essent. quod & ipsum Thucydidis ætate factitabant, cum dicit: *καὶ νῦν ἔτι*. Quocirca nobis dubium reliquit, an *Callirhoes* vetusta scaturigo vna cum reliquis meatibus in Enneacrunum sit coacta, an sola separataque relicta sit. An totus hic ex nouem capitib. siue scaturiginibus fons, ob excellentiam laticis & vetustatis venerationem ita sit appellatus. Quod, ipsum fortasse mouit Statium Papinium, vt toti *Enneacruno* Callirhoes nōmen imposuerit synecdochicῶs. Quanquam Thucydidis verba magis inclinent, vt diuersum credamus; nam si *Callirhoes* mea

ei meatus cum reliquis in vnum fontem sit confusus, quomodo ex ea sola *Callirhoe* dicta, more antiquo, ad sacra potuit adduci in arcem, & non ex confuso latice nomen fontium. An credemus, vnum ex dictis nouem capitibus retinuisse antiquum Callirhoes nomen, quod a nemine scriptum est. An potius sequitur id, quod ante diximus, *Callirhoes* latices mansisse ab *Enneacruno* discretos, & in vsum sacrum relictos? Hæc igitur rei inuestigandæ caussa tãtum dicta sunto, & non vt Sibyllæ oracula, examini docti Lectoris ea relinquendo. Pausanias tamen in Atticis Hermolao adstipulari videtur, qui scribit *in vrbe Athenis proxime theatrum fontem esse, quem Enneacrunon appellant ædificatum a Pisistrato, ea qua cernitur architectura, & hunc vnicum esse in vrbe fontem: sed tota vrbe plurimos puteos scaturire, vnde aquam hauriant.* Cui tamen reclamat Vitruuius & antiquior scriptor de vitiosis aquarum meatibus loquens libro 8. *Hæc, inquit, maxime considerantur Athenis, vbi enim ex huiusmodi locis & fontibus & in asty, & ad portum Pyræum ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo propter eam caussam, sed lauationibus & rebus reliquis vtũtur bibunt autẽ ex puteis, & ita vitãt eorũ vitia.* Potest fieri vt ætate Pausaniæ reliquæ scaturigines obstructæ fuerint. Cæterum quod Pausanias Enneacrunni structuram a Pisistrato conditam dicit, redarguit Thucydides: qui Tyrannos nomen fonti indidisse scribit. Interpres scribit, fuisse Pisistratidas. Potest fieri, vt Pisistratus quidem condiderit, nomen autem indiderint posteri. Cælius Placidus Statii Interpres manifesto errore lapsus est, cum dicit, *Calirhoen fontem esse nouem capitum*, ex quo Cethus & Galais nati sint: non enim a Calirhoe, sed ab *Orithya* & *borea* vento, qui illam rapuit prope Ilissum fluuium Atticæ, originem habuere. Quod ipsum nec Statium latuit in XII scribentem:

——Et rapta qui conscius Orythya
Celauit Geticos ripis Ilissus amores.

Martianus Capella fontes Atticæ multos adserit, inter ceteros & *Callirhoen*. Est & proprium nomen *Callirhoe*. Et Persio meretricis nomen esse volunt hoc versiculo.

His mane edictum, post prandia Callirhoen do.

CAPVT XVI.

Trebellij Pollionis locus illustrior redditus, & de Concharum natura.

IN Trebellii Pollionis Gallieno locus est animaduersione dignus, in Epithalamio, quod idem Gallienus fratrum filiis cecinit.

Ite, ait, o pueri pariter, sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula Conchæ:

Quæsitu nõ indignum videtur, cur *oscula concharum* celebret perferuen-

feruentissimus hic Imperator; An quia Venus *Cōcha vehi* dicitur? ideo forte, quod vt Iuba Maurorū Rex in Physiologiis prodidit, *huius generis animal toto corpore simul aperto in coitu miscetur*, sicut a Fulgentio relatum est. *Oscula* igitur Poeta hic amoris plena, vltra Concharum contactum complexumque calida demonstrat. Cur autem tanta dulcedo amantium insit osculis, explanat in secundo de Clitophontis & Leucippes amoribus, Achilles Statius Alexandrinus: *Osculum*, inquit, *est, quod primum amanti dulce accidit, cum a præstantissima & formosissima corporis parte procreetur. Os enim instrumentum vocis est: Vox autem ab vmbra labiorum. Porro contactus, dum voluptatem in præcordijs ferunt, animos ad sese mutuo suauiandum traducunt.* Hinc Venus apud Theocritum, vel vt alij Bionem bucolicum Smyrnæum in solatium interfecti Adonidis, etiam mortuo oscula huiusmodi iungit:

ὥς σε περιπλέξω, καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.

Vt te circum amplectar, vt labia labijs misceam.

Et Plautus, *Labra labellis conglutinare*, dixit.

Caput XVII.

Disputatum, an Parthenius *fluuius Ponti sit idem cum antedicto* Callichoro, *& auctoritates vtrinq; adlatæ: & Callimachi carmen quomodo intelligendum.*

VEniat & nunc illud in certamen, sitne *Parthenius* Ponti fluuius idem quod *Callichorus*: quæ res vtrinque magnos habet adsertores. Et Apollonius quidem, & eius imitator Valerius Flaccus diuersos faciunt, quibus adstipulatur & Ammianus Marcellinus historicus: quorum Græcus ille Poeta ad hunc modum:

καὶ δὴ παρθενίοιο ῥοὰς ἁλιμυρήεντος
πρηϋτάτου ποταμοῦ παρεμείβετον, ᾧ ἔνι κούρη
Λητωὶς ἄγρηθεν ὅτ' οὐρανὸν εἰσαναβαίνει
ὃν δέμας ἱμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδάτεσσιν.

Quos sic longo interuallo sequutus est Val. Flaccus:

Altius in ventos recipit ratis, ac fugit omne
Crobyali latus, & fatis tibi Typhi negatum
Partheniūm, ante alios Triuiæ, qui creditur amnis
Fidus, & Inopi materna gratior vnda.

Cum ante *Callichori*, vt dictum est, vterque mentionem fecerit, quibus succinens Ammianus Marcellinus in descriptione Ponticarum rerum: *Vltra hæc loca post Trapezunta & Themiscyram* (scilicet Ponticas vrbes) *Acherusia specus est, quod accolæ μυχόπομπον appellant, & portus Acone fluuij Coralius, nō Acheron qui Arcadius, & Iris, & Tibiricus, & iuxta Parthenius, omnes in mare cita rapido decurrentes. Thermodon his est proximus, &c.* At Orpheus Crotoniates, qui Pisistrato regnante floruit, longe vetustior auctor in Argonauticis suis eundem plane Callichoron & Parthenium

niam fluuium ratus est, cognomenq; *Parthenio* Callichoron adstruit his versibus?

> Νῆα κατιθύνων, ἐπὶ παρθενίοιο ῥέεθρα,
> ὃν δὴ καλλίχορον μὲν ἐπώνυμον οἱ καλέουσιν
> ὅν τ' ἐγὼ μύθοισιν ἐπὶ προτέροισιν ἔλεξα. Id est:
> *Nauim dirigens ad Parthenij fluenta,*
> *Quem sane Callichorum cognomine vocant,*
> *Quem ego sermonibus in prioribus elocutus sum.*

Quo tamen loco interpres quidam Callichoon videtur legisse, hunc secundum versum ita vertens:

> *Incola quem nitidis splendentem dicit ab vndis.*

Sed fieri potest, vt in mendosum codicem inciderit; certe indicat Poeta, id non epitheton, sed cognomentum siue secūdarium nomen flumini id fuisse. Nam alias Callichori idem nuspiam meminit; sicuti nec Arrhianus, qui exacte omnem Ponti Euxini circuitum in *Periplo sua Pontica* depinxit, cum tamen *Parthenij* fluminis in confinio Bithyniæ & Paphlagoniæ iuxta Amastrianorū vrbem meminerit. ἀπὸ δὲ τίου, (inquit) εἰς βιλλαῖον ποταμὸν στάδιοι εἴκοσι, ἀπὸ δὲ βιλλαίου ἐπὶ τὸν παρθένιον ποταμὸν στάδιοι ἑκατὸν, μέχρι τοῦδε θρᾶκες οἱ βυθινοὶ νέμονται ὧν καὶ Ξενοφῶν μνήμην ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἐποιήσατο ἐπιμαχωτάτους εἶναι τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν ἐν ἰωνίᾳ, ὅτι ἐν τῇ χώρᾳ ἔπαθεν. ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ ἀρκάδες, ἀπὸ δὲ τῆς χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη παφλαγόνια. ἀπὸ παρθενίου εἰς ἄμαστριν πόλιν ἑλληνίδα στάδιοι ἐνενήκοντα. ὅρμος ναυσίν. ἔνθεν εἰς Ἐρυθίνους &c. Id est: *A Tio ad Billeum fluuium stadia* XX. *a Billeo ad Parthenium fluuium stadia* C. *ad hunc vsq; Thraces, qui Bythini dicuntur, incolunt: quorum & Xenophon mentionem in historia sua fecit: quod bellicosissimi sint eorum, qui Asiam incolunt: multaque mala exercitus apud illos passus est, postquam Arcades ab ijs, qui Chirisophi & Xenophontis partes sequebantur. Ab eo flumine loca in Paphlagonia sunt. A Parthenio vero ad Amastrim ciuitatem Græcā stadia* XC. *Portus is nauibus, inde ad Erythinos,* &c. Vides exacte loca omnia ab hoc auctore depingi, nec tamen vspiam *Callichori* meminisse. Sicuti nec Poetarum princeps *Homerus*, cum tamen & Parthenii, & locorum Bythiniæ & Paphlagoniæ celebriorum sum meminerit. Iliad. 2.

> οἵ ῥα Κύτωρον ἔχον, καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο,
> ἀμφί τε παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον,
> κρῶμνάν τ' αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. id est,
> *Turh qui Cytorum habebant, & Sesamum circum colebant,*
> *Circumq; Parthenium fluuium inclytas domos inhabitabant,*
> *Cromnamq; Ægialumq; & alios Erythinos.*

Quem locum interpretatus innominatus interpres: Παρθένιος (inquit) ποταμὸς, ὅν δὲ τὸν ἔνιοι λέγουσι, διὰ τὴν πραότητα οὕτω προσαγορευθῆναι, ἢ ἐπειδὴ παρθένος ἡ ἄρτεμις ἐν αὐτῷ ἐλούσατο. i. *Parthenius*

fluuius, hunc quidam dicunt ob lenitatem ita nominatum, seu quod Diana virgo, existens, in eo se lauerit. Quod & Apollonius eiusque scholia testãtur. Parthenium Callisthenes appellatum dicit, quod in eo Diana se lauerit, ast alii διὰ τὸ εὔστομον τοῦ ῥεύματος καὶ ἤρεμον φασὶν οὕτω προσαγορεῦσαι, & ob stabilem & quietum ipsius fluxus ita appellatum esse: quibus adstipulatus est Strabo lib. 12 *Parthenius*, inquit, *amnis per florida defertur, vnde & nomen adsequutus est, ortum habens in Paphlagonia.* nullibi commemorãs Callichorum, quemadmodum nec Ptolemæus, nec Stephanus; cum tamen vterque *Parthenij* mentionem faciat. Ptolemæus autem Amastrianorum situm, & Parthenii fluminis ostium propemodum coniungit. Stephanus hunc dictum vult, quod apud eum Diana adhuc virgo venationi operam dederit, seu διὰ τὸ ἠρεμαῖον, καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος, ὡς ἄγαλμα προσιὸν ὡς ἁβρὴ παρθένος. Id est, *vel ob tranquillum & virgineum fluxum, vtq; tam quiete profluat quam mollis incessu virgo.* Sunt qui dicant in hunc cecidisse virginem quãdam, olim cuiusdam Regis filiam, inibique vita functam nomen fluuii inde dedisse finitimos, a casu nimirum virginis. Est & alius Parthenius fluuius Sami insulæ, qui posteris *Imbrasus* dicebatur, testante id hoc versu Callimacho:

αὐτὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε παρθενίου,

Pro Parthenio enim Imbrase iam appellaris.

A quo tota insula postea *Imbrasius* & *Parthenia* appellata, & Sami incolæ Imbrasiones, *vt vult Eustathius in Dionysium.* Est & aliorũ locorum nomen, de quibus nihil hoc loci agere libet. Eustathius innuere videtur, *Parthenium* eundem esse, qui & Theomodon, qua in re puto, fallitur. Plinius cum Apollonio distinguit, nisi mẽdosa sit lectio. Parthenii nomen in hodiernum diem mansit. *Portemi* enim vulgo dicitur. Pomponius *Parthenium* tantum nouit, quod e Gigante fluere ostendit Ptolemæus.

CAPVT XVIII.

Quod Aristoteles dogmata sua etiam Poetarum testimoniis fulciuerit, inibique carmen ex Nicomachiis allatum ex Euripidis Philoctete, cuius verba falso Eustratius interpres Philoctetis personæ adscripserit, cum Vlysses illa apud eundem Poetam proferat. Et Argyropylus notatus, castigatusq; codex Aristotelis.

ARistoteles ille Philosophorum summus, in stabiliendis decretis dogmatibusue suis, vndiquaque tibicines exquirens, etiã subinde Poetarum auctoritates aduocat, quibus ea suffulciat. Vt cum in sexto τῶν νικομαχείων dixisset, non eum videri φρόνιμον, hoc est, *prudentem*, qui nollet solum bona, & commoda vitæ quæ sectanda essent: sed hunc maxime, qui ea prosequeretur, qui autem nollet illa, sed impeditus negotiis superuacuis haud sectari valeret, hunc quidem politicum & ciuilem dici, at prudentem nequaquam.

quam. Itaque quo illud probet, adducit mox Euripidis carmen, quod interpres Eustratius esse ex eius Poetæ *Phylocte* commonstrat, quod est tale:

> πῶς δ' ἂν φρονοίην ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
> ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
> ἴσον μετασχεῖν ———

Hoc sic vertit Argyropylus:

> *Qui namq; prudens sum negotio sine*
> *Licebat, inter milites cui viuere:*
> *Æquamq; partem habere cunctis ex bonis.*

Quod exponens Eustratius interpres. Græce quidem, sed in hanc Latinam sententiam loquitur: *His iambis Euripides in Phylocte verbis manifeste, sed rebus quidem obscure, prudentiam a familiari & ciuil. videtur distinguere; Induci: enim Philoctetem, se a prudente diuersum esse affirmantem, eo quod cum posset sine vllis negotijs commoda sua procurare, atq; ita esse prudens, se ad Rempublicam administrandã ciuilesq; res agendas trastulerit, vt loco prudentis curiosus euaserit. Curiosus*, inquam, *ob curas multas, quibus ille distringi consueuit, qui ciuiles res tractat; atq; hoc est, quod ab Euripide habemus, alium esse prudentem, & alium ciuilem.* Hactenus interpretis verba retulimus. Quod autẽ apud Euripidem ea verba Philoctetis esse dicit, plane in eo fallus est Eustratius, si modo ita scripsit. Nam *Dion* Chrysostomus, qui initiũ eius Tragœdiæ paraphrasi, seu potius solutæ orationis metaphrasi seu ecphrasi, cui titulus *Philoctetes* expressit, in ipso exordio Vlyssem loqui dicit, cuius mox hæc verba subijcit: *Metus ne quando frustra socij de me hanc opinionem videantur suscepisse, quasi optimus sim & sapientissimus Græcorum. Et quidem quæ quæritur, ea sapientia atq; prudentia est, ob quam quis cogatur plus quã alij Græci laborũ capere communis pro salute & victoria, cum liceat vnum existimatum e vulgo, nullo optimatium minus in his obtinere.* Hactenus versus supra citatos per paraphrasin exposuit, nunc vt intelligamus Vlyssem loqui, subdit: *At enim difficile est inuenire magnanimos ita atq; gloriæ cupidos viros qui non in magnis & arduis rebus versari velint. Claros enim, inque magnis suscipiendis rebus audaces, fere omnes admiramur, & reuera viros existimamus. Qua gloria cupiditate & ego adducor, vt plura habeam negotia, viuamque laboriosius, quam quiuis alius, semper nouum aliquod aggrediens discrimen, ne celebre ob priora gesta nomen disperdam. Nunc igitur ob rem plane periculosam difficilemque, huc in Lemnum veni, vt Philoctetam, atque simul Herculis arcum socijs adportem.* Hæc ille. Ex quibus, ni fallor, sole clarius est, non Philocteta loqui, sed Vlyssem; vnde non is elicitur sensus, quem vult Eustratius, vt Philoctetes procul sit a præcedẽtis nomine, & πολυπράγμων

seu φιλοπράγμων potius, hoc est curiosus & amans negotii potius dicatur quam φρόνιμος, transferens se a laudabili otio ad occupationes ciuiles, quod Siculis gentis est vanius: sed is potius, vt Vlysses vereatur, ne a nomine prudentiæ, quod hactenus tenuit, diuersum faciat, quod gloriæ cupidine incensus, præcipitia magis quam secura, quod prudentius est, consectetur, seque in noua semper & ardua negotia coniiciat. Ceterum, quod sequentia velut carmen superioribus adnexuit Eustratius, seu potius eius interpres, considerandum. Ita enim in vulgaris codicibus sequitur: τοὺς γὰρ περιττοὺς καὶ τι πράσσοντας πλέον ζητοῦσι. γὰρ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν, καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν. Argyropylus omisso illo senario reliqua ita vertit: *Quærunt enim, quod sibiipsis est bonum, & hæc arbitrantur esse agendum*, omisso præcitato senario, qui in vulgatis libris, vt probabile est, ex commentariis aut marginariis adnotationibus in contextum irrepsit, quum nihil etiam fere faciat ad id, quod proponit Aristoteles: fuisse autem in Scholiis, adductum ad superfluas curas damnandas, quæ in vere sapientem non cadunt: Ex hoc apparet, quod Eustratii interpres eum ita verterit:

Nam curiosos atque agentes plurima
Odere Diui. ———

Vt arbitrer ita eum Græce in Scholiis legi:

τοὺς γὰρ περισσοὺς καὶ πράσσοντας πλέον
μισοῦσι θεοὶ ———

Scriptorem autem dum in contextum priorem versum superioribus omnino non cohærentem, infarciret, omisisse posterius hemistichium, vnde sensus imperfectus remanserit. Argyropylum autem habuisse sanctioris notæ codicem, aut saltem quod eum versum nihil ad Aristotelem pertinere arbitraretur, sua lima erasisse & expunxisse. Sed hæc eruditiorum calculis approbanda dimittimus.

CAPVT XIX.

Sallustium in dicto quodam suo videri respexisse ad sententiam quandam Euripidis, & quædam inde mutuatum esse.

SAllustius Crispus, acerrimus vitiorum & luxuriæ Romanæ insectator, quo loco vrbis Romæ mores per secula distinguit, cũ iam inualescentem luxum describit, subiũgit: *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud lingua promtum habere. Amicitias inimicitiasq́; nõ ex re, sed ex commodo æstimare, magisq́; vultum quam ingenium bonum habere.* At prior Euripides sub persona Andromaches, videtur longe antea Lacedæmoniis consimilia improperasse, & his etiam grauiora. Sic enim:

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι, βροτῶν
σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια

ψευδῶν

ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν
ἑλικτὰ κ' οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ
φρονοῦντες, ἀδίκως, εὐτυχεῖτ' ἀν' Ἑλλάδα.
τί δ' οὐκ ἐν ὑμῖν ἐστιν; οὐ πλεῖστοι φόνοι
οὐκ αἰσχροκερδεῖς, οὐ λέγοντες ἄλλα μὲν
γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἀλλ' ἐφευρίσκεσθ' ἀεί.

Id eſt:

O inimiciſſimi mortalium omnibus hominibus
Spartes incolæ, fraudulenta machinamenta,
Mendaciorum reges conſarcinantes machinis
Contortuplicati, nihil ſani, ſed perperam cuncta
Sentientes, iniuſte qui fortunati eſtis in Græcia.
Quid non inter vos eſt, non plurimæ cædes,
Non turpia lucra, non dicentes alia quidem
Lingua, alia ſentientes animo, reperitur ſemper.

Pro οὐ λέγοντες, legerim, εὖ. vt ſit *lingua bona dicentes & aliter in animo ſentientes*; aut οὐ referetur ad τί, & per interrogationem quæretur, *quid? nonne ſemper in vobis inuenitur, vt ſitis aliter loquentes, aliter ſentientes?*

CAPVT XX.

Valerij Maximi locus declaratur de Cotta filio, patrem vlciſcente accuſando Cn. Carbonem.

Hiſtoria eſt in Valerio Maximo, quæ obſcuritatem in ſe habet, niſi lucidiore interpretatione iuuetur. Ea ſic habet *lib. 5. c. 4. de pietate. Hanc pietatem* (loquitur de *Manlio Torquato*) *æmulatus M. Cotta, eo ipſo die quo togam ſumſit virilem, protinus vt e Capitolio deſcedit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, poſtulauit: protractumq; reum iudicio afflixit, & ingenium & adoleſcentiam præclaro opere auſpicatus.* Incertum videri poteſt, de quo loquatur hic auctor; quiſq; fuerit ille *Pater M. Cottæ damnatus a Carbone*; Pro cuius manifeſtiore notione ſciendum plures fuiſſe *Cottas*, & inter ceteros *Cottam legatum L. Syllæ*, bello Mithridatico: hunc cum Bithyniæ præeſſet, auare ſuperbeq; admodũ aduerſus ſocios ſe geſſiſſe; Sic vt male adminiſtratæ prouinciæ a Cn. Carbone ſit poſtulatus, ſententiaq; iudicum cõdemnatus. Meminit eius rei *Dion lib. 36.* in hunc modum ſcribens: ὥστε σύμπαν οὕτως ἐπιμελὲς τοῖς ῥωμαίοις κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον τὸ μηδὲν δωροδοκεῖσθαι ἰσχύσατο ὥστε πρὸς τῷ τοὺς ἐλεγχομένους κολάζειν, καὶ τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν ἐτίμων, τοῦ γοῦν Κόττου τοῦ Μάρκου τὸν μὲν ταμίαν Πούπλιον Ὄππιον ἐπί τε δώροις καὶ ἐπὶ ἐπιβουλῆς ἀποπέμψαντος, αὐτοῦ δὲ πολλὰ ἐκ τῆς βιθυνίας χρηματισαμένου, Γάιον Κάρβωνα τὸν κατηγορήσαντα αὐτοῦ τιμαῖς ὑπατικαῖς, καίπερ δεδημαρχηκότα μόνον ἐσέμνυναν: καὶ οὗτος μέντοι τῆς βιθυνίας καὶ αὐτὸς ὕστερον ἄρξας, καὶ μετριώτερον οὐδὲν τοῦ Κόττου, πλημμελήσας, ἀντικατηγορήθη ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀνθεάλω. id eſt, *Deniq; tanta cura in totum cauerunt Romani eo tempore, ne quis largitionibus ſe corrumpi ſineret, vt præter pœnas, quas eius rei*

manifeste conuiciis affligebant, etiam accusatores eorum honoribus affecerint. M. enim Cotta Publium Oppium Quæstorem suum, quem donorum acceptorum, & insidiarum suspectum habebat, a se dimittente, cum ipse magnam vim pecuniæ ex Bithynia corrasisset, a Cn. Carbone accusatus est. isq; Carbo, etsi præter Tribunatum plebis honorem alium nullum gesserat, ob id Consularibus honoribus exornatus est. Atq; ipse deinde, cum Bithyniam prouinciam obtineret, & quam Cotta, moderatiorem se non gereret, ab eius filio viceuersa in iudicium tractus, reusq; peractus est. Sed quod hic *Dion* dicit accusatum Cottam & damnatum, ob male administratam Bithyniam, nescio an hic idem censendus sit cum illo Cotta, qui legatus Syllæ Heracleam Ponti euertit, ciuitatem antiquam & liberam; quæ claris Reipubl. institutis diu gubernata est: tandem factione quorundam optimatiū suorum per tyrannidem oppressa, Mithridatis partes sequi coacta est. Sed demum a Triario & Cotta obsidione pressa, proditione cuiusdā Damophili capta, ab ipso deniq; Cotta omnibus tum diuinis cum humanis spoliata ornamentis præcipue simulacro quodam Herculis nobili & pulcro, tum incolis maxima ex parte deletis, aut in seruitutem abiectis, aliis etiam in exiliū pulsis, semidiruta & deserta relicta est. quam historiam pluribus exequitur *Memnon historicus*, qui post *Nymphidem Heracleotam* scripsit. Quamobrem, quod nimium auare, superbe, & crudeliter aduersus talem ciuitatem, tam antiquam & nobilem, præterea vi magis, quam sui ipsius ductu Romanas partes deserere coactam, cuius præter hæc antiqua merita in Romanam ciuitatem extarent, sese gessisset; cūm Proceres & reliquiæ ciuitatis miserabili habitu Romam contendissent. de tam atroci facinore conquesturi, abhorrentes penitus a Romanorum æquitate & humanitate, accusatuciq; Cottam, quod etiam (vt apparet) prædam interuertisset. Cuius legationis Princeps fuit Thrasymedes: ἀλλὰ γὰρ παρῆλθον (inquit Memnon) καὶ τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, μετὰ τέκνων, ἐν πενθίμοις ἐσθῆσι, θαλλοὺς ἱκεσίους μετ' ὀλοφυρμῶν προτείνοντες. id est. *Sed etiam aduenit ingens multitudo captiuorum, viri simul & fœminæ vna cum liberis, lugubribus induti vestibus vna cum lamentis & ploratibus supplices oleæ ramos protendentes.* Cotta igitur accusantibus iis auctore Cn. Carbone (vt videtur) damnatus est: *Parumq; abfuit*, (vt ait Memnon) *quin illi exsilium decreuerint. Nam præter mulctas repetundarum, etiam Senatu illum mouerunt, lati claui gestandi ius insuper illi adimentes.* αὐτίκα παρελθὼν (inquit) ὁ Κόττας βραχέα τῇ πατρίῳ διαλεχθεὶς φωνῇ, εἶτα ἐκαθέσθη. καὶ Κάρβων ἀναστάς, ἡμεῖς ὦ Κόττα φησί, πόλιν ἑλεῖν, ἀλλ' οὐχὶ καθελεῖν ἐπετρέψαμεν. μετ' αὐτὸν δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ ὁμοίως Κότταν ᾐτιάσαντο. πολλοῖς μὲν οὖν ἄξιος ὁ Κόττας ἐδόκει ψυχῆς. μετριάσαντες, φυγῇ ἀπεψηφίσαντο τῆς πατρῴας αὐτῶν. id est, *Ex aduerso veniens Cotta, pauca patria voce disseruit, & deinde consedit. Carbo aute consurgens. Nos, inquit, o Cotta ciuitatem capere*

non

non euertere tibi praecepimus. Post hunc aūt & alij accusarunt pariter Cottam, & multis quidem dignus visus est exsilio, rem autē moderati omnes vna latum clauum suffragijs suis illi abstulerunt. Vero autem simile est, hunc Cottam non ob hoc solum, sed quod ait Dion, ob male admiuistratam prouinciam accusatum. Cuius non exiguū auctarium fuerit, hæc superba crudelisq; & auara Heracleæ expugnatio, quod ideo cōmemorare voluimus, quod hæc res a paucis sit animaduersa. Hic est ille Cotta, quem Mithridates profligauit apud Calchedonem. vt gloriatur in sua epistola apud Sallustium Crispum, e libris historiarum illius excerpta.

CAPVT XXI.

Quod Scythæ Paludes matres *appellarint, & de* Morinorum *patria mea incolarum nomenclatura.*

VIdentur Scythæ paludes *matres* appellasse; nam tradit Pomponius Mela libr. 1. *Hypanim oriri ex grandi palude, quam eius matrem appellant accolæ.* Verba Pomponii sunt: *Callipides Hypanis includit, ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolæ appellant: & diu qualis natus est defluit. Tandem non longe a mari, ex paruo fonte, cui Exampæe cognomen est, adeo amaras aquas accipit, vt ipse quoq, iam sui dissimilis, & non dulcis hinc defluat.* Quibus, nisi fallor, verbis, (vt hoc embolimi auctariique vice hic addatur) Licentii Hipponensis Poetæ carmen hoc dilucide explicatur;

> *Exampleosq; lacus fugiens Hypanis vbi amarus*
> *Callipidum Scythicas resonat spumosus ad vndas.*

Vbi alii *Exampeus* legunt, consentientibus magis codicibus. Vt a diuerticulo in viam regrediamur. Sic Mæotis lacus *mater Euxini Ponti* Dionysio dicta est:

> Ἐς ᾗ καὶ βορέην Μαιῶτις ὕδατι λίμνης
> ἐγκέχυται τὴν μέν ῥα περὶ σκύθαι ἀμφινέμονται
> αὐτὴν ἀθάνατοι καλέουσι δὲ μητέρα πόντου.

Vbi Eustathius dicit; *Mæotida inde nomen trahere, quod sit μαῖα,* hoc est, *nutrix & mater Ponti,* quod ipsum subinde repetit. Esse enim magnitudine propemodum Euxino Ponto parem. Ceterum, si quis hoc quoque desideret, hunc locum ita vertit Remnius Fannius:

> *In quam Mœotis penetrans Aquilonis ad axes,*
> *Quam Scithicæ gentes circumdant vndiq, ripis,*
> *Et matrem Ponti perhibent Mœotidis vndam.*

Hinc deriuatum in nostram vernaculam linguam, vt Paludes *Moeras* vocemus, hoc est nostra dialecto *matres* dicitur & lutum *Moera*, quod *matrem* sonat, ob id credo, quod omne hominū genus ex luto, tanquam ex matre, originem trahat. Hinc vltima gens Galliarum *Morini* patriæ meæ humanissimi incolæ; nomenclaturam traxere: nimirum a *Paludibus*, quas Iulius Cæsar

illos sparsim incolere, similiterq; *Dion* historicus docet. Etsi nostra tempestate, omnis illa palustris regio in fœcũdissima pascua versa sit, omni aquarum eluuie per crebros inciles & fossas detersa & in mare deriuata: per aggeres & cataractas marino refluxu æstuque excluso: restante etiamdũ magna illa palude, inter Furnẽsem Bergensemq; ciuitates sita, quã hodieq; gentilitio vocabulo *Mœram* vocant, a quo etymo *Morini* quasi *Mœrini* sunt appellati. Hos Vergilius *extremos hominum*, Cornel. Tacitus *vltimos Galliarum* vocant. Falluntur qui *Morinum* pro oppido accipiunt; cum Ptolemæus id *Taruannam* appellet, dicatq; procul in mediterraneis esse situm, nimirum in confinio Morinici Atrebaticiq; soli. Sed *Mœrini*, sicut & hodie, Oceani accolæ fuere. Vnde mare illud, quod hodieque Britanniam a Gallia disterminat, *fretum Morinorum* priscis dictum, quemadmodum & Poetæ *Gratio* Ouidii contemporaneo in Cynegetico, quo loco de Canibus agit Britannicis:

Quid freta si Morinum dubio refluentia Ponto
Veneris, atq; ipsos libeat penetrare Britannos,
O quanta est merces!

Paulinus quoq; Antistes Nolanus B. Victrinũ laudat in quadã ad eum epistola *quod fera Morinorum corda, quos fremens fundit Oceanus,* (sic enim loquitur) *diuini verbi latice irrigarit.* Quin & Ionas quidã Abbas, coæuus Wulframni Senonẽsiũ Archiepiscopi, in eius Antistitis vita ait *Oceanum, qui Britannias & Frisiam interluit, adiacere regioni Morinorum.* Quod ipsum & Paulus Orosius innuit, *Morinos e regione littoris Britannici sitos esse:* quorũ *naualε Gesoriacum* Ptolemæus cõmemorat, itidemq; in itinerario suo Antoninus Pius: hodieq; celeberrimũ, mutato in Bononiã nomine, iam inde a Constantini magni ætate; vt ante ostendimus. Sed hæc vberius tractanda in libellis nostris antiquitatũ, Deo fauente, suscepimus.

CAPVT XXII.

Caussa allata cur Syri Columbis *abstinuerint, tum quibus maxime; verior aliquanto quam attulit P. Victorius: & de* Atergati *an eadem sit cum* Derceto.

Tibulli carmen est libro primo:

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes,
Alba Palæstino sancta Columba Syro.

Quibus versiculis, nisi fallor, Syris Palæstinen incolentibus sacram & non tangendam columbam innuere vult Tibullus. Et Petrus quidẽ Victorius homo citra controuersiã omnigenæ eruditionis laudẽ adsequutus, capite quodã hoc carmen explicaturus, e Xenophonte quidẽ refert, Chalum amnem plenũ esse omnigenis piscibus quos tamen adorent, neq, iis vescantur, itidẽ vt columbis. Est autem, ni fallor, locus in 1. lib annal. Refert itidẽ ex *Porphyrio in 4. lib* ἀποχῆς, eosdem omnibus animantibus abstinuisse, adeo, vt nisi sero admodũ eos diis immolare cœperint. At caussam cur id facerent,

sent, omisit q̃ cum apud alios scriptores inuenerim, operæ pretiũ duxi hic referre. Constat igitur Syros non solum esu piscium, sed etiam columbarũ (albarum maxime, quas domesticas fere esse constat, & περιστερὰς appellata) abstinuisse. Cuius rei caussam inprimis scite Lucianus in libro de Dea Syria his verbis cõmemerat: Δερκετοῦς δὲ τὸ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθηησάμην θέημα ξένον. ἡμισέη μὲν γυνή· τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. ἡ δὲ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, πᾶσα γυνή ἐστι. πίστιες δὲ οὐ λίην ἀτρεκέες. ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔποτε ἰχθύων ψαύουσι. καὶ ὄρνιθας, τοὺς μὲν ἄλλους σιτέονται· περιστερὴν δὲ μούνην οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσιν ἥδε ἱρή. τὰ δὲ γιγνόμενα δοκέει αὐτοῖς ποιέεσθαι Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα. τὸ μὲν ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει, τὸ δὲ ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο. *Dercetus effigie in Phœnice cõtemplati sumus. Est aũt spectaculũ peregrinũ dimidia sui parte mulieris, a fœminibus aũt ad imos vsq; pedes in piscis caudã protenditur, qua vero effigies in Hierapoli est, tota muliebris est. Ceterũ argumenta, quibus huic rei fide adhibent, haud admodũ manifesta sunt. Pisces rem sacram arbitrantur, neq; illos vnquã attingũt. Et auibus quidẽ aliis vescuntur, Columba vero solam nõ edunt, sed est illis hæc sacra. Quod aũt hæc ita fiant, id facere ipsis visum Dercetus & Semiramidis gratia. Id quidem quoniã Derceto formã piscis induerit; hoc vero ꝙ Semiramidis extremũ in columbã desinat.* Cui tamẽ rei videtur Lucianus derogare, ꝙ quidam in Ægypto p̃scib. nõ vescantur, qui tamẽ id minime in gratiã Dercet⁹ faciãt. Sed Ægyptiis alia potest esse caussa quippe & ipsi pisces quosdã loco Numinũ habeant, vt Oxyrinchũ & Crocodilũ. Congruunt igitur hæc Luciani satis verba Tibulliani carminis sensui. Nã *Palæstino Syro* cum dicit, eos tantum intelligit, qui Phœnicẽ & Palæstinen incolũt, & epitheton *sancta*, religionẽ caussam hãc abstinentiæ esse declarat: vtpote apud quos Dea Derceto forma dimidiatæ mulieris & piscis colebatur. Quin illud quoque emphasi haud caret, cũ *alba* id *colũba* p̃cipue tribuit; ea enim *peristera* est Græcis, de qua lib. 3 Rei rusticæ M. Varro: *Alterũ genus columbarũ est clementius, ꝙ cibo domestico contentũ intra limina ianuæ solet pasci, hoc genus maxime est coloris albi.* Hæc ille, distinguens illud ab altero genere, ꝙ *varium* esse dicit Varro, vt plurimũ liuidũ, quæ Græce πελειάδ dictæ, habitantes libenter in agrestib. turribus, quas Theod. Gaza Aristotelẽ interpretando ob id *Liuias* vocauit. Quocirca columbã illam, seu potius columbæ effigiẽ, in qua Spiritus S. descẽdit in baptismate supra Christi Seruatoris nostri verticẽ, Nonnus Panopolitanus in paraphrasi in Ioannẽ περιστερὰν ἔρημον eam appellat. Sed quoniã in Dercetus mentionẽ incidimus, id nunc dispiciendum, an eadem illa sit q̃ *Atergalim* alii commemorant. Athenæus certe lib. Diphnosoph. 8. plurium opiniones de hac adfert, Dercetus nullam faciens mentionem, simulq; caussas adfert cur Syri piscibus abstineant. Tradit enim, *Antipatrũ Stoicum Tarsensem scribere in 4. περὶ δεισιδαιμονίας*, id est, *de su-*

perstitione; a quibusdam relatum esse, *quod Gatis Syrorum Regina adeo fuerit opsoniorum edax, quod præconio edici fecerit, ne ἄτερ Γάτιδος hoc est, absq; Gatide nemo piscem ederet: quod ignorantes plurimi ipsam Atergatin nominari putantes, a piscibus abstinuerint.* Mnaseas vero in 2 de Asia sic scribit: *Mihi quidem videtur Atergatis difficilis quædam Regina fuisse, quæ populis duriter & aspere præfuerit, sic vt decreto sanciuerit, ne qui piscibus vescerentur; sed ad se adferrent, eo quod placeret ipsi hic cibus: & ob hoc permanere id statutum, vt post quæ ipsi deæ supplicarunt, pisces aureos seu argenteos donarij vice suspendat: Sacerdotes aût per totum diem ipsi deæ mensam præparatos ad esum apponere elixos similiter & assos, quos sane ipsi eius deæ sacerdotes absumût.* Et paulum progrediens rursum inquit: *Atarthatis, vt Xanthus Lydus dicit,* a Mopso Lydo capta *demersa est post Ichthyn filium in palude Ascalonis per cõtumeliam, & a piscibus deuorata est. Quocirca hæc videtur caussa, cur Syri piscibus abstineant.* Aliam rursus caussam adfert Nigidius Figulus apud interpretem *Arati Phænomenon,* quem *Bassum* vocant. Tradit enim, *Pisces qui in signifero constituuntur in flumine Euphrate fuisse, & ibi ouum inuenisse miræ magnitudinis, quod voluentes eiecerunt in terram, atq; ita columbam insedisse, & post aliquot dies exclusisse eam* (lego *deam*) *Syriæ, quæ vocatur Venus, quæ maxime misericors, quæ ad homines pertinebat, quæq; multa, quæ ad vtilitatem hominibus verterentur, ea dicitur inuenisse. Quã quoniam Iouis sæpius a Mercurio laudari, nominariq; audiret, quod in Deos religiosa, in homines officiosa diligẽter fuerit: Rogata a Ioue, quid sibi optanti tribui postularet, illa ait: vt pisces qui suam originẽ seruassent, immortalis præmio afficerẽtur. Iuppiter in XII signis pisces syderũ splendore decorauit. Vnde hodie quoq; Syri neq; hos pisces edunt, & columbas potestate decorant.* Ecce hic *Venerẽ* vocat, quã alii *Atergatin*, sicut & Diogenes Erythræus apud Hyginũ. Ait enim Venere cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse, & eodẽ repente Typhona Giganta, de quo supra diximus, apparuisse Venerem autem cum filio in flumen se proiecisse, & ibi figuram, piscium forma mutasse; quo facto periculo esse liberatos. Itaque postea Syros, qui in his locis sunt proximi, destitisse pisces esitare, quod vereantur eos capere, ne simili caussa Deorum præsidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare. Habes hic & aliam caussam. Contra *in præfato Commentario,* virginem quosdam arbitratos Atergatin traditur; adeo auctores inter sese non consentiunt. At Phurnutus siue Cornutus, is qui de Diis scripsit, hanc Rheam arbitratur, vbi perperam tam in Græco, quam Latinis versionibus *Artaga* legitur: *ἔοικε δ᾽ ἡ αὐτὴ καὶ ἡ παρὰ Σύροις Ἀτεργάτις εἶναι, ἣν διὰ τὸ περιστερᾶς καὶ ἰχθύος ἀπέχεσθαι τιμῶσι, σημαίνοντες ὅτι τὰ μάλιστα ἐνδηλοῦντα τὴν τῆς οὐσίας φύσιν ἀὴρ καὶ ὕδωρ ἐστί.* id est, *Videtur & hæc esse ea, quæ apud Syros Atergatis est, quã colunt abstinentes a columbarum & piscium esu. Hac re indicantes, quod substantiæ caussæ fiat manifestior, aer & aqua.* His videtur cõsentire

tite Macrob. in 1. Saturnal qui terram eam arbitratur, quæ eadem est cum Rhea. Strabo Assyriorum Deam *Margatam* esse dicit, quã quidam *Atharam* siue *Azaram* vocant, id est, *Dianam*. Quidam hanc eandem esse dicunt, quæ sit *Astarte* Sidoniorum Dea, quam literæ sacræ *Astaroth* appellant, quam *Venerem* Procopius Gazæus esse tradit, Ælianus *Sidoniorum esse numen* affirmat. Huius meminisse Plautum volunt in Mercatore, & *Venerem* indicari: nam eius viri ibi commemorantur, vbi *Bapt. Pius Areten* legit perridicule in eo versu:

Diua Astarte hominum Deorumq; vis, vita, salus, &c.

Sed Camerarius eam scenam, vt nothã reiicit, & subdititiam, nec agnouerunt Saracenus & Valla. Tertullianus in Apologetico *Astartem Syriæ peculiare numen* adfirmat, *quod Hebraice Astaroth, latine, superfluam structuram appellari dicit.* Eucherius Lugdunensis hanc *Lunam* arbitratus est. Augustinus in lib. Iudicum, D. Hieronymus in Ozeã, Tertulliano & Æliano consentit. M. Tullius Cicero in 3. de Nat. Deorum hanc *quartam Venerem* autumat *quæ Adonidi nupserit*, quam & *Syriam* vocat. Qua in re inscitiæ a Cælio Rhodigino arguitur iniuria, ni fallor, cum nullum adferat ad id argumentum; & constet, *Adonim in Syria natum.* Plinius lib. 5. cap. 27. *Atergatim & Derceto* plane eandem confitetur. Atergatis Græcis hæc Derceto dicta colitur, quod & Strabo agnoscit, Hermolao approbante, Ctesias hanc Derceto appellat. Huius historiã percenset Diodorũ Siculus in 3. *Est* inquit, *Syriæ ciuitas, Ascalon, haud procul ab hac stagnum est piscibus plenum, iuxtaq; templum insigne Deæ, quam appellant Derceium.* Subdit deinde: *ut Veneris ira in amorem adolescentis inciderit, & ex eo Semiramidem conceperit, & locis desertis exposuerit, quæ ab auibus enutrita, Semiramis inde dicta sit: hinc aues pro Dijs habuisse Syros ijsq; abstinuisse.* Addit: *Derceto pudore in lacum se abiecisse, ibiq; in piscem conuersam, ob idq; Syros pisces ut Deos colere, ab ijsq; abstinere.* Vtriusque rei meminit Ouid. Metamorph. lib. 4 in Thysbes fabula:

——— & dubia est de te Babylonia narret
Derceti, quam versã squamis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt coluisse figura.
An magis ut sumtis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

Quorum duo postremi versus haud dubie de Semiramide intelligendi sunt. Trogus Arethen quandam Syriorum Deam commemorat. Eandem forte vitio mutatarum literarum cum hac Atergati. Sed hæc aliis non intacta, iam omittamus.

CAPVT XXIII.

Archimedei dicti apud Ioannem Tzetzem illustratio, quem & Nicetes Chomates imitatus sit.

DE Archimede Syracusano scribens Ioannes Tzetzes in varia sua historia, illud eius dictum refert:

ἔλεγε δὲ καὶ δωρικῇ φωνῇ συρακουσίᾳ,
πᾷ βῶ, καὶ χαριστίωνι τὰν γᾶν κινήσω πᾶσαν,

Hoc est.

Dixit itaq; Dorice voce Syracusia.
Quo eo, & Charistioni terram mouebo vniuersam.

Hoc explicat in libro de insomniis Synæsius his verbis: Ἀρχιμήδης μὲν οὖν ὁ σικελὸς, ᾔτει χωρίον ἔξω τῆς γῆς ὡς ἑαυτὸν ἀντίπαλον γενόμενον, (ita enim legendum) ὅλῃ τῇ γῇ· ἐν αὐτῇ γὰρ ὤν, οὐκ ἔχειν ἔφη δύναμιν πρὸς αὐτήν. Id est. *Proinde Archimedes Siculus locum expetebat extra terram, velut seipsum liberaturus contra totam terram. Cum enim in ipsa esset, non habere se vim aduersus ipsam dixit.* Quid autem sit vox τῷ χαριστίωνι scire non possum, nisi proprium viri sit nomen. Alii eo loco mendum esse suspicantur; Nicetes Choniates non aspernabilis auctor, vt inquit Politianus in extremo historiarum suarum libro, quo gesta Balduini Imperatoris Constantinopolitani, & olim patriæ meæ Flandriæ Principis percenset; hoc Archimedis dictũ alio distorquens, de præfati Principis nostri magnanimitate, eam extollendo loquens, ita scribit: βασιλεύσας δὲ ὁ βαλδουῖνος ἐς μέρη ἔξεισι τὰ ἑσπέρια, οὐχ ὡς αὐτὰ χειρωσόμενος, (πάντα γὰρ οἱ ἁλώσιμα ᾤετο) πᾷ βῶ καὶ κινήσω τὰν γᾶν τὸ δόγμα μικροῦ κομπάζων, καὶ λίαν ἀγέρωχος ὑπὲρ εὐκλείδης φθεγγόμενος, ἀλλ' ὡς διὰ φιλίων χώρων παρελευσόμενος καὶ βασιλεὺς ῥωμαίων ἀναγορευθησόμενος πρὸς πάντας. i. e. *Iam imperans Bald. in partes occidentales se contulit, non vt eas subacturus; omnia enim iam sibi subdita arbitrabatur, iuxta illud dictum, quo eo & mouebo terram hasta, non vt se efferens, & valde iactabunde Euclidem vltra vociferatus, sed tanquam per amicas regiones transiens, & iam a cunctis Romanorum Rex appellatus.* Quo in loco non ὑπὲρ εὐκλείδην, sed ὑπὲρ ἀρχιμήδην legendum contenderim, vt respexerit ad superius dictum Nicetes. Addam hic ex Nicephoro Gregora in cõmẽtario in Synæsiũ q̃ M. Marcellus cũ nauticas copias ab eius machinis magna ex parte cõsumtas vidisset, dixisse virũ antagonistẽn habere se plus q̃ Centimanũ aut Briarea· μάρκελλον ἡττημένον ἐναντία φέροντα, λίαν θαυμάζειν τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν καὶ πρὸς τὴν τέχνην ἐκπλήττεσθαι, καὶ πολλῷ μείζονα τούτου ἡγεῖσθαι τὴν ἰσχὺν ἢ τοὺς μυθικοὺς ἑκατὸν χεῖρας. Id est. *Et Marcellum superatum contra nitentem, admodum admiratum viri prudentiam, & admiratione artificij pene obstupefactum, & multo maiores arbitratum esse huius vires quam fabulosos Centimanes.* Quod autem ad explicationem huius facit, ponebat, ὡς τῇ δοθείσῃ δυνάμει τὸ δοθὲν βάρος κινῆσαι δυνατόν ἐστι, καὶ προσέθηκε πρὸς σύστασιν τῆς ἀποδείξεως ὡς εἰ γῆν εἶχεν ἑτέραν ἐκίνησεν ἂν ταύτην. μεταβὰς ἐν ταύτῃ πρὸς ἐκείνην. Id est *Quod data potestate possibile sit datum pondus mouere, & adposuit, ad consistentiam huius demonstrationis, quod si terram aliã*

habe-

haberet, moueret hanc, istam transcendens ab hac ad illam. Quamlibet autem magna pondera contrariis ponderibus mouere, docet Archimedes in libris *ἰσοῤῥοπικῶν*, id est, *æque ponderantium.* Eius ex eo libro hoc est axioma auctore Gemino Mathematico apud Eutolium Ascalonitam: *τὰ ἴσα βάρη ἀπὸ ἴσων μήκων ἰσοῤῥοπεῖν*, id est, *æqualia pondera ab æqualibus longitudinibus æquilibrare.*

CAPVT XXIV.

De Helenæ Hebreæ sepulchro admirando *non iniucunda historia ex Pausania, tum quæ fuerit illa, explicatum.*

PAusanias in Arcadicis non inconcinnam de Hebræa quadam muliere, eiusque sepulchro commemorat historiam, quam non abs re fuerit his commentationibus inserere, quando pauci perpenderunt, quæ nam esset hæc mulier aut vnde profecta. Ἑβραίοις, inquit, δὲ ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις. ἣν ἐς ἔδαφος κατέβαλεν ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς, μεμηχάνηται δὲ ἐν τῷ τάφῳ τὴν θύραν ὁμοίως πάντα ἔχοντι τῷ τάφῳ λιθίνην, μὴ πρότερον ἀνοίγεσθαι πρὶν ἂν ἡμέραν τε ἀεὶ καὶ ὥραν τὸ ἔτος ἐπαγάγῃ τὴν αὐτήν. τότε δὲ ὑπὸ τοῦ μόνου μηχανήματος ἀνοιχθεῖσα, καὶ οὐ πολὺ ἐπισχοῦσα, συγκλείεσθαι δι' ἑαυτῆς; τοῦτο μὲν δὴ οὕτω, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἀνοῖξαι πειρώμενος ἀνοίξαις μὲν οὐκ ἄν. κατάξεις δὲ αὐτὴν πρότερον βιαζόμενος. i. e. *Hebræi aũt & Helenæ monumentũ habent mulieris indigenæ in ciuitate Solymis, quã funditus solo æquauit Romanor. Imp. Ceterũ tali est machina constructum, vt ianua, quæ cum sepulchro tota lapidea est, non prius aperiatur quam eadem & dies & hora in anno recurrat. Et tunc per solam machinam aperta, nec diu detenta statim occluditur. Hæc ita se habent: alio autem tempore aperire eam si tentes, citius vi confregeris quam aperueris.* Hæc ille. Quæ dum legerem, diu me tenuit admiratio, quænam foret illa Helena in admirando illo sepulchro. Tandem venit in mentem ea Helena, cuius mentionem fecit Iosephus in libris belli iudaici. Tradit enim Claudio imperante, quum fames valida Iudæam occupasset, (cuius & Lucas Euangelista in actis Apostolorum meminit) Helenam Reginam, vt ex Eusebio colligere est, fœminam Christianam multis pecuniis comparatum frumentum de Ægypto & Hierosolymam delatum, indigentib. ministrasse. *Helena,* inquit Eusebius, *huius,* cuius historiographus intulit mentionem, *etiamnum exstat sepulchrum nobile pro portis Hierosolymorum: regnasse autem apud Adiabenorum gentem refertur.* Haud dubie id quod Pausanias scripsit indicans, etsi de portentoso hoc ostii miraculo nihil tradiderit: fortasse de veritate diffisus. Fuit & eadem tempestate in Syria altera *Helena* quæ Simonem magum sequebatur, scortum nobile e Tyro, quod aliquando vulgo prostiterat, quam impostor tamen ille *primam quandam mentem* esse dixit, vt se *Dei parthedrum,* virtutem hanc Helenæ illius Troianæ *mentem,* quam diuinam & poten-

t'ssimam esse dicebat intrasse. De qua plura Irenæus aduersus hæreses libro 1. & illum sequutus Philastrius Brixiensis in hæreseon commentario. Hanc tamen Eusebius *Selenen*, id est, *Lunam* illum appellitasse tradit, habens in illa refuff. ag. torem Iustinum Martyrem *in Apologia ad Antoninum*. Sed & Clemens ille Romanus in recognitionum libris, (si titulus non mentitur auctorem) Eusebio adstipulatur, qui ad satietatem vsque de vtriusque præstigiis commemorat. Tertullianus tamen in lib. de anima Irenæo adstipulatur, & Helenam fuisse nuncupatam tradit.

CAPVT XXV.

Dianæ *cur* molles *Martiali Poetæ appellati* honores, *præter rationes a Politiano adductas superpondium.*

ANgelus Politianus in Miscellaneis aliquot rationes attulit, cur in illo Martialis versiculo:

Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,

prolatum est. Quibus nos rationi illud consentaneum magis adiicimus, quod Ephesii homines luxu proditi, Dianæ festum summa lasciuia, petulantia & luxuria, nocturnis itidem commessationibus cum summa licentia celebrabant, quod etiam præter ceteros testatur Achilles Statius Alexandrinus lib. 6. de Leucippes & Clitophontis Amoribus: *Celebrabantur forte fortuna Dianæ festi dies, & ebriorum plena erant omnia, integramq; noctem mortalium ingens multitudo forum totum percursabat, noctem quoque perpetem ludis absumebat.* Hæc ille. Verosimile autem est in tanta licentia multa nequiter, multa proterue, & turpiter sub noctem maxime patrari solita; vt hinc *molles* non iniuria dicantur.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber VII.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Quid sit lineam mittere *in Plauti Mostellaria, inibi de primatis & alia. Varij auctores, præcipue Vergilius expositi.*

LIneam mittere prouerbio dicitur iis, qui fraudem struit. Vsus eo est Plautus in Mostellaria:

——— vbi huc aduenerit,

Non

Non ego illi extemplo meum ostendam sensum: mittam lineam. Verba sunt Theuropidæ senis insidias seruo tendentis & circumducere volentis, quæ ieiune nimium exiliterq; enarrasse visi sunt eius Poetę interpretes. Cum alius de *linea Geometrarum*, alii nescio quid de *linea pictorum* comminiscantur. At qui rectius, *a piscatorum consuetudine tractum volunt: qui lineam hamatam ad captandos pisces eiaculantur.* Ita enim interpretantur *lineam illud filum*, cuius extremitati hamus adnectitur: in qua sententia est & Pius Bononiensis, quem hic honoris caussa nomino, quod is rectissime omnium hic sensisse videtur, immeritoque eius rei ergo ab alio interprete non indocto suggillatur. Nam & filum quodcunq; & funiculus tenuior *linea* videtur appellari, vel teste parœmia *in lapide albo alba linea*, vnde & Lucilius apud Nonium: *Et amabat omnes. Nam discrimen non facit neq; significat linea alba.* Sed & ego a venatorum consuetudine non inconcinne trahi Metaphoram reor. qui funes quosdam saltibus circumtendunt, quos *lineas & pennatas* dicunt, crebris auium pinnis infixis ad terrendos ceruos, vrsos aut alias feras. Nam & hæc ipsa *lineas* dici apud venustissimũ poetam Gratium animaduerti, quod vti ego arbitror, e lino seu lineis filis contexerentur. Versus Gratii, quibus ea vox continetur, sunt hi, ex eius libro Cynegeticõn:

Prima iubent tenui nascentem iungere filo
Limbum, & quadruplici tomento adstringere lina
Illa operum patiens, illa vsus linea longi.

Linea, id est, funis ille seu chorda, quæ sic contexta erit, diuturna & firma erit, nec facile rumpetur. Sic & *Olympius Nemesianus in eiusdem argumenti libro*, lineam accepit in his versibus:

Nec non & cassis idem venalibus aptos
Atq; plagas longeq; meantia retia tractu
Addiscant raris semper contexere nodis,
Et seruare modum maculis lineq; tenaci
Linea quin etiam magnos circumdare saltus
Quæ possit volucresq; metu concludere prædas,
Digerat innexas non vna ex alite pinnas,
Namq; vrsos magnosq; sues ceruosq; fugaces
Terrificant, liniq; vetant transcendere septum.

Qui examinatius perpenderit hos versus, inueniet lineam hic pro huiusmodi fune crebris auium pinnis infixis ita dici, vnde & apud *Gratium* caput est de pinnatis. Ex quibus manifestum est, liberum cuique esse velitne a venantium more, an piscatorum prouerbii metaphoram mutuari. Nam & Vergilius lib. Georgic. 3. huius rei meminit.

Hos non immissis canibus, non cassibus vllis
Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.

Vbi tamen *pinna* in quibuſdam codicibus legi, teſtis eſt Ioannes Pierius, & ſic inquit contra Capri auctoritatem ſagittas interpretatur, quibus pennæ inſeruntur. Meminit & huius rei Auſonius poeta ad Theonem:

At cum frater vagos dumeta per auia ceruos.
Circumdas maculis, & multa indagine pinnæ

Et rurſum Seneca in lib. de Clementia: *Si feras linea & pinna concluſas contineas, iubeaſq; telis inceſſi, tentabunt fugam per ipſa qua fugerant, proculcabuntq; formidinem.* Et Ouidius in xv. Metamorph.

Nec formidatis ceruos includite pinnis.

Et Lucanus:

——— Sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odorata metuentes aera penna.

Ludouicus Cælius dum inſectatur *Vergilij & Ouidij interpretes*, qui hæc loca non intellexerunt, nec ipſe lectori admodum videtur ſatisfacere, qui hunc venantium morem, tum quid qualiſue eſſet hæc linea, qua ceruos circumdare ſolebant quomodoque pennis illis inſertis variaretur, prorſus videtur ignoraſſe. Tantum id inculcans, pennas illas vſtulari ſolere, vt odorem fœtidum cieant, (quod vanum eſt,) cum etiam ceruos inſtar taurorum, qui puniceca ſeu rubra veſte irritantur, ſecundum Senecam in lib. de ira, rubris ibidem auium pennis terreri. Quod (ita propitii mihi ſint Cælii manes) procul a vero eſt. Non enim hic loquuntur citati auctores de puniceis ſolum, ſed de omnibus auium pennis in genere, qui diuerſis coloribus cum eſſent, ad eum vſum adſumebantur. Quod Aurelius Olympius elegantiſſime docet his verſibus:

Has igitur vario ſemper fucare veneno
Cura tibi, niueiſq; alios miſcere colores,
Alternoſq; metus, ſubtegmina tempore longo.
Dat tibi pinnarum terrentia millia vultur,
Dat Libyæ magnarum auium fœcunda creatrix,
Dantq; grues, cycniq; ſenes, & candidus anſer:
Dant quæ fluminibus, craſſiſq; paludibus errant,
Pelliſoſq; pedes ſtagnanti gurgite tingunt.

Cui adſtipulatur & Gratius in cap de pinnatis:

Sunt quibus immundo decerpta vulture pluma
Inſtrumentum operis fuit & non parua facultas
Tantum interniuei iungantur vellera cygni,
Et ſatis armorum eſt, hæc clara luce coruſcant.
Terribiles ſpecies, ab vulture dirus auaro
Turbat odor ſyluas, meliuſq; alterna valet res.

Ex quibus manifeſtum eſſe, quod, diximus patet, hoc eſt, non ſolis puniceis pennis ad pinnata, ſiue has lineas, ſed omnifario colore tinctis vſos fuiſſe. Ceterum quod Gratius de odore vulturinarum

narum pennarum tradit, explicatur eo carmen Lucani supra allatum, cum dicit:

Claudit odorata metuentes aera penna.

Non nego tamen puniceas in vsu pennas fuisse secundum Vergilium: nam eas maxime vteque hic venandi artificium tradens poeta probat. Sic enim Gratius:

Hic magis in ceruos valuit dolus

(h. e variarum plumarum:)

—— ast vbi lente
Interdum Libyco fucantur sandyce pinnæ
Linteaq; extritis lucent anconibus arma
Rarum, si qua metus eludat bellua falsos.

Pingi itaque solitas pinnas, & loco earum etiam linceas tenias ex hoc auctore est manifestum. Quin Olympius quoque Aurelius idem adseruit manifestius:

Hinc mage puniceos natiuo munere sumes.
Namq; illic sine fine greges florentibus alis
Inuenies auium, suauiq; rubescere luto,
Et sparsos passim tergo vernare colores.

Doctissimus vir D. Hadrianus Turnebus in Virgiliano carmine putat, formidinem ipsam lineam vocari, a quo dissentio vt qui maxime. Vult enim Vergilius dicere puniceas pinnas lineis insertas formidine concepta eos fugere id quod alii poetæ hic satis declarant, vt mirer hoc illi in mentem potuisse venire, sed pluribus fortasse occupatus, parum attente hunc locum considerarat. Solus ex Vergilii interpretibus Iulius Pomponius Sabinus subolfecisse huius loci intellectum videtur, sic scribens: *Punicea pinna, quia venatores suspendunt funibus pennas & campanellas*, etsi nihil solidi aut absoluti ad hunc sensum comprobandum amplius attulerit.

CAPVT II.

Prouerbium oleum & impensam perdere *aliter accipi, & aliunde deduci, quam hactenus opinati sunt quidam.*

OLeum & impensam perdere prouerbialis est locutio, vnde tamen tracta non obuium vbique. Nam qui impensam pro sumtu & expensis interpretantur, fortasse non male, tamen non prouerbialiter, quippe cum nulla ibi subsit metaphora. Ego a re culinaria tractum id arbitror, cum veteres nullum fere cibum coxerint sine oleo. Impensa autem præter notam significationem, culinariæ rei scriptorib. farcturã significat, qua pulli aut aliæ aues altices farciuntur. Apitius lib. 4 *Perunges patinam, in qua oua sex cũ anagoro miscebis cũ succo asparagi impones cineri calido, indes impensam præscriptam, tunc ficedulas compones.* Et reliqua. *Impensus*

vero adiectiuum, significat nondum *depensus*. Hinc *impensa* stipes, quæ nondum expensa solutaue sit, vt auctor est Festus. vt autem concinne dicunt, *oleum & operam periisse*, cum inscitia coquorum cibus est corruptus; sic translatiue cum in aliquam rem sumtus factus est frustra & inaniter, non intempestiue huic prouerbio erit vsus. Palludius Rutilius rei rusticæ primo impensam accipit pro tectorio, quo parietes aut testudines conteguntur. *Virgas*, inquit, *bipedas constitues ferreis ancharis colligatas capillo inter se, atq; argilla subacta coharentes. & ita impensam testacea subter induces, deinde albam operis insere decoratis.*

CAPVT III.

Coracina sacra vbi in Ægypto peragerentur, & cui Deo sacra essent; explicatus D. Ambrosius.

DIui *Ambrosii Mediolanensis Episcopi, doctissimi sacrarum litterarum apud Latinos interpretis* verba sunt, *in commentario in epistolam D. Pauli ad Romanos* Ægyptii autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apim, in similitudinem vaccæ, quod malum imitatus est Hieroboam, vaccas instituens in Samaria, quibus sacrificarent Iudæi, & volucres, quia Coracina sacra habent pagani. Diu me torsit hic locus: Neque enim vspiam reperire potui, vbi corui pro numine colerentur. Tandem incidens in *Æliani animalium historiam*, inibi scriptum inueni: eos qui circa Coptum Ægypti oppidum habitant, binos tantum coruos videre: esse præterea inibi Apollinis delubrum eo in loco, vbi coruos sacros esse fertur, quibus & sacra faciebant. Quomodo autem corui sacri sint Apollini & diuinationis participes, in superioribus a nobis dictum est:

CAPVT IV.

Locus D. Hieronymi in epistola ad Letam post Erasmum excussus, & quantum fieri potuit, emendatus, & genuina lectioni restitutus, inibiq; de Mythra sacris nonnulla.

LOcus est apud D. Hieronymum fœde contaminatus, quod ipsum nec Erasmum latuit, qui dicit; illum per coniecturam, quantum in se fuit, repolluisse. Qui tamen quantum præstiterit, nihil dico; id tantum asserere ausim, difficiliorem sua emendatione veræ lectionis restitutionem fecisse. Locus autem in epistola ad Letam ita se habet: Ante paucos annos propinquus vester Gracchus, nobilitatem, patriam sonans nomine cum præfecturam gereret vrbanam nonne specum Mythræ, & omnia portentuosa simulachra, quibus corax, niphus, miles leo, Perses Helios Bromius pater initiatur, subuertit, fregit, excussit: & his quasi obsidibus antepræmissis impetrauit baptismum

mum. Hæc ille. Quæ tum castigans tum exponens [illegible] ad Barbaricas vrbeis & sacra recurrit, & corax, de sacris coracinis interpretatur, quæ in Ægypti Thebaide peragi prædiximus: sic & de reliquis. Nam pro miles [illegible] reponi [illegible] quæ sit ciuitas Ægypti. Sic & pro niphus [illegible] substituit vocem [illegible]. Sic Leon Leontopoli in Ægypto interpretatus [illegible] quam [illegible] quod Heliodromio absque vllo au[illegible] quos [illegible] parcat mihi interim æquus lector, nec putet a me obtre[illegible] gloriæ nunquam intermoriturę ergo hæc a me [illegible]. Sed vt intelligant omnes, quam sit difficile & [illegible] per tantas [illegible]tebras & salebras corruptorum librorum incedere, vbi nulla certa vestigia habeas, quibus insistas, & [illegible] q̃ [illegible] sola docti plerunque incidant vbi incertis coniecturis nituntur. Vt autem nos quoque videamur aliquid lucis huic loco per se obscurissimo attulisse, facile animaduersu est, Hieronymum hic nõ loqui de simulachris externarũ vrbium, sed de iis quæ in vrbe Roma, in abditis & secretis locis colebãtur, deque sacrificiis nefariis q̃ in abditis fiebant. Præcipue de solis mythriacis, quæ tũ celebriora erant, in quibus multa fœda atque horrenda pꝛatrabantur puta inauditæ libidines, & interdũ homicidia q̃ Gracchus pfectus vrbi sustulerit, nã vt omnino nõ pcedit Gracchũ externa sacra simulachra atq; Ægypti reliquisque peregrinis oppidis subuertisse, ita contra consentaneum est, illũ huiusmodi probri plena arcana, respectu honesti & publici commodi prætexto euertisse, cum hoc interdum ethnici quoque rectores fecerint: qui Bacchanalia, & alia peregrina tum sacra, tum numina sæpe vrbe pepulerunt. Quod ipsum pcipue tũ ad curã pfecti vrbis pertinebat. Quẽ in vrbe cõmorari, nec ab ea discedere magistratus sui tempore licebat. Neq; alibi potestatem iurisdictionem que exercere, quam in vrbe aut saltem intra Italiam. Vt iam absurdum sit dicere Gracchum præfecturam vrbis gerentem in Ægyptũ vsq; (q̃ suum peculiarem rectorẽ habebat) ad simulachra ridicula & deformia euertenda excurrisse. Quibus præsumtis, videamus an huius lectionis aliquem rectiorem sensum elicere queamus. Quocirca sic legendum contenderim. Nonne specum Mythræ & omnia portentuosa simulachra, quibus corenymphis Melissæ, Leoni, Persæ, Helio Bromio, pariter initiantur subuertit & cũ quibus (ni fallor) complexus est vniuersa, quæ in Mythræ, Cereris, Bacchique mysteriis secreta abdita, & portentosa habebantur. Mythra enim Deus in antro siue specu colebatur Leonis effigie cum tiara cui ex aduerso Taurina, siue vaccina statuebatur effigies, cuius cornua premebat is leo, qui solem significabat, contra luna tauri effigie ponebatur, quod vt inquit Porphyrius *in commentario* de antro nympharum ὕψωμα σελήνης ὁ ταῦρος sit, hoc est, quod in tauro maxima eius sit exaltatio. Hæc siue vacca, siue taurus, tum Care, tum Melissa vocabatur, quod generationis

esset crat(e)s: cum præsto erat crater cum lymphis, quas nymphas, quæ & ipsæ Melissæ d(ic)ebantur, arbitrati sunt, tanquam humida r. seminis vim in se continentes prolificam, voluptatemque generandi energiam. Quod si cum *Bromio* hic non pl(a)cet, ... fit suæ Proserpinæ seu Lunæ filius. *Heliodromo* secundum vetustum exemplar legar, & ad Leonem referatur, vt sit *Leoni Heliodromo pariter initiantur*, vt Solem Solisque an(nuum) cursum per Leonem intelligamus. Quod idem in signo Leonis maxime vires suas exserat, vt Porphyrius aliiq; auctores certatim tradunt. De quibus plura Cælius Placidus Statii interpres. Cratera autem aquæ quem nymphæum mystice interpretabantur, tum idem Porphyrius, tum Iustinus mar(t)y: *in 2. apologia ad Antoninum & ad Tryphonem* memoinere. *Persa* autem non gentis arbitror nomen, sed *Persæ* legendum contenderim, vt sit Hecatæ hæc etiá nocturnis sacrificiis erat apta, vt quæ etiam pro Luna accipiebatur, hinc & *triformis* nonnullis, & *noctis filia* Bacchylidi vocata, hoc versu:

Ἑκάτα δαιδοφόρε νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ,

Hoc est.

Hecate facem ferentis & magni sinus noctis filia.

Hæc Persas *Apollonio in 3. Argonauticõn* dicitur πότνια θεὰ Περσηΐς, *Veneranda Dea Persei*, & Valerius Flaccus lib. 7.

——— *Perseasq; sinu depromere vires*
Cœperat ———

Herbarum noxiarum, quas ad Lunam falcibus queis quærebant Hinc Orphici Hecaten Cereris filiam faciebant, vt habent commentarii in Apollonium eandem cum Proserpina & Luna arbitrati, hoc versu:

καὶ τότε δὴ Ἑκάτην Δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν.
Et hoc quidem Hecatem Deo peperit bono patre ortam.

Deo hic Cereris cognomen est Δηὼ, quæ & *Boio* dicitur hinc Virgilius in Cyri de Ianua loquens:

Hinc illam monstro genuit Persea biformi.

Quin & scholia in Theocritum a Zacharia Calliergo collecta dicunt esse quam ἄρτεμιν, h. e. *Dianam* vocant, item φύλακα, δᾳδοῦχον, φωσφόρον, καὶ χθονίαν, h. e. *custodem tædiferam, luciferam, terrestrem.* Plura de Mithracis sacris ab aliis al(l)ata sunt dicta, vt ea hic repetere non sit necesse.

CAPVT V.

Defensus Politianus in Miscellaneis contra duos Baptistas, Pium & Ignatium de Anticulo in equo Troiano suffocato.

SVggillatur *Politianus* a duobus Baptistis vno Bononiensi, cognomento Pio altero Veneto, cognomento Egnatio, quod in Ibide Ouidii Domitii Calderini commentu explodens in illo versu

Vtq; loquax in equo est elisus guttur Agenor

Pro *Agenor, acerno* legendum contenderit, & de Anticlo intelligendum, cuius meminerit Homerus in Odyss.

Ἄντικλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
ἤθελεν· ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς.

Id est.

Anticlus vero te tecum verba commutare
Voluit, sed Vlysses os illius manibus compressit
Fortiter violentus, seruauitq; omnes Achiuos

Ecce inquiunt, Homerus dicit, tantum oppressum & obstructum os Anticli, non etiam suffocatum. Decepit, inquit Egnatius, Politianum vox πνίξειν & πιέζειν. Nam tantum eatenus compressisse os eius Vlysses quatenus adfuit Helena. Ceterum vt legamus in Homero πίεζε, quid tamen vetat mortem inde sequutam, cum dicat ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε; nimirum ambabus manibus os illius & quæ circa os sunt, comprimens & contorquens, hoc enim significat vox πίεζε, id est, ἔσφιγξεν, id est, oblique distorsit, vt Didymi scholia exponunt: idque diutius quam spiritus hominis contineri potest. Nimirum quoad Pallas abduxit Helenam, diu sermocinatam, vt tandem extorqueret vicem alicuius Græcorum. Et tamen cum hæc dicunt, neuter illorum aperit, quis fuerit ille Agenor, seu alius quinis, qui in equo Durateo mortuus sit. Et hi qui post Homerum scripsere, nullum Agenora equum introiisse commemorant, & Calaber Triphyodorus, ex hoc compressu eum mortuum dicit, & in equi illius crure sepultum. Vt iam non culpandus sit Politianus, sed Triphyodorus is quicunque fuit; quem tamen & Grammaticum & versificatorem nobilem adserit Suidas, vt iam non audiendus sit Pius, aperte veritatem prætergressus, dum Politianum non intellexisse Triphyodori versus falso adstruit. Sed nunc ipsa Triphyodori carmina audiamus, quibus ille aperte patrocinium Politiano præstat. Et quum eos, qui equum hunc Ligneum ingressi sunt, percenset. Inter ceteros hunc Anticlum, quem in equo defunctum & mortuum ibi reliquisse Achiuos commemorat:

Ὀρτυγίδης Ἄντικλος, ὃν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἵππῳ ἐνικρυφίοιο τις ἐνιταρχύσαν ἀχαιοί,

Id est.

Ortigydes Anticlus, quem ibidem mortuum
In equo lachrymantes sepelierunt Achiui.

Et paulo post caussam leti Anticli describens:

Ἄντικλος δ' ἔτι κεῖνον ἐδέξατο λαοδάμειαν
μοῦνος ἀμειβομένῳ, ἀπερωεὺς γῆρυν ἀνοῖξαι

ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατόπισθε, καὶ ἀμφοτέρῃσι παλάμῃσιν
ἀμφιπεσὼν ἐπίεζεν ἐπειγόμενος δόμον αὐδῆς.
μάστακα δ' ἀρρήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς
εἶχεν ἐπικρατέως· ὁ δ' ἐπιπλέκτῳ χερσὶ πιεσθεὶς
φεύγων ἀνδροφόνοιο, πελώρια δεσμὰ σιωπῆς
καὶ τὸν μὲν λίπεν ἆσθμα φερέσβιον, οἱ δὲ μὲν ἄλλοι
δάκρυσι λαθριδίοισι κλαίοντες Ἀχαιοὶ
κοῖλον ἀποκρύψαντες ἐς ἰσχίον ἔνθεσαν ἵππου
καὶ χλαῖναν μελέεσσιν ἐπὶ ψυχροῖσι βαλόντες.

Id est.

Anticlus postquam stimulum accepit vxoris Laodamiæ,
Solus reciprocam vocem extulit os aperiens,
Sed Vlysses irruit, & vtrisq; manibus
Circa illum cadens compressit os, vrgens præsoluit,
Menti barbam insolubilib. & immutabilib. pedicis adstringens,
Continuit violenter, hic vero saliyt manibus compressis
Fugiens mortiferi prodigiosa vincula silentij,
Et hunc quidem liquit spiritus vitæ largitor, alij vero
Clancularijs lachrymis lugentes Achiui
Illum occultantes in cauum fæmur imposuerunt equi,
Et chlenam membris frigidis iniecerunt.

Eat nunc *Pius* & dicat *Politianum Triphyodorum* non intellexisse, homo nequid, inuidiosius dicam, eruditione & cognitione vtriusque linguæ neutiquam cum illo comparandus, reclamet veritati quantum libet. Certe ex his Triphyodori versibus plane liquet Homerum ita a veteribus intellectum, ac si aperte dixisset Anticlum ex eo Vlyssis manuum diuturno compressu suffocatum vt plane *Ouidius* quoque ad eos versus, quantumuis refragentur tum *Pius* tum *Egnatius*, respexisse censeri possit.

CAPVT VI.

Restitutus locus in Velleio Paterculo vbi de Magio Celere *agit.*

IN Velleii Paterculi secunda historia mendum est, quo loco de Magio Celere fratre suo agit. Quod cum aliis in eo auctore infinitis vt leue præteriissemus, nisi castigator quidā qui se opem ferre illi auctori iactabat, ex deprauato deteriorem fecisset: quando fere accidere in bonis auctoribus videmus, vt leuia vlcuscula praua temerariorum correctorum audacia, interdum in carcinomata, & immedicabiles gangrenas transeant. Velleii verba prout in edito volumine impressa sunt sic habent: *Cæsar ad alteram belli Dalmatici molem animū atq; arma contulit, in qua regione, quali adiutore legatoq; fratre meo, Magio Celere vllis flauo vsus sit, ipsius patrisq; eius prædicatione testatum est.* Quem locum castigator ille de quo modo diximus; *Ego inquit legendum puto, Magio Celere vlu-*

ſtuo

fano; Hactenus ille. Interim adſertionis ſuæ nulla adlata cauſa. Significat autem (ni fallor) hæc tertia vox Magni Celeris patriam. At in Italia, neque ciuitatẽ neque locum hoc nomine eſſe, adſtruent mecum omnes diligentes bonarum litterarum amatores. Quocirca legendum contenderim *Allifano*, facili librariorum lapſu, qui elementa imperitia quadam ſoliti ſunt ſurſum deorſum auertere, quod in A & V perſæpe animaduertas. *Allifanum* autem ab *Allifis* oppido vocat, quemadmodum ab eodem *Allifanos populum*, Plinius libro tertio capite quinto commemorat. Fuere enim *Allifæ* oppidum Samnitium, ſicut etiam Ptolemæus & Strabo teſtantur: quod Volaterranus, haud procul a Beneuento hodieque ſupereſſe dicit, meminit eius & Silius lib. belli Punici primo.

Illic Parthenope & Preno non peruia Nolæ
Allifæ & Clanio contentæ ſemper Acerræ.

Nam & ipſe Velleius maiores ſuos e Sammo aut vicina Campania videtur agnouiſſe. Meminit *Allifani agri* ipſe etiam *Sotion* in eclogis de admirandis aquarum & fluminum, quem tamen libellum alii *Iſigeno* tribuunt, & περὶ ἀπίστων inſcribunt. Ἐν δὲ Ἀλλιφάνῳ inquit τῆς Ἰταλίας φρέατον ἐστὶ βαθύ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἡλίκον δὲ αὐλὴς χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος ἀλλ' ὑπό τινος θείου κωλύεται, ὥς φησιν Ἰσίγονος. Id eſt. *In Alifano Italiæ puteolus eſt profundus, cuius quidem aqua videtur, cuiuſmodi autem funiculum in eum ab ſummo demittas; non poteſt contingi aqua, ſed ab aliqua numinis vi id prohibetur:* vt tradit *Iſigonus*. Et Horatius.

Inuertunt Alifanis vinaria tota.

CAPVT VII.

Senecæ phraſis quædam annotata lectu rarior, & in Velleio Paterculo reperta conſimilis: & quod confinium *illud* ſenectutis *&* iuuentæ *melius expreſſerit Sophocles, inibiq; ſuper voce* χνοῦς *&* χνοάζειν.

LEgimus nuper Senecæ Tragici poetæ non inuenuſti fabulam Oedipum, cui tamen nonnulli vt malo latinitatis auctori immerito detrahunt: Inuenimuſque ibi nonnullas phraſeis aliunde mutuatas, & e ſuperiorum temporum ſcriptoribus hauſtas: ſicut itidem factum eſt, ab aliis eiuſdem ſeculi poetis, Statio Papinio, Valerio Flacco, Silio Italico, & ipſo etiam Lucano. Sed illa omnino arriſit, qua interſtitium illud, ſeu medium confinium ſenectutis & iuuentæ deſcripſit: idque in Oedipo Tragœdia, eo enim interrogante Iocaſtam, qua ætate occubuiſſet Laius, idque his verſibus:

Vnanima coniunx explica errorem precor,

Quæ spatia moriens Laius vitæ tulit?
Primo ne in æuo virilis anfractu occidit?

Respondet Iocasta lib. ungens:

Inter senem iuuenemq́; sed propior seni.

Cui consimilem mihi apud Velleium Paterculum legisse videor: Sic enim ille in 2. Romanæ historiæ de Ptolomæo Rege vltimo Ægypti loquens & Pompeio: *Ægyptum petere proposuit, memor beneficiorum, quæ in patrem eius Ptolomæi qui tum puero quam iuueni propior regnabat, Alexandriæ contulerat.* Ceterum quod ad illam phrasin pertinet, Sophocles in Oedipo tyranno plane consimilem habet, sed alia figura. Cum enim senem canescere incipientem, qui ex iuuenibus excesserat, describere vellet; ἄρτι χνοάζων [illegible] dixit: hoc est, *iam dudum & primum cana lanugine obuestitum.* Metaphoricῶς enim χνοῦν, hoc est, *primam barbæ lanuginem* ad tunc o escentem canitiem transtulit. Cum enim consimiliter Oedipus interrogat apud Sophoclem, qua ætate occubuerit Laius, his videlicet verbis:

τίν' εἶχε φράζε· τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων
Quod habuit eloquitor & quale decus ætatis.

Respondet Iocasta:

μέγας χνοάζων, ἄρτι λευκανθὲς κάρα
μορφῆς δὲ τῆς σῆς, οὐκ ἀπεστάτει πολύ.
Magnus lanuginosus iamdudum albo capite
A tua forma haud multum distans.

χνοάζων autem significat *lanugine barbæ pubescens*. Sed, vt diximus, per metaphoram ad caniciem refertur: sic ἀναχνοανθῇ Aristophanes in Acharnensibus pro *repubescit* dixit, de pudendo muliebri.

[illegible] αὐτὰ δ' αἰ παχυνθῇ κἀναχνοανθῇ γ' ἐν τρίχα.
Vtinam pinguescat & hirsutis fiat crinibus.

ἀπὸ τοῦ χνοῦ καὶ αὔξη[illegible] quasi *lanugine efflorescens*, interpres: χνοῦς [illegible] τρίχας [illegible], id est χνοῦς *primi pubes crines, si quando puella ætate florere & pubescere incipit.* Hesychius vero, χνοῦς siue χνόος (nam vtroque modo effertur) ὁ τῶν γενείων [illegible], hoc est, *lanugo eius, cui barba esse incipit.* Sic Iulius Pollux lib. 2. περὶ πώγωνος, capite vbi de barba agit: [illegible] χνοῦς [illegible] τὸ χνοάζειν. [illegible] circa genas primus pilorum flos χνοῦς, vnde [illegible] apud Poetas. Dicitur & χνοῦς, *molle stragulum*. Sic enim idem lib. 10 cap. de iis, quæ ad lectos pertinent: [illegible] χνοῦν καὶ [illegible] ἀριστοφάνης εἰπών [illegible] Βαβυλωνίοις [illegible] χνοῦν, [illegible] dicens, vt arbitror, & χνόον & [illegible] de mollibus stragulis. Aristophane in Babyloniis [illegible] paleas & χνοῦν In Danaidibus vero [illegible] χνοῦ. Significat autem ibi χνοῦς auctore Hesychio, [illegible] i. e.

tenues aceris siue palearum particulas μνοῦς vero ἔριον ἁπαλώτατον· καὶ ἡ πρώτη τῶν ἀμνῶν καὶ πώλων ἐξάνθησις, καὶ τὸ λεπτότατον πτερόν, καὶ μάλιστα δὲ χηνῶν, id est, lana mollissima, quæ prima est agnorum & pullorum equinorum efflorescentia, tenuissimaque pluma propriè anserum. Est & χνοῦς lanugo, quæ in Elephantium cute apparet, vt docet Aretæus Cappadox medicus in 2 lib. χρονίων παθῶν. τρίχες δέ, inquit, ἄλλοις μὲν ζώοισι φυσικαὶ ἢ αἱ χαῖται, ἐλέφαντι δὲ οὐδὲ ἰσχνοὶ χνοῦς. Id est. Pili quidem sunt aliis animantibus quidem aut setæ. *Elephanti vero lanugo*. Loquitur de Elephantiali morbo. Hanc autem ætatē quæ senium iuuentutemque distinguit, Plautus in Aulularia mediam vocauit:

Post mediam ætatem qui mediam ducit vxorem domum,
Si eam senex fecerit anum prægnantem fortuito,
Quis dubitat quin sit paratum nomen puero posthumus.

CAPVT VIII.

De quibusdam barbaricorum Deorum nominibus. Marna, Thyandrite, Diasare, Leontucho, Anaitide: Hieronymus, Marinus & alij explicati

MArinus Neapolitanus philosophus, dum Proclum præceptorem suum laudibus in cœlum tollit, vanissimam superstitionem eius, vel potius vt vera loquar, falsissimam illius idololatriam commemorans, barbarica quædam numina paucis cognita nobis ingerit. Sed præstat totum id illius verbis referre ἑορτὰς παρὰ πᾶσι δὲ ὡς εἰπεῖν ἐπισήμους ἑορτὰς κατὰ τὰ παρ' ἑκάστοις πάτρια, δρῶν ἐν χρόνῳ διετέλει, καὶ οὐδὲ ταύτας ὥσπερ ἔνιοι πρόφασιν ἐποιεῖτο ἀναπαύλης τινὸς, ἢ καὶ πληρώσεως τοῦ σώματος: ἐντυχίαι δὲ ἀγρυπνοῖς καὶ ὑμνῳδίαις, καὶ τῶν ὁμοίων, δηλοῖ δὲ ἡ τῶν ὕμνων αὐτοῦ πραγματεία οὐ τῶν παρ' Ἕλλησι μόνον τιμηθέντων ἐγκώμια περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ Μάρναν Γαζαῖον ὑμνοῦσα, καὶ Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον Ἀσκαλωνίτην καὶ Θυανδρίτην ἄλλον Ἀραβίοις πολυτίμητον θεόν. καὶ Ἶσιν τὴν κατὰ Φίλας ἔτι τιμωμένην, καὶ τοὺς ἄλλους ἁπλῶς ἅπαντας. Id est. Quam fere omnium gentium insigniora festa, secundum cuiusq; patriæ morem, sacrificiis rite peregerit, neq; eas occasionem sibi fecerit otii alicuius aut intemperantiæ corporisq; repletionis, sed assiduarum precum & hymnorū declarant sui hymni, qui non tantū eorū, quos Græci venerantur, laudes continent, sed etiā Marnā Gazæum celebrant, & Æsculapiū Leontuchum Ascalonitē, & Thyandritē aliū, quē Deū Arabes magna veneratione prosequuntur, & Isidem quæ colitur Philis, &c. Quo in loco Thyandritem opinati sumus eundem esse, quē Tertullianus in apologetico, vbi de peculiarib. gentiū numinib. agit, Diasarem vocat *Vnicuique*, inquit, *etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est vt Syria Astartes, vt Arabia Diasares*, vt etiam in Tertulliano legendum sit, Thyandrites, nisi Græcos dicamus vocem eam barbaram ad linguam suam detorsisse. Sed melius longe

tissimam esse dicebat intrasse. De qua plura Irenæus aduersus hæreses libro 1. & illum sequutus Philastrius Brixiensis in hæreseon commentatio. Hanc tamen Eusebius Selenen, id est, Lunam illum appellitasse tradit, habens in illa resuffragatorem Iustinum Martyrem in Apologia ad Antoninum. Sed & Clemens ille Romanus in recognitionum libris, (si titulus non mentitur auctorem) Eusebio adstipulatur, qui ad satietatem vsque de vtriusque præstigiis commemorat. Tertullianus tamen in lib. de anima Irenæo adstipulatur, & Helenam fuisse nuncupatam tradit.

Capvt XXV.

Dianæ *cur* molles *Martiali Poeta appellati* honores, *præter rationes a Politiano adductas superpondium.*

Angelus Politianus in Miscellaneis aliquot rationes attulit, cur in illo Martialis versiculo:

Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,

prolatum est. Quibus nos rationi illud consentaneum magis adiicemus, quod Ephesii homines luxu proditi, Dianæ festum summa lasciuia, petulantia & luxuria, nocturnis itidem commessationibus cum summa licentia celebrabant, quod etiam præter ceteros testatur Achilles Statius Alexandrinus lib. 6. de Leucippes & Clitophontis Amoribus: *Celebrabantur forte fortuna Dianæ festi dies, & ebriorum plena erant omnia, integramq; noctem mortalium ingens multitudo forum totum percursabat, noctem quoque perpetem ludis absumebat.* Hæc ille. Verosimile autem est in tanta licentia multa nequiter, multa proterue, & turpiter sub noctem maxime patrari solita; vt hinc *molles* non iniuria dicantur.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber VII.

Iacobo Nicolao Loensi Auctore.

Capvt I.

Quid sit lineam mittere *in Plauti Mostellaria, inibi de primatiis & alia. Varij auctores, præcipue Vergilius expositi.*

Lineam mittere prouerbio dicitur iis, qui fraudem struit. Vsus eo est Plautus in Mostellaria:

——— *vbi huc aduenerit,*

Non

Non ego illi extemplo meum ostendam sensum: mittam lineam. Verba sunt Theuropidæ senis insidias seruo tendentis & circumducere volentis, quæ ieiune nimium exiliterq; enarrasse visi sunt eius Poetę interpretes Cum alius de *linea Geometrarum*, alii nescio quid de *linea pictorum* comminiscantur. At qui rectius, *a piscatorum consuetudine tractum volunt: qui lineam hamatam ad captandos pisces eiaculantur.* Ita enim interpretantur *lineam* illud *filum*, cuius extremitati hamus adnectitur: in qua sententia est & Pius Bononiensis, quem hic honoris caussa nomino, quod is rectissime omnium hic sensisse videtur, immeritoque eius rei ergo ab alio interprete non indocto suggillatur. Nam & filum quodcunq; & funiculus tenuior *linea* videtur appellari, vel teste parœmia *in lapide albo alba linea*, vnde & Lucilius apud Nonium: *Et amabat omnes. Nam discrimen non facit neq; significat linea alba.* Sed & ego a venatorum consuetudine non inconcinne trahi Metaphoram reor. qui funes quosdam saltibus circumtendunt, quos *lineas & pennatas* dicunt, crebris auium pinnis infixis ad terrendos ceruos, vrsos aut alias feras. Nam & hæc ipsa *lineas* dici apud venustissimũ poetam Gratium animaduerti, quod vti ego arbitror, e lino seu lineis filis contexerentur. Versus Gratii, quibus ea vox continetur, sunt hi, ex eius libro Cynegeticωn:

Prima iubent tenui nascentem iungere filo
Limbum, & quadruplici tomento adstringere lina
Illa operum patiens, illa vsus linea longi.

Linea, id est, funis ille seu chorda, quæ sic contexta erit, diuturna & firma erit, nec facile rumpetur. Sic & *Olympius Nemesianus in eiusdem argumenti libro*, lineam accepit in his versibus:

Nec non & cassis idem venalibus aptos
Atq; plagas longeq; meantia retia tractu
Addiscant raris semper contexere nodis,
Et seruare modum maculis lineq; tenaci
Linea quin etiam magnos circumdare saltus
Quæ possit volucresq; metu concludere prædas,
Digerat innexas non vna ex alite pinnas,
Namq; vrsos magnosq; sues ceruosq; fugaces
Terrificant, linuq; vetant transcendere septum.

Qui examinatius perpenderit hos versus, inueniet lineam hic pro huiusmodi fune crebris auium pinnis infixis ita dici, vnde & apud *Gratium* caput est de pinnatis. Ex quibus manifestum est, liberum cuique esse velitne a venantium more, an piscatorum prouerbii metaphoram mutuari. Nam & Vergilius lib. Georgic. 3. huius rei meminit.

Hos non immissis canibus, non cassibus vllis
Puniceaue agitant pauidos formidine pennæ.

Vbi tamen *pinnæ* in quibusdam codicibus legi, testis est Ioannes Pierius, & sic inquit contra Capri auctoritatem sagittas interpretatur, quibus pennæ inseruntur. Meminit & huius rei Ausonius poeta ad Theonem:

At cum frater vagos dumeta per auia ceruos.
Circumdas maculis, & multa indagine pinnæ.

Et rursum Seneca in lib. de Clementia: *Si feras lineæ & pinnæ conclusas contineas, iubeasq; telis incessi, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntq; formidinem.* Et Ouidius in xv. Metamorph.

Nec formidatis ceruos includite pinnis.

Et Lucanus:

——— Sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odorata metuentes aera penna.

Ludouicus Cælius dum insectatur *Vergilij & Ouidij interpretes*, qui hæc loca non intellexerunt, nec ipse lectori admodum videtur satisfacere, qui hunc venantium morem, tum quid qualisue esset hæc linea, qua ceruos circumdare solebant quomodoque pennis illis insertis variaretur, prorsus videtur ignorasse. Tantum id inculcans, pennas illas vstulari solere, vt odorem fœtidum cieant, (quod vanum est,) tum etiam ceruos instar taurorum, qui puniceca seu rubra veste irritantur, secundum Senecam in lib. de ira, rubris ibidem auium pennis terreri. Quod (ita propitii mihi sint Cælii manes) procul a vero est. Non enim hic loquuntur citati auctores de puniceis solum, sed de omnibus auium pennis in genere, qui diuersis coloribus cum essent, ad eum vsum adsumebantur. Quod Aurelius Olympius elegantissime docet his versibus:

Has igitur vario semper fucare veneno
Cura tibi, niueisq; alios miscere colores,
Alternosq; metus, subtegmina tempore longo.
Dat tibi pinnarum terrentia millia vultur,
Dat Libyæ magnarum auium fœcunda creatrix,
Dantq; grues, cycniq; senes, & candidus anser:
Dant quæ fluminibus, crassisq; paludibus errant,
Pellitosq; pedes stagnanti gurgite tingunt.

Cui adstipulatur & Gratius in cap. de pinnatis:

Sunt quibus immundo decerptæ vulture plumæ
Instrumentum operis fuit & non parua facultas
Tantum inter niuei iungantur vellera cygni,
Et satis armorum est, hæc clara luce coruscant
Terribiles species, ab vulture dirus auaro
Turbat odor syluas, meliusq; alterna valet res.

Ex quibus manifestum esse, quod diximus patet, hoc est, non solis puniceis pennis ad pinnata, siue has lineas, sed omnifario colore tinctis vsos fuisse. Ceterum quod Gratius de odore vulturinarum

narum pennatum tradit, explicatur eo carmen Lucani supra allatum, cùm dicit:

Claudit odorata metuentes aera penna.

Non nego tamen puniceas in vsu pennas fuisse secundum Vergilium: nam eas maxime vterque hic venandi artificium tradens poeta probat. Sic enim Gratius:

Hic magis in ceruos valuit delus

(h. e variarum plumarum:)

——ast vbi lentæ
Interdum Libyco fucantur sandyce pinnæ
Linteaq; extritis lucent anconibus arma
Rarum, si qua metus eludat bellua falsos.

Pingi itaque solitas pinnas, & loco earum etiam linteas tenias ex hoc auctore est manifestum. Quin Olympius quoque Aurelius idem adseruit manifestius:

Hinc mage puniceos natiuo munere sumes.
Namq; illic sine fine greges florentibus alis
Inuenies auium, suauiq; rubescere luto,
Et sparsos passim tergo vernare colores.

Doctissimus vir D. Hadrianus Turnebus in Virgiliano carmine putat, formidinem ipsam lineam vocari, a quo dissentio vt qui maxime. Vult enim Vergilius dicere puniceas pinnas lineis insertas formidine concepta eos fugere id quod alii poetæ hic satis declarant, vt mirer hoc illi in mentem potuisse venire, sed pluribus fortasse occupatus, parum attente hunc locum considerarat. Solus ex Vergilii interpretibus Iulius Pomponius Sabinus subolfecisse huius loci intellectum videtur, sic scribens: *Punicea pinna, quia venatores suspendunt funibus pennas & campanellas*, etsi nihil solidi aut absoluti ad hunc sensum comprobandum amplius attulerit.

CAPVT II.

Prouerbium oleum & impensam perdere *aliter accipi, & aliunde deduci, quam hactenus opinati sunt quidam.*

OLeum & impensam perdere prouerbialis est locutio, vnde tamen tracta non obuium vbique. Nam qui impensam pro sumtu & expensis interpretantur, fortasse non male, tamen non prouerbialiter, quippe cum nulla ibi subsit metaphora. Ego a re culinaria tractum id arbitror, cum veteres nullum fere cibum coxerint sine oleo. Impensa autem præter notam significationem, culinariæ rei scriptorib. farcturā significat, qua pulli aut aliæ aues altices farciuntur. Apitius lib. 4 *Perunges patinam, in qua oua sex cū anagoro misceebis cū succo asparagi impones cineri calido, indes impensam præscriptam, tunc ficedulas compones.* Et reliqua. *Impensus*

vero adiectiuum, significat nondum *depensus*. Hinc *impensa* stipes, quæ nondum expensa solutaue sit, vt auctor est Festus. vt autem concinne dicunt, *oleum & operam periisse*, cum inscitia coquorum cibus est corruptus; sic translatiue cum in aliquam rem sumtus factus est frustra & inaniter, non intempestiue huic prouerbio erit vsus. Palladius Rutilius rei rusticæ primo impensam accipit pro tectorio, quo parietes aut testudines conteguntur. *Virgas, inquit, bipedus constitues ferreis ancharis colligatas capillo inter se, atq; argilla subacta cohærentes. & ita impensam testaceā subter induces, deinde albam operis insere decoratis.*

CAPVT III.

Coracina sacra vbi in Ægypto peragerentur, & cui Deo sacra essent; explicatus D. Ambrosius.

Diui *Ambrosii Mediolanensis Episcopi, doctissimi sacrarum litterarum apud Latinos interpretis* verba sunt, *in commentario in epistolam D. Pauli ad Romanos* Ægyptii autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apim, in similitudinem vaccæ, quod malum imitatus est Hieroboam, vaccas instituens in Samaria, quibus sacrificarent iudæi, & volucres, quia Coracina sacra habent pagani. Diu me torsit hic locus: Neque enim vspiam reperire potui, vbi corui pro numine colerentur. Tandem incidens in *Æliani animalium historiam*, inibi scriptum inueni: eos qui circa Coptum Ægypti oppidum habitant, binos tantum coruos videre: esse præterea inibi Apollinis delubrum eo in loco, vbi coruos sacros esse fertur, quibus & sacra faciebant. Quomodo autem corui sacri sint Apollini & diuinationis participes, in superioribus a nobis dictum est:

CAPVT IV.

Locus D. Hieronymi in epistola ad Letam post Erasmum excussus, & quantum fieri potuit, emendatus, & genuinæ lectioni restitutus, inibiq; de Mythræ sacris nonnulla.

Locus est apud D. Hieronymum fœde contaminatus, quod ipsum nec Erasmum latuit, qui dicit, illum per coniecturam, quantum in se fuit, repoluisse. Qui tamen quantum præstiterit, nihil dico; id tantum asserere ausim, difficiliorem sua emendatione veræ lectionis restitutionem fecisse. Locus autem in epistola ad Letam ita se habet: Ante paucos annos propinquas vestes Gracchus, & nobilitatem, patriam sonans nomine cum præfecturam gereret vrbanam, nonne specum Mythræ, & omnia portentuosa simulachra, quibus corax, niphus, miles leo, Perses Helios Bromius pater initiatur subuertit, fregit, excussit: & his quasi obsidibus ante præmissis impetrauit baptismum

mum. Hæc ille. Quæ tum castigans tum exponens *Erasmus* ad Barbaricas vrbes & sacra recurrit, & corax, de sacris coracinis interpretatur, quæ in Ægypti Thebaide peragi sæpe dicimus. Et sic deinde quis. Nam pro milesio ylon reponit, quæ sit ciuitas Ægypti. Sic & pro niphus nibis substituit, vocem nihili. Sic Leontopolim Ægypti interpretatur: tam quam ridiculum quod Heliodromio absque vllo auctore nobis obtrudit? [illegible] pateat nihil interim æquus lector, nec putet me obtrectandi [illegible] gloriæ nonquam interim ... vt intelligant omnes, quam sit difficile & lubricum per tantas tenebras & salebras corruptorum librorum incedere, vbi nulla certa vestigia habeas, quibus insistas, & in quibus doctissimi plerumque incidant, vbi incertis coniecturis nituntur. Vt autem nos quoque videamur aliquid lucis huic loco per se obscurissimo attulisse, facile animaduersu est, Hieronymum hic non loqui de simulachris exterarum vrbium, sed de iis quæ in vrbe Roma, in abditis & secretis locis colebantur, de quibus sacrificiis nefariis, quæ in abditis fiebant. Præcipue de solis mythriacis, quæ celebriora erant, in quibus multa fœda atque horrenda perpetrabantur, puta infandæ libidines, & interdum homicidia, quæ Gracchus præfectus vrbis sustulerit, nam vt omnino non procedit Gracchum externa sacra simulachra atque Ægypti reliqua in peregrinis oppidis subuertisse, ita contra consentaneum est, illum huiusmodi probri plena arcana, respectu honesti & publici commodi prætextu euertisse, cum hoc interdum ethnici quoque rectores fecerint: qui Bacchanalia, & alia peregrina tum sacra, tum numina sæpe vrbe expulerunt. Quod ipsum præcipue tum ad curam præfecti vrbis pertinebat. Quem in vrbe commorari, nec ab ea discedere magistratus sui tempore licebat. Neque alibi potestatem iurisdictionemque exercere, quam in vrbe aut saltem intra Italiam. Vt iam absurdum sit dicere Gracchum præfecturam vrbis gerentem in Ægyptum vsque (quæ suum peculiarem rectorem habebat) ad simulachra ridicula & deformia euertenda excurrisse. Quibus præsumtis, videamus an huius lectionis aliquem rectiorem sensum elicere queamus. Quæ circa sic legendum contenderim. Nonne specum Mythræ & omnia portentuosa simulachra, quibus corenymphis Melissæ, Leoni, Persæ, Heliodromio, pariter initiantur subuertit & cum quibus (ni fallor) complexus est vniuersa, quæ in Mythræ, Cereris, Bacchique mysteriis secreta abdita, & portentosa habebantur. Mythra enim Deus in antro siue specu colebatur Leonis effigie cum tiara cui ex aduerso Taurina, siue vaccina statuebatur effigies, cuius cornua premebat is leo, qui solem significabat, contra luna tauri effigie ponebatur, quod vt inquit Porphyrius *in commentario* de antro nympharum ὕψωμα σελήνης ὁ ταῦρος sit, hoc est, quod in tauro maxima eius sit exaltatio. Hæc siue vacca, siue taurus, tum Care, tum Melissa vocabatur, quod generationis

esset prælatus: cui præsto erat crater cum lymphis, quas nymphas, quæ & ipsæ Melissæ dicebantur, arbitrati sunt, tanquam humida n. feminis vim in se continentes prolificam, voluptatesque generandi energiam. Quod si cui Bromio hic non placet, esse in mystis sit Proserpinæ seu Lunæ filius. Heliodromo secundum vetustum exemplar legat, & ad Leonem referatur, vt sit *Leones Heliodromo pariter initiantur*, vt Solem Solisque annuum cursum per Leonem intelligamus. Quod idem in signo Leonis maxime vires suas exserat, vt Porphyrius aliique auctores certatim tradunt. De quibus plura Cælius Placidus Statii interpres. Crateris autem aquæ quem nymphæum mystice interpretabantur, tum idem Porphyrius, tum Iustinus martyr *in 2. apologia ad Antoninum & ad Tryphonem* meminere. *Persæ* autem non gentis arbitrarium nomen, sed *Persiæ* legendum contenderim, vt sit Hecatæ hæc etiã nocturnis sacrificiis erat apta, vt quæ etiam pro Luna accipiebatur, hinc & *triformis* nonnullis, & *noctis filia* Bacchylidi vocata, hoc versu:

ἑκάτα δᾳδοφόρε νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ,

H. e. est.

Hecate facem ferentis & magni sinus noctis filia.

Hæc Persas *Apollonio in 3. Argonautic.* dicitur *πότνια θεὰ περσηΐς*, *Veneranda Dea Persei*, & Valerius Flaccus lib. 7.

——— *Perseasq; sinu depromere vires*

Cœperat ———

Herbarum noxiarum, quas ad Lunam falcibus queis quærebant Hinc Orphici Hecaten Cereris filiam faciebant, vt habent commentarii in Apollonium eandem cum Proserpina & Luna arbitrati, hoc versu:

καὶ τότε δὴ ἑκάτην δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν

Et hoc quidem Hecatem Deo peperit bono patre ortam.

Deo hic Cereris cognomen est *δηώ*, quæ & *Boio* dicitur hinc Virgilius in Cyri de ianua loquens:

Hinc illam monstro genuit Persea biformi.

Quin & scholia in Theocritum a Zacharia Calliergo collecta dicunt esse quam *ἄρτεμιν*, h. e. *Dianam* vocant, item *φύλακα δᾳδοῦχον φωσφόρον καὶ χθονίαν*, h. e. *custodem tædiferam. luciferam, terrestrẽ.* Plura de Mithriacis sacris ab aliis al bi sunt dicta, vt ea hic repetere non sit necesse.

CAPVT V.

Defensus Politianus in Miscellaneis contra duos Baptistas, Pium & Ignatium de Antulo in equo Troiano suffocato.

SVgillatur *Politianus* a duobus Baptistis vno Bononiensi, cognomento Pio, altero Veneto, cognomento Egnatio, quod in Ibide Ouidii Domitii Calderini comment. explodens in illo versu

Vtq; loquax in equo est elisus guttur Agenor.

Pro *Agenor*, acerrime legendum contendentes, & de Anticlo intelligendum, cuius meminerit Homerus in Odyss.

Ἄντικλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
ἤθελεν· ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς.

Id est.

Anticlus vero vt tecum verba commutare
Voluit, sed Vlysses os illius manibus compressit
Fortiter violentus, seruauitq; omnes Achiuos

Ecce inquiunt, Homerus dicit, tantum oppressum & obstructum os Anticli, non etiam suffocatum. Decepit, inquit Egnatius, Politianum vox πνίγειν & πιέζειν. Nam tantummodo tenus compressit os eius Vlysses quatenus adfuit Helena. Ceterum vt legamus in Homero πίεζε, quid tamen vetat mortem inde sequutam, cum dicat ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε; nimirum ambabus manibus os illius & quæ circa os sunt, comprimens & contorquens, hoc enim significat vox πίεζε, id est, ἔστρεφεν, id est, *oblique distorsit*, vt Didymi scholia exponunt: idque diutius quam spiritus hominis contineri potest. Nimirum quoad Pallas abduxit Helenam, diu sermocinatam, vt tandem extorqueret vocem alicuius Græcorum. Et tamen cum hæc dicunt, neuter illorum aperit, quis fuerit ille Agenor, seu alius quiuis, qui in equo Durateo mortuus sit. Et hi qui post Homerum scripsere, nullum Agenora equum introiisse commemorant, & Calaber Triphyodorus, ex hoc compressu eum mortuum dicit, & in equi illius crure sepultum. Vt iam non culpandus sit Politianus, sed Triphyodorus is quicunque fuit; quem tamen & Grammaticum & versificatorem nobilem adserit Suidas, vt iam non audiendus sit Pius, aperte veritatem prætergressus, dum Politianum non intellexisse Triphyodori versus falso adstruit. Sed nunc ipsa Triphyodori carmina audiamus, quibus ille aperte patrocinium Politiano præstat. Et quum eos, qui equū hunc Ligurum ingressi sunt, percenset. Inter ceteros hunc Anticlum, quem in equo defunctum & mortuum ibi reliquisse Achiuos commemorat:

Ὀρτυγίδης Ἄντικλος, ὃν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἵππῳ δακρύοντες ἐνεκτέρισαν Ἀχαιοί,

Id est.

Ortigydes Anticlus, quem ibidem mortuum
In equo lachrymantes sepelierunt Achiui.

Et paulo post caussam lethi Anticli describens:

Ἄντικλος δ' ἐπὶ κέντρον ἐδέξατο λαοδάμαντος
μηνιθμοῦ ἀργαλέου, ἀπειρήτου γένυν ἀνοίξας

ἀλλ' ὀδυσσεὺς κατέπαλτο, καὶ ἀμφοτέρῃσι παλάμῃσιν
ἀμφιπιέζων ἐπίεζεν ἐπειγομένου δόμα λύσσης.
μάστακα δ' ἀρρήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς
εἶχεν ἐπικρατέως· ὁ δ' ἐπάλλετο χερσὶ πιεσθεὶς
φεύγων αἰνοφόνοιο πολύζωγρα δεσμὰ σιωπῆς
καὶ τὸν μὲν λίπεν αὖθι φερέσβιος, οἱ δὲ μὲν ἄλλοι
δακρυσὶ λαθριδίοισι κλαύσαντες Ἀχαιοὶ
κοίλου ὑποκρύψαντες ἐς ἰσχίον ἔνθεσαν ἵππου
καὶ χλαῖναν μελέεσσιν ἐπὶ ψυχροῖσι βαλόντες.

Id est.

Anticlus postquam stimulum accepit vxoris Laodamiæ,
Solus reciprocam vocem extulit os aperiens,
Sed Vlysses irruit, & vtrisq; manibus
Circa illum cadens compressit os, vrgens præsoluit,
Menti barbam insolubilib. & immutabilib. pedicis adstringens,
Continuit violenter, hic vero saliit manibus compressis
Fugiens mortiferi prodigiosa vinculo silentij,
Et hunc quidem liquit spiritus vitæ largitor, alij vero
Clanculariis lachrymis lugentes Achiui
Illum occultantes in cauum femur imposuerunt equi,
Et chlenam membris frigidis iniecerunt.

Eat nunc *Pius* & dicat *Politianum Triphyodorum* non intellexisse, homo nequid, inuidiosius dicam, eruditione & cognitione vtriusque linguæ neutiquam cum illo comparandus, reclamet veritati quantum libet. Certe ex his Triphyodori versibus plane liquet Homerum ita a veteribus intellectum, ac si aperte dixisset Anticlum ex eo Vlyssis manuum diuturno compressu suffocatum vt plane *Ouidius* quoque ad eos versus, quantumuis refragentur tum *Pius* tum *Egnatius*, respexisse censeri possit.

Capvt VI.

Restitutus locus in Velleio Paterculo vbi de Magio Celere *agit.*

IN Vellei Paterculi secunda historia mendum est, quo loco de Magio Celere fratre suo agit. Quod cum aliis in eo auctore infinitis velut præteruidemus, nisi castigator quidam qui se opem ferre illi auctori iactabat, ex deprauato deteriorem fecisset: quando fere accidere in bonis auctoribus videmus, vt leuia vlcuscula praua temeratione correctorum audacia, interdum in carcinomata, & immedicabiles gangrenas transeant. Vellei verba prout in edito volumine impressa sunt sic habent: *Cæsar ad alteram belli Dalmatici molem animū atq; arma contulit, in qua regione, quali adiutore legatoq; fratre meo, Magio Celere vlli flauo vsus sit, ipsius patrisq; eius prædicatione testatum est.* Quem locum castigator ille de quo modo diximus; *Ego inquit legendum puto, Magio Celere vli-*

flauio

fano; Hactenus ille. Interim adsertionis suæ nulla adlata caus-a. Significat autem (ni fallor) hæc tertia vox Magis Celeris patriam. At in Italia, neque ciuitatē neque locum hoc nomine esse, adserent mecum omnes diligentes bonarum litterarum amatores. Quare ita legendum contenderim *Allifano*, facili librariorum lapsu, qui clementa imperitia quadam soliti sunt sursum deorsum vertere, quod in A & V persæpe animaduertas. *Allifanum* autem ab *Allifis* oppido vocat, quemadmodum ab eodem *Allifanum populum*, Plinius libro tertio capite quinto commemorat. Fuere enim *Allifæ* oppidum Samnitium, sicut etiam Ptolemæus & Strabo testantur: quod Volaterranus, haud procul a Beneuento hodieque superesse dicit, meminit eius & Silius lib. belli Punici primo.

Illic Parthenope & Preno non peruia Nola
Allifæ & Clanio contentæ semper Acerræ.

Nam & ipse Velleius maiores suos e Sammo aut vicina Campania videtur agnouisse. Meminit *Allifani agri* ipse etiam *Sotion* in eclogis de admirandis aquarum & fluminum, quem tamen libellum alii *Isigeno* tribunt, & περὶ ἀπίστων inscribunt. Ἐν δὲ ἀλιφάνῳ inquit τῆς ἰταλίας φρέατιον ἐςὶ βαθὺ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἐπὶ χον δὲ αὐλὺς χαλάζῃ χοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος ἀλλ' ὑπό τινος θείου κωλύεται, ὥς φησιν Ισίγονος. Id est. *In Alifano Italiæ puteolus est profundus, cuius quidem aqua videtur, cuiusmodi autem funiculum in eum ab summo demittas; non potest contingi aqua, sed ab aliqua numinis vi id prohibetur*: vt tradit *Isigonus*. Et Horatius.

Inuertunt Alifanis vinaria tota.

CAPVT VII.

Senecæ phrasis quædam annotata lectu rarior, & in Velleio Paterculo reperta consimilis: & quod confinium *illud* senectutis *&* iuuentæ *melius expresserit Sophocles, inibiq; super voce* χνοῦς *&* χνοάζειν.

LEgimus nuper Senecæ Tragici poetæ non inuenusti fabulam Oedipum, cui tamen nonnulli vt malo latinitatis auctori immerito detrahunt: Inuenimusque ibi nonnullas phrasceis aliunde mutuatas, & e superiorum temporum scriptoribus haustas: sicut itidem factum est, ab aliis eiusdem seculi poetis, Statio Papinio, Valerio Flacco, Silio Italico, & ipso etiam Lucano. Sed illa omnino arrisit, qua interstitium illud, seu medium confinium senectutis & iuuentæ descripsit: idque in Oedipo Tragœdia, eo enim interrogante Iocastam, qua ætate occubuisset Laius, idque his versibus:

Vnanima coniunx explica errorem precor,

tenues aceris siue palearum particulas μνοῦς vero ἔριον ἁπαλώτατον· καὶ ἡ ἀφρότης τῶν ἀμνῶν καὶ πώλων ἐξάνθησις, καὶ τὸ λεπτότατον πτερὸν, ὥσπερ χηνῶν, id est, lana mollissima, quæ prima est agnorum & pullorum equinorum efflorescentia, tenuissimaque pluma propre anserum. Est & χνοῦς lanugo, quæ in Ele. hanc cutem apparet, ut docet Aretæus Cappadox medicus in 2 lib. χρονίων παθῶν. τρίχες, inquit, ἄλλοις μὲν ζώοισι φυσικῶς εἰσὶ αἱ χαῖται, ἐλέφαντι δέ τι ἐστι ὁ χνοῦς. Id est. Pili quidem sunt aliis animantibus quidem aut sex. *Elephanti vero lanugo*. Loquitur de Elephantiali morbo. Hanc autem ætatē, quæ senium iuuentutemque distinguit, Plautus in Aulularia mediam vocauit:

Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum,
Si eam senex fecerit anum pragnantem fortuito,
Quis dubitat quin sit paratum nomen puero postbumus.

Capvt VIII.

De quibusdam barbaricorum Deorum nominibus. Marna, Thyandrite, Diasare, Leontucho, Anattide: Hieronymus, Marinus & alij explicati

MArinus Neapolitanus philosophus, dum Proclum præceptorem suum laudibus in cœlum tollit, vanissimam superstitionem eius, vel potius vt vera loquar, falsissimam illius idololatriam commemorans, barbarica quædam numina paucis cognita nobis ingerit. Sed præstat totum id illius verbis referre καὶ ὡς παρὰ πᾶσι δὲ ὡς εἰπεῖν ἐπισήμους ἑορτὰς κατὰ τὰ πάτρια, ἱερῶν ἐν πρέσβει διετέλεσε, καὶ οὐδὲ ταύτας ὥσπερ ἔτι ἐμοὶ πρόφασιν ἐποιεῖτο ἀναπαύλης τινὸς, ἢ καὶ πληρώσεως τοῦ σώματος: ἐντυχὼν δὲ ἀγρυπνῶν καὶ ὑμνῳδίας, καὶ τῶν ὁμοίων, δηλοῖ δὲ ἡ τῶν ὕμνων αὐτοῦ πραγματεία οὐ τῶν παρ' Ἕλλησι μόνον ὑμνηθέντων ἐγκώμια περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ Μάρναν Γαζαῖον ὑμνοῦσα, καὶ Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον Ἀσκαλωνίτην καὶ Θυανδρίτην ἄλλον Ἀραβίοις πολυτίμητον θεόν. καὶ Ἶσιν τὴν κατὰ Φίλας ἔτι τιμωμένην, καὶ τοὺς ἄλλους ἁπλῶς ἅπαντας. Id est. Quam fere omnium gentium insigniora Festa, secundum cuiusq; patriæ morem, sacrificiis rite peregerit, neq; eas occasionem sibi fecerit otii alicuius aut intemperantiæ corporisq; repletionis, sed assiduarum precum & hymnorū declarant sui hymni, qui non tantū eorū, quos Græci venerantur, laudes continent, sed etiā Marnā Gazæum celebrant, & Æsculapiū Leontuchum Ascalonitē, & Thyandritē aliū, quē Deū Arabes magna veneratione prosequuntur, & Isidem quæ colitur Philis, &c. Quo in loco Thyandritem opinati sumus eundem esse, quē Tertullianus in apologetico vbi de peculiarib. gentiū numinib. agit, Diasarem vocat *Vnicuique*, inquit, *etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est vt Syriæ Astartes, vt Arabiæ Diasares*, vt etiam in Tertulliano legendum sit, Thyandrites, nisi Græcos dicamus vocem eam barbaram ad linguam suam detorsisse. Sed melius longe

Suidas qui θεὺς ἄρης legit & interpretatur θεὸς ἄρης, sicut in Tertulliano in Apologetico putem *Deus inquam hic Dusares*. Ait autem Suidas, in Petra Arabiae ciuitate coli Deum Martem: simulacrum eius esse lapidem informem, altitudine pedum quatuor, latitudine duorum: iacere autem supra basin auream continuo clauis distincta, huic sacrificant & sanguinem sacerdotum profundunt, hoc illis est libamen, templum ipsum crebro auro ornatum anathemata habens complura. De *Marna* porro duobus locis D. *Hieronymus*, vt in epistola ad Laetam. *Marnas* (inquit) *Gazæ luget inclusus, & euersionem templi iugiter pertremiscit*. Fuit id Gazensium peculiare numen, de quo itidem D. Hieron. in commentariis in Esaiam prophetam *Serapis in Alexandria, & Marnæ templum Gazæ in ecclesias Domini surrexerunt*. De hoc item Stephanus de Gaza loquens meminit: ἔστι καὶ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς ἱερόν, ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν. *ibi inquit, est & Cretæi Iouis templum apud eos, quod ad nostram vsq; ætatem vocauerunt Μαρνᾶν*. Is numen nimirum Creticæ originis. Virgines enim Cretenses sic vocant μαρνᾶν. Quod ad *Leontichum* Ascalonis Æsculapium attinet, nihil dum aliud memoria dignum de eo obseruaui. *Isidem* per totum Ægyptum, olim cultam fuisse notum omnibus est, cuius cultus succrescente religione Christiana, tandem relegatus fit in oppidum Ægypti philas. Anaitas porro Diana colebatur apud Armenios Lydos & Susianos, de qua subinde Strabo, Plinius, Herodotus & Pausanias, vocabatur hæc & *Aneitia* siue *Anaitia*, tum & *Anaitis* & *Anaitica Dea* vt vult Hermolaus: ad cuius castigationes in Plinium diligentem lectorem remittimus.

CAPVT IX.

Locus Terentij in Adelphis *explicatus inibiq; de* auctore *tutore: Apuleio lux infusa.*

ÆSchynes adolescens in Adelphis apud Terentium altercatur cum patre Mitione, quod virginem quam alter adolescens (vt simulat) vitiarat, iustaq; vxoris loco habuerat, adiudicarit externo cuidam Milesio, fuisse nimirum illud indigne factum cui respondet Mitio:

> *Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?*
> *Cui quando nupsit? auctor his rebus quis est?*

Quæ Donatus & alii interpretes exponentes, nihil adducunt, quod ad mentem auctoris faciat, cum subsit recondita intercutaneaque eruditio. Notatur enim populi Romani mos in elocandis liberis, præcipue fœminis. Et ante legem latam de maritandis ordinibus hi soli qui filiam habebant in potestate elocare poterant, quod si hi deficerent, res ad cognatos & gentiles pertinebat, aut saltem tutores, qui tum contrahendarum nuptiarum auctores erant, iis non existentibus, cum incertum esset, ad quos ea

res

res pertinet: et, succurrit lex Iulia de maritandis ordinibus: ex qua vt docet Vlpianus in suis Institutionibus, tutor datur a Prætore vrbis ei mulieri virginiue, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam, promittendamue. Si legitimum tutorem puella non habeat. is autem auctor dicebat, quod, vt idem ait, huiusmodi mulierum tutores auctoritatẽ suam interponerent non etiam vt pupillorum tutores negotia gererent. volens igitur Terentius significare, nullum ius adolescenti, qui clanculum virginem sibi vsurpasset titulo nuptiarum competere, dixit; *quis despondit, quis dedit? Cui nupsit? auctor ijs rebus quis fuit?* Quasi diceret patris parentumue auctoritas non intercessit, non tutoris, nõ patroni, non amici, non defensoris. Quomodo igitur ratæ essent nuptiæ? cum ex edicto Prætorio, teste Paulo libr. ad Edictum 35. *Nuptiæ consistere non possint nisi consentiant omnes, tam ij qui coeunt, quorumq; in potestate sunt.* Rite igitur, & secundum iuris antiqui normam locutus est Terentius: Nuptiarum ius nullum esse, cui auctor pro puella se interponens defuerit, declarat. Non solum autem tutor auctor, mulieri dabatur in contrahendis nuptiis & sponsalibus: sed etiam in adeundis hereditatibus, vt Vlpianus in præfato libro 1 de tutelis declarat, etiam si patronus absit. innuit hoc itidem Cato in suasione legis Oppiæ, apud T. Liuium Decadis quartæ libro quarto: *Maiores* (inquit) *nostri nullam ne priuatã quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt, in manu esse parentum fratrum, virorum; Nos, si Dijs placet, iam etiam rempub. capessere eas patimur.* Postea autem, vt infirmitati mulierum consuleretur, ne vilibus sese negotiis implicarent, in omnibus contractibus illis moribus *tutor* dabatur, qui & *auctor* dicebatur, ne de facili circumuenirentur vnde & post natum est Senatusconsultum Velleianum, quo cautum est *ne mulier intercederet, neue alieno nomine fideiuberet.* Adstitem igitur vbique Prætorianum tutorem in omnibus alienationibus obligationibusque habebat, qui & *auctor* dicebatur. tum etiam si contra tutorem aut maritum agendum esset: Tutor enim in re sua auctor esse non poterat, vt recte inquit in præfato libro & cap. Vlpianus. *Moribus,* inquit, *datur tutor mulieri pupilloue, qui cum tutore suo lege, aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat. (Ipse enim tutor in rem suam auctor fieri nõ potest) qui Prætorianus tutor dicitur quia a Prætore vrbis dari cõsueuit.* Subdit deinde: *Tutoris auctoritas necessaria est, mulieribus quidem in his rebus, si lege, aut legitimo iudicio agant, si obligent, si ciuile negotium gerant, si libertæ suæ permittant, in contubernio alieni serui morari, si mancipia alienent, &c.* Apertus hinc fit locus L. Apulei, in oratione qua a se crimen magiæ repellit. Cum enim illi obiectum esset, quod pecunia vxoris suæ Pudentillæ pulcerrimum prædium sibi comparasset, id refellens dicit, Pudentillam suo id nomine emisse, testimonio id esse, quod Pudentillæ nomen in tabula esset, eius

quoq; nomine depensum tributum esse, tum etiã adesse tutorem auctorem, qui emtioni nomine Pudentillæ suam auctoritatẽ interposuerit, verba Apuleii sunt hæc: *Dicis me magia, de pecunia mulieris pulcerrimum prædiũ meo nomine emisse, dico exiguum herediolũ sexaginta millibus numum id quoq; nõ me, sed Pudentillam suo nomine emisse: Pudentillæ nomen in tabula esse; Pudentillæ nomine pro eo tributum depensum. Præsens est Quæstor publicus, cui depensum est, Corvinius celer vir ornatus: Adest etiam tutor auctor mulieris, vir grauissimus & sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus Cassius Longinus.* Tutor auctor qui nomine mulieris stipulatus sit, contraxerit, ex eo to interposita sua auctoritate. Quod autem Vlpiani libellum hunc Louanii excusum, qui nunc habet inscriptionem ex Vlpiani corpore tit. 29. institutionum nomine citauimus, auctorem sequuti sumus Boetium, qui *in 2 Commentar in Ciceronis Topica* locum citat ex Vlpiani Instit. quẽ in hoc libello legimus. Sed cum inueniamus Vlpianum duos Institutionum libros scripsisse, non ini mirum videri debet, si iussu Alarici Regis Gotthorum excerptum sit hoc veluti breuiarium: sicuti alii e Caii Iurisconsulti quinq; libris duos imperfectos truncatosq; libellos nobis reliquerunt. Vt autem ad institutum reuertamur, & melius liquescat, qui sint Terentio *auctores* in contrahendis sponsalibus & nuptiis legitimi, Catulli carmen adducere necesse est, sua auctoritate velut tibicinibus suffulciens ea quæ diximus hac in Epithalamio lepida allusione ita canentis.

Qui desponsa tua firmes connubia flamma
Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes,
Nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.

Dicit auctorum & parentum prius intercessisse auctoritatem. Sed hæc hactenus. Quod autem ad *tutoris auctoris* auctoritatem in emtionibus mulierum attinet, remansere eius rei vestigia vsq; ad nostram ætatem, vbi si quando mulier vendit beneficiario fundo, (quem feudum nostra vocat ætas) coram iudicibus, in quorum iurisdictione is fundus situs est, traditionem facere compellitur, attribuitur ipsi auctor tutor, qui traditionem pro ea ratam faciat, quem vulgi loquendi more kerck bystaende voocht/ laicalem tutorem adstantem siue *Adstitem*, (si ita loqui liceat) appellãt. Quod locis quibusdam in rel quis quoq; mulierum contractibus obseruatur.

CAPVT X.

Locus apud eundem Terentium interpretatus de in manum conuentione.

PLura esse in eo auctore, quæ maiorem in explicando requirant diligentiam, manifestum est, nimirum alludente eo ad aliquam veterem consuetudinem aut ritum: quod non attendentes interpretes, interdum inepti sunt, sicut in eo loco Terentii ex

Andria

Andria vbi Pamphilus sibi commendatam Glycerium a Chryside
moriente commemorat, extrema eius verba referens, & inter cæ-
tera hæc:

Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem.
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei,
Hanc mihi in manum dat; mors continuo ipsam occupat.

Vbi alludit primo ad *fideicommissa*, d[illegible] inde ritum matrimonii ex-
pressit quæ fiebat per conuentionem in manum. In quem locum
Donatus *Cõfirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manũ conuentionem:*
bene quidem, sed obscure nimium & succinctèque; quomodo enim in
conueniretur in manum nõ expressit. Fiebat id, teste Vlpiano farre,
certis verbis & decem testibus præsentibus & solemni sacrificio fa-
cto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Præterea coemtione,
quæ similiter fiebat testibus præsentibus & libripende, qui adijce-
ret. Coemtionem certis solemnitatibus peragi solitam, ex eodem
Vlpiano docet Boetius, & sese in communicando inuicem interro-
gabant, Vir ita: *An sibi materfamilias mulier esse vellet?* Illa respon-
debat, *velle.* Item mulier interrogabat *An vir sibi paterfamil. esse
vellet?* ille respondebat, *velle.* Itaq; mulier viri cõueniebat in ma-
num, & vocabantur *hæ nuptiæ per coemtionem:* & erat mulier ma-
terfamilias viro loco filiæ: Et de ea hic sentit Terentius, cum di-
cit: *Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem.* Quarum nuptiarũ
genus, ideo commentarii celebrant, vt legitimum maximeq; fir-
mum, quod mulieri, quæ sic in manum conuenisset, diuertere a
viro, eo inuito non licebat, ex instituto Romuli. Sic in superiore
versu proprie, & ex consuetudine iuris loquutus est Terentius,
cum dicit:

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Fideicommissum enim, teste Vlpiano in Institutionibus nõ ciuili-
bus verbis, sed precatiue relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis pro-
ficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. Verba eius sunt:
Inquit; Fideicommitto, peto, volo dari, & similia. Quod hic mirifice
Terentius obseruauit. Alludit ad conuentionis in manum ritum
Apuleius libro Asini 6 cum sic dicit: *Ecce Psyche conuenit in ma-
num Cupidinis:* hoc est, consensu patris Iouis & testibus Diis cõfir-
matæ sunt nuptiæ. Sic Venus in eodem libro matrimoniũ Psyches
& Cupidinis improbat, quod in solitudine absq; testibus & aucto-
ritate maiorum contractum est. *Impares,* inquit, *nuptiæ, & præterea
in villa, sine testibus, & patre non consentiente factæ, legitimæ non pos-
sunt videri:* Cum testes aduocare moris fuisse supra ex Vlpiano
ostenderimus. Quod tamen postremum Beroaldus, vir alioqui
diligentissimus non videtur animaduertisse. Ceterum, vt amplius
aliquid addamus, Gellii locum eluidemus. Hic enim quum
matronam dixisset eam, quæ quoquo modo cum viro in ma-
trimonio permaneret, subdit: *Matremfamilias proprie & solam dici,*

quæ in mariti manu mancipioq; esset, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioq; esset. quoniam non in matrimonium tantum. Sed in familiam quoq; mariti, & sui heredis locũ venisset. Quod aũt Gellius dicit, *illam in familiam mariti, & sui heredis locum venisse*, idem valet cum eo, quod Boetius ex Vlpiano dixit: *quod mater familias, quæ sic in manum conuenisset, esset loco filiæ:* hoc est, (vt Dionysius Halycarnasseus tradit in secundo antiquitatũ Romanæ historiæ.) *Erat eodem modo quo vir, domus domina; ei quoque morienti heres, tanquam patri filia.* Siquidem vir sine liberis & intestatus decederet, ea omnium relictorũ domina, sin autem proiem is haberet, æqua ex parte cum filiis ad hereditatem defuncti vocabatur. quod in his matronis, quæ *vsu* tantum, & ex alio pacto matrimonium cõtraxerunt, locum non habebat.

CAPVT XI.

Vere ne scriptum reliquerit Boetius, tria esse matrimonii genera, *tum an verum sit* confarreatos non conuenire in manum. *Tertio, an* confarreatio conuenerit solis sacerdotibus.

BOetius Seuerinus quantus sit in literis, præter quam quod hoc abunde declarant tot ab eo scripta præclara volumina, cum etiam in epistolis suis satis testatur Aurelius Cassiodorus, qui illum dicit non solum omnes liberales disciplinas, omnemque philosophiam Latio intulisse, sed etiam mechanicis machinamentis αὐτομάτων stupenda quædam fabricatum. Et viri quidem eruditioni nihil derogatum cupimus; hic tantum id discutiendum accepimus, an illius scripta consentiant cum antiquorum narratione, cum de tribus matrimonii generibus agit. Scribit enim ex Vlpiani institutionibus, tria esse genera matrimoniorũ, vnum quod *vsu*, alterum, quod *coemtione* conuentioneque in manum tertiũ, quod per *confarreationem* fieret. Cum tamẽ Cicero is quem idem exponit duas tantum vxorum differentias constituat. *Genus*, inquit, *est vxor, eius duæ formæ; vna matrum familias; hæ sunt quæ in manum conuenerunt. Altera earum, quæ tantummodo vxores habentur.* Vides vt Cicero nullã tertiæ formæ a Boetio introductæ faciat mentionem. At hic noster, Vlpianum præferens auctorem, dicit tribus modis haberi vxores, *vsu. farre, coemtione.* Addit præterea quod Ciceroni & Gellio consonat, eas tantum matres familias dici, quæ per coemtionem in manum conuenerant. At id aliunde, siue de suo hausit: quæ vsu vel farre minime. Ceterum an Vlpianus talia tradiderit in suis Institutionibus, scire non possumus, cum breuiarium illud, quod ex iis habemus, eo capite lacerũ mancumque sit, solum capitis initium de his quæ in manu sunt habens. Alii tamen auctores, videntur hic, Boetio cõtrarium ferre suffragium Plinius certe lib. decimo octauo cap. tertio, omnibus nuptiis confarreationem, tãquam sacrificium nuptiale, interuenisse

nisse scribit: *Quin* (inquit) *in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo, nouaeq; nuptae farreum libum praeferebant*; Cui clarius multo adstipulatur Dionysius Halicarnasseus, rerum Romanarum peritissimus, in 2 antiquitatũ Rom. siue originum libro. Ait enim Romulum matrimonii legẽ talem constituisse, vti mulier nupta, quę per sacras leges viro coniuncta esset, pecuniarum, sacrorumque omnium esset socia. Vocasse autem legitima, sacraque matrimonia Romana appellatione *φαρρακίαν, ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαρρός, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν. καὶ ὥσπερ Ἕλληνες τὸν κρίθινον καρπὸν ἀρχαιότατον ὑπολαμβάνοντες, ἐπὶ τῶν θυσιῶν κριθαῖς καταρχόμεθα οὐλὰς αὐτὰς καλοῦντες, οὕτω Ῥωμαῖοι τιμιώτατόν τε καρπὸν καὶ ἀρχαιότατον εἶναι νομίζοντες τὰς ζέας, διὰ τούτων ἁπάσης ἐμπύρου θυσίας κατάρχονται.* id est, *Farracia, propter communionem farris, quod nos zeam vocamus. Et quemadmodum Graeci ordeaceum fructum antiquissimum ducunt, & hinc in sacrificijs ordeaceis farinis auspicamur, vlas eas vocantes; ita Romani honoratissimum antiquissimumq; fructum farra, auspicantes omnia ignita ab his sacrificia.* Huius itaque alimenti sacratissimi & primi communione, quo omnium fortuitorum communio quoque designabatur, a farre (vt inquit idem) cognomen habuit, hoc est, fecit vt confarreatio diceretur. Quae communio indissolubilem inter eos fecit familiaritatem, sic vt illud matrimonium dirimi amplius nõ posset, nec esset repudio locus; Contra (vt ille inquit) vxores in potestate viri esse faciebat, easque domus dominas reddebat, hoc est, matres familias; sic vt illa, (vt diximus, morienti heres esset, & tãquam patri filia, in omnem defuncti mariti substantiam succederet, instar sui heredis, aut si liberos haberet *ἰσόμοιρος*, hoc est, aequali sorte cum iis bonorum mariti heres particepsque fieret. Ex quibus (ni fallor) Dionysii verbis satis liquere arbitror, matrimoniũ quod farre coibat, aequalis potestatis, aut idẽ fuisse cum eo, quod per coemtionem fiebat in vtroque conuentionem in manũ fieri solitam. Tum etiam eam, quae per huiusmodi cõfarreationis vinculum iuncta erat, matrem familias fuisse. Vt tertium illud discrimen matrimonii, quod Boetius post Ciceronem introduxit, male forte intellecto Vlpiano superuacuum sit; suffragante etiam Festo Pompeio, qui diffarreationem fuisse genus sacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio; *Quoniam*, inquit, *Confarreatio* (quod huic contrarium est) *fiebat farreo libo adhibito*. In vulgatis exemplaribus deest vox *confarreatio*, sed eam infulciendam docet Hermolaus Barbarus. Confarreatio igitur mulieris virique sacro farraceo libo cõiunctio. Vt diremtio diffarreatio, quae fiebat horrendis quibusdam diris, sacrificio contrario Ex his satis probatum putamus, eius quod Boetius tradidit contrarium, nimirum eas, quae confarreatione coibant, etiam dictas matresfamilias, & nihil distulisse ab iis, quae coemtione in manum conueniebant. & omnino idem cuiuslibet fuisse matrimonium, tum etiam eas quae con-

farreatione coibant, conuenisse in manum. Quod ipsum lacero illo Vlpiani fragméto probatur, qui *in cap. de his quæ in manu sunt*, hæc habet verba *Farre conuenitur in manum certis verbis & testibus decem præsentibus & solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur* Hactenus ille. Quibus consideratis & penitus corruit tertium illa a Boetio prolatum, nimirum *confarreationem solum ad Pontifices pertinere*. Nam Pontificum coniugium omnium sanctissimum maximeq. necessariæ coniunctionis esse debebat, sic vt prorsus maneret indissolubile. Id fieri nō poterat, nisi mulier in familiam & potestatem mariti per cōuentionem in manū immigrasset, adhibito sanctissimo sacro farraceo, sicq; nihil differebat sacerdotū connubium a cōnubio eorum, qui per coemtionem & farraceum sacrum in manum conueniāt. Nam & Gellius est auctor flaminis matrimonium nisi morte dirumpi non potuisse. Poterat tamen excusari Boetius, cum dixit, *ad solos Pontifices pertinere confarreationem*, si de sacro, aut sacri huius peractione loqui voluisset, non etiam de matrimonio; nam ipsum cōfarreationis sacrū a Pōtificibus & flamine haud dubie peragebatur (sicut & in Christianis matrimoniis fit, quæ sacro a sacerdote peracto solemnia fiunt) nisi cōfarreationis matrimonium ab eo, quod per coemtionem coibat, distinxisset. Nūc cum secus fecerit, aliorum esto iudicium; an recte secusue hic senserit Boetius. Quingentis amplius annis citra diuortia Romæ matrimonia constitere. Primus Spurius Carbilius Ruga, a quo vxor dimissa (quā tamen caram habebat) ob sterilitatē, non sine tamen vulgi obtrectatione, qui eam quam superduxit, vt probrosam habuit & pellicem, vt inquit Gellius, quod iuncta esset ei viro, in cuius manu mancupioque alia matrimonii caussa foret; quod ipsum & Dionysius quoq; Halicarnasseus commemorat. Apuleius non ignarus huius moris dixit in decimo asini: *Talis mulieris matrimonium publicitus confarreaturus*, hoc est, initurus, noue, vt solet, & insolenter.

CAPVT XII.

Vocem Parmularius *apud Antoninum Imperatorem in* Palmularius *perperam detortam: inibiq; de ea voce Suetonius explicatus.*

ANtoninus Philosophus & Imperator in primo καθ' ἑαυτὸν ita habet: παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μὴ τ πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος ἢ σκουτάριος γενέσθαι. Vult autem dicere, *monitu nutricis sui, se neq; aurigarum factionibus studuisse, neq; gladiatorum commissionibus*. Quorum priores per *Prasianos* & *Venetianos* intelligit, corrige *Prasinos* & *Venetos*. Hæc enim erant factionum aurigarū nomina, sicut & *Albati* & *Russati*. Per posteriores autem, nimirum per *Palmularios* (tu lege *Parmularios*) & *scutarios*, ipsos gladiatores. Parmularii enim dicebātur a parmis, vt scutarii a scutis, quod iis in dimicationibus arenarius vteretur. Et sic in Domitiano Sue-

toniū

tonii vox illa intelligenda. *Patrem familias, quod Thracem Mirmilloni parem, numerari imparem dixerat, detractum e spectaculo in arenam canibus obiecit, cum hoc titulo: Impie locutus Parmularius.* Parma autem Romanis militibus in vsu fuit, dicta vt inquit Varro, quod a medio in omnes partes par. Nonius tamen scutum breue interpretatur Sallustius historiarum lib. 4. *Hi iocorum perignari & soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum quod inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisq; in formam parmæ equestris armabat.* Virgil. lib. 8. *Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.*

Et Horatius:

Fugis relicta non bene Parmula.

Parmularii autem & *Thraces* sunt: *Threces*, a similitudine parmularum Thracicarum vocati. *Scutarios* autem videtur eos appellare, quos Artemidorus *Hoplomachos* vocat. Latini *sequutores*, quod scuto protecti essent. Vocabantur autem parmæ Græcis *peltæ*, vnde *peltastarum* nomen, quibus primus vsus fuisse dicitur Iphicrates, vt docet Æmilius Probus. Sed de his plura alias. Erant in Romana militia *Equites scutarij*, & scutariorum collegiū vt habetur in Breuiario magistratuum imperii, quod quidam Sexto attribuunt. Sed nihil ad præsens institutum. Hadrianus Turnebus Græcos ait ex *Palmularius, Palmarius* facere, ideoq; hanc lectionē retinet. Sed scimus, quanti nominum Latinorū corruptores fuerint Græci. At Imperatorē Romanum non minus Latinè quàm Græce doctum, haud par est ignorasse vocem, quæ tum in quotidiano vsu erat, ideoque id librariorum posteriorum incuria factum, nisi dicamus Græculos id fecisse, vt emollirent asperā Romani sermonis, quem ipsi barbarum vocabant) pronuntiationem.

CAPVT XIII.

De Cœlesto Deo Carthaginiensium varij auctores excussi. Tertullianus & alij.

Video passim in antiquis monumentis memoriā fieri *Cœlestis* siue *Cœlesti* Dei Carthaginiensib. magna veneratione culti; de quo, quoniam celebris admodū est memoria, plura nobis inquirenda duximus. Tertullianus ergo in libro Apologetico, cum gentium peculiaria numina exponit, ait. *Vnicuiq; etiam prouinciæ & ciuitati suus est Deus, vt Syriæ Astartis, Arabiæ Diasares, vt Norico Deus Belenus* (ita enim legendū ante ostendimus), *vt Africæ Cœlestus.* Huc igitur eum putamus, quē *Venerem Vraniam* fœminino genere describit Herodianus. nec refert, quod hic fœmineam, ille marem appellet hic Græco, ille Latino, consueto Carthaginiensibus nomine. Nam Deos vtriusque sexus esse, vel Vergilius docuit, cum *potentemque Deum Venerem* nominat, & Lunum Deum Carrenhium populi appellauit. De hac igitur sic Herodianus de Heliogabalo loquens libro 5. τῆς οὐρανίας τὸ ἄγαλμα, σεβόντων αὐτὸ ὑπερφυῶς

καρχηδονίων, καὶ τῶν κατὰ τὴν λιβύην ἀνθρώπων. Φασὶ δ' αὐτὸ διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε βύρσαν κατατεμοῦσα. λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν οὐρανίαν καλοῦσι. Φοίνικες δὲ ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. id est, *Vraniæ simulacrum, Romam scilicet transtulit) colentibus id maxime Carthaginensibus Libycisq; hominibus. Aiunt id construxisse Didonem Phœnissam, cum iterum veterem Carthaginem excitat, corio bouis dissecto. Libyes vero id Vraniam vocant, Phœnices vero Astroarchen: Lunam id esse volentes.* Hanc Heliogabalus Deo suo (quem Solem voluit) coniugem adsciuit. De qua Dion Cassius siue Xiphilinus in eius scelerati hominis vita: καὶ γυναῖκα (τὸ γελοιότατον) Ἐλιογαβάλῳ ἐμνήστευσε, ὥσπερ καὶ γάμου παίδων δεομένῳ, καὶ ἔδει γὰρ μήτε πενιχρὰν μήτε δυσγενῆ τινὰ εἶναι αὐτὴν τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν καρχηδονίων ἐπελέξατο καὶ ἐκεῖθέν τε αὐτὴν μετεπέμψατο, καὶ ἐς τὸ παλάτιον κατιδρύσατο. id est, *Et vxorem (quod maxime ridiculum) Eliogabalo suo ambiuit, tanquam ei cui liberorum quærendorum gratia matrimonio opus foret. & oportuit quidem eam nec pauperem nec ignobilem esse, delegit igitur ad hanc rem, Vraniam Carthaginensium deam, indeq; eam Romam transmisit & in Palatio sedem illi exstruxit.* Hanc igitur deam *cælestem*, seu masculino nomine *cælestum* vocarunt, Græca dictione in Latinam vocem cõmutata, q quantæ dignationis fuerit declarãt Vlpiani iurisconsulti verba, quæ adhuc habentur in excerptis ex illius libri institutionum tit. 22. *qui heredes institui possent:* Deos (inquit) *heredes instituere non possumus, præter eos, quos Senatusconsulto, constitutionibus principum, instituere concessum est; sicuti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymeum, sicuti Martem in Gallia, Mineruã Meliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, matrem Deorum Cybelem, eam quæ Smyrnæ colitur, & Cælestum Salinensem Carthaginis.* Quæ ex re liquet, quantus honor huic numini tributus sit: adeo vt adulta iam Repub. Christiana, sicut testatur Saluianus Massiliensis lib de prouidentia Dei 5, de idololatria Carthaginiensium loquens, nõ defuerint impii quidam homines, illius infando numini addicti esse, Sic igitur ille. *Professa* (inquit) *illic iugiter plurimorum paganitas fuit, habeat quippe intra muros intestinum scelus, Cælestem scilicet illum Afrorum dæmonem dico, cui ideo reor, veteres paganitatem speciosæ appellationis titulum dederunt, vt quia in eo non erat numen, vel nomen aliquod esset, vel quia non habebat aliquam ex potestate virtutem, haberet saltem ex vocabulo dignitatem; Quis ergo illi idolo non initiatus? Quis non a stirpe ipsa, forsitan a natiuitate deuotus?* Et postea subiungit: *Nec loquor de paganis, multi eorum, qui professioné Christo dicauerant, mente idolis seruiebant. Quis non eorum qui Christiani appellantur, Cælestem illum aut post Christum adorauit? aut quod est peius multo antequam Christum?* Hactenus ille. Ex quibus verbis clare dilucet, quanto cultu insanus ille populus idolum hoc veneratus sit. Nescio an hoc sit numen, quod Maximus Nu-

mida Grammaticus in Epistola ad D. Augustinum *Vestam* vocat. *Quis*, inquit, *ferat Vestæ præferri Sananem, Ioui Opt. Max. Namphanionem quendam Archimartyrem*, &c. Et de scelesto Cœlesto hæc quidem hactenus.

CAPVT XIV.

Dictum ex historiarũ libris Sallustii aliud, eo quod Suetonius Tranquillus tradit: quo intelligitur, eum auctorem inuidiæ morbo laborasse in Cn Pompeium.

INiquiore fuisse animo in Cn. Pompeium Crispum Sallustium apparet ex eo, quod Suetonius Tranquillus in lib. de Grammaticis Latinis scriptum reliquit. Ait enim Sallustium in suis scriptis reliquisse, *Pompeium ore probo, animo inuerecundo fuisse. Ob quod dictum, adeo exacerbatum fuisse Pompeium Leneum eius libertum, vt satyra acerbissima Sallustium lacerauerit. Lascaurum & lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, & vita scriptisq; monstrosum. Præterea priscorum, Catonisq; verborum ineruditissimum furem.* Cuius ego consimile eius dictum alterum mihi videor inuenisse; quo oblique maligneque eum virum, vt vana ambitione laborantem, perstringit atq; suggillat. Id est apud Nonium Marcellum in verbo *Æmulus*, vbi post Virgilii & M. Tullii testimonia, Sallustii hæc verba recitat: *Sallustius historiarum lib 3 Sed Pompeius a prima adolescentia sermone fautorum similem fore se credens Alexandro Regi, facta consultaq; eius quidem æmulatus est.* Quæ verba in reprehensionem, non in laudem Pompeii posita, nemini non licet animaduertere, dum oblique eum taxat, quasi ab adulatoribus in omnem ambitionem præcipitem actum. Et huic Philautiæ studio Alexandro Magno se æqualem fore sperantem. ob quæ & alia fortasse nobis non lecta si Pompeii amatoribus inuisus, odioq; habitus, & ab iis proscissus conuitiis fuerit, mirari nemo debet. Illud porro hic notandum, in quibusdam Suetonii codicibus perperam legi, *oris improbi*, pro *ore probo*. Tum illud quoque *Lascaurum* Phrynicho Sophistæ significari καταπύγωνα. *Etsi* (inquit idem) *ea voce iam vtantur pro facinorosis & dignis cruce.* ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ ἀξίων σταυροῦ. Suidas & Hesychius *Cynedum* interpretantur. πορνοί τις ἐπὶ δασὺς τὸ σαυρὸν ἢ τὸ ὄρρον, hoc est. *qui membrum virile hirsutum habeat.* Idem Suidas ex auctore nescio quo εἴ τις ἐν τοῖς ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβάροις λάσταυρος τὸν τρόπον ἔτυχε, πάντας ἐπήγετο τοῦ βασιλέως ἑταῖρον. id est, *Si quis inter Barbaros aut Græcos Bastaneus erat, tales omnes Regis socij erant.* Sed de voce parum honesta hæc vel nimis multa.

CAPVT XV.

Collatio locorum ex Columella libro 10. & Xenophontis Oeconomico facta.

XEnophôtis Oeconomicus liber est, hic tam placuit Ciceroni,

vt eum sibi vertendum duceret, e qua versione sunt aliquot reliquiæ a Iunio Columella citatæ: ita tamẽ, vt idem Iunius ordinem minime obseruasse videatur; sed hinc inde sparsim, prout quæque proposito suo & ordini a se instituto congruere videbantur, insulcitæ. Horum nonnulla, prout a Cicerone libero illo & veteribus consueto more modoque versa sunt, hic conferre decreuimus, vt intelligatur inde exemplum eius rei; non enim anxie nimis verbum verbo, at ne sensum quidem sensui ad perpendiculum exprimere semper nitebantur, sed interdum de bonis Græcis meliora (si possent) Latina facere. Vt liqueret, non tam versionem esse quam propriam compositionem. Haud secus quam si clauam Herculi extorquere vellent, Græcorumq; inuenta prorsus sua facere. Hinc & liberius exspatiabantur, & interdum quædam sibi haud multum placentia resecabant, aut pro arbitrio commutabant. Quomodo enim Cicero ex vno Xenophontis, non sane magno libro tres concinnasset, nisi quæ succincte & breuiter ab eo comprehensa erant, amplificando dilatasset. Sed nos iam id, quod instituimus peragamus. Sic igitur Socraticus ille: ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν ἔφη φάναι καὶ οἱ θεοὶ, ὦ γύναι, δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθηκέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄρρεν, ὅπως ὅτι ὠφελιμώτατον ᾖ αὑτῷ εἰς τὴν κοινωνίαν. πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ μὴ ἐκλιπεῖν ζώων γένη, τοῦτο τὸ ζεῦγος κεῖται μετ' ἀλλήλων τεκνοποιούμενον. ἔπειτα τὸ γηροβοσκοὺς κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς ἐκ τούτου τοῦ ζεύγους τοῖς γοῦν ἀνθρώποις πορίζεται. ἔπειτα δὲ καὶ ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ὥσπερ τοῖς κτήνεσίν ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγῶν δεῖται δηλονότι. δεῖ μέντοι τοῖς μέλλουσιν ἀνθρώποις ἕξειν ὅτι εἰσφέρωσιν εἰς τὸ στεγνὸν τοὺς ἐργαζομένους τὰς ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ἐργασίας. καὶ γὰρ νεατὸς καὶ σπόρος, καὶ φυτεία καὶ νομαὶ ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστίν. ἐκ τούτων δὲ τὰ ἐπιτήδεια γίγνεται. δεῖ δ' αὖ ἐπειδὰν ταῦτα εἰσενεχθῇ εἰς τὸ στεγνὸν, καὶ τοῦ σώσοντος ταῦτα, καὶ τοῦ ἐργασομένου, ἃ τῶν στεγνῶν ἔργα δεόμενά ἐστι. στεγνῶν δὲ δεῖται καὶ ἡ τῶν νεογνῶν τέκνων παιδοτροφία. στεγνῶν δὲ καὶ αἱ ἐκ τοῦ καρποῦ σιτοποιίαι δέονται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς ἐσθῆτος καὶ τῶν ἐρίων ἐργασία. ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα ταῦτα καὶ ἔργων καὶ ἐπιμελείας δεῖται, τά τε ἔνδον καὶ τὰ ἔξω, καὶ τὴν φύσιν φάναι εὐθὺς παρασκευάζειν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα * * * μὲν γὰρ καὶ θάλπη καὶ ὁδοιπορίας καὶ στρατείας, τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν. ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα. τῇ δὲ γυναικὶ ἧττον τὸ σῶμα δυνατὸν πρὸς ταῦτα φύσας, τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ φάναι ἔφη προστάξαι μοι δοκεῖ ὁ θεός. εἰδὼς δὲ ὅτι τῇ γυναικὶ καὶ ἐνέφυσε, καὶ προσέταξε τὴν τῶν νεογνῶν τέκνων τροφὴν, καὶ τοῦ στέργειν τὰ νεογνὰ βρέφη, πλεῖον ἐδάσατο αὐτῇ ἢ τῷ ἀνδρί. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ φυλάττειν τὰ εἰσενεχθέντα τῇ γυναικὶ προσέταξε, γιγνώσκων ὁ θεὸς, ὅτι πρὸς τὸ φυλάττειν οὐ κάκιόν ἐστι φοβερὰν εἶναι τὴν ψυχὴν, πλεῖον μέρος καὶ τοῦ φόβου ἐδάσατο τῇ γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρί. εἰδὼς δὲ ὅτι καὶ ἀρήγειν αὖ δεήσει, ἐάν τις ἀδικῇ, τὸν τὰ ἔξω ἔργα ἔχοντα, τούτῳ αὖ πλεῖον μέρος τοῦ θράσους ἐδάσατο. ὅτι δὲ ἀμφοτέρους δεῖ καὶ διδόναι καὶ λαμβάνειν,

τὴν

τὴν μνήμην καὶ τὴν ἐπιμέλειαν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκεν. ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις διελεῖν, πότερα τὸ ἔθνος τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄρρεν τούτων πλεονεκτεῖ. καὶ τὸ ἐγκρατεῖς δ' εἶναι ὧν δεῖ, εἰς τὸ μέσον δ' ἀμφοτέροις κατέθηκε. καὶ ἐξουσίαν ἐποίησεν ὁ θεὸς, ὁπότερος ἂν ᾖ βελτίων, εἴθ' ὁ ἀνὴρ εἴθ' ἡ γυνὴ τοῦτον καὶ πλεῖον φέρεσθαι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ. Διὰ τὴν φύσιν μὴ πρὸς πάντα ταὐτὰ ἀμφοτέρων πεφυκέναι, διὰ τοῦτο καὶ δέονται μᾶλλον ἀλλήλων, καὶ τὸ ζεῦγος ὠφελιμώτερον ἑαυτῷ γεγένηται, ἃ τὸ ἕτερον ἐλλείπεται, τὸ ἕτερον δυνάμενον. Quibus respondent hæc Ciceronis verba, decurtata, (recisis quibusdam) vti apparet, a Iunio Columella: *Maritale coniugiũ sic comparatum est natura, ut non solum iucundissima, verum etiam utilissima vitæ societas iniretur, & ne genus humanum temporis lõginquitate occideret, propter hoc marem cum fœmina esse coniunctum. Deinde ut ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis nec minus propugnacula pararentur, tum etiam cum victus & cultus humanus non uti feris in propatulo ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrum, foris & subdio esse, qui labore & industria compararet, intus qui tectis reconderet, atque custodiret, siquidem vel rusticari vel nauigare, vel etiam alio genere negotiari necesse erat, ut aliquas facultates acquireremus. Cum vero parata res sub tectum essent congesta, alium esse oportuit, qui & illatas custodiret, & cetera conficeret opera, quæ domi deberent administrari. Nam & fruges & cetera alimenta terrestria indigebant tecto, & ouium ceterarumque pecudum fœtus atque fructus clauso custodienda erant, nec minus reliqua utensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Quare cum & operam & diligentiam ea quæ proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, qui domi custodire oporteret, iure ut dixi, a natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem & extraneam: Itaque viro calores & frigora perpetienda, tum etiam itinera & labores pacis ac belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum distribuit. Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ & diligentiæ adsignauerat, idcirco timidiorem reddidit quam virilem: nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem necesse erat foris & in aperto victum quærentibus nonnunquam iniuriam propulsare, idcirco virum, quam mulierem fecit audaciorem. Quia vero partis opibus æque fuit opus memoria, & diligentia, non minorem fœminæ, quã viro earum rerum tribuit possessionem: tum etiam quod simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit, quoniam quod alteri deest, præsto plerumq; est alteri.* Hæc ille. Vbi inprimis mihi suspectũ est illud in principio *maritale coniugiũ.* nam cum coniugiũ sit viri fœminæq; cõiunctio, quid opus erat addere *maritale?* Simplicius Xenophõ, q ζεῦγος simpliciter appellauit. quamq̃ ea vox *maritale* parũ Ciceronẽ resipit,

quin potius e Columellæ officina manasse creditur, qua & *maritare arbores*, seu *vitibus vlmos* pro iugare. Apud Plautum vero, vbi vulgo legitur in Epidico:

——pulcra adepol dos pecunia est:
Quæ quidem adepol est non marita Apœcide.

Synceriores codices, *quæ quidem post est non Martia* habent. Iam autem illud in Xenophonte quam est significātius quam in Latina versione: ὅτι τὸ ζεῦγος κεῖται μετ' ἀλλήλων, τεκνοποιούμενον, hoc est, *Liberorum generationi incumbens*, nam etsi in illo, *ne genus humanū intercideret*, satis intelligatur, tamen illud τεκνοποιούμενον ibi requiri videtur, quando hic scopus est matrimonii, qui illum non attingunt, qui illud sterile sortiti sunt, & proinde secundo adminiculo, hoc est, senectutis adiutorio carēt Cicero hic copiosior esse voluit, cum dicit, *vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præpararentur*. Plenius hic noster quam Xenophon, ἔπειτα τὸ γηροβοσκοὺς κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς. hoc est; *altores senectutis sibi pararent.* Raro enim liberi alunt parentes, & si alant, pluribus adiutoriis opus est, tum defensoribus ob imbecillitatem, etsi vox γηροβοσκεῖν etiam fouere & dirigere significet. Pluribus igitur vocabulis id elocutus est, quod vno recte fieri nō potuit Porro quod Græcus οὐχ ὥσπερ κτήνεσιν ἐστὶν ἐν ὑπαίθρῳ, hic noster vertit: *non vti feris in propatulo:* cum κτήνη *pecora & mansueta animalia* sint, quæ in nostra sunt possessione; ὕπαιθρον locus sit *sub dio* Quæ reliqua subnectit, paraphrastice potius sunt explicata, quam vt ad verba respexerit. Sensum tamen sensui pulcre collatum deprendes, & a Latino latiore verborum ambitu extensum. nam vterq; pulcre viri & vxoris officia ad modum eundem, vt huius quidem sit ea, quæ in ædibus gerunda sunt, tum facere tum conseruare: esse etiā molliore corpore & maiore liberorum caritate præditam, tum metu & sollicitudine, vt diligentius parta conseruet. Virum autē robustiorem & audaciorem, vt cui frigus, æstus, bella, labores, reliquaq; foris gerenda parandaq; sint. Etsi noster hic nihil de liberorū educatione commemoret. Vtriq; autem parem vim memoriæ, & diligentiæ tum temperantiæ tribuit, vti sibi inuicem auxilio subsidioque esse possent. Villicæ seu matronæ deinde officia describentes sic prosequuntur: Et primo ille Graius ad hunc modum: Δεήσει μὲν σε, ἔφην ἐγὼ ἔνδον τε μένειν. καὶ οἷς μὲν ἂν ἔξω τὸ ἔργον ᾖ τῶν οἰκετῶν, τούτους συνεκπέμπειν. οἷς δ' ἂν ἔργον ἔνδον ἐργαστέον, τούτων σοι ἐπιστατέον, καὶ τά τε εἰσφερόμενα ἀποδεκτέον. καὶ ἃ μὲν ἂν αὐτῶν δέῃ δαπανᾶν, σοι διανεμητέον, ὅπως μὴ ἡ εἰς τὸν ἐνιαυτὸν κειμένη δαπάνη, εἰς τὸν μῆνα δαπανᾶται, καὶ ὅταν ἔρια εἰσενεχθῇ, σοὶ ἐπιμελητέον, ὅπως οἷς δεῖ ἱμάτια γίγνηται. καὶ ὅ γε ξηρὸς σῖτος, ὅπως καλῶς ἐδώδιμος γίγνηται ἐπιμελητέον. ἓν μέντοι τῶν σοὶ προσηκόντων, ἔφην ἐγὼ, ἐπιμελημάτων; ἴσως ἀχαριστότερον δόξει εἶναι, ὅτι ὃς ἂν κάμνῃ τῶν οἰκετῶν, τούτων σοὶ ἐπιμελητέον πάντων, ὅπως θεραπεύηται. νὴ Δί', ἔφη ἡ γυνὴ, ἐπιχαριτώτατον μὲν οὖν, ἢν μέλλωσί γε οἱ καλῶς θεραπευθέντες

χάριν

χάριν εἰδέναι, καὶ εὐνούστεροι πρόσθεν ἔσεσθαι. Quæ Latinus orator his ex-
pressit: *Ea porro persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut cer-
te plurimum domi se morari oportere, tunc quibus aliquid in agro fa-
ciendum erit seruis, eos foras emittere, quibus autem in villa quid agẽ-
dum videbitur, eos intra parietes continere atq; animaduertere, ne diu-
turna cessatione frustrentur opera. Quæ domum autem inferuntur, dili-
genter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata, atq; inuiolata reci-
pere, tum separare quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt, cu-
stodire, ne sumtus annuus menstruus fiat. Tum si quis ex familia cor-
poris aduersa valetudine afficitur, videndum erit, vt is quã commodissi-
me ministretur. Nam ex huiusmodi cura nascitur beneuolentia, nec mi-
nus obsequium. Quin etiam fidelius quam prius seruire student qui cõ-
ualuerint, cum est ægris adhibita diligentia* Quo loco omisit, quæ de
lana paranda ad domesticorum vestes, & de victu siue cibo incor-
rupto seruando. Quod mirum, cum tamen Cato in sua re rustica
vestimenta familiæ procurari iubeat. Sed hæc e Roma petenda.
Olim autem Romæ inprimis honestus erat & laudi dabatur pro-
bis matronis lanificii vsus, Quare Caiæ Tarquinii vxori, vt Iulius
Paris habet, vel filii eius coniugi, vt Plutarchus, lanificæ inprimis
diligenti & solerti, tantum honoris est habitum, vt in nuptiis boni
ominis caussa acclamatum sit: *vbi tu Caius ego Caia:* honori hoc
perpetuo dantes, honestissimæ & optimi instituti matronæ, vt se
non alias quam illi similes esse optarent: qui & colum eius, & re-
liqua domestici illius officii instrumenta, tum sandalia cum il-
lius statua in Sancti templo dedicarunt industriæ illius & domus
fidæ custodiæ monimenta. Quod autem Latinus dixit, *ne deliba-
ta sint, & ita explorata recipere & immolata,* de suo addidit maioris
euidentiæ caussa. Reliqua sat belle congruunt. Sequitur in Xeno-
phonte: καὶ ἐγὼ μέντοι ἰδὼν ἀχθεσθεῖσαν αὐτήν, εἶπον, μηδέν τι ἔφην, ἀ-
θυμήσῃς ὦ γύναι, ὅτι οὐκ ἔχεις δοῦναι, ὅ, τι σε αἰτῶν τυγχάνω. ἔστι μὲν γὰρ
πενία αὕτη σαφής, τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι. ἀλυποτέρα δὲ αὕτη
ἡ ἔνδεια, τὸ μὴ δύνασθαι ζητοῦντά τι λαβεῖν, ἢ τὴν ἀρχὴν μὴ δὲ ζητεῖν,
εἰδότα ὅτι οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ γάρ, ἔφην ἐγώ, τούτων οὐ σὺ αἰτία. ἀλλ' ἐγὼ οὐ
τάξας σοι παρέδωκα, ὅπου χρὴ ἕκαστα κεῖσθαι ὅπως εἰδῇς, ὅπου τε δεῖ τιθέναι
καὶ ὅπη λαμβάνειν. ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως ὦ γύναι, οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν
ἀνθρώποις ὡς ἡ τάξις. καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστιν. ἀλλ' ὅ-
ταν μὲν ποιῶσιν ὅ, τι ἂν τύχῃ ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, καὶ θεᾶσθαι ἀτερ-
πής. ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ἀξιο-
θέατοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἀξιάκουστοι. καὶ στράτευμά γε, ἔφην ἐγώ, ὦ γύναι ἄ-
τακτος μένουσα, ταραχωδέστατον, καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις εὐχερέστατον, τοῖς δὲ
φίλοις ἀκλεέστατον ὁρᾶν καὶ ἀχρηστότατον, ὄνος ὁμοῦ, ὁπλίτης, σκευοφόρος,
ψιλός, ἱππεύς, ἅμαξα. πῶς γὰρ ἂν πορευθείησαν ἔχοντες οὕτως ἐπικωλύουσιν
ἀλλήλους; ὁ μὲν βαδίζων τὸν τρέχοντα, ὁ δὲ τρέχων τὸν ἑστηκότα, ἡ δὲ ἅμαξα τὸν
ἱππέα, ὁ δὲ ὄνος τὴν ἅμαξαν, ὁ δὲ σκευοφόρος τὸν ὁπλίτην; εἰ δὲ καὶ μά-
χεσθαι δέοι, πῶς ἂν οὕτως ἔχοντες μαχέσαιντο; οἷς γὰρ ἀνάγκη αὐτῶν τοὺς

ἐπιόντας φεύγειν οὕτω ἱκανοί εἰσιν φεύγοντες, καὶ καταπατῆσαι τοὺς ὅπλα ἔχοντας. τεταγμένη δὲ ἡ στρατιὰ κάλλιστον μὲν ἰδεῖν τοῖς φίλοις, δυσχερέστατον δὲ τοῖς πολεμίοις. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν φίλος ἡδέως θεάσαιτο ὁπλίτας πολλοὺς ἐν τάξει πορευομένους, τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειεν, ἱππέας κατὰ τάξιν ἐλαύνοντας. τίς δ' οὐκ ἂν πολέμιος φοβηθείη, ἰδὼν διακεκριμένους ὁπλίτας, ἱππέας, πελταστὰς, τοξότας, σφενδονήτας, καὶ τοῖς ἄρχουσι τεταγμένως ἑπομένους. ἀλλὰ καὶ πορευομένων ἐν τάξει, κἂν πολλαὶ μυριάδες ὦσιν, ὁμοίως ὥσπερ εἷς ἕκαστος καθ' ἡσυχίαν πάντες πορεύονται. εἰς γὰρ τὸ κενούμενον ἀεὶ, ὄπισθεν ἐπέρχονται; καὶ τριήρης δέ τοι ἡ σεσαγμένη ἀνθρώπων, διὰ τί ἄλλο φοβερόν ἐστι πολεμίοις, ἢ φίλοις ἀξιοθέατον, ἢ ὅτι ταχὺ πλεῖ. διὰ τί δὲ ἄλλο ἄλυποι ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ ἐμπλέοντες, ἢ διότι ἐν τάξει μὲν κάθηνται, ἐν τάξει δὲ προσνεύουσιν, ἐν τάξει δὲ ἀναπίπτουσιν, ἐν τάξει δὲ ἐμβαίνουσι καὶ ἐκβαίνουσιν. Hæc ex præfato Cicerone Columella sicce legit: *Præparatis igitur receptaculis, oportebat suo quidque loco generatim, atque etiam specialiter nonnulla disponere, quo facilius, cum quid expostulabit usus, recipere possit. Nam vetus est prouerbium, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, eo uti non posse, quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod desideratur. Itaque in re familiari laboriosior est negligentia quam diligentia. Quis enim dubitet nihil esse pulcrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Nam ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præsontis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur. Ac ubi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit, atque concinuit, ex eiusmodi vocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam & dulce resonat, verum etiam spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur. Iam vero in exercitu neque miles, neque Imperator sine ordine ac dispositione quicquam valeat explicare, cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equites si sint permisti, confundant. Hæc eadem ratio præparationis atque ordinis etiam in nauigijs plurimum valet. Nam ubi tempestas incessit, & est rite disposita nauis, suo quique ordine locatum armamentum sine trepidatione minister promit, cum est a gubernatore postulatum.* Quæ videtur Columella decurtasse. Iam vox specialiter parum agnoscere Ciceronem videtur. Ordinem collaudat Xenophon, qui quam sit præstans, tribus similitudinibus comprobat. Vna a choro canentium, altera a dispositione exercitus, tertia a rei naualis instituto ducta, quarum mediam fusius multo explicat Græcus quam Latinus. in comparatione chori, Xenophon non solum concentum & symphoniam vocum, verum etiam concordem motum pedum reliquorumque membrorum collaudat. Quem autem præeuntem magistrum hic vocat, alii chori epistatem seu chorodidascalum vocant: cuiusmodi Pindaro fuit Æneas, quē & præcentorem nonnulli appellarunt; cuius epistatæ nulla sit in Xenophonte mentio. Subdit Xenophon: ἐπεὶ δὲ ταῦτα διηλθόμην ἔφη. οὕτω δὴ ἤδη καὶ φυλα

ἐπιμελ-

διῃρείνομεν τὰ ἐπίπλα. ἠρχόμεθα δὲ πρῶτον, ἔφην, ἀθροίζοντες, οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα. μετὰ ταῦτα κόσμον γυναικὸς τὸν εἰς ἑορτὰς διῃρούμεν. ἐσθῆτα ἀνδρὸς τὴν εἰς ἑορτὰς καὶ πόλεμον καὶ στρώματα ἐν γυναικωνίτιδι, στρώματα ἐν ἀνδρωνίτιδι, ὑποδήματα γυναικεῖα, ὑποδήματα ἀνδρεῖα. ὅπλων ἄλλη φυλὴ ἄλλη ταλασιουργιῶν ὀργάνων, ἄλλη σιτοποιικῶν, ἄλλη ὀψοποιικῶν, ἄλλη τῶν ἀμφὶ λουτρὸν ἄλλη ἀμφὶ μάκτρας, ἄλλη ἀμφὶ τραπέζας. καὶ ταῦτα πάντα διεχωρίσαμεν οἷς τε ἀεὶ δεῖ χρῆσθαι καὶ τὰ θοινητικά. χωρὶς δὲ καὶ τὰ κατὰ μῆνα δαπανώμενα ἀφείλομεν, δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν. οὕτω γὰρ ἧττον λανθάνει, ὅπως πρὸς τὸ τέλος ἐκβήσεται. ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα κατὰ φυλὰς τὰ ἐπίπλα, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκομεν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὅσοις μὲν τῶν σκευῶν καθ' ἡμέραν χρῶνται οἱ οἰκέται, οἷον σιτοποιικοῖς, ὀψοποιικοῖς, ταλασιουργικοῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, ταῦτα μὲν αὐτοῖς τοῖς χρωμένοις δείξαντες, ὅπου δεῖ τιθέναι, παρεδώκαμεν καὶ ἐπετάξαμεν σῶα παρέχειν. ὅσοις δ' εἰς ἑορτὰς ἢ ξενοδοχίας χρώμεθα, ἢ εἰς τὰς διὰ χρόνου πράξεις, ταῦτα δὲ τῇ ταμίᾳ παρεδώκαμεν, καὶ δείξαντες τὰς χώρας αὐτῶν, καὶ ἀπαριθμήσαντες καὶ γραψάμενοι ἕκαστα, εἴπομεν αὐτῇ διδόναι τούτων ὅτῳ δέοι ἕκαστον, καὶ μεμνῆσθαι ὅ, τι ἂν τῳ διδῷ, καὶ ἀπολαμβάνουσαν καταθεῖναι πάλιν ὅθενπερ ἂν ἕκαστα λαμβάνῃ. Quæ M. Cicero auctoritatem Xenophontis sequutus in Oeconomico sic complexus est: *Præparatis idoneis locis instrumentum & supellectilem distribuere cœpimus, ac primum ea secreuimus, quibus ad res diuinas vti solemus. Postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde & virilem item dierum solemnium ornatum: nec minus calceamenta vtrique sexui conuenientia: tum iam seorsum arma ac tela seponebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia vtuntur. Post quæ ad cibum conficiendũ vasa (vt assolent) constituebãtur. Inde quæ ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent, exponebantur. Postea ex ijs, quibus quotidie vtimur, quod mẽstruum esset, seposuimus: quod animum quoq; in duas partes diuisimus. Nam sic minus fallit, qui exitus futurus sit. Hæc postquam omnia secreuimus, tum suo queq; loco disposuimus. Deinde quibus quotidie seruuli vtuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent, hæc ipsa ei, qui vti solet, tradidimus, & vbi ea ponerent, demonstrauimus, & vt salua essent, præcepimus. Quibus autem ad dies festos, & ad hospitum aduentum vtimur, & ad quædam rara negotia: hæc primo tradidimus, & loca singulis demonstrauimus, & cuiq; sua annumerauimus, atq; annumerata ipsi exscripsimus, eumq; admonuimus, vt quodcunq; opus esset, sciret vnde daret, & meminisset atq; annotaret, quid, & quando & cui dedisset, & cũ recepisset, vt quidq; suo loco reponeret.* Quod Xenophon dixit κόσμον γυναικὸς, *mundum muliebrem* vertit Cicero, tum *dierum solemnium ornatum*, quod Græce ἐσθῆτα εἰς ἑορτάς. Illud aũt omisit, quod ad stragula in gynæconitide & andronitide pertinet, propterea quod (vti credo) apud Romanos virorum, mulierumq; habitacula antiquitus non tam erant discreta. ταλασιουργικὰ ὄργανα

Cicero appellauit, *instrumenta quibus ad lanificia vtuntur; ad cibum conficiendum vasa*, quæ Græce σιτοποιικά. Porro quæ θοινητικὰ ea, quæ ad *epulationem pertinerent*. Quod autem dixit Græcus εἰς ξενοδοχίας Cicero ad *hospitum aduentum* vertit. *Ad quadam rara negotia*, expressit id quod Xenophon dixit, ἢ εἰς τὰς διὰ χρόνου πράξεις. hoc est, *ad tempore quodam necessarias actiones*. quod tamen a Volaterrano cum aliis nonnullis est omissum. Promæ deinde bonæ ingenium describens Xenophon subdit: *τὴν δὲ ταμίαν ἐποιησάμεθα, ἐπισκεψάμενοι, ἥτις ἡμῖν ἐδόκει εἶναι ἐγκρατεστάτη καὶ γαστρὸς καὶ οἴνου καὶ ὕπνου καὶ ἀνδρῶν συνουσίας. πρὸς τούτοις δὲ ἣ τὸ μνημονικὸν μάλιστα ἐδόκει ἔχειν, καὶ τὸ προνοεῖν, μή τι κακὸν λάβῃ παρ' ἡμῶν, ἀμελοῦσα, καὶ σκοπεῖν, ὅπως χαριζομένη τι ἡμῖν, ὑφ' ἡμῶν ἀντιτιμήσεται.* Huius priorem clausulam Cicero siue Columella sic expressit, de villica loquens: *Nam imprimis considerandum erit, an a vino, ab escis, a superstitionibus, a somno, a viris remotissima sit, & vt cura eam subeat, quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat.* Et post pauca: *& tam etiam malum vitare, quam præmium recte factorum sperare.* De *superstitione* Cicerone de suo addidit, (etsi hæc Columellæ putem,) Catonem puto sequutus, qui Villicum superstitionibus arcet in præceptis Villici, *Augurem, haruspicem, ariolum, Chaldæum vetans eum consulere.* Id postremo loco considerandum, Interpretem Volaterranum non satis feliciter hanc extremam particulam vertisse, dum scribit: *Ad hæc eo ingenio prædita, vt facile conspiceret sese per negligentiam incommodum, per diligentiam vero gratiam a nobis & munera consequuturum.* Non satis ex mente auctoris. Vult enim talem ad id officium deligi, quæ a natura firma sit memoria prædita & prouidentia; hoc est, non obliuiosa, negligens & socors. Si enim facili memoria prædita fuerit, nihil omittet per incogitantiam, eorum quæ sibi curanda agendaque erunt. Si adhæc prouidentia adsit, industria erit ad gratiam heri heræue promerendam & pœnam euitandam: sin negligens, obliuiosa, & socors fuerit; nihil tale eam curaturam. Dixerat enim ante æque mulieri ac viro prouidentiam memoriam & industriam indidisse, quod iis illi æque ac viro opus esset in conseruandis iam partis. Maiore autem metu esse, vt sollicitius parta custodiret.

CAPVT XVI.

Cur νάματος μύστιν *Anacreon Poeta* Venerem *vocarit, inibique allegorica de Nymphis interpretatio.* Nympheum *quid, &* Nympha; *aliaque in eam sententiam.*

ANacreon Teius Poeta melicus in cantilenis suis carmine quodam Venerem νάματος μύστιν appellat, hoc versu:

μύστις νάματος ἡ Κύπρις
ὑμεναίοις κροτοῦσα, hoc est:

Sacro-

Sacrorum præses vnda Venus
Hymenæis adplaudens:

Huius rei caussam cum amplius quæreremus, inuenimus Venerem generationis præsidem, humido ideo præsidere, quod humiditas præcipua sit caussa generationis: immo vitalem omnibus generatis substantiam præbens. Quod pluribus exsequitur Porphyrius in commentariolo de antro nympharum. Vnde, inquit, & nymphas *Naidas* dicimus, quæ ἀπὸ τῶν νομάτων οὕτω κέκληνται, id est, *quæ ab vndarum fluxibus ita sint appellatæ.* Has opinatur idem ἐπὶ τῶν ὑδάτων προεστώσας δυνάμεις ἰδίως, hoc est, *propriè esse adstites vires aquarum.* Quin & animas ad generationem accedentes hoc nomine appellarunt. Nam in corpora descendētes, ad humorē accedere opinati sunt Philosophi: vt qui secundum Numenium θεόπνοος sit, hoc est, *diuinitus inspiratus.* Cum nimirum secundum Prophetam Mosem, Dei spiritus super eum principio latus sit. Vnde & Ægyptii ideo numina non solido, sed nauigiis insistentia fabricauere. Hinc & animas omnes in generationem descendentes, prius humore potas docuerunt. Hinc tenebricosus ille Heraclitus:

—— ψυχῇσι
φᾶναι τέρψιν μὴ θάνατον ὑγρῇσι γενέσθαι.

Id est *Animis esse delectationem, haud mortem humidis fieri.* Vnde fortasse Vergilio libro sexto, *Letheus* ille *fluuius*, vnde animæ haurientes priorum haud obliuiscuntur, dum iterum in hanc vitam ingrediuntur, secundum Platonicorum & Pythagoreorum παλιγγενεσίαν. Quin & astra vniuersa, tum Solem ipsum lumenque humore attracto ali fouerique Stoici docuerunt, qua in sententia Ptolomæum Pelusiensem fuisse videmus. ἡ δὲ σελήνη, inquit, τὸ μὲν πλεῖον ἔχει τῆς δυνάμεως ἐν τῷ ὑγραίνειν, διὰ τὴν περιγειότητα δηλονότι, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν καὶ διατίθησιν οὕτως ἄντικρυς τὰ σώματα πεπαίνουσα καὶ διασήπουσα τὰ πλεῖστα. Id est. *Luna plurimū habet virium in humectando ob vicinitatem terræ videl. vnde plurimæ vndæ euaporationes prodeunt, quibus corpora sibi obiacentia & mollia reddit & putrefacit.* Et de Venere loquens: μάλιστα δὲ ὑγραίνει καθάπερ ἡ σελήνη. διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἰδίων φωτῶν, νοσφιζόμενος τὴν ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὴν γῆν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν. Id est. *Sed plurimum humectat sicuti & Luna, propterea quod magnitudine luminum suorum attrahat vapores ex subiectis terræ humectis locis.* Hinc vtrique Deæ vires Naidas adseclas attribuerunt; adeo vt Diana, quam eandem cum luna veteres tradiderunt, apud Callimachum in hymno nominis sui, a Ioue optet sibi dari Nymphas:

δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορίτιδας Ὠκεανίνας
πάσας ἐννάετεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.
Da mihi sexcentas saltatrices Oceanitidas,
Omnes nouennales, omnes etiamdum puellas incinctas.

Incinctas, inquit Scholiastes, id est, *virgines*, quod puellæ nondum deuirginatæ, incinctæ incederent. Et eum sequutus in Cynegetico carmine Gratius:

> *Adsciuere suo comites sub nomine Diua*
> *Centum omnes nemorum, centum de fontibus omnes*
> *Naiades.*

Et Horatius de Venere loquens:

> *Feruidus tecum puer & solutus*
> *Gratiæ Zonis, properentq; nymphæ.*

Huc quoque pertinet quod Artemidorus *in secundo* ὀνειροκριτικῶν docuit. *Flumen*, inquit, *& stagna, & Ephydrides & Nymphæ bona sunt ad generandos liberos. Ephydrides* Naiadas vocat. Id adnotandum, *Nymphas* dici *sponsas*, quod, vt ait Porphyrius, viris propter generationem liberorum iungantur. Hinc in nuptiis fuisse morem, vt lauacro perfunderentur aquæ ex perpetuo flumine, fonte seu riuo haustæ. Illud obiter: Quoniam Nympha sponsam significat; *Nymphæa* dici ea loca, quæ beneficio optimorum Imperatorum condita sunt, publicataque in eum vsum, vti tenuiores ibi nuptias suas peragant celebrentque: Quemadmodum hodieque in magnis ciuitatibus domus quædam ad id conducuntur, non alii fere rei seruientes. Docet id Ioannes Monachus cognomento Zonaras, in vita Leonis Imperatoris: καὶ τὸ καλούμενον νυμφαῖον. οἶκον ὑπῆρχεν ἀποκείμενον τοῦ πρεσβυτέρου οἴκου, εἰς τοὺς γάμους γενέσθαι ἐν αὐτῷ χρηματίζοντα τῶν μὴ κεκτημένων οἴκους χωρεῖν [illegible] πλῆθος ἐν ἑαυτοῖς. *Et Nymphaum vocatam aliam domum a prædicta, ad celebrandas in ea nuptias, vsui iis futuram, qui domos non haberent, quæ non sufficerent in seipsis talem turbam capere.* Et sic intelligenda ea vox est apud Iulium Capitolinum in Gordiani vita: *Opera Gordiani Romæ nulla exstant præter Nymphæa & balneas:* Vbi quidam male lauacra exponunt; nam quid opus esset *balneas* adiicere? Pro lauacris tamen vsus est Socrates tripartitæ historiæ scriptorum vnus: *Præfectus*, inquit, *vrbis tunc Clearchus Nymphæum maximum tunc ædificauit in platea quæ Theodosii nunc vocatur, vbi aquæ affluentia est omissa.* Quod Nymphæum hic auctor vocat, Ammianus Marcellinus libro historiæ trigesimo primo lauacrum nominat, de eadem re loquens: *Denique cum Chalcedones veteres subuerterentur muri, vt apud Constantinopolim ædificaretur lauacrum &c.* prosequens ea quæ Socrates. Nympheam porro etiam herbæ genus esse, ex Dioscoride notum est, qui illam etiam Nymphona vocat, dictam, vti opinor, quod aquis increscit, & fabulentur a Nympha denominatam, quam Hercules claua sua interemerit aut quæ ipsius Zelotypia mortua sit, in hanc herbam commutata. Quin & *Nymphæ* Aristoteli in animalium historia di-

ria dicuntur insecta, vbi vermes esse desierunt, cum formæ linia-menta receperint, vsque dum euolent, quo tempore nullum alimentum recipiunt. *Nympha* autem, etiam *Carunculam* significat, quæ e muliebri pudendo prominet, interdum adeusque turpitudinem: cuius abscindendæ rationem docet libro sexto, Paulus Ægineta, qui mes solennis Ægyptiis fuit teste Galeno Grammatici nymphas quasi lymphas dictas volunt, commutatione vnius litteræ, teste *Victorino* & Nymphæ Meliades siue μηλιάδες Hesychio, quas a Melio quodam viro denominatas vult Palephatus; non autem a fraxino, vt communis habet opinio.

CAPVT XVII.

Castigatus T. Liuij locus libro primo, inibique super voce desidere.

T. Liuius statim in exordio historiæ Romanæ in ipso proœmio locum habet varie lectum, & a multis interpolatum, qui mihi videtur animaduersione dignus. Hic enim passim in iis, qui emendatissimi codices haberi volunt, Germanicæ editionis legitur: *Ad illa pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusque artibus, domi militiaque partum & auctum imperium sit: labente paulatim disciplina, vel dissidentes primo mores sequatur animo, deinde vt magis magisque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, peruentum est.* Nemo hactenus suspicatus est, quin horum verborum sensus sibi optime constaret, lectioque sana esset & integra. Sed mihi suspecta esse cœpit vel ob hoc, quod vox *dissidentes* parum quadrare videretur; cum non de dissidio morum Liuius hic agat, sed de lapsu, præcipitio & ruina. Quocirca cum inspexissem codicem quendam meum, contemtibilem ob infinitas mendas, e primis illis impressis exemplaribus, qui adolescente Typographica Venetiis ex libris manu descriptis excusi erant; inueni ibi non *dissidentes*, sed *desidentes* legi, quod ipsum in quibusdam aliis obscurioris notæ editionibus sequutum vidi: Quam veterem lectionem, vt hac recente synceriorem retinendam arbitratus sum: Vt Metaphora ab ædibus ruinam minitantibus sumta, Liuius *mores desidentes* dixerit, qui iam sua e basi fundamentoque moueri transferrique incipiant, & deorsum nutare. Nam perstans in eadem metaphora subiungit: *Deinde vt magis magisq; lapsi sint; tum ire cœperint præcipites.* Primũ n. domus aut ædificiũ ruinã patiens, desidere incipit, deinde labi, postremo totũ præceps & pronũ ad terram deuoluitur prosterniturq;. Est n.

desidere, deorsum sedere, a *sido* compositum, & norunt Grammatici. Vnde *terram desidere* dicitur, cum deorsum descendit, & subtrahitur. Eius autem vocis pleniorem notionem nobis tradit doctissimus vir Hadrianus Cardinalis, pluribus auctoritatibus eam suffulciens, egregieque detegens quorundam litteratorum inscitiam, qui in hac voce explananda supra modum sunt hallucinati.

CAPVT XVIII.

Odam Horatianam quem virum aut heroa, *ad imitationem Pindari cuiusdam hymni conscriptam, adserente Porphyrione, quomodo alias probari possit.*

HOratii, Lyricorum omnium Latine scribentium summi Ode exstat, cuius initium:

Quem virum aut heroa Lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio?
Quem Deum, cuius recinit iocosa
Nomen imago

In quam Porphyrio doctissimus eius Poetæ interpres, scribens ait: *Hæc a Pindaro sumpsit. Continet autem hæc Ode laudes Deorum ac Principum Romanorum.* Hactenus ille. Nos autem alias inuenimus consimilem hymnum siue odam conscriptam esse a Pindaro, in qua ad eundem modum dubitat, celebretne Heroas aut nymphas, aut Deos Thebanos, aut ipsos Thebani soli viros fortes, denique ipsas Thebas, cum sibi multa proposita videret. Quod ipsum ne quis anxie quærat, in encomio apud Lucianum inueniet. Sic enim ille auctor: *ὥσπερ οὖν ὁ πίνδαρος ἐπὶ πολλὰ τῷ νῷ τραπόμενος, οὕτω πως ἠπόρηκεν ἰσμηνὸν ἢ χρυσηλακάτων μελίαν, ἢ κάδμον, ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος, ἢ τὰν κυανάμπυκα, ἢ τὸ πάντολμον σθένος, ἡρακλέος, ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμάν, ἢ γάμον λευκωλένου ἁρμονίας ὑμνήσομεν. ἴσως δὲ καὶ σύγε ζεύξειν ἔοικας ἀπορεῖν λόγον, ἢ βίον, ἢ ῥητορικήν, ἢ φιλοσοφίαν, ἢ δημαγωγίαν, ἢ τὸν θάνατον τ' ἀνδρὸς ὑμνησείειν, &c.* Quæ sic vertit quidam eximie doctus: *Vt igitur Pindarus alicubi dubitat, multa videns sibi proposita esse, cum inquit:*

Num mea Ismenum Meliamue nympham,
Seu magis Cadmum, genus aut virorum
Dentibus saui genita Draconis
Carmina dicent.
Seu canam Thebas celebresue pugnas
Herculis, seu Bacche tuos honores,
Seu prius nunc Harmonia puella
Dicam hymenæos.

Id tibi accidet, vt dubites orationes an res gestas, aut eloquentiam, aut

doctri-

doctrinam, aut auctoritatem, aut mortem viri summa laudandam, &c. Ceterum in hoc visi sunt differre, quod Horatius omne Deorum Heroumque genus attingit, vt ad suos perueniat Romanos: Pindarus vero solos Thebanos tum Deas, tum Heroas, hominesq; & nymphas & res decantandas sibi sumit. Suspicor (si coniecturæ locus detur) ex libro Pindari ἐγκωμίων hunc hymnum esse. Nam tali titulo hunc poetam librum conscripsisse, indicat Suidas. Alludit etiam ad hunc Pindari hymnum Dion Chrysostomus in oratione quæ inscribitur Tarsica prior: *Videmini*, inquit, *mihi frequenter diuinos audiuisse homines, qui se omnia nosse putant, deque omnibus dicere posse, quatenus quis præfinit quæ sunt postulata, & aliquam habeat in rerum natura essentiam, deque hominibus & Genijs, deq; Dijs, & terra & cœlo, & mari, & de Sole & Luna, & alijs astris & de vniuerso mundo, & de corruptione & generatione, & sexcentis alijs. Deinde accedentes ad vos perunctantur, quidnam ipsos dicere velitis, & qua de re, iuxta Pindarum: an Ismenum, an aurata colo Meliam aut Cadmum. Quicquid vero vos volueritis, inde auspicantes densum & multum effundunt sermonem, tanquam flumen quoddam exundans intra viscera conclusum.*

CAPVT XIX.

Prouerbium illud, Homo homini Deus, *e quo desumptum.*

ERasmus Roderodamus litterarum litteratorumque omnium (absit verbo inuidia,) Phœnix, in suis illis Chiliadibus prouerbium hoc enarrans, *Homo homini Deus*, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, quum multa attulerit, quæ ad explanationem prouerbii pertinent, vsumque eius egregie doceat; tamen nescio quomodo omisit, e quo auctore illud desumtum foret, quique veterum eo vsi essent. Quod vt in homine maioribus occupato, & qui tam multa scriberet, tamque varias res tractaret, minime mirum, quando & in Varrone & Seneca, ipsoque Cicerone huiusmodi notata sunt. Nos certe quod præterire hic noluimus, inuenimus Cæcilium comicum ea forma prouerbio vsum, quod ipsum Symmachi epistolarum libro edocti sumus. Sic enim ille: Recte Cæcilius Comicus inquit:

Homo homini Deus est, si suum officium sciat.

Hanc ego in te dixerim sententiam conuenire, qui nostris negotijs curam virilem præstitisti. Suidas quoque ipsum prouerbium habet, sed nullo idoneo adlato teste; aitque parœmiam dici ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ὑπὸ ἀνθρώπου σωζομένων, καὶ δι' αὐτῶν εὐδαιμονούντων, de his, qui præter spem ab homine aliquo seruantur, vel per eos inclarescunt, quod ipsum quoque idem parœmiographus omisit.

mum, reiq. publicæ vtilissimum facinus, subinde collaudat, loquitur: *Antu Romæ habitare, id putas incolumem esse? Res, non locus oportet præstet istud mihi: neq; incolumis fui Cæsare viuo, nisi postquam illud consciui facinus*, h. e. conscius fui & particeps præclari illius facinoris, nece Cæsaris vt Tyranni, a tyrannide liberata Repub. In bonam hic partem, vt fausto vocabulo vsus est dictione *consciui* a verbo *conscire*. Cum contra auctores id soleant in malam partem interpretari, quemadmodum in illo Satyr.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

In bonam autem partem raro vel nunquam inuenias apud bonos auctores, nec potest dici a voce *consciscere* deriuatum, cum, vt notauit Vallensis, id fere de morte sibi illata dicatur, vt *consciuit sibi mortem*. Neque sensus patitur, vt a verbo *conscisco* hoc præteritum sit, cum tunc ad vnum Brutum pertineret. Nunc constat, Cæsarem a plurib. viginti vulneribus confectum: vt bene dixerit, facinus illud se conscire; quippe cuius conscientia erat illi cum pluribus communis. Quocirca Græcos hac in parte imitatus videtur, qui voce συνειδέναι tam in bona quã mala re vtuntur. Vnde vt notauit Thomas Magister, dicunt σύνοιδά σοι χρηστὸν ὄντι, h. e. *conscius sum tibi alicuius boni*. Non autem in singulari: σύνοιδά σε ἀγαθὸν ὄντα nisi dicas pluraliter: πολλοὶ συνίσασί σοι βέλτιστον, hoc est, *omnes simul nouerunt, te optimum esse*. Et sic ea voce vsus est Aristides Rhetor in quadam sacra oratione: ὁμολογοῦσιν ἀεὶ δήποτε, μηδενὶ ἄν ποτε πάντων συνειδέναι τοιοῦτον μηδὲν: *fatentur semper id quidem, neminem omnium conscium esse, huiusmodi cuipiam elargita*. Contra in deteriorem partem vsus est Euripides in Hippolyto coronato:

δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
Seruum efficit hominem quamlibet cordatum,
Si conscius sit malorum patris & matris.

Plura exempla & significata habet Budæus, ad quem lectorem remittimus.

CAPVT XXII.

Demeam apud Terentium, aliorum errata tanquam speculum inspicere iubentem, *ex Euripidis quadam sententia deriuatum videri.*

DEmea apud Terentium in Adelphis iubet filium Ctiphonem aliorum errata, tanquam in speculum inspicere. Inquit enim:

Nihil prætermitto consuefacio deniq;
Inspicere, tanquam in speculum, vitas omnium,
Iubeo, atq; ex aliis sumere exemplum sibi

Videtur Comicus allusisse ad carmen Euripidis, quod est in Hippolyto Coronato. Phædra enim reprehendens impium suum amorem, & potius mori præoptans, multa in adulteras vxores

exſecratur, tum ob illud præcipue, ſi filii ſint conſcii maternorum aut paternorum delictorum & probrorum: Ea enim ſemper animis inhærere, & ſi tempore videantur obducta, recordatione tamen ſui liberorum magnos animos deiicere, & obnoxios facere, obuerſarique illis non ſecus quam ſi virgo ſpeculum ſibi proponens, bona malaue formæ ſuæ cõtempletur, omnia ita tempus ob oculos ponere. Sed iam Euripidis verba ſubiicimus:

δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
μόνον δὲ τοῦτό φασ' ἁμιλλᾶσθαι κακῷ,
γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ.
κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην' ὅταν τύχῃ,
προθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένος νέα
χρόνος, παρ' οἷς μήποτ' ὀφθείην ἐγώ.

Id eſt.

Seruum efficit hominem quamlibet cordatum,
Si conſcius ſit malorum patris aut matris,
Vnum hoc aiunt ſuperare mala,
Si cui adſit bona iuſtaq; mens:
At ſi quando malos homines edici contingit,
Vt recens virgo ita ſpeculum
Proponit tempus, quod ego ne intuear.

Vbi Scholiaſtes: κάτοπτρον δὲ παρέχομεν ἐν τῷ προϊόντι χρόνῳ φαινόμενα τεκμήρια τῶν πρὶν ἁμαρτηθέντων, καὶ δὴ παρελθόντων τῶν ἔργων αὐτῶν. ἢ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τεκμήρια καὶ σκιὰ τῶν παλαιῶν αὐτῶν ἁμαρτημάτων; hoc eſt, *Intuemur tanquam in ſpeculo indicia & vmbras priorum delictorum.* Plutarchus in libello de educatione liberorum priores duos verſiculos adducit, dum parentes admonet, ne liberis metũ ingerant exempla actæ nequiter & flagitioſę vitæ.

Capvt XXIII.

Interpretem Antonini Imperatoris immutaſſe vocem Rhombus *in* Rhembus; *tum de vtriuſq; vocis ſignificato complura.*

Marcus Antoninus Imperator, cognomento philoſophus in 2. commentar. καθ' ἑαυτὸν, volens oſtendere vanitatẽ omnium rerum, quæ in hoc ſublunari mundo ſunt, adhunc modũ ſcribit: τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμή· ἡ δὲ οὐσία ῥέουσα. ἡ δὲ αἴσθησις ἀμυδρά. ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος· ἡ δὲ ψυχὴ ῥόμβος. ἡ δὲ τύχη δυστέκμαρτον, Id eſt: *Humana vitæ ſpatium, punctum, ſubſtantia, fluens ſenſus hebes, totius autem corporis mixtio putrefactioni obnoxia, anima turbo, fortuna vero coniectatu difficilis.* In quem locum is qui hunc auctorem vertit, & primus in lucem edidit, Gulielmus Xylander, (quem interim honoris cauſſa nominatum volo, & vt virum doctiſſimum ſemper laudandum duco) neſcio qua ratione motus, cum ibi ῥέμβος adnotatum eſſet, id ſe ſequutũ ſcribit,

quod

quod philosophicum non esset (vt ipse inquit) animam Rhombo, quæ est figura quatuor laterum æqualium, non tamen rectangula comparari. Sed ῥέμβος inquit, vagus est, & ῥεμβιάζω, vagari: quod Plutarchi in Pompeio & Fabio Maximo, & huius auctoris testimonii: probetur. Sed pace tanti viri, ego *animam* hic meritissimo *Rhombum* dici arbitror, quod Rhombus non solum sit Geometrica figura, & instrumentum; sed etiam id ludicrum puerile, quod pueri trochum siue turbinem etiam Latine vocant quē scutica quolibet versantes & impellentes, vt inde natum sit adagium: *Turbine versatilior*. Cum igitur anima nostra in hoc sublunari circulo multis cupiditatum & rerum inanium illecebris; tanquam procellis; huc illuc instar turbinis impellatur & moueatur, merito illam Antoninus huic rhombō seu turbini puerili cōparauit: vt quæ omnib momentis ad illicita rapitur, & cogitationum inutilium diuersis flatibus assiduc impellatur. Ceterum quoniam in *rhombi* & *turbinis* mentionem incidimus, nihil absurdum fuerit omnia illius significata latius percurrere & explanare: Tum etiam super verbo ῥεμβιάζω & ῥέμβω aliquid adiicere. Est igitur Rhombus, vt Euclides, & illum sequutus Cassiodorus docent, figura, quæ qui quidem æquilatera sit, at rectiangula seu directiangula (vt appellat Martianus Capella minime. Hinc Ind. à rhōbo similem tradidit Dionysius Afer Poeta his versibus:

φράζεο δ' ὡς πᾶν σχῆμα καὶ ἀτραπιτοὺς δεῖξ' ἐμεῖο
οὖρεα τ' ἠνεμόεντα, καὶ αὐτῆς ἤθεα γαίης
ἤδη μὲν σύρροον, ἐπὶ πλευρῇσιν ἄγκης
πίσης. λοξῇσιν, ἀλιγκία εἴδει ῥόμβου.

Quos sic vertit Remnius Fannius:

Nunc age te fluuios, montes, formamq; docebo
Ipsius terræ, populos gentesq; beatas:
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis
Obliquatq; latus per cunctas linea partes

Sed non expressit illud ἀλιγκίαν εἴδει ῥόμβου, id est *similis figura rhombi*. Tum illud praue: *Marginibus ternis*, cum Græce sit πισύρεσιν ἐπὶ πλευρῇσιν, id est, per quatuor latera. Geometræ enim sæpe aut formis Geometricis, aut aliis rebus terrarum facies adsimilant, vt cum dicunt: Sardiniam similem plantæ hominis; Peloponnesum folio platani. Italiam cruri cum pede hominis mortui. Sic orbem terrarum fundæ, & Africam figuræ, quæ τραπέζιον dicitur, vt nunc Indiam rhombo. At solidus rhombus, qui non solum superficiem, sed profunditatem quam habet, Archimedi in libro περὶ τῆς σφαίρας καὶ κυλίνδρου sic definitur: ῥόμβον δὲ καλῶ στερεὸν ἐπειδὰν δύο κῶνοι τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντες τὰς κορυφὰς ἔχωσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐπιπέδου τῆς βάσεως, ὅπως οἱ ἄξονες αὐτῶν ἐπ' εὐθείας ὦσι κείμενοι, τὸ ἐξ ἀμφοῖν τῶν κώνων συγκείμενον στερεὸν σχῆμα. Id est *Rhombum autem solidum voco, vbi duo coni in eadem basi constantes, vertices ha-*

fuerint vtrinque sitos plano basis, ita vt axes eorum sint in directum sibi inuicem coniuncti, figuram ex vtrisq. conis compositam. Hæc ille. σαφῶς ἐμφανίζων τὴν ἔννοιαν τῶν ὀνομάτων, inquit Entolius Ascalonita eius interpres. Rhomboides autem schema est, vt præfati aiunt, quod in contrarium collocatum, lineas quidem oppositas, atque angulos habet æquales. Id autem nec rectis angulis, nec æquis lateribus continetur. Vel vt Martianus, item quæ ex aduerso sibi latera æqualia, & contrarios angulos sibi inuicem æquales habeat; & neque omnia latera sibi inuicem æqualia, neque angulos directos habet, & dicitur ῥομβοειδής. Et Eustathius in Commentar. in Dionysium: σημείωσαι δὲ ὅτι ἐν γεωμετρίᾳ μὲν γεωμετρικὸν τετράγωνον σχῆμα ὁ ῥόμβος ἐστὶ, διαμέτρους οὐ κατὰ χιασμὸν ἀγομένας ἔχον, ἀλλὰ κατὰ ἄρθρον πως ἀλλήλας διαζευξάσας. μάλιστα δὲ ὡς ὁ γεωγράφος (Strabo videlicet) φησὶ ῥόμβος ἐστὶ, τετράγωνον σχῆμα, οὐκ ὀρθογώνιον, ἀλλὰ τὰς μὲν δύο ἔχον ὀξείας, τὰς δὲ λοιπὰς ἀμβλείας τὰς ἀντικειμένας ἀλλήλαις ὡς ἐν τῇ τοιαύτῃ καταγραφῇ * τοιοῦτο δὲ φασὶ σχῆμα εἶναι καὶ τὸ γέρρον, ἀσπὶς δηλονότι τετράγωνος οὐκ ὀρθογώνιος, καὶ ξύλινον δὲ ζωγρεῖον ὀρνίθων, ὃ γρυλλῶν κλουβίον, παραστάδων τῶν κατὰ φύσιν παραλλήλων γινομένων, τελειοῦν ῥομβικὸν σχῆμα. εἴρηται δὲ καὶ ἰχθὺς λεγόμενος ῥόμβος, ὡς καὶ Ἀθήναιος ἱστορεῖ, καὶ ἡ τῶν Θετταλῶν γλῶσσα παραλαμβάνει. i.e. *Indicat quod inibi Rhombus sit Geometricū quadrangulū forma diametros habens non iuxta formam X. se intersecantes, vt Geographus,* (Strabo videlicet) *inquit, Rhombus est quadrangulum coactum; haud rectiangulum tamen, sed duos habens acutos, reliquos vero obtusos, qui acutis ex aduerso siti sint: vt in hoc schemate* * (*Strabo Indiam* ῥομβοειδῆ *vocat*) *tali inquiunt, forma est gerrhum; scutum nimirum quadrangulum haud rectis angulis. Et lignea caueola in qua viuæ aues seruantur, vulgo clobium appellatum; Compactum subalterna positura secundum naturam & situm laterum, quod formam rhombi perficit. Et talis quidem rhombi est figura. Inuenitur & piscis rhombus dictus, vt Athenæus scribit, & Thessalorum lingua proloquitur.* Quod nimirum huiusmodi formā repræsentet, hunc Galli *turbotum*. P. Gellio & P. Bellonio auctoribus vocant. Nostri aberem seu Grytaum a soliditate forma carnium, fuit Romanis in delitiis. Hinc Iuuenalis poeta:

> *Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi,*
> *Ante domum Veneris quam Dorica sustinet Ancon,*
> *Impleuitq; sinus.* ———

Et Martialis:

> *Quamuis lata erat patella rhombum,*
> *Rhombus latior est tamen patella.*

In Hadriaco mari laudatissimus erat. Hinc Ouidius in Halieuticis:

> ——— *& Adriatico mirandus littore.*

Columella lib. 8. c. 16. de re rustica: *Limosa,* inquit, *regio plateis*

educat

tineat piscem, velut soleam, rhombum. Sunt qui in Symeone Setho συάκιον pro *rhombo* pisce accipiant, cuius carnem gallinarum maxime comparat carni. ὅτι, inquit, γὰρ τῶν πάνυ σκληροτέρων ἐστί, ὅτι τῶν χαύνων, ἀλλὰ συμμετρίας μετέχει καὶ ἡδύτητος. καὶ διὰ τοῦτο δύναμιν τῷ σώματι παρέχειν ποιεῖται. καὶ αἷμα ἀπογεννᾷ ἐγγὺς τοῦ συμμέτρου. Id est. *Non enim durior est neq; mollior ac laxior, sed mediocritatem quandam suauitatemq;, & propterea vim ac robur corpori comparat, sanguinemq; temperato proximum gignit.* Rhomborum meminit & Xenocrates medicus in libro de alimento ex aquatilibus, vt est in collectaneis Oribasii. *Citharus,* inquit, *& Rhombus lati sunt, rhombusq; solidus est, difficulter conficitur & satis alit. Per vnum diem adseruatus coqui debet.* Oribasius ad Eunapium *lib. 3. Euporiston,* qui est de alimentis, inter carochyma locat Citharum & rhombum, vbi perperam *scrumbus* legitur. Aristoteles rhombi nuspiam meminit, sed eum sub ψῆτται, hoc est, passeris nomine comprehendit. Differunt tamen quod, vt Paulus Iouius adnotauit, resupinus dexter sit situs rhombus, læuus passeribus & soleis, quod ex Plinio lib. 9. cap. 20 hausit. Comprobante tamen, id quotidiana experientia. Galenus *in 3. de aliment. facultatib.* Rhombum vt molli carne præditum, laudat. Athenæus de Rhombo ita tradit; Romanos ψῆτταν ῥόμβον; quod nomen tamen auctoritate Nausicratis Comici in Naucleris Græcum esse comprobat. Postquam n. de Glauco pisce loquutus est, subinfert:

> αἳ ξανθοχρῶτες αἳ κλυδώνι ἐξοχικὰς
> πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται
> αἷς καὶ θεὸν τιμῶσι φωσφόρον κόρην
> δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι
> τρίγλαν λέγεις γαλακτόχρωτα ποικίλον
> ὃν πηγνύει ὄχλος. ῥόμβος ——
> *Flauicolores quas fluctus Exonicus*
> *Omnium optimas in locis instituit,*
> *Quibus Deam venerantur luciferam virginem,*
> *Cœnarum dum mittunt dona nautæ*
> *Nullum dicis lacticolorem Sicula*
> *Quem constipat turba. Rhombus.*

Idem lib 8. inter pisces boni nutrimenti commemorat Rhombũ. ψῆττα, inquit, βούγλωσσος, ἀντὶ τροφῆς καὶ ἡδεῖαι, τούτοις ἀνάλογον καὶ ὁ ῥόμβος. *Passer,* inquit, *& solea boni sunt nutrimenti, & esu iucunda, quibus correspondet Rhombus,* Hunc tamẽ ψῆττης nomine Oppian. in 1. ἁλιευτικῶν comprehendisse videtur hoc versu:

> ψῆτται καὶ κλαρίαι τρίγλαι καὶ ἔργα δ' ὀνίσκων
> *Psettæ & clariæ triglæ & labores asinorum.*

Est & Rhombites fluuius in Mœotin influens Ptolomæo & Straboni, a Rhomborum multitudine. Meminit & Rhombi pro pisce Horatius:

Non me Lucrina iuuerint conchylia
Magisue Rhombus aut scarus.

Vbi Rhombum & scarum auctore Acrone pro pretiosis piscibus & veterum frugalibus mensis ignotis accipit. Artemidorus Daldianus in 2. ὀνειροκριτικῶν, Rhombum aluum soluere dicit. Rhombus praeterea τις τρόχος, vt idem Eustathius refert, ὃν στρέφοντες ἐν ἱμᾶσι καὶ τύπτοντες ἐκτύπουσι. ῥόμβος κατ᾽ ὀνοματοποιίαν καλούμενος. Id e. *Turbo, quem circumagunt scutica, & percutientes impellunt. Hinc Rhombus facititio a sono nomine dictus.* Tradit in Argonauticis Apollonius ῥόμβῳ καὶ τυμπάνῳ ὑπὸ φρυγῶν ἱλάσκεσθαι τὴν Ῥέαν, hoc est, *Rhombo & tympano a Phrygibus placari Rheam*, hic vulgo *trochus* dicitur. Hinc illud vulgatum *Catonis titulo, trocho lude*, τρόχῳ παῖζε. Latinis auctoribus *turbo* dicitur, instrumentum nimirum puerilis lusus. C. Iulius Romanus apud Charisium *turbonis si proprium sit hominis nomen: turbinis, si procellam voluerimus exprimere, aut in eo, inquit Plinius, qui est in lusu puerorum.* Sed Caesar de Analogia 2. *turbonem, non turbinem: etiam de tempestate dici debere ait, vt Cato Catonis, non vt homo hominis.* Idem Iulius in hoc Tibulli versu non *turbo*, sed *turben* legendum contendit:

Namque ager vt per plana citus sola verbere turben,
Quem celer adsueta versat ab arte puer.

Trochus rota, quae a ludentibus pueris (vt inquit Acron) *adsidue circumagebatur.* Est item Trochum apud Plautum, vt vult Festus, genus sellae. Hunc inquit praedictus Iulius Romanus Vergilius in 7. *turbonem* vocat:

——— *tortus sub verbere turbo*

Et ita putant dici debere *hic turben*, quia & homo & tempestas & buxum eodem possunt nominatiuo perhiberi. Vergilii versus sunt:

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent, ille actus habena
Curuatis fertur spatiis. stupet inscia turba,
Impubesque manus mirata volubile buxum,
Dant animos plaga. ———

In quem locum Seruius: *Turbo Catullus hoc turben dixit, vt carmen.* Forte *Tibullum* dicere voluit Seruius. *Hic turbo* (inquit) *vnde turbinis facit, nam si turbonis sit, erit a proprio nomen.* Est autem id proprium nomen apud Cornelium Tacitum, vt Ioannes Pierius annotauit, & apud Dionem Cassium siue Xiphilinum in vita Imperatoris Hadriani, & inibi Aelius Spartianus, qui *Hadrianum Imperatorem a Liuiano Turbone adoptatum* dicit, quem Dion, vt virum quendam optimum celebrat. Et & gladiatoris nomen apud Horatium *in 2. sermonum*, hoc versu:

Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Vbi

Vbi Acron & Porphyrion interpretes, *Turbonem fuisse Gladiatorem* aiunt *pusillo quidem corpore, sed pugnacem e Thracia.* Dicitur etiam Rhombus instrumentum, quo maleficæ mulieres vtuntur. Ἔστι, inquit Eustathius, δὲ καὶ φαρμακίδων τρόχος ὁ ῥόμβος παρὰ Θεοκρίτῳ κατεγγοητευόμενος ἐν τῷ στρέφεσθαι. Id est. *Est etiam Rhombus maleficarum trochus siue rota Theocrito, qui incantationibus magicis adsciscitur dum vertitur.* Theocriti vero ex Pharmaceutria carmen quod innuit Eustathius, hoc est:

χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ ἀφροδίτας
ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν. Id est.
Vt impellitur hic rhombus æneus, sic præ amore
Ille impellatur vsq; ad nostras fores.

Scholia in Theocritum χάλκεον τρόχον vocant, i.e. *æneum turbinem.* Ad hoc allusit Martialis dicens:

Cum secta colcho Luna vapulat rhombo.

Ouidius in amoribus:

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Lycia, quid valeat virus amantis equæ.

Et Propertius:

Straminea rhombi ducitur ille rota.

Et idem:

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

Et Martialis:

Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo.

Nicolaus Perottus, & illum sequutus Calepinus in illud Martialis scribentes:

Numerare pigri quis damna possit somni,
Dicere quot æra verterent manus vrbis
Cum secta Colcho luna vapulat rhombo.

Dicunt mulieres ad deducendam lunam noctu solitas æra concutere. Et hinc Ouidium dicere de anu:

——— *Themesæa concutit æra.*

Quod procul a vero est: Nam sensus poetæ est, enumerari non posse turbam concutientium æra in Lunæ deliquio. Arbitrabatur vulgus, dum Luna deficeret, id fieri magarum incantationibus, & hinc eam deficere, vnde & sonitu crepituve æris laboranti se dicebant opitulari; his addebant magnos clamores, quib. se illius lumen reuocare dicebant. Quem morem plures explicarunt: tum etiam ad illum alluserunt Poetæ: Iuuenalis Satyra 6. de loquacitate mulierum agens:

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas
Pulsari, iam nemo tubas atq; æra fatiget,
Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.

copiose hunc ritum explicant Plutarchus & Cornelius Tacitus, Cic lib. 1. *Annalium*: ille in *vita P. Æmilij.* Quorum verba quo-

niam notatu digna sunt, hic apponam. Sic igitur Græcus loquens de nocte, quæ præcessit pugnam cum Perseo Macedonum Rege: ἐπεὶ δὲ νὺξ γεγόνει, καὶ μετὰ δεῖπνον ἐτράποντο πρὸς ὕπνον καὶ ἀνάπαυσιν, αἰφνίδιον ἡ σελήνη πλήρης οὖσα, καὶ μετέωρος, ἐμελαίνετο. καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολιπόντος αὐτὴν χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς ἠφανίσθη. τῶν δὲ Ῥωμαίων ὥσπερ ἐστὶ νενομισμένον χαλκοῦ τε πατάγοις ἀνακαλουμένων τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς καὶ δᾳσὶν ἀνισχόντων πρὸς τὸν οὐρανόν. οὐδὲν ὅμοιον ἔπραττον οἱ Μακεδόνες. Id est. *Nocte facta, cum quoq; se verterent ad cubilia & somnum, & quietem, repente luna plena existens & in sublimi, nigrescebat; & cum se in omnifarios colores mutando, tandem lumen illius defecisset, ipsaq; dispareret; Romanis, (ut illis erat consuetum) pulsibus æris ipsius lumen reuocantibus, multosq; ignes tædis & facibus sursum in cœlum extendentibus; Macedones nihil simile fecerunt.* Et Tacitus de seditione militum in Pannonia loquens: *Noctem minacem, & in scelus erupturam fors leniuit; nam luna clariore pene cœlo visa languescere. Id miles rationis ignarus, omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem syderis adsimulans, prospereq; cessura quæ peragerent, si fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris sono, tubarum cornuumq; concentu strepere, prout splendidior obscuriorue, lætari aut mœrere; & postquam ortæ nubes offecere visui, creditumq; conditam tenebris, vt sunt mobiles ad superstitionem perculsæ* semel mentes, sibi æternum laborem portendi, sua facinora aduersari Deos lamentantur. Meminit huius ritus obiter & lib. 6. belli Punici: *Disposita* inquit, *in muris Campanorum imbellis multitudo, tanto cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silente nocte fieri solet.* Plinius quoq; lib. 1. *Et in luna veneficia arguente mortalitate ob id crepitu dissono auxiliante.* Hinc videtur etiam Ouidius Metamorphos. lib. 4. cecinisse:

Cum frustra resonant æra auxiliaria Lunæ.

Et libro septimo:

Te quoq; Luna traho quamuis temerata labores.
Æra tuos minuant.

Tum M. Manilius Poeta in primo:

Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis
Quæ cum mersa nigris per noctem deficit umbris
Non omnes pariter confundis lumine gentes
Post medio subiecta polo quæcunq; coluntur,
Vltima ad Hesperios infectis volueris alis,
Seraq; in extremis quatiuntur gentibus æra.

Et Statius Papinius lib. Theb. 6.

Sic cadit attonitis quoties auellitur astris
Solis opaca soror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant: frustraq; timent, at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Rationem reddit Alexander, quod crediderint Dæmonas hoc cre-

pitu abigi, lumine terris ablato. Et Cælius Placidus in præfatum Statii locum. *Ad opinionem*, inquit, *hominum retulit, quod arbitrentur, deficienti Lunæ opitulari, si æra percutiant.* Adeo autem ea opinio Ethnicis inhæsit, vt nascente iam sacratissima religione, ægre initiatorum animis per sacras conciones euelli potuerit. Quod manifestum fit ex sermone quodam ad populum, quem de defectu Lunæ inscripsit, Maximi Taurinensis Antistitis, qui morem illum, vt Ethnicum, barbarum & impium his verbis detestatur: *Quis*, inquam, *non moleste ferat, sic vos esse vestræ salutis immemores, vt etiam cœlo teste peccetis? Nam cum ante dies plerosq; de vestra auaritiæ cupiditate pulsauerim, ipsa die circa vesperum tanta vociferatio populi exstitit, vt irreligiositas eius penetraret ad cœlum. Quod cum requirerem, quid sibi clamor hic vellet, dixerunt mihi, quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuaret.* Et post pauca: *Tunc igitur apud vos laborat Luna, quando laborat & vinum: Tunc inquam apud vos turbatur carminibus globus lunæ, quando calicibus turbantur & oculi, &c.* Velleius *libro primo, histor. Romanor.* (vt id obiter addatur.) *Talem æris crepitum Cerealibus sacris edi consueuisse tradit. Chalcidenses*, inquit, *Cumas in Italia condiderunt, huius classis cursum esse directum, alij columbæ antecedentis volatu ferunt, alij nocturno æris sono, qualis Cerealibus sacris cieri solet.* Sed iam his sæpius, ab aliis recoctis fortasse lectori nauseam mouemus, quæ tamen libuit in vnum fascem cum nostris cogere. Nunc ad prius institutum reuertimur. Est igitur *rhombus* etiam *cylindrus*, & instrumentum illud, quo vertendo mulieres nent; & vt Helychius. ῥόμβος· ψόφος, ἦχος, δῖνος, κῶνος. ξυλάριον οὗ ἐξάπτεται σχοινίον, καὶ ἐν ταῖς τελεταῖς δονεῖται. Id est. *Rhombus, sonus, resonantia, turbo, conus, exiguum lignum, quod agitatur funiculo:* & quod in mysteriis circumuertitur, & ῥομβοῦντες ἐπιμήκεις, quod Latini *turbinatim* dicunt; quod in turbinis formam ex lato in acutum desinit. Hinc etiam turbo vasculum, in quod Xeniola Saturnalibus mittebantur, a forma *turbinis* dictum. Est & proprium nomen, vt diximus, & notat in sexto Priscianus. Et turbina a figura dicuntur, quæcunque ex lato aut corpulento in acumen desinunt. Sic figura *turbinatior* Plinio, cum de piris loquitur. *fastigiatior*, quæ magis in acutum desinit, significat; Sic turbines cedrorum, & pira turbinatoria idem auctor dixit. Est item turbo procellæ genus & venti. Lucretius lib. 1.

Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis sternit, montesq; supremos.

Hi e nubis specu maiore delati quæque deturbant. Dicebantur huiusmodi ῥεμβῶντες Apollonii Rhodii auctoritate libro 4. qui eos ad Draconis gyros & vertiginem transtulit verticesque caudæ, his versibus:

ὡς τοί γ' ἐκείνου πέλωρον ἀπειρεσίας ἑλέλιξε
ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσι

Vtpote illi magnitudo ingens infinitas circumegit
Vortices, siccis seu gyros munitos squamis

Loquitur de Dracone aurei velleris custode. ῥυμβόνας, inquiunt, Apollonii Rhodii interpretes Lucillus Tarrheus, Theon seu Sophocleu, τὰς εἰλήσεις τῆς οὐρᾶς καὶ περιελίξεις, h.e. conuersiones caudæ in spiram seu volutam contractæ circumflexiones. Vnde & Euripides in πειρίθῳ: σὲ τὸν αὐτοφυῆ τὸν ἐν αἰθερίῳ ῥύμβῳ hoc est: *Te ex te satorem omnium Deorum æther* ῥύμβῳ h. e. motu. Cuius loci meminit etiam Eustathius: τινὲς δὲ ῥύμβον χρᾶφουσι ... ὡς Εὐριπίδης ἐν πειρίθῳ αἰθέρος ῥύμβον φησι, ὃ ἐστι τροφὴν καὶ ... κίνησιν ἀπὸ τούτου καὶ τὰς κινήσεις ὁ Ἀπολλώνιος ῥυμβόνας καλεῖ. Quidam, inquit, ῥύμβον *scribunt pro* ῥ, *vt Euripides in Pyritho Æthereum rhymbum vocat, hoc est, volutionem seu circularem motum. Inde etiã Apollonius motus circumuolutos Draconis rhymbonas vocat.* Vnde inquit apud Ælianum ἡ ἄπορος λέξις κειμένη ἐρρυμβόνα ἐν ... τοῖς ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐν οἷς λέγει ... ἐρρυμβόνα τὰ τιμιώτατα. h. e. *Rara dictio sita* ἐρρυμβόνα *ab huiusmodi quapiam habet originem, cum dicit dilapidauit res necessarias, in luxum conuertit preciosissima quæq.* Subdunt Appollonii Scholia: ἔστι καὶ τὸ κινούμενον τροχίσκιον ὑπὸ τῶν Φαρμακίδων ῥυμβίον καλεῖται. ἔτι δὲ λέγουσι τὰς περιφερεῖς κινήσεις. καὶ παρ' Εὐπόλιδι. ὦ ῥυμβόσι μαστίζων ἐμὲ. *Vnde & mota regula a magicis mulierculis Rhymbium dicitur. Ita enim vocant circumferentes motus, & apud Eupolidem: O circumuolutionibus me flagris cædens.* Suidas ῥεμβόδης ἠμελημένως interpretatur, & ex anonymo quodam hoc adfert: τῆς γὰρ πολιορκίας ῥεμβώδους γενομένης ὁ μὲν σκέπας οὐδόξει καὶ διέβαλε ... *pro negligenti soluta & remissa obsidione neglecta seu soluta existente Scopas contemsit & calumniatus est iuueniliter.* ῥόμβον autem κίνησιν interpretatur, hoc est, motionem seu cylindrum: adtexitque hoc carmen ex epigrammate quodam, ex florilegiis 6. epig. 16.

θυῖον ἐϋκλώζοιο λίνου, βυσσώμασι ῥόμβον
φράξαντες, γλαυκαῖς ἐν παρόδοις λαγόνας.

In quo ego *rhombum* piscem hic dici puto, & θύννον legendum καὶ ῥομβώδης παράταξις, hoc est, *ordinis aciei nomen.* Est etiam τῆς γῆς ... πολεμικὸν ξύλον, hoc est, *bellicum nauis e ferro exiguum instrumentum.* Et rursum:

στρεπτὸν βασσαρικοῦ ῥόμβον θυάζοις μύωπα.

Id est.

Rotatum Bassarici thyrsi rhombum Myopa.

Myopa, qui e propinquo intuetur. Cylindrum id exponit ῥομβοστρομυλήθρα vox est Eubulidi ficta, in Rhetorum loquacitatẽ quæ

impetu

impetu verborum & rotatu effunditur. ἐριστικῶς κερατίνας ἐρωτῶν καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κινῶν ἀπῆλθ' ἔχων δημοσθενικὴν τὴν ῥομβοστωμυλήθραν id est, *Contentiose Ceratinas, hoc est, cornutinos argumenta interrogans, & falso gloriosis sermonibus Rhetores versans abiit, habens Demosthenis volubilem & impetuosam loquacitatem.* & ῥομβεῖν σφενδονᾶν, id est, *funda iaculari.* Est & ῥόμβος κίνησις: πλήξας ῥόμβῳ τοῦ δουρὸς ὀυεγχω *percutiens cum impetuoso motu hasta incurvo & obuerso ferro* Hesychius autem ῥομβονᾶν σφενδονᾶν interpretatur, hoc est *funda iaculari.* Et ῥέμβεται πλανᾶται γυρεύει, hoc est, oberrare & in gyrum agi & ῥύμβος δῖνος. id est, *vertigo.* & ῥυμβονᾶν διασκορπίζειν. id est, *dispergere,* & ῥυμβώδεις λαιγγάσας διεσχισμένας, *lapides sub aqua discissos,* & ῥεμβομβος vox Theophilo martyri vsurpata, cum de Iouis & Rheæ cõcubitu loquitur. Vsus est & Pindarus Olympiorum Ode 13. pro impetu seu sonitu iaculi:

> *ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμ*
> *βον παρὰ σκόπον οὐ χρή.* Id est:
> *Me rectum iaculorum mittere im-*
> *petum præter scopum haud oportet.*

Vbi interpres ῥόμβον, inquit ῥίψιν καὶ ὁρμὴν ποιεῖται τὸν ἀκοντισμόν, *ictum seu impetum factum a iaculo.* Et rursum: τὸ δὲ ἀκόντων ῥόμβον, τὴν δίνησιν, καὶ τὴν βολὴν τῶν ἀκοντίων λέγει. id est *Idem iaculorum rhombum, rotationem & iactum telorũ dicit.* Et rursum alia Scholia a Demetrio Triclinio, & aliis recentioribus collecta: ῥόμβον βολὴν ἀκόντων εὐθεῖαν, hoc est, *iaculorum directum iactum* interpretantur. Sed hæc vel non fastidiosis de eadem crambe vel nimis multa. Itaque iam desinamus.

CAPVT XXIV.

De Sophoclis Mysis. *Aristoteles in Poetica expositus: tum quale argumentum habuerit ea fabula.*

ARistoteles in libro de Poetica, qui ex tribus vnus nobis solus superest, docens; Nihil ἄλογον, aut absurdum debere inseri argumentis, aut si aliquando id fiat, ita poni vt sit ἔξω δράματος, hoc est, *extra ipsam fabulam:* idque si verum non sit, verosimile saltem aliquotenus sit. Deinde exempla adferẽs, vt (inquit) est ignoratio Oedipodis de modo cædis Laii. non autem vllo modo sit in ipsa actione, ὥσπερ ἐν Ἠλέκτρᾳ, οἱ τὰ Πύθια ἀπαγγέλλοντες, ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἥκων. *Veluti* (inquit) *in Sophoclis Electra Pythicorum nuntiatio; itemq; in Mysis ex Tegea mutus vt loqueretur, profectus in Mysiam est.* Quem locum exponens vir vndecunque doctissimus Franciscus Robertellus, ingenue se fatetur ignorare, quales fuerint Sophoclis Mysi, aut quod eorum argumentum; perobscura esse quæ de muto adferuntur, adserens. Allatis tantum duobus locis ex Athenæo, quibus ostendit, Sophoclis eam esse fabulam. Vt autem ad pleniorem explicationem eius lo-

ei adferam quę & ipse obseruaui, prius id testatum volo me nullius eruditioni hic aliquid derogatū aut detractū velle, sed id conari, vt hæc nostra honestarum literarum studia magis magisq; promoueantur, ideoq; velut in commodum Repub. & meum symbolum suffragiumq; adferre, quamquam quod ad *mutum* illum attinet, ipse plane adhuc obmutescam. Argumētum igitur Sophoclis Mysorum regis filii cædem, in acie a Pyrrho Achillis filio in bello Troiano factam. Ratio qua adducor, vt id credam, hæc facit, quod Philostratus Sophista iunior, qui & Nepos, in imaginibus suis picturam habet, cuius epigraphe Mysi: in qua graphice & Rhetorice admodum totam rei imaginem expingit. Nam & belli inducias, & regionis faciem, & Eurypylum sub alis lethali vulnere affectum, & exanguem inflectumque iacentem exprimit. Inquit enim de eo κατὰ τῆς μασχάλης ὠτειλὴν αὐτῷ καιρίαν τοῦ πύρρου, κεῖται δὲ [illegible]. *vt qui ipse in se habeat iuxta alas lethale Pyrrhi vulnus Iacet autem inflectus.* Quid quod eadem pictura duplicem habet epigraphen, Pyrrhus seu Mysi, vt plane hanc historiam notari sit necesse. Auctor enim ille picturas suas fere e Tragœdiarum argumentis hausit, quarum & titulos his præfixit, vt huic Mysos, aliis Phyloctetē, Nessum, Meleagrum, Hesionem, Argo siue Æeten, Medeam, Pelopa, & huiusmodi, quibus argumenta earum complexus est. Eurypylum autem hunc Telephi filium fuisse Mysorum Regis, & populos ad Caicum habitantes secum duxisse testis est Homerus Odyss. λ.

ἀλλ' οἷον τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
ἥρω' εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
κήτειοι κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων
κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον μετὰ μέμνονα δῖον.
Sed qualiter Telephidem traiecit æreo telo,
Heroa Eurypylum, multi cum illo sodales
Cetij interficiebantur, ob muliebria dona,
Illum pulcerrimum conspicatus post diuinum Memnona.

Quem locum sic explicat Didymus Homeri Scholiastes: Εὐρύπυλος ὁ ἀστυόχης καὶ Τηλέφου τοῦ ἡρακλέους παῖς, λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν τῆς μυσίας ἀρχῆς προΐσταται. πυθόμενος δὲ πρίαμος τὴν περὶ αὐτὸν δύναμιν ἔπεμψεν ὡς αὐτὸν ἵνα παραγένηται σύμμαχος, εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτῷ διὰ τὴν μητέρα, ἔπεμψεν ὁ πρίαμος τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἀστυόχῃ δῶρον χρυσῆν ἄμπελον. ἡ δὲ λαβοῦσα τὴν ἄμπελον ἔπεμψε τὸν υἱὸν ἐπὶ στρατείαν. Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Ἀχιλλέως παῖς τοῦτον ἀναιρεῖ. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ ἀκουσιλάῳ. h.e. *Eurypylus Astyoches & Telephi Herculis filij filius, sortitus paternum principatū, præfuit Mysiæ, certior factus Priamus de illius potentia, misit ad eum vt auxilio ipsi aduersus Græcos veniret; respondente illo quod a matre prohiberetur, misit Priamus matri dono vitem auream; quæ recipiens vitem misit filium suum ad bellum; Neoptolemus vero Achillis filius illum interemit. Historia est apud Acusilaum.* Fuere autem.

tem, vt idem Didymus ait, κητειοι Mysiæ populi. Hinc Alcæus Ceteium pro Mysio promiscue accipit. Vitem hanc auream Iupiter Troi dedit, in remunerationē raptus Ganymedei, quæ per successionem deuenerat ad Priamū. Alii tamen, vt idem Didymus prosequitur, muliebria dona interpretātur, sic vt Priamus vnam filiarum suarum promiserit Eurypylo, sicut Othryoni. Alii nō matrem, sed vxore Eurypyli dona suscepisse volūt, persuasisseq; marito, vt in bellū iret. Strabo lib.13. hoc totum confictū putat a Grāmaticis. neq; enim hic ab Homero certi quicquā innui; eos autē suas inuentiones nobis obtrudere. Vult idē Geographus, imperasse Eurypylum tribus regnis, haud procul a Caico. Cætium autē esse fluuiolū, qui in alium decidat, eundemq; mox in aliū, qui in Caicū decidat: eum esse in agro Elaitico. Caicon non ab Ida oriri, vt vult Bacchylides nec vt Euripides, Marsya celebres Celenas colit in extremis Idæ locis. Temno monte Mysius amnis defluit inq; Caicum se exonerat, de quo Æschylus in Myrmidonibus: Io Caicæ, Mysiæque lymphæ. inde etiā Calaber recentior auctor, qui post Strabonem scripsit in 6. παραλειπομένων scripsit, Eurypylū fortis Herculis sobolē sequutos, qui accolunt obliqui Caici fluenta. qui Homerū sequutus, illū dicit a Neoptolemo occisum, infixa sub mentū hasta, cumq; eo plurimos Mysos. q res argumentū Tragœdiæ scribendæ Sophocli dedit, cui & Hyginus in fabulis adstipulatur. Dictys Cretensis (cuius testimonio vtitur Ioan. Tzetzes, qui illū sua ætate Græce circumlatum scribit) tradit Eurypylū post obtruncatos Peneleum & Nirea, quem Græcorum formosissimū arbitrabantur, a Neoptolemo curru deiectum & interfectum cadauer eius patri remissum. Idem Telephi filiū fuisse, & multis præmiis a Priamo illectū tradit: postremo Cassandræ pmissis nuptiis, cū vite illa aurea, cuius supra meminimus. Pausanias plures celebrat Eurypylos; vnum Enæmonis filium, qui cum Græcis militarit, & Axionem interfecerit, Priami filiū, vt auctor est Zeschcus & Polygnoti tabula, hunc furore correptum ob apertam arculam, in qua Bacchi erat simulacrum, tandem persanatum oraculo impleto. (de qua re lōgam texit historiam idem in Achaicis) Ast hūc Telephi Machaonis interfecisse. Versus autem, quos e Sophoclis Mysis Athenæus lib.5. ponit, & lib.14. rursus repetit, sunt integri hi:

πωλὸς ἢ φρὺξ τρίγωνός τ' ἀντίσπαστα τε

λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία. hoc est,

Multus Phryx Trigonus contra tenditur,

Accinit Lydia Pectidis consonantia chordarum.

Q. Smyrnæus siue Calaber, sub aduentum Eurypyli dicit Mysos siue Ceteios & Troianos simul suauem fistulæ & tibiæ stridulis aptatæ calamis & citharæ sonos protulisse. Quintus hic recentior dubium, an eam Sophoclis fabulam viderit. Meminere eius Poetæ, tum Isacius Tzetzes Lycophronis interpres, tum Suidas.

Mutus autem ille, vt diximus, Tegra Arcadiæ oppido in Mysiam profectus, nobis silentium imponit, ne amplius de eo loquamur, donec non in Mysiam, sed in aliquem bonum auctorem inciderimus, qui linguas nostras instruat, quid de re loqui debeamus.

CAPVT XXIV.

Cimbericon *vestis nomen & genus varijs auctorum locis varie & perperam legi. tum quid sit* orthostadium peribarides.

ARistophanes in Lysistrata:

καὶ κυμβίελιν κορθοστάδια καὶ περιβαρίδας.

Qui versus ita legendus videtur:

κιμβερικὸν κ' ὀρθοστάδια καὶ περιβαρίδας.

Subiiciente mox Poeta, κιμβερικὸν ἐνδύσομαι, *Cimbericum induam.* Est enim vestimenti genus. Hunc locum Suidas quoq; citat, quàquam etiam ibi mendose legi videatur, κιμβερικὸν ἐνδύσομαι. Hic dicit vestis genus esse a loco dictum. Hesychius huic lectioni etiam suffragatur, qui scribit, κιμβερικὸν esse χιτωνίσκου εἶδος, πολυτελοῦς ὃ λέγεται στατός. hoc est, *Cymbericon esse tunicula speciem pretiosæ quod statum dicitur.* Quin & in Polluce mendosa videtur ea vox: Κιμβαρικὸν enim pro κιμβερικὸν legitur lib. 7. vbi sic scribit: κιμβαρικὸν ἐστὶ δὲ τὸ κιμβαρικὸν διαφανὴς χιτωνίσκος: *Est*, inquit, *Cymbaricon* (*Cimbericon* lego) pellucida tunicula. ὀρθοστάδιον autem, cuius idem Aristophanes in eadem Comœdia meminit, ὀρθοστάδιοι οἱ στατοὶ χιτῶνες, id est, *stantes tunicæ*, quæ & *stati* dicuntur. οἱ δὲ σύρόμενοι & συρτοὶ, quemadmodum *qui trahuntur*, Syrti inde dicuntur. Hesychius χιτῶνες οἱ στατοὶ, ὑποκόλπιον ἔχοντες, οἱ δὲ συρόμενοι συρτοί, hoc est, *Stati siue stantes tunicæ, inferius succisæ; quæ trahuntur Syrti, quibus humus verritur*, vt fit a diuitibus matronis. Est & ὀρθοστάδη genus πέμματος siue placentæ. Sed Pollux dicit, ab Aristophane huiusmodi vestes ὀρθοστάδιας appellari, quod recte stent, nec cinctura superducatur, χιτὼν ὀρθοστάδιος ὁ οὐ ζωννύμενος, *incincta vestis*. περιβαρίδες quoque, vt hoc obiter adnotetur, nominatur ab eodem in eadem Comœdia κλήσομαι περιβαρίδας, interpres male vertit, *circum grauamina*. Sunt autem *peribarides* calceamenti muliebris quoddam genus, vt docet Hesychius. Pollux λευκὸν ὑπόδημα μᾶλλον ἑταιρικὸν, *album calceamentum, maxime meretricium peribaris.* Ego etiam auctoritate *Cephisodoti* Comici contenderim, pauperum matronarum & etiam ancillarum id fuisse calceamentum: sic scribentis in Trophonio: σανδάλια τῶν λεπτοσχιδῶν, ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ἄνθ' ἔπεστιν αἰάστρεμμα. νῦν δ' ὥσπερ ἡ θεράπαινα, ἔχω περιβαρίδας. Sandalia tenuium incisuratum, super quibus aurea florida virgeta erant. Nunc vt ancilla habeo periparidas.

MISCEL.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber VIII.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Collatio locorum aliquot facta versionis plurium carminũ M. Tullij e Sophoclis Trachinijs cum suo archetypo.

M. Tullius Cicero in Tusculanarum 2. dum difficultatem perferendi dolores explicat, exemplo Herculis id comprobat, quem tunica illa veneno imbuta inductum graues cruciatus non perferentem Socrates, simulque eiulantem inducit: E cuius Trachyniis idem Cicero prolixum carmen nullo versuum ambitu cõprehensum vertit, summa, vt fere adsolet, libertate, quod ipsum cum suo archetypo conferre nihil dubitauimus; summam semper delectationem percipientes ex huiusmodi collatione, sicut ante sæpe fecimus: quod ipsum aliis quoque accidere arbitramur, sed rem aggrediamur. *Videamus,* inquit Cicero, *Herculem ipsum,* qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quærebat, quas hic voces apud Sophoclem in Trachyniis edit. Cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset inhæsissetque ea visceribus, ait ille:

O multa dictu grauia, perpessu aspera,
Quæ corpore exanilato atq; animo pertuli:
Nec mihi Iunonis terror implacabilis,
Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali.
Quantum vna vecors Oenei partu edita:
Hæc me irretiuit veste furiali inscium,
Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera
Vrgensq; grauiter pulmonum haurit spiritus,
Iam decolorem sanguinem omnem exorbuit.
Sic corpus clade horribili absorptum extabuit.
Ipse illigatus peste interimor textili
Hos non hostilis dextera, non terra edita
Moles Gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori infixit meo.
Non Graecia vis, non barbara vlla immanitas
Non sæua terris gens relegata vltimis

Quas peragrans vndiq; omnem hinc feritatem expuli.
Sed fœminea vi, fœminea interimur manu.
O nate, vere hoc nomen vsurpa patri,
Ne me occidentem matris superet caritas;
Hanc arripe ad me manibus abstractam piis.
Iam cernam, mene an illam potiorem putes.
Perge vnde nate, illacryma patris pestibus.
Miserere; gentes nostras flebunt miserias.
Heu virginalem me ore ploratum edere,
Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo?
Æffœminata virtus adflicta occidit.
Euisceratum corpus lacerati patris
Videte cuncti, tuque cœlestum sator
Iace obsecro in me vim coruscam fulminis.
Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices,
Nunc serpit ardor. O ante victrices manus,
O pectora, o terga, o lacertorum tori.
Nostrone pressu quondam Nemæus leo
Frendens efflauit grauiter extremum halitum?
Hac dextra Lernam tetram macta a Excetra
Placauit. hæc bicorpore afflixit manum?
Erymanthiam hac vastificam abiecit beluam:
Hac e tartarica tenebrica abstractum plaga
Triplicem eduxit hydra generatum canem:
Hac interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu adseruantem arborem.
Multa alia victrix nostra lustrauit manus,
Nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.

Subiiciam nunc ipsa Græca Sophoclis carmina, vt res tota melius conferri queat.

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ
καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ.
κοὔπω τοιοῦτον, οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν, οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοὶ
οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας
βέβρωκε σάρκας, πνεύμονος ἀρτηρίας
ῥοφεῖ ξυνοικοῦν. ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
πέπωκεν ἤδη. καὶ διέφθαρμαι δέμας
τὸ πᾶν, ἀφράστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ.
κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιάς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία,
οὔθ' Ἑλλάς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ

γαῖαν

γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω
γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα κ' οὐκ ἀνδρὸς φύσιν
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.
ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγὼς
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.
δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σάφα
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος, ἐν δίκῃ κακούμενον
ἴθ' ὦ τέκνον τόλμησον οἴκτειρόν τέ με
πολλοῖσιν οἰκτρὸν, ὅστις ὥστε παρθένος
βέβρυχα κλαίων. καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε
τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα.
ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς
νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας.
καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρὸς
σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο
πέπονθα. δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων
ἰδοὺ θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας.
ὁρᾶτε τὸν δύστηνον ὡς οἰκτρῶς ἔχω.
αἲ αἲ, ὦ τάλας ἒ ἒ.
ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως, ὅδ' αὖ
διῇξε πλευρῶν οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διάβορος νόσος.
ὦναξ ἀίδη, δέξαι μ' ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον.
ἔνσεισον ὦναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος
πάτερ κεραυνοῦ. δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. ὦ χέρες χέρες
ὦ νῶτα, καὶ στέρν'. ὦ φίλοι βραχίονες,
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ' οἵ ποτε
νεμέας, ἔνοικον βουκόλων ἀλάστορα
λέοντ' ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον
βίᾳ κατειργάσασθε, λερναίαν θ' ὕδραν
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
θηρῶν ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπείροχον βίαν
ἐρυμάνθιόν τε θῆρα. τόν θ' ὑπὸ χθονὸς
ᾅδου τρίκρανον σκύλακ', ἀπρόσμαχον τέρας
δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις.
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην,
κ' οὐδεὶς τροπαῖ' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

E quibus quædam excerpentes, penitius hunc vertendi morem introſpiciemus: reliqua iudicio exercitati lectoris permittentes. Quod autem ſtatim in primo verſu illud Sophoclis καὶ θέρμα, vertit *perpeſſu aſpera*, neutiquã certe in eo ſignificatu, haud ſaltem facile,

τὸ θίερμον reperias. Nã vt ante docuimus. τὸ θίερμον cum pro *feroce, inconsulto, temerario, veloce, audace mobili,* tum etiam παραδόξῳ, *pracipiti, iuueniliter se efferente, & in malis gaudente,* tum *dissoluto* seu *petulante,* & interdum in bonam partem pro *gnauo* & *strenuo.* *eoq; quod feruido promtoque sit animo,* accipiatur: ita non temere pro eo, quod *perpessu asperum* est. itaque ego malim simpliciter interpretari *calida,* hoc est, *horrenda* a præferoci animo dextraque profecta. Nisi dicamus Ciceronem ad omnes Herculis labores perpessu asperos respexisse. Quod videtur innuere Sophocles, quum dicit: καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας, hoc est, *humeris manibusq; confeci:* vt sensum potius quam verba sequatur. Quod apparet cum dicit:

Quæ corpore exantlato atq; animo pertuli.

Vt vero augeret rem, cum Sophocles dicat, *Cõthoralem Iouis (Iunonem* scilicet) *non tantum inuexisse mali;* simplice nimirum elocutione, hic per amplificationem *Iunonis terror implacabilis* extulit. Quod *vscordem* Deianirañ vocat, est apud Sophoclem δολῶπις *fraudulentam* intelligit. *furialem vestem* eleganter Cicero *a furijs confectam,* quam Sophocles ἐριννύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, hoc est, *furiarum textilem amictum.* Quod autem Sophocles dicit (vt apparet) distincte, πλεύμονας τ' ἀρτηρίας ῥοφεῖ, hoc est, *pulmones* siue *arterias haurit* siue *exorbet,* quas Scholia *venas* interpretantur: Cicero dum *pulmonum haurit spiritus* vertit, videtur legisse: πλευμόνων τ' ἀρτηρίας, hoc est, *exhaurit vim spirandi;* dum arterias exugit. Porro vbi legitur πέπωκεν, Cicero πίπωκεν legisse videtur, id est, ebibit, exsorbuit. Iam illud: *Ipse illigatus peste interimor textili. Veste* videtur legendum esse. ἀφράστῳ τῇ δὲ χειρωθεὶς πέδῃ, *compede ineffabili,* vestis scilicet textilis. *Hostilem dexteram* dixit. quod Sophocles *hastum* siue *lanceam pedestris militiæ* vocat. Iam illud *biformato impetu centaurus;* de suo adiecit: cum Sophocles dicat θηρεῖος βία, hoc est, vis bestiarum, quas deuicit & oppressit Hercules. quod ἄγλωσσος dixit Græcus, Cicero *barbara immanitas* vertit Reliqua non inconcinna paraphrasi exprimens, & concinens sensu cum Græco. Iam illud: *Virginalem me ore ploratum edere;* videtur minus efficax Sophocleo illi βέβρυχα κλαίων, id est, *instar puellæ flens, infremo & ingemisco.* Subsequentes versus minore ambitu verborum extulit quam Sophocles, & common siue eiulatum omisit, tum repetitionem querelæ, inuocationem præterea mortis. Tantum id petit, vt a Ioue fulmine feriatur. Porro illud: *Nunc nunc dolorum,* &c. edit, inquit, me iterum dolor, incrudescit, incendit. Ceterum quod Cicero simpliciter dixit, *Nemeæus Leo.* id Græcus νεμέας ἔνοικον βουκόλων ἀλάστορα, hoc est, *Nemeæ incolam, bubulcorum depopulatorem.* Sed & illud: ἀπρόσμαχον θρέμμα καὶ ἀπροσήγορον omisit Ego malim in Sophocle legere ἄπλατον aut ἄβατον, id est, inaccessum, cũ Scholia exponant ἀπρόσιτον, *qui accedi non possit. Bicorporem* adflixit *manum.*

manum. Centaurus intelligit & recte vertit illud: διφυῆ στρατὸν, etsi omiserit ἄμικτον ἱπποβάμονα, ut etiam non attigit subsequens carmen. θηρῶν ὑβριστὴν ἄνομον, ὑπέροχον βίαν Credo pertæsus, lōgitudine περιφερόμενος. Quod autem dixit *triplicem canem*, voluit τρικέφαλον σκύλακα exprimere, hoc est, *tricipitem catulum*. Iam illud tortu multiplicabili *Draconem* de suo adiecit. Cum Sophocles alias qui innuolucro dicat δράκοντα μήλων φύλακα. Porro illud; *Multa alia victrix nostra lustrauit manus*: habet Sophocles ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην hoc est, *mille alios labores gustauimus*: & vt Scholia interpretantur, *expertissimus*. Postremo quod Latinus noster, *Spolia cepit*, extulit, Græcus τρόπαι' ἔστησε. id est, *trophæa statuit*. quod fere idem valet. Sed hæc summatim dicta sunto, sine aliorū melius sentientium præiudicio, quibus reliqua accuratius examinanda relinquimus.

CAPVT II.

Verba ex tertio libro historiarum Sallustij in Nonio egregie castigata & restituta.

NOnii Marcelli cōmentarios infinitis mendis scatentes expoliuit doctissimus vir, Hadrianus Iunius. nō tamē omnes næuos verruculasq;, ne dicam subrercutanea vlcera ita persanare potuit, quin aliqua remanserint: quibus etsi cicatrix obducta videatur tamē subinde repullulascāt, & sese vlcerosis nouis ostentent & ingerāt; e quibus hunc tantū locum nunc adducā, qui talis Medici manū subterfugit, nō inscitia me hercule neq; incuria (quis enim hoc de tam docto viro diligentiq; Medico dicere ausit?) Sed forte quadā & nimia obscuritate rei offusa ob oculos caligine. Nos autē cum aliunde opem tam deformato loco ferre posse opinaremur, noluimus lectorē inuentionis nostræ expertem relinquere, sed in mediū proferre prorsus decreuimus, idq; ex Seruiano codice. Sic enim Nonius scribit in voce dominus: *Dominus rursum appellatur conuiuij exhibitor*. Deinde post alia testimonia citat ex Salustii historiarū lib. 3. hæc verba: *Alteri scribam & cœnas in imo medius inter Tarquiniū & dominā Perpenna*. ex cuius orationis priore parte sensus omnino nullus elici potest, qui tamē auxilio Seruianorum cōmentariorū, qui hunc locum Salustii citant ex parte restituitur. Sic enim habet: igitur discubuere Sertorius inferior, in medio super eum Titus Fabius Hispaniēsis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versius, & alter scriba Mœcenas (quo loco in Nonio est *alteri scribā & cœnas, in imo medius inter Tarquinium & Domitiā Perpenna*. Ex Plutarchi Sertorio cōstat, a Perpenna datū fuisse cōuiuium illud, in quo Sertorius, a coniuratis occisus fuit. Ergo malim legere Perpennā) Vbi saluo meliorū iudicio legerim: *Medius inter M. Antonium & Dominum Perpenna*, per *dominum* Sertorium conuiuii præsidem intelligens: cuius domini locus auctore Seruio semper in medio erat. illud porro hic anno-

tandum, ordinem horum verborum in Seruii commentariis valde perturbatum, ordinemq; immutatum, quod ex discubitu conuiuatum facile intelligitur. Nam si Sertorius in medio sedebat, quomodo primo inferior cum suis libertis collocabatur? Ordo igitur ne forte sic erit: *Igitur discubuere, Sertorius in medio, infra cum T. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, medius inter Dominum & Antonium Perpenna. Scriba Sertorij Versius, & alter scriba Mæcenas.* Qui ordo conueniens narrationi Salustii reperitur. Nā si in summo erat Antonius, & si Sertorius conuiuij exhibitor seu dominus Perpennæ vtraque latera claudebant, necesse est, vt reliqui infra Sertorium sederint, T. Fabius Hispaniensis alterum latus illi claudēs, deinde duo liberti Versius & Mœcenas, quos par erat in imo sedere. Manifestum est enim illum loqui de cœna, quam nouissimam ipsi Perpennæ, Antonio & reliquis coniuratis ad se vocatis dedit Sertori⁹, in qua & ab illis idem cęsus est. De qua itidem Plutarchus in eius viri vita copiosam contexit narrationem, quam hic ideo subiungemus, vt tota res & sensus Sallustianorum verborū melius innotescat. Inquit enim: καὶ προσπέμψαντες (coniurati scilicet) ἄνθρωπον γράμματα κομίζοντα τῷ Σερτωρίῳ προσήγαγον, ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα νίκην ἑνὸς τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατηγῶν, καὶ φόνον πολὺν τῶν πολεμίων. ἐφ' οἷς τοῦ Σερτωρίου περιχαροῦς ὄντος καὶ θύοντος εὐαγγέλια, Περπέννας ἑστίασιν αὐτῷ, καὶ τοῖς παροῦσι φίλοις. (ἦσαν δὲ ἐκ τῆς συνωμοσίας) ἐπηγγέλλετο. καὶ πολλὰ λιπαρήσας, ἔπεισεν ἐλθεῖν. ἀεὶ μὲν οὖν τὰ μετὰ Σερτωρίου δεῖπνα πολλὴν εἶχεν αἰδῶ, καὶ κόσμον οὔτε ὁρᾶν τι τῶν αἰσχρῶν, οὔτε ἀκούειν ὑπομένοντος, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνόντας εὐτάκτοις καὶ ἀνυβρίστοις παιδιαῖς χρῆσθαι, καὶ φιλοφροσύναις ἐθίζοντος. τότε δὲ τοῦ πότου μεσοῦντος, ἀρχὴν ἀψιμαχίας ζητοῦντες, ἀναφανδὸν ἀκολάστοις ἐχρῶντο ῥήμασι, καὶ πολλὰ προσποιούμενοι μεθύειν, ἠσέλγαινον ὡς παροξυνοῦντες ἐκεῖνον. ὁ δ' εἴτε δυσχεραίνων τὴν ἀκοσμίαν, εἴτε τὴν διάνοιαν αὐτῶν τῇ θρασύτητι τῆς λαλιᾶς, καὶ τῇ παρὰ τὸ εἰωθὸς ὀλιγωρίᾳ συμφρονήσας, μετέβαλε τὸ σχῆμα τῆς κλισίας, ὕπτιον ἀνεὶς ἑαυτὸν, ὡς οὐδὲ προσέχων οὔτε κατακούων. ἐπεὶ δὲ ὁ Περπέννας φιάλην λαβὼν ἀκράτου, καὶ μεταξὺ πίνων, ἀφῆκεν ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ ψόφον ἐποίησεν, ὅπερ ἦν αὐτοῖς σύμβολον. Ἀντώνιος ὑπερκατακείμενος παίει τῷ ξίφει τὸν Σερτώριον. ἀναστρέψαντος δὲ πρὸς τὴν πληγὴν ἐκείνου, καὶ συνεξανισταμένου περιπεσὼν εἰς τὸ στῆθος κατέλαβε τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας, ὥστε μηδὲ ἀμυνόμενον πολλῶν παιόντων ἀποθανεῖν. id est. *Et subornantes hominem literas ad Sertoriū ferentem induxerunt, quibus significabatur victoria unius e ducibus suis, cum multos hostes ab eo fusos, quo initio exhilaratus Sertorius hostias immolasset. Perpenna illum vna cum amicis, (ij autem erant ex coniuratis) ad conuiuium inuitauit, multisq; blandimentis vt veniret persuasit. Apud Sertoriū vero ex more conuiuia multū habere solita erant, tum honestatem, tum verecundiam, vt qui ne sustineret quidem aliquid turpe audire aut videre, assuerat p suos cōuiuas uti moribus & absq; contumelia summa comitate iocis & sermonibus. Poculis autem iam inter eos frequentibus, rixæ initium quærentes*

cum

item manifeste lasciuis improbisq; verbis vtebantur, ebrietatemq; simulantes sceleste multa patrabant, vt illum irritarent. Hic vero seu q grauiter immodestiã illam ferret, seu quod mentem illorũ ex tarditate loquendi tum insolito contemtu persentiret, formã discubitus mutauit, supinum sese disponens, quasi nec videre nec attendere ad quenquã vellet. Postquam aũt Perpenna phialam meri acceperat aliquo vsq; ex ea bibens, abijceretq; e manibus strepitum faciens (quod erat coniuratis signum) Antonius, qui in summo discumbebat, gladio percussit. Huic vero ad plagam conuerso & surgere conanti, in pectus eius irruit, & vtrasq; manus eius corripit, ne se defendere posset, sicq; a multis cõfossus & percussus occiditur. Ex quibus manifestu est, aliter videri Sallustij præfata verba legenda, tam in Seruio q̃ Nonio, quam hactenus lecta sunt. Manifesto quoq; errore lapsus est Plutarchi interpres, qui vertit, *quod Sertorius Perpennam & ceteros coniuratos ad cœnã vocarit:* cum econtra vertere debuerit *Sertorium a Perpenna cum amicis (qui omnes e coniuratis erant) postquam sacrificasset, ad opiparam cœnam vocatum esse.* Quod & Appianus in 1. ἐμφυλίων aperte etiam testatur his verbis: ὁ Περπέννας παρὰ δόξαν λαθὼν ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἔργον ἠπείγετο. καὶ Σερτώριον μεθιέντα τοὺς δορυφόρους ἐπὶ ἑστιάσει καλέσας, μεθύσας δ' αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ τὸν ἄνδρα φύλακας, ἔκτεινεν ἐπὶ τῆς διαίτης. i. *Perpenna præter opinionẽ delitescens, multo magis ad opus necis Sertorianæ impulsus est. Et cum nuspiam Sertorius custodes corporis sui a se dimitteret, vocauit illum secum ad conuiuiũ, cumq; tum illũ, tum custodes illius omnes vino inebriasset, Sertorium in cœnaculo interemit.* Ceterum quod his omnibus refragatur in Epitome T. Liuij LXXXVIII. legitur: *Sertorius a M. Antonio & M. Perpenna & alijs coniuratis in conuiuio interfectus est.*

CAPVT III.

Super Sappho poetria complusculã, inibique Ouidiani versiculi post Bapt. Egnatium emendati.

SApphus nomine duas fuisse quidam arbitrantur, Lyricam illam & poetriam, quam Dion Chrysostomus *sapientem* vocat, & alteram, quam Tatianus *meretriculam & impudicam* esse vult. Alij etiam *tribada & subigatricem* fuisse contendunt. At Ouidius in Epistola Sapphus vtramque confundit; cui & Maximus Tyrius adstipulatur, qui totam illius poesin amatoriam esse contendit, quã & Plato in Symposio sic imitatus. ὅτι γὰρ ἐκείνῳ (Socrati videlicet) Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης, καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία. καὶ ὅτι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος καὶ Γοργίας, καὶ Θρασύμαχος, καὶ Πρωταγόρας. τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα, νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις νῦν δὲ ἐλέγχει. h e. *Vertente Paccio: Quod Socrati Alcibiades, & Phædrus, & Charmides fuit, id Lesbiæ Gyrinna, Atthis atq; Anactoria. Quodq; Socrati erant aduersi studij, Prodicus & Gorgias, Thrasymachus atq; Protagoras, id ipsi etiã Sappho, Gorgo atq; Andromeda*

exstitere, quas quidem modo recusat, modo redarguit Et quæ sequuntur. Quod autem attinet ad nomina illa puellarum, aliter paullo apud Ouidium in præfata epistola efferuntur:

Nec me Pyrrhiades, Methymniadesue puellæ
Nec me Lesbiadum cæteræ turba iuuat.
Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno
Non oculis grata est Atthis vt ante meis.

Vbi tamen in tertio versu quidam codices habent:

Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cygno.

rectius vt puto. Hos autem versus ita castigat Bapt. Egnatius in suis racemationibus:

Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisue puellæ,
Nec oculis grata est Atthis & ante meis.

Vtiturq; ipsius Sapphus testimonio, quæ scripserit, teste innominato Grāmatico de Dialectis: μαλὰ δὴ κεκορημένους γόργως καὶ πάλιν ἀμορφωτέρων Μναΐδος, καὶ τῆς ἁπαλῶς πυρίνας. tum subnectere illū Grāmaticum, ἐστὶν ἡ μναῒς αὐτη καὶ πυρίνω ὀνόματα κύρια. id est, *Sunt autē Mnais & Pyrino nomina propria.* Sed mēdose (ni fallor) citata sunt hæc ab Egnato Sapphus carmina, quæ castigatius aliquāto in Hephestionis de metris enchiridio leguntur ad hunc modum:

εὐμορφωτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίνω
ἀσαροτέρας οὐδ᾽ ἀμα πεδανα σέθεν, τυχοῖσαν.
Vel si formosior sit Mnaside, vel delicata Gyrino
Leuigatior, haud sane tecum coaliturum fore.

Vnde fit vt legendum putem in Ouidio:

Nec mihi Gyrino subeunt Mnaisue puellæ, &c.

adstipulante etiam Maximi Tyrii codice, qui tam Græce quam Latine habet *Gyrino* nō *Pyrino* Sed & in tertio versu nihil dubitamus legendum *vilis Anactorie.* Atthidos autem præter Max. Tyrium etiam ipsa Sappho meminit:

ἔρος δ᾽ αὐτοῦ μ᾽ ὁ λυσιμελὴς δονεῖ
γλυκύπικρον ἀμάχανον ἔρπετον
Ατθὶ, σοὶ δ᾽ ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο
φροντὶς δ᾽ ἐπὶ Ανδρομέδαν πότε.

Id est:

At curdrum solutor amor me versat,
Amor dulcis amarum improuisum serpens malum
Atthis tibi, at me possidet.
Sollicita proinde Andromeda denique.

Andromedæ rursum meminit in alio carmine:

ἔχει μὲν Ανδρομέδα καλὰν ἀμοιβὰν
Σαπφοῖ τὰν πολυολβον ἀφροδίταν.
Habet Andromeda præclaram compensationem
A Sappho, quia Venerem multum beat.am.

Hæc ideo a me commemorata sunt, quia ipse etiam Ioannes Brassicanus

ficanus dum politiam Nutritiã interpretatur Egnatiũ ſequutus, *Pyrino* eam appellat & *Muaida*. Sed & *Vilis Amythone* legit cũ vulgo. Suidas autem tres Sapphus amicas nominat, *Megaram, Atthidem & Teleſippam turpi amore ab illa proſequutas, facitq; duas, vnam hanc poetriam Leſbiam ex Ereſſa: Alteram Pſaltriam Mythylenæam. Poſteriorem hanc ob amorem Phaonis ſe præcipitaſſe in mare.* Sed hæc hactenus.

CAPVT IV.

De epiſtola Sapphus, quæ eſt apud Ouidium, an vere primitus ipſa ſcripta ſit ad Phaonem ab ipſa Sappho, an potius cõficta & excogitata ab ipſo Ouidio. Tum ſententiolas quaſdam oſtenſas in ea mutuatas de Sapphus ſcriptis.

CONtrouerſia iam diu fuit inter Grammaticos, epiſtolane illa, quæ inter Ouidianas Heroidũ legitur, fuerit ipſius Sapphus, & ab Ouidio in linguam Latinã conuerſa, an potius (id quod magis apparet) ab ipſo Ouidio ſingulari acumine ingenii ſui ſit excogitata. Qui ab Officina Ouidii primã produiſſe volunt, hoc certo & indubitato nituntur argumento, quod nullam eius epiſtolæ mentionẽ apud auctores factam inuenerint. Tum etiam quod Lyrica hæc poetria, quæ etiam elegias & epigrammata ſcripſit, quam vt Suidas vult, Scamandrorum filiam fuiſſe dictitant, fratremque habuiſſe Taraxo & filiam Cleida, meretricula illa Lesbia, quæ ſe præcipitauit de Leucade petra non fuerit, cum hæc Ereſſo, illa vero Mithilenæa fuerit: alii omnino eandem fuiſſe, hancq; ipſam illam impudicam fuiſſe: inter quos etiam eſt Tatianus (vt ante diximus) Aſſyrius: quodque ipſum videre eſt ex fragmentis, vbi nõnulla leguntur, quæ in hanc epiſtolam ſunt tranſlata, vti ſuperius adnotauimus: vt non iniuria vtraſque has in vnam conf.derit Ouidius. Relinquentes igitur litem ſub iudice, paucula commemorabimus, ad quæ Ouidius in hac ſua epiſtola videtur reſpexiſſe, alluſiſſeque, exceptis his, quæ ſupra attexuimus, vt vel his verſibus:

Vror vt indomitis ignem exercentibus Euris
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

Maximus Tyrius ſermone 8. conferens Platonica de amore cum Sapphicis, ita habet: ἐκβακχεύεται ἐπὶ Φαίδρῳ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, τῇ δὲ ὁ ἔρως ἐτίναξε τὰς φρένας, ὡς ἄνεμος κατ' ὄρος δρύσιν ἐμπίπτων. id eſt, *Socrates in Phædrum præ amore inſanit, Sappho vero ipſi amor mentem concutit, inſtar venti montanis quercubus incidentis.* Ouidius vento ignem ſufflãmante, hæc vero vento validis arboribus incidenti amorem comparat, indeque metaphoras ducunt. Iam illa apud Ouidium conqueritur, quod ſe ſolam in lectulo ſuo inueniat, oblectatam tamen Somniis his verſibus:

Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt
Somnia formoso candidiora die.
Illic te inuenio, quamquam regionibus absis
Sed non longa satis gaudia somnus habet.

Et post imagines somniorum decantatas subdit:

At cum se Titan ostendit & omnia secum
Tam cito me somnos destituisse queror.

Videtur e Græca quadam ipsius Ode esse desumtum, vbi tamen solummodo queritur, quod occidentibus Luna & Pleiadibus, post mediam noctem appropinquante die & Sole iam exorituro, solam se in lectulo inueniat iacentem.

δέδυκε μὲν ἁ σελάννα
καὶ πληϊάδες, μέσαι δὲ
νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὤρα.
ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

Sed alias quoque huius Poetriæ perstudiosus fuisse videtur, nam & in eadem epistola quis non hos versus, quos subiiciemus, de subiectis postea Græcis efformatos dicat? Ouidiani sic habent:

Nec mihi dispositis quæ iungam carmina neruis
Proueniunt, vacuæ carmina mentis opus.

Sappho vero seu seipsam seu aliã amore captam puellam ita matrem alloquentem inducit apud Hephestionem:

γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι κρέκειν τ' ἱστὸν
πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς βραδινὰν δι' ἀφροδίταν.
Dulcis mater, nequeo contexere telam,
Desiderio domita pueri, a lenta Venere.

Amor enim ignauia pectus perpluit, sic vt omnes reliquas honestas exercitationes remittant amantes, id quod pluribus exsequitur Plautinus Philolaches in Mostellaria, ad quod & Horatius alludit in epodis, cum præ amore studium omne condendi carmina remisisse scribat:

Pecti, nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos amore perculsum graui.

Et rursum in octaua Ode primi libri carminuum, cum Sibarin puerum omnes consuetas exercitationes corporis & honesta studia omisisse ob amorem Lydiæ decantat, quam & iuuenem perdere hac re criminatur.

Lydia dic, per omnes
Te deos oro: Sibarin cur properas amando
Perdere, cur apricum
Oderit campum, patiens pulueris, atque Solis?
Cur neque militaris
Inter æquales equitet— & reliqua.

Et rursum Ouidius de digressu Phaonis loquens:

Quum mihi, nescio quis, fugiunt tua gaudia, dixit,
Nec me flere diu, nec potuisse loqui.
Et lachrymæ deerant oculis, & lingua palato
Adstrictum gelido frigore pectus erat.

Optime hic expressit summum amantis angorem, qualem & ipsa pluribus expressit carmine quodã generis a se denominati: Quod etsi iam peruulgatum, quid prohibet hic etiam legi, non ut illud editum est a Francisco Robortello vna cum Dionysio Longino, qui illud adducit; Sed vt castigauit Henricus Stephanus vir doctissimus, cuius tres priores strophas nihil puduit doctum Catullum vertere, id igitur, quoniam huiusmodi delicias persequi instituimus, est tale:

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν' ὠνὴρ, ὅστις ἐναντίον σοι
ἰσάνει καὶ πλασίον ἆδυ φωνού-
σας ὑπακούει
καὶ γελώσας ἱμερόεν τό μοι τὰν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν
ὡς ἴδον σε βρόχεων, ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
οὐδὲν ἔθ' ἥκει
ἀλλὰ κάμμεν γλῶσσ' ἔαγ' ἂν δὲ λεπτὸν
αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν
ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μοι
καδ δ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται τρόμος δὲ
πᾶσαν αἱρεῖ χλωροτέρη δὲ ποίας
ἐμμὶ τεθνάκην ὀλίγου δεῦσα
φαίνομαι ἄπνους.

Quæ pari elegantia & propemodum energia vertit Catullus:

Ille mi par esse Deo videtur,
Ille si fas est superare diuos,
Qui sedens aduersus identidem te
Spectat & audit
Dulce ridentem misero quod omnes
Eripit sensus mihi nam simul te
Lesbia adspexi, nihil est super mi
Quod loquar amens.
Lingua sed torpet, tenueis sub artus
Flamma demanat, sonitu suopte
Tinniunt aures; gemina teguntur
Lumina nocte.

Sequentes quatuor sic vertit doctissimus vir Henricus Stephanus non minus feliciter quam Catullus:

Manat & sudor gelidus tremorque
Occupat totam, velut herba pallens.

Ora, spirandique compos, Orco
Proxima credor

Ex quibus abunde liquet, quàm amatorios hæc affectus omnes cognitos habuerit. Quin illud affirmare ausim, hunc quoq; tetigisse Valerium Æditiuum antiquum & venustum epigrammatum scriptorem hoc epigrammate:

Dicere cum conor, curam tibi Pamphila cordis
Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor,
Si tacitus subidus duplo ideo pereo.

CAPVT V.

Quam affabrè eadem prima Amori & Veneri sua Epitheta adfinxerit, hunc γλυκύπικρον, *illam* δολόπλοκον *nominando: ad quæ* alluserint summi etiam Philosophi & Poetæ.

QVantæ eruditionis quantique ingenii hæc poetria fuerit, vel ex hoc apparet, quod elegantissima rebus amatoriis epitheta adinuenerit, quæ & mirati sunt & imitati summi tum Philosophi tum Poetæ: cuiusmodi est illud, quod amorem prima γλυκύπικρον appellarit, & ἀλγεσίδωρον, hoc est, *dulcem amarũ & doloris angustiæq; animi largitorem.* Quod teste Maximo Tyrio Plato quoq; imitatus sit. Sic enim ille (ostendere volens Platonem sua amatoria in conuiuio prolata ab hac Poetria sumsisse) scribit: κ. Διοτίμα λέγει ὅτι θάλλει μὲν ἔρως, εὐπορῶν ἀποθνήσκει ἢ ἀπορῶν, τοῦτο ἐκεῖνη ξυλλαβοῦσα εἶπε γλυκύπικρον καὶ ἀλγεσίδωρον τὸν ἔρωτα. hoc est. *Diotima vero dicit, quod floreat amor ijs, quibus sui copiam facit: emoriatur vero sui inopem. Quod ipsum comprehendens Sappho, dulciter amarum illum & angoris largitorem appellat.* Prior enim Sappho longe Platone tempore fuit. Extat carmen Sapphus apud Hephæstionem, tali epitheto amorem insigniens:

ἔρως δ᾽ αὖτε μ᾽ ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.

Amor rursum me artuum solutor commouet.
Dulciter amarus inopinatum adrepens malum:
Dulci amara, inexpugnabilis auis.

Quod ipsum Plautus quoque videtur imitatus, cum dicit in Cistellaria:

Nam ecastor amor & melle & felle est fœcundissimus,
Gustu, qui dat dulce, amarum ad satietatem vsq; oggerit.

Catullus hoc ad Venerem transtulit ad Mallium elegia.

Multa satis lusi, non est Dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Et in nuptiis Pelei & Tethydis amorem *curis gaudia miscere* ait:

Sancte puer curis hominum qui gaudia misces,
Quæq; regis Golgos, quæq; Idalium frondosum.

Vbi

ubi *Colchos* deprauate in quibusdam codicib. legitur. γόλγοι enim auctore Stephano oppidum est in Cypro a Golgo ductore Sicconiorum Coloniæ, quod & *Golgon* neutro genere dicitur. Iam eadem poetria in alio hymno, eodem metro conscripto, quem recenset Dionysius Halicarnasseus Venerem ποικιλόθρονον & δολοπλόκον appellat hoc est, *vario insidentem throno*; & *dolosum* siue *dolos torquentem plicantemue.*

ποικιλόθρον' ἀθάνατ' ἀφροδίτα,
παῖ δίος, δολοπλόκε, λίσσομαί σε
μή μ' ἄσαισι μηδ' ὀνίαισι δάμνα
πότνια θυμόν.

Id est.

Vario insidens throno immortalis Venus
Filia Iouis dolos torquens, oro te,
Ne meum calamitatibus doloribusue opprimas
O veneranda animum.

Credo hoc adductum Vergilium in sua Æneide Venerem dolis instructam introduxisse, quos necteret Didoni. Sic enim in primo:

At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
Consilia: vt faciem mutatus & ora Cupido.
Pro dulci Ascanio veniat, donisq; furentem
Incendat reginam, atq; ossibus implicet ignem.

Et rursum in tertio:

Annuit, atq; dolis risit Cytherea repertis.

Hinc & Euripidi in Iphigenia, in Aulide, δολιόφρων κύπρις dicitur, id est, *Cypria dolos intus nectens.*

Antequam ab huius poetriæ mentione discedam, libet huic capiti pro coronide adnectere laudum encomion, quod Dionysius Longinus in lib. περὶ ὕψους ipsi tribuit his verbis: οἷον ἡ σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων, καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκάστοτε λαμβάνει. ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτι τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι, καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι. Deinde subtexens cantilenam, quam priore capite exscripsimus, demum subdit: οὐ θαυμάζεις ὡς ὑπ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν πάνθ' ὡς ἀλλότρια διοιχόμενα ἐπιζητεῖ, καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, καίεται ἀλογιστεῖ, φρονεῖ, ἢ γὰρ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, ἵνα μὴ ἕν τι περὶ αὐτὴν πάθος φαίνηται παθῶν δὲ σύνοδος. πάντα μὲν τοιαῦτα γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας. Id est. *Cum Sappho eas, quæ accidunt amatorijs furoribus passiones, ex consequentibus tales affectus, tum etiam ex rei veritate in vniuersum desumit, vbi vim & virtutē demonstrat: hoc certe quod summa illorum affectuum & super omnia extensa potens sit & eloqui, & inuicem colligare.* Deinde post præfatam cantionem subdit: *Sed omne audax, postquā inopiam sine directione, sermonem*

admirantis, velut sub ipsam animam, corpus, aures, linguam, oculos, colorem, omnia vt in alienam faciem mutata inquirit. Et iuxta repugnantias siue contrarietates simul friget & ardet, & alsq; ratione sapit aut timet, aut post paulum moritur sic vt non vnus affectus circa ipsam appareat, sed passionum quidam concursus siue conuentus, eiusmodi omnia in vniuersum circa amantes accidunt.

CAPVT VI.

An Nonius Marcellus lapsus sit memoriæ, cum ex Accij Prometheo in voce Adulatio *citat sesquicarmen quod item totidem verbis legitur in Tusculanis inter ea quæ Cicero se vertisse de Æschylo testatur: & de ea re discussum.*

LEguntur in Ciceronis quæstionum Tusculanarum libro primo complures iambici versus, qui sic incipiunt:

Titanum soboles, socia nostri sanguinis,

Et quæ sequuntur. Quos ille de Accii Prometheo se vertisse commemorat & ne qua suboriatur dubitatio, ea non esse genuina Ciceronis, hoc certe verba illius declarant. Cum n. auditor petiisset, vnde illi versus essent? subiungit: Dicam hercule, etenim recte requiris, Videsne abundare me ocio? A. Quid tum? M. fuisti sæpe credo, cũ Athenis esses in scholis philosophorũ. A. Vero ac libẽter. M. Animaduertebas igitur, etsi tum nemo erat admodũ copiosus, verum tamen versus ab iis admisceri orationi. A. ac multos quidẽ a Dionysio Stoico. M. Probe dicis, sed is quasi dictata nullo delectu, nulla elegantia. Philo etiam & proprium numerum, & lecta poemata & loco adiungebat. itaq. postquãm adamaui hanc quasi senilem declamationem, studiose equidem vtor nostris poetis. Sed sicubi illi defecerunt, verti multa de Græcis, ne quo ornamento orationis in hoc genere disputationis, careret Latina oratio. Ex quibus ni fallor verbis nemo non hæc pro Ciceronianis versis e Græco agnouerit. Sed cum inter eos hi legantur:

——*sublime aduolans.*

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.

Merito quis hæsitauerit, quomodo hæc totidem verbis Nonius Marcellus in voce *Adulatio*, ex Actii Prometheo citet. Quid igitur? Tam impudentem dicimus esse Ciceronem, vt integros versus poetarum subiectos pro suis ediderit? Cum Actii Tragœdiæ tum omnium manibus tererentur, aut potius mendacem? qui cum se dicat, tum demum e Græcis Latina se facere, cum veterum poetarum versiones ipsi desunt, nec sunt ad manum, aut etiam tam immemorem; vt demum illum consensisse cum Actio, vt ignorarit exstare Actii itidem *Prometheum*. An potius mendum esse librariorum apud Nonium, & pro *Actius* reponendum *Æschylus*. At tum is locum Græce potius adduxisset, quemadmodum aliquando Homerum aduocat, aut saltem addidisset nominasset q;

taisseque ipsum Ciceronem & librum: quod aliquoties facit, dum carmina a Cicerone versa in testimonium adducit. An potius μνημονικὸν ἁμάρτημα lapsum diligentissimum Grammaticum dicemus? Quid? quod si hunc ipsum Nonium diligentius excusseris, nuspiam alibi, neq; apud hunc neq; apud alios veteres Grammaticos & Philologos, *Actij Prometheũ* (excepto hoc vno loco) facile citatum inueneris. Nos cum nihil habeamus certi, rem tamen parum animaduersam indicare voluimus, quæ merito animum curiosi lectoris vellicare possit, doctorum iudicio incontrouersam indiscussamque relinquentes, si quo modo possit aliqua ope eius inexplicabilis labyrinthi exitus inueniri. Ceterum id obiter quoq; annotandum hos versus, quorum modo meminimus, non esse ex ea Promethei fabula, quæ hodieque omnium manibus circumfertur, & *vincti* titulo discernitur, sed ex altera eiusdem poetæ, quæ *Prometheus solutus* inscribitur, quam citat Arrianus in Pontica Periplo, vbi Titanum chorus introducitur eodem teste.

CAPVT VII.

Versiculi [illegible] *Q. Ennij, cum Æschylo & Euripide matricibus collati.*

Nihil mihi iucundius accidere potest quàm si versiculos veterum poetarum e naufragio illo librorum, conseruatos mihi inuenire contigerit, cum Græcis consentientes, vnde desumti tralatique sunt, id quod persæpe euenit, dum in Ennii aut Accii reliquias incido, quæ igitur nuper obseruaui, cum Ennianas reliquias colligo perlegoq;, subdere hic in animo est. Inuenio enim illum non modo de Euripide, sed etiam de Æschylo quoq; quędam mutuatum, cum aliis poetis. Quorum vt seu imitationem seu versionem melius consideremus, nonnulla in medium proponere decreuimus. Quæ igitur congessimus hæc sunt. In Hecuba, vbi Ennius loquitur citante Nonio:

Senex sum, vtinam mortem oppetam prius,
Quam eueniat quod in pauperie mea senex grauiter gemam.

Verba sunt Talthybii miserantis fortunam Hecubæ, qui apud Euripidem sic habet:

πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται
ἡ φοιβάς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ.
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή?

Eleganter Ennius quæ in concubitu modestiam & verecundiam, vt in casta vate probant: videturq, exprimere voluisse illud φίλας εὐφρόνας, hoc est, *iucunde molestias & temperatas.* Rursum Ennius:

Vide hinc mea inquam lachrymæ guttatim cadunt.

Videntur esse verba Talthybii, qui apud Euripidem ita loquitur:

δὶ πολλά με ξεκήζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,
τῆς παιδὸς εἰκῇ τοῦ. νῦν τί σοι λέξω κακὸν
τέγξω τόδ' ὄμμα ——

Sed & in hoc carmine:

Nunquam scripsistis, qui parentem aut hospitem
Necasset, quo quis cruciatu perbiteret?

Videtur interrogandi modo prolatum, & ad hæc Euripidis allusum:

—— νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.
ὃς εἰς σ' ἀνελθὼν, εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ξένους
κτείνουσιν, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσι φέρειν
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
ταῦτ' οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος, αἰδέσθητί με
οἴκτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς,

Verba sunt Hecubæ Agamemnonem deprecantis, vt liceat sibi pœnam sumere de Polymestore filii sui Polydori occisore. Hæc sic vertit Erasmus:

Etenim vel ipsos lege censemus Deos
Æqua atq; iniqua hac finientes viuimus,
Ea siquidem ad te pertinent. pereat, neq;
Pœnas luant ij qui trucidant hospites.
Vel audeant qui sacra diuis tollere
Iam pensi erit mortalibus prorsum nihil.
Hoc itaq; fœdum si putas, me respice,
Miserere nostri, pictor & veluti procul
Stans me intuere, quanta perpetiar mala.

Adferrem, & ex vtriusque Medea aliquot versus ad verbum pene e Græco desumtos: Sed cum ab aliis, tum ab Henrico Stephano id non impigre factum sit, dum veterum poetarum fragmenta edidit, supersedeo. Iphigeniam quoque in Aulide ex Euripidis fabula concinnatam apparet: Vnde hic versiculus citante Iulio Rufiniano, in commentariis de figuris:

Menelaus me obiurgat, id meis rebus regimen restat.

Qui haud dubie de hoc expressus est;

οὐχὶ δεινά, τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι

Id est.

An non hæc grauia? meam regere domum haud sinor.

Verba sunt Agamemnonis ad Menelaum. Iam illud haud dubie ex canticis lugubribus Iphigeniæ sumtum:

Acherontem obibo, vbi mortis thesauri obiacent.

Sic enim illa apud Euripidem:

οὐκ ἐπ' ἀμοιβαῖς

οὐδ' αὐλίου τοῦδε φείγω.

Aut potius illud:

ἰὼ ἰὼ λαμπτὸ ὄχος ἀμέρα
Διὸς τε φέγγος ἕτερον
ἕτερον αἰῶνα
καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.

An autem & Eumenidas Æschyli sequutus sit, despiciendum. Versus Ennii ex Eumenidibus:

Dico vicisse Orestem, vos ab hoc facessite.

Æschylus:

νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Vincit Orestes si iudicium sit æqualium calculorum.

Plurima possent eiusmodi reperiri, si exstarent veterum fabulæ. Nihil enim habuerunt Latini illi scriptores, quod nō Græcis fontibus hauserint. Sed ista hactenus nunc sufficiant.

CAPVT VIII.

Loca apud Nonium & alios ex Actij Philoctete citata & excussa, & collata cum Sophoclis Græcis versibus.

LOcus est apud Nonium in voce *imbuere* ex Actii Philoctete in vulgatis libris valde mendosus, qui tamen facile restitui potest ex 2. libro Tusculanarum Ciceronis. Quod ipsum Hadrianus Iunius in sua editione fieri curauit, eumque sequutus Henricus Stephanus dum fragmenta veterum poetarum edit. Versus autem sunt hi:

Cum ex viperino morsu venæ viscerum
Veneno imbutæ cruciatus cient.

Quo tamen loco *cierent* legit Stephanus. Ceterum an Accius Philoctetem suum conscripserit ad exemplum Sophoclis, id merito in quæstionem vocari posse puto. Nam tres tragœdiæ præcipuos auctores, Æschylum, Sophoclem & Euripidem dico, in hoc argumento pari conatu etsi dispari œconomia & apparatu decertasse tradit Dion Chrysostomus. Etsi versiculi complures indicent Sophocleam magis fabulam Actium esse complexum. Nam antedicti versus non multum ab his abludunt.

δισσοὶ στρατηγοὶ χ' ὁ Κεφαλλήνων ἄναξ
ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον ἀγρίᾳ
νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς δ' ἀνδροφθόρου
πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι. Id est.

Bini exercitus, & Cephalleniorum rex Vlysses.
Abiecerunt turpiter desertum, hoc loco, sæuo
Morbo intereuntem, hominum corruptricis
Vipera percussum sæuo morsu.

Iam illa quæ recenset Cicero:

Heu quis salsis fluctibus mandet

Me ex sublimi vertice saxi:
Iamiam absumor: conficit animam
Vis vulneris, ulceris, æstus.

An non videntur hinc sumta? Philoctetes enim cum antea lamentatus esset, se nullum mali leuamen inuenire, insuper contemtum & abiectum esse, ab omnibus derelictum in Lemno, cum paucorum dierum cibo, idque furtim, dum somno studet, interim ne veste quidem illum decente, sed vili panno indutum, cum exclamasset dolore superatus:

ὦ θάνατε θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος
οὕτω κατ' ἦμαρ, οὐ δύνῃ μολεῖν ποτε.

Id est.

O mors mors, quomodo semper vocata
Sic dictim, non potes aduenire.

Deinde rogat Neoptolemum, vt ex Lemnio igne pyram sibi construat, vt ab eo facta est Herculi, quo facto sagittas ei mittit, quas illi seruandas dat. Postautem cum se deceptum videt, & etiam sagittas fraude & per somnum ablatas, pene præ dolore tum pedis tum animi furens exclamat:

ἰὼ ὦ ἡ πυρφόρος ἀστεροπητὴς
βροντῆς αὐγαῖς μ' εἶσι φλογίζων.

Petit se fulmine conflagrari, cum se videt armis priuatum, feris expositum, mox deuorandum: itaq; mox chorum gladium poscit aut securim, aut aliud telum, qui se intertimant, omnesque artus & neruos incidat. Nam & ante se e petra in mare deiicere voluit, prohibente Vlysse. Quin & ventos & procellas inuocat his versibus, vt se in aera sublimem ferant & dissipent:

εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ', οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.

Orat vt a procellis vel Harpyis dissipetur & lanietur sublimis delatus. Quæ cum Accianis versib. adprime congruunt, vt hinc non male Cicero interpretetur. Itaq; exclamat:

Auxilium expetens, mortem cupiens.

Cur autem Actium magis credam Sophoclem sequutum, quam Euripidem. facit versus ille, vt dixi:

His armis macte, macte virtute patris.

Videntur ad Neoptolemum dici, qui arma patris sibi reddi ab Vlysse postularat. Nam in Euripidis tragœdia, non Neoptolemus, sed Diomedes vna cum Vlysse introducitur, vt habet Dion Chrysostomus, in Sophoclis vero Tragœdia Neoptolemus qui Philoctetis narrat, quomodo ad Græcorum dum peruenisset exercitum, patris arma sibi reddi postularit, qui dixerunt, alia quæ patris erant, præsto esse, sed arma alteri tradita, illū in Accio (vt apparet) consolantes, ne quas turbas ob eam rem moueret, sed his quæ in

promta

promtu erant, contentus, magis adniteretur, vt patri virtute similis esset: moxque Vlyssem fastum se illa habere, sed iuste sibi adiudicata, & a se optimo iure adseruari:

ἐλθὼν ἀπαιτῶ τοὺς φίλους ὡς εἰκὸς ἦν
τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν, τοῦ πατρὸς τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.
οἱ δ' εἶπον οἴμοι τλημονέστατον λόγον
ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, τἄλλα μὲν πάρεστί σοι
πατρῷ' ἑλέσθαι. τῶν δ' ὅπλων κείνων, ἀνὴρ
ἄλλος κρατύνει νῦν Λαέρτου γόνος.

Quin & hunc versum:

Contempla hanc sedem, in qua ego nouem hyemes
Saxo stratus pertuli.

quis non ad hæc Sophoclis allud ere dicat:

σῶσαί μ' ἐς οἴκους, ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας.
ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ
κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον.

Id est.

Seruato me & deducito domum, intereo miser.
Annus hic iam decimus, ex quo in fame
Et malis nutrio edacem morbum.

Quod Accius dicit, *nouem hyemes pertuli*, id ita intelligendum de exactis. Nam decimus annus peragebatur. Ante autem speluncam illam descripsit:

οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον
πετρίνης κοίτης.

Id est.

Domum vides hanc biforem
Lapidei cubilis.

Ceterum vt hoc obiter notetur, quod hic Sophocles dixit: βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον. Æschylus simpliciter in eiusdem nominis Tragœdia, teste in Poetica Aristoteles:

φαγέδαιναν ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός.

At Euripides loco ἐσθίει θοινᾶται, id est, *epulatur*, apposuit:

φαγέδαιναν ἥ μου σάρκας θοινᾶται ποδός.

Qua voce iambum tam pulcrum fecit, inquit Aristoteles, quam Æschylus vilem & abiectum. Iam ille versus:

Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem
Tetritudo mea in occulto faxit.

Apud Sophoclem vero deprecatur Philoctetes ne si Neoptolemus eum in nauem susceperit tetro illius odore offendatur, eum vt familiares eo ne grauentur.

ἀλλ' εὐγενὴς γὰρ ἡ φύσις, κἀξ εὐγενῶν
ὦ τέκνον ἡ σὴ πάντα ταῦτ' ἐν εὐχερεῖ
ἔθου βοῆς τε καὶ δυσοσμίας γέμων.

Id est.

Sed generosa tibi est natura & ex generosis
O fili, hæc omnia tibi facilia esse
Consuescas, eiulatu dum & fœtore impleris.

Deinde subdit:

αἰνῶ ταῦτ' ὦ παῖ. καί μ' ἔπαιρ' ὥσπερ νοεῖς
τούτους δ' ἔασον μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ,
ὀσμῇ πέρα τοῦ δέοντος· οὐ πάνυ γὰρ
ἄλις πόνος τούτοισι συνναίειν ἐμοί. Id est:

Laudo hæc o puer, & me sustolle, vt meditatus es
Istos omittens, ne grauentur malo
Odore, supra quam necesse est, in nauibus enim
Sat magnus labor his erit mecum degere.

Supersunt adhuc aliqua, quæ alibi latius discutiemus.

CAPVT IX.

Iudicium factum de Comicis Latinis a M. Varrone in lib. qui inscribitur Parmeno, idq; interpretatum, tum quid sit ἦθος, *&* ἤθους *&* πάθους *differentia.*

NOnius Marcellus in verbo *poscere* Varronem citat ita iudicium facientem de trib. præcipuis Comicis Latinis in hunc modum: *Poscere, accipere. Varro Parmenone: In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus.* Vbi diu dubitaui, an loco vocis *in argumentis* aliud quid reponendum esset. Charisius certe, qui & ipse Varronis iudicium sequutus videtur, Cæcilio *in pathesi*, hoc est, *affectibus*, palmam tribuit. Horatius grauitate, hoc est, σεμνότητι ἢ γεραρότητι illum præstare dicit:

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.

Arte, hoc est, *œconomia & artificio dispositionis & connexionis argumenti.* Quocirca si *in argumentis* hic legatur, videamus ne parum sibi constet Varro, qui teste Charisio, in lib. 5. de lingua Latina ita scripserit: ἤθη nulli alii seruare conuenit quam Terentio & Titinnio. πάθη vero Trabea, inquit, & Aulius & Cæcilius facile mouerant. Quocirca videndum ne pathesi pro argumentis sit reponendum. Nec audiendus Acron, si non potius hoc inter assumenta alicuius indocti hominis numerandum sit, qui *arte*, proprietate verborum & arte Grammatica interpretatur: Tu potius de toto contextu hoc intellige: *Supremo ne medium, medio ne discrepet imum.* Quod ipsum Aristoteles . . . in sua poetica pluribus docet: καὶ περὶ μίαν πρᾶξιν ὅλην καὶ τελείαν ἐχούσας ἀρχήν, καὶ μέσον καὶ τέλος, idem πρᾶξιν ordinem, distributionem, dispositionem, œconomiam vocauit, qua in re excelluisse Terentium inter Latinos volunt: Vnde & Donatus in commentariolo de Comœdia & Tragœdia: Adde, inquit, quod argumenti & stili ita memor est, vt nusquam non cauerit aut curauerit ea quæ obesse potuerunt: tum quod media primis atque postremis ita nexuit, vt

nihil

nihil additum alteri, sed aptum ex se totum & vno corpore videatur esse compositum: quod idem auctor Plautum & alios parum accurate obseruasse dicit. Sed & C. Germanicus hunc *dimidiatum Menandrum vocat*, doletque ipsi tantum abesse *Comicam vim*, quam alii iocos interpretantur & ridicula. Quid autem sit *ethos*, quod Terentio adscribunt, declarat in poetica Aristoteles: ἔστι, inquit, δὲ ἦθος τὸ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν ὁποία τις ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον ἢ προαιρεῖται ἢ φεύγει ὁ λέγων. Et Dionysius Halicarnasseus in arte, cum περὶ λόγων ἐξετάσεως disserit, *Ethos* in commune & proprium distinguit; & commune quidem ad philosophos pertinere, proprium vero ad rhetoras: quod huic loco conuenit, estque cum vnicuique pro ætate, genere, gente, proposito, fortuna & conditione, tempore congruo sermo gestusque tribuitur. Qua in re Terentius mirificus fuit: in ea autem omne decorum, ἢ τὸ πρέπον consistit: quanquam πάθος ἤθους pars quædam esse videatur, vt in illo Terentii:

Egone illam? quæ me? quæ illum?

Cadit enim illud in μίμησιν, vt ibi apparet. Ceterum quod Plautum præstare in sermonibus dicit, non (vti opinor) puritatem & elegantiam linguæ Latinæ intelligit, quam Terentio summam tribuit M. Tullius Cicero, sed sales Comicos, quos ni fallor, *Comicam vim* appellat Cæsar. Sic Horatius:

At nostri proaui Plautinos & numeros &
Laudauere sales, nimium patienter vtrumq;.

Hinc Varro dixit, teste Quintiliano, *Alij Stolonis sententia, Musas Plautino sermone fuisse loquuturas, si Latine loqui vellent.* Quod autem sermones, iocos & facetias appellat Varro, Græcorum id more fecit, qui etiam λόγους pro *verbis ridiculis* acceperunt. Hinc Plautus in Persa ita parasitum loquentem inducit:

Librorum eccillum habeo plenum sorracum,
Si hoc accurassis lepide, quoi rei operam damus;
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi.
Atq; Attici omnes, nullum siculum acceperis.
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.

Per *logos* intelligit ridiculos sermones & iocos parasiticos, sic *longos logos* prolixa & inutilia verba appellat in Menæchmis;

Nescio quid vos velitati estis inter vos duos.
Loquere: vter meruistis culpam paucis, non longis logis.

Hoc est, non multa inutilia verba faciatis. Vt autem ad ethos reuertamur, Emporius rhetor, ethos esse vult sermonem cuiusq; moribus innatis conuenientem. *Refert* (inquit) *in dicendo, Deus an homo sit, lasciuus an tetricus, ignauus an fortis, doctus an rusticus. Sit igitur alacris lætantis oratio, tumens vani, breuis & conscissa properantis, meretricula mollis & blanda, matrona seria, senum grauis, temeraria pueri, misera humilis, longa & ambigua confitentis, parasiti*

faceta, matris anxia, incondita rustici, oratoris ornata: postremo in omnibus dictionibus mores eius, cuius verba sunt, exprimamus. Quod, inquit, *genus allocutionis Ethopœa nominatur, sicut pathopœa, qua imitamur affectum non naturalem, sed incidentem: vt cum Hercules, cuius semper constans fuit oratio, paricidium suum luget, vel cum apud Homerum Achilles semper minax circumuentum se flumine gemit, aut cum Mezentius semper crudelis, vel Turnum precatur, vt se suscipiat, vel Æneam, vt sibi tribuat sepulturam. Denique ethos personam sequitur semper, pathos caussam. Igitur cum incurrens praeponderabit affectus, tunc vocabitur Pathopœa.* Hæc doctissimus rhetor Emporius commentario de Ethopœa & loco communi. *Pathos* autem (vt hoc obiter adnotetur) a quodam antiquissimo doctissimoque rhetore innominato affectio nominatur. *Affectio* (inquit) *est animi aut corporis aliqua de caussa ex tempore commutatio, vt lætitia, metus, cupiditas, molestia, morbus, debilitas, amor iracundia, &c.* Idem *ethos habitum* videtur nominare, alii *mores* interpretantur, & melius, dum ἦθος sermo est, qui pro cuiusque moribus affingitur. Inepta est illa differentia quam ponit Daniel Barbarus in commentariis in Aristotelis Rhetorica, vt ἦθος sit leue, pathos concitatum; cum (vt diximus, ethos mores cuiusque, πάθος affectum exprimat. Sed hæc de iis satis.

CAPVT X.

Flauium Charisium, seu potius C. Iulium Romanum, non recte neque syncere apud M. Tullium interpretatum esse vocem decolorem, inibiq; quid proprie χλωρὸν significet.

Legimus nuper quæ C. Iulii Romani Flauius Sosipater ex libro de Analogia in suam Grammaticam transtulit. Ibi non satis commode, nec ad synceram Latinitatis normam videtur is interpretatus esse vocem *decolor. Decolorem,* inquit, pro *sine colore.* Cicero in Tusculanarum secundo. *Cum Herculem daret ingemiscentem, tam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.* Est autem in carmine illo, cuius supra meminimus, quod M. Tullius e Sophocle transtulit. Vbi decolorem diximus significare non eum, qui penitus absque colore esset, sed qui priorem ruboris colorem amiserit, factusque sit tabidus & liuore pallescens, non, vt iste dorus, decolor; quod & alii proletarii Grammatici, quod color illi desit. Nam quod hic Cicero decolorem, Sophocles χλωρὸν vocat:

ῥοφεῖ ξυνοικοῦν ἢ χλωρὸν αἷμα.

Quo loco interpres χλωρὸν ἢ νέον, ἢ νεκρὸν, hoc est, *tabidum.* χλωρὸς autem primigenio suo significato *viridem* notat, hinc & herba χλωρὸς teste quoque Helychio ἄπαξ χλοή. Accipitur & pro

pro ὤχρος, quod *pallidum* significat, quod ea, quæ vicerit, interdum in pallorem lurorem que desinunt. Vnde & Sappho in carmine supra a nobis citato χλωροτέρη δὲ ποίας ἔμμι, de se pronunciauit; hoc est, *pallidiorem se herba* esse declarat, herbæ colorem ex viridi pallidum innuens, vnde & Poetæ, teste Hesychio χλωρὸν δέος τὸ χλωροποιὸν dixerunt, hoc est, *pallidum timorem*, quod pallidos reddat. χλωρὸν Menander, teste Suida pro τὸ ἀκμάζον posuit, hoc est, pro eo *quod viret & viget* χλωρὸς, inquit idem, ἀπὸ τῆς χλόης, id est, virente herba dictum χλόερος καὶ χλωρὸς, a quo quidem & ὤχρος, id est *pallens*. Melius igitur dixisset Iulius Romanus *dyscolor, quod colorem pristinum amisit, in virorem aut pallorem mutatum*. Si enim Physicis credimus, nullum corpus est sine colore, alioquin inuisibile esset, cum visus sine lumine & colore nihil percipiat, si philosophis credimus.

CAPVT XI.

Ignauis semper feriæ, *prouerbij origo alia allata quam est à parœmiographo*.

PRouerbium est, quod non etiam obmisit nostri seculi decus & ornamentum D. Erasmus Roterodamus, parœmiarum diligentissimus collector, quod ita habet, *Ignauis semper feriæ*: Græce autem ἀργοῖς αἰὲν ἑορτή. Hoc Erasmus licet explanans, tamen eius originem reticet, quam tamen commemorat Eustathius in commentario in Dionysium, de Tarentinorum mollitia & deliciis loquens in hunc modum: ἐπέτριψε δὲ καὶ αὐτοὺς, ἡ τρυφή, παρ' οἷς πανδήμους ἑορτὰς καὶ ἔτος πλείους. ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας συμβαίνειν ἀγειν, ὡς ἡ ἱστορία φησὶ σοφιζομένοις διὰ τρυφὴν καὶ ἀργίαν τὰς συνεχεῖς ἑορτὰς, ὡς καὶ ἡ παροιμία φησὶν, ἀργοῖς αἰὲν ἑορτή. Id est, *Contriuerunt illos (Tarentinos scilicet) deliciæ. Contigit namq; apud illos plures annue festos dies peragi, quam alios prophanos; ob delicias & desidiam comminiscentibus sibi continuas ferias. Vnde & parœmia ducta, Ignauis semper feriæ*. Habet & Theocritus in Bucolicis, ἀέργοις αἰὲν ἑορτή. *Tarentinidium* quoque vestis muliebris genus tenue & delicatum, apud eos per luxum & delicias primum inuentum.

CAPVT XII.

De Equis, Medo, Centauride, Cappophoro. *Lucianus explicatus, inibiq; Anacreontis carmen elucidatum; & miraculum de innato equo cuidam signo, & alia*.

LVcianus ad indoctum multos ementem libros κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ κυβερνᾶν οὐκ εἰδὼς, καὶ ἱππεύειν μὴ μεμελετηκὼς, εἰ ὁ μὲν ναῦν καλλίστην παραλάβοι τὰ τε ἄλλα καὶ εἰς κάλλος, καὶ εἰς ἀσφάλειαν κάλλιστα ἐξειργασμένην ὁ δὲ ἵππον κτήσαιτο Μῆδον, ἢ κενταυρίδην, ἢ κοππαφόρον, ἐλέγχοιτο ἂν οἶμαι ἑκάτερος οὐκ εἰδὼς, ὅτι χρήσαιτο ἑκατέρῳ. Id est, *Post hæc sane, si gubernandi imperitus, aut equitandi inscius & insuetus, si ille nauium pulcherrimam sibi adsumat, optime tum cum*

ea, quæ ad pulchritudinem & firmitatem attinet ædificatam. Hic vero equum sibi comparet, aut Medum, aut Centauridem, aut Cappophorum, reprehendetur, vt existimo, vterque, nescius quomodo tam naue quam equo vtatur. Vbi quod ad *Medum* attinet, *Nesæum* puto innui. *Nesæi* enim *equi*, auctore Herodoto, dicebantur a Campo Neseo Mediæ, in quo præstantissimi & velocissimi gignebantur, vt etiam meminere Oppianus, Stephanus, Eustathius in commentar. in Dionysium. Præterea Plato, Strabo & Arrhianus; Plutarchus item in Pyrrho. *Centaurides* porro dictos arbitror a procera arduaque ceruice, præterea velocitate, ferocia & robore, quique ob eas dotes Centauri nota & charactere inusti erant. Vnde & a Centaurorum feritate Aristophanes in Ranis κενταυρικῶς vocem deduxit:

τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς

Quis ianuam sic percussit vt Centaurice.

κενταυρικῶς δὲ, inquit interpres, ἀντὶ τοῦ ἀκόσμως καὶ ὑβριστικῶς, id est, *indecenter & contumeliose.* Hesychius ἀγροικῶς, ἀγρίως, i e *agreste, rustice.* Suidas vero μαλακῶς per antiphrasin, *molliter & delicate.* Sic & *Cappophori* quod notam inustam haberent. Solebant enim equorum copis notæ inuri, aut patriæ, aut indolis, aut ætatis, aut pretii indices. Quod & Anacreon Lyricus hoc carmine testatur:

ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι

πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι.

Opinor ea ratione Aristophani in Nubibus *Phasianicos & Samphoras & Coppanas* dici ab multis notis; quod phasiani auis nota illi esset inusta. Sic Coppation, quod K notam haberet iniustam Samphoras, quod Σ. & N. hac nota ϛ quæ nonaginta exprimebat, etsi alii *Coppatian*, quod vngulis feriret & excauaret terram, dictum volunt, quod non placet Aristophanis interpreti. qui a nota K inusta potius deduci vult, nam hodieque inquit Cappa nonaginta significat. Sic *Bucephalum* dictum vult, non quod bouis caput haberet, sed quod illi tale signum inustum foret. Retulit mihi generosus & nobilis Dom. D. Rolandus a Iegherscapple, cognatus & amicus meus, mihi imprimis charus & obseruandus, se cum in familia & contubernio illustrissimi D. Comitis Rhodiensis ageret, inibi a familiaribus & ipso D. Comite audiuisse, equum in Regis Lusitaniæ domo siue curia in lucem prodiisse, qui habebat in coxa innatas pili colore candido tres securium formas, ita dispositas, vt referret insignia clarissimæ domus Croiorum & præfati Comitis patris; quem Rex ille, in cuius familia & domo natus erat, muneri & dono clariss. viro D. Hadriano Croio, Comiti Rhodiensi, huius clarissimi Comitis patri in Belgicam ex Lusitania transmisit: Qui in magna admiratione diu habitus, nescio quo tandem casu periit: mortui pelle etiamnum retinéte eas formas.

Quia

Quin quod magis est mirandum, paucis ab hinc annis aliquot mensibus antequam Turcæ Melitē insulam inuaderent, captum in mari mediterraneo ingentis magnitudinis Thynnum, qui a natura insculptam classem triremium in suprema cute habebat, tam viuide, vt nullus artifex potuerit artificiosius insculpere: tam profunde, vt quædam formæ trans cutem ad carnem vsque penetrarint. Manifesto haud dubie præsagio futuri euentus, quod Turcæ a classe Hispanica, singulari classiariorum virtute essent deuincendi & expellendi: sicuti tum diuino auxilio, tum virtute clarissimorum bellatorum contigisse gaudemus.

CAPVT XIII.

Ioci a Vespasiano apud Suetonium in Cerylum quendam dicti alia explicatio, quam habent interpretes.

EXstat apud Suetonium Tranquillum iocus Vespasiani Cæsaris Græco dicterio effictus, in Cerylum quendam libertum, qui, inquit, cum esset diues admodum, ob subterfugiendum quãdoque ius fisci, ingenuum se, & Lachecem mutato nomine cœperat efferre. ὦ λάχης λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς (vel vt alii melius) ὡς ἐξ ἀρχῆς εἰρήσῃ κήρυλος. Quod tamen Erasmus optime legisse videtur, ὅταν δὲ ἀποθάνῃς αὖθις, ἔσῃ κήρυλος. Alius: ἐπὰν ἀποθανῇς. Hoc est. *O Laches, Laches, si quando morieris, rursus eris Cerylus.* Hoc interpretes varii varie exponunt; Alcyonem marem appellari Cerylum, animal salacissimum mori in Venere, & senescens iam alis subuehi. Est alius vir singularis doctrinæ, qui inde prouerbium ob eam rem concinnat, quod in libidinosos iactetur. Quod vt non inconcinnum, ita certe nihil ad hunc locum pertinet. Nam hic nulla libidinis Ceryli illius mentio, neq; hoc voluit Imperator, sed dum mutatione nominis ingenuitatem sibi asserere cuperet, prioremque conditionem seruitutis & Libertinam conditionem obliterare, is illi scopus erat, vt fiscum fraudaret, qui ex huiusmodi orbis libertis sæpe proficere solebat, ratione caducorum. Ridens itaque Vespasianus, etsi in fraudem fisci niteretur nouo nomine conditionem pristinam abolere, tamen per coactores talium vectigalium, dum moreretur, inuentum iri vero priore nomine, & conditione libertum tanquam graculum exutum alienis plumis, & puto e Suetonii verbis non alium inde sensum elici posse, cum is diserte dicat, hunc libertum id fecisse, vt aliquando in futurum moriens effugeret ius fisci, & vt ingenuus, testamenti factione bona sua relinqueret iis, quibus maxime cupiebat. Cerylum præterea hunc appellatum salso dicterio, non quod Alcyonem marem referret, sed quod aliquando in priore vita tonsor fuerit, quod officium fuit interdum seruorum, qui fere solebant esse ob huiusmodi

obsequia dominis gratiosi, quod iis maxime fidebant, sicuti Cæsari Augusto Lycinus, quem postea prouinciæ Galliæ præfecit, & C. Licinium appellauit, de quo pluribus Dion. Meminit item Horatius. Exstat de eo tale epigramma teste Persii interprete Cornuto (seu quo alio nomine censeatur is interpres:

Marmoreo Lycinus tumulo iacet, at Cato nullo,
Pompeius paruo. credimus esse Deos?

Et ille item, de quo Iuuenalis Satyra prima:

Patricios omnes opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis Iuueni mihi barba cadebat.

Vt autem ad Ceryli nomen reuertamur, quod diximus a tondendo seu radendo dici: Euphronius vnus Aristophanis interpretum ait, Dorienses κήρυλον scribere, quem Athenienses κείρυλον vocent. Quod nomen ipsi Didymus a natura competere dicit, qui alio nomine ab Aristophane in Auibus *sporgilus* dicatur: qui κουρεὺς, hoc est, *rasor* siue *tonsor* dictus sit. Vnde Plato Comicus in Sophistis:

τὸ τοῦ Σποργίλου κουρεῖον ἔχθιστον τέγος.
Hoc est.
Sporgili tonstrina pessimum tectum.

Hinc apparet, in hoc Cerylo inuersione vnius syllabæ allusum ad nomen auis, quod is etiam aliquando κουρεὺς, hoc est, tonsor fuerit. quod, vt diximus, seruorum, quibus domini magis confidebant, officium fuerit, illum subsannans, vt qui se alieni nominis plumis adornat, vt se ingenuorum cætui ingerat, vt olim graculus alienis exutus, ita hic Cerylus, qui & Sporgilus etiam dicitur, inueniendus sit, hoc est, vilis & abiectus libertinæ conditionis tonsor. Patrono aut patroni ius habentibus, vementibus ad occupanda bona, aut si illi nulli sunt procuratoribus fisci, aut collectoribus vectigalium, tum vicesimæ, quæ ex manumissionibus aut caducis aut extraneis hereditatib. habere fiscus consueuit. Quæ effugere mutatione nominis, & adsertione iuris immunitatis hic sibi persuasit. Si enim nemo heres erat libertis, aut ex manumissoribus, aut liberis, denique si nullus omnino est, ad quem bonorum possessio pertinere possit; aut sit quidem, sed ius suum omiserit. *populo*, inquit in Institutionibus Vlpianus, *bona deferuntur, ex lege Iulia caducaria*, quod ius ego posteriores imperatores fisco adseruisse facile crediderim.

Capvt XIV.

Quod apud Suetonium Tranquillum Iulius Cæsar appellatus sit omnium mulierum vir, tractum esse de Pherecrate, qui ita primus Alcibiadem appellarit.

SVetonius in Cæsare de illius impuritate & libidine loquens ita scribit: *Curio pater quadam eum oratione, omnium mulierum virum*

virum, & omnium virorum mulierem appellat. Ob crebra nimirum adulteria, & impudicitiam Cynedicam. Sed hoc ipsum Curio ille orator mutuatus esse videtur, quod ad primum membrum attinet, ex Pherecrate, qui sic Athenæo lib. 12. citante de Alcibiade loquitur:

οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ
ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστι νῦν.
Vir cum non sit Alcibiades, vt videtur,
Vir omnium mulierum is nunc est.

Primo versu illi obiiciens patientiam muliebrem. In contrarium Anacreon taxans & traducens quendam extremæ libidinis & muliebria passum, alterum conuitiũ impingit huic, quo *omniũ virorum mulierem* Cæsarem Curio dicit non absimile. Dicit enim in illum, *non duxisse vxorem, sed nupsisse viris.* Verba, vt ea refert Herennius Philon, siue is Hammonius vocandus, sunt hæc: *καὶ ἀνακρέων διασύρων τινὰ ἐπὶ θηλύτητι καὶ θηλάρσεις, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.* hoc est. *Anacreon traducens quendam ob effœminatam vitam, dicit illum in thalamis non duxisse vxorem sed nupsisse.*

CAPVT. XXV.

Pantheras in Caria & Lycia non inueniri, hinc liquere Iocum Ciceronis in epistola ad M. Cælium, Pantheras ab eo expetentem.

AGatarchides Gnidius de nationibus Arabiæ contiguis agens, gentis cuiusdam mores explicans dicit, apud eos Pardales seu Pantheras non inueniri, quemadmodum inquit neque in Caria, neque in Lycia eos facile inuenias: *αἱ παρδάλεις οὐκ εἰσίν, καθάπερ ἐν τοῖς τόποις τοῖς περὶ καρίαν καὶ λυκίαν.* Loquitur de Arabicis regionibus. Quæ res me protinus admonuit festiui cuiusdam loci in epistola quadam ad M. Cælium positi a M. Tullio Cicerone. Nam cum M. Cælius Ædilis Curulis signatus a Cicerone enixe postulasset sibi Pantheras mitti ad munus venationis instruendum, ipseque Cicero animo molestiore esset, magisq. seriis rebus occupatus quam vt inquisitioni ferarum insistere sibi liceret, ioco illius postulata elusit. Sed ponam prius ipsa Cælii verba, vt loci Ciceronis festiuitas maior eluceat. Sic enim M. Cælius in libro epistolarum peculiari ad Ciceronem scripto *Fere litteris omnibus tibi de Pantheris scripsi; turpe tibi erit Patischum Curioni decem Pantheras misisse, te non multis partibus plureis, quas ipse Curio mihi, & alias Africanas decem donauit: ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. Tu si modo memoria tenueris, & Cybiratas accersieris, itemque in Pamphiliam litteras miseris (nam ibi plureis capi aiunt) quod voles efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum a collega puto mihi*

omnia paranda. Amabo te impera tibi: hoc cura Soles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquendi cura est, hoc est, imperandi & mandandi &c. Cui Cicero sic iocose respondet: *De Pantheris per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: Sed mira paucitas est, & eas, quæ sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia, nisi sibi fiat: Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere.* Vbi Cicero, vt εἰρωνικῶς probet diligentiam scilicet suam (quod Cælius illi obiecerat *illum libenter solere nihil curare*) ait sese tam occupatum esse in mandanda earum ferarum venatione, vt ipsæ feræ consilium inierint de relinquenda sua prouincia, & petenda Caria, vbi tutæ futuræ sint; propterea quod in Caria nullæ esse soleant, & propterea a suspicione liberæ futuræ, nec ibi quærendæ aut persequendæ.

CAPVT XVI.

Aut Solinum insignite lapsum, aut genuinum in eo mendum esse, cũ de Tarando *animali loquitur, inibiq; Plinium aliena a vero tradidisse de Chamaleonte animali*

SOlinus cum de his feris & animalibus loquitur, quæ producit Æthyopia, inter cetera quoq; commemorat animalia quæ ab ea regione prodeunt. Eadem, inquit, Æthyopia mittit Lycaonem. Lupus est ceruice iubatus, & tot modis varius, vt nullum illi colorem dicant abesse. Mittit & Tarandum, boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite ceruino, &c. Qua in re non leuiter lapsus esse videtur hic auctor: Quũ Aristoteles (cui & Stephanus & Eustathius in commentario in Dionysium etiam adstipulantur) in libro περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων apud Gelonos Scythiæ populos id nasci dicat. Quin & Theophrastus in fragmento libelli περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας, cui & Plinius & Ælianus succinunt, aperte dicit, id animal non Æthyopiam, sed Scythiam producere, vt iam manifesto in lapsu deprehendatur Solinus: aut per inscitiam, aut, quod de tanto auctore credere iustius, μνημονικὸν ἁμάρτημα. & est alioquin Solinus incuriosior plerumque in historia, nec satis attentus in sequendo suo archetypo Plinio. Si quis tamen illum excusare velit in promtu est dicere desiderari vocem *Scythia*, vt legatur: *Mittit & Schythia Tarandum*, quod tamen nemini ibi probabile futurum est, eo quod ex professo ibi tum de Æthyopia, tum de admirandis in ea animalibus loquatur. Ceterum in sequentib. Solini verbis, vbi sic legitur in quibusdã codicibus: *Hunc Tarandum affirmant metu vertere, & cum delitescat, &c.* puto deesse vocem *colorem*, vt sit vera lectio: *Hunc Tarandum affirmant metu vertere colorem.* Quod librariorum vitio factum est. Compertum quoque est, nostro æuo Plinium dissona a vero scripsisse de

Cha-

Chamæleonte, cum dicit: *Solus animalium nec cibo nec potu semper alitur, nec alio quam aeris alimento.* Cum Petrus Bellonius Gallus, multis peregrinationibus illustris, in Ægypto dicat se vidisse Chamæleontes venantes culices & muscas, reliquaq; minuta insecta, vt iis vescerentur. nam Aristoteles, cum late Chamæleontis naturam describat, nuspiam tamen illũ aere vesci scripsit, vti nec Theophrastus. Ceterum, vt id obiter adnotetur, cur Polypus & Chamæleon colorẽ mutent, aiunt iidem auctores caussam esse, quod cute sint leni & glabra, quæ facile varias colorum formas, instarq; speculi suscipiat. id fieri maxime cum metuunt & sese contrahunt & inflant; tunc enim cutis distenditur leniorq; fit & transparentior. Præterea esse animalia illa, polypum quidem exsanguem, at Chamæleontem exiguo sanguine præditum, nimirum vt Aristoteles vult, in corde & oculis; quocirca meticulosa esse. Ceterum in Tarando id magis mirandum, quod cum cute sit admodum densa & villosa, tum pilis hirta, quomodo pili, qui sunt aridæ substantiæ & obscuri, huiusmodi varietatem, & coloris omnimodam immutationem admittant. Quocirca, vt inquit Theophrastus, huiusmodi mutatio miraculi cuiusdam instar merito haberi debet, cuius caussam perscrutari non modo difficile, sed impossibile propemodum videtur. θαυμαστὴ δὲ ἡ μεταβολὴ καὶ ἰσχὺς ἀπιστίας. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολή, ἀλλοιουμένης τῆς ἐντὸς ὑγρότητος, εἴτε αἱματώδους, ἢ καί τινος ἄλλης τοιαύτης οὔσης, ὥστε φανερὰν εἶναι τὴν συμπάθειαν. ἡ δὲ τῶν τριχῶν μεταβολὴ ξηρῶν τε ὄντων καὶ ἀπηρτημένων, καὶ ἀθρόον οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι, παράδοξος ἀληθῶς. καὶ ἀπίθανος αὐτοῖς πολλὰ ποικιλλομένη. id est, *Admiranda propemodumq; incredibilis huiusmodi mutatio. Reliquis enim in cute fit mutatio, alterato nimirum eo, qui intus est, humore, seu sanguineus is sit, seu huiusmodi alteriusue substantia. Quo fit vt huiusmodi affectus fiat manifestus. At pilorũ transmutatio, qui aridi sunt, & in acutum dependentes, nec pariter in vnum coaliti conglobatiq; prodeant, hos inquam colore subinde variari, & in alteram formam transmutari. hoc vero incredibile, & præter communem omnium existimationem accidere videtur.* Hæc in præfato libello Theophrastus.

CAPVT XVII.

Versus quidam Euripidis, quorum sententiam a Socrate didicisse videtur: ad quos & Cicero alluserit. inibique alter Plauti locus e Sophocle mutuatus.

EVripidis Poetæ versus sunt de morte, quos e Socratis doctrina (cuius discipulus fuit) Scænicus ille Philosophus hausisse videtur, qui ita citante Ioanne Stobæo se habent:

Τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; id est,
Quis nouit an viuere sit, quod nos vocamus mori?
Mors autem vita?

Quod e Socratico fonte imbibit Euripides. Sic enim Socrates apud Platonem in apologia loquitur: *ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ.* Quæ verba sic vertit M. Tullius Cicero in Tusculanis: *Sed tempus est*, inquit, *iam hinc abire me vt moriar, vos vt vitam agatis: vtrum autem sit melius, Dij immortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem.* Ad id etiam respexisse puto eundem Ciceronem in extremo sexto libro de Repub. dum Scipionis somnium enarrat *Hic ego etsi eram perterritus non tam metu mortis, quam insidiarum a meis, quæsiui tamen, viueretne ipse & Paulus pater, & alij quos nos exstinctos arbitremur. Duo vero, inquit, hi viuunt, qui ex corporum vinculis, tanquam e carcere euolauerunt. Vestra vero quæ dicitur vita; mors est.* Plautus in Captiuis seruum introducit, paulo sublimius, & vltra quam soccum decet disserentem. Cum enim videt se abduci in lapidicinas tanquam in manifestam perniciem, herum pessima sibi minitantem sic alloquitur:

Cur ego te inuito me esse saluum postulem:
Periclum vitæ meæ tuo stat periculo.
Post mortem, in morte nihil est quod metuam mali.
Etsi peruiuo vsq; summam ætatem, tamen
Breue spatium est perferundi, quæ minitas.

Quæ certe videtur is Comicus de Sophoclis Antigona sumsisse; quæ Creonti regi sibi minitanti haud absimilia respondet:

—θανουμένη γὰρ ἐξῄδειν. τί δ' οὔ;
κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας: εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν ὡς ἐγὼ κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος ———

Sed moritura prædicor, hoc
Etsi mihi non præceperit certo tempore,
Paulo post moriar, lucrum quidem hoc deputo.
Si quis enim in multis vt ego malis
Viuit, quomodo non is pro lucro reputarit mortem
Sic mihi etiam mortem adipisci
Nullus est dolor.

CAPVT XVIII.

Non recto sanoq; iudicio vsum A. Gellium in reprehendendo Tullio Tyrone, Ciceronis liberto super his, quæ de Hyadibus scriptum reliquit.

BReuiter a nobis nunc id excutiendum est, an recto, maturo liberatoq; iudicio A. Gellius Tullium Tyronem reprehenderit,

quod

quod in iis libris, quos Pandectas, quasi dicas omnium receptacula scriptum reliquerit: adeo Romanos veteres Græcas literas nesciisse, & eius linguæ rudes fuisse, vt stellas, quæ in capite Tauri sunt, *succulas* appellarint, quod eas ὑάδας Græci vocant. Tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit, quia Græce ὗες *sues* Latine dicantur. Sed ὑάδας, inquit, ἀπὸ τῶν ὑῶν, id est, *non a suibus, ita vt nostri rupices putauerunt, sed abeo quod est* ὕω, *id est, pluo appellarunt, nam & cum oriuntur, & cum occidunt tempestates, pluuias, largosq; imbres cient. Pluere enim Græca lingua* ὕειν *dicitur.* Hactenus Tyronis verba retulit Gellius. Qui grauiter in Tyronem stomachatur, quod veteres illos agrestes rupicesque vocarit, & Græcæ linguæ inscios, quod hyades *Suculas* nominarint, propterea quod Græce ὗες dicantur *sues*, propterea que quod id opinatus sit. *At enim nostri veteres*, inquit, *non vsque adeo rupices & agrestes fuerunt, vt stellas* ὑάδας *idcirco succulas nominarent, quod* ὗες *Latine sues dicantur: sed vt quod Græci* ὑπὲρ, *nos super dicimus, quod illi:* ὕπτιος, *nos supinus, quod* ὑφορβὸς, *nos subulcus: quod item illi* ὕπνος, *nos primo symnus; deinde per y Græca Latinaque o littera cognationem somnus. Sic quod ab illis* ὑάδες, *a nobis primo hyades, deinde suculæ appellatæ sunt.* Sed dum A. Gellius veteres excusare nititur ab inscitia Græcæ linguæ, & dum nimis acriter in Tyronem inuehitur, non videt se pariter sugillare Verrium Flaccum, Sex. Pompeium, & alios, qui veteres illos, quos Cascos appellauit Ennius, imperitiei arguunt, qui Græcas voces non intellectas inuerterint. Sic *Melonem, Nilum, Ganimedem, Catamitem, Halcyonem Alcedinem & Atlantem Telamonem* appellarunt. Suggillat pariter M. Tullium Ciceronem, omnis eloquentiæ & eruditionis largissimum fontem, qui in secundo de Natura Deorum ita scribit: *Tauri caput stellis sparsum est frequentibus. Has Græci stellas Hyadas vocare suerunt.* ὕειν *enim est pluere, nostri imperite succulas, quasi a suibus essent, non ab imbribus nominauere.* Hæc Tullius. Quæ si in iis quæ narrauimus, sequutus est Tyro, cur suggillatur a Gellio? Qui dum reprehensionis telum torquere nititur in Tyronem, non videt illud in Ciceronem cadere. Quod homo nasutus si non ignorauit, certe dissimulauit, ne videretur omnis eloquentiæ parentem, hoc est, arcem ipsam Latinitatis inuadere, & vna cum Gigantibus Diis bellum inferre. Ciceroniani itaque nominis fulgore perstrictus omnem animi sui impetum in discipulum & libertum conuertit. Quem insuper reprehendit, quod hyadas in capite Tauri constituerit *Nullum enim*, inquit, *videtur præter eas stellas Tauri caput sed eæ ita circulo, qui Zodiacus dicitur, sitæ, locatæque sunt, vt ex earum positu species quædam & simulacrũ esse videatur Tauri capitis, sicut ceteræ partes, & reliqua imago Tauri conformata, & quasi depicta est, locis regionibusq; earum

stellarum, quas Graci πλειάδας, nos Vergilias vocamus, &c. Quæ vt haud carent manifesta calumnia, ita etiam immodicum carpendi studium, ne dicam, remotiorum disciplinarum inscitiam coarguunt. Quid ais Gelli? an nullum est Tauri caput aliud, quoniam nõ videtur? At Mathematici, vt lineas scias & circulos, quos in cœlo, inque corporibus sola intelligentia animi constituunt, intelle-ctuq; tantum comprehendi volunt, ita & huiusmodi imaginum lineamenta inuisibilia constituerunt: quod stellarũ quoque positura iis haud absimilem formam mõstraret. nec ideo nulla sunt, si visu non percipiantur. Non enim, vt Aristoteles docet, etsi ea corpora nuspiam sunt, ideo fallitur ipso Mathematicorum intelle-ctus taliumque comprehensio notionum. Quod animaduertens Tyro, receptam illorum consuetudinem sequutus est, & stellas in signo esse, non autem eas signum esse dixit. Eos videlicet sequutus auctores, qui ante se scripsere. Sic enim Higynius, sic Plinius, sic Ouidius & Cæsar Germanicus, ipse deniq; Cicero ante eum locuti sunt. Vt interim non dicam, Hyadas caput Tauri minime figurare, sed potius formam literæ Y, vnde & appellationem sumsisse videntur, vt adserunt Higynus in fabulis, & innominati auctoris Scholia in Homeri Iliada, quæ tamen a quibusdam Porphyrio, ab aliis Didymo adscribuntur, easque non caput Tauri constituere, sed in eius fronte esse docent auctores. Merito igitur Gellio quis obiecerit, quod Martio cuidam Mathematicus & Pythagoreus Adrastus obiecit, qui vt Claudianus Mamertus in libris de anima refert, cum cauillaretur, se lineas quidem fabrorũ videre; at Adrasti & Pythagoreorum nequaquam: respondit non inscite Mathematicus: *Nimirum* (inquit) *oculos quidem fabrorum similes habes, at ingenium Pythagorao dissimile.* Id vero non prætereundum, in Germanici Cæsaris enarratore mendosam esse lectionem, cum de hyadibus loquitur: *Hyadas*, inquit, *appellantibus Gracis, quod nostri a similitudine cognominis, vocabulum eis stellis propter suceos impositum arbitrantur, imperiti appellauere Succidas.* Castiga: *vocabulum eis stellis propter sues impositum arbitrantur, imperiti appellauere succilas.* Quibus Gellius amplius etiam confutatur. Sed de iis hæc hactenus.

CAPVT XIX.

Non videri in Ciceronis epistolis ad Atticum colonarium, *sed* columnarium *legendum; contra Calij Rhodigini sententiam: tum qua fuerit* colonaria conditio.

M. Tullius in 13. Epistolarum ad Atticum: *De aquaductu probe fecisti, columnarium vide ne debeamus, quanquam mihi videor audiisse, iam illic commutatam esse legem.* Vbi quondam legebatur *Colonarium:* quod Rhodiginus Cælius interpretatus est, vectigal quod pro rerustica penderetur: & in eundem sensum accipi debere

debere apud Iulium Cæsarem libro bellorum ciuilium tertio. Sed pace illius viri de literis alioquin optime meriti, non *colonarium*, sed *columnarium* vtrobique est legendum, intelligendumque graue illud tributum, Asiaticis aliisque prouinciis, temporibus bellorum ciuilium a Romanorum Ducibus impositũ, quod pro singulis domorum columnis & hostiis, quæ inde *hostiaria* appellabantur, exigebatur. Quemadmodum nostra quoque ætate scimus a sagacibus tributorum exactoribus excogitatum vectigal, quod a singulis domorum focis & caminis exigeretur, vulgo ob id *Caminarium* dictum. Id quod ex Cæsaris citati libri loco facile apparet, cuius ob id verba subiicienda decreuimus: *Interim acerbissime imperata pecunia tota prouincia exigebantur. Multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur, in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, hostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vectura imperabantur; cuiusmodi rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur.* Ex quibus, nisi fallor, verbis facile intelligi potest, quid sit *columnarium*. *Colonarij* autem, vt puto, in M. Cælii epistolis ii sunt, qui Coloniis adscripti sunt, siue quos παροίκους vocant, hoc est, *incolas*. *Nolo te putare Fauonium a Colonarijs præteritum esse, optimus quisque eum nihili fecit.* Vbi tamen Codices *Columnarios* habent; quod si recipimus, talium tributorum coactores interpretabimur. At si *colonarios* legis, accipies vilem & infimam plebeculam, quæ in cõductitiis & mercenariis ædibus & tabernis habitat, quos, vt diximus, Græci παροίκους vocãt. Nam quod de rusticanis tribubus adfert Rhodiginus, vereor ne apud omnes fidem mereatur. Nam rusticanæ tribus quædam nihil vrbanis fuerunt ignobiliores. Non me latet tamen in iure ciuili, *Colonariam conditionem* aliter accipi, nimirum pro ea, qua quidam certis Coloniis, villis aut agris excolendis erant adscripti, quibus a loco suo non licebat discedere, neque alibi migrare inuitis magistratibus aut dominis, qui & adscriptitii dicebantur. Quorũ olim non exiguus numerus in Flandria fuit, vt etiam reliquorum seruitiorum, vt ex veteribus diplomatibus licet cognoscere. Sed horum omnium conditionem sustulit, & liberam reddidit illustris mulier & Princeps. Margarita, vere candida & splendẽs margarita, Balduini Imperatoris Byzantini filia, vel ob hoc æterna memoria digna; sic vt in Flandria iam nemo sit ignobilis, sed omnes liberi, ingenui, & natalibus restituti. De hac *colonaria conditione* mentio est in Decretis dist. 87. Colonarium vero ius Iustiniano in authent. *De non alienandis rebus Ecclesiæ, quod pendetur ab incolis, pro possessione & vsu domus*; est veluti si domum valentem C. solidos, & præstantem pensionem solidos decem, accipiat quis ab Ecclesia, & det pro ea solidos centum seu amplius, aut certe minus, & quasi iam de propria aggrauet, se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres, iste autem ap-

pellatur *paræcus*. Coloni autem hoc sensu in Nouella Valentiniani *de Colonis vagis* accipitur, & eius conditio *nexus colonarius* Post denuntiationem vero editos, secundum scita diualia, seruos esse censemus, vt illos nexus, sicut dictū est. Colonarius semper teneat obnoxios. vt hos conditio seruitutis; & paulo superius Colonario nomine perseuerent. Parum itaq; apte Cælius *Colonariam* conditionem, quæ ad rem rusticam attinet, interpretatus videtur: cum horum Colonorum status non multum a seruorum conditione abfuerit, etsi mitior paulo. Nam illis matrimonium cum Colonorum filiabus licebat inire, neque tam merum ius dominis in corpora eorum erat, quam est dominorum in seruos. Respexisse videtur ad hanc Colonariam seruitutem Plautus in Pseudolo, cum hæc dicit;

——quid ego cesso Pseudolum
Facere, vt det nomen ad molariam coloniam.

CAPVT XX.

De more referendi ad Senatum, inibiq; quid sit ius Quintæ relationis, *&* *quid* relationem facere.

PVdet pene me post tam doctos viros de re nondum discussa; meam quoque coniecturam interponere. Sed cur non id audeam, præsertim in re tam obscura, de qua nondum pronuntiatum sit, liquere vel non liquere, cum hæc nostratia eo tendant, vt literas illustriores faciamus: easque quoad poterimus, iuuemus. Id porro est de antiquo referendi more *ad Senatum, inviq; quartæ* aut *quintæ relationis*, quod tanta ambitione vsurparint Imperatores, vt cum reliquos titulos facile neglexerint, hos vna cum Pontificatu maximo & tribunitia potestate sibi perpetuo retinuerint. Sed ad rem. Bapt. Egnatius in annotationibus, quas in Capitolinum, Spartianū & alios vitarum Cæsarum scriptores edidit, dum illud Iulii Capitolini in Pertinace explicat: *Primus sane omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam patris patriæ nomen accepit: nec non simul etiam imperium proconsulare, nec non ius quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci* Addit Egnatius & interpretatur: *Quintæ relationis ius, vt quinquies Imperatores de re iudicata & perfecta referre ad Senatum possent, atque ac si nihil adhuc iudicatum foret. Ominis autem loco ius illi Quartæ relationis fuisse, quod breuis illi & imperfectus principatus foret, cui non integrum ius futurum esset.* Andreas Alciatus parergωn lib. 10. cap. 22. non satis eam interpretationem probat. Nam *maximum ius Cæsarum*, inquit, *in eo est, quod rescindere rem iudicatam semel valeant, vt l. finali. Cod. vt lite pend. l. caussas. C. de transact. patet. Probabilior forte est interpretatio, si duas esse existimemus, vt ab eorum sententia nulla sit prouocatio; Cum enim nemini liceat tertio prouocare; si aduersarius meus bis obtinuerit, & ego tantundem; consequens est, vt vltima sententia,*

quæ

quæ in hac caussa quinta erit, exsecutionem habeat. Erit ergo ius Quintæ relationis, perinde ac res iudicata: Ius vero Quartæ relationis, de quo adhuc semel cognosci potest, & alius superior magistratus adiri. Vnde cum per errorem Pertinaci, non Quintæ, sed Quartæ relationis ius concessum fuisset, habitum est id omnis loco, tanquā non ipse supremus Iudex, sed alium maiorem esset habiturus, nempe Septimiū Seuerum, qui eum vicit. Qua, inquit, *tamen in re amplius deliberandum.* Cū igitur Alciatus sibi non satisfecerit, cur nō & nobis nostram coniecturā adferre licebit præsertim cum ne Egnatius quidē vllam basin suæ adsertionis habeat; neq; hic de iudiciis vlla fit mentio, sed de auctoritate Imperatorum in Senatu, & supra senatum. Imperatores igitur cū scirent, Regis nomē Romanis esse detestabile, Dictatoris vero ob Syllæ impotentem dominatum, & Cæsaris, valde inuisum; aliis nominibus; reuera eandem vim in se cōplectentibus, sed faustis magis & mitioribus omnem dominādi in perpetuum potestatem in se transtulerunt. Nam & Tribunitiam potestatem, & proconsulatc ius, & summam supra Senatum auctoritatem, quam *ius Quintæ relationis* vocarūt (cum illis ea tributa forent) vsurpauerūt. Nam tribunis plebis e Repub. sublatis, iureq; eo in sese deriuato, quod erat amplius ius populi? Proconsulatis vero potestas omnē eis extra vrbē in prouinciis decernebat potestatē. Quod aūt iure Quintæ relationis poterāt omnia Senatusconsulta remittere & rescindere, deq; iis mutandis aut tollendis relationē discessionemq; facere, quis nō sublatā penitus senatus auctoritatē, & in ipsos imperatores translatam autumaret? & sic omnem regiam potestatē nactos: nā & supremū in milites ius, imperatoris nomen complectebatur. Sic effectum vt regii nominis exortes, sub diuersarū dignitatum titulis & separatis nomenclaturis rei ipsius cōpotes essent. Vt autem plenius & euidentius liqueat id, quod diximus, aduocādus ad partes est Dion, q in extremo 53. libri ita scribit: καὶ διὰ ταῦτα ἡ γερουσία δήμαρχόν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνὸς ὅπως ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλήν, κἂν μὴ ὑπατεύσῃ, ἔδωκε, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον ἐσαεὶ καθάπαξ ἔχειν, ὥστε μήτε ἐν τῇ ἐσόδῳ, εἴσω τοῦ πωμηρίου κατατίθεσθαι αὐτήν, μήτ' αὖθις ἀνανεοῦσθαι. καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἰσχύειν ἐπέτρεψεν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐκεῖνος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες ἐν νόμῳ δή τινι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ δημαρχικῇ ἐχρήσαντο. τὸ γὰρ δὴ ὄνομα αὐτὸ τῶν δημάρχων, οὔτε ὁ Αὔγουστος, οὔθ' ἄλλος οὐδεὶς αὐτοκράτωρ ἔσχε. καὶ μὴ δοκεῖ τοῦθ' οὕτω τότε [illegible], ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας κυρωθεῖς λαβεῖν. id est, *Ea propter Senatus Augusto hos honores decreuit, vt Tribunus plebis perpetuus esset, vt quoties Senatus haberetur, etiamsi consulatū non gereret, de quibuscunq; rebus referre posset, vt proconsulare imperium semper haberet, neq; id in Vrbem intrans deponeret, aut renouanda opus esset, vt maior ipsi in prouinciis, quam præfectis earum semper esset potestas. Inde exortum est vt Augustus, quiq; eum sunt sequuti Imperatores lege quadam*

reliquis hisce & tribunitia potestate uterentur. Nam tribuni plebis nomen neq; Augustus, neq; ullus alius Imperator gessit. Ac mihi sane hac ei tunc non adulantes, sed vere tribuisse Romani videntur. Porro vbi Dion habet Græce, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνὸς, ὅπου ἂν ἐθελήσῃ, καθ' ἑκάστην βουλὴν κἂν μὴ ὑπατεύῃ. Quod vertit interpres, *ut quoties Senatus haberetur, etiamsi Consulatum non gereret, de quibuscunque rebus referre posset*: puto his innui ius illud Quintæ relationis: hoc est, quod post omnes magistratus, qui relationem habebant, iterum referre statuereq; posset: eo quod omnium magistratuum ius functionemque in se haberet. Manifestius id fit ex decreto Senatus in æs inciso & Romæ inuento in Cælio, apud sanctum Ioannem Lateranum, quo Vespasianum Imperatorem ornauere. *Vtiq; ei Senatum habere, relationem facere, remittere, Senatusconsulta per relationem discessionemq; facere liceat, vti licuit D. Augusto, Iulio Cæsari, Aug. T. Claudio Cæsari, Aug. Germanico: vtiq; cum ex voluntate auctoritateue, iussu mandatuve eius, præsenteue eo Senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, seruetur, ac si e lege, Senatus edictus esset habereturque.* Ex quibus liquet quanta auctoritas, ius, potestasque Imperatoribus esset in Senatu decernendi, nimirum vt referre quæ vellent rescindere, approbare, innouare, Senatus omnia decreta & consulta possent, quomodocunque rogata & sancita. Proinde cum Pertinax tantum sibi decerni vellet, ius Quartæ relationis ominosum ideo ei fuit, quod summa potestate non diu esset vsurus, quam Senatus ei non decreuisset, eam tantum recipiendo, quæ etiam inferioris magistratus esset. Nam Xiphilinus ex Dione, loco iuris Quartæ relationis habet, quod contentus sit appellari primus Senatus. Sic enim ille de decretis sibi honoribus: καὶ ἔλαβε τάς τε ἄλλας ἐπικλήσεις τὰς προσηκούσας, καὶ ἑτέραν ἐπὶ τὸ δημοτικὸς εἶναι βούλεσθαι, πρόκριτος γὰρ τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη. Id sic vertit Blancus: *Sumsitq; cetera honesta cognomina, ac præterea dum vellet popularis esse, Princeps Senatus vetere consuetudine cognominatus est.* Legimus tamen, M. Antoninum Philosophum ius Quintæ relationis acceptasse, nec facile alicubi eam dictionem reperias. Sic enim I. Capitolinus: *Post hac Marcus Faustinam duxit uxorem, & suscepta filia Tribunitia potestate donatus est, atq; imperio proconsulari extra vrbem; addito iure Quinta relationis.* De potestate vero & de re (vt puto) satis diximus, comparationeque auctorum satis liquere putamus. Id superest vt nunc cognoscamus, quare ea potestas καὶ ἐξουσία *Ius Quinta relationis* dicatur, in qua re vt tam infrequenti, mox decretum sententiamue ferre, vt temerarium puto, ita summis auctoribus amplius deliberandum censentibus, quid obfuerit nostram quoque diuinationem, si non veram, saltem verosimilem in medium, vt antea polliciti sumus, adferre. Id igitur propemodū in confesso esse obseruauimus, quatuor diuersis temporibus genera magistratuum fuisse, quæ vt ii-

narie Senatum habere poterant, relationẽ quoq; facere, & decretum postulare siue rogare. A. enim Gellius ex epistolicis quæstionibus M. Varronis hæc commemorat: Varro ibidem ponit eos qui more maiorum Senatum habere solerent Dictatorem, Consules Prætores, Tribunos plebis. nam Interrex & Præfectus vrbi locum Consulum Prætorumq; supplebant. Interregis enim potestate durante, nulli erant Consules. nam is Comitiorum caussa creabatur, quinque tantum dierum potestate indulta: Præfectus vero vrbi tum demum Senatum habebat, si nulli Consules Prætoresque (quod raro admodum contigit) Romæ essent, cui etiam Q. Mutius contra Atteium Capitonem & M Varronem talem potestatem esse negauit. Primum igitur ius habendi Senatus erat Dictatoris, eiusque magistri Equitum; secundum Consulum, & iis non exsistentibus, interregum; nam de Decemuiris & Tribunis militum Consulari potestate nulla est quæstio, quin ii locum vicemque consulum tenuerint, vt idem Varro recenset. Tertia vero relatio erat Prætorum, qui & ipsi maiores magistratus censebantur. Quarta autem Tribunorum plebis, qui plerumque & sæpius per intercessionem Senatus decreta subruebant, quam confirmabant: *eorum potestate*, vt est apud Liuium, *maiore ad euertendum, quam ad decernendum*. Et hos gradus huncque ordinem videntur etiam XII. tabulæ tenere, in quorum fragmentis ita scriptum est:

Cum populo patribusq; agendi ius esto,
Consuli, Pratori, magistro populi equitumq;.

hoc est, *Dictatori:*

Eiq; quem produnt patres consulum rogandorum
Tribunisq; quos sibi plebs rogassit, cum patribus agendi ius esto.
Idem ad plebem quid censuerint, ferunto.

Quod ad Triumuiros Reipub cõstituendæ pertinebat, ad id respondeti potest omnia eos egisse magis ex animi libidine quam ex præscriptis legibus, quas sua tyrannica dominatione oppresserant: ideoque illorum relationis nullam hic haberi rationem debere. Et hic quidem mos stante Repub. est obseruatus. At Triumuirorum dominatione subacta euersaque Republ & Romana libertate, omni iure in vnum translato, qui mitiore vocabulo se diceret *Imperatorem & Augustum*, etiam cum omnium prædictorum magistratuum potestate maius illi ius referendi rogandique ad Tributum: quod *Quinta relationis*, tanquam eminentioris dignitatis, & post quod nemini aliquid referre, rogare aut decernere licitum fuit aliis referendo, reliquorum & antedictorum magistratuum cessantibus stantibusue officiis. Nam vt non solum referendi ad Senatum post omnes, ius habebat Romanorum imperator, sed etiam discessionem faciendi; hoc est decreti

sanciendi statuendiue potestatem, & sua voce comprobandi quicquid ratum esse vellet. Senatus enim cõsulta duplici modo decernebãtur, aut sententiis singulorum secreto in vas quoddam collectis, aut discessione dum omnes e loco suo discedentes, pedibus in sententiã decernẽtis discedunt. Qui enim decretum consultumq; approbabant, discessionẽ facere dicebantur: qui vero secus, iubebant ire in alia omnia. Dicebat autem præco teste Festo: *Qui hoc censetis, illuc trãsite; qui alia omnia in hanc partẽ. His verbis* (inquit) *præco præit, ominis videlicet caussa, ne dicat, qui nõ censetis.* Cicero lib. 1. Epistol. familiariũ, Epistola ad Lentulũ secunda: *Postulatum est vt Bibuli sententia divideretur, quatenus de religione dicebat, vtiq; ei iam obsisti non poterat, Bibulo adsensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. In alia omnia,* h. e. in diuersam partem nõ consentiũ. Subdit deinde. *Lupus tribunus plebis, q; de Pompeio retulisset, intendere cœpit ante se oportere discessionem facere q̃ Consules,* h. e. sententiam ferre ante Consules; q; dicit iniquum esse & nouum, propterea scilicet, q; Tribuni intercessione plus valebant, quã discessione, ideoq; eorum relatio quarta dicta videtur; quod postremo post antedictos magistratus referre & discessionem facere possent. Pertinax igitur, etsi ea ratione discessionem relationemq; facere poterat, q; primus seu princeps Senatus esset, Consul præterea & consulatus, tamen ratione Tribunitiæ potestatis Quartã relationem sibi tribui permisit; quod ideo illi ominosum fuit, q; tam Imperatorio iure illius posset consultum per discessionẽ sancitum ab alio, nempe Imperatore, iure Quintæ relationis rescindi, significãs id omen breui illum spacio imperaturum. Sed moris, discessionẽ faciendi, sententias diuidendi, tũ conciliandi, (quod vulgo etiamnum dicimus *opiniones colligere*) fusissime meminit lib. 8. vt nunc habent libri, Plinius, Cæcilius, Nepos in epistola ad Aristonẽ: *Iubet,* inquit, *lex cum ista discessionem fieri iubet, qui hæc sentitis in hanc partem; qui alia omnia in illam partem ite.* Sed totam Senatusconsulti faciendi rationem Budæus in annotationibus in Pandectas prioribus fusissime persequitur. Sed vt ad id, quod prius inchoauimus reuertamur. In supradicto decreto pro Vespasiano erat amplius; *remittere,* hoc est, missione senatui dare, *Senatusc[õ]sulta per relationem discessionemq; facere liceat, ita vti licuit D. Aug &c.* nihil aliud significat, quod ipsum pro suo arbitratu, in Senatu decreta proponere, statuere & probare. Quod sequenti capite euidentius fit, cum dicit. *Vtiq; cum ex voluntate auctoritateue, iussu, mandatuue eius, præsenteue eo Senatus habebitur omnium rerum ius perinde habeatur, seruetur, ac si e lege Senatus edictus esset habereturue.* Quæ indicant, totius Senatus auctoritatem omniumque magistratuum ius potestatemque in Imperatorem deriuatam, quæque ab aliis sancita statutaue sunt, posse rescindere, mutare, variare, confirmare, pro arbitrio: in Senatu vero, seu alias, quæ statuat, probet, decernat,

cernat, esse rata & in perpetuum firma; neque vlli licere suæ discessioni, hoc est, censitioni contraire. Quod ius vt summum, ita merito supra reliqua quatuor magistratuum genera, *Quintæ relationis* dici, cui nemo derogare possit. *Referre* ergo *ad Senatum*, Budæus in annotationibus prioribus in Pandectas esse dicit, rem in Senatu agitandam decernendamque proponere. cuius exempla crebra apud T. Liuium. Id quod Græci (inquit) χρηματίζειν περὶ τούτου dicūt. Cuius locutionis exemplum supra e Dione attulimus. Quod interpres Xylander docte vertit, *referre ad Senatum*. Diximus supra de eo decreto, quod per suffragia singulorum decernebatur, vbi sententiæ pilulis inscriptæ in vas colligebantur, eæq. *numerabantur, non ponderabantur*, (vt inquit Plinius iunior.) Vincebat autem maior numerus, & plerumque fiebat, vt deterior pars meliorem vinceret. Qui mos hodieque in iudiciis nostris durat. Plura si quis desiderat de modo habendi Senatus, priores annotationes Budæi in Pandectas adeat, qui abunde & ad satietatem hæc declarat. Id demum vice Coronidis appingere libeat, me esse aliquando opinatum, *Ius* illud *Quintæ relationis* fuisse potestatem Censoriam, quam & ipsam in se transtulit Augustus, conferente Senatu. Sic enim Suetonius Tranquillus: *Tribunitiam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atq; iterum per singula lustra, collegam sibi cooptauit. Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum, quo iure, quanquam sine Censuræ honore, Censum tamen populi ter egit.* Ex quibus verbis colligitur, illum censoriam potestatem sine nomine & insignibus in se deriuasse, qua de omnibus censendi haberet potestatem. Vespasianus quoque (vt idem auctor est) censuram suscepit. Hanc Decius Imperator iterum in Senatus potestate esse voluit, vt popularis videretur. Qui Senatus eandem Valeriano tum priuato, postea imperatori contulit. Quæ quantæ tum existimationis fuerit, quantæque potestatis: declarat apud Trebellium Pollionem eiusdem Decii oratio ad Valerianum: *Suscipe Censuram, quam tibi detulit Romana respub. quam solus mereris, iudicaturus de moribus nostris. Tu æstimabis qui manere in curia debeant. Tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges. Tu censibus modum pones, Tu vectigalia firmabis, diuides, statum, respublicas censebis. Tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus multum iudicandum est, tu arma respicies. Tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de pfectis eminentissimus iudicabis Excepto denique præfecto vrbis Romæ, exceptis COSS. ordinariis, & sacrorū Rege, & maxima virgine Vestalium, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententiam feres.* Hæc Decius. Quibus maximam potestatē descripsit; qua visi sunt Imperatores supra omnes magistratus collocati. Respondet vtique Valerianus: *Quæso sanctissime Imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de Senatu, de omni penitus orbe, Iudicibus & Tribunis ac Ducibus Has*

sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud vos Censura desedit, &c. Sed prioribus examinatius consideratis & penitius inspectis, hæc sententia abortum penes me fecit, inter certa minime collocanda.

CAPVT XXI.

De astris, suo ortu occasuve tempestatem cientibus. Steropes Sydus, *quodnam vocet Ouidius.*

AStra suo ortu occasuve tempestatem, fulmina, tonitrus, pluuias, nymbres & aeris motus cientia, ii qui Phænomena scripsere, denotant, *Arcturum, Hyadas, Hœdos, Oriona* & *Pleiadas* Quorum caussas vt inuestigare difficile, ita quotidianis experimentis liquere. Et de *Arcturo* quidem, etiam Plautus vt validas maris tempestates ciente in Rudente meminit, apud quem stella ita proloquitur:

Nam Arcturus sum, signum omnium quam acerrimum.
Vehemens sum exoriens, cum occido vehementissimum.

Quod ipsum & Apollonius in 2. Argonauticon non tacuit:

ζεὺς δ' ἀνέμων βορέαο μένος κίνησεν ἀῆναι
ὕδασι σημαίνων διερὴν ὁδὸν ἀρκτούροιο.

Id est:

Iuppiter Boreæ venti vim mouit vt spiraret
Aquis indicans humidam viam Arcturi.

In quem locũ Scholia e Tarrheo Theone Sophocleo collecta ita scribunt: ζεὺς δ' ἀνέμων] δεικνὺς τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου βορέαν ἐποίησε πνεῖν, ὅπως ῥᾳδίως ὄμβρος καὶ ταραχὴ γίνηται. τοῦτο δὲ ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου σφοδροὶ καταχέονται ὄμβροι. ὥς φησι δημόκριτος ἐν τῷ περὶ ἀστρονομίας. καὶ ἄρατος:

φράζεο δ' αὖ μεμνημένος ἀρκτούροιο.

Id est:

Iuppiter venti] Indicat matutinum ortum Arcturi facere vt spiret Boreas, vnde faciliter imber & tempestates fiunt. Hoc aũt dicere vult, quod circa ortum Arcturi vehementes decidunt imbres, vt refert Democritus in libro de astronomina. Et Aratus:

Eloqui perge laudem memorabilis Arcturi.

Quin & Cæsaris Germanici interpres, quem Bassum quidam vocant: *Tempestates ciere* ait, *Arcturum, Orionem, Hœdos.* Quod etiam Ouidius non ignorauit in 1. Tristium sic scribens:

Sæpe ego nymbosis dubius iactabar ab Hœdis,
Sæpe minax Steropes sidere pontus erat.
Fuscabatq; diem custos Erymanthidos Vrsæ,
Aut Hyadas seris hauserat Auster aquis.

Sed id obscurum, quod Ouidius hic vocet *Steropes sidus.* Nos autem eo innui *Pleiadas* arbitramur, a Sterope, vna famigeratissimaque Pleiadum sororum, quæ Marti nupta, Oenomaum pepe-

rit,

rit, cuius potissimum id sydus esse, quod astrum Martis igneum, Pleiadibus humidis coniunctum, tonitrua fulminaq; producere solebat. Tálem Pleiadum naturam etsi pauci, tamen aliquot scriptores meminere. Sic enim Hephestion Thebanus Mathematicus ἐν τοῖς ἀποτελεσματικοῖς signi Tauri, eiusq; partium natura tradit: κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα τὰ κατὰ τὴν πλειάδα δηλονότι, πνευματώδη τε καὶ ὁμιχλώδη καὶ σεισμοποιὰ, τὰ δὲ μέσα ὑγραντικὰ καὶ ψυχρὰ, τὰ δὲ ἑπόμενα τὰ κατὰ τὴν ὑάδα πυρώδη καὶ κεραυνῶν καὶ ἀστραπῶν ποιητικά. *Particulatim vero praecedentes partes vbi Pleiades visuntur, (Tauri scilicet) ventosa & caliginosa quaque terram concutiant. Media humida & gelida. Extrema, vbi Hyades collocantur, suffocant, fulminaq; & fulgetra immittunt.* Quæ, ni fallor, Ouidianorum versiculorum energiam satis ostendunt. Quæ tamen idem Hephestion videtur e Ptolomæi Tetrabibli libro 2. accepisse, vbi ad verbum ea sic habentur: τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ ζῳδίου, μάλιστα σεισμώδη καὶ πνευματώδη τε καὶ ὁμιχλώδη. Et post: τὰ κατὰ τὴν ὑάδα πυρώδη καὶ κεραυνῶν ποιητικά. Quæ eadem esse & quadrare cum Hephæstionis verbis, nemo est qui non videat. Vter autem ab altero acceperit incertū. De Orionis vero natura, qui Vergilio etiam *nymbosus* dicitur, tum de *Hyadibus Hœdisq;* notiora sunt auctorum testimonia, quam vt ea pluribus inculcare necesse sit.

CAPVT XXII.

Super Metone, *& eius* anno *ac* Fabula decem nouē decennalis circuli, *nonnulla, inibiq; varietates auctorū, tum quæ fuerit eius inuētionis vtilitas, & quomodo ad nos quoq; eius vsus peruenerit in inuestigatione Paschalis festi: Censorinus emaculatus.*

GRæcos annum suum constituisse direxisseq; ad cursum Lunæ, non autem, vt Romani, auctore Iulio Cæsare, qui id ab Ægyptiis didicerat, ad cursum Solis: manifestius est, quam vt pluribus commemorari debeat: quocirca eum C C C L I V. dierum tantum fuisse, & vt illum ad solaris cursus normam reducerent, debito & certo tempore intercalasse, infulsisseque eum mensem, qui *embolimus* ab illis dictus est, quasi dicas *interiectus*, de qua re non est animus hic aliquid scribere, vt quæ vel librum integrum desideret: multo minus, quod non segniter operam suam in ea relocauerint Theodorus Gaza in libro de mensibus & Lilius Gyraldus quodam commentariolo super hoc peculiari. Nunc id tantum excutere decreuimus, quis fuerit ille *annus*, seu potius *annorū Circulus*, quē *Metonis* vocauere; cuius Cicero ad Atticum ita meminit, vt in prouerbiū quoq; abiisse videatur. *Quid Cæsar?* (inquit) *tres habet conditiones: aut emtiones ob hastam* (*perdere malo, etsi præter ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere*) *aut delegationem in mancipes annua die; quis erit, cui credat; aut quando ipse Metonis annus veniet?* Videtur nō incommode posse dici, in tardos debitores, qui in lon-

gum solutionē protrahunt, quos veteres & Lucillius *lentes* vocant; aut in faciles pollicitatores, qui tamē in exsoluendis pmissis tardi sunt & procrastinatores. Ceterū vt tota res melius elucescat, Hermolaique Barbari error corrigatur, res paulo altius repetenda est. Diodorus igitur Siculus Bibliothecæ suæ lib. 12. tradit, Olympiadis sextæ & octogesimæ anno quarto præfecto Athenis Apsende, & Coss. Romæ creatis T. Verginio & Proculo Geganio Macerino; Athenis Metonem Pausaniæ filium, virum magnæ singularisque in Astrologia eruditionis *tabulam*, quæ *decem nouennalis Circuli* inscribitur, exposuisse eius ingressu tertia die decima die scyrophorionis Athenis deinceps instituto. Nam in eo annorū numero ferunt astra progressu quodam per certa loca deuolui: Ac veluti quodam magno anno reuolutione peracto, ad eadem rursus referri. *Quapropter*, inquit, *cursus ille Metonis annus est appellatus*. Qua in re nō nihil falsus videtur Diodorus: non enim omnia astra in annis nouemdecim cursus suos reuolutionesq; a puncto ad idem punctum perficiunt: sed ipsa duntaxat Luna. Quod diligenter a Martiano Capella est adnotatū, sic lib. 8. scribente, & Diodori rationes cōfutante. *Luna* (inquit) *non potest ad idem, hoc est, ita vt posita est, eodē mense, eadem parte, sic ad Solem reuerti, eadem latitudinis portione, nisi mense* CCXXXV. *hoc est, anno decimo nono. Nam vt sub eadem die atq; hisdem propinquitatibus siderum inerrantium redeat, faciunt, anni* LV. Hermolaus Barbarus deprauato vsus est codice in citandis Martiani his verbis, nam falso *mense tricesimo secundo* legit, quod repugnat rationi: duodecies enim nouemdecim tātum conficiūt menses CCXXVIII. quibus si addantur septem intercalares siue embolimi, qui teste Censorino intercalari solent, fient CCXXXV. Emaculandus quoque obiter est Codex Censorini, vbi sic passim legitur: *Præterea sunt anni magni complures, vt Metonticus, qui Meton Atheniensis ex annis vnum & viginti constituit; eōq; decaenneateris appellatur, & intercalatur septies.* Legēdum arbitramur, *ex annis vnde viginti*. Sic & in Plinii castigationib. temere Hermolaus posuit CCXXIII. pro eo quem diximus numero CCXXXV. idq; in capite de defectibus Lunæ. Voluit enim hoc Plinius, ꝙ habebat Metonis traditio, innuere, cum scripsit: *Defectus* CCXXXV. *mensibus redire in suos orbes certū est*. Aratus hanc Metonis traditionem iam Græcis sua ætate vulgo notā fuisse tradit & præponi populo consuesse, vt inde dies nauigationi, itineri, sationi aptos eligerent, & ventorum tempestates præsciscerent. Versus eius sunt hi:

ἄκρα γε μὴν νυκτῶν κεῖνα δυοκαίδεκα μοίρας
ἀγγέλλει ἐξείπεῖν, τὰ δέ που μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν
ὥρη μέν τ' ἀρότοιο νεοῖο, ὥρη ἢ φυτεύειν.
ἐκ Διὸς ἤδη πάντα πεφασμένα ἐμπεδὰ κεῖται
καὶ μέν τις καὶ νηὶ πολυκλύστου χειμῶνος
ἐφράσατ', ἢ δεινοῦ μεμνημένος ἀγχόθι ἔργου.

ὅτινα

ἢ ἐτέων ἄλλων οἵ τ' ὠκεανοῦ προφέρονται
ἀστέρες ἀμφιλύκης, οἵ τε πρώτης ἔτι νυκτός.
ἤτοι γὰρ τοὺς πάντας ἀμείβεται εἰς ἐνιαυτὸν
ἠέλιος, μέγαν ὄγμον ἐλαύνων, ἄλλοτε δ' ἄλλῳ
ἐμπλάζει, τότε μέν τ' ἀνιών, τότε δ' αὐτίκα δύνων.
ἄλλος δ' ἀλλοίην ἀστὴρ ἐπιδέρκεται ἠῶ.
γινώσκεις τάδε καὶ σύ, τὰ γὰρ συναείδεται ἤδη
ἐννέα καὶ δέκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. id est,

Terminos sane noctium illa duodecim signa
Sufficientia sunt indicare, quæ item longum in annum
Tempus quidem arandi nouales tempus quoq; plantandi
E Ioue iam omnia ostensa vbiuis sunt.
Etenim quispiam nam pluuiosam tempestatem
Animaduertit, vel vehementis memor Arcturi
Vel quarundam aliarum, quæ ab Oceano tolluntur
Stellæ diluculo, quæq; prima adhuc nocte.
Siquidem illas omnes transit per annum
Sol longam orbitam ductans, alias autem aliam
Accedet; nunc quidem oriens, nunc vero vicissim occidens.
Alia item aliam stella inspicit aurora
Cognoscis hæc & tu. Concinunt enim iam
Nouem & decem Circuli lucidi Solis.

Quæ exponens Theon Arati interpres: Μέτων, inquit, τὶς γέγονε παλαιὸς ἀστρονόμος, ὃς ἀκριβῶς ἀριθμήσας, εἶπε μικρὸν ἐνιαυτόν, ὡς πρὸς σύγκρισιν τοῦ μεγάλου, περὶ οὗ προτέρων εἴπομεν, ἤγουν ὅταν σύνοδος γίνηται ἐπ' ἀπωλείᾳ τοῦ παντός, οἱ δὲ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι καὶ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν, περὶ τῶν τοῦ ἡλίου περιφορῶν ἐννεακαιδεκαετηρίδων ὅτι κατὰ ἕκαστον ἐνιαυτόν. τοιόσδε ἔσται χειμών, καὶ τοιόνδε ἔαρ, καὶ τοιόνδε θέρος, καὶ τοιόνδε φθινόπωρον, καὶ τοιοίδε ἄνεμοι, καὶ πολλὰ πρὸς βιωφελεῖς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. id est: *Meton quidam fuit antiquus Astronomus, qui accurate numerabat, paruum annum vocauit ad differentiam magni, de quo in præcedenti diximus, videlicet cum astra conueniant ad interitum vniuersi. Qui vero post Metonem Astronomi tabulas in vrbibus posuerunt de Solis circulationibus decennio vennalibus, veluti: tali anno erit huiusmodi hyems, & huiusmodi ver, huiusmodi æstas & autumnus: huiusmodiq; flabunt venti, multa præterea complectentes ad vtilitatem vitæ humanæ necessaria.* Quæ omnia in suã paraphrasin conclusit non inelegans Poeta Rufus Festus Auienus, qui Arati sententiam hoc pacto eleganter expressit:

Non ego nunc longo redeuntia sydera motu
In priscas memorem sedes, habet ista priorum
Pagina, & incerta rerum ratione feruntur,
Nam qui Solem hyberna nouem putat æthere volui
Vt Lunæ spatium redeat, vetus Harpalus ipsum
Ocius in sedes, momentaq; prisca reducit

Illius ad numeros, prolixa decennia rursum
Adiecisse Meton Cecropia dicitur arte,
Inseditq; animis, tenuit rem Gracia solers.
Protinus & longos inuentum misit in annos,
Sed primæua Meton exordia sumsit ab anno,
Torreret rutilo cum Phœbus sydere cancrum
Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
Et cum caruleo flagraret Syrius astro,
Hec vt fontem, vnde deduxit tempora Luna
Nauita, quo longum facili rate curreret æquor.
Et quo ruris amans telluris farra parenti
Cluderet, ingenti petat hæc indagine semper,
Seu qui vela salo, seu qui dat semina terra.
Nec mora discendi, breuis hic labor & breue tempus
Poscitur, innumeros habet autem industria fructus,
Vtilitas te certa manet, prænoscere motus
Si libet aerios, & tempestatibus ipsis
Prodere principium; te primum sponte procellis
Arcebis rapidis, te rursum principe fluctus
Vitabunt alij, si certis singula signis
Tempora discernas, &c.

Ante Metonem vero fuere, qui annum lunarem in certum ordinẽ redigere conati sunt per octaeteridas seu enneaterides, quorum primus fuit Leostratus Tenedius; (quem quidam doctus vir falso putauit ante Metonẽ enneadecaeterida inuenisse, ex male perpensis (vti arbitror) Censorini verbis, hausto errore) tum Harpalus, Nautelis, Mnestratus, Dositheus, aliique complures. Sunt qui Eudoxo octoeteridis inuentionem adscribunt, vt hinc iactabunde Cæsar apud Lucanum dicat:

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Horum tamen rationibus neglectis adhæsit & acquieuit Græcia Metonis traditionibus, tabulasque huius nouem decennalis circuli posteritas continuas composuit; vsque dum C. Iulius Cæsar & deinde Augustus ad cursum Solis in certiorem ordinem annum redegissent. Remansit tamen hæc Metonica disciplina in vsu vulgi vsque ad nostram ætatem, vtilis ad inueniendа tum nouilunia tum plenilunia. Nam crescente sacratissima religione Christiana, cum quæstiones plurimæ inciperent oriri de obseruatione festi Paschalis, dissidiaque non leuia de ea re oborirentur, recursum est ad hanc vulgarem Metonis & posterorum illius traditionem. Quam deinceps pro enneadecaeteride aut decemnouennali Circulo, ob multiplicem eius vtilitatem *Aureum numerum* vocauere. Donec quidam Dionysius temporibus Iustiniani primi Imperatoris ex 28. Cyclis decemnouennalibus composuit suum magnum & perpetuum Cyclum ex an-

ex annis D. XXXII. quorum nunc tertius peragitur, & ad finem tendit, qui incipiebat a Christo passo. Post quem multi fuere qui inuentis eius quædam addiderunt, alii quædam resecarunt. Vtcunque sese res habuit, hodieque *Metonici Cycli* vsu vtitur Ecclesia, mutato nomine *in aureum*, vt diximus, *numerum*; cuius tabellæ omnibus Calendariis me puero appingebantur. Ex iisque patres nostri, (ante hunc celebrem Ephemeridum vsum, quas *Almanach* barbara voce appellant) olim nouilunia & plenilunia per certas quasdam & faciles regulas inuenerunt, quas pueris ediscendas præbuerunt, re nunc exolescente, quod sine vllo labore liceat, ex Astrologorum nostrorum ephemeridibus siue Almanachis vel ista ediscere, manente tamen aurei huius numeri a Metone inuenti perpetua obseruatione. Et de re quidem hæc satis. Nunc de auctore paucula. Metonem igitur hunc, certatim Atheniensem produnt auctores. At Ælianus in decimo variæ historiæ, Laconem fuisse dicit, & columnas statuisse, & in eis solstitia adnotasse: μέτων, inquit, ὁ λάκων ἀστρολόγος ἀνέστησε στήλας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν ὡς ἔλεγεν εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτὸν ὡς ἔλεγεν, ἐννεακαιδεκαέτη. Idem Meton, vt idem Ælianus ait, cum delectus militum ad bellum Syracusanum haberetur, ipseq; Meton futurorum præscius, vna adscriptus in Catalogo foret; sciretque manifestum exitium proficiscentibus instare, multa molitus vt nauigationem illam euaderet, cum nihil proficeret, simulauit insaniam: ad quam opinionem confirmandam cum multa proponeret, etiam propriam domum incendit, quo incendio & porticus Pœcile conflagrauit, quo viso Archontes illum dimiserunt. Feliciore hic insaniuit euentu quam Vlysses: nam a Palamede ille deprehensus est. Huius Aristohanes in Auibus ita meminit:

γεωμετρῆσαι βούλομαι τὸν ἀέρα
ὑμῖν, διελεῖν τε κατ' ἀγυιάς. πει. πρὸς τῶν θεῶν
σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν; γε. ὅστις
——— εἰμ' ἐγώ; Μέτων

Metiri vt terram volo aerem
Vobis, & diuidere per vias. Pi. Per Deos
Tu quis es virorum? Ge. Quis
Ego sim? Meton.

In quem locum interpretes, & in eum Suidas in hanc sententiam. Meton Mathematicus astronomus & Geometra optimus, medicus item; huius est Metonis dictus annus. Callistratus dicit in Colono huius Astrologicum quoddam *anathema* esse; hoc est, sursum positum quiddam. Euphronius vero, eum tribu *colonum* esse dicit, quod redarguit Aristophanis interpres. Nam Philochorum Atheniensem historicum scribere eum esse tribu *Lyconiensem*, nihil autem posuisse in colono. Alii illum fontem exstruxisse in Colono tradunt. Vnde Phrynichus in μονο-

πρόσω τις δ' ἐστὶν ὁ μετ' αὐτὰ φροντίζων, μετὰ τῶν ὁ λυχνοκαύστης, οἱ δ' ὅτι κρήνην ἔχων. Quod scilicet ibi fontem artificiose induxerit fabricarítque seu simulacrum seu astronomicum instrumentum ibi suspenderit & apparuerit, quod κρήνην appellarit. Sed hæc hactenus.

CAPVT XXIII.

Loca quædam in Cyri Vergilij emendata & explicata; quatuor hæreses quæ, inibique plura de Peplo & Panathenaica naue.

DEtur hoc amici mei dulcissimi Pauli Leopardi memoriæ, nunquam intermorituræ non ita diu defuncti, cuius recordatio quoties animum meum subit adeo graui crucior mærorque dolore tantopereque illius desiderio affligor: vt nihil acerbius mihi in vita contigisse ear. Tanta enim coniunctio animorum inter nos fuit, tam arcta amicitia necessitudoque quæ annis amplius triginta inter nos coaluit sine vllo interim dissidio aut querela acta, vsque dum mors illam abrumperet, vt nihil vni seu boni seu mali acciderit, quin vterque illud sibi euenisse putaret. Si quid vero vni nostrum mali aut incommodi obuenit, ita inuicem condolebamus, haud secus quam si vterque id perpessi fuissemus. Fecit hic communium studiorum cursus, in quo pariter desudabamus, si non profectu æquali (quod ad meam sane partem attinet) at pari voto, quæ ita communia diximus, vt nihil penes vnum foret, quod non alteri commune fieret. Scio me illi longe fuisse imparem: sed is, nullo sane meo merito, ducebat me sibi parem, cœco nimirum in me suo amore fallus, & a vero abductus. Huius quanti, quamque inexhausti fuerint ab ineunte pueritia labores, quam exacta & quam solida eruditio, satis ostendunt illius monumenta, ostendissentque vberius, si ei vita diuturnior contigisset. Sed dum scripta sua sæpe recoquit, dum nunquam sibi satisfactum putat, ecce mors interuenit, quæ omnem de eo vlteriorem spem abrupit. Nunc vt cuius rei gratia prælocuti sumus, aperiamus: nactus est vir ille abhinc annis compluribus, exemplar Vergilij antiquis typis excusum, e primis illis, suboriente iam Typographica arte. Hoc cum emendatius aliquanto esset, quam exemplaria quæ tum vulgo circumferebantur, sua manu exscripsit, distantibus latiore spatio versibus, vt inter lineas possent interponi annotationes. Quod suis adpositis castigationibus protenus ad me transmisit, vt & meum qualecunque de quibusdam locis iudicium adscriberem. Quod etsi mihi non suppetebat castigatius exemplar, præstiti tamen pro virili id quod potui. Quocirca operæ pretium facturum me ratus, si quæ ab vtroque nostrum tum obseruata sunt, aliquot capitibus his annotationibus insererem, tum vt amici summi memoriæ litarem, tum etiam vt hæc qualiacunque studiosis prodesse possent; eli-

gens

gens ea tantum, quæ adhuc inemendata supersunt, & relinquens ea, quæ succedentibus editionibus castigata sunt & animaduersa. Statim itaq; in prima pagina ita in vulgatis legitur: At descriptus ille ita habebat:

Num mea quiret eo dignum sibi quærere carmen,
Non me ea curat eo dignum se cudere carmen.

Sensu aliquanto commodiore, vt inferatur ad Sophiam. Rursum:

Et placitum multis ausa est ascendere collem.

Vbi quidam legunt *paucis*: ceterum exemplar illud habebat:

Nec facilem multis ausa est ascendere collem.

Quæ lectio germana est. Sapientiæ enim aditus multis difficilis est. Sequentes:

Et leniter blandum liceat deponere morem.

In illo erat:

Et leniter blandum liceat deponere amorem.

Iam in illo *Mirificum secli) mirificum seclis)* erat. Sequitur:

Quatuor antiquisq; heredibus est data consors.

Legebat Paulus:

Quatuor antiquisq; hæresibus.

Vt intelligatur de quatuor præcipuis sectis philosophorum, quas Græci hæreseis vocant. Et ita legisse videtur Pomponius Sabinus, qui ad eum modum interpretatur: Fuere ii Academici, quorum princeps Plato. Peripatetici ab Aristotele, Epicurei auctore Epicuro. Et Pythagorici a Pythagora. Aut quibus displicet Epicurus, Stoici a Zenone, Quod ipsum Epiphanius in ἀγκυρωτῷ comprobat, nam reliquæ ad has referuntur. Sequitur:

Nam magno intexens si fas est dicere peplo,
Qualis Erichthais olim portatur Athenis.
Debita cum castæ soluuntur donum (seu vota) Mineruæ
Tardaue confecto redeunt quinquennia lustro.
Cum leuis alterno Zephyrus concrepuit Euro.
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.
Felix ille dies, felix & dicitur annus,
Felices qui talem annum videre diemq;.
Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ
Magna Giganteis ornantur pepla tropheis
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco (vel succo)
Additur aurata deiectus (vel deletus) cuspide Typho.
Qui prius Osseis consternens æthera saxis
Æmathio celsum duplicabat vertice Olympum,
Tale Dea velum solemni in tempore portat.

Panathenea his versibus describuntur, quinto quoque anno

celebrari solita, vbi in primo versu legendum *Erechtheis*) ab *Erechtheo* rege Athenarum. Athenienses enim quinto anno maxima pompa Panathenæa celebrarunt, vnde & inter cetera nauim pulchre ad id ornatam, terra quibusdam machinis per Germanicum in Eleusinem deuebatur trahebaturque. Velum eius nauis erat peplum Mineruæ dedicatum, quod virgines ad id delectæ conficiebant texebantque. Erant Palladis pugnæ in eo contextæ cum Enceládo, Typhone & aliis gigantibus: tum etiam clarorum virorum imagines, quibus id honori dabatur. Meminit huius nauis Heliodorus in 1. Æthiopicῶn: *παναθηναίων τῶν μεγάλων τούτων ἤκουον πέπλον ἐν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς ἰδιογραφῆς, σὺν ὑγίᾳ, τῷ κόλπῳ, διαμεῖν δὲ τὴν ναῦν, οὐκ ὑπὸ ζυγίαν ἀγόντων; ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ἐπολισθαίνουσαν, ἐκ κεραμεικοῦ δὲ ἄρασαν χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖται ἐπὶ τὸ ἐλευσίνιον, καὶ περιβαλοῦσαν αὐτῷ, παραμεῖψαι τὸ πελασγικὸν, κομιζομένην τε παρὰ τὸ πύθιον ἐλθεῖν οἱ νῦν ὁρμηται* Id est. *De Panathenæis hæc audiui. Peplum sane, id est, nauis velum, sustollitur suspenditurue peculiari sua & propria pictura insignitum.* Idque sinu vento impleto intensoque. *Currit autem nauis ita non iumentis tracta, sed subterraneis machinis inuecta & incedens, sublata e Ceramico nulla remis vsque ad Eleusinem missa. Qua circumiecta pertransito Pelasgico deducta præteruectaque circum Pythium deuenire iussam, vnde nunc proficiscitur.* Quo habes omne ambitum, per quem Pompa defertur. Meminit & his verbis Pausanias in Atticis: *τοῦ δὲ ἀρείου πάγου πλησίον, δείκνυται ναῦς ποιηθεῖσα εἰς τὴν τῶν παναθηναίων πομπὴν καὶ ταύτην μὲν ἤδη τις ὑπερεβάλετο. τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νική-σαντα οἶδα καθῆκον ἐννέα ἐρέτας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων.* Id est Prope Areopagum ostenditur nauis fabricata ad pompam Panathenæorum, quam alia iam quædam excellit. Nauim vero, quæ in Delo est, nulla est (quantum noui) quæ vincat. In nouem remiges a tabulatis protenditur. Græca in fine mendo haud carere videntur. De hoc peplo ita Suidas: *πέπλος τὸ ἄρμενον τῆς παναθηναϊκῆς νεώς, ὃν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ ἀθηνᾷ διὰ πενταετηρίδος, ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ ἐλευσινίου. πέπλον δὲ τοῦτο ἐκάλουν διὰ τὸ ἐριοῦν αὐτὸν εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς, ἢ ὅτι νικήσαντές οἱ ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ.* Id est: Peplus velum nauis Panathenaicæ, quam Athenienses construxere Mineruæ singulis quatuor annis; qua & pompam per Ceranicum vsque in Euleusinem duxere, Peplum id vocarunt quod esset laneum. Pingebatur autem in ipso Enceladus, quem occidit Minerua. Fuit enim Gigantum vnus. Erat & Peplus, quem Athenienses victoriæ ergo Mineruæ fecerunt, in quo præstãtissimorum virorum imagines depinxerunt. Huius pepli meminit Plautus in Mercatore:

Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere,

Vrbem

Vrbem, atq; extemplo inde, vt spectauisset peplum
Reus rursum confestim exigi solitum a patre.

Quo loco *populum* ante legebatur, emendauit id Camerarius, qui peplum pallam Mineruæ interpretatur. In hoc Peplo, vt Proclus in Timæum notauit, intexta fuit Gigantomachia seu pictura Titanomachiæ. Videtur Seruius innuisse hunc Plauti locum in 1. Æneid. Vergilii:

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant.
Crinibus Iliades passis peplumq; ferebant.

Peplum, inquit, proprie est palla picta fœminea, Mineruæ consecrata, vt Plautus: *Numquam ad ciuitatem venio, nisi cum infertur peplum.* Tiberius Donatus in eundem locum scribens, interpretatur *genus vestis perlucens, ad ritus sacrorum Mineruæ. Atqui,* inquit, *scutum modicum dicunt:* inepte sane. Idem Seruius dicit, hanc peplo oblationem in templum Mineruæ, sumtam esse e β. Iliad. Ibi enim Theano Mineruæ peplum offert:

ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος
θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.

Imitatus est hoc etiam Statius Papinius lib. Theb. 10. qui Thebanas mulieres ad templum Iunonis supplices, peplum item deferre scribit, & eo induere & circumamicire Deæ simulachrum.

Peplum etiam dono cuius memorabile textum
Nulla manus sterilis nec dissociata marito
Versauit calathis, casta velamina diuæ
Haud spernenda ferunt, varijs vbi plurima floret
Purpura picta modis, mixtoq; incenditur auro.

In quem locum Luctatius Placidus siue Lactantius, *Peplum,* inquit, *est vestis candida, aureis clauis pacta sine manicis, quæ simulachris fiebat. Sed hoc Peplum primum ab Atheniensibus est institutum, quod matronæ suis manibus faciebant, & inter triennium (quinquennium forte) numinibus offerebant.* Alii a virginibus id textum fuisse dicunt. Hinc apud Euripidem in Hecuba chorus:

ἐν Παλλάδος ἐν πόλει
τὰς καλλιδίφρου Ἀθα-
ναίας, ἐν κροκέῳ πέπλῳ
ζεύξομαι ἅρματι πώλους
ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ-
λους' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Id est, vertente Erasmo:

An Palladis vrbe, quam
Currus nitidi vehunt
Peplis in croceis equos
Sub iuga splendida mittam?
Pingens varia, croceiq;
Sindone florulenta.

In quem locum interpres: ἔθος ἦν ἐν ἀθήναις ὑφαίνειν ἐπὶ ἔριστικὰς τὸ ... πολεμικῆς ... *Id est. Mos fuit Athenis, vt virgines texerent Mineruæ peplum, quod contineret fortiter gesta ipsius Deæ, vt quæ bellicosa sit, tum ea quæ aduersus Gigantes cum ... perfecit: contextum autem illud sine peplũ in Panathenais Mineruæ apponi solitũ. Subdit deinde: Panathenaa esse festa Athenis, omnib. Atheniensib. in vnũ conuenientib. ibiq; multis alijs Græcorũ Panegyres simul celebrantib. Epulabantur etiã pernoctabantq; per tribus hoc festo in Prytaneo publicitus,* vt habet Heliodorus. Magnorũ igitur Panathenæorum feriæ quinquennales erant, at parua quotannis celebrabantur, quorum dies erat proximus post Bendidia, Dianæ sacra, Thargelionis mense, μετὰ τὰ βενδίδια, qua die inferebatur in templum Mineruæ peplum, quod Plato in Euthyphrone in arce suspẽdi solitũ magnis Panathenæis scribit. Seruius tradit ab Erichthonio primũ instituta fuisse Panathenæis, qui iis quatuor equos iunxerit; Panathenæis etiam *facum* siue *Lampaducharum certamen* fuisse declarat Aristophanis interpres, de quo more plura Pausanias. Institutum id festum auctore Suida, primum ab Erechtonio, Vulcani & Mineruæ filio; deinde a Theseo, congregante populos siue trib. in ciuitaté. Quinquennio certamen agitur, & vincit puer Isthmia, non senex, non imberbis, non vir: victori dantur amphoræ plenæ oleo, & coronatur olea. Erant & *Canephoræ*, q̃ canistris sacra ferebant Panathenæis. Vnde Hippar. ab Harmodio & Aristogitone interfectus, q̧ sororẽ Harmodii canistrum in Panathenæis sacris ferre phibuerit. Hunc in Panathenaica põpa occupatum, ad Leocoriũ vt Thucydides docet in 1. obtruncarunt, exspectantes, vt idẽ in 6 docet, magna Panathenæa, q̧ tũ ad deducendã pompã ciues in armis videre nihil erat noui; quoniã vt Aristophanis interpres ait, pueri tũ armati saltabant saltationẽ quandã, q̃ ipsi *Tritogenia* vocarunt. Saltabant aũt armati scuta in obliquum ferentes, postea in rectũ protensa. Quin & boues eo die immolabant tributim, ex quo omnes carnib. & iure implebantur. Aristides in fine Panathenaici, orationẽ suã instar Mineruæ pepli effert. Æschylus πίνακων καὶ στρόφης ... εἰ μὴ νῦν ἀμφὶ λιτὸν ... Arist. librum inscripsit *peplũ* cuius meminit Socrates historicus in Ecclesiastica historia: ὁ Ἀριστοτέλους πέπλος καὶ διονυσίου στέφανος καὶ ῥηγίνου ὑπομνήματα: Videtur aũt Arist. eo lib. laudes herοũ complexus. Tradit Porphyrius in Hom. scribens, in eo lib. ducũ illũ tradidisse genealogias & nauiũ numerũ ad Troiã profectarũ scripsisseq; in singulos epigrammata excepto in Aiacem. Varronis peplographiæ meminit Cicero ad Attic. qui forte liber fuit ad imitationẽ Arist. pepli conscriptus. Nã fuit Varro imitandi Arist. studiosior. Sic admiranda ad imitationẽ illius τῶν θαυμασιῶν conscripsit. Audio Aristot. peplographiam exstare & typis inuulgatã esse. Plura de peplo si quis desiderat,

derat, Ludouici Cælii lib. 14. adeat; nos his contenti alia prosequamur.

CAPVT XXIV.

Alia itidem loca eius poematis castigata & excussa, inibiq; de Scyllæ matre complura.

SYdera ceruleis orbem pulsantia summis) Hic alii legũt *bigis Æternum Sophiæ*) vt *Sophiæ. Scylla noues*) castiga, *Scylla nouosq; viderit*) *Auxerit* habebat codex ille & bene. Auxit enim volucrum numerum. *Vlyssi*) *Vlyssei* Græca diphthongo habebatur in antiqua illa editione. (*Qua Colophoniaco*)

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna Rhodos, Colophon, &c.
Ipse Cratinei matrem sed siue Erichthei
Siue illam monstro genuit grandaua biformi
Siue est neutra parens, at hoc in carmine toto
Inguinis est vitium, Veneris descripta libido
Siue etiam exactis speciem mutata venenis.

Vbi quidam codices habent pro *descripta, damnosa.* Sed descripta melius. Nã sensus eorũ versuũ est: Seu Scylla illa, quã mõstrũ marinũ effinxit Hom. habuerit parentes Lamiã siue Crateida, seu illã genuerit Persco, i. e. Hecate monstro biformi Phorcynii, siue nullos habet parentes, & cõmentũ ea res sit poetarũ, fœdã Veneris & libidinis voluptatẽ notare & describere volentiũ, siue speciẽ mutata est, (Græca ea locutio) Hecates pharmacis & venenis. Priusquã aũt ab his vlterius ꝓficiscimur, libet nõnihil cõmorari in huius Scyllæ fabula, & dissentiẽtib. de ea re opinionib. Simulq; huic castigationi seu basim ponere. Sic n. de Scylla Apollon in 4. Argonauticon:

ἢ παρὰ σκύλλης στυγερὸν κευθμῶνα νέεσθ
σκύλλης αὐσονίης, ὀλοόφρονος, ἣν τέκε φορκύν.
νυκτιπόλος θ' ἑκάτη, τὴν τε κλείουσι κράταιιν. Id est.
Seu apud Scyllæ odiosum antrum nauigasse
Scyllæ Ausoniæ perniciem meditantis quam genuit
Et nocturna Hecate, quam & Crateida vocant.

Hesiodũ & Homerum pariter sequutus. Sic n. Homerus Odyss. μ.

——— *βωστρεῖν δὲ κράταιιν*
μητέρα τῆς σκύλλης. ἣ μὲν τέκε πῆμα βροτοῖσιν.
——— *vocalem Cratein*
Matrem Scyllæ, quæ mortalibus peperit perniciem.

Didymus interpres, *Crateis mater Scyllæ vocatur: Lunam magi Hecaten appellant.* Acusilaus Phorcynis & Hecates Scyllã filiã esse docet, vt aiunt Apollonii interpretes. Vtrũq; igitur sequitur Apollon. In magnis Eœis Phorbãtis & Hecates filia Scylla dicitur. Stesichorus in Scylla Lamiæ filiam esse scribit. Hinc superius carmen:

Siue illi Lamie mater est, siue Crateis.

In fabulis Hygini Scylla nata fertur ex Pallade, Gigante, & Stryge.

CAPVT XXV.

Plures rursum mendæ ex eodem libello sublatæ. Alcathoi mœnia, saxum sonorum; arx Nileia *& nauale Crobylus.*

IPse pater timidam sæua complexus arena) canenda, *siue pater nudam, &c. At cum cura sua veheretur coniugis) sui* legendum. *Horribiles circumuidet)* legendum: *Horribiles circumq; videns. Terribiles,* habent alii Codices. *Quam mala multiplici iuuenum quoq; septa caterua,)* lege *iuuenum quoq;*, sequitur:

Infamem tali meritorum morte fuisse)

Lege

Infamem tali merito rumore fuisse.

Sed hunc locum, sicuti & sequentem de Brytomarte retulit in sua Miscellanea Paulus non sine honorifica nostri mentione. *Et vt quisquisquis tali de clade, &c.* lege. *Et vt quisq; est tali de clade, &c.* Sequitur, *omnia sunt potius)* lege, *omnia sint potius*, quem eir rem crebrum apud auctores esse, docet in suis nouis lectionibus Canterus:

Stat Megara Actæi quondam munita labore
Alcathoi Phœbiq; Deus namq; adfuit illi.
Vnde etiam citharæ voces imitatur acutas
Sæpe lapis recrepat, Cyllenia munera pulsus,
Et Betenem sonitu Phœbi testatur honorem.

Hos versus ita exponit Pausanias. *Tunc itaq; muro erigendo* (Megarensium scilicet ciuitates) *occupatum Alcatheum, Apollo* (*vt Megarenses aiunt*) *iuuit, & citharam ad lapidem deposuit, quem calculo proiecto si quis tetigerit, eundem sonitum edit, quemq; si pulsetur cithara, id quod magna me admiratione* (inquit idem) *affecit. Actæum* vocat, quod Atheniensis Alcathous fuerit: & fuit olim Megara alioquin Atheniensibus adnumerata & attributa. Sequitur:

Hospitioq; seni fuit hypolydosaq; victo
Carpathium fugiens & flumina Ceratæa
Texerat, hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretæa sternebat rura sagitta.

Paulus meus illo antiquo adiutus sic legebat hos versus:

Carpathium linquens & flumina Niseida
Hospitio canum, namq; vrbs Lelegeia Nisum
Texerat, hunc bello repetens Gortynius heros.

Expungendo priorem versum, & alterum secundo loco substituendo, In primo etiam legebat *flumina Pelopeia seu Niseina.* Niseam enim Stephanus Megarensium nauale esse dicit, ipsamque Megaricam ita vocari vrbem. Vnde Hellanicus in 2. *ἱστοριῶν* docet: καὶ Νισαίαν εἷλε, καὶ νῖσον τὸν πανδίονος, καὶ μεγαρέα τὸν ὀγχήστιον. Puto de Minoe loquens & hac eius expeditione. His consentit Pausanias lib. 1. qui dicit, Megarensium nauale sua etiam tempestate *Nisæam*

dictum

dictum & arcem ibi cōſpici, quæ & ipſa *Niſea* dicatur. Quin, quod hos verſus explicat, idem docet Niſæam ad nauale pertingere, nō magnam ſane, ad quam Minos bello contra Niſum geſto Cretenſium claſſem appulerat: tum etiam a Niſo nauale illud dictū eſſe. Ceterum vt confirmetur lectio ſecundi verſus Megarenſium vrbs *Lelegeia* dicta eſt, a *Lelege* ex Ægypto profecto, qui Rex Megarenſium fuit a quo non ſolum ipſa Megara *Lelegeia vrbs*, ſed ipſi Megarenſes regionis incolæ, etiam *Leleges* dicti ſunt. Sequitur:

Aurea ſolemni comtum quoq; fibula ritu
Cerſilla tereti nectebat dente Cicada.

Legendum *Aurea ſolemni comtum quem fibula ritu*
Crobylus & tereti nectebat denti Cicada.

Eſt autem *Crobylus* Athenienſium capitis ornatus ſiue geſtamen, cuius Thucydides in primo meminit: καὶ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. i. *Nec multum tempus eſt, ex quo ferre deſierunt lineas tunicas cicadisque aureis plexili nodo, cirrorum ſiue crobylorum ſurſum reuinctus.* in quem locum doctiſſima in eum auctorem ſcholia: ἐν ἐγέρσει ἢ ἐν εἰσέρσει ἢ ἐν πλοκῇ κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων, εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος. id eſt: *Crobylus ſpecies eſt innotationis capillorum vtrinq; in acutum deſinēs: vocetur vero virorum crobylus, fœminarū corymbus, puerorum ſcorpius.* Meminit & Clemens Alexandrinus in 2 Pædagog. *Athenienſes, inquit, Principes, qui ciuilem vitæ formam expulerant, togæ virilis obliti, aurum geſtabant & ſalacibus tunicis amiciebantur Crobulo* (quod eſt veſtimenti genus) *aureo induebantur, adiunctis cicadis ornati, ortum ſuū reuera terreſtrem Cynadico quodam faſtu & arrogantia mōſtrantes.* Quod aūt *veſtis genus* id vocarit Clemens, ſi is id dixit, & non potius interpres: eius erratum videri poſſit. At is, qui Scholia Clementi attexuit, *genus reticuli* Crobylum *eſſe declarat, ab extremis crines extendens ad verticem; deinde eoſdem deducens in acutum, qui perforata aurea Cicada conſtringebantur, ne deorſum defluerent.* Hesychius κρώβυλος ὁ ὁμαλὸς παίδων, ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐκπλοκῆς, ἢ εἶδος αὐλωνίσματος ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν, οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος, καὶ δῆλος ἐκαλεῖτο κρωβύλος, καὶ ὁ μαλλὸς τῶν αἰδοίων κρωβύλου ζώνης Parœmia eſt de inſignite improbis, ſiue qui inaudita nequitia graſſantur, a *Crobylo* quodam deriuatū, id eſt, ſcortatore. Item *Crobylus*, cuiuſdam periti nomen apud Ælianū in 4 variæ hiſtoriæ. Suidas: κρώβυλος ὁμαλὸς τῶν παίδων (lego ὁ μαλλὸς τῶν αἰδοίων, h. e. *pubes virilium* ſeu *muliebrium pudendorum.* καὶ ὁ πλόκαμος, ὃν διέβαλλον οἱ τοὺς χρυσοῦς τέττιγας φοροῦντες. ἀνάδημα κόσμος ὁ ἐκ τῶν τριχῶν πεπλεγμένος κόσμος ἐν ἐπιγράμμασι:

ἄλλος αὐτὰ κόμαν, καὶ ὁ κρώβυλος, αἷς ἀπὸ Φοίβου
πλέξατο μυλλακικῶν. κόμας ὁ πτεραϊκός.

Χειροφῶν, ἔχων δὲ κεφαλὴν σκύτινα, οἷα πέρ τι παφλαγονικὰ κρωβύλον ἔχεσα κατὰ μέσον ἰσχυρότατα τυχεῖν εἴδη. Meminit & Pollux, qui *Crobylon* Atticum capitis ornamentum esse haud tacet. Vtitur Aristophanes quoq; in Vespis quod ab interprete non omittitur.

CAPVT XXVI.

Halicetus Britomartis, Dictymia. *Subsequentes errores expuncti emaculatique.*

SCylla nouo concepta furore) corrige *correpta*. *Nedum etiam castos agitauerat*) *gustauerat* lege. *Virgineo interea*) lege *interna*.

Saua velut gelidis Ciconum Bistonis in oris) Lege,
Saua velut gelidus Sython vel Bistonis ora.

Non Storace Idao) Lege *Styrace*. *Vsq; adeo*) Lege *atq; adeo*. *Humana mutata corporis artus*) volucres scilicet: mutatæ ex humana forma in aues: *Qua nouus ad superum sedes Calcheius, & qua*,) Corrige, *Halyaetus & qua* Nisus enim in Haliætu mutatus fertur, vt Scylla in Cyrim, Aristotel. lib. 9. sex genera aquilarũ cõmemorat, & inter ea quintum genus, quod *Haliatum* vocant, h.e. Aquilã marinam ceruice magna & crassa, alis curuantibus, cauda lata: moratur in littoribus & oris Accidit hinc sæpius, vt cum ferre quod ceperat nequeat, in gurgitẽ demergatur. Hæc Theodorus ex Aristotele Aristoteles in Arib ἁλιαίετος ἢ γύπες. interpres, εἶδος ἐστὶ ἁλιαιέτος ἐν θαλάσσῃ διαπτάμενος. scribit quinq; syllabis, vt hic in hoc carmine, & in Aristophane. Plin. lib. 10. c. 3. *Superest Haliætus, clarissima oculorum acie, librãs ex alto sese, visoq; in mari pisce preceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens.* Item *Implumes pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios, et si conniuentem flentemq; animaduertit, pracipitat e nido velut adulterinum & degenerem: Illum cuius acies firma contra steterit, educat. Haliati suũ genus non habent, sed ex diuerso Aquilarum coitu nascũtur Id quidem quod ex ijs natum est in ossifragis genus habet, e quibus vultures progignuntur minores, & ex ijs magni, qui omnino non generãt.* Hæc ille. Haliætus nostris littoribus frequens est, appellatur *thyno Aquila*, quod versetur in thinis, h.e. *collibus arenosis iuxta mare*. Cuniculis insidiatur, quos interdum viuos rapit, deprædatur eorum fœtus. Sequitur:

Candida concessos ascendat Cyris honores. Lege *Accedat*.

Rhamnusia fallit) *fallat*. *Qua caussa*) *qua caussa*.

Formosus circum virgo mœrore capillos.) Lege,
Formosos circum virgo remorare capillos.

Quod nec sinit Adrastea) *Quod nec sinat Adrastia* *Quod si alio quouis animo iactaris amore*. *Sordibus & scoria*) *cilia* habebat Codex ille. *Effugere obsistam exitium*) *Est spes vana sepulcri*) *spes est vlla sepulcri*. *Atque vtinam Cereri non tantum grata Diana: Gnosia nec Partho*) Codex ille habebat *Naupacto*. *Nunquam tam obnexe fugeres Minois amores. Specula acris praceps de montibus isses*) Lege,

Nec

Nec specula aerijs praeceps de montibus isses Vnde alij fugisse ferunt: & numina Phocæ. Lege, *& numen Aphææ*, virginis Æginæ. Fabulam hanc Britomartys Callimachus in hymno Dianæ his versibus commemorat:

> ἔξοχα δ' ἀλλάων γορτυνίδα φίλαο νύμφην
> ἐλλοφόνον βελτόμαρτιν ἐΰσκοπον, ἥ ποτε μίνως
> πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα κρήτης
> ἡ δ' ὅτι μὲν λασίῃσιν ὑπὸ δρυσὶ κρύπτετο νύμφη
> ἄλλοτε δ' εἱαμενῇσιν ὁ δ' ἔννεα μῆνας ἐφοίτα
> παιπαλά τε κρημνούς τε καὶ οὐκ ἀνέπαυσε διωκτύν.
> μέσφ' ὅτε μαρπτομένη καὶ δὴ σχεδὸν ἥλατο νύμφη
> σρεήονος ἐξ ὑπάτοιο καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
> δίκτυα τά σφ' ἐσάωσαν ὅθεν μετέπειτα κυδάνες
> νυμφαὶ μὲν δίκτυναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη
> δικταῖον καλέουσιν ἀνεστήσαντο δὲ βωμούς.
> ἱερά τε ῥέζουσι. τὸ δὲ στέφος ἤματι κείνῳ
> ἢ πίτυς, ἢ σχῖνος, μύρτοιο δὲ χεῖρες ἄθικτοι
> δὴ τότε γὰρ πέπλοισιν ἐνέσχετο μύρσινος ὄζος
> τῆς κούρης ὅτ' ἔφευγεν ὅθεν μέγα χώσατο μύρτῳ.

Et ibi Scholia *Britomarte* inquiunt, *nomen propriũ Nymphæ, a quâ Diana in Creta Britomarte colitur, vt tradit Diogenianus.* Clemens Roman. *Britomartin* Charmes. Et Iouis filiã fuisse dicit. Diodorus Dictynnã aliam a Diana facit, ipsam enim in Creta natã, ex Ioue & Charmide, cõsuetudine Dianę vsum. Solinus *Bortomartin* Cretensibus significasse *virginẽ dulcem*, in multis codicibus perperã scriscriptum est, *Critomartis Aphea* vero eiusdem *Dianæ* cognomentũ in Ægina fuit insula, q enim Cretensibus *Britomartis* & *Dictynna*; ea Æginetis Aphæa. Eubulũ filium filium fuisse Carmamoris, eius qui a Pythonis cæde Apollinem lustrauit. Ex Ioue autem & Charme Eubuli filia natam Britomartim, quæ cursibus tantum & venationibus fuit intenta, & Dianæ propterea acceptissima, ea cum amore correptum fugeret Minoem, in retia ad capiendos pisces extensa, seipsam abiecit. Hanc Diana in Diuorum numerum retulit. Aphæam autem dicunt ἀπὸ τῆς ἀφίσεως, a *iactu*. *Dictynna* a *retibus*. Strabo non Minois, sed Martis insequutionem illam dicit sese in mare deiecisse.

Capvt XXVII.

Reliqua vsq; ad finem poematis excussa. Dictynna Amicleus Thanoch pronuba pinus.

> *——Alij quo notior esset,*
> *Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.*

Hinc antiquus quidam innominatus Poeta apud Charisium;

> *Luna Deum quæ sola vides periuria vulgi,*
> *Seu Cretæa manu, seu tu Dictynna vocari.*

Qua lege patris de vertice summo) Lege, *de vertice canos.* *Candentes prætexat purpura canos)* pro *canos, crines* lege. *Per me & sacra precor per flumina Elithyæ)* Lege, *precor per flumina sacra Ilithy*. *Nec tantum in facinus)* *nec tantũ in facinus. Atq; aliquos)* *vtq; aliquos. Tunc potius tamen ipsa pio cum iure)* Lege *tuo cum iure. Nunc etiam confecta dolo mendacia)* *conserta* alias. *Hinc magno generata Ioui frigidula sacra.* Codex ille habebat: *Iunoni stygia facit inde Hecateia sacra. Sacra nec Ideis senibus)* alias *auibus. Pergit Amycleo spargens altaria Thallo)* id est, *lauru* vel *hyacintho*, ab *Amycla* patre; vt Parthenius, Daphnes & Hyacinthi, vel ab Amycleo patre, vt Nicander. *Gaudeat & Cineri patria est iucunda sepulcro)* Lege, *Gaudere & Cineris patria læta esse sepulcro. Vos Numantina si qui de gente venitis)* Lege, *Vos o Mantinea, &c.* quid enim hic taceret *Numantina*. Mantinea autem ciuitas est Arcadiæ. *Illa ego sum Minos sacrato fœdere coniunx)* Lege *Minus*, genitiuo casu. *Coralio fragili & lacrymoso mouit electro)* Lege, *Coralio & fragili aut mouit lacrymoso electro. Me non florentes)* *non me florentes. Infestumq; suis dira testudinis exit.* Lege, *Infestumq; Scinis dira testudinis exit.* Forte *Hinc tacio cõtra patet Hermiones*, vel vt alii *Hermionia* lege *Herminea*. Hermionensium ciuitas & portus in sinu Corinthiaco, de eius situ vide Pausaniam, Strabonem & Cosmographos. *Prospicit incictam spumanti littora Cynthum)* scribe *Cythnum. Crura nouamq; aciem illico duxit squallida pellis)* pro *obduxit*. *Et tamen hoc demum)* *Attamen. Nec tamen hoc iterum pœna sine)* *nec tamen hoc ipsum pœna sine. Scorpius alternis clarum fugat Oriona*, lege, *Scorpius Artemius*, id est, *Dianeius*, quod Artemidos siue Dianæ voluntate terra cum in perniciem Orionis produxerit. Quod autem in præcedentibus legitur: *Pronuba non castos accendet pinus odores.* Paulus meus legendum censebat, *Pronuba non castos accendet spinus odores.* Quod olim apud Romanos in nuptiis præferretur fax ex spina alba, & hinc Catullum scripsisse, *spineam quate tædam*, pro *pineam*. Scribere hoc Plinium, & Varronem apud Sosipatrum & Nonium. Ego dixi, mihi videri nihil necesse esse lectionem mutare quando Græcos πεύκας καὶ δᾷδας simpliciter vsos in nuptiis animaduerterem. Prodiere tandem animaduersa a litteratissimo viro D. Hadriano Iunio, qui docte super hac re scribit, nihil tamen definiens, quod in hanc seu illam lectionis partem reclinare videatur. In Euripidis Troadibus εἰσφέρεται πεύκας, pro *nuptialibus facibus*. In Plauti Casina Lampas præfertur: *Tene*, inquit, *hanc Lampadem.* δᾷδας νυμφικὰς Polluci, hoc est, *faces nuptiales*. Euagrius lib. 3. κηροὺς γαμηλίους ἐξάπτοντες, id est, *Cereos nuptiales accendentes.* Cera enim (vt nunc quoque) circumtegebantur. Hinc Plautus in Curculione:

Tute tibi pueres latus luces cereum.
Egon' apicularum opera congestum non feram?

Eurip.

Eurip. in Helena διοκαθαρσίω φλόγι—κρύσσει ἡ πεῦκαν *pinus* seu *pincastros* vbique πεύκας vocant, itemque faces. Vnde constat eos e pinu seu proprie dictis tædis desumtos: vnde & *pineam quate tædã* in Catullo cõmode posse legi, vt hic quoq; pinus non spinus retineatur, quod etsi Latine, raro tamen preferatur.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber IX.

IACOBO NICOLAO LOENSI Auctore.

CAPVT I.

Quomodo illud periculum capitis *intelligendum sit in M. Tullij Ciceronis oratione pro P. Quinctio, cum tamen de bonis & re pecuniaria tantum agatur, inibiq́; de* sponsione, vadimonio, nexu & iure prætorio, *quo in bonorum possessionem mittuntur debitores.*

ADmiratus sum persæpe, legens M. Tullii Ciceronis orationem pro P. Quinctio, quæ prima est in ordine, cuius bona proscripta erant petente S. Næuio creditore ratione societatis, cur illam tantopere exaggerarit, vt ob eam proscriptionem periculũ capitis Quinctio dicat instare, tum etiam omnium fortunarum. Sed re attentius perpensa, non citra grauem caussam id prolatum a Cicerone esse quiuis perspicere potest. Sed verba ipsa Ciceronis apponamus, tum ea penſitemus: *Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quod vno iudicio de fortunis omnibus decernit: idq́; dum cogitat, non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quàm æquitatis suæ: Propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est sæpius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere.* Et postea: *Nam quid hoc iniquius aut indignius C. Aquili dici aut commemorari potest? quam me, qui caput alterius, famam fortunasque defendam, priore loco caussam dicere?* Et rursum: *Iudicium esse C. Aquili non de re pecuniaria, sed de fama fortunisq́; P. Quinctij vides, cum maiores ita constituerint, vt qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret.* Et iterum: *Quid igitur pugnas? an quod sæpe multis in locis dixisti, ne in ciuitate sit? ne locum suum, quem adhuc honestissimum defendit, obtineat? ne numeretur inter viuos? decernat de vita & ornamentis suis omnibus? apud iudicem caussam priore loco dicat? & eam cum orarit, tum deniq; vo-*

cem accusatoris audiat? Et post: *At neq; C. Aquilius de capite alienis libenter iudicat: & Q. Hortensius contra caput non didicit dicere.* Item postea: *Quid agimus Hortensi? quid de hac conditione dicimus? Possumus aliquando depositis armis sine periculo fortunarum de re pecuniaria disceptare, possumus ita rem nostram persequi, vt hominis propinqui caput incolume esse patiamur.* Et post: *Qui cum reuocetur ad iudicium, vnde hæc nata sunt omnia, conditionem æquissimam repudiet: fateatur se non pecuniam, sed vitam & sanguinem petere.* Item: *De re pecuniaria cupio contendere: non licet. At ea controuersia est: nihil ad me attinet, caussam capitis dicas oportet.* Et rursum: *Aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, quorum frequentiam & consessum non modo P. Quinctius, qui de capite decernit, sed quiuis, qui extra periculum sit, perhorrescens.* Et in peroratione: *Luctuosum est tradi alteri cum bonis: luctuosius inimico. Horribile est caussam capitis dicere, Horribilius priore loco dicere, & cætera.* Ex quibus omnibus illud elicitur, caussam hanc societatis P. Quinctii & Sex. Næuii magnam fuisse & etiam periculum capitis intulisse: cum tamen solum creditoribus ius in debitorum bona esse soleat, quod qua ratione tum fieret, id examinatius & perpensius introspiciendum; veteresque ritus paullo altius exquirendi. Ante igitur leges XII. tabularum e Græcia allatas, ignotũ fuisse puto quibus rationibus æs alienum a debitoribus repeteretur. Iis autem publicatis nectebantur debitores, & si soluendo non essent, addicebantur iis, quibus debebant & nexi erant. De qua re Agellius siue A. Gellius copiosum contexit sermonem lib. 19. Si igitur nexi æs alienum fassi essent, 30. dies illis dati sunt ad conquirendam pecuniam, iiq; iusti appellabantur: quod cessatio quædam iuris inter eos esset, quod nisi dissoluissent, ad prætorem vocabantur in ius, & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur: erat interea ius paciscẽdi, ac nisi pacti forent habebãtur in vinculis dies sexaginta: quibus trinis nundinis continuis, ad prætorem in Comitium producebantur; quantæq; pecuniæ iudicati essent prędicabatur. Tertiis nundinis capite pœnas dabant. Si plures creditores essent, in partes, si volebant, addictũ secabant. Quæ pœna tam atrox ideo sancita erat, vt fides in cõtractibus sanctior firmiorq; esset: sectum aũt aut occisum neminẽ, sed addictos in vinculisq; habitos complures, donec nectere deñere. Quod vnius fœneratoris L. Papirii libidine factũ, qui Publiũ quẽdam in vinculis habitum, qui se necti permiserat pro ære alieno patris, cõpellatus a L. Papyrio fœneratore de stupro. cũ castus iuuenis cõsentire nollet, & neq; vllis minis cõpelli posset, tandem lacerato virgis & flagris tergo in publicũ se prorupit, & populũ commouit, vt patres cogerent, ne posthac quisquam necteretur, sed creditori in bona tantũ debitoris ius esset. Historia est apud T. Liuiũ lib. 8. qui tamen lib. 2. ante conditionẽ XII. tabularũ nexus mentionem facit. Plura hic de re

de re Budæus in annotat. in Pandectas prioribus, qui illũ nectendi modũ e Solonis legibus promanasse, e Plutarcho ostẽdit, itemq; e Quinctiliani lib. 7. ad quæ lectorem remittimus. Huius aũt nectẽdi iuri successit prætoris edictum: quo creditores reis subterfugientibus iudiciũ, in possessionem bonorũ mittebat. Sic enim habent verba edicti apud Vlpianum *ff. quibus ex caussis in possessionem eatur. Prætor ait, in bona eius, qui iudicio sistendi caussa fideiussores dederit, si neq; potestatem sui faciat, neq; defenderetur, iri iubebo.* Cicero quoq; id cautum hoc edicto dicit, vt *qui ex edicto in possessionem venerit, eum ita videtur in possessione esse oportere, quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiant; quod non poterunt, id auferre & abducere licebit. Dominum inuitum detrudere, non placet.* Ex quibus liquet, ita in possessionem mitti solere, vt res saluæ donec euictæ sunt & hastæ subiectæ permaneant. Tum autẽ demum mittebat Prætor in possessionem, vt ex citato edicto, & hac Quinctiana oratione liquet, si vadatus, hoc est, in ius vocatus (ita enim interpretatur Budæus) præsto ad vadimonium non fuisset, h.e. (vt nunc formularii loquuntur) personaliter non comparuisset: aut si sponsione & fideiussoribus iudicio se sisti non cauisset: aut saltem caussam suam per procuratorem absens defendi nõ curasset. Quod si vadimonium deseruisset, neq; obiisset, h.e. si neq; vades pro se, neq; fideiussores dedisset, nec spõsione cauisset: tum vadimonii deserti siue eremodicii condemnabatur, hoc est, (vt nunc loquuntur forenses) contumax & deficiens pronuntiabatur. Idq; non semper ad primã actoris postulationem, sed prout iudici de contumacia rei liquebat. Interdum enim vadimonia differebantur, si morbum sonticum, aut aliam necessariã absentiæ caussam reus habuisset. Interdum etiam ex mero iudicis officio, vt sibi melius liqueret, an fraudationis caussa latitaret absens. Quod ipsum etiam ex Ciceronis verbis clare dilucet: *Prætores*, inquit, *vt considerate fieret, comparauerunt, viri boni cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, timide tamen & pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti, multis vadimonijs desertis, sæpe illusi ac destituti. Considerant enim, quid & quantum sit alterius bona proscribere.* Itaque si demum latitando sæpius, vadimonia deserta relinquerent, euincebantur proscribebanturque bona a Prætore, hoc est, hastæ venum subiciebantur. Interdum ad extremum, vt idem Cicero habet, denarium, & ad alimentorum vsque & vitæ necessariorum occupationem. Quo nihil erat grauius, nihil ignominiosius, præconio subiectum esse, cum alimentis & aliena misericordia viuere. Iure his verbis idem exaggerat Cicero: *Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria, tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem: at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis vtitur, alterius opes, id quod miserrimum est, non exspectat, hoc tamen in miserijs adiu-*

petitis. *A Cn. Dolabella deniq; pretore postulat, vt sibi Quinctius iudicatum solui satisdet ex formula, quod ex eo petat, quoniam eius ex edicto pretoris bona dies XXX. possessa sint. Non recusabat Quintius, quin ita satisdare iuberet, si bona possessa essent ex edicto, decernit, quam æquum, nihil iudico. Vnum hoc dico, nouum. Et hoc ipsum tacuisse mallē quoniam vtrumq; quiuis intelligere potuisset. Iubet P. Quinctiū sponsione cum S. Næuio facere, si bona sua ex edicto P. Burieni pretoris dies XXX. possessa essent. Recusabant qui aderant tum Quinctio, demonstrabant de re iudicium fieri oportere, vt aut vterq; inter se aut neuter satisdaret: non necesse esse famam alterius in iudicium venire. Clamabat porro ipse Quinctius, sese iccirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse, sponsionem porro si istiusmodi faceret, se (id quod nunc euenit) de capite suo priore loco caussam esse dicturū. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles, seu recte seu perperam facere cœperunt, ita in vtroq; excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset) iniuriā facere fortissime pseuerat, aut satisdare aut sponsionem iubet facere, & interea recusantes nostros aduocatos accerrime submoueri. Conturbatus sane discedit Quinct. neq; mirū, cui hæc optio tam misera, tamq; iniqua daretur, vt aut ipse se capitis damnaret, si satisdedisset, aut caussam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Cū in altera re caussa nihil esset quin secus iudicaret, ipse de se, ꝙ iudiciū grauissimū est, in altera spes esset ad tabē, tamen virū iudicē veniendi, vnde ea plus opis auferret quo minus attulisset gratia, sponsionē facere maluit fecit te iudice, C. Aquili. sumsit ex sponso egit.* Recitauim⁹ hęc eo prolixius ꝙ totā rē explicant, ostenduntq; litem nō fuisse pecuniariā, sed capitalē. Nā vt litē intenderet Næuius, aut de vniuersis fortunis, fama & capite fuerat Quinctio periclitandū: aut negāda bonorū ex edicto possessio: nam si solus satisdedisset iudicatum solui, iam fassus esset omne debitum, pecuniāq; omnē societatis, quam petebat Næuius, ipseq; negarat, inficiatione interuertisse, & sic Vadimonii deserti, & fraudatæ societatis ignominiā crimenq; subisset. Quod si vterq; satisdedisset, iam ex æquo lis fuisset vtrisque. Et de pecunia, quæ subductionibus rationum decidi poterat, in sponsione (de qua quomodo fieret, satis multa Budæus scripsit, ita vt nihil sit opus hic repetere) id periculi inerat, ꝙ coactus foret prius de suo capite dicere & se defendere, ante quam nosset, q̄ argumentorum iacula ab actore in eū retorquerētur; pꝑostero sane ordine, cum actoris partes sint prius accusare aut petere, posteriores rei repellere & recusare: elegisse tamen id ꝙ securius erat, nēpe vt infamiam & probrum potius depelleret, & quoquo versus casura foret, quam manifeste crimen delictumq; agnoscere. Confisus etiam tam optimo iure caussæ suæ, q̄ C. Aquilii iuris peritissimi & viri æquissimi bonitate. sperās se liquido ostēsurū, bona sua ex edicto possessa non esse, idq; ex spōso, vt si sponsione illa vinceret, Næuium caussa illa capitali cadere necesse esset. Nam & Vadi-

monii deserti, & societatis fraudatæ, pecuniæq; interuersæ ab solvendum fore Quinctium. nam qui societatem fraudasset, & pecuniam eiusce rei ergo communem interuertisset, infamis censebatur, vt docet Iulianus in primo ad edictum, ff de iis qui notantur infamia *l.1. Prætoris*, inquit, *verba dicunt: infamia notatur qui pro socio tutelæ, mandati, depositi, suo nomine, non contrario iudicio damnatus erit*. Ideoque paulo post, *Sponsio* hæc de *probro* appellatur ab eodem: Pœnam deserti vadimonii nondum inueni. Budæus putat, huic rei mulctam grauem fuisse constitutam, cuiusmodi tamē fuerit, non pronunciat, neque eius rei adfert auctorem. At non video quam ille mulctam persoluat, qui omnibus fortunis exutus sit, cuiusq; ad extremum denarium bona proscripta sint & venui proposita hastæq; subiecta, nisi ignominiam quæ in pœnæ & mulctæ locum succedit, intelligamus. Quod si de vniuersis facultatibus non decernebatur, condemnabatur vt iudicatum solueret, qualecunque id esset, siue sacramentum aliquod depositum foret, siue sponsio aliqua facta esset. Ceterum proscribi bona dicuntur, quæ venui subiciuntur, & de quibus auctionem indicimus: siue id fiat per possessores, siue per subhastationem publicam. De bonis autē hastæ subiectis, libelli in celebribus locis proponebantur cum nomine eius, cuius bona proscripta erant. Præco quoque vicatim proclamabat, qui & licitationi præerat, suaque voce pretium cuiuslibet rei indicabat prædicabatque: qui actionibus præerant, *magistri* dicebantur, vt pluribus locis ex Cicerone ostendit Cælius. Fit ex eo clarior locus Suetonii Tranquilli in Claudio, parum a quibusdam intellectus. *Postremo* (inquit) *sestertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum*. Hoc est, Bona illius & prædia edicto prætorio proscripta, & venalia proposita erant, libellis in celebrioribus vrbis locis (vt nunc fit) propositis: sed *in vacuum*, h. e. frustra, nō ἐς κενὸν, vt recte exponit doctiss. vir Andr. Alciatus, quia non inueniebantur emtores, qui tantam summam dare vellent pro Claudii proscriptis prædiis, quantam Claudius debebat, vt id velit Suetonius, quod supra Cicero dixit: *Ergo hercule cuius bona ex edicto possidentur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, &c.* Quod autem in Suetonio habetur, *sub edicto præfectorum* lego *prætorum*. Iis enim teste Macrobio, dicere licitum erat do, dico, addico, iiq; in bonorum obæratorum possessionem mittebant creditores, & post iustos dies ea proscribebant, & hastā auctioni subiiciebant. *Lege prædiatoria* dicit, qua pdes prædia sua in solutum dare coguntur: aut qua prædum prædia si soluendo non sunt, euincuntur & proscribuntur. Et recte hinc dixit, *lege prædiatoria*, quod qui fisco & ærario satisdant, prædes dicantur, quod prædiis satisdare, & ea fisco obligare cogantur. Manife-

stum

stū id sit: Asconii Pædiani verbis, qui exponens illa Ciceronis verba in 3. Verrinarum, quæ est de prætura vrbana: Populo cautū est. *ærario scilicet, & prædibus & prædiis: prædia sunt res ipsæ; prædes homines, id est fideiussores, quorum res, bona, prædia, non vno nomine dicuntur* Plura de hac voce Budæus, qui hoc loco citato, etiā ex Festo dicit *prædem esse*, qui populo se obligat interrogante magistratu. Item mancipem publicorum bonorum, dicit esse prædem. Sed eū adeat Lector, e quo plura discere poterit. Cadit igitur ea differentia, quam ponit inter *prædem & vadem*.

Ausonius in monosyllabis:

Quis subit in pœnam capitali iudicio? vas
Quid cum lis fuerit nummaria quis dabitur? præs.

Nam, vt ante ostendimus ex Cicerone, & vt Budæus docet, vas tam est is, qui pro reo in ius vocato, pecuniæ aut bonorū ergo promittit & spondet, quam qui in capitis caussa. De caussa ciuili & pecuniaria plenæ sunt Ciceronis orationes. De capitali vero habes eundem Ciceronem in 3. offic. de Damone & Pythia Pythagoreis, quorum vas factus est alter alterius sistendi in iudicio. Et rursum apud Valer. Max. lib. 8. c. 7. *Cum enim Dionysius tyrannus eorum vnum interficere vellet, alter vadem se pro reditu eius tyranno non dubitauit dare.* Id obiter & per transennam obseruandum, eos quos Damonem & Pythiam vocant Cicero & Valerius, Polyænū Macedonem in 5. Stratagematum, dum eandem rem perceoset, hunc *Euphemum*, illum *Eucritum* vocare. *Vades* Acron & Porphyrio dictos aiunt, quod qui eos dat, vadere possit. Ceterum quoniam supra nexus meminimus, miramur valde Budæum tam immemorē fuisse, vt scripserit, Diocletianum *in l. ob æs alienum, C. de action. & oblig.* reuocasse nexum, siue homines nectendi ius rursum in vsum, cum lex illa plane contrarium innuere videatur. *Ob æs*, inquit, *alienum seruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur.*

CAPVT II.

Carmen Culicis Virgiliani emendatum, inibiq; vera lectio ostensa.

CArmen est in Culice Virgiliano, cuius lectio ita confirmata est, vt difficulter euelli eius consensus ex animis hominum doctorum possit: præsertim cum eam in suo de eo libello dialogo approbarit vir auctoritatis consummatæ Petrus Bembus. Nec ii sumus, qui quenquā in nostram sententiam trahere velimus; tantum id petimus, vt æquo animo lector consideret, an hæc meliore & potiore suffragio substitui possit, quā loco veteris subiiciemus. Sed versum prout in vulgatis legitur, prius referamus: mox nostrā castigationem subiuncturi. Sic igitur in vulgatis:

Hic Curius claræ socius virtutis, & ille
Flaminius, deuota dedit qui corpora flammis.

Quorum posteriorem versum docti viri de L. Metello Pont. Maximo intelligendum putant, qui Palladium templo Vestæ ardente flammis eripuit cum oculorum labe; nam inde cœcus effectus est. Nec eo inficias. Quod si verum est, quid faciet ibi *Flamminius*, a flamma, inquiunt. Atqui non *Flamminius* sed *flammiferus*, aut alio a flamma commode detorto vocabulo esset appellandus. Quid quod Bembi Codex *Flamminius* habet, quod a flatu siue flatura deducitur, quod tamen sine exemplo adseritur. Nemo enim Metellum illum Flaminium vnquam appellauit, nec Bembi codex, vt idem ipse testatur, syncerus fuit, quippe cuius vltimum folium, in quo (vt credibile est) hoc carmen fuit, lacerum erat. Quocirca videndum, an sic recte legi possit:

Cæcilius deuota dedit qui lumina flammis.

Vel vt alii habent, *flammæ*. Concinniore sane sensu carminis & festiuiore. Nam vox *corpora*, non videtur ibi quadrare, cum vnũ is tantum corpus fuerit, quod saluum retulit amissis tantum luminibus. Metelli enim etiam Cæcilii appellati sunt ab hoc, vt quidã volunt cognomine, quod cœcus esset, ducto, et si Cæciliorũ familiã a Cœculo Prænestes cõditore ductam Festus ex Verrio interpretetur. Cœculum autẽ dictum a labe oculorum vult Seruius, quod, inquit, fumus efficit. Nam Vulcani filium arbitrati sunt, vt post dicemus. Alii ex cœca de Troiano Æneæ comite. Meminit huius facti Ouidius Fastorum lib. 6. his versibus:

Heu quantum timuere patres quo tempore Vesta
Arsit, & est tectis obruta pene suis.
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
Mistaq; erat flammæ flamma profana piæ.
Attonitæ flebant demisso crine ministræ,
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Prouolat in medium, & magna succurrite voce,
Non est auxilium flere, Metellus ait.
Pignora virgineis fatalia tollite palmis,
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum, dubitatis, ait, dubitare videbat,
Et pauidas posito procubuisse genu.
Haurit aquas, tollensq; manus, ignoscite, dixit,
Sacra vir intrabo non adeunda viro.
Si scelus est, in me commissi pœna redundet,
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit, & irrupit, factum Dea rupta probauit,
Pontificisq; sui munere tuta fuit.

Hunc innuit Iuuenalis, cum dicit:

—— vel qui
Seruauit tepidam flagranti ex æde Mineruam.

Vbi in quibusdam Codicibus *trepidam* male legitur. Meminit & Pli-

& Plinius *lib. naturalis historiæ 7. cap. 3.* de fœlicitate huius Metelli Pontificis, ex oratione Q. Metelli filii agens: *Is* (inquit) *Metellus orbam luminibus exegit senectam amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ: memorabili caussa, sed euentu misero.* Plutarchus in similibus, visum recepisse ex Aristide fabulatur. Ait enim cum rus peteret, duos vidisse coruos pugnantes: omine conterritum Romam reuertisse, vbi Vestæ templum ardere conspicatum Palladium eripuisse, statimque cæcum factum, visum postea, Dea placata, recepisse. Vixit circa primum bellum Punicum, clarissimum de Pœnis triumphum tulit, tredecim ducibus hostium & CXX. elephantis in eo ductis, vt memorat XIX. epitome T. Liuii historiæ, quæ etiam huius incendii meminit. *Cum* (inquit) *templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus Pontifex Maximus ex incendio sacra rapuit: Idem Aul. Posthumium Martialem Flaminem & consulem non passus ad bellum progredi, in vrbe sacrorum caussa retinuit.* Iura de eo apud alios auctores, quæ nũc breuitatis caussa consulto omittimus.

Capvt III.

Bucolici milites qui, *de buccellariis, bucculariis*; item *de bagandis* siue *vacandis* complusculа.

MEntio aliquoties fit in libris eorum, qui gesta Imperatorum conscripsere de *Bucolicis* siue *Bucolianis seditiosis*, de quibus quæ inuenerimus, quoniam rarius se ingerunt, hoc capite agemus. Vulcatius igitur Gallicanus vitam Cassii conscribens, de eo sic loquitur: *Nam & cum Bucolici milites per Æpyptum grauia multa facerent, ab hoc retusi sunt, vt idem Marius Maximus refert in eo libro, quem secundum de vita Marci & Antonini composuit.* Quod Dion siue Xiphilinus in vita Marci latius explanat his verbis: καὶ οἱ καλούμενοι δὲ βούκολοι, κατὰ δὲ τὴν αἴγυπτον κινηθέντες καὶ τοὺς ἄλλους αἰγυπτίους προσαποστήσαντες ὑπὸ ἱερεῖ τινὶ καὶ ἰσιδώρῳ. πρῶτον μὲν ἐν γυναικείαις στολαῖς τὸν ἑκατόνταρχον τῶν ῥωμαίων ἠπατηκότες, ὡς δὴ γυναῖκες τῶν βουκόλων, καὶ χρυσία δώσουσαι αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, προσιόντα σφίσι κατέκοψαν, καὶ τὸν συνόντα αὐτῷ καταθύσαντες, ὑπὸ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ συνώμοσαν, καὶ ἐκεῖνα κατέφαγον. ἦν δὲ ἰσίδωρος ἀνδρείᾳ πάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἄριστος. Id est: *Motus latronum in Ægypto qui Bucali quasi pastores boum dicuntur, factus est: ceteris Ægyptiis a sacerdote quodam, & Isidoro ad defectionem sollicitatis: hi enim primum ornati muliebri vestitu, simulantesq; se vxores bucelorum esse: Romanoq; Centurioni pro viribus suis aurum daturas, eum accedentem ad se dolose interfecerunt, mactatoq; eius comite coniurauerunt in visceribus eius: quæ etiam ad extremum comederunt. Hic Isidorus omnibus hominibus ætatis suæ antecelluit.* Subdit deinde, quod Romanos vicerint in Ægypto, peneq; Alexandriam cepe-

tãt, niſi Caſſius Dux e Syria aduerſum eos miſſos, diſcordiã & ſeditionẽ inter eos cõcitauiſſet, vt a ſe ipſi diſtraherẽtur. Nã Romanos ꝓpter illorũ multitudinẽ & deſperationẽ nõ auſos aperto Marte cũ illis congredi. Verũ tandẽ Caſſiũ illos tumultuãtes oppreſſiſſe. Horũ domicilia & ſedes vbi forẽt, ſcite admodũ deſcribit Achilles Stat. Alexandrin. *in lib. 4. Leucippes & Clitophõtis* vbi de Nilo agit. *In ea,* inquit interpres, *regione, q̃ paſtores incolũt, aqua Nili multa ſemper reſidet. Nã cũ eã oẽm Nilus inundauerit, paludes efficit, q̃ deinceps illo et abeunte, remanent mixtas quidem aqua continentes, ſed limo multo referta, ꝑ quas cũ pedib. ferũtur, tũ etiã naviculis nõ ſane maiorib. q̃ vt ſingulos vectare poſſint: ac ſi aliuſmodi fuerint, limo ꝓpedita retinentur: quare parua iis ac tenuia nauigia, & exigua aqua iis ſatis ſunt. Quod ſi quãdoq; aquã deeſſe contingat, lata humeris nauicula abſportant, quouſq; aquã inueniant, iis in paludib. nullæ ſparſim inſulæ viſuntur, q̃ quæ habitatorib. carent,* papyris refertæ ſunt, ea ordine ũdequaque collocatis, vt inter ſtipitũ interualla nõ amplius, q̃ ſinguli cõmorari queãt cũ ſũmitate, alioquin foliis hinc inde diſpares mutuo ſe cõtingant: eo ſe recipiẽtes paſtores, & conſilia ineũt, & inſidias ſtruũt, & latent, papyris murorũ vſum ꝓ̃entibus, ex iis inſulis nõnullæ paludib. circũdatæ tuguriis paſſim ædificatis, in quib. inhabitent paſtores tumultuariæ ciuitatis ſpeciẽ præ ſe ferunt. Quarũ vna ꝓpinquior & magnitudine, & tuguriorũ numero præſtabat, appellabaturq;, vt puto, Nicochis. Hæc ille ſeu potius, interpres. Heliodor. quoq; in 1 & 2. αἰθιοπικῶν illorũ mores, vitã & loca graphice depingit his verbis: τὴν θάλατταν ἐν δεξιᾷ ποιησάμενοι καὶ ὑπερβάντες τὴν ἀκρωρείαν ἐπέκεινα λίμνην κατὰ θάτερον τοῦ ὄρους πλευρὸν ὑποτείνουσαν ἐπειγόμενοι. ἦν δὲ τοιάδε τις. Βουκόλια μὲν σύμπας κέκληται πρὸς Αἰγυπτίων ὁ τόπος. ἔστι δὲ κοιλάς τις αὐτόθι γῆς, τοῦ Νείλου ὑπερεκχύσεις τινὰς ὑποδεχομένη καὶ λίμνη γινομένη, τὸ μὲν κατὰ μέσον βάθος ἄπειρον, ἐπὶ δὲ τὰς ἄκρας εἰς ἕλος ἀποτελευτῶσα· ὃ γὰρ ταῖς θαλάτταις αἰγιαλοί, τοῦτο ταῖς λίμναις τὰ ἕλη γίνεται. ἐνταῦθα δὴ τοίνυν ὅσον Αἰγυπτίων λῃστρικὸν πολιτεύεται, ὁ μὲν ἐπὶ γῆς ὀλίγης εἴ πῃ ὑπερέχει τοῦ ὕδατος, καλύβην πηξάμενος, ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σκάφους βιοτεύων, πορθμεῖόν τε αὐτὸ καὶ οἰκητήριον ἔχων· ἐπ᾽ αὐτοῦ μὲν αὐτοῖς γυναῖκες ἐριθεύουσιν, ἐπ᾽ αὐτοῦ δὲ ἀποτίκτουσιν, ἐπὰν δὲ τέκοι τὸ παιδίον, τὰ μὲν πρῶτα τῷ μητρῴῳ γάλακτι, τὰ δὲ ἀπὸ τούτου τοῖς ἀπὸ τῆς λίμνης ἰχθύσι πρὸς ἥλιον ὀπτωμένοις ἐκτρέφει. ἕρπειν δὲ ὁρμώμενον εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα τινὰ τῶν σφυρῶν ἐξάψας, ὅσον ἐπ᾽ ἄκρον τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλύβης προβαίνειν ἐπέτρεψε, καινόν τινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δεσμὸν τοῦ ποδὸς ἐπιστήσας, καὶ πολύς βουκόλος ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν τῇ λίμνῃ, καὶ τροφὸν ἔσχε ταύτην καὶ πατρίδα τὴν λίμνην ἐνόμισεν. ἱκανὴν δὲ φρούριον, ἰσχυρὸν εἶναι λῃσταῖς, διὸ καὶ συρρεῖ ἐπ᾽ αὐτὴν ὁ τοιοῦτος βίος. τῷ μὲν ὕδατι πάντες ὡς ἀντὶ τείχει χρώμενοι, τὸν δὲ πολὺν κατὰ τὸ ἕλος κάλαμον ἀντὶ χαρακώματος προβεβλημένοι, σκολιὰς γάρ τινας ἀτραποὺς τεμόμενοι, καὶ πολλοῖς ἑλιγμοῖς πεπλανημένας, καὶ σφίσι μὲν διὰ τὴν γνῶσιν ῥᾴστας, τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἀπόρους τὰς διεξόδους κατασκευάσαντες μέγιστον ὀχύρωμα

πρὸς

πρὸς τὸ μὴ ἀντιπαλεῖν ἐξ ὑπερδεξιῶν ἐπερχομένοις. Id est, vertente Stanislao: *Mari ad dexteram relicto ac superato cacumine montis, ad lacum quendam ad alterũ latus montis ꝓtensum properabant, qui erat eiusmodi. Pascuũ vocatus est totus locus ab Ægyptiis. Est aũt vallis in illo ipso tractu, exundationes quasdam Nili in se recipiens, & lacus existens, in medio altitudine infinita, circa oras aũt in paludem desinens. Quod aũt mari littora, hoc paludes lacubus fiunt, ibi prædones Ægyptii quotquot sunt suã Remp. habent. Et alius sicubi pauxillũ terræ ex aqua eminet, tugurio compacto; alius supra nauigium vitam agit, eodem in transuectione & habitando vtens. In hoc illis mulieres seruiunt, in eodẽ quoq; pariunt. Edito autẽ infante, primum materno lacte, postea piscib. ex lacu ad Solem assis eum nutrit. Quod si senserit eum reptare cupere, funiculo religato ad talos ad extremum tantum nauigii ꝓcedere permitti: nouum quendam Ducionem vinculum pedis illi adhibens. Atq; ita quispiã bubulcus natus est in lacu, eundemq́; nutricẽ habuit, ac patriam sibi & idoneum propugnaculum ad tuendos latrones esse duxit. Idcirco quoq; ad illum confluit tale genus hominum. Aqua enim omnes tanq; muro vtuntur. Porro magna vis arũdinis, quæ est in palude, pro vallo ante illos obiecta est. Cum n. obliquas quasdam semitas, & multis anfractibus implicatas excogitassent, & sibi ꝓpter peritiam faciles, aliis vero perplexas transmissiones effecissent, maximam munitionẽ ad id, ne ex incursione aliquo detrimento afficiantur, excogitarunt.* Etiã lib. 2. illorũ ferociam & agrestes mores sæpe notat. Porro si quãdo seditionis circa Alexãdriã aut in Ægypto motæ ꝑ agrarios & pastores mẽtio in historiis erit, de harũ paludũ incolis id intelligendum. Quod ad *buccellarios* attinet, cũ ii Gallogræci essent Isauris finitimi, latrociniis, vt & illis, dediti, post factũ, vt ob cõsuetudinẽ latrocinãdi, & ex occulto cędes faciendi, illorũ nomẽ trãsierit ad quoslibet sicarios, maxime eos, q ex insidiis homicidia patrarẽt, quos ætas posterior *assassinos* dixit, a quibusdã nefariis latronib. Syriæ sic dictos. Et sic puto accipi *C. lib. 9. tit. ad l. Iul. de vi publ. & priuata, l. fin. Omnib.* inquit, *ꝑ ciuitates & agros habẽdi buccellarios vel Isauros, armatosq; seruos licentiã volumus esse ꝓclusã.* Et *in l. ꝓuinciarũ, C. de fer. l. 3.* vbi gẽtis nomẽ ad consuetudinẽ vitæ facinorosæ tractũ est. Sic Greg. Turon *lib. 2.* ex auctoritate Renati Frigeridi, q de gestis Theodosii Iun. & Valentinia. histor. cõscripsit, dicit, ꝙ Valẽtinianus, dũ in cãpo Martio ꝓ tribunali residẽs cõcionaretur ad populũ, Occylla buccellarius Aetii ex aduerso veniẽs, cũ gladio ꝑfodit. *Buccellariũ* hic puto accipi ꝓ *sicario & grassatore*, qui in vltionem Ætii, cuius antẽ satelles fuerat, occiderit de improuiso Valẽtinianum. Non nego tamẽ in ordine militari sub Romanis Imperatorib. fuisse, q oriẽtis limitẽ custodirent, fortasse ex Gallogræcis & Isauris delectu habito, quorũ citante A. Alciato meminit Scotus ad Theodos. Imperatorẽ, q dicit eos sub magistro militis orientis limitẽ custodiisse, aut ꝙ armatura eas gentes imitarẽtur: sicuti & Zonaras quoq; innuit in Constantini & Irenes eius matris vita. Cum n. bellũ Ar-

menii mouissent, contraq; eos exercitus missus est, Armoniaci victores duces ipsos ceperunt. στέλλει κατ' αὐτῶν σὺν δυνάμει κωνσταντῖνον τὸν ἀρτασηρόν, καὶ τὸν χρυσόχειρα στρατηγὸν τῶν βουκελλαρίων τυγχάνοντα, Id est: *Misit in eos cum non parua manu Constantinum Artaserium. & Chrysochera ducem bellariorum exsistentem* h. e orientalium Cataphrattorum, vt Scotzu habet. Qui autem a Mauritio quodam, citante Turnebo, dicuntur buccellarii Zabis ornati describũtur, quos proxime imperatorem equitare dicit, videtur Leoni imperatori esse *Cataphratti*, vnde & eos adornat, zabis integris, reuolutis talaribus, hoc est, tunicis ferreis ansatis: cuiusmodi formam in veteribus picturis est cernere, qualemq; vidimus in sigillis Theodoreti & Philippi Elsatiorum & Flandriæ Comitum. Omnes autem contrariis, id est, hastis, quæ *Menanta* tum dicebantur (vt alius rei militaris scriptor docet) & iaculi genus habebant, & loricia & clibaneas, hoc est, thoraces, vel vt alii, galeas cum tuphis, & thoraces, tũ παραμήρια, hoc est, machæras ad fœmur allegatas, aliaq; quæ nunc omittimus. Fortasse ii fuerunt, quos alii bucculares vocant, a bucculis galearum, sed de iis satis. Legimus temporibus Diocletiani rusticos Galliæ Ducibus Amando & Æliano per *vacandas* tumultuatos Sic enim Eutropius lib 18. *Cum tumultum rustici in Gallia concitassent, & factioni suæ Sonæ clarum nomen imponerent, Duces autem haberent Amandum & Ælianum, ad subigendos eos Maximianũ Herculium Cæsarem misit, qui leuibus prælis agrestes domuit, & partem Galliæ reformauit.* Quo aũt loco *sene clarum* legitur, lego *Bagandarum*, vel Orosii auctoritate fretus, qui eadem cõmemorans scribit: *Dehinc cum in Gallia Amandus & Helianus, collecta rusticorum manu, quos vacandas* (lego *bagandas*) *vocant; perniciosos tumultus excitauissent; Maximianum cognomento Herculeum Cæsarem fecit, misitq; in Gallios, qui facile agrestium hominum imperitiam & confusam manum militari virtute compescuit.* Pomponius Lætus Bugaridarum factionem appellat, haud dubie veterem aliquã scripturã sequutus. Emendatissime autem ea vox habetur in libro Iornandis Gotthi, quem de rebus Romanis breuiarium edidit *Qui Maximianus*, inquit, de Herculio loquens) *rusticorum multitudine oppressa, quos Begandas dicunt pacem Gallis reddidit.* Orosii alius Codex Bagandaru habet, sed leuis lapsus *n.* in *u.* nam puto significasse vocem eã, quod nobis Bandaeu; qua cœtus aut turma, aut cohors, hodieq; significatur, tam in bonã quam malam partem. Nam Galli veteres, qui lentius crassiusq; loquebantur, syllabam ch. interponebant, vt in *michi* & *nichil* fecerunt, quam alii in g mutauerunt. Cœtus igitur illos *Bachandas* siue *Bahandas* vocarunt. Nam Grecis quoq; recentioribus, tracta ab Italis aut Gallis voce *banda* cohortes significant, vt testatur Leo imperator. Et *bandum* vexillum, & *bandophorus* vexillifer, quæ vox etiam Iustiniani tempore in vsu fuit, vt a Procopio & Hermolao Byzãtio

qui Ste-

qui Stephanum in epitomen contraxit, est notatū. Tales rustici motus etiam fuere temporibus Valentiniani postremi occidentis imperatoris, lacerata a Barbaris Romanorum Repub. & tyrannulis prouinciales acerbissimis tributis vexantibus, quod ipsum pluribus exsequitur Siluianus Massiliensis in 5. libr. de prouidentia Dei, vel oculatus auritusq; testis: *Itaq; inquit, passim vel ad Gotthos, vel ad Bargaudas.* (ita appellat cœtus illos, qui se a dominatione illa Romanorum subtraxerunt) *vel ad alios vbiq; dominantes Barbaros migrant, & commigrasse non pœnitet, malunt sub specie captiuitatis esse liberi, quam sub specie libertatis esse captiui. Itaq; nomen ciuium Romanorum non solum aliquando magni æstimatum, sed magno emtum nunc vltro repudiatur ac fugitur, nec vile tantum, sed etiā abominabile pene habetur. Et quod esse maius testimonium Romanæ iniquitatis potest, quam quod plerig; & honesti, & quibus Romanus status summo & splendori & honori, ad hoc tamen Romanæ iniquitatis crudelitate compulsi sunt, vt nolint esse Romani. Hinc est etiam, quod hi, qui ad Barbaros non confugiunt Barbari tamen esse coguntur. scilicet vt est pars magna Gallorum, non minima Hispanorum, omnes denig; quos per vniuersum orbem Romanum fecit Romana iniquitas tam non esse Romanos. De Bagaudis nunc mihi sermo est, qui per multos Iudæos & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam ius Romanæ libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. Et imputatur his infelicitas sua, imputamus his nomen calamitatis suæ, imputamus nomen, quod ipsi fecimus. Vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quib enim aliis rebus Bagaudæ factæ sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatib. iudicum, nisi eorum proscriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias, prædas etiam suas fecerunt? Qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt traditos sibi, sed deuorarunt, nedum spoliis hominum, vt plerig; latrones solent, sed laceratione etiam.* & vt ita dicam, sanguine pascebantur: ac sic actum est, vt latrociniis iudicum strangulati homines & necati, inciperent esse quasi barbari, qui non permittebantur esse Romani: acquieuerunt enim esse quod non erant, quia non permittebantur esse quod fuerant; coactiq; sunt saltem vitam defendere, quia iam libertatem viderant se penitus perdidisse: aut quid etiam nunc aliud agitur, quam tunc actum est? Vt qui adhuc Baybandæ non sunt, esse cogantur. Quantum enim ad vim iniuriasq; pertinet compelluntur & volunt esse, nisi imbecillitate impediuntur, vt non sint, Hactenus ille. Quæ ideo prolixius recitaui, vt melius intelligeretur, quid essent illæ *baghandæ* seu *bandæ*, & illorum temporum notitia plenior haberetur.

CAPVT IV.

Musice viuere *quid sit, contra quorundam sententiam interpretatum, & de voce* δεμάζειν.

Plautus in Mostellaria:

Musice hercle agitis ætatem ita vt vos decet:
Vino & victu, piscatu probo electili
Vitam colitis.

Quæ quidam vir doctus exponens, *mediam* (inquit) *viuendi rationem innuit*. At, vt ego arbitror, vitam luxuriosam indicat. & dissolutam, minimeq; de crastino sollicitam, quod tali studio dediti; plerumque luxu perditam & innocentem vitam agant, quemadmodum Aristoteles Dionysiacos artifices, hoc est, eos, qui theatricis artibus vacant, ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἶναι, *quod incontinentem vitam vt plurimum temporis agant*, improbis esse moribus, tum etiam quod in diem viuant, crastina non curantes, vt eo etiã spectet Apologus de formicis & cicadis, qui ab Aphthonio in Progymnasmatis recitatur. Nam cicadæ æstate canentes, inopia laborarunt. Spectat eo etiam prouerbium illud *Tibicines mente capti.* Dorica tamen Musica laudabatur ad temperantiam facta. δωριάζειν tamen significabat turpiter & indecenter corpus nudare. Suidas δωριάζειν παραγυμνοῦσθαι, δωρικὸν γὰρ ἐστὶ τὸ παραφαίνειν τὸ σῶμα διὰ τὸ μηδὲ ζώνας ἔχειν, τὸ πολὺ δὲ χιτῶνας φορεῖν. ἐν σπάρτῃ δὲ καὶ τὰς κόρας γυμνὰς φαίνεσθαι. Id est, *Doriazein indecenter denudari. Doricum enim est corpus transparere, quod Zonas non habeant, sed vt plurimum tunicas gestent, quodq; etiam Spartanæ virgines nudæ incedant.* Referunt Scholia in Euripid. ex Diacidis historici lib. 12. τῶν ὅρων quod Athenieses ab Æginetis pyratico bello impetiti exercitũ aduersus eos miserũt, qui ab iis simul & Spartanis vniuersus cæsus sit: vno tantum cladis nuncio reuerso, quem circumstantes vxores mortuorum, acus ab humeris sustulerunt, & primo quidem illũ cæcarunt, deinde interemerunt. Athenienses vero id indigne ferentes, mulieribus acus abstulerunt, vsi iis ad armaturam, & non ad amictus cõfibulationem: ipsiq; comam gestabant: mulieribus vero tondebant, & viri quidem togas talares gestabant, mulieres vero stolis Doricis induebant: Vnde sine tunicis eas δωριάζειν, siue dorice incedere dicebant. Addunt eadem, Lacedæmonias virgines degere incinctas, & sine tunicis, exiguam quãdam vestem habere in vtroque humero nodis vinctam.

Callimachus:

ἦχιν ὅτ' ἄζωστος χ' ἀπερόπορπος.

Nunc quoque in antiquis scripturis non paucæ ita amictæ visuntur. δωριάζειν igitur διὰ γυμνὰς φαίνεσθαι τὰς γυναῖκας *h. e. nudas conspici fœminas.* Anacreon. ἐκδῦσα χιτῶνα δωριάζειν, *i. e. tunica exuta dorice incedere*, pro τὸ γυμνοῦσθαι *denudari:* quæ ab ea re etiam φαινομηρίδες appellabantur, quod *femoris denudabant.* Idem tamen Anacreon δωριάζειν pro dorice, seu Dorica Dialecto loqui in Canticis d[illegible]

ἀδ'

ὢδ' εἶπε δωρίαζον

λάβ' αὐτὸν ὁπποσουλις.

Id eſt:

At hic dorice dixit

Cape illum eo quouis modo.

D. Clemens Alexandrinus in Pædagog. libr. 2. dicit, Lacænas virgines ſupra genu veſtiri: & ſcholia ob id eas φαινομηρίδας vocatas adſerunt.

CAPVT V.

Cornelij Taciti liber de claris oratoribus excuſſus. Nicoſtratus quis, Cortina & alia in eodem explicata.

LEgimus nuper otium nacti librum Corn. Taciti de claris Oratoribus; & qui noſter mos eſt, inter legendum quædam excerpebamus, quæ nobis videbantur adnotatu digniora Inuenimus autem pleraq; valde mendoſa, quæ noſtræ opis non erat abſque veteris codicis auxilio reſtituere: quæ vero obſeruauimus, hi congerere eſt viſum: *Vt ſi (inquit) in Græcia natus eſſes, vbi ludicras quoq; artes exercere honeſtum eſt, tibi Nicoſtrati robur ac vires Dij dediſſent, non paterer immanes illos, & ad pugnam natos lacertos, leuitate iaculi, aut iactu diſci vaneſcere.* Nicoſtratus hic, celebris athleta fuit, de quo Pauſanias in Æliacon primo Numeratur inter ſeptem præſtantiſſimos qui Pancratio vicerunt. Natus in Cilicum locis maritimis, ſed cum Cilicibus præter ſermonem nihil habuit commune. Hunc Nicoſtratum infantem adhuc, & familia natum haud obſcura, piratæ ex Prymneſo Phrygum oppido rapuerunt. Delatum vero Ægeas emit quidam quicunq; is tandem fuerit. Huic aliquanto poſt ſomnium eſt obiatum. Catulum leonis vidit ad lecticæ fulcrum diſcumbere, in qua Nicoſtratus dormiebat. Nicoſtratus vbi tum adoleuit Olympias victorias, tũ alias eſt conſequutus, tum Pancratii & luctæ. Fuere alii complures eo nomine. Primus Nicoſtratus filius Menelai, ἐκ δούλης, id eſt, *ex ſerua.* Alter vir quidam popularis apud Corinthios; qui ſacra in fouea vicina Sipylo inſtituit, vt idem in Corinthiacis annotauit. Tertius hic. Quartus pictor, Xenoclidæ filius, qui Panthias imaginem pueri Hyres exſculpſit, vt idẽ auctor eſt 2. Æliacon. Quintus Comicus, cuius fabulæ complures memorantur ab Athenæo. Citatur etiam a Clemente Alex. Sextus auctor fabularum, qui optime hiſtrionicam exercuit. Vnde prouerbium: ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον. Septimus vnus e primoribus Argiuorum, qui ad Regem Perſarum profectus, viliſque adulator effectus eſt; de quo Theopompus, Athenæo referente longam contexit hiſtoriam Octauus itidem pictor, qui cum Zeuxi certauit, cuius Ælianus lib. variæ hiſtor. decimo quarto, cap. decimoſeptimo

meminit Nonus citharista, cuius idem auctor libr.4. cap.2. meminit. Decimus rhetor Macedonicus, temporibus Marci imperatoris, de quo Suidas. Scripta eius habes in eodem Suida. Subdit Tacitus: *At hercule, peruulgatis iam omnibus, cum vix in Cortina quisquam adsistat, qui elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit.* Dubitaui ego diu, quid hic pro Cortina accipiendum foret, cum Plinius, Cato, Varro, Columella, Palladius id omnes pro *vase* seu *aeneo* seu *plumbeo* accipiant, patulo quidem etiam instar cœli infra concauo. Inueni itidem interpretem Bibliorum id pro *velis e pellibus factis* accepisse, vt *Cortinae* dictae sint a *coriis*. Alii pro *Delphicis* accipiunt *vasis*, ad Delphici tripodis similitudinem factis, quod initio huiusinodi e corio bubulo factitarunt. Sed ego arbitror, hic *Cortinam* significare *tribunalis clauum hemicyclum testudinatum*: quemadmodum *theatri cortinam* appellat Virgilius in Ethna, siue is potius est Cornelius Seuerus.

Carmineq; irriguo magni cortina theatri.

Capacitatem illius concauam & sinuosam ita appellans. Audacius Ennius, qui *Cortinam cœli* vocat *hemisphærij cœlestis concauum*, vt notauit Turnebus hoc versu apud Varronem:

Corpore cæruleo caua quæ cortina receptat.

Vel: *——caua quaq; in*

Corpore cæruleo cœli cortina receptat.

Sequitur: *Nam & domum mutuatur, & adiutorium exstruit, & subsellia conducit, & libellos dispergit.* Lege *auditorium*. Hinc enim auditores dici cœpti, Iuuenalis:

Semper ego auditor tantum: nunquamne reponam?

Voce præterea *detrectare*, noue vsus videtur. *Fore arbitrabar, vt a laudatione eorum digressus, detrectaret Poetas, atque carminum studium prosterneret.* Item: *Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam quam Virgilij detrectent* cum accusatiuo. Deinde: *nam lucrosæ huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens. Sanguinantem eloquentiam* vocat, quæ ex criminibus & sanguine laudem quærit & pascitur. vt lucrosa quæ turpe sequitur lucrum. Licet noue non sine gratia & lepore dixit; *ac me deiungere a forensi labore constitui*, pro eo quod est *separare memet, procul abducere*, Metaphora ab equis simul currui iunctis, dum separantur & exsoluuntur sumta. *Nam si* (sicut Cicero in Hortensio scribit) *is est magnus & verus annus quo eadem positio cœli siderumq; quæ cum maxime est, rursum exsistet, isq; annus horum, quos vocamus annorum XII.DCCC.LIV. complectuntur.* insignite mendosus locus, qui ita emendandus videtur, *Nam si,* (sicut Cicero in Hortensio dicit) *is est magnus & verus annus quo eadem positio cœli siderumq; quæ nunc maxime est, rursum exsistet, isq; annus horum, quos nos vocamus, annorum XII. millia CCLIII. complectitur. Aut forte XIII. millia.* Nam Dion apud

apud Censorinum habet XIII. millia. D.CCCC.LXXXIV. vt paruus error numeri iam sit. Hausit id fortasse Dion ex Cicerone Victorinus in commentario in 1. librum Ciceronis de inuentione dicit: *Si omnes septem stellæ simul ad ea signa, vnde profectæ sunt, reuertantur, hinc fit illud tempus, quod annus magnus dicitur. Et necesse est omnia rursus per ordinem suum, quæ ante nata sunt, renasci. Ergo si ad exordium suum omnes stellæ reuertuntur, annus magnus dicitur.* Hæc ille. Plura si quis scire cupit, legat Censorinum, Macrobium, Seruium, Solinum, & ceteros. Sequitur: *Quis de exceptione & formula perpetietur iam illa immensa volumina, quæ pro M. Tullio aut A. Cecinna legimus*: corrige, *M. Cælio.* Actii & Pacuuii obsoletam vetustatem *veternum* vocat. *Actii & Pacuuii veterno inquinatus*, *Lenti luminis libros* vocat subobscuros, & parum perspicuos. *Marmore nitent & auro radiantur.* pro radiant, poetice dixit, ni mendum est. Verbum *rubigine infestum*, est parum Latinum aut obsoletum. *Etiam ipsam, quam iactant sanitatem, sed ieiunio consequuntur. Ieiunium* hic vocat orationis quandam siccitatem & ariditatem. *Sententiarum planitas* perspicuitas nempe, noue & vt apparet, non satis Latine. *Sed caussas cur in tantum ab eloquentia recesserimus*, pro simplici *tantum*. Sic *in æternum* dixit, pro *æternum*, libr 5 historiarum *in tantum* pro *adeo* positum. *Oratorem hirta toga induere* pro horrido sermone vti. *Quoniam quidem*; in initio periodi & nouæ orationis posuit, contra quorundã Grammaticorum placita. *Cludere* pro *claudere* antiquo more. *Quantum virium orationi detraxisse auditoria & tabularia credamus? Tabularia* videtur contignationes siue contabulationes domorum vocare. nam olim caussas sub dio in aperto foro agebant. Plura sunt in eo auctore maiore cura inuestiganda.

CAPVT VI.

Locus Thucydidis excussus, & an recte versus sit ab interprete. De vocabulo ὄνος: vnde vocem ὀνεῖν deduxit idem auctor; ibique Vallus vocabulum.

LOcus est Thucydidis implicatior, quem nescio an recte verterit interpres: Sic enim ille lib. 7. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σταυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, οὓς οἱ συρακούσιοι πρὸ τῶν παλαιῶν νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπῃ αὖλαι αἱ νῆες, ἐντὸς ὁρμοῖεν. καὶ οἱ ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ ἐλάττω ἐμβαλόντες περισταυρώσαντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοὶ οἱ ἀθηναῖοι πύργους ξυλίνους ἔχουσαν, καὶ παραφράγματα, ἐκ τε τῶν ἀκατίων ὠνίου ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων. Quæ sic vertit seu Valla, seu quis alius interpres: *In ipso quoque portu pugnatum est sub vallum, quod in mari ante vetera naualia Syracusani fecerant, intra quod illorum naues stationem ha-*

berere. Hinc Athenienses nauem decem millium sarcinarum turritam & loricatam, ne in aggrediendo sibi noceretur, admouent, vallosque in mari depactos, & nauiculis illaqueant machinamentisque conuellunt.

Ceterum quod ista verba; ἐκ τῶν ἀκατίων ὤνευον, ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων. Quod significat *machina*, quæ ὄνος dicitur circumuolute aliquid annexum & adlaqueatum euellere, vt sic vertendum potius videatur: *palos in mari depactos,* illaqueatos & adalligatos. *reuinctos e parua nauicula. siue acatio, machinamento, quod onos siue asinus, euulserunt.* Meminere huius tum loci, tum instrumenti Grammatici. Hinc Suidas: ὤνευον παρὰ θουκυδίδῃ. ἐκίνουν καὶ περιῆγον. ὄνος γὰρ τοῦ μύλωνος ὁ κινούμενος, καὶ αἱ τοιαῦται μηχαναὶ ὄνοι. θουκυδίδης, ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς, τουτέστιν ὄνοις ἐχρῶντο. ἔστι δὲ ὄνος μηχανὴ ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχους τοὺς σταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων. ἔστι γὰρ ἡ μηχανὴ ἐπὶ τοσοῦτον βιαστική, ὡς σαγήνην βαρεῖαν ὑπὸ δύ' ἀνθρώπων ἀπόνως ἕλκεσθαι. καλοῦσι δὲ τὴν μηχανὴν οἱ τοὺς χήμας λέγοντες ἕλκοντες ἁλιεῖς ἠλακάτην. ἐρρωμενεστέρα δὲ πρὸς τὴν ἀνέλκυσιν καθίσταται. ὅταν καὶ δίκρουν ξύλον πρὸ αὐτῆς τεθῇ. ἐπ' εὐθείας γὰρ ἡ ἀντίστασις τῶν ἀνελκομένων γίνεται. Id est: ὤνευον *apud Thucydidem mouerunt seu circumegerunt. Onos enim quod circumagitur in mola est & ad eum modum fabricatæ machinæ* ὄνοι, *hoc est, asini dicuntur.* Thucydides: *Machina* ὄνῳ *circumgyrando reuinxere palos seu cidios: hoc est* ὄνοις *machinis sic nominatis vsi sunt. Est autem* ὄνος *siue asinus machina in summitate acatiorum (paruum id nauiculæ genus est) adfixa, e qua suspensas restes seu laqueos palis circumreuincientes facile eos e profundo extrahunt. Est enim machina id genus vsque eo violentum, vt opera duorum virorum grauem sagenam facile & citra laborem sustrahat. Vocant autem piscatores, qui pisces in reti aut nassa lambentes extrahunt, eam machinam Elacatem, quasi dicas Colum: robustissima enim tum ad aliquid extrahendum fit, cum lignum bifidum ante illam statuitur. Tum enim ad rectam normam sursum trahentium nisus contrarius fit.* Ex quibus (ni fallor) facile innotescit, quid sit ὤνευον. Habentur fere eadem in Thucydidis doctissimo interprete, vbi tamen legitur. ὄνος ἐστὶ μηχανὴ, ἣ οἱ χειρόμενοι ὀνεύειν λέγονται, quæ verba ex Suida corrigenda sunt, & legendum: ὄνος ἐστὶ μηχανὴ ἣ οἱ χρώμενοι ὠνεύειν λέγονται, sicut & hic in eodem castigatur ex Suida. Nam enim in Suida legitur: οἱ τοὺς χήμας λέγοντες ἕλκοντες ἁλιεῖς, habet hic interpres, οἱ τοὺς χήμας λιχνεύοντες vt intelligatur de piscibus in reti seu sagena conclusis, & esca illectis, eamque ligurientibus. Hesychius: ὄνος ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου, hoc est, *superior & versatilis lapis molaris*; a cuius nimirum similitudine hæc machina vocata est. Cui & Pollux adstipulatur: ὄνος inquit, ὁ κλιβανός. Est & textrinæ instrumentum

mentum vtrisque. Existimo quoque rotam illam lata circumferentia, quæ in instrumento, quod *gruem* siue *geranon* vocant, visitur, quo in portubus naues exonerantur, ciusque crebra circumrotatione ponderaque & vasa immensa e nauibus sublata in terram statuuntur, recte ὄνον dici, & quæ ea vtuntur, ὀνεύειν; tum etiam architectonicam illam rotam, qua ædificiis in altum surgentibus immensa in sublime tolluntur saxa, tum cementa, ligna, lateres, aliaque ad ædificandum idonea. Sed hæc satis.

CAPVT VII.

Erythroeides, Dartos, Lactuca marina, verbena Cornelius Celsus illustratus.

Cornelius Celsus libr. septimo, cap. 18. *Dependent vero ab inguinibus per singulos neruos, quos* κρεμαστῆρας *Græci nominant, cum quorum vtroque bina descendunt, & vena & arteria. Ea autem tunica conteguntur tenui, neruosa, sine sanguine alba, quæ* ἐρυθροειδὴς *a Græcis nominatur. Super eam valentior tunica est, quæ interiori vehementer a parte inhæret. Darton Græci vocant.* Vir quidam magni nominis ἐλυτροειδὴς legendum hic contendit, quod in Galeni quibusdam codicibus ita inueniatur: ἀπὸ τοῦ ἐλύτρου καὶ εἴδους. At ego omnino veteri lectioni adhærendum censeo.

Nam & Rufus commentar. secundo, de humana forma, eandem pelliculam *erythroidem* vocat: cuius verba quid sit *Erythroides*, quid *dartos* explicantia, hic adiiciam: ὄσχεος δὲ καλεῖται καὶ τὸ ὅλον χάλασμα, ἐν ᾧ οἱ δίδυμοι. ἰδίως δὲ τὸ ἔξωθεν σαρκῶδες. σύγκειται δὲ ἐκ χιτώνων τοῦ μὲν ἔξωθεν δαρτοῦ καὶ ἐρυθροειδοῦς. ὁ μὲν οὖν ὄσχεος καὶ δαρτὸς κοινῶς ἑκατέρους συμπεριειληφότες συνάπτονται πρὸς τὰ ὑποκείμενα, ὁ δὲ ἐρυθροειδὴς ἑκατέρῳ συνῆπται, καὶ σφαιρικῶς ἐν κύκλῳ περιείληφε τοὺς διδύμους, ἰδίᾳ καθ᾽ ἕνα συνέχων.

E quibus intelligitur totum id quod testes comprehendit, vocari Græce ὄσχεον, latine *Scrotum*, attamen constare duabus tuniculis, quarum exteriores *dartos* & *ryssos* dicantur, interiores dartos & *Erythroides*, quarum dartos & scrotum siue ὄσχεον sese mutuo comprehendant. Erythroides vero a se ipso instar sphæræ in orbem testes comprehendens, dictum, ni fallor, a rubore (etsi Celsus albam hanc pelliculam dicat) quo præditum est, sicut & interior vuluæ seu matricis pelliculæ, teste Sorano. Idem Celsus libro secundo cap. de deiectione: *Dabant aut nigrum veratrum, aut filiculam, aut squamam æris, quam λεπίδα χαλκοῦ Græci vocant, aut lactuca marina lac, cuius gutta pani adiecta abunde purgat.* Fuit tempus, cum vitiosum

hunc locum arbitratus sim, & *brassicam marinam* legendum. Sed tum animaduertissem, Apuleium qui de herbis scripsit, speciem quandam tithymalli *lattucam marinam* appellare, protinus in mentem venit, vt cum Hermolao putarim id genus esse, quod Theophrastus παράλιον vocat libro 9. cap. 12. τῶν δὲ τιθυμάλλων ὁ μὲν παράλιος καλούμενος κόκκος φύλλον ἔχει περιφερὲς, καυλὸν δὲ τὸ ὅλον μέγεθος ὡς σπιθαμιαῖον, τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. ἀμῶνται δὲ, ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλὴ καὶ ξηρανθῇ ὁ καρπὸς, δίδοται πιεῖν τριφθεὶς, ὅσον τρίτον μέρος ὀξυβάφου. Id est, vertente Gaza: *Lactariarum, quod maritimum granum appellant, folio est rotundo. caule totaque magnitudine ad palmum, fructu candido, demetitur cum vua nigrescere incipit, & siccatus fructus tritus potui datur acetabuli tertia parte.* Theodorus omnes Tithymalli species *lactarias* vocat, Plinium & veteres in ea re sequutus. Quin Celsus libr. quinto, cap. septimo aperte Tithymallum *lactucam marinam* interpretatur, non addito illi *Paralii* aut *littoralis* nomine. Notha quoque Dioscoridi infarcta lactucam marinã *Tithymallum* appellant. Cur *Lactariam* vocarint, potes e Virgilio Marcello discere. Idem Celsus libro secundo, cap. 32. *Verbenarum contusa cum teneris caulibus folia, cuius generis sunt olea. cupressus, myrtus, lentiscus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hedera* Celsus hic voce verbena vsus est secundum antiquos, non vt Plinius accepit, pro herba, quæ peristereon Dioscoridi & Theophrasto dicitur; quam *verbenacam* idem & *hierobotanem* vocauit. Nam antiqui omnes herbas puras, quibus Deorum aræ redimiebantur, aut quæ in sacris adolebantur (cuiusmodi hic Celsus commemorat) *verbenas* appellabant. *Sagmina vocantur verbena, id est, herba pura, quia ex loco sancto secabantur a consule pratoreve, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum bellumq; indicendum. Vel a sanciendo*, id est, *confirmando.*

Næuius:

Iusiurandum Iouis sacratum sagmine.

Et alibi:

Scapos atq; verbenas sagmine sumserant.

Plautus Tit. Liuius Decad. 3. libr. extremo decimo: *Fœciales* (inquit) *cum in Africam ad feriendum fœdus ire iuberentur, ipsis postulantibus Senatusconsultum in hæc verba factum est, vt priuos lapides, silices, priuasq; verbenas secum ferrent, vti prætor Romanus his imperarent, vt fœdus ferirent, illi prætorem sagmina poscerent. Herba id genus ex arce sumtum dari fœcialibus solet.* Idem lib. 1. *Fœcialis regem Tullum ita rogauit: Iubesne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire. Iubente rege: Sagmina, inquit, te rex posco; Rex ait, puram tollito; fœcialis ex arce herbam graminis, herbam puram attulit; postea Regem ita rogauit, Rex facisne tu me regium nuntium populi Romani, Quiritium, vasa comitesq; meos? Rex respondit:*

Quæ-

Quod sine fraude mea populiq; Romani Quiritium fiat, facio. Fœcialis erat M. Valerius. is patrem patratum Spurium fecit. Verbena caput capillosq; tangens, &c. Quod prius *sagmina & puram herbam & gramen ex arce* vocauit, *verbenam* nunc appellat. Ex quo intelligitur, quamuis herbam siue gramen in arce enatum *verbenam* fuisse & *sagnina*; eo quod crederent, omnia in loco sacro enata, pura esse & a Diis sacrata. Vnde inoleuit, vt quælibet herbæ, quib. aræ redimiebantur, aut quæ vna cum sacrificiis adolebantur, *verbenas* dici quasi herbas puras & numinibus sacratas. Vnde illud Terentii: *Ex ara sume verbenas*, cum in Menandri paris argumenti Comœdia pro *verbenis* myrtus habeatur, teste Seruio, quam & Celsus hic inter verbenas herbas commemorat. Hinc & Donatus; *Verbena quasi herbena, redimicula sunt ararũ.* Et rursum alius: *Verbena sunt omnes herba frondesq; Festa, ad aras coronandas, vel omnes herba frõdesq; ex aliquo loco puro decerpta. Verbena autem dicta quasi herbena.* Deinde Menandrum commemorat, cuius dicta desiderantur. Purum id fuisse quod ex Seruio supra attulimus. Mirum tamen, quomodo Plinii ætate ea opinio inoleuerit, vt hanc sacrorum sanctimoniam herbæ, quæ peristereon & verbenaca, & ob id *hierabotane*, hoc est *herba sacra* appellatur, tribuerint, quomodoque iis adsensus sit Plinius, cui antiquitas non erat ignota; cum ex superioribus & Celso constet, veteribus id in mentem non venisse, cum sic scribit: *Nulla tamen Romana nobilitatis plus habet, quam hiera botane, aliqui peristerion, nostri verbenacam vocant, hac est qua legatos ferre ad hostes indicauimus, hac Iouis mensa verritur, domus purgantur lustranturque.* Quorum prius an verum sit, ex superioribus liquet, cum omne gramen in arce enatum verbenam dici consuesse ostendimus. Sed reliqua Romani sacrificuli forte ex magorum superstitionibus hausere, exoleto prisci feriendi fœderis ritu & more; qui suis vanissimis commentis huic herbæ auctoritatem conciliarũt persuaseruntq; efficere, quæ idem mox auctor subdit. *Vtraque*, inquit, *sortiuntur Galli & præcinunt responsa. Sed magi vtiq; circa hanc insaniunt: hac perunctos impetrare qua velint, febres abigere, amicitias conciliare, nulliq; non morbo mederi: Collegi circa canis ortum debere, ita vt ne Luna aut Sol conspiciatur, fauis ante & melle terra ad piamentum datis, circumscriptam ferro effodi sinistra manu, & in sublime tolli, siccari in vmbra separatim, folia, caulem, radicem. Aiunt, si aqua spargatur triclinium, qua maduerit, latiores conuictus fieri.* Hæc ille. Quæ omnia quamuis vanissima huiusmodi superstitionibus dediti, obseruant, & credunt. At Græci, Theophrastus, Dioscorides & alii, nihil huiusmodi de ea herba tradiderunt: vt ex vulgi magorumq; superstitiosissimis commentis, tale quid suborrum esse videatur: cum sacrum illud fœderis insigne antiqui modo *verbenas*, modo *sagmina*, gramen denique nuncupasse videantur. *Gramen* autem significasse *omnem herbam viridem*, & *robur*,

omne lignum durum, testis est Se[...]; & graminaeam coronam, quę & obsidionalis dicitur, quod ei ea coronabatur qui ciuitatem aut exercitum liberasset, ex eiusmodi herbis decerpi concinnarique solitam, quæ eo loci vbi liberatio facta erat, concretæ enatæque inueniebantur. Licet peculiare id nomen notissimæ quoque herbæ fuerit, quæ Græce agrestis dicebatur, cui in sacris locis precipue enatæ, vt in monte Parnasso, aliquam sacram vim attribuebant, vt patet ex eo prouerbio, quod Geoponicōn collector Cassianus ita refert:

ἐν κορύδου κοίτῃ σκολιῆς κεῖνται ἀγρώστης.

Hoc est,

In Corydi nido nodosi graminis est vis.

Sed id nunc discutiendum, quod Nonius refert. *Caduceus*, inquit, *pacis signum Varro pronuntiat de vita populi Romani libr 2. Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus pacis signum* Quod non ita intelligendum, vt credamus Varronem voluisse dicere, e verbenis aut verbena caduceum, aut formam caducei concinnari solere, sed idem significasse Romanis caduceum, quod Græcis κηρύκειον. Nam quod subditur: *Nam Mercurij virgam possimus existimare*; Nonii verba esse videntur, & ad caduceum referenda. Verbenis non solum aras redimiri solitas fuisse, sed eas etiam vna cum sacris adoleri consuesse, auctor est Vergilius in Pharmaceutria:

Verbenasq; adole pingues & mascula thura.

Ad quæ forte respiciens Lactantius diuinarum Institutionum lib. 6. ita scribit; *Deus enim non desiderat victimam, neq; muti animalis, neque mortis ac sanguinis, sed hominis vitam. Ad quod sacrificium neque verbenis opus est, neque fibris, neque cespitibus, quæ sunt vtique vanissima, sed ijs quæ de imo corde proferuntur.* Huiusmodi item verbenis coronabantur sacrificantes, vt testatur idem Vergilius lib. 12. Æneidos:

Dimensi Rutiliq; viri, Teucrique parabant,
In medioq; focos & dijs communibus aras
Gramineas, alij fontemq; ignemq; ferebant
Velati lino & verbenis tempora cincti.

In quem locum scribens Seruius confirmat ea, quæ superius diximus. *Verbena* (inquit) *proprie est herba sacra sumta de loco sacro Capitolij, qua coronabantur fœciales & pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Proprie tamen etiam verbenas vocamus, omnes frondes sacratas, vt est laurus, oliua, myrtus, vt Terentius Ex ara hinc verbenas sume. Nam myrtum fuisse Menander testatur, vnde Terentius transtulit.* Plinius Valerianus, qui de re medica quinque libellos reliquit, verbenam quandam celebrat, quam Græcis ἀθηνᾶ[...] dicere.

CAPVT

CAPVT VIII.

Eicostonæ qui sint in Arriano Decastone, inibique plura de vectigalium & tributorum generibus, vicesimis, auro vicesimario, *alijsque.*

ARrianus in 3. Dissertationum Epicteti cap. vltimo: ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διὰ τί; δοκεῖτε, ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον; οὔ. Hoc sic vertit vir quidam doctus: *Seruus imprimis cupit se donari libertate; quam ob caussam? an quia desiderat pro tessera vendentibus argentum numerare? Non, &c.* εἰκοστώναις vertit *pro tessera vendentibus argentum numerare*: id, quod valde absurdum est. Qui enim sunt qui tesseras vendant? (vt opinor) nulli. Erant tesseræ mercatoriæ, de quibus nobis (vt puto) cum de symbolis ageremus, sed quid hæc ad seruos libertate donandos? Et ne putes illum incuria lapsum, sed iudicio suo falsum reddit in Annotationibus suis rationem versionis suæ: εἰκοστώνην, inquit, *transtuli, pro eo qui rem emit exhibito signo aut tessera aliqua.* Addit præterea, quod absurdius est, neque vspiam lectum; *Antiquitus manumissis ac libertate donatis, emere publice frumenta permissum fuisse exhibita tessera: cum alioqui seruis emendi ius nullum esset.* Quod Persii versiculo intelligi ait, Satyra 5.

Libertate opus est non hac qua est quisq; Velina
Publius emeruit scabrosum tesserula far
Possidet. Quod tantum a mente Persii est, quantum ab Indo distat Eridanus. Loquitur enim ibi Persius de frumento, quod bonorũ Principum dono, gratis metiebatur viritim populo Romano, cuius nulli erant participes nisi ciues, inter quos etiam connumerabantur liberti. His dabantur singulis in suis tribubus & curiis tesseræ, ne peregrini aut fugitiua mancipia, si promiscue absq; signo datum foret, irreperent. Sed hæc alias latius: nunc ad *Icostonas* redeamus. Ego sic locum verterem: *Seruus assidue orat se donari libertate, quam ob rem? an videtur, quod cupit vicesimæ coactoribus argentum numerare? Minime.* εἰκοστῶναι enim erant, qui colligebant vicesimas eius pecuniæ, quæ pro capite serui dabatur. Erat enim Romæ vectigal, quod vicesima appellabatur, quod ei pretio & ære pro capite manumissi dato colligebatur, fiscoq; inferebatur; quod *aurum vicesimarum* video appellari; primũ id decretum a Cn Manlio Cos. dum Sutrium obsidet, teste Liuio lib.7. Vicesima aũt, q̃ hĩc⁹ ex hereditatib. capiebat: veniebat a lege Papia Poppea. De qua hic nihil adiicimus, quoniã abunde de ea dictũ est ab Alciato in dispunctionib. & Io. Vdalrico Zasio in libello de legib. De priore *vicesima*, Cicer. lib. 2. Epist. ad Att. *Portorijs Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, q̃ vectigal superest domesticũ præter vicesimã?* ab hac *aurũ vicesimarium* dicebatur, q̃ in sanctiore ærario cõ-

debatur. De eo Liuius lib. de bello Punico septimo; *Aurum vicesimariũ, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruaretur promi placuit: promta ad quatuor millia pondo auri.* In quibusdā autem olim codicibus perperam legebatur *incesimarium*. Hos ad vsum belli Gallici solū conditos thesauros, (vnde ἀφαιρετοὺς vocat Appianus) execratione publica. Sed Cæsar vrbem deuotione illa se liberasse iactabat, quod Gallos deuicisset. Ii & *icostologi* dicebantur, qui vicesimas colligebant, infames vulgo & exosi, vti decatones, qui decimas colligebant & decadentæ; nam & decima pars cedebat fisco eius, quod vir vxori, aut vxor viro relinquebat, si liberos nō haberent heredes. Quod ius ab Honorio & Arcadio Impp. sublatū est. Ærarium autem, in quo aurum vicesimarium condebatur, etiam *cimeliarthium* vocabatur, e quo Cæsar sustulit laterum aureorum sex & viginti millia. Percussæ monetæ pondo CXL. vt scribit e scriptore quodam antiquo Alexander ab Alexandro. In Thucydidis historiarum lib. 7. lego Athenienses, cum duplici bello vrgerentur Syracusanorum, & aduersus Lacedæmonios; a sociis naualibus abstulisse vicesimam omnium rerum, quæ in mari erant. τὴν εἰκοστὴν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον τῶν κατὰ θάλασσαν, ἀντὶ τοῦ φόρου τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησαν hoc est: Per idem tempus vicesimam earum rerum, quæ in mari erant pro tributo, subditis qui illis parebant imposuisse.

CAPVT IX.

Isidorus defensus contra celebres quosdam viros; inibiq; de Papia legis varijs capitibus.

ISidorus grauiter a quibusdā incessitur, quod lib. 5. Etymologiarum cap. 15. (quæ etiam Gratianus repetit in Decretis, *distinct. 2. cap. quædam.*) ita scribit: *Leges dicuntur ab his, qui eas condiderunt; vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ; nam sub Octauiano suffecti Consules Papius & Pompeius, legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia & Pompeia,* continens patrum præmia pro suscipiendis liberis. Quæ in tertio Dispunctionum suggillans clariss. vir And. Alciatus. *Quantum* (inquit) *hoc loco deceptus sit Isidorus, ex hoc probatur, quod non duo consules legem hanc tulerint, sed ab Augusto lata est, appellaturq; lex Papia.* Hæc ille. Fateor verum esse quod Isidorus lapsus sit in nomine secundi Cōsulis, quemadmodum & illum sequutus Alexander ab Alexandro genial. dierum lib. 4. c. 22. Non enim *Pompeius*, sed *Poppeus* legendum. At non ideo errauit Isidorus, quod a duobus illis Coss. latam eam legem scripserit. Augustus quippe, vt auctor est Dion lib. 56. Romanæ historiæ, cum ante de pœnis cœlibum leges tulisset, & de maritandis ordinibus, & priusquam lex perferri posset, recusantibus id cœlibibus, & triennii dilatione impetrata, tādem ea M. Pappio Mutilo, & Q. Poppeo Secundo perlata est; ante acerbissima oratione increpitis fictis cœlibatus auctoribus. Sed Græca ipsius Dionis ponenda sunt: καὶ

οὕτω

ἐντεῦθεν ὅτι Πάππιος ὁ νόμος ὑπό τε Μάρκου Παππίου μουτίλου, καὶ ὑπὸ κυΐντου ποππαίου (Ποππαίου) σεκούνδου, τῶν τότε ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατευόντων ἐτέθησαν, καὶ συνέβη γὰρ ἀμφοτέρους σφᾶς, μὴ ὅτι παῖδας. ἀλλὰ μηδὲ γυναῖκας ἔχειν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τούτου ἡ ἀνάγκη τοῦ νόμου κατεφωράθη. Hæc sic vertit Georgius Xylander: *Inde Lex quoque Pappia Poppaia a M. Pappio Mutilo, & Q. Poppeo Secundo lata est, qui parte eius anni* Coss. *vterque neq; vxorem neq; liberos habebat, quo ipso deprehendi potuit, quæ ea lex necessaria fuisset.* Vnde liquet, post Iulias ab eo leges sæpe rogatas, cum ea perferri non possent ob recusantium tumultuantium multitudinem, tandem sub nomine horum consulum esse perlatam & sancitam. Quod ipsum e Cornelio Tacito planum videtur. *Relatum deinde* (inquit) *de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat*. Suetonius quoq; Tranquillus in Augusto tradit illum legem de maritandis ordinibus tulisse. *Hanc* (inquit) *cum aliquanto quam ceteras seuerius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademta demum lenitate parte pœnarum, & vacatione trienny data, auctisq; præmijs.* Ex quibus est manifestum, cum Augustus nullo modo per se senatum populumque Romanum inducere posset, vt legi acquiescerer: tandem ad effugiendam inuidiam nominis sui, hos duos suffectos Coss: ad eam perferendam induxit & coegit. Qui cum cœlibes essent, & legi a se latæ parendum esset, reliqui minorem caussam excusandi sese haberent. Non igitur reprehendendus Isidorus: vt etiam doctissimi iuuenis Ioannis Vdalrici Zasii ratio hic non sit admittenda; qui illam a C. Papirio Popeo Sabino ex auctoritate Augusti ad populum latam scribit in Consulatu, quem cum Q. Sulpitio Camerino gessit, quinquennio ante mortem Augusti: errorisq; ideo Isidorum conuincit. Sed pace doctissimi iuuenis, cuius immatura morte res literaria plurimum amisit, non ab his lata est lex. Qui etsi initium anni tenuerint vt ordinarii Consules, tamen auctore Dione, M Papius Mutilus, & Q. Poppeus Secundus, in eorum locum suffecti legem tulerunt, vt bene opinatus est Isidorus; etsi in Poppeii nomine errant. Non admittendus etiam est error alterius doctissimi viri, qui in annotationibus suis in Suetonium Tranquillum, interpretes eius emendaturus, dicit hanc legem nominatam a Sabino Consulari ac triumphali viro insigni memoria auo materno Sabinæ Poppeæ. Et subdit: *Postea hac autem iunctim Papia Poppæa dicta videtur, quod cum Papius legem contra adulteros tulisset, ac de matrimoniis etiam sanxisset; Sabinus Poppeus eandē retractauit, grauioribus pœnis additis, sanxerit frequentanda matrimonia: vnde & lex postea, a primo auctore Papia dicta, postea de Sabino Poppæo Papia Poppæa iunctim appellata est*. Quæ quam sint vana, ex præcedentibus est manifestum. Nullus enim Papius ante hos duos Coss. de adulteriis legem tulit. Sed idem Iulius Octauianus (qui

teste eodem Dione post adoptionem ita se appellari voluit) licet lege quadam Papia,(cuius Cicero pro Cornelio Balbo meminit) peregrini in suas ciuitates redire cogerentur. Capita huius legis plurima erant,quæ a doctis viris collecta,etsi hic repetere quibusdam forte nimis longum videbitur: succincte tamen & in breue reducta adnumerabuntur. Primo igitur, *si vir & uxor filios non haberent, quod alter alteri reliquisset, decima parte fisco adiudicaretur*, vt eo spectarit Iuuenalis:

Iura parentis habes, &c.

Hæc Alciatus dispunctionum libr. 5. cap. 4. quod ius abolitum idem dicit per Arcadium & Honorium Imperatores Tit. Cod. de infirmand. cœlibum pœnis. Contra, si legi Papiæ paruissent, solidum ii capiebant,eius scilicet quantitatis & partis, siue integræ, siue ex parte hereditatis, in qua instituti fuissent, aut quod eis legatum foret. Quod *solidum* vocabant,quod inde fisco aut ærario ex lege Papia nihil accresceret. Et id est,quod Iuuenalis dicit: *Legatum omne capis*, hoc est, solidum & integrum *minimeq; accisum*. Id in quibus casibus eueniat, docet in Institutionibus suis Vlpianus tit.de solidi capacitate. Legi Papiæ derogabatur, si ius liberorum trium (cuius sæpe meminit in Epistolis Plinius Cæcilius) a Principe impetrassent,vt ibidem notat Vlpianus: aut si filium filiamue communem habeant, liberam habere testamenti factionem,vt Iuuenalis carmen habet:

Iura parentis habes, propter me scriberis heres.

Hoc ius omnibus ciuibus indulsere Impp. Arcadius & Honorius Cod. de iure liberorum. l. vnica, *Famosam ducens uxorem aut Senator libertinam ducens, nihil capiebant*; vt idem ait, & habetur *Cod. de nupt. l. libertam.* At aliis ingenuis libertinis habere licebat, vt colligitur *ex l. Lege, ff. de ritu nuptiar.* & Vlpiani Institutionibus. Præterea apud Dionē lib. 56. De coniugio Senatoribus interdicto ita lex habet: *Qui Senator est, quiue filius, nepos, pronepos-ve ex filio,vel ex filia natus cuius eorum est erit-ue: ne quis eorum sponsam uxoremue, sciens dolo malo habeto, libertinam aut eam, quæ ipsa, cuius pater materue artem ludicram facit fecitue: neue Senatoris filia neptisue ex filio, proneptisue ex nepote filio, nato nata, libertino eiue qui ipse, cuiusue pater materue artem ludicram facit fecitue, sponsa, nuptaue sciens dolo malo esto; inter quæ eorum dolo malo sciens sponsam uxoremue eam habeto.* Sic Paulus Iurisconsultus lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam. ff. de ritu nupt. Si mulier maior quinquagenaria, aut vir maior sexagenario nuptias contrahebant, quod existimabantur generare non posse, matrimonium inutile existimabatur, & pœnam legis Papiæ incurrebant. Sustulit hoc Iustini. *C. de nuptijs, l. sancimus.* Allusit quoque ad hoc non illepide Lactantius Firmianus: *Quid est,* inquit, *quod apud Poetas salacissimus*

cissimus Iuppiter desierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius est factus? & illi lex Papia fibulam imposuit. Hoc caput videtur Suetonius innuere a Tiberio additum. Sic enim in Claudio: *Capiti* (inquit) *Papiæ Poppeæ legis a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarij generare non possent, edicto abrogauit, imo correxit, teste Vlpiano. Nam cum lex ita haberet, vt idem præfato loco docet, qui intra sexagesimum, vel quæ intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit,* (hoc est, Iuliæ, & Papiæ Poppeæ,) *licet ipsis legibus post hanc ætatem liberatus esset: perpetuis tamen pœnis tenebitur ex Senatusconsulto Perniciano.* Sed Claudiano Senatusconsulto maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset vxorem. Illa igitur abrogatio moderatioque rigoris, eius legis Tiberianæ, quam innuit Suetonius. Sed id non succedebat, si maior quinquagenaria minori sexagenario nupsisset; illud enim Senatusconsulto Caluisiano impar matrimonium censebatur, ob sterilitatem mulieris.

Si quis extraneus heres institutus fuisset; is priusquam hereditatem adiret, vicesimam partem fisco impendere teneretur, qua lege filii & proximiores heredes non tenebantur; auctor Dion libro 55. vti commemorat Alciatus Dispunct. lib 3.cap.6. Dion scribit, Augustum id sanxisse, vt inopiam ærarii militaris subleuaret. Emendauit hoc Nerua. Traianus redegit ad heredes alia familia genitos; vt pluribus exsequitur Plinius Cæcilius in Panegyrico ad Traianum. Sed Gratianus in totum sustulit, auctore in gratiarum actione De Ausonio. Sed pace Alciati, non vicesimas sustulit Gratianus, sed residua tributorum condonauit. Si heres viuente testatore ante aditam hereditatem decessisset, fisco bona addicerentur. Sed hoc a Iustiniano sublatum est titulo de Caducis tollendis. Confirmat hoc caput Vlpianus in Instit. tit. de Caducis, qui eius hereditatem caducam esse dicit, qui ex parte heres scriptus vel legatarius, ante apertas tabulas, decesserit vel peregrinus factus sit. Quin ex hac lege tota caducorum materia pendebat: nam & cælibis bona vt ante diximus, caduca erant, si intra dies centum legi non paruisset. Itemque eius (vt idem testatur) qui Latinus, ius Quiritium consecutus nondum sit, quod tamen ius non amisit ratione legis Papiæ Poppeæ. Sed ex lege Iunia acquirit, si ius Quiritium consequatur: & si ratione peregrinitatis legi Papiæ Poppeæ subditus esse videatur. Ex hac lege prima liber- I
torum iura promanarunt, aliquot capitibus distincta. Si enim libertus duos filios vel duas eo tempore in potestate habuisset, obligatione operarum liberabatur *Cod. de oper. libert. l. nec patronus.* Hæc Ioan. Zasius.

Si liberti ius trium liberorum habuerunt ex lege Papia II

Poppæa, non licebat patronis eorum, bona contra tabulas testamenti ipsorum possidere. *Vlp in Instit.tit.vlt.§.contra tabulas.*

III. Remittebatur liberto iusiurandum, quod in hoc oppositum erat, ne vxorem duceret, libertæue nuberet, si modo nuptias rite contrahere vellet. *l.adigere.ff de iure patronatus.§.lege Iulia.*

IV. Prohibebat libertam diuertere a patrono, & alii inuito patrono nubere, *l.vnica, vnde vir & vxor. Si liberta ab inuito patrono* (inquit Vlpianus) *diuertit, Lex Iulia de maritandis ordinibus retinet istã in matrimonio, dum eam prohibet alij diuidere inuito patrono.* Ioan. Zasius ex hoc liquere ait, eandem fuisse legem Iuliam & Papiam, quod lege quidam testamento.ff.de legat. & fideicomm. indicat ibi Iurisconsultus: *lege Iulia bona vacantis ad fiscum pertinere.* Quod Papiæ Popeæ tribuit Iustinianus *Cod.de caducis tollend.* Quare aliquando coniunguntur, vt ll.Licinia, Mutia, Ælia Sentia coniunguntur: vt in *l.sancimus,C.de nuptijs.* Hæc Zasius. Sed pace iuuenis doctissimi, & si auctores interdum vtramque confundant ob similitudinem, & quod eadem fere continebant capita, easdemq; res; tamen fuere diuersæ, & diuersis temporibus latæ, vt liquet ex Dione, & nos ante ostendimus; nam & lex, *Sancimus nuptias*, plane eas disiungit, cum ait: *Sancimus nuptias, quæ lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, &c.* quod si interdum confundantur, facit vt diximus, earundem rerum materia in vtraque complexa & contenta, tum quod ab vno eodemq; auctore, nempe Iulio Octauiano Aug. profectæ sunt, quarum primam suo nomine tulit, quam cum ob recusantium multitudinem perferre non posset, effecit (sicut dictũ est) vt nomine M.Papii & P. Poppei suffectorum Coss. tandem perferretur & sanciretur.

V. Ante hanc legem patronæ in bonis libertorum illud ius tãtum

VI. habebant: quod Lex XII. tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id iuris dedit, quod ipsi patrono tribuit.

X. Eiusdem legis Iuliæ caput erat *de fundo dotali*, quo cautum erat, ne maritus fundum dotalem siue prædium dotale posset alienare aut obligare, vt habet l.*Lex Iulia,* auctore Caio ad edictum. prouinciale lib.II. Cuius meminit & Iustinianus Instit. quib. alienare licet vel non.

XI. Ex hac quoque lege aucta sunt patronis iura. Cautum enim erat, vt ex bonis eius, qui sestertiorum C.millium patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat, siue is testamento facto, siue intestatus moriens, virilis pars patrono deberetur, hoc est, dimidia pars si vnum filium filiamue reliquisset. Tertia vero si duos vel duas; si tres reliquerat, repellebatur patronus iure trium liberorum. Quod ipsum quoque ex hac lege manasse supra ostendimus. Theophilus in sua paraphrasi Institutionum interpretatur sestertiorum c.millia, centum solidos; erat ergo solidus

mille

mille sestertii, h. e. aureus, vt post interpretatur Iustinianus, quem melioris notæ Ducatu, aut coronato Liliis pleno quidam adæquant. Sed hoc totum etiam abstulit Iustinianus, vt patet Institut. de successionibus libertorum.

Vestales quoque virgines erant ab hac lege immunes, vt habet Dion, & reperit Alexander ab Alexandro lib. 2. c. 22. Abrogarunt ex ethnicis D. Seuerus legis Papiæ vanissimas constitutiones, vt habet Tertullian. in Apologetico, & Aurelianus Imperator: Ex Christianis, Constantinus, Arcadius & Honorius, ipseque Iustinianus, vt habes per totum titulum de caducis tollendis. Legis Iuliæ meminit Apuleius in Apologia. *Lex quidem*, inquit. *Iulia de maritandis ordinibus nunquam scilicet ad hunc modum interdicit, vxorem in villa ne ducito.* Irridet accusatorem, quod illi ceu crimen obiecerat, quod vxorem in villa duxisset. XII. Denique lege Papia constituta erant delatoribus præmia, qui hereditates, ex quibus lege Papia aliquid ad fiscum pertinebat, deferebant. Suetonius in Nerone: *Præmia delatorum legis Papiæ ad quartas redegit.* Delatores autem istos Traianus in totum sustulit, auctore Cæcilio Plinio in Panegyrico. XIII. Postremo ne vicesimis aut aliis fisci iuribus ex hac lege manantibus aliqua fraus fieret, cautum erat; vt tabulæ testamenti aperirentur coram testibus, qui id signauerunt, vt recognitis signis recitentur, atque ita de describendi exempli fiat potestas: ita obsignatum signo publico in Archiuum redigatur: vt si quando exemplum eius intercideri, sit vnde peti possit. XIV. Quæ vero in municipiis, oppidis, coloniis, conciliabulis extra vrbem, coram magistratu inter horam secundam & decimam diei recitari debebunt, & exemplo sublato, ab iisdem rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum; vt habet Iulius Paulus sententiarum libro 4. tit. de vicesima: credo vt ius fisci melius seruaretur. Nam, vt Vlpianus dicit, sua ætate ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vindicabantur, seruato duntaxat iure antiquo, liberis & parentibus. Et hæc puto fuisse ex iis legibus, quas D. Antoninus, auctore Iulio Capitolino de vicesimis constituit. Sed hæc omnia, vt diximus, Iustinianus sustulit, vt latius patet per totum titulum de caducis tollendis. nam contra vicesimæ legem Antoninus militibus pro arbitrio hereditates adire permisit, vt habetur § 3. dictæ legis, Itemque l. 3. C. de edicto D. Hadriani tollendo.

CAPVT X.

Reseratus sensus occultior Tibulliani carminis, hactenus non obseruatus.

Tibulli carmen est ad Messalam libro primo nemini non decantatum:

Te propter nullos tellus tua postulat imbres
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui

Hos versus quidam abunde enarrasse sibi visi sunt, cum ea quae de Ioue Pluuio scribit Pausanias, & de Nilo Stephanus attulerunt. Sed doctissimorum virorum salua auctoritate, adhuc abstrusius & magis subtercutaneum in eis reconditum latet, praecipue in 2. versu: nam attingit hic Tibullus veterem Atheniensium morem, qui (vt quondam Romani) nimia siccitate & pluuia agris campisque laborantibus, ambaruaha faciebant. & circum arua camposque supplicationes obibant, Iouem inuocantes, quem ob id Hyetium, hoc est, pluuium nuncupabant, circumeundo excelsa voce clamitantes: *Plue, plue o Iuppiter, in aridos Atheniensium agros*: vt videlicet aridam eorum regionem madefaceret. Quod ipsum non ita diu animaduertimus, dum M. Antonini Imp. cognomento Philosophi lib. 5. καθ' ἑαυτὸν legi. Verba grauissimi viri, & sapientissimi Philosophi & Romanorũ Imperatoris haec sunt: εὐχὴ ἀθηναίων, ὗσον ὗσον ὦ φίλε Ζεῦ κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. Hoc est: *Preces Atheniensium, plue, plue o amice Iuppiter, in aruum & campos Atheniensium.*

Capvt XI.

Apud Fulgentium in fabula Orphei castigandus locus, & Bacidem legendum pro Battiadem; & ex eiusdem auctoris libro de obscuris vocibus mendum sublatum.

Fvlgentium auctorem, si eruditionem spectes, non vsquequaque aspernabilem, mendis aliquot obsitum inuenias, e quibus nunc id commemorabo, quod est in Fabula Orphei Mythologiarum libro tertio: *In Aruspicinis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud secundum Battiadem euentuum enumeratio.* Scholiastes quidam hircum mulgens supposito rubro mulctra hic nugatur de Battiade & Callimacho, falso adserens eum de Aruspicina scripsisse. Tu lege *secundum Bacidem.* Fuit enim Bacis vates & Augur optimus. Itatius Lycophronis interpres tres Bacides fuisse dicit: τρεῖς Βακίδες χρησμολόγοι, ὁ ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας καὶ ὁ Ἀθηναῖος, καὶ Ἀρκάς, id est, *Tres Bacides oracula fundentes, vnus ex Eleone Boeotia, alter Atheniensis, tertius Arcas.* Sic in libello illius de obscuris & antiquis vocibus idem mendum inoleuit, nouissima editione Christophori Plantini, (qui hunc libellum Nonio ab Hadriano Iunio castigato subiunxit;) emendatum; habebatur enim: *Labeo qui disciplinas Tagetis & Bacchidias 15. voluminibus explanauit.* Quo loco qui Nonio Plantini carent, *Bacidis* reponent. Oraculorum eius subinde in Vrania meminit Herodotus, relatis ex iis versibus heroicis. Pisistratus

etiam cognomento siue epithero Bacis est appellatus, quod oracula proferret, vt auctor est Suidas. Fuit autem vaticinus. Eius lustrales & vatidicos libros se legisse iactat Pausanias in Phocicis. Abrahamus Lœscherus perperam bis in Pausania *Bacchis* legisse videtur, qui error Ciceronis de diuinatione libro priore etiam in quibusdam Codicibus occupasse videtur, vt *Bacchis Bœotius* ibi scriptum sit, quam tamen antiquam lectionem videtur velle retinere Guilelmus Canterus nouarum lectionum suarum capite nono, libro quarto. Ast alias certe vbique Bacis legitur, vt in Plutarchi libro de virtute mulierum in principio: ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βακίδος αὖτι παρὰ θεσμοῖμεν. id est, *vt si Sybyllæ oracula vna cum Bacidis committam & comparem.* habuit fratrem Glauum, vt auctor est Suidas. Apud eundem, Φιλητᾶς δὲ ὁ Ἐφέσιος, φησὶ τρεῖς Βάκιδας. ὁ μὲν ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας. ὁ δὲ Ἀθηναῖος ὁ δὲ Ἀρκὰς ἐκ πόλεως Καφύης, ὃς καὶ Κύδας ἐκαλεῖτο καὶ Ἀλήτης. Θεόπομπος ἐν τῇ θ΄. τῶν Φιλιππικῶν, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τούτου τοῦ Βάκιδος ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν, Ἀπόλλωνος τούτων τοῦτον καθαρτὴν δόντος. id est, *Philetas Ephesius dicit, tres Bacides fuisse vnum ex Elegne vocatum, alterum Atheniensem, & tertium Arcadem ex ciuitate Caphya, qui & Cydas & Aletes est appellatus, quasi dicas erronem & molestijs plenum. De hoc Bacide præter vulgi opinionem multa scribit Theopompus in 9. Philippicon: tum quod Lacedæmoniorum vxores furentes purgarit: huiusmodi purgatorem eis dante Apolline.* Limphatum hunc fuisse testatur Pausanias in Bœoticis: βάκιν φησὶ κατάσχετον ἄνδρα ἐκ Νυμφῶν, & rursus in Messinicis: βακίδι μανέντι ἐκ Νυμφῶν, hoc est, *Bacim dicit hominem acceptum a Nymphis* & iterum: *Bacidi furenti ex afflatu Nympharum*, cuiusmodi veteres dixere νυμφολήπτους. Vnde non inconcinnum in Nutricis de eo Politianus:

> ——*Et Martia fratrum*
> *Nomina, Lymphatusq; Bacis: subterq; trionei*
> *Natus Hyperboreos Olley.*

Meminit & Plato in Theage. Meminit & Dion Chrysostomus in oratione 13. quæ est de fuga seu exilio ad Athenienses: *Hæc ipsa & Sibyllam inueniens & Bacidem vobis damnasse, qui quidem boni fuerunt fatidici & vates,* χρησμολόγοι καὶ μάντεις tum etiam Aristides in Oratione Platonica priore: *Iam qui prorsus numine repleti nec artis habentes quicquam, non suis tantum, sed & posteris multa miranda que prædixerunt, vt Bacis, Sibylla, &c.* Et rursus idem in oratione Sicula priore: *Sed vtinam in eo iam metu essemus.* At ego alium iam propiorem video, si classem a Sicilia remoueamus, Athenienses neque hoc ex Bacidis vel Amphilyti discam oraculis, verum per me vobis prædico. Meminit huius & Aristophanes in

Equitibus: πολλῶ γ' ὁ βάκις ἔχρησε τῷ ποτηρίῳ, id est, *multa Bacis vaticinatus est poculo* Quo loco interpres tres fuisse Bacides dicit, hunc de quo Aristophanes hic agit, Atheniensem, & vatem alterú Locrum, tertium Bœotium rursum. Idem Poeta in Auibus:

ὡς ἐστὶ βάκιδος χρησμὸς ἄντικρυς λέγων.

Id est:

Vt est Bacidis oraculum ex aduerso dicens.

Interpres ea quæ ex Suidá modo adduximus de tribus Bacidis refert, Philetam item auctorem ciens. Et rursum Aristophanes in Pace:

εἰ γὰρ μὴ νύμφαι γε θεαὶ βάκιν ἐξαπάτασκον
μηδὲ βάκις θνητοὺς, μηδ' αὖ νύμφαι βάκιν αὐτόν.
Nisi vero Nymphæ Deæ Bacin ipsum deceperunt,
Nisiue Bacis mortales, neue rursum Nymphæ ipsum Bacim.

ab hoc *βακίζων*, hoc est, *Bacissans* verbum deduxit:

ἐξώλης ἀπόλοι' εἰ μὴ παύσαιο βακίζων. id est,

Interijsti & perijsti ni cesses bacissare. Id est, vt enarrat interpres, *Bacidos meminisse*: *βακίδος μεμνημένος* Ælianus item variæ historiæ lib. 12. c. 35. Bacides tres commemorat: *ἕλληνα, ἀθηναῖον, καὶ ἀρκάδα*, id est, *Græcum, Atheniensem & Arcadem*, horum omnium teste Phileta, antiquissimus est Bœotius.

CAPVT XII.

Voces quædam in Aretæo Cappadoce enucleatæ. Sidia, Brabyla, Sceletia, Hemytymbion, Tripodomum.

Ἀροῖα *ῥοΐδιον* dici cõtendit Phrynichus Sophista in collectione dictionum Atticarum, non *ῥοΐδιον*, sed non perinde a *σίδη σίδιον*. *ῥοιὰν* autem malum Punicum significare omnibus in cõfesso est. Vnde *ῥοΐδιον* diminutiua forma finxere. *σίδη* autem siue *σίδα* Bœotice malum est Punicum. Vnde & talem historiam contexit: *σίδας δὲ ὅτι τὰς ῥοιὰς καλοῦσι βοιωτοί. ἀγαθαρχίδης ἐν μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῶν εὐρωπικῶν οὕτως γράφει. ἀμφισβητούντων τῶν ἀθηναίων πρὸς βοιωτοὺς περὶ τῆς χώρας, ἣν καλοῦσι σίδας, ἐπαμινώνδας δικαιολογούμενος ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀριστερᾶς μεταλαβὼν κεκρυμμένην ῥοὰν, ἠρώτα αὐτοὺς πῶς ἐκείνην καλοῦσιν. εἰπόντων δὲ ἐκείνων ῥοὰν, ἀλλ' ἡμεῖς εἶπε σίδαν. ὁ δὲ τόπος τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίαν, καὶ ἐνίκησεν.* id est *σίδας vtique mala Punica vocant Bœoti. Agatharchides in 21. Europicorum historia sic scribit: Contendentibus Atheniensibus cum Bœotis de regione, quam Sidas vocant, Epaminondas ius Thebanorum defendens, derepente sumto e manu sinistra malo Punico, quod occultarat, interrogauit eos, qua voce id nominarent? Illis vero dicentibus ῥοάν: At nobis, inquit, Sida vocatur. Habebat autem locus ille in sese genus arboris in magna copia, a qua iam inde ab initio regio ipsa nomenclaturam accepit, quo factum vt ipse vicerit.* Sed Sidion non est paruum malum Punicum, verum

rum ita, teste Dioscoride, vocantur punici mali cortices, id est, τὰ λέπη. Aretæus Cappadox ὀξέων παθῶν θεραπευτικῶν libr. 2. φοίνικες οἱ πίονες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἐνδεθέντες ἐς μάζαν τρίβονται. ἔπειτα ἀκακία λειωθεῖσα ἐμπλάσσεται λείη καὶ σίδια. ἐγχριόμενα δὲ ἐς τρίχινον καὶ τοῦ θώρακος ἐπιτίθεται. id est: *Dactyli pingues in vino nigro austero macerato in mazam conteruntur: deinde Acatia leuigata condensantur, tum etiam cortices mali Punici iniuncta in pannum pectori apponuntur.* Vsus est voce Aristophanes in Nubibus: κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει πῶς δοκεῖς: *Et ex Corticibus mali Punici ranas fabricatus est, vt vides*; quod interpretantur interpres & Suidas, ἐκ τῶν λεπύρων τῶν ῥοῶν, hoc est, ex corticibus malorum Punicorum. Est & Side herba haud absimilis mali Punici planta, vt habet Athenæus, vbi tamen in vulgatis legitur, μήκωνος, id est, *papaueris*, & ita vertit Theodorus, deprauatam lectionem secutus, quam restituit Hermolaus Barbarus. Sed melius aliquanto Paulus noster Leopardus in libro quodam meo, quem adhuc possideo, vertitq; Sida Punici similis. Summa enim habet Punice partium simile tametsi proportione maius. καὶ γὰρ τὸ ἄνω κυτινῶδες ὅμοιον ἔχει. πολὺ μεῖζον ὡς κατὰ λόγον, qui locus restitutus est ex Athenæi dipnosoph. lib 14. Est & Side vrbs Pamphyliæ; vnde *Sidetes* dicitur, teste Stephano. Id quoque non prætereundum, eundem Aretæum pruna syluestria *Brabyla* vocare eodem loco: βραβύλων ἀγρίων ῥίζας ἕψειν ἐν ὄξει; id est, *Prunorum syluestrium radices bullire in aceto.* At Seleucus in glossis: βράβυλα ἄλλα κοκκύμηλα, μάδρυα, τὰ αὐτὰ εἶναι. τὰ μάδρυα, vt malodrya τὰ δὲ βράβυλα φησὶ, ὅτι εὐκοίλια καὶ τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα, id est, *Brabyla esse aluum ducentia & ciborum expulsiua.* ἄλα vt μῆλα, hoc est, *mala*, vt Demetrius Ixion dicit, Rhodios & Siculos βράβυλα vocare κοκκύμηλα, id est, *pruna.* Vnde & Theocritus Syracusius:

> ὅρπηκες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε. id est,
> *Ramis brabylis degrauatos ad terram.*

Carmen est apud Theocritum in εἰδυλ. 7. quod inscribitur Thalysia, & ibi Dorice legitur:

> ὅρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε.

quod interpretatur Scholiastes Zacharias Calliergus: οἱ δὲ κλάδοι ἐκλίνοντο εἰς τὴν γῆν βραβύλοις καταβαρυνόμενοι; hoc est, *Rami ad terram vsq; inclinabant grauati brabylis.* βράβυλα, inquit, τὰ κοινῶς κοκκύμηλα ἤγουν δαμασκηνά: *Brabyla communiter pruna præcipue Damascena.* Et rursum: ὅσον μῆλον βραβύλοιο ἥδιον. id est, *quanto malum prius suauius.* Est autem hoc acrodryon (ita vocant arbores spinosis ramis, & fructus duros nucleos habentes) minus circumferentia quam prunas, sed cum estue idem, nisi quod acerbius aliquanto. In Suida subinde scribitur per η, βραβῆλα; Sed sæpius per υ. Iam in eodem auctore vox ἡμιτύβιον, quæ non (vt opinatur Suidas) ἥμισυ τύμβου significat, sed *sudoriolum.* Verba Aretæi sunt

in cap de curatione epilepsiæ χειρίων ζητηματικῶν lib 2. c. 4 ἐνδεδυμένων τῶν ἀκρων ἀφ᾽ ἡμιτυμβίοις λινοῖσιν ὠμοῖσιν, id est, *extremis membris inuolutis a sudariis lineis crudis.* De eo Pollux; τὸ δὲ ἡμιτύμβιον. ἐσὶ μὲν καὶ ἐσθὴς αἰγυπτίων. οὐχ ἧς δ᾽ αὖ κατὰ τὸ ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. *Hemitymbium vero Ægyptium est indumentum; erat autem id, quod in media Comœdia Capsidrotium vocabatur; nunc vero Sudarium nominatur.* Idem citat Aristophanem in Pluto: ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύμβιον λαβὼν τὰ βλέφαρα περιέψησεν, id est, *Sudarium purum capiens palpebras detersit.* Quo tamen loco in vulgatis Codicibus legitur, sicuti & in Suida ἡμιτύβιον. perperam, vt opinor. Interpres *sudarium* interpretatur seu ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τι, id est *Pannum semilacerum* seu quid *lineum.* οἷον ἐκμαγεῖον, καὶ σάφφω ἡμιτύβιον φυλάσσων. ὃ, inquit, δίκροσσον φακιόλιον. Idem Pollux esse ait Ægyptium indumentum, quod nunc inquit *dicrosson* vocatur. Idem auctor σκελετίαν vocat *extremam maciem,* cum pellis vix ossibus hæret. *Sceletos* enim ossium humani corporis compago est absque carne & viscere. Vtitur voce Herodotus. Sic enim Aretæus in extremo vltimo libro: ἐξ ἀχρεΐας δὲ ἀχροίην, καὶ ἀπὸ σκελετίης ἀσαρκίην. Idem *Tripodomum* pro vasis quodam genere accepit, quod huc vsque me inuenisse haud memini.

Capvt XIII.

Locus Antonini Cæsaris enodatus de lampadum honore.

Locus est in Antonini Cæsaris καθ᾽ ἑαυτὸν lib. 1. paulo obscurior, quē pro virili illustrare conabimur. Sic enim ille de variis honoribus principibus & claris viris exhiberi solitū loquens: τὸ ἄρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὃς ἔμελλεν, πάντα τὸν τῦφον ἀφαιρήσειν μου καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐν αὐλῇ βιοῦντα, μήτε δορυφορήσεων χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου id est, interprete Xylandro: *Quod principi & patri subditus fui qui erat omnem mihi superbiam excussurus, ostensurusque posse eum, qui in aula viuit & stipatoribus carere, & vestibus pictis & facibus statuisq; certi generis, reliquoque luxu.* Quo in loco quid per *honorem lampadum* hic factum sibi velit, non omnibus puto cognitum esse. Tu intellige de eo honore, qui Imperatorib. imperatorumq; proximis præstari solebat. Quo institutum, vt prodeuntibus in publicum, fax aut lampas accensa præferretur. Meminit eiusce rei etiam Herodianus lib. ab interitu M Antonini primo. Λουκίλλα ἦν τῷ Κομμόδῳ πρεσβυτάτη πάντων ἀδελφή. αὕτη πρότερον Λουκίῳ Βήρῳ συνῴκησε. ὃν κοινωνὸν τῆς βασιλείας Μάρκος ποιησάμενος, ἐκδοὺς τε αὐτῷ τὴν θυγατέρα, βεβαιοτέραν ᾤετο εἶναι τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο. ἀλλ᾽ ἐχει σωθῆναι τοῦ Λουκίου πλειόντων τὴν Λουκίλλην τῆς βασιλείας συμβόλων.

Πομ-

πουμπηνείου ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐξέδωκε. οὐδὲν ἧττον μέντοι καὶ ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττεν τιμὰς τῇ ἀδελφῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. id sic vertit Angelus Politianus: *Lucilla erat Commodo maxima natu soror, ea prius L. vero Imperatori nupserat, quem consortem sibi imperij M. adsciuerat locataq; in matrimonium sorore firmissimo affinitatis vinculo adstrinxerat. Sed postquam L. fato functus est, manentibus adhuc Lucilla principatus insignibus, Pompeiano eam pater despondit, nihilo tamen secius pristinum illi honorem Commodus reliquit vsurpandum. Nam & sella imperatoria sessitare in theatro, & ignem de more praeferri patiebatur.* Ex quibus (ni fallor) liquet id quod modo diximus. Miror Hadrianum Turnebum, virum absolutae & consummatae eruditionis (de cuius interim existimatione nihil detractum volo) trahere huc illa Horatii carmina:

Linquimus insani ridentes praemia scribae,
Praetextam, & latum clauum prunaq; batillum.

Cum de Praetore tantum loquatur, aut duumuiro non magnae ciuitatis. Nam si is honor tam vulgaris fuit, qui illum imperatores sibi & suis, tanquam humanum fastigium iam supergressis, decerni curauerunt? Legimus M. Claudio Duillio, qui primus nauali praelio Carthaginiēses deuicit, datum, vt noctu a conuiuio reuertenti, coronam gestare liceret praeeunte tibicine & face lucente. Sed nihil ad hunc honorem: proinde retinendam hic censuerim Porphyrionis interpretationem, donec commodior nobis occurrat. Sed quod M. Antoninus ait: μήτε ἐσθῆτι τῶν σημείων, intelligendum de tunica latoclaui toga siue trabea picta seu palmata, qua Coss. & Imperatores triumphantes vtebantur. Ausonius in gratiarum actione de Consulatu suo ad Gratianum Aug. *Eligis ipse de multis, & cum elegeris, munera tua verborum honore prosequeris. Palmatam, inquis, tibi misi, in qua Diuus Constantinus parens noster intextus est. Me beatum, cuius insignibus talis cura praestatur. Haec plane, haec est picta (vt dicitur) vestis, non magis auro suo, quam tuis verbis.*

CAPVT XIV.

Locus Galeni e primo de vsu partium, quem scite admodū ab auctore effinxisse videtur ad imitationem Anacreontis.

ANacreontis Poetae carmen ἐν τοῖς μέλεσι suauissimum hoc est.

φύσις κέρατα ταύροις·
ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,
ποδωκίην λαγωοῖς,
λέουσι χάσμ' ὀδόντων
τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτὸν
τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι
τοῖς ἀνδράσι φρόνημα. id est.

Natura Tauris cornua
Vngulas dedit equis,
Leonibus hiatum dentium,
Pedum celeritatem leporibus.
Piscibus vero facultatem natandi
At auibus volare
Viris prudentiam.

Cum autem legerem Galeni Medici libros, inueni hoc ipsum elegantissima solutæ orationis metaphrasi ab eo auctore expressum. Quam collationē ideo volui hic facere, vt pulcerrima allusio imitatioq; melius pateret. Sic igitur auctor ille statim in initio librorum de vsu partium loquitur: πᾶσι (animalibus scilicet) δ' οὖν ἐπιτήδειον τὸ σῶμα τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσί τε καὶ δυνάμεσι. ἵππῳ μὲν ἰσχυραῖς ὁπλαῖς καὶ χαίτῃ κεκοσμημένον. καὶ γὰρ ὠκὺ καὶ γαῦρον καὶ οὐκ ἄθυμον τὸ ζῶον. λέοντι δὲ, θυμικὸν γὰρ καὶ ἄλκιμον ὀδοῦσί τε καὶ ὄνυξιν ἰσχυρόν. οὕτω δὲ καὶ ταύρῳ καὶ συΐ. τῷ μὲν γὰρ κέρατα. τῷ δὲ οἱ χαυλιόδοντες, ὅπλα ξύμφυτα. ἐλάφῳ δὲ καὶ λαγωῷ (δειλὰ γὰρ τὰ ζῶα) ταχὺ μὲν τὸ σῶμα, γυμνὸν δὲ πάντη καὶ ἄοπλον. ἔπρεπε γὰρ οἶμαι τάχος μὲν τοῖς δειλοῖς, τὰ δ' ὅπλα τοῖς ἀλκίμοις. οὔτ' οὖν δειλὸν οὐδὲν ὥπλισεν ἡ φύσις, οὔτ' ἄλκιμον ἐγύμνωσεν. ἀνθρώπῳ δὲ (σοφὸν γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον καὶ μόνον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς θεῖον) ἀντὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀμυντηρίων ὅπλων χεῖρας ἔδωκεν. Hactenus ille. Hoc est: *Omnibus animalibus aptum corpus est moribus viriumq; animæ. Equo scilicet iuba & vngulis ornatum. Est enim velox & alacre animal, animoq; minime abiecto. Leoni vero animal animosum & valens robore, dentibus & vnguibus validum fecit. Sic & Tauro & Suri, illi quidem cornua, huic vero prominentes dentes dedit agnata illis arma. Ceruo vero & lepori (timida enim sunt animalia) corpus quidem celere, sed nudum & inerme. Decuit enim (vt opinor) vt velocitatem timidis, arma vero robustis. neq; enim natura vllum timidum armauit, neq; robustum nudum statuit. Homini vero (sapiens enim est animal, & solum eorum quæ super terram sunt, diuinum, pro omnibus simul iam dictis armis auxiliaribus & vindicibus manus dedit.* Sequutus est hoc longo veluti interuallo Lactantius Firmianus in lib. de opificio Dei. *Singulis autem generibus (animalium) ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit, vt aut naturalibus telis repugnent fortioribus, aut quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernicitate fugiendi: aut quæ simul & viribus & pernicitate indigeant, astū se protegant, aut latibulis sepiant. Itaq; alia eorū vel plumis lenibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta vngulis, vel instructa cornibus: quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci vngues; nulliq; munimentum ad tutelam sui deest.* Et post aliqua: *Hominem aūt ratione concessa, & virtute sentiendi atq; eloquēdi data, eorū quæ ceteris animantibus attributa sunt, fecit expertem quia sapiētia reddere poterat, quæ illi naturæ cōditio denegasset, statuit nudū inermem, quia & ingenio poterat armari, & ratione vestiri.* Hæc ille.

CAPVT

CAPVT XV.

Menda quædam e Theodori Priſciani Medici libro primo expuncta, & alia obſcura explicata.

EXſtant tres libri Theodori Priſciani Archiatri, maiore eruditione quam elegantia cõſcripti. In his multa mendoſa, multa vitiata a ſtdo & perobſcura. Quod eo euenit, quod hic auctor nimis ſæpe Græcis dictionibus in ſermone Latino abuſus ſit. Horũ nos curſim primum librum euoluimus, enotauimuſque carptim quædã, prout occurrerant: quæ libitum eſt hiſce annotationibus inſerere. Capite igitur primo: *Tunc nos non periculi ratio poſſidet, nec communis naturæ conditio conuenit; ſed tanquam in Tempico agone alius eloquentia, alius diſputando, alius adſtruendo, diſtribuendo alius, vanam gloriam captat.* Lego, *in Olympico agone.* Ibi enim cõueniebat omne genus hominum. Et oratores etiam ſuas orationes recitabant. In eodem capite: *Latent in fluctibus venena, ſed plura germinant ſalutis officia.* Lego, *valent in fructibus venena.* & cap. 3. *Nuces virides immaturas quaſſatas in oleo gremiali infundes.* Etſi nondum plane compertum habeam, quid ſit *oleum gremiale*, tamẽ Omphacinum eſſe ſuſpicor, aut quod ὠμοτριβὲς appellant, ſeu viride, niſi *Oleaſtri* malimus: nam id Dioſcorides mirifice commẽdat, ad defluuia capillorum inhibenda. Cuius tamen loco Nicolaus Alexandrinus *Ladano lentiſcino oleo* ſiue *myrſino* vtitur, adſtipulatus Oribaſio, qui in libro Curationum ad Eunapium, oleo quoq; lentiſcino ad hãc rem vtitur; Cum igitur *viride & gremiale* poſtea copulet, credibile eſt Sylueſtris oliuæ oleum voluiſſe. Pro *intrum* poſtea *nitrum* repone. Mox capite 7. de alopecia loquens: *Fœditas vero illa vulpium vlceris exhibet ſimilitudinem.* Oribaſius: *quia vulpis ſimulat colorem.* Areas appellat Celſus lib. 6. cap. 4. Paulus Æginera lib. 3 cap. 1 quod vulpes eo malo ſæpe infeſtetur, cap. 7. *Coloquintidos interioris.* Lege *Colocynthidos enterionis.* Dioſcorides de eadem loquens libr. 4. δύναμιν δ' ἔχει ἡ μὲν ἐντεριώνη τοῦ καρποῦ καθαρτικὴν, *vires habet medulla quam fructus purgatiuam.* Enterionem, agreſtis cucurbitæ pulpas ſeu medullam vocat. Ibidem: *Et maſſando caput purgabis.* nouam vocem confinxit a verbo Græco μάσσω, quod eſt *ſubigo, mollio,* ſicut farina ſubigitur in vſum panis, aut *devoro*, quod hic melius. cap. 9. *Paregoricis vero hiſdem adiutorijs ſic morigerandum erit,* hoc eſt, *lenientibus* cap 10. *de ferbunculis vbique naſcentibus;* lege *furunculis,* quos Græci δοθιῆνας vocant, de quibus Celſus libr. 5. cap. 25. & Paul Ægineta libr. 4. cap. 23. *Vtimur etiam caprificus in aqua decoctas.* Vſus eſt verbo *vtor* κατ' ἀρχαϊσμὸν, id iungendo cum accuſatiuo, idque veterum more, vt docet Diomedes. Sic Terentius:

Quod illa ætas magis ad hæc vtenda idonea eſſet.

Et rurſum; *Nam in Prologis ſcribundis operam abutitur.*

Sic Charisius: *Vtor*, inquit, *pane & panem*. Plautus tamen in Persa vsitate dixit: *Sed quasi lippo oculo me meus herus vtitur*. Contra Terentius in Adelphis: *Mea qua præter spem euenere, vtantur*. in quem locum Donatus: *Antique* (inquit) *locutus est*. Eodem capite: *Et ferri vel æruminis purgamenta, æruginis* forte. cap. 12. cum aut in declinantibus doloribus quidam tumor circa interiorem angulum apparuerit, quem yppium dicimus; quid si ὑπώπιον, id est *suggillationem* legas, de qua Paulus Ægineta libr 3. ibidem: *flos tritus æris in lotio inuestis pueri septem dies, postquam siccauerit*. *Inuestem puerum* vocat eum, qui nondum vestem induit, sed in fasciis adhuc tenetur. Postea: *Thure masculo & alphitis*, id est τῆς ἀλφίτῆς. Græca dictione vsus est, farina scilicet. Porro *thus masculum* est id quod recentiores *thus mannam* vocant. maiores scilicet & subruffæ thuris lacrymæ, reliquum thus *pollen* vocatur. Vsus est subinde ea voce in libris rei veterinariæ Vegetius. Ibidem: *Si oculi reumatidiauerint*, ῥευματίζοντα, vox illi crebra. *Vernosos*, quos nos *petigines* dicimus. Quid si *verminosos* legas? videtur eo vocabulo denotare *psoropthalmiam*, & post incardio, ἐγκαρδίῳ, id est, *intimo*. Et post: *Ermigium Campanum vnci 4*. *Eryngium* vult, cap. 14 *prius spatomela in extremo molli lana obuoluta*. instrumentum est Chirurgicum. capit. 15 *aut Lyciridiam aut herbam: quæ sontia appellatur*. Lege, *Cilycyrrhisan aut sonchum*. cap. 16. *Si vero percussus quondam dens vel mola fuerit resoluta*. Molam vocat os, cui dentes impacti sunt & inhærent, siue os maxillæ. cap. 17 *Per initia cum commoueri aliquid in faucibus senseris, generaliter omnibus ex decoctione rosarum siccarum, vel sola tylorum aut myxarum, aut lentis, aut Cantabri, vel ceterarum stiplicarum mediocriter specierum, conuenit vti tepido gargarismatio*. Quid sit *Colatylorum*, conicere nequeo, nisi forte legendum sit *dactylorum*. *Cantabrum* vero *furfur* significat, Cœlio Aureliano, Apitio & huic auctori: sicut & Turnebus adnotauit, & is ante eum, qui Apitium primus in lucem protulit. Huius decoctum laudat idem Cælius Aurelius, quod alibi *Cantabri loturam* appellat, nostris pauperculis addito fermento non ingratus potus? Eodem capite *Rossyriaci*, Lege, *Rhus Syriaci*, quanquam Columella *ros Syriacus* proferat. Est autem idem quod rhus obsoniorum, sæpe commemoratum Apitio: differt a *rhu coriariorum*, quod Græci βυρσοδέψικὸν appellant, Arabes *Sumach*. habet vim adstringendi vtrumque rhus cap. 18. *triticum in lamina calenti feri*. Lege, *Candentis ferri*. Capite 19. *nam & Amurca diplangio cocta*, hoc est, in vase duplici. Hoc Dioscorides duabus dictionibus subinde effert, διπλῷ ἀγγείῳ. Ibidem: *Liquamine suino* dixit, nimis rustice pro *suillo*. Et, *Cancrorum fluminalium* pro *fluuialium* siue *fluuiatilium*, cap 22. *Tithymali lacrymam* eleganter vocat succum siue

lae eius herbæ. cap. 27. *Lepida Cypria*, pro *lepidos Cyprij æris*, hoc est squama Cyprii æris. capit. 30. *Puluer* extulit neutro genere, cum eius temporis vulgo lepidos chalcu, vt opinor. cap. 32. *squamam æris* dixit. Et 34. *Rhagadia*, hoc est, fissuras & rimas *crepidines* vocauit, a *crepando*, cum *crepidines* sint fluminum abrupti margines. cap. 34 Quibus vero etiam vngues passauerint, semificcæ, hoc est, a cute recesserint, a verbo πάσσω, quod etiam *spargo* significat, & *dissipo*. Sed hoc vel nimium opere in Scriptore parum eleganti est locatum.

CAPVT XVI.

An Wolfius interpres Isocratis recte in eo auctore verterit, δημαγώγους tribunos plebis: inibiq; de ea voce complura.

NVnquam erit quin Hieronymum Wolfium summis laudibus dignum ducam, cum ob insignem vtriusque linguæ peritiam, tum ob summam eloquentiam & sermonis elegantiam, quam præstitit tum in aliis auctoribus vertendis, tum præcipue in Demosthene & Isocrate. Quos non minus erudite & diserte fecit loquentes Latine, quã loquuti sunt olim Græce. Sed vt quandoq; bonus dormitat Homerus, nescio an omnibus probabitur, quod vocem δημαγωγὸς, *tribunus plebis* expresserit. Sed locum Isocratis prius apponamus, tum illius versionẽ subiiciemus. Sic igitur habet Orator ille in oratione περὶ ἀντιδόσεως: ἢν οὖν δοκῆτε καὶ στέργητε τοὺς χρηστοὺς ἀντὶ τῶν πονηρῶν, ὥσπερ τὸ παλαιὸν: βέλτιον ἕξετε χρήσασθαι καὶ τοῖς δημαγωγοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολιτευομένοις. Hæc sic Wolfius: *Quod si coletis & amplectemini bonos viros præ malis, sicut olim factum fuit, ad vestras rationes magis accommodatos habebitis Tribunos plebis & reliquos magistratus.* Quod autẽ vertit *Demagogos, tribunos plebis*, non scio an vspiam patrocinium versionis suæ sit inuenturus: cum omnes qui Græce historias Romanas scripsere, *Tribunos plebis* δημάρχους, quasi dicas, *populi Principes* verterint: vt nihil necesse sit exempla anxie conquirere & adferre. Quid quod Iulius Pollux Demagogum Rhetori adiunxerit, vt ille quidem sit Orator publicus, orationes de republ. habens, hic vero benedicendi tantum scientiam profiteatur. Δημαρχῶν vero magistratum esse ostendit. οὕτω (inquit) οἱ κατὰ δήμους ἄρχοντες. At δημαγωγοὶ erant Oratores, qui populum oratione ducebant impellebantque quo vellent auribus illum ducentes, qui honor non exiguus erat: Tales enim erant illi decem, quorum Princeps Demosthenes. Itaque δημαγωγὸν cum rhetore coniunxit. Lonicerus vertit: *Si igitur in hoc incumbatis, vt bonos pro malis amplectamini, id quod olim vestrum erat, meliores populi ductores, oratores habituri estis, & alios Rempub. gerentes.* Qua

etsi minus aperta, tamen accommodatior ad exprimendum sensum Isocratis, quam Wolfiana. Nam & apud Diogenem Laertium traditum, cum quidam cuperet videre Demosthenem, Diogenem Cynicum medium digitum porrexisse, & dixisse: οὗτος ὑμῖν ἔφη ὁ ἀθηναίων δημαγωγός. Quod Ambrosius siue Curio vertunt: *Hic ait vobis est ille Atheniensium Orator.* non recte: nam Diogenes id per ludibrium & contemtum respondit, medio protenso digito, quasi diceret. Quæritis quis sit? En vobis vilem plebis adulatoré & cultorem, populum auribus trahentem. Plebeculam vertit Paulus noster, sensu vero & germano. Quanquam in bonam interdum partem & honoris ergo id dici consueuerit de summis oratoribus, quos in Sticho Plautus vocat Oratores populi. *Ergo,* inquit, *in summo accumbent oratores populi, summates viri.* Nec me fallit, Hesychium scribere, Δημαγωγὸς ἄρχων ἐκ τοῦ τὸν δῆμον ἄγειν καὶ διοικεῖν, δημόσιος. hoc est, *Damagogus Princeps, quod populum ducat & regat, tum etiam publicola.* Oratione videlicet; neque ideo tribunos esse ducendos. Tribunus enim quod tribubus præsit dictus. Non me fallit, item *demagogum,* exercitus seu Prætorem seu Ducem dictū; & δημαγωγεῖν, στρατηγεῖν. Sed nihil hoc ad Isocrateum sensum. nam idem Hesychius: δημαγωγεῖν, ὀχλοποιεῖν, & δημαγωγίας, ὀχλοποιΐας appellat: h.e. *qui cœtus cogunt & turbas mouent & concitant in populo.* Sic demagogus, qui blande nouit & suada oratione populum ducere. Qui autem fuerint apud Athenienses demarchi, satis prolixe exponunt Aristophanis interpres & Suidas. Meminit & hoc versu idem Aristophanes in Nubibus:

δάκνει μέ δήμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων.

In quem locum interpres: οἱ δὲ δήμαρχοι οὗτοι τὰς ὑπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν ἐν ἑκάστῳ δήμῳ χρεωστῶν, καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρ' αὐτοῖς ἦν. συνῆγον δέ τι τοὺς δήμους, ὅτε δέοι, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδουν καὶ ἐνεχυρίαζον. Ἀριστοτέλης δὲ περὶ κληθέντας φησί. κατέστησε καὶ δημάρχους, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις. καὶ γὰρ τοὺς δήμους αὐτῶν ναυκραριῶν ἐποίησεν. οἱ πρότερον ναύκραροι εἴτε ὑπὸ Σόλωνος κατασταθέντες εἴτε καὶ πρότερον. οὕτω δὲ τὴν πομπὴν τῶν παναθηναίων ἐκόσμουν; κληθέντες κατὰ δήμους ἀντὶ ναυκλάρων. ἔστι δὲ δήμαρχος ὁ τὴν ἐπώνυμον δῆμον ἔχων ἀρχήν. καὶ ἀσκληπιάδης ὁ ἀλεξανδρεὺς ἴσως κατὰ δῆμον ἄρχοντάς φησι. Δημήτριος δὲ ὁ φαληρεὺς οὕτω φησί. καὶ δημάρχους οἱ περὶ σόλωνα καθίστασι ἐν πολλῇ σπουδῇ, ἵνα οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες διδῶσι καὶ λαμβάνωσι τὰ δίκαια παρ' ἀλλήλων; ἔδει οὖν τὸν δήμαρχον ἀπάγειν εἰς τοὺς οἴκους τοὺς ἐνεχυριαζομένους. Et post paulum: ὄνομα δὲ τῆς πολιτείας οἱ δήμαρχοι, οἷς ἐχρῆν ἐνεχυράζειν τοὺς ἀγνώμονας τῶν χρεωστῶν. id est, *mordet me Demarchus quis ex stragulis.* Et interpres: *Demarchi subscriptiones faciebant debitorum in vnaquaq; tribu, apud hos itidem erant Lexiarchici commentarij, qui continebant nomina eorum, qui tutelam exuebant. Congregabant & tribus, si quando necesse erat, & suffragia siue calculos illis dabant, pignoraq; capiebant.* Aristoteles de Clisthene

sthene dicit: Constituit & Demarchos, qui eandem administrationem adepti sunt, quam prius nauclari, siue a Solone instituti erãt, siue aliquanto prius, Panathenæorum hi pompam ornabant, Clisthene istos (*Demarchos* nempe) loco naucleroũ substituente. Est autem Demarchus, cognominé sibi gerens magistratum seu principatum, a plebe regenda dictus. Asclepiades Alexandrinus: Principes qui populo præerãt Demarchos esse dictos. Demetrius Phalereus sic scribit: Demarchos ii qui circa Solonis tempora erant, magno studio instituerunt, vt hi qui tribubus præerãt, & darent & acciperent ea quæ iusta erant ab inuicem. Officium enim Demarchi erat creditores qui pignora euicerant, in domos debitorum mittere. Et paulo post: Demarchi nomen est magistratus, quibus incumbebat pignora capere ab iniquis debitoribus. Sed forte aliqui patrocinium petent Wolfio e Plutarcho, qui in Politicis præceptis de M. Liuio Druso Tribuno plebis ita scribit: εἰκότως οὖν Ἰούλιος δροῦσος (lege λίυιος) ὁ δημαγωγὸς εὐδοκίμησεν, &c. δημαγωγὸν enim ibi *tribunum plebis* significare. quod tamen Nicolaus Sagundinus vir Græcæ & Latinæ linguæ iuxta peritus vertit: *Liuius Drusus Publicola haud immerito claruit*. Recte, ni fallor, sicut & Paulum ante in Diogenis Cynici vita vertisse diximus; non quod Tribunatum gereret, sed quod plebem assidue coleret, & perpetuis concionibus impelleret ad ferendam legem, vti iudicia ab Equitibus ad Senatum transferrentur, & ciuitas Italiæ daretur, δημαγωγὸν dictum. Nam *Tribunatus plebis*, qualis apud Romanos erat, Atheniensibus incognitus fuit. Demagogum igitur ea ratione, quod Orator & Concionator vehemens fuerit ad demerẽdum fauorem populi; quod suspicatus de eo cum esset Senatus, illum clanculum tolli curauit, vt pluribus exsequitur Velleius Paterculus in lib. 2. Romanæ historiæ. Nam Appianus hunc Liuium aperte, ratione potestatis tribunitiæ δήμαρχον vocat libro 1. ἐμφυλίων; non autem δημαγωγὸν: qui ob eam, quam modo recitauimus caussam, δημαγωγὸς a Plutarcho vocatus est. Qui tamen ab eodẽ in vita Gracchorum δημαρχίαν administrare dicitur. δημαγωγὸν autem dictum, quod facundia & oratione ad plebem persuadendam ducẽdamq; præstaret. Hinc ἀντιδημαγωγίης Plutarcho vox, significans in contrariam partem populum trahere, & voluntati plebis in contrarium niti & refragari, aut plebicolis & demagogis aduersari. Hinc de eodem Druso loquens: ἡ δὲ βουλὴ δείσασα, μὴ παντάπασιν ἄμαχος γένηται, καινὴν καὶ ἀσυνήθη πεῖραν ἐπῆγε τῆς τῶν πολλῶν ἀποτροπῆς, ἀντιδημαγωγοῦσα καὶ χαριζομένη παρὰ τὸ βέλτιστον. ἦν γὰρ εἷς τῶν τοῦ Γαΐου συναρχόντων Λίβιος Δροῦσος ἀνὴρ οὔτε γεγονὼς τινὸς Ῥωμαίων, οὔτε τεθραμμένος χεῖρον. ἤθει δὲ καὶ λόγῳ καὶ πλούτῳ ἐν τοῖς μάλιστα τιμωμένοις καὶ δυναμένοις ἀπὸ τούτων ἐνάμιλλος. ἐπὶ τοῦτον μὲν οὖν οἱ γνωριμώτατοι τρέπονται, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἅψασθαι τοῦ Γαΐου, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τὸν ἄνδρα συστῆναι, μὴ βιαζόμενον, μηδὲ ἀντικρούοντα τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ πρὸς

ὁδὸν ἄρχεται καὶ χαριζόμενος ὑπὲρ ὧν καὶ ἀπεχθάνεσθαι καλῶς εἶχεν. ἐπιδοὺς οὖν ὁ Λίβιος εἰς ταῦτα τῇ βουλῇ τὴν ἑαυτοῦ δημαρχίαν, νόμους ἔγραψεν οὔτε τῶν καλῶν τινὸς, οὐδὲ τῶν λυσιτελῶν ἐχομένους. Ex quibus liquet, (ni fallor) δημαγωγὸν non esse τὸν δήμαρχον. hoc est, *plebis tribunum*, sed eum duntaxat, qui facundia & eloquentia præstet ad alliciendam plebem; sicuti hic Liuius: & *Demarchus* erat ratione tribunitiæ potestatis, & *demagogus* ratione facundiæ & vis oratoriæ, qua plebem colebat & ductabat, qua etiam ratione a lectus fit contra plebis & Gracchanorum studium, ἀντιδημαγωγῆσαι. hoc est, contrarias popularium partes tueri. Valebat enim orationis vi, vt ex Plutarcho liquet, cui & Cicero adstipulatur, qui eum in libro ad Brutum inter oratores refert. *Marcus*, inquit, *Drusus C. filius, qui in Tribunatu Caium Gracchum collegam iterum Tribunum fecit, vir & oratione grauis & auctoritate, quia nimirum plebem ductabat, & publicola seu demagogus merito censebatur.*

CAPVT XVII.

Quod Statius catalogum suum ad effigiem Homerici composuerit; inibique ostensa imitatio.

COElium Lactantium Placidum nunquam fuit quin ducerem doctum & lectu dignum Grammaticum, ni mancus foret, nisi illi plurima indocta, ipsoque plane indigna (quod & aliis euenit) adsuta infarctaque ab indoctorum turba essent. Sed illud sæpe nos vnaque nobiscum Paulus Leopardus noster demirati sumus, quod cum Statius lib. 4. Catalogum suum ad exemplar Homerici composuerit, hic auctor ne gry quidem aut my de ea imitatione meminit. Vt autem euidentius id omnibus pateat, exempla aliquot eius rei subdemus; inprimis autem locum illum celebrem de Thamyra. In quo, ita vestigiis Homeri insistit, vt pene iisdem verbis ipsam rem narret. Sic enim Papinius:

Quos Thygon, & summis ingestum montibus Æpy,
Quos Helos & Pseleon, Getico quos flebile vati
Dorion, hic fretus doctas anteire canendo
Aonias multos Thamyras damnatus in annos
Ore simul citharaque (quis obuia numina temnat?)
Conticuit praeceps, quis non certamina Phœbi
Nosset? & illustres satyro pendente Celenas.

Subdam nunc Homericos versus, vberiores aliquanto, nimirum vt e fonte haustos.

καὶ Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐΰκτιτον Αἰπύ.

Et post vnum versum:

καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα, παῦσαν ἀοιδῆς
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

αἱ δὲ

στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
μοῦσαι ἀείδοιεν. κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο. καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Idem rursus Statius de Arcadibus populis:

—— rarescunt alta Colonis
Mænala, Parthenium fugitur nemus, agmina bello
Rhypeq. & Strauia ventosaq; donat Enispe.
Non Tegea, non ipsa Deo vacat alite fœlix
Cyllene, templumq; Aleæ nemorale Mineruæ,
Et rapidus Clyton, & qui tibi Pythie Ladon
Pene socer candensq; iugis Lampia niuosis,
Et Pheneos nigro Styga mittere credita viti.
Venit & Ideis vlulatibus æmulus Azan
Parrhasijq; Duces, & quæ risistis amores
Grata pharetrato Nouacria rura tonanti;
Diues & Orchomenos pecorum, & Cynosura ferarum.
Ægyptios idem ardor agros & Psophida celsam
Vastat, & Herculeo vulgatos robore montes:
Monstriferumq; Erymanthon, & ærisonum Stymphalon
Arcadis hi, gens vna viris.

Homerus autem,

οἳ δ' ἔχον ἀρκαδίην ὑπὸ κυλλήνης ὄρος αἰπὺ,
αἰπύτιον παρὰ τύμβον ἵν' ἀνέρες ἀγχιμαχηταὶ,
οἱ φενεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ ὀρχομενὸν πολύμηλον.
ῥίπην τε στρατίην τε, καὶ ἠνεμόεσσαν ἐνίσπην,
καὶ τεγέην εἶχον, καὶ μαντινέην ἐρατεινὴν,
στύμφηλόν τ' εἶχον, καὶ παῤῥασίην ἐνέμοντο,
τῶν ἦρχ' ἀγκαίοιο πάϊς κρείων ἀγαπήνωρ
ἑξήκοντα νεῶν. πολέες δ' ἐν νηῒ ἑκάστῃ
ἀρκάδες ἄνδρες ἔβαινον ἐπιστάμενοι πολέμοιο.

Idem Statius:

Ægion Arænemq; & quas Thesia Troezen
Addit opes.
οἳ δ' ἄργος τ' εἶχον, τίρυνθά τε τειχιόεσσαν
ἑρμιόνην, ἀσίνην τε, βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας
τροιζῆν, —— Et rursum:
—— ἠδ' αἴγιον ἀμφινέμοντο.

Et hæc hactenus. Plura poterunt persequi quibus est animus, & maius ocium. Nos veluti digito hoc indicasse contenti sumus. Quod ad primum illum locum attinet de Thamyra, facile is explicatur his Pausaniæ ex Messeniacis verbis: διαβάντων δὲ ἠλέκτραν, ἀχαΐα τε ὀνομαζομένη πηγὴ, πόλεώς ἐστιν ἐρείπια δωρίου. πεποίηκε δὲ ὅμηρος μὲν θάμυριν, ἐνταῦθα ἐν τῷ δωρίῳ γενέσθαι οἱ τὴν συμφορὰν, ὅτι καὶ αὐτὰς μούσας νικήσειν ἔφασκεν ᾀδούσας. h. c. Electram

cum traieceris, & fons est qui Achaius, & rudera oppidi Dorij. Hic auctore Homero Thamyris oculorum accepit cladem, eo quod ipsas Musas cantando se dixerat victurum. Consimilia habet interpres Iliados innominatus, siue is Didymus seu Porphyrius, ad quem lectorem remittimus.

CAPVT XVIII.

Vectius *pro* Actius *in Diomede restitutum; inibiq; de Togatis, & error Scholiastis Q. Sereni notatus, item altera menda sublata.*

Diomedis Grammatici libros quantiuis pretii esse norunt omnes, mendis tamen obsitos plerisque soli docti. In his ex innumeris vnam alteramue annotabimus. In omnibus, quos vidi, Codicibus libr. 3 ita habetur: *Cuius planipedis, Actius Togatarum scriptor ita in aedilitia fabula meminit:*

Datum iri est aurum, exultat planipes.

Vbi magna sponsione legendum contenderim *Vectius*, vt de *Vectio Titinnio* nobili togatarum scriptore, cuius fabulas tam saepe citant Festus, Nonius, Macrobius, sit intelligendum. *Vectium* autem appellatum fuisse testis est auctor imprimis celebris Q. Serenus, qui de medicina versibus conscripsit, hoc praecipue carmine:

Praeterea si forte premit strix atra puellos
Virosa immulgens exsertis hubera labris,
Allia praecepit Titini sententia Vecti,
Qui veteri claras expressit more togatas.

Ridiculus est hic Q. Sereni Scholiastes, vir alioquin eruditus, qui *Togatas* interpretatur *scriptum de claris foeminis Romanis*: cum *togata* (vt patet ex eodem Diomede, & prolegomenis e Cornuto, Aspro Donato collectis in Terentium, sint fabulae instar Comoediarum & Tragoediarum, quae diuiduntur in *tabernarias*, quae correspondent Comoediis, & *praetextatas*, Tragoediis consimiles, dictae *togatae a toga*, quae Romanorum est vestis, quod argumenta & scenica Latina siue Romana habeant, vt Comoediae & Tragoediae, Atheniensia siue Graeca, cum personas ritusque Graecos, vt togata Latinos: de quibus omnibus Deo fauente, in scenicis nostris originibus sumus acturi. Duo praecipue in togatis tabernariis floruere, & citatur ab antiquis L. Afranius, & hic Vectius Titinnius. Quocirca mendosa puto sequentia auctoris verba, vbi scriptum habetur: *Togatas tabernarias in scenam ductauerunt praecipue duo: Ascanius & Q. Ennius; nam Terentius & Caecilius Comoedias scripserunt.* Puto legendum: Afranius & Vectius Titinnius. Nam Ennium etsi Tragoedias & Comoedias scripsisse legimus, togatas nusquam, vtpote quorum inuentio fuerit post Ennium excogitata, florentibus iam theatris & aucta Reipub. Romanae magnificentia. Perperam etiã Scholiastes ille & falso putat, Titinnium a Lactantio in lib. Spectaculorum citari: cum ibi *Sinnius* siue *Sisinnius* legatur.

gatur, & de *Sinnio* siue *Sisinnio* Capitone intelligendum sit, qui persæpe a Festo, Macrobio & Nonio aduocatur.

CAPVT XIX.

Verba quæ habentur Susarionis veteris Comici & mimologi, alio sensu haberi in Græcis versibus, quam illa commemorat Diomedes Grammaticus.

IDem Grammaticus de initiis fabularum agens; *Poetæ,* inquit, *primi Comici fuerunt Susarion Mullus & Magnes. Hi veteris disciplinæ ioculatoria quadam minus scite & venuste pronunciabant, in quibus hij versus fuerunt: Suſſarion hæc dicit, filius Philini Megarensis Tripodiscius. Malum sunt mulieres, sed tamen o populares, non adest inuenire bonum sine malo.* Quo loco pro *Nullus,* alii, *Rhullus,* habent, synceriores *Mylus.* Qui versus in Ioannis Stobæi collectaneis aliter multo leguntur nimirum ad hunc modum.

ἀκούετε λεὼς, Σουσαρίων λέγει τάδε
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

Id est:

Audite populus. hæc dicit Susarion:
Malum sunt mulieres: verum tamen o populares
Hoc sine malo domum inhabitare non licet,
Nam & vxorem ducere & non ducere, malum est.

Posteriorem versum omisit Diomedes, & post primum versum Græcum videtur omissum:

υἱὸς Φιλίνου Μεγαρεὺς Τριποδίσκιος.

Sed id aliorum pensitetur iudicio. quando hæc mancupio dare cuipiam nobis non est animus. Hanc Susarionis sententiam videtur apud Latinos expressisse Q. Metellus in oratione de ducenda vxore ad populum his verbis: Si sine vxore possemus Quirites esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commode, nec sine illis vllo modo viui possit, saluti perpetuæ potius quam breui voluptati cõsulendum.

CAPVT XX.

Lucanum quum de varietate ingeniorum Pompeij & Cæsaris canit, visum esse æmulatum Vellei Paterculi verba.

Lucanus lib. I. Ingenia Pompeii & Cæsaris conferens ita canit:

Tu noua ne veteres obscurent acta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times, te iam series vsusq; laborum
Erigit, impatiensq; loci fortuna secundi.
Nec quenquam iam ferre potest Cæsarue priorem
Pompeiusue parem; quis iustius induit arma.
Scire nefas.

Quæ dum ſcribit Lucanus, quis non illum hæc de Vellei Paterculi hiſtoria mutuatum dixerit, ſic ſcribentis: *Nam neq; Pompeius vt primum Rempub. aggreſſus eſt, quenquam animo parem tulit; Et in quibus rebus primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat, neq; eo viro quiſquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiit.* Hæc ille de Pompeio, de Cæſare vero dicit: *animo ſuper humanam & naturam & fidem eſſe euectum*, & alibi. *Dux bello, peritiſſimus ciuis in toga, (niſi vbi vereretur ne quem haberet parem) modeſtiſſimus.* Quæ cum his Lucani verſibus mirifice quadrant. Huc ſpectat & illud eius dictum, cum iter faceret per obſcurum & humile oppidulum in Alpibus ſitum, interrogatus. An ibi quoq. ſicuti Romæ contentiones de principatu eſſent? reſpondit, *ſe ibi malle primum eſſe quam Romæ ſecundum, tam cupidus erat ille potentiæ & primi loci.*

CAPVT XXI.

De Cæcinna Hetruſcarum diſciplinarum auctore; cur Clodia, Medea Palatina Ciceroni appellata; Atratino vero M. Cælius pulchellus Iaſon. Chyrius expoſitus & emendatus Theagenes Megarenſis.

MIſcella quædam in hoc caput congeram. Seneca in quæſtionibus naturalibus lib. 2. Cæcinnæ cuiuſdam meminit, qui de Hetruſca diſciplina ſcripſerit: imprimis de procuratione fulminum: *Nunc,* inquit, *nomina fulgurum, quæ a Cæcinna ponuntur, aperte perſtringam.* Et paulo poſt: *Hoc apud Cæcinnam inuenio facundum virum, ſi habuiſſet aliquando in eloquentia nomen, & niſi illum Ciceronis vmbra præceſſiſſet.* Fuit autem hic Cæcinna A. Cæcinnæ pater, huius, quẽ in iudicio nobili illa oratione quæ adhuc extat, defendit Cicero, quod in epiſtola ad eum quadam ita idem confirmat: *Si te ratio quædam Hetruſcæ diſciplinæ, quam a patre nobiliſſimo atq; optimo viro acceperas, non feſellit: nec nos quidem noſtra diuinatio fallet.* Chyrius Fortunatianus conſultus, Rhetor diſertus, in 3. Rhetoricæ ſuæ de tranſlatione agens ita ſcribit: *Etiam illa inter tranſlationes ponimus, quæ non verbis, ſed nominibus tranſlatis immutantur, vt cum Atratinus Cælium pulchellum Iaſonem appellat, & Cicero; Clodium Palatinam Medeam.* Quo loco nihil dubito in Chyrio mendum eſſe & legendum: *Clodiam.* Quam enim ineptũ fuerat, Clodium, qui vir erat, *Medeam* appellare. Locus eſt in M. Tullii oratione pro M. Cælio, accuſato non ſolum impudicitiæ, ſed etiam veneficii, & extortæ ad maleficium perpetrandum pecuniæ. Itaq; cum *Atratinus*, quem ego prænomine *Sempronium* fuiſſe arbitrer, tum eundem Cælium in epiſtolis, tum Dionem ſequutus. (*Atracinus* perperam in vulgatis editionibus legitur) a ſolitis illuſtris, primum tyrocinium, rudimentum & famam eloquentiæ auſpicaturus impulſu Clodiæ & familiarum eius, o-

rario-

rationem accusatoriam in illum pronunciasset, & inter cætera probra illi obiecisset (vt apparet) quod pulchritudine corporis & forma fretus nisus fuisset Clodiam ad stupru allicere, illum *Iasonem pulchellum* appellando, quod vt quondam Iason Medeæ, ita iste Clodiæ insigni corporis forma conciliatus, auro eam, tanquã aureo illo vellere spoliasset & emunxisset, quam & postea veneno appetere tentasset. Cicero ad id alludens, & Cælianæ pulchritudinis & formæ vituperium agnoscens: quod tamen Cælio laudi dat Cicero, ita retaliat, vt omnem huius accusationis molem in Clodiam retorqueat. Qui etsi stupri commissi cum ea crimen non omnino agnoscat, ita tamen leui suspensoque brachio illud diluit, tamque friuolis argumentis pugnat, vt ludere potius, quam rem seriam agere videatur: ostendens, etsi hoc ita se haberet tamen id Cælio minime vitio vertendum, quod ad mulierem, quæ se omnibus communem fere præbebat, accessisset, ipsamque potius culpandam, tanquam alteram Medeam, quæ Cælium iuuenem, velut alterum pulchrum Iasonem, suis illecebris occupasset. Itaq; illam ad retundendam Atratini suggillationem, *Medeam Palatinam* vocauit: *Medeam* quidem, quod vt illa quondam e domo paterna profuga, secuta est externum virum Iasonem; ita hanc, quod relictis prioribus ædibus in palatinam regionem commigrarit, vt Cælium haberet vicinum, quotidianoq; eius adspectu frueretur, qui in proximo Ciceronis ædium palatio vicinorum habitabat: quod his Ciceronis verbis melius declaratur: *Reprehensus a patre, quod semigrarit, quod quidem in hac ætate iã minime reprehendẽdum est qui cum & ex Respublic. caussa, iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consequutus, & per ætatem magistratus petere posset, sed etiam suadente, ab eo semigrauit: & cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius & nostras obire domos, & ipse a suis coli posset, conduxit in palatio non magno domum? Quo loco possum dicere id quod vir clarissimus M. Crassus, cum de aduentu regis Ptolemæi quereretur, paulo ante dixit: vtinam ne in nemore Pelio. Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret: nam nunquam hera errans hanc molestiam nobis exhiberet:*

Medea animo ægra, amore sæuo saucia.

Sic enim iudices reperietis, quod cum ad id loci venero, ostendam: hanc Palatinam Medeam migrationemque huic adolescenti caussam sine malorum omnium, seu potius sermonum fuisse. Ex quib. (ni fallor) satis liquet sensus Chytrii: cũ de ea & eius libidine tota oratione agat, illi obiiciendo *Quadrantariæ* cognomen. *Nisi forte*, inquit, *mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.* vocabatur autem per iocũ hæc Clodia *Clitemnestra. Quadrantaria*, teste Quintiliano, quod auctore Plutarcho in vita Ciceronis, Adolescens quidã aliquot æreos quadrantes mercedem stupri, pro argenteis, vel vt alii, aureis, in loculos eius demiserit.

Facete igitur *permutatioeem quadrantariam* dixit Cicero cum balneatore factam, quod quadrans balnearis lauationis esse merces, testante id Satyrico:

Cedere Syluano porcum, quadrante lauari.

Et sunt qui illud lepidum facinus ab hoc Cælio factum memorent, quem illa perdite amabat: vt ea occasione ad hunc scripserit Catullus.

Cœli Lesbia nostra, Lesbia illa, &c.

Quasi obiiceret illi communem secum huius Clodiæ amatoriam consuetudinem. Eadem enim Clodia fuit, quæ Catullo per transnominationem Lesbia, si Apuleio credimus. Hic est ille Cælius, qui sub Pharsalicam pugnā in Italia prætor fuit, auctor nouarum tabularum, nisusque est in inuidiam Cæsaris reducere Annium Milonem, motum iam (hoc conscio) in Apulia cientem. Sed Milone derepente oppresso; cum illi serius hic suppetias tulisset, & ipse cum tota sua cohorte interfectus est; vt tradunt Dion & Velleius Paterculus. Et hoc est, quod alibi deplorat Cicero, illum a suis moribus disciuisse & in deterius prolapsum. Sed huic Centoni tertius iam panniculus adsuatur. Theagenis Megarensium tyranni meminit obiter Aristoteles in Rhetoricis ad Theodecten. Atq; eo modo Tyrannidem illum occupasse, ibi, quo Pisistratus Athenis, qui questus ciuibus suis, sibi ab optimatibus perniciem intentari, præsidium postularit, quo impetrato & accepto, ciues eo subegisse, & tyrannum factum. Huius quoq; meminere Pausanias in Atticis, & Thucydides in 1. qui ait Cylonem filiam eius habuisse in matrimonio, a quo incitatus sit ad Tyrannidem occupandam. Sed & Pausanias in Atticis quo loco *Megarica* percenset, ait illum exstruxisse fontem Megaris, qui ob magnitudinem & ornatum, columnarumq; multitudinem dignus spectatu est, defluente in illum Sithnidum Megarensium aqua. Sed huius capitis iam finis esto.

CAPVT. XXII.

Locus Plauti explicatus in fabula Trinummo, & quod sues *sint* anginæ obnoxiæ. Hyanche, Cynanche, Lycanche. *tum quid Myxa. Errores aliquot e Cælij Aureliani libris expuncti.*

Plauti locus in Trinumo non oscitanter legendus:

Nam fulguritæ sunt alternæ arbores,
Oues moriuntur anginæ acerrime.
Oues scabræ sunt, tam glabræ herus, quam hæc est manus.

Mirum videri posset ni quotidiana experientia hæc comprobaret; *sues anginæ corripi.* Sed præter hunc locum Cælius Aurelianus medicus lib. 3. acutarum passionum ita scribit: *Eam vere, quæ in altera fuerit parte, Paracynanchen vocauerunt.* Item in exterioribus, atque in vtraq. parte tumore constituto hyanchen appellauerunt. siquidem,

ſiquidem ſuum colla his ſæpiſſime inflationibus afficiantur, quos Græce Hyas appellant. Idem eandem paſſionem *Cynanchen*, & *Cyranchen* vocat; quod qui eam patiuntur, canum luporumque tum latratus tum vlulatus imitentur. Plinius lib. 8. de ſuibus loquens, *verum efferantur, & alias obnoxium genus morbis, angina maxime & ſtrumis. Ariſtoteles . . . . . . appellat, malum infra maxillas & fauces, quod cum ad pulmonem peruenerit, moriuntur.* In Cælii Aureliani Chronion libris infinita ſunt menda, ex quibus eſt illud libr. 2. cap. 7. de catarcho. Tum gargariſmum dabimus, calidum mulſum, aut decoctionem Cantabri, & palmularum pinguium & nuxarum. Tu lege, Myxarum, quemadmodum in acutorum morborum, 3. c 3. legitur: *Tum etiam decoctione Hibiſci vel maluæ agreſtis, aut myxarum Syrarum, aut muſci* herbæ. Qui error in Chronion editione Germanica ſæpe occurrit. Sunt autem *myxæ* prunorum genus in Syria naſcentium, affine Damaſcenis, cuius plantationem docet Palladius lib. 3. quæ ab aliis *Sebaſtena* nũcupantur in honorem Auguſti. Arabibus Sebeſten aut Seueſten eſt in arbore mucor viſcoſus & lentor; vnde in Syria viſcum parãt. Plinius lib. 5. c. 13. *In peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, a Syriæ Damaſco cognominata.* Et paulo poſt: *Simul dici poſſunt populares eorum myxa, quæ & ipſa nunc cœpere Romæ naſci inſita ſorbis; Græci myxaria vocant.* Paulus Ægineta: *Myxa, arboris fructus exſilior prunis, vmbris proximus.* Plinius Valerianus ſtypticæ virtutis & frigidæ eſſe ait *myxa*, quæ & *myra* dicantur. Ardores febrium tantum exſtinguit ore compreſſum, & ſitim mitigat, & in cibo ſumtum, ſtomachum erigit, ſolutioni ventris obſiſtit. Rhaſis Seueſten guttur & pectus lenire dicit, ſed Auerrhois in collectione ſua ſimplicium, videtur de muco illo loqui, de quo ſupra diximus, cũ ait: illud in primo gradu calidum, & in ſecundo humidum, præterea leniter purgare, cum myxa ſicca & frigida adſtringendi vim habeant, ſed is per b. non per v. ſcribit. Ioannes Serapion cum de *Sebeſten* ſcribit Iſac Eben Amran citat, qui fere eas vires illi tribuit, quas Plinius Valerianus, medium illi tribuens in calido & frigido. Deſcriptio, quam ipſi tribuit, videtur quadrare cũ myxarum arboris deſcriptione. Ex hac viſcum confici, qui *Damaſcenus* dicatur, e Græcis autorib. refert in Corollario ſuo Hermolaus. Videntur mya veteribus admodum incognita fuiſſe, quando ne Theophraſtus quidem eorum vſpiam meminit. Sed ad alia nunc transeamus.

CAPVT XXIII.

Euripedem odio, gratia & fauore quadam maligne ſcripſiſſe, inibi quod a Corinthiis conductus ſit, vt Medeam liberorum ſuorum interfectricem inuulgaret. Hiſtoria rarior & de Didone *a Marone, vt impudica, immerito traducta.*

Scriptores quosdam nimium affectibus in scribendo indulsisse constat, & de historicis quidem supra diximus. Poetas quoque, etsi candor deceat, tamen interdum compertum his vitiis obnoxios fuisse. Nam & Euripides Athenienses immodice laudibus in cœlum vsq; euehit, & Lacedæmonios rabide insectatur, dũ eos in Andromacha δόλια μηχανήματα appellat, aliisq; cõtumeliosissimis verbis proscindit; Menelaum vbiq; versipellem & maligno ingenio introducens. Quin idem Corinthiis ob accepta quinque talenta gratificatus est, dum infandum scelus ab ipsis perpetratum, in innocentem matrem Medeam reiicit, quam & aliis horrendis flagitiis falso denigrat.

Quod ne vanum quis putet, adferenda sunt veterũ testimonia a Scholiaste Euripidis aduocata, in quibus ita scriptũ est: παρμενίσκος ἐν τισὶν ὡς δραπόντι τάλαντα λαβὼν παρὰ κορινθίων ὁ Εὐριπίδης μεταγάγοι τὴν σφαγὴν τῶν παίδων ἐπὶ τὴν μήδειαν ἀποσφαγῆναι γὰρ τοὺς παῖδας μηδείας, ὑπὸ κορινθίων παρεξωσθεῖσαν ἐπὶ τὸ βασιλεύειν αὐτὴν θέλειν διὰ τὸ τὴν κόρινθον πατρῴαν αὐτῆς κτῆσιν εἶναι, ὃν μετήγαγεν ἐπὶ μήδειαν. Post autẽ subiungit: παρμενίσκος γράφει κατὰ λέξιν οὕτως. ταῖς κορινθίαις οὐ βουλομέναις ὑπὸ βαρβάρου καὶ φαρμακίδος γυναικὸς ἄρχεσθαι αὐτήν τε ἐπιβουλεῦσαι καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀνελεῖν ἑπτὰ μὲν ἄρσενα, ἑπτὰ δὲ θήλεις. Εὐριπίδης δὲ δύο μόνους φησὶν αὐτῇ γενέσθαι. ταῦτα δὲ διωκόμενα καταφυγεῖν εἰς τὸ τῆς ἀκραίας ἥρας ἱερὸν, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν καθίσαι. Κορίνθιοι δὲ αὐτῶν, οὐδ᾽ οὕτως ἀπέσχοντο, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ πάντα ταῦτα ἀπέσφαξαν. λοιμοῦ δὲ γενομένου εἰς τὴν πόλιν. πολλὰ σώματα ἀπὸ τῆς νόσου διεφθείρετο. μαντευομένοις δὲ αὐτοῖς ἐχρησμῴδησεν, ὁ θεὸν ἱλάσκεσθαι τὸ τῶν μηδείας τέκνων ἄγος, ὅθεν κορινθίοις μέχρι τῶν καιρῶν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑπτὰ κούρους τῶν ἐπισημοτάτων ἀνδρῶν ἐναπενιαυτίζειν τῷ τῆς θεᾶς τεμένει, καὶ μετὰ θυσιῶν ἱλάσκεσθαι τὴν ἐκείνων μῆνιν, καὶ τὴν δι᾽ ἐκείνους γενομένην τῆς θεᾶς ὀργήν. Δίδυμος δὲ ἐναντιοῦται καὶ παρατίθεται τὰ Κρεωφύλου ἔχοντα οὕτως. τὴν γὰρ μήδειαν λέγει διατρίβουσαν ἐν κορίνθῳ, τὸν ἄρχοντα τότε τῆς πόλεως Κρέοντα ἀποκτεῖναι φαρμάκοις. δείσασαν δὲ τοὺς φίλους καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ φυγεῖν εἰς ἀθήνας. τοὺς δὲ υἱοὺς ἐπεὶ νεώτεροι ὄντες οὐκ ἠδύναντο ἀκολουθεῖν, καθῖσαι ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς ἀκραίας ἥρας, νομίσασαν τὸν πατέρα αὐτῶν φροντιεῖν τῆς σωτηρίας αὐτῶν. Τοὺς δὲ κρέοντος οἰκείους ἀποκτείναντας αὐτοὺς διαδοῦναι λόγους, ὅτι ἡ μήδεια οὐ μόνον τὸν κρέοντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀπέκτεινε. id est: Parmeniscus tradit, quod olim Euripides quinq; talẽta acceperit a Corinthiis, vt transferret cædẽ liberorũ in Medeam. Interfectos. n. Medeæ liberos a Corinthiis ita succẽsis, quod Medea apud eos vellet regnare Corinthi principatũ (quã pro patriã sibi condidissent) volentẽ in se traducere, in quam demigrassent. Et paulo post: Parmeniscus ad verbũ sic scribit: Corinthiorũ mulieres nolẽtes subesse sub barbara & venefica muliere insidias illi tetendisse & liberis, vt eos interficerent. Septem mares totidemq; fœminæ erant. Euripides duos tantũ illi fuisse tradit. Hos cum insequerentur, fugisse in Iunonis Acreæ templum, & ad aram consedit.

consedisse. Corynthios ne sic quidem abstinuisse, sed supra ipsam aram omnes interfecisse. Cum autem oraculum adiissent, illis responsum, placarent Deam ob piaculum in Medeæ liberos commissum, vnde Corinthiis mos fuit ad nostrã vsq; tempestatem, septem puellos illustrissimorum filios per annum integrũ, ad ipsius Deæ templi ministerium relegare, & iram tum eorum, tum quam Dea ex tali facinore concepit, sacrificiis placare. Didymus vero huic traditioni repugnat, & adfert quæ Creophylus tradidit, quæ sic habent. Medeam enim dicit degentem in Corynthο, Principẽ ciuitatis Creontem, veneficiis interfecisse. Metuentẽ vero amicos & proximos genere ipsius principis, aufugisse Athenis, liberos vero ipsius cum tenerioris essent ætatis, illam subsequi non potuisse iussos ab ea in aram Iunonis Acreæ considere, rata patrem Iasonẽ curam salutis filiorũ gesturũ. At familiares & domestici Creontis cum interfecissent eos, rumores deinde spatsisse, quod Medea non solum Creontẽ, *sed etiam sui ipsius liberos interfecerit. Hæc ille, quem rumorem cõfirmauit Euripides, edita fabula Medea, in qua ipsam suos liberos interficientem introduxerit, conductus ad id a Corinthiis quinq; (vti diximus) talentis.* Quod si verũ est, magna mehercule improbitas Poetæ, qui ingeniũ venale & mercedi expositum ad fingẽda mẽdacia habuerit. Tolerabilior Maro, qui pudicissimã Didonem infamia stupri asperserit, nõ mehercule aut mercede aut odio inductus, sed vt suum poema adornaret ad effigiem Homerici, in quod Vlysses apud Circen & Calypsonem hærẽs amori indulserit.

CAPVT XXIII.

Achillis velocitas, *quibus Poetarum hyperbolis sit notata.*

ACHillem pedibus pernicissimis fuisse, velocitatisq; eximiæ traditum quæ res ansam dedit poetis hyperbolis in eum ludere. Nam cum Homerus subinde dixerit, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, aut ὠκὺς Ἀχιλλεύς: Pindarus in 3. Nemeorum Ode velocitatem illam extollendo, ita cecinit his carminibus:

ξανθὸς τ᾽ Ἀχιλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις,
παῖς ἐὼν ἄθυρεν
μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινά,
βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,
ἴσα τ᾽ ἀνέμοις μάχᾳ, λεόντεσσιν ἀγροτέροις
ἔπρασσεν φόνον.
κάπρους τ᾽ ἔναιρε σώματα
δὲ παρὰ Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα, κόμιζεν
ἑξέτης τὸ πρῶτον. ὅλον δ᾽ ἔπειτ᾽ ἂν
χρόνον τὸν ἐθάμβεον, Ἄρτεμίς τε θρασεῖά τ᾽ Ἀθάνα κτείνοντ᾽ ἐλάφους
ἄνευ κυνῶν
δολίων δ᾽ ἑρκέων.
ποσσὶ γὰρ κράτεσκεν.

Id est:

Flauus Achilles manens in Philyra domo ludens perfecit opera magna adsidue breuis ferri iaculum vibrans, aequali ventis pugna agrestioribus Leonibus caedem inferens, sustulit & apros; corpora vero eorum antelantia ad Saturnium, rem tantū adducens, & primum quidē illam, dein omni vita tēpore hunc admirata sunt Diana & audax Minerua, ceruos interficiens absq; canibus & dolosis retibus: pedibus enim valebat. Quae res Euripidē quoq; in Iphigenia in Aulide mouit, vt Achillem ἰσάνεμον appellarit, *aequalem* videlicet *ventis* celeritate:

τὸν δ' ἰσάνεμον ποδοῖν
λαιψηροδρόμον ἀχιλῆα.

CAPVT XXV.

Iocum Publij apud Macrobium in inuidum hominem Mutium prius prolatum esse a Bione Borysthenide.

IOcus cuiusdam Publii extat in Mutium quendam, hominem valde inuidum huiusmodi: *Publius* (inquit Macrobius) *Mutium inprimis maleuolum cum vidisset solito tristiorem; aut Mutio* (inquit) *nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.* At hoc iam diu ante iaculatus est in inuidum quendam Bion Borysthenites Philosophus (vt inquit Laertius) nam is cum vidisset inuidū valde tristem; nescio, inquit, vtrum tibi malum, an alteri bonū contigerit. Consimile huic est quod refert Antonius gnomologus in Meliss. de Anacharside qui interrogatus, *cur homines subinde tristentur*, dixit. *quia non solum propria mala illis molesta sunt, sed etiā aliena bona.* Econtra Theophrastus dicebat, *malos non tam delectari suis bonis, quam alienis malis.* Vnde quidam inuidiam etiam animae tinearn vocauit. Vt enim Persius vere cecinit:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

CAPVT XXVI.

Germanici Caesaris versionis Aratai carminis aliquot loca castigata & exposita.

NObilissimi viri Germanici Caesaris versio Arati Phaenomenon extat; seu potius doctissimae illius versionis fragmentū. Ex qua versus aliquot non dedignatus est citare Lactantius Firmianus; sed poetae carminibus interdum adeo inuersis, adeo deprauatis, vt si autor ipse reuiuisceret, interdum pro suis non agnosceret, nos quantum in nobis fuit, collatis etiam aliorum versionibus & commentariis praecipue Archetypum Graecum huic conferentes, studuimus quaedā ex his restituere & enodare. In quo si qui forte maiorē operam & diligentiam a me debuisse praestari dicat, sciant ne nobis quidē haec valde placuisse, aliunde castigationis codicis opem & fidem expectantibus. In principio igitur eo versu:

Nunc

Nunc vocat audaces in cœlum tollere vultus.

vacat legendum videtur:

——geminis determinat axem

Quem Graii dixere polon—— lege *geminus*, nam Græce est
δι' αὐτοῦ οἱ ἀμφοτέρωθεν.

Siue Aretis seu Romanæ cognominis vrsæ.

Liber antiquæ editionis melius habet: *Seu*
Romani cognominis vrsæ. Auienus:

——vt mundus subit Arctos.

Sic astrum dici Gnidius dedit, Auson easdem
Voce feras vrsasque & plaustra vocare solemus,
Plaustrum vel facies stellarum proxima vera.

Alia editio habet *proxima vero*, sed *vera* legẽdum. Vnde Auienus:

Fabula namque vrsas, species dat plaustra videri
Dicta exercere domini famuli Corybantes.

Antiqua editio *Dicto* habet, & melius. Sic enim Aratus:

——ὁ μὲν ἔτι κουρίζοντα
δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν ἰδαίοιο
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο——δίκτον (inquit Theon)

ἀκρωτήριον τῆς κρήτης, πλησίον τῆς ἴδης, τὸ κρηλικοῦ ὄρους. Ob hoc Callimachus *Iouem Dictæum*, hoc est, Cretensem, vt Scholiastes declarat, appellat: qui *Dictyn* montem Cretę esse dicit: Sic enim hymno in Iouem:

πῶς καί νιν δικταῖον ἀείσομεν ἢ λυκαῖον. id est:

Dectæumne canam nunc illum siue Lycæum.

——haud prius vlla
Cum sol Oceano fulgentia condididit ora
Stella micat cœlo septem qua Cressia flammis

Stellam Cressiam, Helicen vocat, quam Iouis in Creta nutricem vult Aratus, *Septem flammas*, septentriones intelligit. Vnde in Aratea carmine Cicero: *Quas nostri septem soliti vocitare triones.*

Hæc sic Auienus:

non vlla facem succenderit vnquam
Stella prior, neque flamigeros edixerit ortus,
Ante alia immerso cum iam Titanius orbe
Imbuit, & tremulo Tartessia terga rubore
Cressia quam flammans inter primordia noctis
Motor agat vultusque sacros ostendat olympo.

Cressia, Helice flammans, septentrionibus suis:

Deinde:

Has inter medias abrupti luminis instar,
Immanis serpens sinuosa volumina torquet.

Tu lege *fluminis.*

τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας, οἵη ποταμοῖο ἀπορρώξ. Quod confirmant Ciceronis & Auieni versiones. Cicero 2. de Natura Deorum:

Has inter veluti rapido cum gurgite flumen
Tortus Draco serpit subter supraque renoluens.

Et Auienus:

Inter vtramque dehinc praeclari nominis Arcton
Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu
Squammeis agmen agens Draco voluitur, atq; obit ambas
Spirarum curuis anfractibus, —— Porro cum dicit,
—— *mirabile monstrum,* expressit illud Arati: μέγα θαῦμα
—— Auienus —— *fundunt sese vltima monstri Agmina lubricus*
angues. Anguis in antiqua editione sequitur:
Inde Helicen sequitur senior, baculoque minatur
Seu ille Arctophylax, brachii molimine, siue is
Icarus ereptam pensat qui munere vitam.

Et expresserit prioribus illis duobus versiculis illud Arati:
ἐξόπιθεν δ' ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
ἀρκτοφύλαξ —— nam illud —— *baculoque minatur*
—— *brachii molimine.* —— aurigantis speciem exprimit.

Vnde & Rufus Auienus:

Et licet instanti similis, similisque minanti.

Nam vt Theon Arati interpres scribit sensus hic est: ὄπισθεν δὲ τῆς ἑλίκης τῆς ἄρκτου φέρεταί τις ἐλαύνοντι, ὅμοιος ὁ καλούμενος ἀρκτοφύλαξ, ὁ δὲ ἐλάοντι ἐοικὸς, διὰ τὸ τῇ δεξιᾷ καλαύροπα φέρειν, καὶ τῇ ἀριστερᾷ ὥσπερ ἐφάπτεσθαι τῆς ἁμάξης τῆς ἄρκτου δηλονότι. δοκεῖ γὰρ αὐτὴν φυλάττειν. βοώτης δὲ τῆς λεγομένης ἄρκτου ἤγουν τῆς ἁμάξης. ὥσπερ ὢν ἐν αὐτῇ βοῦς ἐλαύνων καλαύροπα φέρων. ὅ ἐστι ῥόπαλον. Id est, *A tergo Helices vrsae fertur quis auriganti bouesque impellenti similis, eo quod dextra baculum gestet, seu pedum pastorale, sinistra vero tangens currum, (vrsa scilicet) videtur enim eam custodire. Bootes siue Bubulcus vrsae sic dicta seu plaustri, tanquam boues eius impelleret,* καλαύροπα ῥόπαλον, hoc est *clauam interpretatur.* Suidas vero *baculum,* seu virgam pastoralem appellat. Quod autem dicit 5. siue 16. *Icarus* Hyginum contemporaneum suum, seu potius Nigidium sequutus est. Hyginus enim. *Icarum Erigones patrem veteres hunc opinati, quem vinum quod a Libero patre acceperat, Atticorū finibus importasse plaustris, vnde Bootes dictus, Pastoresque cum id gustassent, & inde ceruii facti iacerent, viderenturque mortuis similes, rati alii venenū illis datum, Icarum obtruncarunt.* Itaque a Germanico recte dictum:

Icarus ereptam pensat qui munere vitam.

hoc est, vitam amittit & impendit ob datum munus & donum vini. Qui videtur ob id τρυγητὴς quoque dictus esse seu *vindemiator,* vt auctores sunt Theon, & huius Germanici interpres. Subdit idē:

Sed proprio tamen vna micat sic nomine flamma
Arcturum dixere, sinus qua vincula nodant. Aratus:

—— ὑπὸ ζώνῃ δὲ οἱ αὐτὸς
ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.

Cicero in 2 de Natura Deorum:

——subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis Arcturus nomine claro.

Et Rufus Auienus:

Nec minus in membris lux olim maxima vibrat,
Omnibus ardet apex, capiti micat ignea late
Dextera, flammam humeri flammam mouet instar
Inter vtrumque femur qua se confinia lucis
Diducunt pedibus maior qua luminis auras
Verberat, & rutilo sydus magis æstuat astro
Nam locus Arcturo sacer adscribitur illinc
Aurea qua summos adstringunt cingula amictus.

Quibus indicat, sese ita intelligere Aratum, vt intellexerunt Hyginus, & interpretes Germanici. Qui dixerunt Arcturum situm inter genua vtraque Bootis multum sub zona

Quam te Diua vocant —— Lege
Quam te diua vocem,——
Siue illi Astra genus fuerit, quem fama parentem
Tradidit astrorum, seuero intercipit æuo
Ortus fama tui,—— Legendum *contenderim.*
Seu genus Astræi fueris, quem fama parentem
Prodidit astrorum seu vero intercidit æuo
Ortus fama tui,—— Sic Aratus:
εἴτ' οὖν ἀστραίου κείνη γένος, ὅν ῥά τέ φασιν
ἄστρων ἀρχαῖον πατέρ' ἔμμεναι,

Rufus Auienus hæc nostra confirmare videtur. Sic enim:

Quam te quam memorem, siue est genitor tibi summus
Iuppiter ex Themide in terras demissa parente
Seu patris Astræi clarum es genus, aurea cuius
Sidera sunt proles.

——nec designata subire

Dedignata, vt recte habet antiquior editio.

Rarius inuasit—inuisit melius, vt recte habet alius Codex.

Increpito partumque. Lege *patrum.*

Tunc lympha tenues, tunc est tristissima tellus.

Hoc ideo dicit, quod terra tum segete sua denudata sit conuecta in horrea, nimirum Leone Solem obtinente. Quod explicat Arati carmen.

αἱ δ' ἔτι κ' ἀσταχύων κεινεαὶ φαίνονται ἄρουραι. id est:
Agri vndique spicis vacui apparent.
Nec mihi tunc remis pulset vaga cerula puppis.

Vada lege *Vada cerula*, mare appellat quod nauibus transnadetur & permeetur Reliqua vbi melior occasio dabitur, latius solertiusque inuestigabimus. At nunc & huius capitis & libri modus finisque esto.

MISCELLANEORVM EPIPHILLIDVM,

Liber X.

IACOBO NICOLAO LOENSE Auctore.

CAPVT I.

Lilii Gyraldi error in lib. de Poetis, qui duos fuisse Euhemeros putat, & quod in errorem ductus sit, a vitiato Codice Censorini; vbi pro Euemerus, Euenus, legi debet.

NEmo me putet viri doctissimi Lilii Gyradi optime de literis meriti laboribus aliquid velle detrahere, dum illius errorem aperio. Contigit hoc sæpe multis egregiis doctisque viris, vt in errorem per vitiatos Codices ducerentur, sicut nūc quoque ipsi Gyraldo euenit, nam de elegiographis Poetis agens, post Mimnermū, Philetam & Callimachum, ipsum etiam Euemerum inter eos recenset. Post autem, tanquam se castigaturus, duos fuisse dicit Euemeros, vnum videlicet *Tegentem*. elegiographum: alterū illo multo vetustiorem, qui de Diis impia quædam scripserit Messeniusq; fuerit. Quod recte nullo auctore facit. Nam etsi auctores varient in illius patria, vnum tamen eundemque semper denotant; nuspiam elegias illum scripsisse autumantes, sed tantum de Diis historiam, quam verterit Ennius, & sacram appellarit, in qua vere illorum natales origines, vitam, loca, vbi egerunt, dum in viuis essent, mortes quoque & sepulcra & progeniem commemorant, homines illos Reges & Principes plane eos declarando & mortales, ob quam rem impius sit declaratus; (vt sunt auctores, de Græcis Clemens Alexandrinus, & Eusebius; de nostris vero Lactantius & Minutius Fœlix. Quorum hic posterior: *Euemerus* (inquit) *exsequitur & eorum* (Deorum scilicet) *natales patrias, sepulcra, & enumerat, & per prouincias demonstrat, Dictæi Iouis; & Apollinis Delphici, & Cereris Eleusiniæ, pro diis assumtas in Deos loquitur, qui errando inuentis nouis frugibus vtilitati hominum profuere.* Huius autem historiæ meminit & Augustinus libro de ciuitate Dei 17 etsi ibi pro *Euemerus, Homerus*, scriptum sit, in quibusdam Codicibus. tam etsi varient in illius patria, eundem semper denotant. Quod ex testimoniis facile liquet. Lactantius enim, qui Messanæ Siciliæ ortum facit, ita inquit: *Antiquus auctor Euemerus, qui fuit ex ciuitate Messana.* Qua in re lapsus haud debet esse, cum Græcos non animaduer-

animaduertit loqui de *Messene*, quæ est in Peloponeso, nisi forte de eadem sentit, quæ Dorice *Messana* etiam effertur, cognominis plane Siciliæ ciuitati. Auctorem habet in ea re Ælianum, qui in 2. variæ historiæ de hoc ita loquitur. *Nemo barbarorum eam cogitationem induxit in animum, quam vel Euemerus Messenius, vel Dionysius Phryx, vel Hippon, vel Diagoras, vel Sosias, vel denique Epicurus. Sed barbari hi, quos dixi,* contendunt & esse Deos, & nostri curam gerere, & præsignificare futura per aues signa vel omina, viscera & alias quasdam obseruationes atque doctrinas, οὐδεὶς γοῦν ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἵαν ὁ Εὐήμερος ὁ Μεσσήνιος &c. Cui subscribit & Clemens interpres; *Euemerus*, inquit, *est hic, quem quidam dicũt Messenium.* At Clemens hunc eundem in protreptico *Agrigentinum facit*. Qua de caussa, inquit, venit mihi in mẽtem admirari quonam modo Euemerum Agrigentinum & Nicanorem Cyprium, & Diagoram & Hipponem Melium & illum post hos Cyreneum, cui nomen erat Theodorus, & multos alios, qui moderate & continenter vixerunt, & reliquis hominibus acrius hũc de diis errorem perspexerunt, impios & ἀθέους, hoc est, *absque Deo cognominarunt*. Meminit eius quoque, vt impii, & qui Deos eorumque gubernatula penitus sustulerit, Theophilus martyr in 3. ad Autolycum, vbi in interprete male *Enimarium* pro *Euemerus*, legitur. τὰ γὰρ περὶ Εὐημέρου τοῦ ἀθεωτάτου περισσὸν ἡμῖν καὶ λέγειν, πολλὰ γὰρ περὶ θεῶν τολμήσας φθέγξασθαι ἔσχατον καὶ τὸ ἐξόλου μὴ εἶναι θεοὺς ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται. Id est: *Ea vero quæ pertinent ad Euemerum impiissimum, superfluum est nobis enarrare, cum enim multa de diis ausus esset loqui, postremo ex toto eos sustulit, nullos esse affirmans.* Sed sponte & casu omnia gubernari. Hic tamen & animæ immortalitatem & μετεμψύχωσιν ante Pythagoram introduxit, & de vnius Dei Monarchia disputat, vt merito laudatus sit ob hoc a Clemente tanquam falsorum Deorum repudiator. Neque ii, qui Tegeatem faciunt, alium quam hunc antiquissimum Philosophum & historicum designant. Plutarchus in Placitorum 1. sic de eo agit: ἔνιοι τῶν φιλοσόφων καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς, τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς ἰάμβοις γράφων:

εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε
οὗ τὸν πάλαι χαλκίον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψήχει.

quæ sic conuertit Budæus: Verum enimuero nonnulli Philosophorum, quemadmodum Diagoras Melius, Theodorus Cyrenensis, Euemerus Tegeates, Deos prorsus nullos esse censuerunt. Euemerum autem Callimachus Cyrenensis in iambis suis taxat hunc in modum scribens:

In subur banum delubrum confertim ite,
In quo iam priscum æneum qui finxit Iouem,

Insolens senex improba volumina scribat.

Post tamen idem Plutarchus in libr. de Iside & Osiride *Messenium* vocat, sicuti Arnobius Clementi adstipulatus, *Agrigentinum*. Politianus ex sexto Empirico, qui & ipse hūc inter impios ponit, hoc carmē vt Timonis Phliosii citat, sed deceptus quod sextus auctorē non nominauit. Theodoretus item hūc vt *Tegeatem* nominat in 3. Therapeutices, vbi de atheis agit: *Haud itaq;*, inquit *Soli Athei*, h.e. *Deū negantes, habendi sunt Diagoras Milesius (Melius legendu) Cyrenaus Theodorus Euemerusq; Tegeates, & quicunq; hos consectati sunt.* Ductus est autem in errorem Gyraldus auctoritate Censorini, vbi sic vitiose legitur: *Hos sequuti elegiaris Callinus Mimnermus, Eueanerus.* vbi reponendum: *Hos sequuti Elegiaci Callinus, Minnermius, Euenos, mox Archilochus &c.* Fuit enim *Euenus* Elegiographus. Duos enim hoc nomine poetas elegiographos commemorat Suidas. ἐυήνυς (inquit) ἀναγράφυσι δύω ἐλεγειῶν ποιητάς, κὴ ἀμφοτέρους πάρίυς. Leguntur autem Eueni titulo complures versus elegiaci, tum apud Stobæum & Epigrammatum scriptores, tum etiam reliquos gnomologos. Ex quibus illud est decantatissimum carmen, quod imitatus Ouidius est, vt ostendit Politianus, quod hodieque in Græcorum epigrammatum farragine sic εἰς μύῤῥινόδων legitur.

CAPVT II.

Loca alia in eodem Censorino castigata, & pro follis, Phrynis *legendum, quid* Φρύνις, *cum de* Pollete vate.

IN eodem Censorino locus est alter deprauatior in hunc modū: Quæ species cum iam displiceret, & integra breuior diceretur, magnitudine Pindari asserta est, qui etiam libros innumeris modis edidit. Hos sequuti Musici Timotheus & Pōdos & Hypericles, & Follis, & clarissimus tum peritia, tum eloquentia Aristoxenus, modulari prolimen cantus. Quem mēdosissimum locum ita opinor legēdum: *Hos sequuti Musici, Timotheus, Philoxenus, Melanippides & Phrynis, & clarissimus, tum peritia, tum eloquentia Aristoxenus, modulati primū cantus.* Et fuit, cum loco *Philoxeni* legendum censuerim *Terpandrum.* Sed omnibus perpensis vidi *Terpandrum* in eum numerū non posse referri, vtpote qui teste Athenæo Hesiodi pronepos, & Lycurgi tēporibus fuerit, & sic 40. amplius Olympiadibus Pindarum præcesserit: cū Censorinus hic loquatur de iis, qui Archilochum, Simonidem, Eupolin, Alcmana, Telesillā & Pindarum sequuti sunt. Nam vetustissimi poetarū heroici fuere, quorum poemata certis legibus modorū Terpander & reliqui vetustiores Musici decantarunt. Sequuti inde Lyrici, qui minutiores magisq; varios modos canerent, quod cum reprehensioni esset obnoxium, Pindari auctoritate factū, vt demum decorū id esset. Hos sequuti Dithyrambici, qui iidē & Musici erant, omnē Musicę

vnli-

virilitatem fregerunt, proq; corruptoribus Musicæ habiti sunt cuiusmodi fuere ii, quos modo memorauimus, Timotheus, Philoxenus, Phrynis, & Melanippides; qui non aliorum carmine, sed suos multiflexiles modos dithyrambicos tibia citharaue cecinerũt, quos incessit Musica apud Pherecratẽ, aitq; se ab his distortã, effœminatã & dissolutam, sicut plurib. versibus, quos in Musica sua refert Plutarchus, deplorat. Ceterũ vt quis iste Phrynis sit, clarius elucescat, Suidas & Aristophanis interpres hęc de eo commemorant: φρύνις κιθαρῳδὸς μιτυληναῖος, ὅς ἐδόκει πρῶτος κιθαρίσαι παρ' ἀθηναίοις, καὶ νικῆσαι παναθηναίοις ἐπὶ καλλίου. ἦν δὲ ἀριστοκλείδου μαθητής, ὁ δὲ ἀριστοκλείδης τὸ γένος ἦν ἀπὸ τερπάνδρου, ἤκμαζε δὲ ἐν τῇ ἑλλάδι κατὰ τὰ μηδικά. δόκιμος κιθαριστής. παραλαβὼν δὲ τὸν φρύνιν αὐλῳδοῦντα κιθαρίζειν ἐδίδαξεν. Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις μελοποιοῖς τὸν φρύνιν λέσβιον φησὶ κάνωπος υἱόν. τοῦτον ἱέρωνος τοῦ τυράννου μάγειρον ὄντα, δοθῆναι σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἀριστοκλείδῃ. ταῦτα δὲ γρυδίοις ἔοικεν. εἰ γὰρ ἦν γεγονὼς δοῦλος καὶ μάγειρος ἱέρωνος, οὐκ ἂν ἐσιώπων οἱ κωμικοὶ πολλάκις αὐτοῦ μεμνημένοι ἐφ' οἷς ἐκαινούργησε, κατακλάσας τὴν ᾠδὴν παρὰ τὸ ἀρχαῖον. Id est: *Phrygius Cytharœdus Mitylenaus, qui videtur primus apud Athenienses cithara cecinisse, & vicisse Panathenaiis Callia principatu. fuit autem discipulus Aristoclidis. Aristoclides autem genus duxit a Terpandro. floruit autem in Græcia Medicis temporibus, probatus admodum cytharista. Excipiens autem Phrynin tibiis canentem, cithara uti docuit. Istrus vero in Melopœiis inscripto libro, Phrynum Lesbium fuisse Canopi filium tradit, hunc cum Hieronis Tyranni coquus esset, donasse cum aliis multis ipsi Aristoclidi.* Sed hæc nugis similia videntur. Non enim hoc tacuissent Comici, huius crebro mentionem facientes; ob ea quæ in Musicam noua introduxit deformans cantum a prisco more. Quocirca sugillatur, vt diximus a Pherecrate:

φρύνις δ' ἴδιον στρόβιλον ἐμβαλών τινα
κάμπτων με καὶ στρέφων ὅλην διέφθορεν
πέντε χορδαῖς δώδεκ' ἁρμονίας ἔχων,
ἀλλ' οὖν ἔμοιγε χοὖτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ.
εἰ γάρ τι κἀξήμαρτεν, αὖθις ἀνέλαβεν, Id est:

Phrynis proprium tormentum iniiciens quoddam,
Incuruans me & inuertens totam corrupit,
Quinque chordis duodecim harmonias habens
Et quidem me sic abutitur vir.
Quod si quid vani sit rursum resumit.

Et Aristophanes in Nebulis.

εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπὴν,
οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ φρύνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους. Hoc est.

Si quis prauo more vti, & inflectere quandam flexionem,
Quales nũc sunt secundũ Phrynim, huiusmodi difficulter flexiles
Triuerit percussus, multas veluti Musas disparere faciens.

Quin & Philoxenum, & alios dithyrambicos insectatur, quod Cyclium chorum, & multiplicis musicæ inflexiones introduxeriat corruptelas illas, numerorum variationes Musicę arbitrantes tum quod monstrosis verborum compositionibus vterentur & tumidis. Porro nos *Phrynis* substituimus, olim *pelles* legebamus, sed hic vates, non Musicus fuit, de quo Suidas in dictione σύμβολον. σύμβολον, inquit, οἰώνισμα σημεῖον μαντεία. λέγεται δὲ καὶ μελάμποδος ἢ πήλητος ἰδεῖς, οὗτοι γὰρ ἦσαν μαντικοὶ ἄνθρωποι. id est: Symbolum est augurium, signum vaticinatio. Dicitur enim tum Melampedis, tum Pelletis indigere, hi enim fuere diuinandi periti. Meminit & Marinus Neapolitanus in vita Procli præceptoris sui, de illius sagacitate & prudentia loquens: ἀνιόντι δὲ αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπολιν, περιτυχὼν ὁ θυρωρὸς ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ ἤδη τὰς κλεῖς ἐπιθήσειν μέλλων ταῖς θύραις, ὥστε καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν. ἐπ' αὐτῶν δὲ ἐρῶ τῶν τοῦ ἀνθρώπου ῥημάτων, ἀληθῶς εἰ μὴ ἦλθες ἔκλειον. καὶ τί ἂν ἐγένετο σύμβολον τούτου προφανέστερον, καὶ οὐδὲ πολλῶν τῶν μελαμπόδων, ἢ τῶν ὁμοίων εἰς κρίσιν δεόμενον. quæ sic vertit Georg Xylander: *Cum iam ad arcem peruenisset, ianitor adfuit ad introitum, repagula foribus obditurus vt enim ad illum diceret (ipsius autem hominis verba referam) certe nisi venisses clausissem. Et quod potuit esse omen manifestius, quodque minus Pollete vel Melampode vel similibus egeat interpretibus.*

CAPVT III.

Ouidij carmen in Ibin de Lino clarius aliquanto expositum, inibiq; quot Lini, & eorum historia. Censorinus emendatus.

OVidii versus in Ibin sunt:

> *Prædaque sis illis, quibus est Latonia Delos*
> *Ante diem rapto non adeunda Thaso.*
> *Quiq; verecunda speculantem membra Dianæ.*
> *Quiq; Crotopiadem diripuere Linum.*

In quibus duobus prioribus versibus innuit, ni fallor, Thasum Deloami Apollinis sacerdotis in Delo filiū, de quo Hygenius: *A canibus consumti sunt; Actæon Aristæi filius, Thasus Deloami sacerdotis Apollinis filius.* Ex eo Delo nullus canis. Vnde versus ille eluce scit:

Ante diem rapto non adeunda Thaso. Vbi perperam *Thraso* legitur. Tertius versus Actæonem insinuat. Vltimus Linum Apollinis & Psamatis Crotopi filiæ filium, qui inde *Crotopiades* dicitur. Ceterum quod hic puer *Linus* vocatus sit, difficulter inuenias. Cælius Placidus fabulam his verbis commemorat: *Crotopus*, inquit, *Rex Argiuus fuit, qui Apollinem Typhonis cæde pollutum expiauit, huic filia Psamathe fuit*, cum qua Apollo concubuit, e quo compressum ... edidit, quod Apollo indignanter ferens, in vindictam iniuriæ suæ iniecit monstrum, quod Cimicus occidit. Deest hic (nam commentarii mutili hic videtur) *Linum, & a canibus discerptum*; quod tamen notauit Statius. Nam postquam historiam de nato expositoque puero retexuit, subdit:

—viridi

——viridi nam cespite terræ
Proiectum temere, & patulo cœlum ore trahentem
Dira canum rabies morsu depacta cruento.
Disicit.——

At nec ipse Lini nomen commemorat. Historiam paucis comprehendit Pausanias lib. I. in Atticis. Psamethā aiunt sub patre Crotopo regnante apud Argiuos, ab Apolline fuisse compressam, nimioq; patris metu puerum, quem ex eo pepererat exposuisse: hūc Cares, qui ab armentis Crotopi eo venerant, dilacerarunt. Apollo Argiuorum vrbi pœnam immisit, &c. *Linum* autem hunc puerum nuncupatum fuisse idem Pausanias docet in Corinthiacis, *In Archiuorum vrbe fuisse templum Lycij Apollinis, & in eo Tumuli* (inquit) *insunt: vnum quidē Lini filij Apollinis & Psamathæ Crotopi filiæ: Alterum Lini esse perhibent, eius qui carmina conscripsit.* Sed quoniam de Lino variæ sunt narrationes, omnes hic subtexam. Vnus igitur, de quo modo diximus, infanculus periit. De quo fortè Statius Papinius in 5 Syluarum:

——hic vulnere caræ
Coniugis, inuenit caneret quod Thracius Orpheus,
Dulce sibi sic busta Lini complexus Apollo
Non tacuit.——

Fuere præterea duo alii Lini, de quibus Pausanias in Bœoticis. Dicitur Linus hic Vraniæ filius esse, & Amphimari Neptuni filii, Musicæ autem gloria omnes & sui temporis superasse homines, & qui ante eum vixerūt: ab Apolline præterea esse occisus, cum cantu esset æqualis. Propter Lini obitum, & ad Barbarorum vsque regionem luctus peruasit, ita vt Ægyptii quoq; cantum Linum cōponerent. Vocant autem Ægyptii canticum lingua vernacula Emanerum. Ex iis autem, qui Græcis carmina ediderunt, Homerus sciens vtique Græcam esse cantilenam Lini calamitatem, in Achillis clypeo inquit Vulcanum tum alia expressisse, tum puerum citharædum, de Lino qui cantabat:

τοῖσι δ' ἐν μέσσοισι παῖς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε λίνον ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.

id est:

Hic puer in medio cithara resonantia fila
Pulsabat, pulcrumque Linum bene voce canebat.

Pamphus autem, qui Atheniensibus hymnos edidit antiquissimos cum dolore ob Linum ingrauesceret, Oetolinū eum vocauit. Sappho Lesbia mutuata *Oetolini* nomen ex Pamphi versibus, Adonim quoque *Oetolinum* appellauit. Thebani apud se sepultum fuisse Linum aiunt, & post Græcorum ad Chæroneam acceptam cladē, Philippum Amyntæ filium per quietem admonitum, sublata Lini ossa in Macedoniam asportasse, eundemque postea viso alio somnio, Thebas Lini ossa remisisse. Superiores tamen Homeri ver-

ſus interpres innominatus, quem alii Porphyrium, alii Didymum arbitrãtur, de Lino puero, cuius prius meminimus, interpretatur. Sic enim in 19. in Iliad. λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν) ἀντὶ τοῦ τὴν ἐπὶ Λίνῳ τῷ Ἀπόλλωνος παιδὶ ᾠδήν, ὅστις νήπιος ὢν ὑπὸ κυνῶν ποιμενικῶν διεσπάσθη πρώτην ᾄδουσαν. Id eſt: *Pulcrumque Linum bene voce canebat*) hoc eſt, *Cantilenam de Lino Apollinis filio adhuc puero, & a paſtoritiis canibus dilacerato adprime canentem.* Sunt tamen qui hic Linon intelligant e lino chordas, vt habent idem interpres & Suidas. De tertio autem Pauſanias ita ſubdit: λέγεται δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ὑπὸ Θηβαίων, ὡς τοῦ Λίνου τούτου γένοιτο ὕστερος ἕτερος Λίνος καλούμενος Ἰσμηνίου, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἔτι παῖς ὢν ἀποκτείνειεν, διδάσκαλον μουσικῆς ὄντα. Id eſt *Dicuntur item a Thebanis huiuſmodi quædam alia. Poſt Linum hunc, alium quendam Linum natum, Iſmenii nomine, eumque Muſicæ præceptorem, ab Hercule adhuc puero eſſe interfectum*, & proſequitur: *Carmina nec Amphimari Linus, nec qui poſt eum eſt natus, compoſuit: aut ſi qua fortaſſis fecerint, ad poſteros non peruenerunt.* Apollodorus autem in 1. Bibliothecæ, Linum hunc ab Hercule interemptum, Calliopes & Oeagri filium fuiſſe ſcribit, qui tamen (inquit) dictus Apollinis fuit. Ex Oeagro & Calliope etiam Orpheum natum contendunt. De eodem etiam Ælianus variæ hiſtoriæ tertio, cap. 32. τὸν γὰρ Ἡρακλέα ὁ Λῖνος ἔτι παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαίδευεν. ἀμουσότερον δὲ ἁπτόμενον τοῦ ὀργάνου ἐχαλέπαινεν αὐτῷ ὁ Λῖνος. ὁ δὲ ἀγανακτήσας ὁ Ἡρακλῆς τὸ πλῆκτρον τῷ Λίνῳ καθῆκε καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. i. *Herculem puerum adhuc Linus fidibus canere docuit. Verũ cum imperitius inſtrumentum tangeret, increpauit illum Linus. At Hercules incenſus ira, plectro Linum percuſſum interemit.* Auctor item eius rei Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. 4. qui inſuper hoc addit, hunc Linum primũ Dioniſii geſta literis Pelaſgis edidiſſe, quibus & Orpheus vſus eſt, & Pronopidas Homeri magiſter. Huius præter Herculẽ tam male de ſe meritũ fuere diſcipuli Thamyris & Orpheus. Ad hiſtoriam aũt Herculis & Lini alludit Plautus in Bacchidibus, dum Piſtoclerus dicit: *Eia nunc eſſe ego opinor Hercules, tu aũt Linus.* Eam hiſtoriam etiam cõmemorat in commentariis Muſicis Theon Alexandrinus. Priorem aũt Linum tradit Diogenes Laertius Mercurio & Vrania genitum, ſcripſiſſe autem κοσμογονίαν, h. e. mundi generationẽ: Solis item & Lunæ curſus, animalium & fructuum generationes. Hoc autem operi ſuo facit initium:

ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει. hoc eſt,
Tempus erat, quo cuncta ſimul ſunt condita quondam.

Quem ſequutus Anaxagoras, & ipſe ſimul facta omnia adſeruit, eaque mente accedente compoſita. Linum autem in Eubœa occubuiſſe, ſagitta ab Apolline percuſſum, in quem hoc exſtat Epitaphium:

ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν ἐϋστεφάνου. hoc eſt,

Candida purpureis redimitum tempora sertis
Thebanum Vrania continet vrna Linum.

Hunc Suidas Chalcidēsem fuisse ait, deq; eius natalibus dubitatū, aliis eum Apollinis & Terpsichores, aliis Amphimari & Vraniæ, aliis Mercurii & Vraniæ filium dictitantibus. λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ φοινίκης γράμματα εἰς ἕλληνας ἀγαγεῖν. h.e. *Dicitur primus e Phœnicia literas ad Græcos adduxisse, tum & doctorem literarum Herculis fuisse*, καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών, h.e. *Dux fuisse primus Lyricæ Musæ*. Deinde subdit; alterum Linum Thebanum fuisse. Significat autem *Linus* Thebanis Philosophum, Athenæus in 4. Dipnosophistarum citat Alexandrū, qui Comœdiam Linum cōposuit: in qua, ὑποτίθεται δὲ τὸν ἡρακλέα παρὰ τῷ λίνῳ παιδευόμενον καὶ κελευσθέντα ἀπὸ βιβλίων πολλῶν παρακειμένων λαβόντα ἐντυχεῖν. κεῖνος δὲ ὀψαρτυτικὸν λαβὼν βιβλίον ἐν χερσὶν περισπουδάστως ἐκράτει h.e. *Introducit Herculem Linū disciplinis incumbentem præcipere e multis libris adiacentibus capere in quem primum incidisset. illum autem in manus libellum sumere de obsonijs & edulijs tractantem, quem studiose admodum Hercules euoluit.* Eius versus de numero septenario hos Eusebius in 13. præparationis Euangelicæ esse dicit:

ἑβδομάτῃ δὴ οἱ τετελεσμένα πάντα τέτυκται
ἑβδόμη ἐν ἀγαθοῖς καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.
ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.
ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι,
ἐν κύκλοισι φανέντ᾽ ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῦ.

Citat autem auctorem Aristobolum Iudæum, qui hos versus in libro ad Ptolemæum commemorauit. Vertit autem sic Georgius Trapezuntius:

Septima cum venit lux cuncta absoluere cœpit.
Omnipotens pater, inq; bonis est septima & ipsa.
Est etiam rerum cunctarum septima origo.
Septima prima eadem perfecta & septima septem
Vnde etiam cœlum stellis errantibus altum
Voluitur, & circlis totidem circum vndiq; fertur.

Inuenit Linus etiam Doricos modos, & lychonon mediam citharæ chordam nuncupauit: quam cytharæ additam a Musis ferunt. Censorinus: *hanc excepisse intensionem Linon, nimirum a graui vsque ad Lichanon, quem quidam Apollinis tradunt, & Nymphæ Paranietæ Chrystenidi reliquisse, ab ea adiunctum modū, qui symmenas dicitur.* Quæ verba ita castigabis: quē quidā Apollinis filiū & Nymphę Psamathes tradunt Chrysothemidi reliquisse, ab ea adiunctum modum qui συνημμένων dicitur. Nec refert, q̃ hic Psamathes filius paruus interiisse credatur, cum auctores hos tres Linos, & de his historias cōfundant. Crysothemis autem Carmanoris filius Cretensis, fuit primo statuarius, deinde Musicus, qui antiquissimo certamine Delphico, in Apollinē hymno cōposito vicit. Hesychius


Linum cantionis genus esse dicit, secundum (inquit) quosdam ἀπὸ τοῦ κλώσειν λίνου, hoc est, a conglomerato Lino Theodoretus in 2 Therapeutices, Linum Troianis temporibus fuisse dicit. Heraclides Ponticus tradit, Linum Euboeensem lamentationes & ægrus carmine condidisse. Linum tamen Virgilius Apollinis filium asseuerat:

Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo.

Organa Hydraulica cuiusmodi fuerint, & eorundem inuentor, tum qualem congruentiam similitudinemque habuerint cum iis organis, quibus nunc in templis vtimur, & quamdiu ea videantur in vsu fuisse, quæ nunc pneumataulica organa dici possunt follibus prægrandibus inflata, ortane sint ex Hydraulicis, an eadem ipsa.

CAPVT IV.

Reliqua desiderantur foliis aliquot in autographo excisis.



INDEX AVCTORVM IN NICOLAI EPIPHILLIDVM LIBROS.

A

Alc-

Aristo-

Athe-

Cælius

Cic.

Cic.

Cur-

Horat.

Iuuena-

Sueto-

Vlpia-

FINIS.







INDEX RERVM ET VERBORVM IN NICOLAI LIBROS MISCELLAN. EPIPHILLIDVM.

A

Aa

Ani.

Con-

D

Fulmine

Ho-

M.

Me-

Per-

T.

nisi

FINIS.

